37
33 6
7

MAG 243

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


APPENDIX
CORPORIS
HISTORIAE BYZANTINAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPORIS
HISTORIAE BYZANTINAE
NOVA APPENDIX

OPERA GEORGII PISIDAE
THEODOSII DIACONI
ET CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
COMPLECTENS.



ROMAE
APUD BENEDICTUM FRANCESIUM
CIↃ. IↃCC. LXXVII.

PRAESIDUM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PIO SEXTO
PONTIFICI MAXIMO
PRINCIPI OPTIMO

PETRUS FRANCISCUS FOGGINIUS.

NOVA praeſtantiſſimi Operis, quod *Corpus* vocant *Hiſtoriae Byzantinae*, meo olim conſilio, ſuaſuque ſuſcepta, & mox, me curante, continuata, abſoluta, & typis edita Acceſſio, quam Tibi, Beatissime Pater, offero, dedicoque, quaſi quoddam reverentiae,

Digitized by Google

rentiae, ac religionis erga Te meae publicum; aeternumque monimentum, cum potiori ex parte nunc primum in lucem prodeat ex Pontificia Vaticana Bibliotheca, cuius alteram, Praedeceſſorum tuorum beneficio, Tuaque indulgentia, Praefecturam gero, aequo plane iure praeſidium, & decus ſuum a Te poſtulat, ut nimirum auſpiciis protecta Tuis, Tuoque nomine inſcripta per ora hominum volitet ſecurior, & gratior. Quoniam vero liberalium diſciplinarum omnium amore ſemper incenſus fuiſti, exquiſitiſque cuiuſque generis libris ſemper viſus es delectari, equidem eo magis fidens ſpem bonam porto, ut pro Tua ſingulari ſapientia, & humanitate non modo eam indulgenter excipias, & protegas, ſed etiam probes. Etenim ſi bonas litteras ſemper exemplo foviſti, nunc ad Summi Pontificatus dignitatem divinitus evectus promovere etiam auctoritate potes, & vis; gratumque profecto eſt in oculis noſtris, quod unice libros pro deliciis habeas, domeſticamque Tuam Bibliothecam pro quodam veluti placido portu, in quem Te recipis, ſi quando tantiſper remittunt ſe fluctus impenſiſſimarum curarum, quibus Te, nuſquam deſidem, aut improvidum, urgent perpetuo tum Eccleſiarum omnium ſolicitudo, tum in ſubiectos Imperio Tuo Populos indulgentiſſimus amor.

Faxit Deus, Beatissime Pater, ut interſis, & praeſis diu Eccleſiae Chriſtianae univerſae Paſtor, & Rector, Populiſque Pontificiae ditionis Pater, & Princeps, ad Eccleſiae aedificationem, ad populorum felicitatem, ad ſaeculi gloriam. Communia Orbis, & Urbis vota praedico: & Tuam Apoſtolicam Benedictionem exoro.

INDEX

Digitized by Google

INDEX OPERUM

QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκϛρατείαν Ἡρακλείȣ Ἀκροάσεις τρεῖς.
GEORGII PISIDAE *de Expeditione Heraclii contra Perſas Acroaſes tres.* Pag. 1.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πόλεμος Ἀβαρικός. Eiuſdem. *Bellum Abaricum.* 41.

Ἀκάθιϛος Ὕμνος. *Hymnus Acathiſtus.* 67.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰς τὴν ἁγίαν τȣ͂ Χριϛȣ͂ τȣ͂ Θεȣ͂ ἡμῶν ἀνάϛασιν. Eiuſdem. *In ſanctam Ieſu Chriſti Domini noſtri reſurrectionem.* 87.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἡρακλιάδος Ἀκροάσεις δύω. Eiuſdem. *Heracliadis Acroaſes duae.* 95.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἑξαήμερον. Eiuſdem. *Hexaëmeron, ſeu de opere ſex dierum.* 121.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰς τὸν μάταιον Βίον. Eiuſdem. *De vanitate Vitae.* 243.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κατὰ Σευήρȣ. Eiuſdem. *Contra Severum.* 259.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀναϛάσιον Μάρτυρα. Eiuſdem. *Encomium in Sanctum Anaſtaſium Martyrem.* 303.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἴαμβοί τινες συνειλεγμένοι. Eiuſdem. *Senariorum fragmenta.* 331.

Omnia haec GEORGII PISIDAE Opera IOSEPHUS MARIA QUERCIUS FLORENTINUS ex Mſs. Codd. edidit, recenſuit, in Latinam linguam tranſtulit, & illuſtravit.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ περὶ τῆς Κρήτης ἁλώσεως Ἀκροάσεις πέντε. THEODOSII DIACONI *de Cretae expugnatione Acroaſes quinque.* NICOLAUS MARIA FOGGINIUS FLORENTINUS cum Ms. Cod. Vat. eas contulit, Latine vertit, & illuſtravit. 351.

FLAVII CRESCONII CORIPPI AFRICANI *Fragmentum Carminis Panegyrici, ſeu Praefationis librorum de laudibus Iuſtini Auguſti Minoris.* 401.

Eiuſdem. *Carmen Panegyricum in laudem Anaſtaſii Quaeſtoris, & Magiſtri.* 402.

Eiuſdem. *De laudibus Iuſtini Auguſti Minoris libri* IIII. 403.

Haec CORIPPI Carmina tum ſecundum primam eorum editionem, tum emendata producuntur, & Notis Variorum exornantur.

Accedunt Ill. VV. Epiſtolae duae in Diſtichon Saracenicum Graecis litteris a Theodoſio Diacono expreſſum. 539.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A Marcucci Epiſc. Montiſalti Viceſg.

ADPROBATIONES.

SPlendidum opus inſcriptum *Corporis Hiſtoriae Byzantinae Appendix &c.* a me, iuſſu Reverendiſſimi Patris Sac. Apoſt. Palatii Magiſtri Thomae Auguſtini Ricchinii, ſtudioſe perlectum, & attente conſideratum nihil omnino habet, quod orthodoxae Fidei, bonorumque morum regulis opponatur. Magna exquiſitae eruditionis copia redundat, doctae antiquitatis recondita monumenta orbi litterario ſuppeditat, novam, uberioremque lucem vetuſtiſſimis Eccleſiae temporibus adfert, atque, ut omnia paucis complectar, digniſſimum prorſus eſt, quod Romanis typis commendatum ad utilitatem publicam evulgetur.

Ita cenſebam ego Romae ex aedibus S. Auguſtini VIII. Kal. Septemb. ann. MDCCLXXVII.

F. Augustinus Antonius Georgius Auguſtinianus, Angelicae Biblioth. Praefectus, Sac. Rit., & S. Rom. Inquiſitionis Conſultor.


LIbrum, cui titulus *Corporis Hiſtoriae Byzantinae nova Appendix, opera Georgii Piſidae, Theodoſii Diaconi, & Corippi Africani Grammatici complectens;* Rm̃o P. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro demandante, perlegi, nihilque reperi, quod venerandis Eccleſiae dogmatibus adverſetur: immo publicae rei, quae ad litteras pertinet, bene quidem, ut puto, conſulitur huius editione voluminis, quod ipſam Byzantinam hiſtoriam tribus pervetuſtis, ac diſertis auctoribus, ſingulorum textu accurate admodum recenſito, ac pluribus in locis reſtituto, notiſque copioſiſſimis illuſtrato, locupletet. Georgius Piſida Heraclii Auguſti bellica potiſſimum praeclara geſta proſequutus, ſummis exquiſitiſque, aliquando tamen aſſentatorie, laudibus eum extulit, ac Sergium quoque Patriarcham Conſtantinopolitanum valde commendavit, antequam Eccleſia ſuum de duabus in Domino noſtro Ieſu Chriſto voluntatibus decretum contra Monothelitas faceret. Huius Georgii Piſidae opera ad Mſs. Codices exegit, aliqua inedita protulit, & doctis Praefationibus, plurimiſque notis laborioſe ornavit Ioſeph Quercius, vir ſane magni ingenii, multae ſollertiae, ac ſcientiae, nonnullos ante annos mortali vita functus in ſuae aetatis flore. Theodoſii Diaconi de Creta a Nicephoro Phoca anno CMLXI., Romano Iuniore imperante, expugnata Acroaſes quinque, ablatis librariorum, typographorumque mendis perpolitae, ac pluribus obſervationibus inſtructae exhibentur vigili, & omnimoda plane cura Iuvenis apprime eruditi Nicolai Canonici Fogginii, quem ad alias id genus lucubrationes progredi cupio. Tandem Fl. Creſconius Corippus Africanus Grammaticus, qui Iuſtini Minoris Auguſti laudes carminibus celebravit, naturali ſuo ſplendori magna ex parte redditus prodit. Id autem clariſſimo Editori acceptum referri debet, qui iſtius Poëtae Carmina plurimam eruditionem continere intelligens, & quae non ſemel typis tradita fuerunt, maxime depravata perſpiciens, novam eorum editionem, ipſamque, quantum fieri potuit, emendatam, concinnavit, illuſtravitque. His igitur expenſis, volumen hoc publica luce dignum cenſeo. IV. Nonas Septembris MDCCLXXVII.

Philippus Laurentius Dionisi Sacroſ. Vatic. Baſil. Beneficiatus.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordin. Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IOSE-



IOSEPHI MARIAE QUERCII

FLORENTINI

PRAEFATIO.

CLAUDIUS Maltretus, Collegii Montalbani quondam Rector inſignis, in Praefatione ad Procopium, cuius Auctoris opera in duos tomos diſtinxit, tertiam, veluti quamdam appendicem, ex variis opuſculis contextam CPolitanarum Antiquitatum ſtudioſis ſpem fecerat ſe editurum. Verum dum ille multis rebus agendis occupatus tempus terit, in meſſem paratam alios falcem immittere ſibi paſſus eſt. Nos eodem ſtudio ducti, ſed nimis diu ſero nati, quid adhuc ſupereſſet ex iis, quae ſe protracturum in lucem Maltretus promiſerat, primum inſpeximus, ac tum demum operi manum admovimus. Itaque praeſtat ipſum audire, ut ſtatim noſtrae mentis conſilium benevolo Lectori innoteſcat. Rem ille totam ſic expoſuit:

„ Elegantem habeo templi S. Sophiae & ambonis ἔκφρασιν, quam Paullus
„ Silentiarius, aequalis Procopio, verſibus ſcripſit hexametris numero ſu-
„ pra 1200. Haec ad Procopii libros *de Aedificiis* apta erit appendix cum col-
„ lectione Epigrammatum veterum Chriſtianorum, quae olim CPoli, & in aliis
„ Graeciae civitatibus, ſacris aedibus inſcripta legebantur. Id totum ex Mſs.
„ Palatinis Bibliothecae Vaticanae ad me miſit Ill. Lucas Holſtenius. Hiſtoriam
„ Procopianam contingunt Corippi libri quatuor de laudibus Iuſtini minoris.
„ Hos multo caſtigatiores edere poſſum, adiunctis Ruizii Aſſagrii, & Dempſteri
„ adnotationibus: neque enim animus eſt quemquam fraudare honeſti laboris
„ fructu. Latino huic Poëtae, iam bis pridem edito, ſed plane a Bibliopolis
„ diſtracto, addere vellem Graecum, qui Corippum videre potuit, Georgium
„ dico Piſidam magnae Eccleſiae CPolitanae Diaconum. Eius libri, Holſtenii
„ beneficio, penes me ſunt, adhuc inediti, de laudibus Heraclii Imperatoris
„ duo: de bello Perſico eiuſdem Heraclii tres: de bello Abarico ad muros ur-
„ bis CP. unus. Nec male Georgio Piſidae conveniet cum Theodoſio itidem

» Diacono, cuius ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Auguſto Creta mihi » deſcribendas curavit Ill. Leo Allatius Cuſtos Bibliothecae Vaticanae, & in arce » illa Reip. Litterariae meritiſſimo collocatus.

Iam vero norunt quotquot ſunt eruditi viri ex iis omnibus, quae Maltretus ſtudioſe collegerat, unum eſſe atque unicum Georgium Piſidam, cui neſcio, quo fato malo lucem videre nondum contigerit. Nam Paulli Silentiarii ἔκφρασιν iamdiu edidit de hiſtoria Byzantina praeclare meritus Carolus Du-Freſne poſt Cinnamum *pag.* 495. ex apographo, quod in ſua Bibliotheca adſervabat Philibertus dela Mare Salmaſii manu ex Palatina deſcriptum: qua ex editione patet, verum omnino non eſſe, quod ait Maltretus, *Paulli Deſcriptionem* conſtare ſupra 1200. verſibus hexametris; niſi enim iambos, qui hac illac ἐκφράσει praemittuntur una ſimul colligas, & ſupputes, plures hexametros plane deſiderabis. Quod ad *Epigrammata* tum veterum tum recentiorum Poëtarum de rebus CPolitanis agentium ſpectat, iampridem ea legenda exhibuit Anſelmus Bandurius in *lib. VII. Antiquit. CP* ex Anthologia, aliiſque libris editis collecta. *Corippum* autem Maltretus ipſe noverat bis fuiſſe vulgatum, ac *Theodoſium Diaconum* de expugnatione Cretae non multum ante hos dies anno MDCCLV. protulit in lucem genere, atque eruditione clariſſimus vir Flaminius Cornelius in *Cretae Sacrae tom. I. pag.* 269.

Itaque in ſolo Georgio Piſida omnis labor nobis impendendus fuit, cuius opera in Mſſ. Bibliothecae Vaticanae adſervari teſtis erat locuples Maltretus. Sed vir humaniſſimus, cui me nihil non debere libenter profiteor, cum me primum ἄλγεα πολλὰ παθόντα in gratiam Eminentiſſimi Cardinalis Nerii Corſinii commendaſſet, & tanti Principis Bibliothecam mihi conſignandam curaſſet, tum eo quo flagrat iuvandis litteris deſiderio ſtatim hortatus eſt, ac monuit, ut Codicem 1108. eius bibliothecae, cuius ego curam in me nuper ſuſceperam, diligenter evolverem, & Graeca quaedam, & Latina opuſcula, neſcio qua manu illic male farta, & conſarcinata, ſcrutarer, atque perpenderem. Dicto parui, atque illico oblata mihi ſunt quaedam poëmatia Georgii Piſidae, quorum in margine Amanuenſis adnotarat, ex Codice Vaticano 1126. ea eſſe deprompta: unde facile intellexi alium etiam poſt Maltretum de edendis Piſidae ſcriptis cogitaſſe, ſed mortis praeventu ab opere ſuſcepto deſtitiſſe. Rem itaque non ſemel tentatam ipſe aggredi ſtatui, operaeque pretium me facturum putavi, ſi omnia quotquot exſtant Georgii Diaconi opera tum edita cum inedita uno tomo comprehenſa vulgarem, ut ampliſſimae Scriptorum Byzantinorum collectioni nova fieret me connitente, & conſpirante acceſſio. Nec a Maltreti ſententia, quam ſemel amplexus fueram, poſtea diſcedendum duxi, ſed quemadmodum ille voluiſſet, Corippum, & Theodoſium Diaconos Georgio Piſidae perbelle iungi poſſe, ac bene omnibus inter ſe convenire animo meo iudicavi: tres enim ſunt Poëtae, qui trium Imperatorum CPolitanorum geſta verſibus exornant, adeo inter ſe ſimiles, ut alter alterum legiſſe, atque imitari ſtuduiſſe videantur. Quamvis autem Corippus Georgium, & Theodoſium aetate praeceſſerit, nullam tamen temporum rationem in hiſce diſponendis auctoribus haberi voluimus, ſed primum locum Georgio confidenter dedimus, ſecundum Theodoſio, tertium Corippo, quia de edendo Georgio potiſſimum cogitavimus, cui graecis ſenariis Heraclii geſta ſcribenti bene ſtatim cohaeret Theodoſius de Romano Auguſto, eodem

eodem metro, & ſermone ſcribens. Corippum autem Latinum Poëtam ὕϛατον ϗ πύματον pro appendice Graecis adiecimus, ne diutius hic ſcriptor a Byzantinis, quibuſcum maxima eſt illi affinitas, ſeiunctus erraret (*). Ut autem quid operis, & ſtudii in hiſce edendis, recudendiſque auctoribus collocaverimus ſtatim appareat, a Georgio Piſida exordiamur, de quo tamen cum praeter Guilelmum Cave, & Caſimirum Oudinum *de Script. Eccl.* ſatis diſerte ſcripſerint eruditionis graecae promuſcondus Leo Allatius in Diatriba *de Georgiis*, & Ioh. Albertus Fabricius *Bibl. Graec. vol.VII. pag.* 691., & *vol.X. pag.* 602. porro ea, quae ab ipſis antea obſervata, & dicta ſunt, neceſſario mihi refingenda erunt, & ad examen paullo diligentius revocanda.

De Georgio Piſida, eiuſque ſcriptis.

GEorgius, qui poſtea Diaconus CPolitanus fuit, a Piſidia, quae erat Aſiae minoris regio inter Lydiam, Phrygiam, & Cariam conſtituta, habuit originem, unde cognomento *Piſida* dictus eſt. Plures, nec parvi quidem nominis urbes a veteribus Geographis memorantur in Piſidia: ſed cum nullibi Georgius patriam prodiderit ſuam, ab ipſa potius regione *Piſida*, quam aliter ab aliqua civitate nominandus venit. Id autem cognominis diverſimode ſcriptum in Mſs. Codicibus invenitur Πισσίδȣ, Πισίδȣ, Πισιδίȣ. Πησίδȣ, Πησίδη, Πισσίδȣς, Πισίδȣς. Ac Stephanus quidem Byzantinus *de Urbibus* eos, qui e Piſidia orti eſſent, Πισίδας, & Πισιδεῖς appellari oſtendit, quod Lucas Holſtenius in ſuis ad eumdem Stephanum caſtigationibus confirmavit referens apud Pyrrhum Ligorium exſtare nummum, in quo Minerva duos leones tenet, cum epigraphe ΠΙΣΙΔΑΙΩΝ. In Strabone autem *lib. I. pag.* 60. etiam Πισιδικοὶ, qui e Piſidia eſſent, denominantur. At a Clemente Alex. *tom. I. pag.* 61. Cleanthes philoſophus Stoicus, quod e Piſidia, ut noſter Georgius, eſſet oriundus, Πισαδεὺς appellatur; proinde non recte Sylburgius, & Menagius putarunt ibi Ἀσσεὺς pro Πισαδεὺς ſubſtitui debere, quamvis certum ſit ex Aſſo Lyciae urbe ortum eſſe Cleanthem: maluit enim Clemens eum a provincia *Piſadeum*, quam a patria urbe *Aſſeum* vocare. Ceterum una omnium conſentiens vox eſt, Piſidas fuiſſe quondam *Solymos* nuncupatos; ac ſuis quoque temporibus quoſdam in Lycia habitaſſe populos βαρβαρικώτερον Τζέλυμοι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλȣμένȣς, *qui barbarica pronuntiatione Tzelymi ab indigenis vocarentur*, teſtatum reliquit Euſtathius *Comment. in Iliad. II.* 876. *edit. Polit. pag.* 802. Sed quae recta eſſet huius gentis appellatio videtur definiiſſe idem Euſtathius in Dionyſium Periegetam *v.* 858. dicens: Πισιδέων πεδίον., ȣ̃ς ϗ Σολύμȣς τινές φασι, λιπαρὸν λέγει .... ἀπὸ Πισίδȣ δέ τινος ὀνομασθῆναι λέγονται οἱ Πισίδαι δι' ἑνὸς σ' ἐκφερόμενοι, καὶ ποτε μὲν ἐν συϛολῇ, ποτε δὲ ἐν ἐκτάσει τὴν ἀρχȣ̃σαν. *Piſidarum, quos & Solymos quidam vocant, ſolum pingue appellat .... Piſidae autem a Piſida, neſcio quo, accepiſſe nomen dicuntur: quorum quidem nomen effertur ſimplici σ', & modo correpta, modo producta prima ſyllaba.* Perperam igitur Georgium noſtrum alii Piſidam, alii Piſidem, Piſidium alii, & alii Piſidenſem, vel Piſidiam appellant. Nos Piſidam, vel Piſidem nominabimus. Vivebat ille clarus circa annum Chriſti DCXXX.,

(*) Hoc ſibi bene, ac ſapienter Auctor propoſuerat, ſed confecto in Piſidam ſtudio, neque Theodoſio, neque Corippo manum admovit aliis diſtentus curis, quibus incumbens, immatura morte occubuit Florentiae die 11. Februarii 1773.

temporibus Sergii Patriarchae, & Heraclii Imperatoris, cuius rei fidem faciunt indubiam eius ſcripta, in quibus laudes in eos uſque ad ſatietatem aggerit. Utriuſque plane gratiam iniiſſe dicendum eſt eum, qui e Piſidia ortus in magna Eccleſia CPolitana dignitates poſtea conſecutus eſt. Fuit enim in aede S. Sophiae Diaconus, & Scevophylax, quibus titulis occurrit inſignitus in Cod Vat. 1126. Equidem ſcio circa haec tempora Clerum CPolitanum tantum excreviſſe, ut Heraclius ſua ſanctione *in Novellis II. 4.* cum Diaconos, tum alios Ordines in immenſum auctos, ut iam eis aſſignatae ϛάσεις, vel ſedes vix ſufficerent, ad certum numerum redigere decreverit. Quare mirarer minus Georgium Piſidam in Eccleſia Maiori receptum fuiſſe, ſi inter Diaconos tantummodo fuiſſet cooptatus, ſed cum Scevophylax etiam fuerit, maiorem plane iniicit nobis de ſe opinionem. Nam Σκευοφύλαξ *cimeliorum*, vel *vaſorum Eccleſiae cuſtos*, tertia erat poſt Magnum Oeconomum, & Magnum Sacellarium dignitas inter ἐξωκατακοίλους, vel maiores Eccleſiae Officiales, ἄρχοντας quoque propterea appellatos, ut videre eſt in Codino *de Offic. CP. lib. I.*, qui in ipſa Eccleſia, & in publicis conſeſſibus Patriarchae ſemper aſſiſtebant, & Epiſcopos, ipſoſque Metropolitas praecedebant. Scevophylacis munia recenſet Allatius *de utriuſque Eccl. conſ. lib. III. cap. 8.* Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ ἵσταται, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου· καὶ εἴ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροὺς, καὶ ἀλλαγάς· ὑποκεῖται ὢν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας· ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρευομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις· φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τῆς κληρικῆς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοὺς ταῦτα: *Magnus vaſorum cuſtos, Pontifice celebrante, ad fores ſacriſtiae ſtat, quodcumque fuerit opus, ſive vas, ſive ſacrum librum, cereos, aut ornamenta ex ea deprompturus. Commiſſa eſt etiam illi Epiſcopatus ſacriſtia, & omne vas Eccleſiae. Habet inſuper viduatas Epiſcopo Eccleſias ſuae ſollicitudini commendatas, ſicut & ſacra quaeque ad eas ſpectantia. Aſſidet praeterea iudiciis, & iura, quoslibetque cenſus Eccleſiae obvenientes in Clericorum utilitatem aſſervat, donec inter ſe illos diſtribuant.* Sed cum plures tunc eſſent in Eccleſia Sophiana Scevophylaces, quatuor enim erant ex ipſius Heraclii praeſcripto Presbyteri, Diaconi ſex, Lectores duo, non admodum facile quis concedet, Georgium noſtrum inter eos, qui eadem dignitate donati eſſent, primas tenuiſſe, & *Magnum Scevophylacem* a nobis nullo bono iure vocari contendet. Argumenta plane non ſuppetunt, quibus Scevophylacii praefecturam Georgio aſſerere poſſimus, ſed ſuſpicionem movit, tum ipſe titulus, tum ea, qua Sergium, & Heraclium attingebat, ſumma neceſſitudo. Nam Sergium quidem ita ſaepe laudat, ut ei multa familiaritate coniunctus videatur. *Hexaemeron* ei dicat, idque operis ipſo monente ſe ſuſcepiſſe demonſtrat ſtatim in principio *v. 32*:

> Ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας
> Καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου.
> *En cordis inculti offero fructus tibi*
> *Fructus tui roris rigatos flumine.*

Et paullo poſt *v. 49.* eius favore fretum, & incitatum ſtimulis opus aggredi teſtatur:

Πρὸς τὸν σκόπον τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω
Τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις.
Iam metam ad ipſam dirigo nutum meum
Tuis ſagittis fretus omnino ſacris.

In fine autem *v.* 1879. Patriarcham ipſum pro ſalute Imperatoris, & regni felicitate multas lacrimas, preceſque ad Deum fundentem ſe vidiſſe adfirmat:

Ἔγνωμεν αὐτὸν, κἂν δοκεῖ λεληθέναι.
Hunc nos, latere etſi videtur, novimus.

Quid ſimile occurrit *in Abaricis* legendum: ibi enim *v.* 235. Sergium contra Barbaros lacrimis, & ſuſpiriis dimicantem repraeſentat Georgius, quaſi omnium rerum ipſe eſſet conſcius, quae a Patriarcha gerebantur. Quod autem ad Heraclium ſpectat, aliqua certe in exiſtimatione apud eum fuiſſe Georgium demonſtrant *Acroaſes* in eum ſcriptae, eique confidenter oblatae. Ita enim *Acroaſ. I. v.* 37. *de Exped.* Imperatorem adloquitur:

Μετ᾽ εὐμενείας σοῦ ἐμοὺς δέχου λόγους,
Ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκθωπευμάτων,
Ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει.
Clementer meos excipe ſermones,
Longe enim ſunt a blandimentis,
Edocti ex te non loqui ficte;

quod ſane confirmat *Acroaſ. III. v.* 374. dicens:

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω.
Tibi hanc coronam textam ex immortali
Prato recenter veritatis offero.

Id autem recte admodum adfirmabat Heraclio Piſida: non enim ille de rebus longe peractis, & a ſe multo temporis, vel loci intervallo ſemotis, ſed de iis, quorum ipſe fuerat αὐτόπτης, & oculatus teſtis, loquebatur. Quippe dubium omnino non eſt, eum fuiſſe comitem Heraclii in prima expeditione contra Perſas; ita enim ea, quae acta ſunt, narrat, vel potius deſcribit, ut ſingulis interfuiſſe, ſtatim legenti pateat. Sed eum ipſum audire iuvat de ſe loquentem. Ait enim *Acroaſ. II. v.* 122. belli praeludia inſpexiſſe:

Πόθος δέ μοι τις ἐνθάδε προσήρχετο
Ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια.
Atque hic me quoddam cepit deſiderium,
Videndi iucunda belli praeludia.

Apertius autem ſuam inter arma praeſentiam declarat *Acroaſ. III. v.* 131. dicens, milites pro Imperatoris ſalute collacrimantes vidiſſe, unaque ſimul cum illis fleviſſe:

Τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήσθην εἰκότως
Καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον,
Τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων.
Ipſe ego, o fortiſſime, hos inter viros adfui
Tam bene ſentientes, & una ſimul dolui
Inter lacrimantes effuſus in lacrimas.

At in eadem Acroaſi *v.* 343. Heraclium ipſum, qui primo bello iam confecto e Perſi-

e Perſide in urbem erat reverſurus, de ſuſceptis laboribus gaudentem ſuis auribus audiviſſe ſic refert:

> Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις
> Τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτράνους, ὅτι
> Βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥαθυμίᾳ
> Ἔζησα ταύτας τῷ Θεῷ τὰς ἡμέρας.
> *Tu enim ipſe nobis enumerans ſaepius*
> *Tuae vitae rationem hoc enarraſti:*
> *Cum tantum temporis tranſegerim in otio,*
> *Vixi tandem hos ego Deo dies.*

In fine tandem eiuſdem Acroaſεως *v.* 353. Hydrae, hoc eſt erroris late apud Perſas ſerpentis unum caput ſe vidiſſe teſtatur:

> Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν
> Ἡρακλέος τυχόντα, καὶ σεσωσμένον.
> *Quod nuper intuentes valde ſumus admirati,*
> *In Herculem incidiſſe, & evaſiſſe ſalvum.*

Itaque ſi Piſida, ut eſt apertum, Heraclium in Perſide dimicantem comitatus eſt, eumque ſuae pietatis, virtutiſque teſtem habere Imperator non eſt dedignatus, quali in pretio apud ipſum Regem, necnon in tota aula Byzantina fuerit, ſatis inde opinor elucet. Neque enim ut gregarius miles Ducem ſuum, ſed ut Poëta Principem, ac dominum ſequutus eſt, ut quae ab ipſo gererentur inſpiceret, & ſcripto mandaret. Quo quis factum fortaſſe credat, aeque carum fuiſſe Heraclio Piſidam, ac olim fuit Scipioni Africano Ennius, quem morte obita in ſepulcro Scipionum eſſe conſtitutum e marmore tradit Cicero pro *Archia*. Nimirum ſi verum eſt, quod teſte Allatio *Diatr. de Georgiis* adfirmat Hamartolus in Chronico adhuc inedito, & ex Hamartolo Cedrenus, Heraclio in hoc bellum profecturo, & in Eccleſia magna opem a Deo contra hoſtes petenti, fauſta adprecatum eſſe coram omnibus Piſidam, non immerito inde colligi poſſe putamus, eum, qui ingenii laude clareret, & aliquo honoris titulo praefulgeret inſignitus, inter comites Imperatoris iam tunc fuiſſe adlectum. Ipſe autem, quod noſſet quanta eſſet ſui nominis commendatio, poëtica quadam licentia, niſi malis divino furore percitus, bonis ominibus Heraclium proſequi non dubitavit. Ait enim Cedrenus *pag.* 420. Ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος πρὸς Περσίδα χωρεῖν .... εἰσελθὼν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν μέλανα ὑποδήματα περιβαλλόμενος, καὶ πρηνὴς πεσὼν ηὔξατο .... ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης ταύτης ταπεινώσεως ἔφη, ὦ βασιλεῦ,

> Μελεμβαφὲς πέδιλον εἰλίξας πόδα
> Βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

Ceterum Imperator in Perſidem iturus .... magnum templum ingreſſus, atratus calceos, pronus procubuit, ac precatus eſt .... Quem ita animo demiſſo orantem videns Georgius Piſida, ita allocutus eſt:

> *Nigrum Imperator nunc indute calceum*
> *Rubefacies tinctum cruore Perſico.*

Ex quibus quinque iambis duos tantum ſuum ad ingenium effinxiſſe Cedrenum plane ducebar ad ſuſpicandum. Verum cum celeberrimi ſint, & omnium recentiorum Graecorum ore vulgati illi duo ſenarii, praeterea etiam in Cod. Va-

ticano 1126., & in aliis Codicibus ſeorſim ſcripti, ac repetiti legantur, quod ex noſtris adnotationibus in *Fragmenta* Piſidae *v.* 20. adparet, ut fictam fabellam hanc de Georgio, & Heraclio narratiunculam prorſus reiicere non audebam. Neque enim ignorabam, uſum in aula Byzantina quondam invaluiſſe, ut Poëtae ſuas elucubrationes coram ipſis Regibus, & Patriarchis recitarent, eaſque ἀκροάσεις, *auſcultationes* diceres, appellarent, quod populo audiente publice, & palam legerentur. Teſtem adhibebo Paullum Silentiarium, qui ſuae *de Aede Sophiana deſcriptionis* primam partem in regio palatio coram Iuſtiniano Imperatore, ſecundam autem in Epiſcopio coram Eutychio Patriarcha recitavit, ut ex iambis & titulis poëmatio inſcriptis fit manifeſtum. Quod autem magis adhuc Cedreno fidem conciliare videatur, mos ille eſt olim CPoli receptus de acclamandis perpetuo Imperatoribus, quod perſaepe etiam fiebat iambis, ut videre eſt in Conſtantino Porphyrogenito *de caeremon. Aulae Byzant.* ab Ioh. Henrico Leichio, & Ioh. Iac. Reiskio ſuperioribus annis edito. Ibi enim *pag.* 16. legitur, quod Imperatore magna pompa procedente in ſancta, & magna Dominica ad ſacra, factionum acclamationes fiunt, & Venetae Notarius adeſt, καὶ δεῖ αὐτὸν περιπατεῖν ὄπισθεν τῶν δεσποτῶν πλησίον. καὶ λέγειν τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, *quem proxime a tergo ad dominos accedere, & ſecundum morem iambos dicere oportet.* Deinde ἄρχεται ἰαμβίζειν ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων Μαΐστωρ, *Magiſter Praſinorum iambos dicere incipit.* Tum ὁ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων Μαΐστωρ ἄρχεται ἰαμβίζειν, *Magiſter Venetae factionis iambos recitare incipit*, donec ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων Νοτάριος ἄρχεται καὶ αὐτὸς ἰαμβίζειν ἕως τοῦ ἁγίου Φρέατος, *etiam Notarius Praſinae uſque ad ſanctum Puteum incipit iambos recitare.* Id autem in omnibus ſolemnibus pompis fieri ſolitum paſſim oſtendit idem Conſtantinus. Unde quamvis ſatis appareat, iambos qui a factionum Magiſtris recitabantur, hymnum, vel cantiunculam fuiſſe, qua ipſi alternis vicibus fauſta adprecarentur Imperatori; nihilo tamen minus inde fit probabilius, Piſidam iambis a Cedreno laudatis Heraclium in magno templo orantem de improviſo ſalutaſſe.

Verum qualecumque ſit ſapientum virorum hac de re iudicium, id unum ex hactenus praemiſſis colligo, Piſidam, ſi non ut Magnus Scevophylax, certe ut unus ex Diaconis Scevophylacibus, apud Sergium, & Heraclium plane gratioſum hominem exſtitiſſe, utpote qui multum polleret ingenio, & ſcribendi facultate. Sed non audiendi ſunt omnino, qui eum modo Chartophylacem, modo Referendarium faciunt. Suidas quidem in *v.* Γεώργιος Diaconum, & Chartophylacem, Nicephorus Calliſtus autem *Hiſt.* XVIII. 48. Referendarium eum appellat. Maxima etiam Codicum Mſs. eſt inconſtantia in titulo, & dignitate deſignanda Piſidae: nam in Codicibus Biblioth. regiae Pariſienſis, & in quibuſdam etiam Vaticanis Diaconus tantummodo vocatur; & in Cod. Vindobonenſi 209. apud Lambecium *lib.V. pag.* 19. Diaconus, & Referendarius, & *lib.VI. pag.* 162. Diaconus, & Chartophylax, itemque in Biblioth. Taurinenſis Cod. 304. Chartophylax, & in Codice 360. Referendarius dicitur. Perperam autem doctiſſimus Fabricius *lib.VII. pag.* 691. utrumque titulum coniunxit, & Georgium noſtrum Chartophylacem, & Referendarium declaravit: nam quaecumque fuerit eius dignitas, certe una ſimul Chartophylax, & Referendarius eſſe non potuit, quod Chartophylacis, & Referendarii duo eſſent munera in Eccleſia CPolitana diſtincta, quae non unus obiret, ſed quae viritim in duo capita diſtribuerentur. Melius

Alla-

Allatius teſtimonio Suidae fretus, & Oudinus Allatium ſequutus, Diaconum, & Chartophylacem Georgium nominarunt. At Guillelmus Cave minus accurate ſcribens, & in toto articulo de Piſida texendo turpiter alucinatus, eum fecit & Rhetorem, & Chartophylacem magnae Eccleſiae CPolitanae, deinde etiam Metropolitam, ſive Archiepiſcopum Nicomedienſem. Si pro Rhetore Poëtam dixiſſet Piſidam, nulla eſſet controverſia; at nulla eius exſtant opera Rhetorum more ſcripta, nec quid ſimile umquam elaboraſſe traditum eſt. Sed Rhetorem, & Archiepiſcopum Nicomedienſem fecit Cave, eodem errore ductus, quo ante eum alii decepti ſunt, Georgium Piſidam cum Georgio Nicomedienſi confundentes, quod inveniſſent utrumque pluribus in Codicibus & Georgium, & Chartophylacem appellatum: quamvis nemo, quod ſciam, Piſidam Rhetorem nominavit praeter Cave, qui ut videtur fucum ſibi fieri paſſus eſt vel a Codice Biblioth. Antonii Auguſtini, in quo oratio *εἰς τὸ, εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ* .... *In illud, Stabant ad crucem Ieſu &c.* ſub Georgii Rhetoris Epiſcopi Nicomediae nomine legebatur, vel a Codicibus Vindobonenſibus apud Lambecium *lib V. pag.* 144., *&* 277., & *lib. VIII. pag.* 222., in quibus omnibus illa eadem oratio venit ſub nomine Γεωργίου Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας τοῦ Ῥήτορος Cum autem ex duobus Georgiis unum ipſe facere ſemel ſtatuiſſet, Rhetoris titulum Nicomedienſi tributum ad Piſidam transferre minime dubitavit. Ceterum multae ſunt notae, quibus hi duo Georgii inter ſe facile diſtinguantur: nam Piſida, ut dictum eſt, ſub Heraclio vivebat, ac fuit Diaconus, & Scevophylax, & Poëta; Nicomedienſis autem, ex quo temere & Lambecio reclamante *lib I pag.* 135., & *lib. IV. pag.* 21. *Nicodium* quemdam conflavit Poſſevinus in Appendice *Apparatus Sacri*, tempore Photii floruit, ex Rhetore, & Monacho, ſi fides adhibenda eſt Codicum titulis ab Allatio in eadem Diatriba *de Georgiis* relatis, Archiepiſcopus Nicomediae poſtea factus. Combefiſius omnium primus videtur deceptus in recte dignoſcendis duobus hiſce Georgiis, ſed errorem ille ſuum agnovit, ac faſſus eſt in *Bibl. Concionat.*, in qua ſermones Georgii Nicomedienſis, quos graece, & latine *tom I. Auctarii novi* dederat, pleroſque ex interpolata, nonnullos etiam ex nova ſua verſione exhibet tantum latine. Sed ne quid intactum hac in re definienda relinquamus, iuvabit audire Allatium, qui de Georgio noſtro ſcribens diſertis verbis ait: *An poſtea in Epiſcopatum Nicomedienſem promotus idem cum Georgio Nicomedienſi fuerit, cui plures, nec illaudabiles orationes panegyricae tribuuntur*, (quas Allatius ibidem de Georgio Nicomedienſi agens enumerat), *in dubium, nec immerito verti poterit. Alium tamen hunc a Georgio Nicomedienſi, qui temporibus Photii, Photio ipſi operam navarat ſuam in Photiana Synodo, annorum ipſa ſpatia abunde probant: a Sergio enim Patriarcha, cui Piſida in Hexaëmeron opus inſcripſit, ad Photiana tempora anni ducenti & quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomedienſis Epiſcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. Et fuiſſe Epiſcopum, illo forſan non male ſuaderi poſſumus. Nam oratio in verba Iohannis,* Stabant iuxta crucem Ieſu mater illius, & ſoror matris &c., *cuius initium eſt,* πρὸς ὑψηλοτάτην πρόκειται ἡμῖν ὁ λόγος, *in manuſcriptis Codicibus Georgio Nicomedienſi adſcripta, in Codice alio manuſcripto, quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fuſior, ac multo amplior legitur, Piſidae cognomen Georgio Nicomedienſi adiungit: ſic enim legit,* Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισίδου. *Exſcriptoris lapſum, cui iſta*

non

non placuerint, in Codice eſſe, & puerilem oſcitantiam, qualia multa in titulis praefigendis fieri amant, fatebitur. Non contra ibo. Immo lapſum concedo. Πισιδείας *namque, cum in exemplari, ut veriſimillimum eſt, legeretur, in Piſidem ad pauca intentus exſcriptor tranſmutavit. Diverſuſque eſt etiam ab alio Georgio Piſſidiae Epiſcopo, cuius memoriam Graecorum faſti die* XIX. *Aprilis celebrant, faſtu, ac tyrannide Iconomachorum Martyre, cum hic Antiochiae Piſſidenae fuerit antiſtes:* Οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν Εἰκονομάχων, ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Ἀντιοχείας τῆς Πισιδείας. Hic Sanctus ſub Iconomachis vivebat, a pueritia Deo dicatus, & ob excellentem virtutem Antiochiae Piſidiae Epiſcopus eligitur. *In re tamen obſcuriſſima non diutius immorandum mihi eſſe cenſeo.* Ita Allatius: qui qua de cauſſa rem obſcuram vocet, quam ipſe adeo luculenter explanavit, ignoro. Patet enim Georgium Piſidam a Nicomedienſi eſſe diverſum, & pro uno a quibuſdam tantummodo doctis viris fuiſſe acceptum, quod uterque in Codicibus & Georgius, & Chartophylax inſcriberetur. At nos iam tandem, ne ulla amplius dubitandi ſit occaſio, Chartophylacis titulum Georgio Nicomedienſi relinquamus, Georgium autem Piſidam Scevophylacem nominemus, auctoritate freti Codicis Vaticani, quo plane in tot Bibliothecis non exſtat alter vel antiquius, vel nitidius ſcriptus, ut infra erit dicendum. Minime autem huius Codicis auctoritatem, quam nos ſequendam ducimus, Suidae, & Nicephori labefactat auctoritas, qui Georgium vel Chartophylacem, vel Referendarium dixerunt; nam Suidae Lexico plura eſſe addita a recentioribus Graecis certum eſt, Nicephorus autem adeo negligenter loquitur de Piſida (quod ex *v.* 533. *Poem. contra Severum*, & ex *Fragment. v.* 184 patet) ut neutiquam videatur attendendus.

Verum cum nullum exſtet antiquius de Piſidae ſcriptis teſtimonium, quam quod in eodem Suida invenitur, praeſtabit hoc ipſum legentium oculis ſiſtere, & paullo attentius conſiderare: quamvis enim Allatius, Kuſterus, & Fabricius ſingula verba Suidae multum accurate perpenderint, nonnulla tamen adhuc obſervari nobis continget. Verba haec ſunt: Γεώργιος Διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ Χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης, ἐξαήμερον δι᾽ ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ἔτι τε Ἀβαρικά. Καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον. *Georgius, Diaconus magnae Eccleſiae, & Chartophylax, cognomento Piſida, in Hexaemeron carmine iambico, ad verſus* 3000., *in Heraclium Imperatorem, de bello contra Perſas, praeterea Abarica: & ſoluta oratione encomium in Martyrem Anaſtaſium.* Igitur quae, teſte Suida, ſcripſit noſter Georgius, haec ſunt: I. *Hexaemeron*, II. *in Heraclium*, III. *de bello Perſico*, IV. *Abarica*, & V. *Encomium Anaſtaſii Martyris.* Atque id quidem non ſatis recte definitum eſt a Suida: alia enim eiuſdem auctoris opuſcula nobis invenire contigit, quae a Suida non memorantur, vel quod eorum ipſe nullam habuerit notitiam, vel quod, ut tamen minus vero eſſe ſimile nobis videtur, ea eſſe contemnenda putaverit. Ac I. *de Hexaëmero*, quod adfirmat, longum fuiſſe poëma, quod tribus mille ſenariis conſtaret, dubitarem omnino, an id umquam verum eſſe potuerit, cum nullibi appareat Hexaëmeron eſſe mutilum, & ex omnibus Codicibus diligenter excuſſis, atque evolutis, vix duo millia iamborum nobis colligere licuerit. Quare tot verſus intercidiſſe, perſuadere mihi non poteram, ac potius mendum in Suidae textum irrepſiſſe

 mecum

mecum ipſe cogitabam; ut pro *εἰς ἔπη τρισχίλια ad verſus* 3000. legendum eſſet *εἰς ἔπη δισχίλια ad verſus* 2000. Verum, ſi placet, quoſdam etiam verſiculos ex hoc poëmate avulſos deſiderari, non negabo; cum enim totum conſtet multis quaſi particulis, & membris, nil plane facilius, quam ut, exſcriptorum incuria, una vel altera perierit, & effluxerit ex illis deſcriptionibus, quas de lapidum, plantarumque, & animalium qualitatibus fortaſſe exhibebat auctor. Id autem Codices ipſi confirmare videntur, in quibus omnibus, ſi unum Vaticanum 1126. excipias, perperam ſcriptum, interpolatum, ac mutilum Hexaëmeron deprehendes. II. *In Heraclium Imp.*, quae Suidas teſtatur ſcripſiſſe Piſidam, ſunt plane *Acroaſes tres*, quae ſtatim in principio huiuſce Tomi occurrent ſub hoc titulo: Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Hoc opus una cum aliis, quae deinceps a Suida laudantur, intercidiſſe omnium primus arbitratus eſt Kuſterus, ac poſt eum Cave, qui etiam de ſuo nobis obtrudit *Acroaſes* de Heraclio agentes *Hiſtoriam rerum ab Heraclio geſtarum, & belli Perſici* continere. Utinam hiſtoriam potius, quam ieiunos verſiculos ſcripſiſſet Piſida, ex quibus ſaepe divinare vix poſſis, quid ipſe ſentiat. Oudinus omnia Piſidae opera a Suida memorata exſtare in Bibliotheca Vaticana ex Maltreti Praefatione *in Procopium* didicerat, ſed ipſe quoque cum Cave in errorem adductus *Hiſtoriam de rebus Heraclii* nobis reliquiſſe Piſidam exiſtimavit. Inde, ut ſentio, eorum ortus eſt error, quod ante Maltretum ex Suidae textu non ſatis liqueret, quae noſter Georgius metro adſtricta, & quae ſoluta oratione ſcripta poſteris tradidiſſet, ut mox dicemus. III. *De bello Perſico*, quod addit Suidas, ſcripſiſſe Piſidam, ad geminas *Acroaſes* referendum eſt, quas grandi, ac nimis turgido *Heracliados* titulo inſignitas ſub numero V. operum Piſidae hic invenies. Allatius *Heracliadem* unum eſſe opus cum ſuperiore perperam cenſuit; & plane mirum videtur tantum virum decipi potuiſſe, qui *de Georgiis* ageret ex profeſſo, qui de Piſida tam diſerte ſcripſit, qui Bibliothecae Vaticanae fuit Praefectus meritiſſimus, ac nulli plane ſecundus, qui tandem, quod vel maximum eſt, praefecturae huius munere tam laudabiliter functus eſt poſt Holſtenium, a quo Maltretus ipſius Piſidae opuſcula acceperat. Verum omnino dicendum eſt, Allatium, qui omnes eius Bibliothecae theſauros inveſtigarat, hunc tamen, neſcio quo caſu, latuiſſe Codicem, ex quo primum Holſtenius, ac nos deinde Georgii ſcripta deprompſimus: neque enim ullibi illius Codicis mentionem facit. IV. Ad *Abarica* quod ſpectat a Suida quarto loco laudata, a nobis autem in ſecundo repoſita, certum eſt aeque, ac alia tria, de quibus egimus, opera, iambis ſcripta eſſe. Qui enim cum Cave, & Oudino haec omnia proſa effudiſse Piſidam putarunt, omnino falſi ſunt, quod in Suidae editionibus prioribus excuſum legiſsent ἔτι τε Ἀβαρικὰ καταλογάδην, *praeterea Abarica oratione ſoluta*. Sed vocem καταλογάδην ad ſequentia eſſe referendam primum recte coniecit Kuſterus ex Ms. Pariſienſi, ac deinde a Maltreto edoctus confirmavit Fabricius: quare textus ille prorſus ita eſt interpungendus, ἔτι τε Ἀβαρικά· Καταλογάδην ἐγκώμιον &c. Nam quod pro quinto opere Piſidae proponit Suidas, *Encomium Anaſtaſii Martyris*, vere καταλογάδην *proſa* ſcriptum eſt, ac verè etiam de Anaſtaſio Perſa agit, non de aliquo Athanaſio, ut ſuſpicionem movit Kuſterus ex Ms Pariſienſi Suidae, in quo pro εἰς τὸν Ἀναστάσιον legi adfirmat εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, quae ſane lectio vulgatae nequaquam eſt praeferenda.

Iam

Iam vero de omnibus operibus Piſidae, ac de ordine, quo illa edenda eſse cenſuimus, pauca dicamus: fuſius enim in Monitis peculiaribus ad unumquodque Poëmation praefixis haec pertractata ſunt. Igitur quae hactenus reperiri potuerunt (ſiqua tamen alia, praeter ea quae proferimus in lucem ſcripſit Georgius) haec ſunt:

I. *Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. De expeditione Heraclii Imp. contra Perſas.* Tres ſunt Acroaſes, 1098. iambos continentes, in quibus virtus, & religio Heraclii immodicis fere laudibus extollitur, quod ille actus Choſroae regis impietate, & perfidia in Perſidem arma moverit:

> Κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἀπληστίας,
> Ἀλλ' ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους:
> *Non enim expleta erat Perſarum aviditas,*
> *Sed inhiabat adhuc ad caedes,*

ut ait *Acroaſ. I. v.* 106. Itaque Heraclius Paſchate celebrato, & Servatoris imagine munitus navem conſcendit, ab Heraei promontorio ſolvit, ac tempeſtate primum iactatus in Ciliciam appellit. Ibi habito militum delectu, omnes ad arma inſtruit, inſtructos in Perſas impellit, de quibus ſtatim relata victoria intus in Perſidem irrumpere molitur, ſed cum Barbari de more, ruptis foederibus, de invadenda regia urbe cogitarent, Byzantium redire cogitur:

> Ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ,
> Καὶ τῷ στρατηγῷ τὸν στρατὸν συναρμόσας,
> Καὶ τῷ Θεῷ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας,
> Πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως
> Τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις:
> *Hinc ſapienti ratione rebus omnibus praeſcriptis,*
> *Et ad Ducis ingenium exercitu temperato,*
> *Omnique de illis ſpe in Deo repoſita,*
> *Rurſus ad tuam civitatem impigre*
> *Tot rebus confectis, & bene compoſitis accurris.*

Ita Piſida *Acroaſ. III. v.* 336. ſuas de prima expeditione Heraclii in Perſas Acroaſes concludit, in quibus ſatis diligenter omnia perſequitur: ſcribebat enim, quae ſub eius oculis acta erant, ut ſuperius obſervatum eſt. Verum fruſtra Pagius *in Baronium an.* 626. *IV.* ex his ſperabat ſe poſse ſupplere, quae a Chronographis in hiſtoria Heraclii omiſsa ſunt, quod crederet Piſidam de bello Perſico ſcribentem Hiſtorici, non Poëtae, munere eſſe functum diligenter. Ait enim: *Omiſſio illa nonniſi ex Georgio Piſidio auctore coaevo, qui edidit libros tres* de bello Perſico, *quos Holſtenius habuit, ſuppleri poteſt. Quare cum is omnia manuſcripta ſua Eminentiſs. Card. Franciſco Barberino legaverit, rogavi V. C. Scheleſtratium Bibliothecae Vaticanae Praefectum, ut pro ſua in me benevolentia ex Piſidio deſcribere vellet, quae anno ſexto belli Perſici geſta fuiſſe narrat. Sed ad me reſcripſit Vir eruditiſſimus, ſe omnia Mſs. Bibliothecae Barberinae, praeſertimque quae fuerunt Holſtenii, ibidem ſeparatim aſſervata, ſtudioſe percurriſſe, ſed nihil ſibi* Georgii Piſidii *occurriſſe. Quare alia via nobis ineunda erit, ut integram belli huius hiſtoriam exhibere valeamus.* Ita plane: nam nec Piſida ea omnia, quae ad bellum Perſicum ſpectant, perſecutus eſt; nec Piſidae libros in Bibliothecam Barberinam intulit Holſtenius, ſed ex Vati-

cana exſcriptos miſit Maltreto. Ceterum hoc Poëmation, de quo plura alibi dicta ſunt, omnium opuſculorum Piſidae primum eſt, ac proinde prima in ſede collocandum fuit. Quae ſequuntur enim pertinent ad ea, quae acta ſunt poſt annum XII. Imperii eiuſdem Heraclii, Chriſti DCXXII.; in quem incidit memorata Perſica expeditio prima.

II. Εἰς τὴν γινομένην ἔφοδον τῶν βαρβάρων, καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἀστοχίαν, ἤτοι ἔκθεσις τοῦ γενομένου πολέμου εἰς τὸ τεῖχος τῆς Κωνσταντινουπόλεως μεταξὺ Ἀβάρων καὶ τῶν πολιτῶν. *De incurſione facta a Barbaris, ac de fruſtrato eorum conſilio; ſive expoſitio belli, quod geſtum eſt ad moenia CPoleos inter Abares, & cives.* Huius Poëmatis, quod conſtat 541. ſenariis, nullam mentionem ingeſſit Allatius; quod plane confirmat Codicem Vaticanum, ex quo depromptum eſt, eum non vidiſse. De Abaribus, qui cum aliis feris gentibus Romanorum ditionem invadere, ac vi, & ferro vaſtare iterum, iterumque moliti ſunt, pluribus agunt ſcriptores Byzantini. Nos in Monito, & notis ad hoc Poëmation, quantum ſatis eſt, diximus. Heraclius ſecundo bello contra Choſroam ſuſcepto adeo praeclare rem ſtatim geſſerat, ut anno vertente DCXXVI. fere in deſperationem actus Choſroës ξένους τε καὶ πολίτας καὶ οἰκέτας ἐκ παντὸς γένους ἐκλογὴν ποιησάμενος, *advenis*, ut ait Theophanes pag. 263., *civibus, & famulis, ex omni nimirum genere viris adlectis*, ultima experiri decreverit. Τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τῷ λοιπῷ αὐτοῦ στρατῷ κατὰ ΚΠ. ἀπέστειλεν, ὅπως τοὺς ἐκ δύσεως Οὔννους, οὓς Ἀβάρους καλοῦσιν, Ἀβάρεις τε, καὶ Σκλάβους, καὶ Γηπαῖδας συμφωνήσας κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι, καὶ ταύτην πολιορκήσωσι. *Sarbarum vero cum reliquo exercitu CP. verſus miſit, ut initis pactis cum Hunnis (Abaros eos vocant) Abaribus, Sclavis, & Gepedibus, una ſimul omnes urbem impreſſione facta adorirentur.* Sed ut in Perſide, ſic etiam ad Chalcedonem Perſarum ſpes conciderunt, Abareſque eorum foederati, Dei, ac Virginis Deiparae ope, fuſi, ac caeſi ſunt. Nimirum Piſida urbem a Barbarorum inſidiis non tantum arte, & armis, quantum miraculo ſervatam fuiſse contendit. Huius enim belli contra Abares principem Ducem ſtatuit fuiſse Virginem, ac deinde Sergium Patriarcham, qui Virginis mandata in preces, & lacrimas effuſus exciperet, atque exſequeretur. Propterea enim ſic eum adloquitur *v.* 234:

Ταύτην συναθλοῦσαν ἐξ ἔθους ἔχων
Ἀντεστρατήγεις ἐξ ἀΰλου καρδίας
Τοῖς ἀντιτύποις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις.
Τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα,
Πύργους δὲ πίστιν, καὶ βέλη τὰ δάκρυα.
Hanc tecum habens de more belli ſociam
Ex tuo pugnaſti immateriali corde
Cum inſtrumentis arti bellicae ſimilibus.
Tibi enim erat pro telo in Deum fiducia,
Pro turri fides, pro ſagittis lacrimae.

Sed quod verum eſt, acriter pugnatum eſt terra, & mari, ut ex Chronico Paſchali *pag.* 391., *& ſeqq.* intelligitur. Quamvis autem cives Conſtantinopolitani ſtrenue ſe geſſerint in hoc bello, & Heraclius in Perſide detentus de ſalute urbis valde fuerit ſollicitus *v.* 278.:

Οὐ γὰρ πρόσωπον μὴ θέλων ἰδεῖν μάχης

Ἑτοι-

Ἕτοιμον εἶχεν ἐξ ἀνάγκης τὴν μάχην,
Στρατοῦ τε πλῆθος ἐξαπέστειλε φθάσας.
Faciem quippe non volens videre belli
Sibi praeſens habere coactus eſt bellum,
Et militum copiam miſit opportune;

nihilominus illud plane ultimum fuiſset urbis exitium, niſi praeſens de caelo adveniſset praeſidium, & munimen. Porro, ſi fides habenda eſt Auctori Chronici Paſchalis, ipſe Abarum Dux Chaganus nonniſi territus deſtitit ab urbis expugnatione, quod Deiparam vidiſset pro Conſtantinopolitanis dimicantem. καὶ τοῦτο ἔλεγε τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι, Ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν. *Illud etiam dixit impius Chaganus, dum bellum flagraret: Feminam ego conſpicio egregie veſtitam, abſque ullo comitatu per moenia diſcurrentem.*

III. Ἀκάθιστον ὕμνον, *Hymnum acathiſtum*, qui ob victoriam de Abaribus in recens memorato bello relatam ſcriptus fuit, nemo, quod fateor, inter opera Piſidae recenſuit. Nos qua ratione ducti, vel quibus argumentis freti id faciendum duximus, ſuo loco expoſuimus. Si cui tamen nimis infirmae, ac leves noſtrae coniecturae videbuntur, is plane cuivis potius quam Piſidae hunc Hymnum attribuat. Verum ſcripſiſse Piſidam, ut cetera omittam, inde etiam fieri poſſit probabilius, quod ipſe in ſuperiori Poëmate poſt deſcriptionem belli Abarici populum Conſtantinopolitanum ad Hymnum concinendum hortatur dicens *v.* 502:

Ἄσωμεν οὖν τὸν ὕμνον οὐκ ἐν τυμπάνοις
Ἄρρυθμα βομβήσαντες, ἀλλ' ἐξ ὀργάνοις
Τῶν ἔνδον ἡμῖν μυστικῶς ἡρμοσμένων.
Cantemus igitur hymnum non cum tympanis
Incondita perſtrepentes, ſed cum organis
Intus in corde noſtro myſtice temperatis,

IV. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν. *In ſanctam Ieſu Chriſti Dei noſtri reſurrectionem.* Breve eſt Poëmation, conſtans 129. ſenariis, in quo Piſida, ſumpta occaſione a magno Paſchatis feſto, Chriſtianis praeceptis imbuit filium Heraclii, Flavium Conſtantinum, eumque ad imitanda praeclara geſta patris inflammat. Scribebat haec Poëta circa annum DCXXVII., quo tempore Heraclius iterum in Perſidem profectus Choſroam penitus devicit. Hortatur enim filium *v.* 112., ut eloquentiae ſtudio incumbat, qua munitus poſſit patri reduci gratulari, eiuſque virtutem, & pietatem commendare:

Ἀλλ' εὐτρέπιζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα,
Ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς προσδοκώμενος
Φράζων ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους,
Οὓς ἀντὶ πάντων ἐκπλεῖ πανημέραν.
Sed appara ſermonis clypeum,
Ut ante omnes inveniaris primus
Ad enarrandos patris tui labores,
Quos pro omnibus ſuſtinet quotidie.

V. Ἡρακλιάς, ἤτοι εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου βασιλέως. *Heraclias, ſive de extremo Choſroae Perſarum regis excidio.* Duae ſunt Acroaſes, in quibus Piſi-

Piſida raptim, & curſim res omnes ab Heraclio cum domi tum bello geſtas enarrat, quae cauſsa opinor fuit, ut *Heracliados* titulum ipſis imponeret: nam quod ad ultimam cladem Choſroae, vel ad ſecundum contra Perſas bellum ſpectat, id quidem ſatis leviter attingit, quamvis hic ſit praecipuus argumenti ſcopus, atque illuc a principio ſermonem intendat. Sed cum ipſe primae, non autem ſecundae expeditioni adſuerit, & ut res actae eſsent admodum obſcure noſset, in laudes Heraclii excurrere, atque vagari coactus eſt, ea quae magis dictu, & ſcitu digna erant praetermittens. Nimis enim impatiens morae hoc opus, ut videtur, aggreſsus, ſtatim ac nuncium de Perſis ſubactis, & de Choſroa occiſo CPolim allatum eſt, ipſe ſuis hiſce verſiculis victori Domino laetus, & gaudens voluit occurrere. Rem plane gratiorem, & quae plus haberet utilitatis, feciſset Piſida, ſi operam ſuam uſque ad id tempus diſtuliſset, quo in urbem ſe recepit Imperator: tunc enim ea ipſe audire, ac nobis tradere potuiſset, quae iam ſciri deſperandum eſt. Nunc autem adeo leviter res innuit, ut ſaepe divinandum ſit, quo mens eius ſpectet. Allatius, qui ut iam dictum eſt, *Heracliadem* cum opere ſuperius laudato *de Expeditione* unum eſse cenſuit, quaedam ex eo deſumpta referri adfirmat ab Iohanne Tzetza in *Chiliade III. Hiſt* 66. *Ibi*, enim ait, *octo Piſidae iambos producit, qui more illius poetae elegantiſſimi ſunt*. Sed praeterquamquod fruſtra ſeptem hos iambos (ſeptem enim ſunt) quaeras in Piſida, certum eſt eos eſse ipſius Tzetzae, ut recte ante nos obſervavit Fabricius, & fuſius a nobis demonſtratur in notis *Acroaſ I. v.* 23., & *Acroaſ. II. v.* 236.

VI. Ἑξαήμερον ἢ κοσμουργία. *Hexaëmeron, ſive de mundi opificio*. HocCarmen, quod ſane ceteris praeſtat operibus Piſidae, edidit omnium primus Fridericus Morellius Friderici filius, typographus regius, una cum ſenariis *de Vanitate vitae*, aliiſque fragmentis Gr. Lat. Lutetiae 1584. 4., eiuſque cura, & diligentia factum eſt ſtatim, ut Piſidae nomen iam a multis ſaeculis oblivioni traditum coeperit reviviſcere, ac per ora virum φιλελλήνων volitare. At quod mirere Hieronymus Brunellus S. I paucis poſt annis idem opus *Hexaëmeri* ſub Cyrilli Alexandrini nomine typis vulgavit, una cum Nazianzeni quibuſdam carminibus, & hymnis Syneſii, Graece tantum hoc titulo, Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος, καὶ φυτῶν, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, *Romae apud Franciſcum Zannettum* 1590. 8. Verum an recte eſset Cyrillo attributus liber, videtur dubitaſse idem Brunellus; ita enim ait *in Praef. Poëma iambicum* de plantarum, & animalium proprietatibus *adiecimus, quod a D. Conſalvo Pouce de Leons, viro non minus eruditione, quam generis nobilitate praeſtanti munus acceperam, ipſe vero ex Guilelmi Sirleti Cardinalis exemplo deſcribendum curaverat. Adſcribitur quidem, ut videtis, Cyrillo Alexandrino, qui fuit olim, & adhuc eſt, ob ingenii, doctrinaeque monumenta praeclara, non modo Graeciae totius, verum Eccleſiae univerſae orthodoxae lumen. Neque meum ego de huius opuſculi auctore iudicium interpono; ſed certe cuiuſcumque ſit, a veteribus graviſſimiſque Patribus, aut verborum lepore, & elegantia, aut, quod caput eſt, pia, religioſaque doctrina nulla ex parte videtur abhorrere. Ita enim praeſtantis illius, divinaeque naturae maieſtatem infinitam, ſingularem in omnes mortales beneficentiam, admirabilem ſapientiam, potiſſimum, quae in rebus creatis elucet, incredibilem in rebus omnibus maximis, & minimis tuendis,* regen-

regendiſque providentiam, paternamque procurationem oſtendit; ut legentium animos ad Dei veri cognitionem traducere, atque ad eius amorem inflammare facile poſſit. Ita porro ſingulas plantarum vires, & animantium facultates eleganti, concinnoque verſu perſequitur, ut non modo Theophraſti libros, & Ariſtotelis, verum etiam Dionyſii Areopagitae, ac reliquorum Patrum ſcripta de Dei auguſtiſſima natura, Chriſtique liberatoris noſtri myſteriis in pauca quodam modo conferat, & ſub uno prope ponat aſpectu. Haec ex Brunello nobis placuit referre, tum quia ſatis belle ea omnia in Hexaëmeron Piſidae dicta ſunt, cum etiam quia ad Piſidam ipſum ſpectant laudes in auctorem operis congeſtae. Nam quod Brunellus de Georgio noſtro ne minimam quidem ingeſſerit ſuſpicionem, id plane factum eſt, eo quia Morellianae editionis nullam, ut videtur, habuit notitiam, ipſe autem in Codicem incidit, qui falſum praeferebat Cyrilli titulum, ut apertius demonſtrabitur, cum de Codicibus opera Piſidae continentibus agemus. Neque enim excuſandus Allatius, qui eodem in loco editionem Hexaëmeri a Brunello procuratam Romae ſtatuit eſſe anteriorem editioni per Morellium factam Pariſiis, & tamen fatetur Romanam eſſe anni 1590., & Pariſienſem anni 1584. Sed de hac ipſa editione Pariſienſi, quam Allatius anno 1984., Fabricius autem 1585. conſignat, ne quid omittam quod dubium creare poſſit, illud etiam monebo, me duo vidiſse exemplaria in Bibliotheca Vaticana, quorum unum praefert annum 1584., alterum 1585., ſed nulla inter utrumque, vel minima eſt differentia. Nec ſane par eſt credere, eumdem librum bis fuiſse editum duobus annis ſibi proxime ſubſequentibus, ſed ipſam potius editionem ſub finem anni 1584. incoeptam uſque ad initium 1585. fuiſse protractam, quod eiuſdem Morellii epiſtola nuncupatoria ad Sirletum Cardinalem videtur ſuadere; data eſt enim die tertia menſis Octobris exeuntis anni 1584. Porro paucis poſt annis idem opus adamuſſim, ſed minus eleganter recuſum eſt ex editione Morelliana Heidelbergae hoc titulo: Ἑξαήμερον, ἤτοι ἡ κοσμουργία τοῦ Πισίδου Διακόνου καὶ Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τοῦ αὐτοῦ ἰαμβεῖα εἰς τὸν μάταιον βίον. *Opus ſex dierum, ſeu mundi opiſicium Georgii Piſidae Diaconi, & Referendarii Conſtantinopolitanae Eccleſiae Poema; eiuſdem ſenarii de Vanitate vitae. E typographio H Commelini anno* 1596. 8., quo in titulo cur Piſida, qui graece inſcribitur Χαρτοφύλαξ, latine dicatur *Referendarius*, plane non aſſequor. Verum hic error fuit Morellii, qui primus pro *Chartophylace* reddidit *Referendarium*. Praeter has autem non novi alias eſſe factas diviſim eiuſdem *Hexaëmeri* editiones, coniunctim autem cum aliis Poëtis, vel Patribus iterum, iterumque prodiit in lucem. Exſtat enim graece, & latine in corpore Poëtarum Graecorum Tragicorum, & Comicorum Genevae 1614. *tom. II. pag.* 241., necnon in appendice Bigneana Bibl. Patrum Pariſ. 1624. *pag.* 387., & in editione Bibl. Patrum Morelliana Pariſ. 1644., 1654. *tom. XIV.*, latine autem tantum in Biblioth. Patrum Pariſ. 1589. *tom. VIII. pag* 318., & in *tomo XII.* Bibl. Patrum edit. Lugduni *pag.* 323. Verum nemo ex iis, qui toties recudendis operibus Piſidae manum admovit, a Morellio paullisper diſcedere, nec quidquam addere, vel immutare auſus eſt, omneſque in eius fide omnino acquieverunt. Nos autem de Morellii diligentia in edendo Graeco textu nil querimur, ipſe enim non ex eodem Sirleti Codice, quo poſtea uſus eſt Brunellus, quod imprudens aſſeruit Fabricius *tom. VII. pag.* 692., ſuam ador-

adornavit editionem, ſed plures Codices undique conquiſivit, ac recenſuit, quod ipſe affirmat in laudata epiſtola nuncupatoria. Verum non ſatis probamus eius e graeco verſionem, quam dura admodum lege ſibi praeſcripta, ut Piſidae iambos totidem latinis iambis exprimeret, obſcuram adeo, & inficetam pluribus in locis reddidit, ut non unum audiverim gravem virum graecis litteris non imbutum confitentem, ſe nihil omnino ex ea ad intellectum capere adiumenti. Itaque novam ex integro verſionem inſtituere decrevi. Sed ne videremur noſtris nimium plaudentes aliena vituperare, e regione textus Morellianam appoſuimus, noſtram autem in ora extrema libri ſubiecimus, ut quam quiſque malit legat, & ſequatur. Ac mens quidem noſtra etiam erat, iambos iambis reddere, ſed veriti ne id quod vitio vertimus Morellio, nobis quoque eveniret, (difficile enim eſſe novimus obſcuri Poëtae verſus totidem verſibus velle declarare) idcirco de ſenſu, & vi verborum tantum ſolliciti paullo liberiorem confecimus verſionem. Multam autem operam in *Hexaëmero* illuſtrando inſumpſimus; nam & prolegomena praemiſimus, & adnotationes adiecimus, ut quod maximum eſt opus Piſidae, integrum ex omni parte prodiret in lucem, ac nullam aliam in poſterum deſideraret manum adiutricem. In editione Graeca Brunelli conſtat Poëma iambis 1860., in Graeco-latina Morellii 1880. Noſtra uſque ad 1910. verſus exhibet; aliquos enim ſenarios alibi omiſsos, & hinc inde ex Codicibus excerptos ſuis locis reſtitui curavimus. Neque ut videtur ſperandum eſt amplius, ut in maiorem numerum excreſcant hi ſenarii, etſi Suidas teſtetur, ut ſuperius dictum eſt, ter mille olim conſtitiſse *Hexaëmeron*, & Labbeus *pag.* 385. Bibl. novae Mſs. ex Catalogo Scipionis Tettii memoret Piſidae Coſmopoeiam ter mille verſus complectentem. Opus eſt Sergio Patriarcha ſuadente ſuſceptum, eique multa laudum commendatione dicatum. In eo, ſub tecto Procli nomine, Iohannem Philoponum peti in mentem venit primum Caveo, ac deinde etiam Oudino, quod a nobis in Prolegomenis latius expenditur: ſed perperam inde ipſe Cave, & Oudinus iudicarunt idem hoc eſse opus cum Poëmate, quod a Georgio noſtro μέτροις ἀρίστοις ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, contra Philoponum exaratum eſse prodit Nicephorus *lib. XVIII. cap* 48. Nam & erraſse Nicephorum, & falſam omnino eſse coniecturam a Caveo inde petitam mox demonſtrabimus, cum de Poëmate in *Severum* agemus. Ceterum Piſidae Coſmopoeia tota referta eſt piis ſententiis, quibus ad divinam maieſtatem contemplandam ex rebus creatis mens humana maxime erigitur. Scriptum eſt, ut videtur, hoc opus circa annum DCXXIX., quo tempore Heraclius ſecundo bello confecto iam Perſidem ſubegerat. Ita enim Piſida Sergium pro Heraclio orantem inducit *v.* 1845:

Καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος
Τὸν κοσμορύστην, τὸν διώκτην Περσίδος,
Μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τόπον.
Concede, ut qui a te obtinuit imperium,
Qui mundum liberavit, debellavit Perſidem,
Vel potius ſervavit etiam Perſidem,
Omnem ſubiectam ſoli regionem occupet;

ac paucis aliis interiectis iambis *v.* 1856:

Οὕτω

Οὕτω γὰρ ἕξει πρὰ νικητήρια
Νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας,
Ὡς τοὺς ἀθέλους πυρπολήσας βαρβάρους.
Sic enim vere ſuae fidei palmas obtinebit,
Qui ſecundam meruit referre de hoſtibus victoriam,
Igne vaſtatis barbaris, tamquam impiis.

VII. Εἰς τὸν μάταιον βίον, *de vanitate vitae*, Carmen iambicum, quod iambis latinis redditum edidit cum *Hexaëmero* Morellius, ac toties recuſum eſt deinde, quoties *Hexaëmeron* ipſum iterum typis mandatum eſt. Mutilum, & imperfectum eſſe omnes tradiderunt poſt Morellium, qui, ut videtur, in eo Codice, quo uſus eſt, ea verba invenit in fine, quae operis defectum apud Graecos ſignificant, hoc eſt λείπει τὰ ἄλλα. At nos nec ea verba deprehendimus in Codice Vaticano, neque ex ſenſu ipſo aliquid deſiderari intelleximus; quamquam adhuc alia argumento congruentia addi potuiſſe a Piſida nemo negabit. Verum utrum ille id fecerit necne, plane incertum. Opus ut nunc eſt, conſtat iambis 262. Oudinus XX. capita continere, nonumque Iohannem Philoponum tacito nomine arguere aſſeverat: ſed quibus rationibus ductus id affirmet, ignoramus. Nam nec ulla capitum diſtinctio apparet in Poëmate, nec de Iohanne Philopono leve quoddam ullibi eſt indicium. Quare erraſſe Oudinum nobis certum eſt, qui quod alii de *Hexaëmero* tulerunt iudicium, ad hoc opus arbitratu ſuo transferre non dubitavit. Ceterum hoc etiam Poëmation Sergio Patriarchae eſt inſcriptum, quem de more Piſida ingentibus effert laudibus, & contra ſuperbos, & tumidos homines veluti quoddam inſigne humilitatis exemplar proponit *v.* 233:

Εἰ καὶ πέτῃ γὰρ, καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις,
Ταπεινὸς ἦσθα, καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω.
Volites per aſtra quamquam, & adeas aethera,
Te deprimis, & congrederis mortalibus.

Nulla autem eſt nota temporis, ex qua coniicias, quando Piſida hoc opuſculum ſcripſerit. Quamobrem cum nullam certam ſedem ſibi repoſcat, ab Hexaëmero ſeiungere noluimus, cuius quaedam veluti appendix, ſi argumenti ſimilitudinem ſpectes, videri poſſit. Antiquam verſionem Morellii, quod item ſervatum eſt in *Hexaëmero*, retinendam cenſuimus, novam textui ſubiecimus, operis perſpicuitati, quantum in nobis erat, conſulentes.

VIII. Κατὰ δυσσεβοῦς Σευήρου Ἀντιοχείας, *contra impium Severum Antiochiae*. Carmen eſt conſtans iambis 731. ſaepe adeo obſcurum, & implexum, ut ſaepe etiam ſtilum vertere, & caput ſcabere mihi contigerit, cum de eo reddendo cogitarem. Auctorem operis eſſe Piſidam plane non eſt dubitandum, nam praeterquamquod ſtilus idem eſt, ac Georgio plane conveniens, in Cod. Vaticano aliis eiuſdem ſcriptis adnectitur hoc titulo Αὐτοῦ κατὰ δυσ. *Eiuſdem contra impium &c.*, ac praeterea ipſe Piſida ſibi teſtis eſt ampliſſimus in principio, & in fine Poëmatis dicens, ſe nimis fortaſſe imprudenter geſſiſſe, qui a rebus ab Heraclio in bello geſtis deſcribendis ad dogmaticas quaeſtiones exiliter pertractandas animum traduxerit:

Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν βαρβάρων,
Καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος
Ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις,

 Ὡς

Ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν Εὐεργέτης
Ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς χειρουργίας
Τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον.
Satius autem fuerat a tempeſtate barbarorum,
Et ab armata telorum procella
Expeditos quieſcere cum praeliis,
Quae fortiſſimus excidit Benefactor
Ope ſuae ſpiritalis chirurgiae,
Morbo late per orbem ſerpente ſublato.

Quibus iambis, quos legas in operis exordio *v.* 24., Piſida bellum Abaricum, & Perſicum ab Heraclio feliciter ſuſceptum, atque a ſeipſo deſcriptum aperte deſignat. Sed clarius hoc etiam demonſtrat in fine *v.* 693. ad eumdem Imperatorem converſus dicens:

Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων
Τοῖς σοῖς ἐπιστήριξε τοῦ λόγου τόνοις·
Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους.
Ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις,
Πτώσεις τυράννων, καὶ τροπὰς ἐναντίων,
Καὶ τοὺς πολυσχιδεῖς τε, καὶ πολυτρόπους
Τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους.
Rerum a me dictarum complexionem
Tui ſermonis confirma auctoritate;
Non enim habui familiares dogmaticos ſermones.
Semper autem tuis delectatus expeditionibus
Caſus tyrannorum, & ſubverſiones hoſtium,
Et multum diviſa, & varia
Tua ſtudui certamina adumbrare ſermonibus.

Georgium Piſidam eſse, qui de Heraclio, ac de ſeipſo ita ſcriberet, nemo plane negabit. Sed tamen erunt, quibus ea primum inde orietur admiratio, quod altum ſit de hoc Poëmate ſilentium in Suida, qui alioquin ſatis diligens videtur in recenſendis operibus Piſidae; deinde autem, quod nec Maltretus ipſe, qui de iiſdem omnibus operibus edendis cogitarat, aliquam de eo fecerit mentionem. Verum Suidas, vel qui in Suidam intulit articulum de Georgio Piſida, omnia eius ſcripta minime novit, nam nec de opuſculis ſuperius laudatis εἰς ἀνάστασιν, & εἰς τὸν μάταιον βίον aliquid dixit, nec de aliis, quae forſan exciderunt, ut ex fragmentis colligere licet, aliquam nobis ſuſpicionem ingeſſit. Maltretus autem, qui ut videtur, nonniſi ex Suida intellexerat, quae ſcripſiſset Georgius, ea ipſa, quae deſcripta invenerat in Suida, ſibi mitti petiit ab Holſtenio, eaque tantum recepta ſe editurum promiſit. Itaque Piſida hoc ſcripſit Poëmation circa annum DCXXX., quo tempore a bello Perſico expeditus Heraclius ad ſedandas turbas a Monophyſitis excitatas in Eccleſia ſe converterat: aperte enim id declaratur *v.* 72:

Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τῆς γαληναίου τρόπου
Ἡ πρακτική τε, καὶ σοφὴ στρατηγία
Πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν βαρβάρων.
Ὅπως ὁ πείσας ἠρεμεῖν τοὺς βαρβάρους

Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἠρεμεῖν τὰς αἱρέσεις.
Quoniam vero hoc ipſo ſerenitatis tempore
Illa operoſa, ſapienſque expeditio
Ad ſcripturas converſa eſt a Barbaris;
Ut qui quieſcere ſuaſiſſet Barbaros,
Quieſcere cum ipſis ſuaderet haereſes.

Contra quem autem, & qua mente haec ſcripſerit Georgius multis diſputavimus in Monito, quod hoc ipſum Poëmation praecedit. Recte quidem *in Severum* habet titulus, nam quemlibet eſſe dicas eum, quem ſub hoc nomine exagitat Piſida, Monophyſiſmi errores plane hic refutantur, cuius haereſeos idem Severus maximus patronus fuit. Sed noſtra quidem ſententia eſt, ſub nomine Severi, Epiſcopum aliquem intelligi, qui Severi placita, & doctrinam contra Catholica dogmata tum temporis acriter tueretur, & huius ſectae, poſt Severum, alioſque eius aſſeclas, caput, & pater exſiſteret. Nam eum eſſe Iohannem Philoponum, qui Severi tempore florebat, & a Severi partibus primum ſtetit, deinde vero ab eo diſcedens Tritheiſmi ſectam conſtituit, ut in Prolegomenis *ad Hexaëmeron* declaratum eſt, non concedimus Allatio, aliiſque, qui eius auctoritatem ſequuti ſunt. Et cur enim malis Philoponum, de quo nihil in toto Poëmate occurrit, quam Severum ipſum, qui diſerte nominatur, ſuis hiſce iambis petere Piſidam? Sed Allatium, alioſque in errorem adduxit Nicephorus Calliſtus, inter eos, qui contra Philoponum ſcripſerunt, Georgium noſtrum ſic adnumerans *lib. XVIII. cap.* 48: Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ θαυμάσιος Διάκονος, καὶ Ῥαιφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνου, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβὰς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διεξέρχεται σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον.

Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν.
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.

ὁ δέ φησι, τοιοῦτόν ἐστιν· ὁμολογεῖς, φησὶ, φιλοπονώτατε, καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ, μίαν τῆς θεότητος, καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος· εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συνεληλυθῆναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί· μία γὰρ καὶ μία, δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία· γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγοροίη τινὰ, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. *Poſt hunc*, ideſt Leontium Monachum, *& admirandus ille Diaconus, atque Referendarius Georgius Piſida, aequalis, ſive coëtaneus illius, quamvis aetate aliquanto iunior, iambis pulcherrimis, quos ſcribere conſueverat, cum dicta haereſi congreſſus, rem ſeriam ludicro temperando ad hunc modum refert, abſurditatem illius refutans:*

Unam, atque mox unam lapillo computat:
At unam, & unam forte, ſi unam dixeris,
Pueri vel ipſi tale dictum riſerint.

Quod autem verſiculis hic expreſſit, ſic habet. Profiteris, inquit, Philopone, philoſophorum omnium laborioſiſſime, & ſapientiſſime, duas naturas in Verbo unitas eſſe, unam Divinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conveniſſe, quomodo duas in unum rurſus contrahis? Una namque, & una duae ſunt, non una. Itaque ſi quis in eadem ſubiecta re duo quaedam praedicando

cando indicet, eaque ipſa rurſum in unum redigat, ridendum ſe merito praebeat. Haec autem omnia recte a Nicephoro ad Piſidae verba explananda dicta eſse fatemur, ſed Piſidam ipſum hic impugnare Philoponum negamus. Error enim Philoponi praecipuus fuit, ut hypoſtaſes a naturis non diſtingueret, ac proinde tres naturas in SS. Trinitate adfirmaret, unde Tritheita paſſim audit: ad quam ſententiam refutandam nil faciunt iambi, quos ex Piſida profert Nicephorus. Error autem Severi, atque omnium Monophyſitarum fuit, ut unam ex duabus in Chriſto naturam poſt unionem, hoc eſt in Incarnatione, adſererent: cuius deliramenti praeſtigias nequeas melius detegere, atque impugnare, quam ſi cum Piſida dicas: *Heus tu, Severe, ſi te non repugnante altera eſt Divinitatis, altera vero humanitatis in Chriſto natura, quomodo alteram, & alteram unam eſſe dicis? Nonne hoc etiam pueris ridendum erit, qui plane norunt ex una & una non unam, ſed duas coaleſcere naturas?* Atque haec ita plane accipienda eſse operis contextus demonſtrat: ita enim, atque hoc plane ſenſu laudati a Nicephoro iambi in Severum intorquentur, ut videre eſt in *v.* 633., *& ſeqq.* Inde autem etiam colligas evidenter, omnes poſt Nicephorum alucinatos eſse ſcriptores, qui eo duce dixerunt Piſidam hiſce ſenariis Philoponum laceſsere. Itaque Allatius primum hoc teſtimonio Nicephori fretus aſſerere non dubitavit Georgium noſtrum aliquo ſcripto Iohannem Philoponum, eiuſque ſectatorum haereſim oppugnaſſe; Caveus autem, & Oudinus eiuſdem Nicephori auctoritate, & fide moti in Philoponum ſcripſiſſe Piſidam pro re certa habuerunt, ſed cum quod hoc eſset opus in Philoponum ſcriptum ignorarent, omnia perperam miſcentes, & in unum confundentes, non aliud quam *Hexaëmeron* illud eſse iudicarunt: cum autem in eo poëmate Proclum nominari animadvertiſſent, nullam ali m eſſe rationem autumarunt conciliandi Piſidae cum Nicephoro, quam ſi dicerent, ſub tecto Procli nomine Philoponum intelligi. Sed Fabricius nec Oudino, & Caveo concedit, idem unumque eſse opus in Philoponum cum *Hexaemero*, nec cum Allatio conſentit, qui ſingulare Poëma adverſus eumdem Philoponum admittit, ſed potius exiſtimat, Piſidam tribus illis tantummodo verſiculis Tritheiſmum Philoponi, eiuſque computandi in Divinis temeritatem perſtrinxiſse. Sed haec omnia ex ingenio unumquemque ſuo minus recte adfirmaſſe iam conſtat ex hoc Poëmate *in Severum*, in quo Piſida Severum ipſum, non Philoponum inſectatur. Utrum autem Niceta Choniates, quem Allatius ait *lib. X. Theſauri orthodoxae fidei adverſus Monophyſitas*, eoſdem tres verſus laudare, dicat eſſe illos contra Philoponum ſcriptos, plane neſcio. Quamquam enim multum ſtudioſe huius Theſauri Codices in Romanis Bibliothecis conquiſiverim, nullibi tamen mihi contigit eos invenire; ut omnino admirarer, unde hoc Nicetae teſtimonium hauſiſset Allatius. Nuper autem cum Florentiam fauſto clementiſſimi Principis adventu cohoneſtatam veniſſem, Codicem Bibliothecae Mediceo Laurentianae Theſaurum Nicetae continentem diligenter evolvi, & librum decimum iterato legi, nec uſpiam tamen memorari Piſidam deprehendi. Quare ſuſpicio mihi orta eſt, in eo Codice forſan aliqua eſſe omiſsa ex iis, quae in Allatiano legebantur. Fatear enim, ſicuti mentionem Piſidae ingeſſit Niceta, id plane facere debuit eo in libro, quem Allatius deſignat: ibi enim multum appoſite variorum auctorum de Monophyſiſmo ſententiae referuntur.

IX. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον: *Encomium martyris Anaſtaſii*, quod

quod olim fuiſse Ms. in Bibliotheca Antonii Auguſtini teſtatur Allatius. Nos diu quaeſitum tandem invenimus in nuper laudata Bibliotheca Mediceo-Laurentiana *Plut. IX. n.* 14., ſed non niſi magno pretio nobis licuit eius apographum obtinere, & quod durius eſt, opus etiam fuit illud Florentiam iterum mittere, & cum autographo conferre; propterea quod Amanuenſis inutili, ac plane ridicula quadam diligentia Codicis characteres, nexus, litterarumque ductus omnes conatus exprimere, ea ne legi poſsent effecerat. Ex qua re mirum quot mihi ſunt ortae moleſtiae; nam quinque integri anni deinceps elapſi ſunt, antequam hoc grande negotium abſolutum reciperem. Encomii, vel orationis auctorem eſſe Piſidam faciunt, ut credamus, & nota temporis, & rerum affinitas, & ſtili cum ſtilo nativa germanitas: quae omnia, ut nobis quidem videtur, ſatis aperte demonſtrantur. Ceterum unum hoc exſtat Piſidae opuſculum ſoluta oratione ſcriptum; nam alia quidem hoc modo eum ſcripſiſſe nec affirmare poſſumus, nec negare. Sed hoc ipſum e tenebris in lucem nunc prodire forſan gaudebunt viri eruditi, apud quos certum, & inconcuſſum iam erit Suidae de Piſida teſtimonium dicentis, ſcripſiſſe Noſtrum praeter cetera *καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα* Ἀναστάσιον, non autem εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, quod iam praeter ceteros antea viderat Alex. Politus in *Martyrologio Rom. illuſtr. pag.* 367. dicens. *Suidas inter ſcripta Georgii Piſidae refert,* Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, *qua de lectione non erat, quod inquireret Kuſterus, quod ſciolus neſcio quis ibi fecerat,* εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. *Scripſit etiam Georgius Piſida,* εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, ϗ εἰς τὴν κατὰ Περσῶν πόλεμον. *Unde magis fit veriſimile, ſcripſiſſe etiam Piſidam Encomium in S. Anaſtaſium Martyrem fortiſſimum, atque celebratiſſimum.*

X. Ἐπιγράμματα ϗ ἀποσπασμάτια, *Epigrammata, & fragmenta*, quae multo ſtudio, & diligentia ex libris tum editis, cum ineditis collegimus, ut videre eſt in fine; nihil enim hic iuvat repetere ea, quae alibi fuſius expoſita, ac pertractata ſunt.

Haec itaque ſunt indubia opera Piſidae, quae uſque ad hunc diem nobis obtigit reperire, ac reperta vulgare. Sed ex iis alia ipſum ſcripſiſſe coniicimus: cum enim inter Fragmenta occurrant plures iambi, qui in recenſitis opuſculis non inveniuntur, ad aliquem deperditum libellum eos pertinere manifeſtum eſt. Id autem ipſe Piſida ſuo teſtimonio videtur confirmare: ait enim *Acroaſi III. v.* 381. *de Exped.*

> Ὅμως δὲ μικρῷ ϗ βραχυδρόμῳ σκάφει
> Τὴν σὴν θάλασσαν ἐκπερᾶν εἰθισμένος
> Ἥμαρτον οὐδὲν μὴ διαπλεύσας ὅλην.
> *Ceterum cum parva, & brevis curſus cymba*
> *Tuum pelagus percurrere ſim ſuetus,*
> *Reus non agar, quod non ſim emenſus totum.*

Si autem aſſuetus erat in Heraclium excurrere *μικρῷ σκάφει*, hoc eſt parvis Poëmatiis de eo ſcribere, profecto alia iam ediderat, antequam haſce Acroaſes vulgaret. Sed nullum eius exſtat opus, quod Acroaſes ipſas praeceſſerit; igitur ſi quid ſcripſit, deperditum eſt. Quin etiam in *Abaricis v.* 307. pacis tempore ſe plura dicturum pollicetur de geſtis Heraclii:

> Ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων οὐ διαστόντα,

Εἰς

Εἰς καιρὸν ἡμῖν εὔθετον τηρητέον.
Ἐν ᾧ παρρησίας τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ
Εὔκαιρος ὁ πλοῦς τῆς σῆς ἀβύσσου τῶν λόγων.
Sed copia tuorum laborum, Deſpota,
Ad tempus eſt mihi accomodatius reſervanda;
Quando pace adparente in medium
Fiet ſecunda navigatio per tuum mare eloquentiae.

Sed quae poſt pacem cum Perſis ſancitam edidit, ſunt Poëmata *in Hexaëmeron*, & *in Severum*, in quibus pauca admodum attingit de Heraclio. Neque ſuam fidem omnino liberaſſe Piſidam dixeris *in Heracliade*, quamvis enim eo in Poëmate omnia Imperatoris geſta complecti voluiſſe videatur, quam leviter tamen ea pertractarit ipſe ſenſit, ac faſſus eſt, dicens in fine I. Acroaſeos *v.* 238., rerum copia urgeri, ac premi, & pauca tantum e multis delibare, donec ipſe Imperator in urbem reverſus liberiorem ei praebeat dicendi facultatem:

Ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
Λύσει τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.
Donec tua mens, & os tuum perenne,
Solvat tanta ſermonum impedimenta.

Ut igitur noſtra fert opinio, praeter ea, quae nunc prodeunt in lucem opera Piſidae, alium quemdam libellum iambico metro ὥσπερ εἴθιςο exaravit, in quo res ab Heraclio in Oriente geſtae fortaſſe accuratius expendebantur. Quam noſtram ſententiam etiam Michaëlis Pſelli auctoritas videtur confirmare, ut dicetur infra, cum de ſtilo Piſidae agemus.

Nunc autem, an alia etiam ipſe ſcripſerit, videndum eſt. Nam Poſſevinus quidem in Catalogo Mſs. Graecorum ad calcem *tomi III. ſui Apparatus* ait, in Bibliotheca Vallicellana adſervari Codicem, in quo Piſidae *de geſtis Imperatorum CPolitanorum* hiſtoria continetur. Iohannes autem Georgius Herwartus ab Hoëmberg in ſuis *de re Chronologica capitibus*, Uſſerius, aliique non dubitarunt Georgio noſtro attribuere celeberrimum illud Chronicon, quod primum Faſtorum Siculorum, ac deinde Chronici Alexandrini, & Paſchalis lemmate vulgatum eſt. Sed quod ad Bibliothecam Vallicellanam ſpectat, quam Patrum Oratorii humanitate ſaepe adire, & totam perluſtrare mihi licuit, plane aſſentior Leoni Allatio, qui Poſſevini auctoritatem ita convellit. „ Licet anxie librum „ quaeſiverim, ſaepeque Indicem, & potiſſimam librorum partem pervolve„ rim, ad hunc tamen diem nuſquam tale opus occurrit. O utinam, quod „ non credo, eſſet. Errorem inde natum exiſtimo: nam qui librorum Graeco„ rum Indicem confecit, cum in Cod. B. 112 antiquo ſatis, & optimae notae, „ ſed parvae molis libro, hiſtoriam de Imperatoribus CPolitanis in principio re„ periſſet, eam tamen ἀκέφαλον plurimarum paginarum amiſſione, quam „ poſtea opus in Hexaëmeron Georgii Piſidae excipiebat, nec ut par erat ani„ madvertiſſet, hiſtoriam primum de Imperatoribus Conſtantini Manaſſae „ Synopſim eſſe, eam Georgio Piſidae, ſequentis operis auctori, ſed oſcitanter „ nimis, donavit, & harum rerum anxiis fucum fecit. „ Quod autem Herwartus ex Suida probare contendit, Chronici Paſchalis ſcriptorem fuiſſe Piſidam, qui, ut ipſe ait, aevo Heraclii florebat, eiuſque res geſtas, & Perſica bella oratione libera compoſuit, quam ſit ridiculum, apparet ex iis, quae de teſtimonio Suidae ſupe-

ſuperius dicta ſunt. Nam Herwartus eadem ipſa Suidae verba, Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια· εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ad hoc Chronicon ſignificandum inani conatu detorquet, quaſi Piſida uno tantum opere coeptos ab orbe condito uſque ad Heraclium, & Perſicum bellum Heraclii Annales proſequutus ſit. Ita enim τὸ (εἰς) interpretatur, ut valeat non *de Heraclio*, ſed uſque *ad Heraclium*, interpunctione ante εἰς omnino ſublata. Hoc autem vanum eſſe Herwarti commentum demonſtravit Matthaeus Raderus in *Praef.* ad hoc ipſum Chronicon, quod Alexandrinum inſcripſit, atque edidit, ex ipſo Suida ſatis aperte evincens *Hexaemeron* Piſidae eſſe opus a ceteris diſtinctum. Sed & Raderus ipſe de Piſidae ſcriptis loquens alucinatus eſt: nam primum ex Ms. Cod. A. Bibliothecae Auguſtanae, in quo legitur Γεωργίου Διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τοῦ Πισίδους προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου διὰ ἰαμβικῶν στίχων, recte omnino colligit, hoc opus eſſe ἔμμετρον, & verſu conſcriptum, ſed perperam deinde ſtatuit, mille octingentos octoginta eiuſdem operis verſus, quos habuiſse prae manibus editos adfirmat, aliud non eſse, quam quoddam totius argumenti prooemium, quod etiam Voſſius de *Hiſt. Graecis tom. IV. pag.* 143., Raderi auctoritate motus, imprudenter aſſeruit. Ecquis enim non intelligit in Codice Auguſtano vocem προοίμιον idem plane ſonare ac ἀρχὴ τοῦ Ἑξαημέρου, hoc eſt *initium Hexaëmeri*, vel *incipit Hexaemeron*? Quis autem credat, operi trium mille verſuum, ut placet Suidae, mille octingentorum & octoginta eſse affixum prooemium? Sed & legenti patet, Hexaëmeri prooemium conſtare tantum quinquaginta prioribus iambis; poſt quos ſtatim incipit Poëma eo verſu, Πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία. Secundum erravit Raderus, quod Piſidam ſcripſiſse *hiſtoriam de Heraclio καταλογάδην* dicat, eiuſque rei teſtem Suidam adhibeat, quod eſse falſum alibi demonſtratum eſt. Nam quae Suidas ait ſcripſiſse Piſidam de Heraclio, iambis contineri vidimus, nec ullam aliam Hiſtoriam Lexicographus memorat, ad quam Chronicon Paſchale referri poſſit. Itaque tum Herwartus, cum Raderus in Suidae textu explanando falſi ſunt: ſed turpius Herwartus, qui ex eo gloriatur in ſuis *Capitibus Chron.* detexiſse, eiuſdem Chronici Paſchalis auctorem eſse Piſidam, nec ſenſit, quam ſit ineptum hoc adfirmare, cum Suidas dicat, Piſidam iambico metro eſse uſum, & Chronicon Paſchale ſoluta oratione ſit exaratum. At Raderus contra nullo modo ex Suida affingi poſse Piſidae hoc Chronicon recte contendit, ſed male ipſum Piſidam Hiſtoriae cuiuſdam Heraclianae eſse auctorem concedit. Quin etiam Chronicon ſcripſiſse Piſidam non audet omnino negare; nam aliud Chronicon anonymum Ms. in Bibliotheca Collegii Annaei Auguſtana ſe vidiſse teſtatur, quod ex Piſida, & Cyrillo decerptum dicitur in Epigraphe, ſtatimque in principio refert, apud Georgium Piſidam Adami filias primas, alteram Azuram, alteram Aſuam nominari: unde Raderus coniiciebat Chronicon Piſidae, ſi quod umquam fuit, a Paſchali Chronico eſse diverſum, in quo nec Aſuae, nec Azurae ulla fit mentio. Nos autem nullum umquam Chronicon ſcripſiſse Piſidam exiſtimamus: nam etſi concedere velimus Radero, exſtare Codicem in Collegio Annaeo, cui titulus ſit *Chronicon ex Piſida, & Cyrillo decerptum*, quis tamen tantam habebit titulo fidem, ut ei acquieſcat, nec potius addubitet, ea nomina Amanuenſis arbitrio appoſita eſse libro, cum nec quis fuerit Cyrillus, nec quod ſit Chronicon Piſidae attributum aliunde innoteſcat? Sed alias etiam de hoc fictitio

tio Chronico redibit ſermo. In Chronicon Paſchale autem nihil de ſuo contuliſse Piſidam confidenter aſſerimus: quamvis enim (ut cum Du-Freſnio, qui novam huiuſce Chronici editionem adornavit, loquar *Praeſ. pag.* 8.) „ negari fere non „ poſſit, eius operis continuatorem ſub Heraclio vixiſſe, tum quod libri titulus „ in Cod. Vaticano, & in Codd. Bibliothecae Regis Catholici, illud in an- „ num XX. Heraclii, vel certe in illius tempora deſinere innuat, tum quod quae „ de eodem Auguſto, eiuſque geſtis narrantur, ac denique exſcriptae prolixio- „ res epiſtolae ad Perſarum Regem, vel Toparchas &c., id ſuadeant omnino; „ atqui tamen non inde ſequitur, Georgium Piſidam, quod eodem Heraclio im- „ perante vixerit, Chronici auctorem haberi debere „. Duo autem ſunt, quae faciunt, ut libenter Du-Freſnio aſſentiamur: primum quod in iis, quae de Heraclio in Chronico fuſe narrantur, ne una quidem vox occurrat a Piſida de iiſdem rebus agente uſurpata, ut cuivis narrationem Chronici de bello Abarico *pag.* 392. cum *Abaricis* Piſidae conferenti fiet manifeſtum; praeterquam quod Chronici ſtilus tam rudis eſt, & incomptus, ut quantum licet Hiſtoricum Poëtae comparare, nullo modo videatur Piſidae convenire. Deinde autem, ut par eſt credere, ſi noſtri Georgii opus eſſet Chronicon Paſchale, non is ad annum XX. Heraclii tantum illud protraxiſſet, & res Perſicas, poſt interiectam illam de Abaribus longam, & minutam narratiunculam, tam ſicco pede tranſiſſet, ſed plura omnino de geſtis Heraclii in Choſroam congeſſiſſet, & alia, quae poſt bellum Perſicum evenere, memoratu plane digna, attigiſſet; cum ex Poëmate in Severum pateat, quanti idem Piſida facienda eſſe cenſuerit, quae pro Eccleſiaſticis controverſiis componendis, poſt pacem cum Siroë Perſarum Rege firmatam, egit Imperator. Iam vero Chronographum non fuiſse Piſidam facile, opinor, ſibi quiſque perſuadebit; ſed Iambographum egiſse nemo ſanus negabit. Quare quid reſpondebimus Q. Septimio Florenti Chriſtiano, qui idcirco ei attribuit Poëmation Aſtronomicum *de Sphaera*, quod antea ſub Empedoclis, vel Demetrii Triclinii nomine ediderat Pariſiis an. 1564. Fridericus Morellius? Cum enim ille, doctiſſimus omnino vir, anno 1687. ſtatuiſset luci donare eiuſdem Poëmatii verſionem, de eo hoc iudicium interpoſuit. *Empedoclis hos eſſe verſus numquam in animum induxi ut crederem, & qui credunt, ſunt ſane quam* ῥᾳχυπειθεῖς, *nulloque, ut mihi videtur, probabili nituntur argumento. Ab iis temporibus longiſſime abſunt, qui Triclinio Demetrio imputant: ſed conіectura tamen ſcopum veritatis propius attingunt. Quamvis enim materia haec ſit vetus, recentiorum eſt forma, & meruit nihilominus antiquam obtinere. Profecto poëſis iſta non longe diſcedit a Piſidae vel ſtilo, vel aetate, quod iudicium facio aliorum, & eruditiorum &c.* Ego vero Piſidam eſse auctorem non credo, & plane libenter aſsentior Fabricio, qui *Bibl. Graec. tom. II. pag.* 477. hunc ipſum *de Sphaera* libellum, iam raro obvium, iterum impreſsum cum docti Interpretis notis non inconſultus nobis obtulit legendum, ſed cuivis potius alteri, quam Piſidae adiudicandum cenſuit, quod Chriſtianiſmum eius, ac religionem neutiquam ſpirent hi *v.* 75., & *ſeqq.*

Τοιᾷδε τάξει σχηματίζοντ᾽ ἀστέρες,
Θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων.
Εἶτ᾽ οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὤφελος βροτοῖς,
Εἴθ᾽ ἥλιος πλωτὸν ἀστέρων θέσιν,
Θεῶν τὸ μηχάνημα.

Tales

Tales figuras ſidera, & ſedes habent,
Benignitas quae Numinis mortalibus
Conceſſit. Ergo ſeu patrima Pallas, aut
Sol ordinavit hunce ſtellarum ſitum,
Opus eſt Deorum.

Quinam enim fieri poſſit, ut Piſida, qui in *Hexaëmero* omnia ad pietatem, & veram religionem nimium etiam ſtudioſe deflexit contra Graecos, ſi de ſphaera, & ſtellis egiſſet, earum ordinem, & curſum a fabuloſis gentium numinibus diceret eſſe conſtitutum? Profecto haec una difficultas tanti momenti mihi viſa eſt, ut opus ipſum attentius expendere, & ſtilum ſtilo conferre ſupervacaneum eſſe duxerim. Reſtat tandem ut etiam illud moneam, ne *Commentarios* quidem *in Epiſtolas Paulli*, quos Graece exſtare in Bibliotheca Vindobonenſi ex Friſio, & Poſſevino refert Le Longius *Bibl. Sacr. tom. II. pag.* 907. ſub nomine *Piſcidii*, vel *Piſidii* Graeci, Georgio Piſidae tribuendos eſſe; quem talia ſcripſiſſe nec auctoritatibus, nec coniecturis evinces. Sed & Friſio, & Poſſevino etiam fides in hoc negari poſſe videtur, cum Lambecius, & Reimmannus, qui Catalogos Bibliothecae Vindobonenſis longe accuratius confecerunt, huius *Piſcidii*, vel *Piſidii* in Paullum ſcribentis nullam ingerant mentionem.

Itaque cum iam ſit apertum, quae ſint opera falſo attributa Piſidae, non abs re quidem erit, nunc aliquid dicere de Codicibus, in quibus eius genuina ſcripta contineri aut vidimus, aut legimus. In Bibliotheca Vaticana quinque ſunt huiuſmodi Codices, quorum primus ſignatur num. CXXI. In eo praeter Cleomedis, Dionyſii Periegetae, Theodori Prodromi, aliorumque opera, ſunt *Γεωργίου Διακόνου, καὶ Ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι εἰς τὴν Ἑξαήμερον*. Codex eſt minutiſſimis, ſed elegantibus litteris exaratus: iambi ſingulis paginis in quatuor columnas diguruntur; non ita tamen ut tota columna prima legenda ſit, antequam ad ſecundam quis progrediatur, ſed a ſingulis cuiuſque columnae primis verſibus incipiendum ſit, & ſic deinde veniendum ad ſecundos, tertios, quartos, atque eo ordine continuandum uſque ad finem paginae. Ceterum multis ſcatet erroribus, ac plures in eo deſunt verſus, plures ſunt extra ordinem tranſpoſiti. Secundus Codex Vaticanus eſt CLXVI. non ineleganter, ſed multum mendoſe ſcriptus, cum emendationibus a recentiori manu adpoſitis in margine. Titulus eſt, *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου, καὶ Ῥεφερενδαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, κυρίου τοῦ Πισίδου στίχοι ἰαμβικοὶ πρὸς τὸν Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Σέργιον*, hoc eſt *in Hexaemeron Sergio dicatum*. Ex hoc Codice decem illos iambos ſupplevimus in principio v. 22., qui ſunt in laudem eiuſdem Sergii. Deſinit in verſum 1627. *Οὕτως ἕκαστα συμφυεῖ τὰς ἡ χάρις*, ſed pro *χάρις* habet *κτίσις*. Tertius Codex Vaticanus eſt DCCCLXVII., in quo 419. iambi tantum ab Hexaëmero excerpti leguntur, qui ſunt de animalium proprietatibus: incipit enim a verſu 938. *τίς τοῖσιν ἐκράτυνεν*, & deſinit in verſum 1357. *πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν ἀναστρέφει*. Totus eſt negligenter, & a barbara manu exaratus, ut non dubites eum a ſequioris ſaeculi quodam Graeculo emanaſſe. Titulus eſt *Γεωργίου τοῦ σοφωτάτου καὶ Διακόνου τῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι*. In fine legitur *τέλος τῶν στιχίων*. Interea, quod mirere, iambi non ſunt *στιχηρῶς*, ſed in modum proſae orationis ſcripti. Quartus Codex Vat. eſt MCXXVI. membranaceus, eius formae, quam dicimus in 16., nitide, & eleganter, & ut videtur circa ſaeculum XIII. a perito

 Calli-

Calligrapho ſcriptus. Is eſt Codex, ex quo fuerunt exſcripta opuſcula Piſidae ab Holſtenio miſſa Maltreto, quem Allatius non vidit, a quo Apographum Bibliothecae Corſinianae formatum eſt, & quo demum nos in hac editione procuranda uſi ſumus. In eo enim continentur omnia Piſidae carmina hoc titulo, atque ordine, Στίχοι Γεωργίου Διακόνου, καὶ Σκευοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Πισίδου εἰς τὴν Ἑξαήμερον, *in Hexaëmeron. Epigrammata, Heraclias, de vanitate vitae, contra Severum, de expeditione Heraclii, de bello Abarico, in Anaſtaſium.* Sequuntur Anonymi iambi in S. Mariam Aegyptiacam, ac deinde plurima Philae carmina. Nec Hexaëmeron, nec Poëmation de vanitate vitae exinde colligas eſſe mutilum; omnes enim verſus utrobique ſibi ſuccedunt ſuo ordine coniuncti, nulla litura apparet in medio, neque in fine quod apponi ſolet cum aliquid deſideratur, λείπει καὶ τ' ἄλλα legitur, ut eſt in Morellio. In margine ſunt tituli ex minio rerum capita indicantes, quales idem Morellius exhibuit in ſua editione Pariſienſi. Codex ut videtur e Columnenſium domo ad Bibliothecam Vaticanam tranſivit: habet enim in principio haec verba, *Hoc volumen eſt mei Nicolai Bartholomaei de Columnis.* Quintus Codex Vatic. eſt MCCLXXXI. bombycinus, extra, & intus praeferens ſtemma domus Caraffae. In prima pagina legitur, *Antonii Card. Caraffae Bibliothecarii munus ex teſtamento.* Sequitur hic titulus: Τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Κυρίλλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρίας περὶ ζώων ἰδιότητος, καὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχην κύριον Σέργιον. Sed a manu recentiori, quae videtur eſſe Allatii, ibidem recte eſt adnotatum Γεωργίου τοῦ Πισίδου. Poſt verſum 80. Σιγῶσι Πρόκλοι, legitur, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, e quibus verbis ſi tanta eſſet Codicis auctoritas, haec duo firma haberentur; & quod ſit Hexaëmeri principium, & quem ſibi ducem in eo ſcribendo elegerit Piſida. Verum hic plane eſt ille Codex, cuius epigraphe deceptus Hieronymus Brunellus Hexaëmeron Piſidae edidit Romae anno 1590. ſub nomine Cyrilli, ut ſupra dictum eſt; omnia enim reſpondent adamuſſim, tum titulus, cum iamborum numerus, qui ſunt 1864. Ceterum totus corruptus eſt, & prorſus inemendatus, quamquam non ineleganter ſcriptus initio ſaeculi XV. In margine ad verſum 474. huiuſmodi eſt inſcriptio περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου *de ſacro morbo*, quam in nullo alio Codice reperi. Sed & Morellius eamdem gloſſam marginalem appoſuit, cuius vim plane non aſſequor, nec antea aſſecutus fuit editor Bibliothecae Patrum Pariſ. 1589. Ait enim, *Inſcriptionem de morbo ſacro non capio; malim de certaminibus, & praemiis Martyrum Chriſti.* Hos quinque Codices Vaticanos, quoniam licebat, non piguit iamdiu conferre, & variantes lectiones hinc inde colligere, ſpes namque inerat uberrimum diligentiae noſtrae fructum nos eſſe relaturos; ſed exhauſti laboris tandem nos poenituit, ubi intelleximus eos omnes eſſe tam imperite, & oſcitanter ſcriptos, ut nullam utilitatem ex eorum lectione capere poſſis, ſi tamen laudatum Codicem MCXXVI. excipias, quem unum perluſtraſſe, & expendiſſe accuratius ſatis fuiſſet. Sed & alium Codicem Bibliothecae Vallicellanae ſignatum B. 115. conferre voluimus, quem Fulvius Urſinus dono dedit Achilli Statio, ut in eodem notatum animadverti; ne cum eſſet ad manus, eo vel neglecto, vel omiſſo, officio noſtro videremur defuiſſe. Codex eſt membranaceus, in quo ſtatim veniunt iambi Piſidae in duas columnas pulcherrime digeſti, & nitido charactere conſpicui, ſed multis mendis foedati, & perturbato

bato ordine diſpoſiti : quin & deſunt non pauci , nam totum Hexaëmeron illic verſibus 1651. continetur . Titulus eſt Γεωργίυ τῦ Πισίδυ εἰς Πατριάρχην Σέργιον, περὶ τῆς Ἑξαημέρυ. Cum autem paucis ante annis , patrios reviſurus lares , Florentiam veniſſem , ibi mihi libuit per ocium videre , ac manibus verſare Codicem X. Plut. V. Bibliothecae Mediceo-Laurentianae , quamvis nec aetate , nec ulla ſcriptionis ſpecie commendabilem , in quo habentur Γεωργίυ Διακόνυ Κωνσταντινυπόλεως τῦ Πισίδυ στίχοι ἴαμβοι , videlicet *in Hexaëmeron*, qui ſunt tantum numero 1427. Plures enim verſus omiſit ſcriptor, ac praeſertim in fine, quorum ultimus occurrit, qui nobis eſt 1823. Ἕτοιμος οἶνος. Id autem antea obſervaverat diligentiſſimus Editor Catalogi eiuſdem Bibliothecae *pag.* 23. haec ſubdens : *In Codice adcedunt hi quinque mendoſi verſus, qui deſiderantur in editione Lectii :*

Δόξα δὲ πάντων τῷ Θεῷ καὶ δεσπότῃ
Τῷ ζῶντι καὶ μένοντι εἰς ἀεὶ πρέπει.
Ἀμὴν, ἀμὴν γένοιτο τῷ ἐν τοῖς πᾶσι
Χρόνοις τε καὶ γ' ἔτεσι τοῖς ἀμετρήτοις
Εἶτε δὲ τοῖς ἀναξίοις ἡμῖν ἐν πᾶσι χαίρεις

At non ſenſit , quod tamen facile erat intelligere , putidos illos verſiculos non eſſe Piſidae , ſed imperiti ſcriptoris , qui cum ſcribendi finem feciſſet , Amanuenſium more , haec effutivit de ſuo . Qua de re tantum abeſt , ut in editionibus Hexaëmeri hae nugae deſiderentur , ut eſſent potius , ſi forte illuc irrepſiſſent , expungendae . Venio nunc ad Bibliothecam regii Taurinenſis Athenaei , in qua, prout ex eius Catalogo colligitur , duo ſunt Codices opera Piſidae continentes , videlicet CCCIV. , & CCCLX. Id cum ego legiſſem , ſtatim per epiſtolam rogavi cl. Patrem Beccariam , eiuſdem Athenaei Profeſſorem celeberrimum , & ex eo tempore , quo nos ambo degebamus Panormi, amicum ſuaviſſimum , ut qua ratione , & modo poſſet, horum Codicum notitiam ampliorem , quam quae in Catalogo eſſet , mihi communicaret . Is autem hanc ſpartam , quo nihil optatius mihi contingere poterat, dedit alteri Bibliothecae Cuſtodi Franciſco Bertae, viro doctiſſimo , atque humaniſſimo , qui ſponte & ultro , & nulla vilis mercedis ſpe ductus iniucundum onus ſubiit , unum ex duobus Codicibus contulit , ſuaſque in utrumque obſervationes ad me liberaliter miſit . Sed ut ipſe fatetur , uterque Codex mendoſe ſcriptus eſt ſaeculo XV. , idque ex variantibus inde excerptis abunde patet . Titulus Codicis CCCIV. hic eſt , Γεωργίυ Διακόνυ, καὶ Χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τῦ Θεῦ μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινυπόλεως , τῦ Πισίδυ , προοίμιον εἰς τὴν Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων , qui titulus in Catalogo *pag.* 393. ſic legitur latine tantum expreſſus , *Georgii Diaconi , & Chartophylacis ſanctiſſimae Dei Eccleſiae CP. Piſidenſis, Carmen in Hexaemeron* ; ſed melius & ad verbum reddas , *Georgii &c. ſanctiſſimae , & magnae Dei Eccleſiae , cognomento Piſidae , in Hexaëmeron iambis conſcriptum prooemium* . Is eſt Codex , cuius variae lectiones laudatiſſimi viri Franciſci Bertae beneficio apud me ſunt , e quibus tamen nullum adiumentum capere nobis licuit vel ad emaculandum , vel ad locupletandum Piſidae textum : omnia enim illic ſunt interpolate , & barbare ſcripta . Sed in eo etiam occurrunt decem illi ſenarii in laudem Sergii , quos diximus ſuperius ex Cod. Vat. CLXVI. excerptos in *Hexaemeron* nos comportaſſe poſt verſum 21. Quin etiam hoc in Codice Taurinenſi praeter decem hi alii duo adduntur verſiculi :

 Ἡ περ-

Ἡ περιγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων
Ἔρως περισευχῆς, καὶ θεότρωτος λόγος,

quos in textum non recepimus, quia nobis videbantur eſſe nimis inficeti, & Piſidae neutiquam convenire. Sed qui volet recipiat, dummodo pro θεότρωτος, quae putida vox eſt, & barbara, legat θεοπρεπὴς λόγος. Alterius autem Codicis CCCLX. titulum, cuius characteres adeo eſſe evanidos me monuit amice idem Berta, ut vix legi poſſint, proferam ex Catalogo, in quo *pag.* 485. haec habentur: Γεωργίου Διακόνου τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ Ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὸ Ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου, *Georgii Diaconi magnae Eccleſiae, & Referendarii, cognomine Piſidae, iambici verſus politici in Hexaëmeron magni Baſilii*, quorum initium Ὦ παντός. Sed hoc in titulo erravit tum Codicis ſcriptor, qui verſus politicos appinxit Piſidae, cum auctor Catalogi, qui eos iambicos politicos appellat: nam ut inferius notabimus, iambis quidem ſcripſit Piſida, & omnino eleganter, non verſibus politicis; iambicos autem verſus nullo modo poſſis appellare politicos, cum maximum ſit inter iambos ipſos, & politicos diſcrimen. Quod autem ibi deinde legitur, ſuos iambos ſcripſiſſe Piſidam *in Hexaëmeron Baſilii*, id quam levi innitatur fundamento, oſtendimus in *Monito* ante ipſum Poëma *de Opificio mundi*. Sed hoc in Codice praeter *Hexaemeron* habentur etiam, primum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μάταιον βίον, καὶ καθ' ὑπερηφάνων, *eiuſdem de vanitate vitae, & adverſus ſuperbos*, iambi, quorum initium: Ἄνεῳξον ἡμῖν τοῦ λογισμοῦ τῆς κόρας, hoc eſt τὰς χόρας: deinde vero, στίχοι τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *eiuſdem verſus de Chriſti Domini noſtri reſurrectione*, quorum initium:

Λευχειμονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις,
Τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδάσκεται χρέος.

Hi ſunt Codices in Italiae Bibliothecis aſſervati, in quibus opera Piſidae continentur: nec alii ſunt Georgii τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, quos Conradus Geſnerus in ſua Bibliotheca dicit alicubi exſtare in Italia; ac proinde non immerito irridetur ab Allatio, quod ita ſcripſerit: Γεωργίου πόνημα τοῦ καὶ Πισίδου. *Inſcriptio trimetra iambica libri, qui neſcio in qua Italiae Bibliotheca latet, varia opuſcula continens, de aeſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris; Phyſiologiam de plantis, avibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis; de generibus animalium; de locuſta, de hirundine, de malo punica*. Quae omnia Hexaëmeri partem conſtituunt. Verum *en*, ſubiungit Allatius, *quomodo unum, & continuatum tractatum in plures vir iſte diſcerpit. An non etiam hac ratione, & carmen quandoque unicus tractatus, & opuſculum erit?* At vero longe plures ſunt operum Piſidae Codices, qui in Bibliothecis extra Italiam exſtant: nam in ſola regia Pariſienſi, qua nulla poſt Vaticanam plane ditior eſt, quinque ſunt Codices, ut patet ex Catalogo, videlicet DCCCLIV., MCCLXXVII., MCCCII., MMDCCCXXXI., MMDCCCLXXI. iambica carmina *in Hexaëmeron*, ſive *de Opificio mundi* complectentes ſub aperto nomine Piſidae. Sed ibidem alii quinque exſtant Codices, ideſt MMDCCXLV., MMDCCXLVI., MMDCCCLXIX., MMDCCCLXX., MMDCCCXCIII., in quibus idem opus venit ſub falſo nomine Cyrilli Alexandrini. In Codice autem MDCXXX. leguntur Piſidae iambi *de vita humana*, quorum ἀρχοτέλειαν nobis rogatus miſit perhumaniter cl. vir Capperonnerius Bibliothecae regiae Cuſtos, qualem hic libenter

benter ſubiicimus, tum quod ibi alia aliter, ac in editis, legantur, cum quod nihil deeſſe in fine huius Poëmatis, ut ſuperius dicebamus, confirmetur. *Τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων ἔμμετρα ἰαμβικά·*

Τὸ πρόγραμμα πρὸς Χριστόν.

Ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς πτύχας,
Ὁ τοῦ ὄνου πρὶν ἐξανοίξας τὸ στόμα.
Εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπλαις πανταπάσι
Τῇ τοῦ καθ᾽ ἡμῶν ἐνδιαγνώστου βίου.
Ὅμως ἐκείνοις χρώμενος διδασκάλοις
Ἐμαυτὸν, ὡς ἔνεστιν, ἐμμέτρως γράφων
Δι᾽ ἧς πέπομφα τῶν παθῶν ἀμετρίαν.
Γραφεὺς ἐμαυτοῦ καὶ κατηγορημένων.
Ἀρχὴ τῶν ἐμμέτρων.
Τὴν τοῦ βίου ῥέουσαν εἰκόνα γράφων

Τέλος.

Ὄχημα λαμπρὸν ἐκ Θεοῦ πεπηγμένον.
Δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον.

At in eodem Codice MDCXXX. ſub nomine Piſidae veniunt *n.77. Verſus heroici de eodem argumento*, videlicet, *de vanitate vitae: n.78. Iambi in templum, quod eſt in Blachernis*, & *n.79 Epigrammata in Davidem, in Theologum, in Horologium, & in legum Synopſin:* quae omnia falſo eſſe adſcripta Piſidae me monuit laudatus Capperonnerius, cuius auctoritatem ſequor non invitus: ſed cum Iambos *in aedem Blachernianam* Georgii eſſe iudicaverint alii doctiſſimi viri, ego eos inter *Fragmenta* recenſere non dubitavi una cum aliis carminibus *in Deiparam, & Sanctum Thomam, aliſque*, quae ex Codice MMDCCCXXXI. exſcripta, tamquam genuina Piſidae opuſcula, nobis communicavit idem Capperonnerius. Nil autem loquar de *Homilia in Beatam Virginem, ac de vivifica, & ſalutari paſſione*, quae in Cod. MCCVII. Georgio Piſidae, Epiſcopo Nicomedienſi, tribuitur; ſatis enim de hac nominum Georgii Piſidae, & Georgii Nicomedienſis confuſione dictum eſt. Nunc autem a regia Bibliotheca Pariſienſi ad Caeſaream Vindobonenſem gradum facientes tres ibi Codices adſervari intelleximus ex Catalogis Lambecii, Neſſelii, & Reimmanni, Piſidae nomen praeferentes. Ii autem ſunt, primum Cod. CCIX. *Theologicus*, de quo Lambecius *lib.V. pag.*18., & Reimmannus *pag.*338. In eo *n.VII.* venit *Hexaëmeron* ſub hoc titulo, Γεωργίου Διακόνου καὶ Ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδη εἰς τὴν Ἑξαήμερον, ſed pertingit tantum uſque ad locum *de vermibus ſericis*, cuius illic hoc eſt principium, Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα σηρικονόμος. Secundus Codex eſt, qui in claſſem Medicorum relatus ſignatur numero XLVIII. De eo Lambecius *lib.VI. pag.*162., & Reimmannus *pag.*493. Titulus eſt, Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου τοῦ Πισίδου περὶ ζώων, *Sapientiſſimi Domini Georgii Piſidae poëma iambicum de animalibus*, quod eſt *Hexaëmeron:* ſed huius tituli reſpectu, ut Lambecius ait, fit eius operis inter Medicos mentio, tamquam ad hiſtoriam animalium pertinentis, quod omnino melius ad claſsem Theologicam referas. Circa finem huius Poëmatis, nempe e regione *v.*1856. Καὶ δὸς .... in margine Codicis haec adſcripta ſunt verba, πρὸς Ἡράκλειον λέγει, & paullo poſt e regione *v.*1880. Ὁ Πατριάρχης ....

item

item haec leguntur, *πρὸς Σέργιον λέγει*. Tertius Codex eſt, ex quo Neſſelius *part. IV. pag.* 83., & Reimmannus *part. II. lib.* 2. *pag.* 72. hunc titulum proferunt. *Poëma, vel verſus iambici de animalibus, avibus, plantis, & herbis, forte Georgii Piſidae, vel Pſelli, ſed ab initio mutili*. Id ego cum legiſſem, nec plane ſcirem, unde ea oriretur circa Piſidam, & Pſellum dubitatio, optimum virum Nicolaum Forloſiam, unum e Cuſtodibus Bibliothecae Vindobonenſis, cuius conſuetudine utebar iucundiſſima, dum eſſem Viennae, nunc autem morte ſurreptum cum bonis doleo, datis litteris rogavi, ut eius Codicis accuratiorem deſcriptionem ad me mitteret. Is autem humaniter reſcripſit, Codicem nec optimae notae eſſe, quod placuit Reimmanno aſſerere, nec nitide ſcriptum; continere autem variorum Auctorum opuſcula male farta, & aſſuta, quorum primum eſſet carmen iambicum in duas columnas digeſtum, charactere barbaro, & prorſus evanido exaratum, cuius eſt initium: *Χλωρὰν δὲ τὴν ἄχρωσιν εἰ φάγει χύων.* Sed hic eſt verſus 961 *Hexaëmeri* Piſidae; itaque nil habet hic quod agat Pſellus. At vero praeter hoſce tres Codices Vindobonenſes *Hexaëmeron* Piſidae continentes, duo alii memorantur a Lambecio, in quibus occurrunt noſtri Georgii Fragmenta: nam in *lib. IV. pag.* 208. dicit in Codice CLXXXVIII. *n.* 22. haberi *Expoſitionem Pſalmi CIII.* *Εὐλογεῖ ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον* ab anonymo auctore collectam ex Euſebio Pamphili, S. Maximo &c., & Georgio Piſida, cuius citantur iambi ex Poëmate *de Opificio mundi* deſumpti; & in *lib. V. pag.* 106. ait in Codice CCXLI. exſtare Iohannis Patriarchae Antiocheni *Eclogas aſceticas* ex variis ſcriptoribus Eccleſiaſticis collectas, quos inter laudantur Evagrius *περὶ κενοδοξίας*, ſive *de vana gloria*, & Georgius Piſida, qui de eodem argumento ſcripſit. Sed reſtat adhuc alter Codex plane non omittendus, qui in Neſſelio *part. V. pag.* 174. eſt CXXIV., & in Reimmanno *part. II. lib.* 2. *pag.* 701. eſt LV., namque ex eo videtur confirmari id quod ſuperius concedere noluimus Radero, Piſidam praeter cetera etiam *Chronicon* ſcriptum reliquiſſe. Eius Codicis deſcriptionem primum Neſſelius, ac deinde ex eo ad verbum ſic dedit Reimmannus. *Codex Ms. hiſtoricus Graecus, chartaceus, recenti manu ſcriptus, olim ad Bibliothecam cl. viri Davidis Hoeſchelii pertinens, quo Georgii Piſidae, Diaconi, & Chartophylacis magnae Eccleſiae CPolitanae, & Cyrilli Monachi Breviarium Chronographicum ex variis hiſtoriis concinnatum, ab orbe condito uſque ad Conſtantinum Imp. Leonis ſapientis continetur filium, cum interpretatione latina e regione poſita*. Sed cum haec mihi viderentur inter ſe non convenire, a nuper laudato viro Nicolao Forloſia petii, ut eumdem Codicem paullo attentius conſideraret, & ſaltem titulum inde exſcriptum ad me mitteret. Ille autem *τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ*, ad omnia paucis re[ſ]cribens. *Codex eſt recentiſſime ſcriptus, & fortaſſe anno* 1573; *nam in fine cuiuſdam paginae haec lego*, ὑπὸ Ἀνδρέου Δαρμαρίου τοῦ Ἐπιδαυρίου τέλος λαβοῦσα αφξ. *Titulus autem, quem puto ab imperito, & rudi ſcriptore affictum libro, hic eſt*: Γεωργίου τοῦ Πισίδου, καὶ Κυρίλλου. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου χρονογραφικὸν σύντομον, ὅπερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο. Στίχοι ἴαμβος. Δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον. Ὁ μὲν οὖν Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ Παραδείσου κ. τ. λ. *In Chronico nulli occurrunt iambi, qui Piſidam detegant. Ceterum tuum eſto hiſce de rebus iudicium*. Haec Forloſia. Ego autem mihi videor, quod ſatis eſt ex hoc ipſo titulo colligere, quem ita vertas: *Georgii Piſidae, & Cyrilli. Sancti Patris noſtri Cyrilli Breviarium*

viarium Chronographicum, quod ex variis Hiſtoricis collectum eſt. Verſus iambicus.

> Δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνων
>
> *Curſum reſumens ex Adamo temporis.*

Igitur cum Adam eiectus eſſet e Paradiſo &c. Iam ut ſtatim apparet, nil putidius hoc titulo, ex quo vix intelligas, quid voluerit ſcriptor praemonere. Sed, ut mea ſententia eſt, duo ſunt tituli una ſimul hic perperam coniuncti. Prima verba, *Georgii Piſidae, & Cyrilli* primum titulum conſtituunt, quae Codici ſcriptor apposuit, quod fortaſse vellet eo in libro quaedam ex Cyrillo, & Piſida ſelecta tranſcribere; niſi malis hunc titulum ſtatim feciſse libro, eo quia de *Hexaëmero* Piſidae ſcribendo primum cogitaverit; cum autem ex Codicibus, quos habebat prae manibus, videret modo Georgio, modo autem Cyrillo illud attribui, idcirco utrumque nomen ibi recte apponi poſse duxerit. Quae deinde ſequuntur verba, *S. Patris Cyrilli Breviarium &c.* ad ſecundum titulum ſpectant, in quo cum nulla amplius fiat Piſidae mentio, inde fit manifeſtum, illud Chronicon ad eumdem Piſidam neutiquam pertinere, quem in partem operis non vocat idem ſcriptor. Nec rudis ille verſiculus, qui poſtea ſuccedit, eſt Piſidae, ſed Amanuenſis, qui in fronte libri monuit *Chronicon ab Adamo exordiri*: ſtatim enim incipit, *Igitur cum Adam eiectus eſſet e Paradiſo &c.*, quae tamen verba Chronici aliquid deeſse in principio demonſtrant. Nonne enim antea debuit eſse ſermo de creatione Adami? Quod autem ad S. Cyrillum attinet, cui Chronicon adſcribitur, nil habeo aliud quod dicam, niſi temere hoc nominis ibi a ſcriptore fuiſse effictum; nam ut videtur hoc Chronicon, quod S Cyrilli dicitur, non eſt diverſum ab eo, quod a Du-Cangio in *Diſſert. de Hebdomo ad calcem not. in Zonaram*, ut Anonymum ita frequenter allegatur, *Chronicon Ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem*. Sed hic Cyrillum nil moror, ac de Piſida tantum ſollicitus, id ſtatuo, primum nullam auctoritatem tribuendam eſse huius Codicis titulo, deinde vero quamquam fidem ei dandam eſse quis autumet, nullo modo ex eo deduci poſse Piſidam eſse eius Chronici auctorem, quod vere Cyrillo tantum inſcribitur. Haec autem mihi paullo fuſius explananda erant, ut Radero occurrerem, quem ſupra vidimus ex epigraphe Codicis Auguſtae in Collegio Annaeo quondam exſtantis ab adſcribendo Chronicon Piſidae non fuiſse alienum: quandoquidem ni fallor, Codex quem Auguſtae vidit Raderus, idem ille eſt, quem apertae falſitatis in titulo nuper arguimus, ex Bibliotheca Davidica Hoeſchelii civis Auguſtani, ad quem antea Neſſelio, & Reimmanno teſtibus pertinebat, in Bibliothecam Vindobonenſem, ut videtur, poſtea translatus. Sed ut haec adhuc clarius innoteſcant, non omittam id quod doctiſſimus Montfauconius in Catalogo Bibliothecae Coislinianae adnotavit ad Codicem CCCV., in quo habetur Chronicon cuiuſdam Georgii Monachi, qui ſe *Hamartolum*, hoc eſt peccatorem appellat: namque idem plane eſse Chronicon Coislinianum cum Auguſtano, & Vindobonenſe inde ſatis apparet. Titulus Coisliniani hic eſt: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας. *Inc.* Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγων καὶ λογογράφων. Quae inſcriptio quamquam cum inſcriptione Codicis Vindobonenſis non videatur adamuſſim concordare, attamen a ſententia minime nos dimovet; nam ipſo Montfauconio teſte Codex initio,

& aliis

& aliis locis a recentiore manu eſt reſtauratus, quin & Prologus ibidem additus, qui in aliis Codicibus deſideratur, ut facile coniicias huic Chronico ſcriptores ex ingenio unumquemque ſuo titulum feciſse. Sed rem patere melius agnoſces ex ipſius Chronici initio, quod eſse huiuſmodi diſcimus ex Montfauconio. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, καὶ θυγατέρας δύο. τὸν Καῒν καὶ τὸν Ἄβελ καὶ τὸν Σήθ. καὶ τὴν Ἀζούραν καὶ τὴν Ἀσουάμ. Hoc eſt, *Liber generationis hominum, qua die formavit Adam Deus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Adam autem genuit filios tres, & filias duas, Cain, Abel, & Seth, & Azuram, & Aſuam.* Habes igitur in hoc Chronico Coisliniano fabellam de duabus filiis Adam, quam in Chronico Auguſtano, ut ſuperius obſervatum eſt, Raderus dixit ſe legiſſe, tamquam Piſidae teſtimonio, & nomine firmatam. Verum hic nomen Piſidae non apparet. Itaque vel Raderus dum ea legeret, alucinatus eſt, vel ſcriptoris inſcitia hoc ipſum nomen Piſidae illuc irrepſit. Ceterum monet Montfauconius Chronicon ſcatere fabulis, & narratiunculis ridiculis, totumque eſse contextum ex longis Patrum laciniis, quos inter citatur S. Cyrillus, quod ſcriptori Codicis Auguſtani, & Vindobonenſis anſam fortaſſe praebuit, ut Chronicon Cyrillo inſcriberet. Id autem fiet aliquando certiſſimum, ſi quis haec duo Chronica inter ſe conferre ſuſcipiat, nec tertium praetermittat, quod Allatius *pag.* 313., & Caveus *pag* 533. dixerunt haberi Ms. in Bibliotheca Scoriacenſi hoc titulo Γεωργίου Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλ. ἐκκλησίας Χρονικόν, quod ut videtur, ipſiſſimum Chronicon eſt a quodam Georgio hinc inde corroſum, atque compilatum. Plurimum autem iuvabit, ſi tanti rem eſſe quis credat, ea diligentius expendere, quae fuſe diſputavit Allatius agens de Georgiis Monachis *pag* 323., cum enim ille tot Chronica Georgiorum nomine inſcripta memorari paſſim vidiſſet, conatus eſt nodum ſolvere, & Chronicon a Chronico, Georgium a Georgio diſtinguere, & veritatem ſi fieri poſſet e puteo aucupari: quod tamen ei non multum feliciter ceſſiſſe nobis videbatur. Sed quiſnam rem implicatiſſimam ſine omnium Codicum αὐτοψίᾳ, & conſideratione melius extricaſſet? Verumtamen certum eſt Allatium nullum umquam ex tot Chronicis Georgio Piſidae vindicaſſe. Ego autem cum intellexiſſem, Allatium ipſum Georgii Hamartoli Chronicon e Graeca lingua in Latinam olim vertiſſe, quod tamen numquam vidit lucem, Codices Vaticanos CLIII., & CLIV., e quibus verſionem paravit ſuam, attentius conſideravi, atque ex iis aperte deprehendi Chronicon Hamartoli a Chronicis ſupra memoratis, quae in aliarum Bibliothecarum Codicibus aliis Georgiis tribuuntur, nihil aut valde parum differre, idemque omnino eſſe ac Coislinianum a Montfauconio laudatum. Nam praeter Prologum Πολλοὶ μὲν τῶν ἔξω φιλολόγων, quem *pag.* 331. totum exſcripſit Allatius, Codices Vaticani eumdem etiam praeferunt titulum, idemque de duabus filiis Adam commentum his verbis: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, καὶ θυγατέρας δύο. τὸν Καῒν, καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σήθ· καὶ τὴν Ἀζούραν, καὶ τὴν Ἀσουάμ. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ κατὰ κέλευσιν Θεοῦ ἐπέθηκεν ὀνόματα πᾶσι τοῖς τετραπόδοις, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἀμφιβίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἰχθύσι, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις· τὸ δὲ αὐτοῦ ὄνομα καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἄγγελος Κυρίου εἶπεν αὐτοῖς. Καὶ ὁ μὲν Καῒν

ἔλαβε

ἔλαβε γυναῖκα τὴν πρώτην ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἀζούραν, ὁ δὲ Σὴθ τὴν δευτέραν Ἀσουάμ. Καὶ ὁ μὲν Ἄβελ κ. τ. λ. *Breve Chronicon e diverſis Annalium ſcriptoribus, & expoſitoribus decerptum, concinnatumque a Georgio Monacho peccatore. Liber generationis hominum ab eo die, quo Deus Adamum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creavit, exorditur. Adamus tres ſuſcepit filios, & duas filias, Cain, Abel, & Seth, & Azuram, & Aſuam. Et quidem Adamus iuxta Dei mandatum impoſuit nomina omnibus quadrupedibus, & volatilibus, & amphibiis, & reptilibus, & piſcibus, & filiis ſuis. Nomen autem eius, & uxoris ſuae Angelus Domini dixit eis. Sed Cain uxorem duxit primam e ſuis ſororibus Azuram, Seth vero ſecundam Aſuam. Abel autem &c.* Itaque vel omnia haec Chronica unum eumdemque habent auctorem Georgium, ſi placet, Hamartolum, vel ſunt ex aliis Chronicis a quolibet Georgio compilata, quem eſſe Piſidam nemo ſanus cum Radero poſthac dixerit. Sed haec nimis fortaſse longa ſunt, ut intelligas Piſidam nec Codicum, nec Auctorum fide cum Chronographicis ſcriptoribus eſse annumerandum. Iam tandem vero nulli alii ſuperſunt Codices eiuſdem Piſidae recenſendi, quam qui in Bibliotheca Bavarica *num.* LI., Spizelio teſte, adſervatur, & qui in Auguſtana *Plut.* 3. *n.* LXXV. ita inſcribitur, Γεωργίου Διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τοῦ Πισίδου, προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου διὰ ἰάμβων στίχων, de quo etiam ſupra locuti ſumus.

Hactenus de Operibus, & de Codicibus, in quibus Opera Piſidae continentur: nunc autem de ipſorum Operum ſtilo aliquid dicendum eſt. Iambi, quibus in ſcribendo uſus eſt Georgius, ut plurimum concinni ſunt, atque elegantes. Perrari enim occurrunt tribachi, dactyli, aliique pedes immixti, quibus iamborum nitor, & venuſtas elanguet; quod crimen iamdiu obiecit Horatius *Poet. v.* 260., *& ſeqq.* ſui temporis ſcriptoribus Comicis, quorum fuit in fingendis iambis licentia, ut maximum inde oriretur auribus faſtidium. Verum iambi Piſidae omnes numeroſe incidunt in aures, & in animum illabuntur iucunde. Qua de re minus patienter illud ſupra *pag.* XXIII. ferebam, quod in Catalogo Bibliothecae Taurinenſis Piſidae iambi vocarentur *politici*, quos non iniuria, ſed recte, & merito Iohan. Matthias Geſnerus in libro *de eruditione Graecorum, qui hodie vivunt*, meram ſtultitiam appellat, impolitos, ac rudes, foſsoribuſque, & caprimulgis quam politicis digniores. Vere enim horum carminum rationem, in quibus ſyllabarum numerus non quantitas ſpectatur, ſola barbaries inter Graecos ſequioribus ſaeculis invexit, ut teſtis eſt Allatius *Diatriba de Simeonibus pag* 166., cui ſubſcripſerunt Fabricius *Bibl. Graec. vol. X. pag.* 253., *&* 318., & Card. Quirinius *Diatr. in orthod. vet. Graeciae officia pag.* 47. Ait enim: *Ratio iſta confingendorum carminum non nunc primum in ea natione, ſed multa abhinc ſaecula, laboris forſan pertaeſa, ante & barbarie omnia occupante, (adde quoque rerum ſimilium ignorationem) in uſu fuiſſe comperitur, ut videmus in Photii Patriarchae, Pſelli, Manaſſae, Philippi Solitarii, Manuelis Philae, & Tzetzae poematiis,* in quibus ſaepe occurrunt politici verſus, quorum artificium in eo totum videtur poſitum, ut quindecim ſyllabas numquam excedant, & ſi quae ultra videntur, eas per aphaereſim, vel ſynalaepham decurtent, & abſumant, dummodo in iambum exeant in fine: idcirco *Politici*, vel *Demotici* dicti, quod vulgares, vel ut idem Allatius declarat, *communes omnium civium ſunt, uſuique eorum accommodati &c.* Itaque tantum abeſt,

ut iambi Piſidae hoc ſquallore, & ſorde vileſcant, ut potius nimia quaedam feſtivitas in eis inſit, quae quidem facilius auribus diiudicari, quam verbis demonſtrari poteſt, quamque in vertendis alia lingua ſententiis ſervare nemini liceat: nam ſonus, & numeri, quibus tota conſtat venuſtas, interpretatione diſſolvuntur, & ipſae quoque ſententiae ex ſola complexione, & forma verborum nitentes conciduntur, & enervantur. Sed hoc ipſum nimium in conſectandis floſculis, & ſalibus ſtudium, quod ſenſim obrepente barbarie, & nativo eloquentiae nitore depereunte, Sophiſtarum peculiare fuit, vitio potius quam laudi vertendum Piſidae non negabimus; ſcimus enim, ut aetas poſterior novis, & exquiſitis ornamentis ita ſcripta reſperſerit, ut dum ſermonem eximia ſuavitate condiret, vigorem extenuarit, & nervos robuſtae, ſanaeque dictionis inciderit. Quare nil mirum recentiorum Graecorum palato tantum ſapuiſſe iambos Piſidae, ut eos aliis praeferre non dubitaverint: nam Gregorius Corinthi Epiſcopus in libro περὶ συντάξεως λόγων, de conſtructione orationis, qui exſtat Ms. in Vaticana Bibliotheca, Carmen iambicum Piſidae tale eſse exiſtimavit, ut ex eo tamquam abſolutiſſimo exemplum petere prae ceteris debeamus. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἰαμβεῖα λογογραφία τίς ἐστιν εὔρυθμος, ζηλούτω σοι καὶ τὸ ἐνθυματικὸν ἐν αὐτοῖς· ἔχεις ἀρχέτυπον τὸν Πισίδην, νεωτέρους τὸν Καλλικλῆν, τὸν Πτωχοπρόδρομον, καὶ εἴ τις ἕτερος. ἐν τοῖς παλαιοῖς τὸν Θεολόγον, τὸν Σοφοκλῆν, ἐκτὸς τῶν ποιητικῶν ἰδιωμάτων αὐτῶν, τὰ εὐφραδέστερα τοῦ Λυκόφρονος καὶ εἴ τι ἕτερον. *Cum carmen iambicum ſoluta quaedam oratio ſit, ſed concinna, & numeroſa, imitare in eo argutum, & vehemens in argumentationibus. Prae aliis tibi imitandum propone Piſidam, & ex recentioribus Calliclem, & Ptochoprodromum, & ſi quis alius fuerit: ex antiquis Theologum, Sophoclem, praeter eorum poëticas proprietates, & eloquentiora Lycophronis, & ſi quid ſimile.* Sed quanta fuerit Piſidae, eiuſque carminum apud eoſdem Graecos aeſtimatio longe melius addiſcas ex Allatio, qui *in Diatriba de Georgiis pag.* 310. teſtem adhibet Pſellum, quod plerique Piſidam Euripidi comparare, multi anteponere non ſine animi contentione, lite etiam mota, praeſumpſerint. Namque in epiſtola, quam nos fruſtra in Vaticana Bibliotheca, & alibi conquiſivimus, Andronici Ducae frater Michaëlem Pſellum interrogat, τίς στιχίζει κρεῖττον ὁ Εὐριπίδης, ἢ ὁ Πισίδης; *quis melius carmen condit, Euripideſne an Piſida?* cui elegantiſſime ita reſpondet Pſellus. Τοῦτο δὲ παντὸς ἕνεκα προκείσθω τοῦ λόγου, ὅτι τὰ μέτρα, καὶ οἱ ῥυθμοὶ ἑτερότητας μυρίας παρὰ τοῦ χρόνου ἐδέξαντο. καὶ οὔτε τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον τὴν ἀρχαίαν νῦν σώζει μεγαλοπρέπειαν, οὔτε ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις μέτροις ἵσταται, ἀλλὰ τῷ δακτυλικῷ καὶ σπονδαϊκῷ καὶ ἰθυφαλλικὰ μέτρα, καὶ ἰωνικαὶ συζυγίαι ἀναμεμίχαται. οὔτε τὸ ἰαμβικὸν μέτρον τὰς αὐτὰς ἀναπαύσεις, καὶ αὐτοὺς τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τὴν αὐτὴν συνθήκην τοῖς προτέροις ἔχον περιφαίνεται. ἀλλὰ θεατρικώτερον νῦν ἐστι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήστρας ἀπενηχώτηκεν, καὶ πάσης μὲν ὑπερβάλλεται βάσεως, παντὸς δὲ ῥυθμοῦ ὑπερίπταται, καὶ μόνον νῦν ζηλωτὸν τὸ ἄττον τοῦ μέτρου, καὶ ἰαμβόκροτον· ἡ μέντοι τραγικὴ ποίησις διαφόροις τε ῥυθμοῖς κοσμουμένη, καὶ μέτρα ποικίλα λαμβάνουσα, οὐ πάντως ἐξορμεῖται τὰς ὑποθέσεις, οὐδ᾽ ὑπεράλλεται· ἀλλ᾽ ἔστι μὲν οὗ καὶ τοὺς εὐκρότους ἤχους ζηλοῖ, καὶ τὴν ποδικὴν εὐρυθμίαν προκρίνει, καὶ τοῦ λόγου τὰς ἐμμέτρους συζυγίας ἀσπάζεται· ὅπῃ δὲ δόξει τῷ ποιητῇ, μεταβάλλει τε τοὺς τόνους, καὶ τὸν ῥυθμὸν ἐξαλλάττει, καί ποτε μὲν αὐτὴν ἁρπάζει ὁ ῥυθμός, ποτε δὲ βαίνει ἐπὶ τρισυλλάβου, ἢ τετρασυλλάβου τῆς βάσεως. *Hoc vero ante omnia ſermoni praeponendum eſt. Metra nempe*

rythmoſ-

rythmoſque ab ipſo tempore innumeras variationes accepiſſe. Metrum heroicum antiquam hoc aevo neque ſervare magnificentiam, neque in exquiſitiſſima metrorum regula conſiſtere, ſed dactylico, & ſpondaico ithyphallica metra, & iambicas combinationes immiſceri. Pari modo iambicum metrum eaſdem pauſas, eoſdemque rythmos, eamdemque compoſitionem, quibus veteres utebantur, non continere. Sed illuc nunc temporis theatris magis accommodatum, ac velut in orcheſtra inverecunde tripudians omnem baſim tranſilit, & omnem rythmum ſupervolat, tantum nunc carmen illud imitari ſtudemus, quod ſubſilit, & ut ſolet iambicum perſtrepat. Tragica autem poeſis diverſis exornata rythmis, & carminum vario genere conſtans non ſemper extra materiam divagatur, neque ſubſaltat, ſed nunc bene ſonantes tonos aemulatur, & pedum accuratum rythmum praeponi, beneque commenſuratas ſermonis combinationes amplectitur: ubi vero id viſum Poetae fuerit, tonum immutat, & rythmum variat: & nunc quidem rapitur a rythmo, nunc vero ſuper triſyllaba, aut tetraſyllaba baſi graditur. His praeſuppoſitis Pſellus poſtmodum dictione, formaque carminum, ac figuris Euripidis examinatis, iudicium ſuum de Piſida ſubnectit: Ὁ δ᾽ ἐκ Πισιδείας σοφος, οἶμαι, τῆς ἐλάττονος Ἀντιοχείας, ποιητὴς μὲν οὐκ ἔστιν ἐπῶν· ἓν δὲ ζηλώσας γένος μέτρον τὸ ἰαμβικόν, φημι δὲ τὸ ἀρχαῖον, καὶ μονομερές, καὶ περὶ τοῦτο τὰ πλεῖστα πραγματευσάμενος, ποικίλλει μὲν οὐδαμᾶ τὴν ποίησιν. Et deinde: Ἐν πᾶσι δὲ ἀβίαστος αὐτῷ ἡ ἁρμονία, ὥσπερ οὐκ ἐνθυμουμένῳ, οὔτε τὰ νοήματα, οὔτε τὰ ῥήματα, ἀλλ᾽ ἀναγινώσκοντι ταῦτα προκείμενα, ἑλληνικά τε αὐτῷ τὰ ὀνόματα ξύμπαντα, καὶ μετὰ τοῦ μεγαλοπρεπῶς εὐηχα. εἰ δὲ τροπῆς ἅψοιτο, εἴτε τῆς ἐν παιδιαῖς, καὶ ἐν χάρισιν, εἴτε τῆς ἐν σεμνότητι, οὕτω δὲ προβιβάζει τῷ λόγῳ τὰ μεμεξημένα, καὶ οὕτως οἰκείως τίθησιν, ὡς μὴ δοκεῖν τι διαφθείρειν τὴν ἑτέραν ὑπόθεσιν, ἀφ᾽ ἧς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὡρμήθη. νόσημα γοῦν εἰπὼν ἐν τῷ λόγῳ, εὐθὺς τὴν ἰατρικὴν πᾶσαν ἐπισυναιρεῖ, μήτε τῶν αἰτιῶν φειδόμενος, μήτε τῶν, οἷς θεραπεύεται, τὰ νοσήματα. Κἂν σειρὰν οὐρανόθεν ἐξαρτύσῃ, καί τινας δυνάμεις ταύτης ἐξάψῃ, εὐθὺς οἱ δεσμοὶ, καὶ τὰ ἐξαρτύματα, καὶ ὅσα τῆς ἀκρότητος, καὶ ὅσα τοῦ ἀκροπλευτίου τῆς χαλαρᾶς ἐκείνης ἁλύσεως. κἂν τὰς ὥρας συναγάγῃ, καὶ συνελίξῃ, ὡς ἐν χορῷ, βαβαὶ τῆς τῶν χειρῶν ἀντεπιβολῆς, καὶ τοῦ κύκλου, καὶ τῆς λέξεως, καὶ τῆς περιόδου, καὶ τοῦ ἐπῳδοῦ, καὶ τῆς στροφῆς, καὶ τῆς ἀντιστροφῆς, καὶ τῆς κινήσεως. εἰ δὲ καὶ θεατρίζειν αἱροῖτο τὸν λόγον, καὶ τετράπωλον τὴν συνωρίδα ἐρεῖ τῶν ὡρῶν· πόσα μὲν περὶ ἡνιόχων φθέγγεται, καὶ τῆς ἀρίστης ἡνιοχήσεως; πόσα δὲ περὶ ζυγῶν, καὶ τροχῶν, καὶ χοινικίδων; ὁποῖαι δὲ αὐτῷ αἱ πλῆμναι, καὶ αἱ τῶν τροχῶν ἁψῖδες, εἶτα ἵππεια φάλαρα, καὶ φρυάγματα; καταβαίνει δὲ ὁ λόγος αὐτῷ καὶ μέχρι τῶν τελευταίων τῆς τέχνης, καὶ περὶ ἃ οὐδὲ αὐτοὶ ἐποίειν οἱ τὴν τέχνην πραγματευόμενοι· εἰ δὲ καὶ φάλαγγας ἀλλήλας φήσειεν, εὕροις ἂν ἐκεῖσε τὴν ἱππικὴν ἅπασαν, καὶ πεζικὴν σύνταξιν, τοὺς δορυφόρους, τοὺς ἀκοντιστὰς, τοὺς τοξότας, τὸν ἐνωμοτίαν, τὸν ἡμιλοχίτην, τὸν οὐραγὸν, τὸν παραστάτην, τὸν ἐπιστάτην, καὶ ὥσπερ ἀπὸ σφενδόνης αὐτῷ οἱ στίχοι ἅλλονται. *Ex Piſidia vero ſapiens minoris Antiochiae, ni fallor, Poëta quidem carminum non eſt, ſed cum unum ſibi carminum genus ad imitandum propoſuiſſet, iambicum dumtaxat, ſed antiquum, & fortis unius, & in illius curam maxime occupatus, nullo in loco poeſim variat.* Et infra: *In omnibus harmoniam ambit minime coactam, ac ſi non tunc & ſententias, & verba meditaretur, ſed ante ſibi poſita percurreret. Graeca ſunt univerſa nomina,*

& non

& non ſine magnificentia ſonora. Quod ſi aliquando tropo uſus fuerit, ſive eo, qui in ludicris, & venuſtis, ſive eo, qui in gravitate eſt, ita carmina oratione concinnat, & ita proprie accommodat, ut non externam materiam, ex qua in propriam appellit, vitiare videatur. Morbum itaque ſi in oratione aliquando dixerit, illico & medicinam omnem interſerit, neque a cauſſis edicendis abſtinens, neque remedia, quibus morbi curantur praeteriens. Si vero catenam a caelo meditatus fuerit, eiuſque facultates aliquas addiderit, ſtatim & vincula, & ſuſpenſiones, & quae ſummitates, & qui ſunt fines illius laxatae catenae enunciat. Quod ſi horas in unum reduxerit, & ad choream ducendam compulerit, papae! quae eſt manuum complicatio, & circulus, & dictio, & circuitus, & epodus, & ſtrophe, & antiſtrophe, & motus? Quod ſi veluti in theatro ſeſe experiens orationem componat, & horas una ſimul quadriga vehi dixerit, quanta ille de aurigis, deque optima aurigatione pronuntiat, quanta de iugis, rotis, & modiolis, quae ipſi ſunt fiſtulae, & rotarum apſides, equorum phalerae, atque hinnitus? Et oratio illius ad minutiſſima quaeque artis procedit, de quibus, neque ii qui artem illam callent, & profitentur, dicere poſſent. Si phalangum mentio incidat, equitum univerſam, ac peditum ſeriem reperies, haſtatos, iaculatores, ſagittarios, decanum, hemilochitem, uragum, paraſtatem, epiſtatem, & tamquam a funda carmina illius exſiliunt. Nil plane hac laude Pſelli in Piſidam honorificentius eſſe poſſit. Verum non adeo facile eſt ea omnia, quae laudat Pſellus, in Piſida invenire. Nam quo in libro, vel poëmate tam diſerte, ac particulatim noſter Georgius agit de aurigis, ac de aurigatione, de iugis, rotis, & modiolis? vel quaenam eſt inter eius carmina de phalangibus, de equitum, peditumque, ac ſagittariorum varia ratione tam accurata deſcriptio? Num alia, quam quae hodie exſtant ſcripta Piſidae, Pſellus commendat, & librum deperditum commonſtrat? Equidem fateor, id mihi ſtatim multum probabile eſſe viſum; ſed cum accuratius Pſelli verba, eiuſque dicendi modum perpenderem, tum demum ſenſi, ea quae Piſida ſummatim attigiſſet, a Pſello mirifice exornari, atque amplificari. Nam quod is ait *de morbis, & remediis*, certum eſt ad *v.* 1533., *& ſeqq.* Hexaëmeri eſſe referendum: & quod *de catena* ad primos verſus poëmatis *in Severum*: quod autem *de horis* in choream ſe moventibus idem Pſellus refert, habes in Hexaëmero *v.* 289., & quod iterum *de horis* quadriga prodeuntibus, & in orbem redeuntibus inquit ille, invenies ibidem *v.* 338. Demum quod eſt in Pſello *de phalangibus, & militaribus copiis*, ad Acroaſes *de expeditione Heraclii contra Perſas* trahere commode poſſis, in quibus ſimilia paſſim occurrunt. At vero quamquam ego a Pſello minime diſſentiam, eiuſque laudibus dignum omnino exiſtimem eſſe Piſidam, numquam tamen hunc praeferam Euripidi, alterive ex antiquioribus Iambographis Graecis. Dicam enim, quod verum eſt; etſi plurimis in locis Piſidae carmen ita elucet, ut veterum Poëtarum gratiam, & venuſtatem non deſideres; ſaepe etiam ita frigeſcit, ut in ſcribendo dormitaſſe auctorem non modo ſentias, ſed etiam indigneris quam maxime. Ceterum quantum ille ſublimitate carminis aſſurgere, & ſe efferre potuerit, praecipue oſtendit *in Hexaëmero*, in quo omnia ſententiarum floribus, & urbanitatis quodam ſale conſperſa ſunt. In omnibus autem eius operibus contemplari

plari licebit adumbratam pii ſcriptoris imaginem, ſuaviſſimos mores, eximiam probitatem, qua ſe, dum numeroſe cadens verſus leniter affluit, legentium auribus inculcat, atque commendat.

Haec habebam, quae dicerem de Georgio Piſida, non parvi nominis apud recentiores Graecos Poëta, in quo cum plura invenias, quae non invitus demireris, nihil tamen opinor ſpectandum magis eſt, quam eius in tuendis Chriſtianae religionis dogmatibus conſtantia, & ſincera fides: nam cum in ea tempora incidiſſet, quibus Sergius Patriarcha omnem machinam movit, ut Orientem univerſum a Monophyſiſmo ad Monotheliſmum vafro conſilio, & malis technis pertraheret, ipſe autem Sergium, eiuſque pietatem, & doctrinam ſuſpiceret maxime, & coleret, nihilotamen minus ſibi fucum fieri nullatenus paſſus eſt, & ſuam Fidem puram, integramque ſervavit; quod ex omnibus hiſce libellis, ac praeſertim ex carmine *in Severum* luculenter patet.

De Piſida mentionem faciunt inter antiquos Theophanes, Suidas, Cedrenus, Nicephorus Calliſti, Iohannes Tzetza, eiuſque frater Iſaacius Tzetza; inter recentiores autem, praeter Morellium, Kuſterum, Herwartum, Raderum, Allatium, Maltretum, Fabricium, Caveum, Oudinum, quorum ſententias hactenus expendimus, quamplurimi alii ſcriptores celeberrimi, qui in ferendo de eiuſdem Piſidae ſcriptis iudicio ex Suidae verbis male acceptis, & intellectis allucinati ſunt. Nam Baronius ad *an.* 627. XXIX., & poſt eum Pagius, ſoluta oratione ſcripſiſſe Piſidam aiunt, quae iambico metro adſtricta leguntur. Ita plane etiam Bellarminus, & Labbeus *de Script. Eccleſiaſticis* Hiſtoriam *de rebus Heraclii Imp.* Piſidae tribuunt, a quibus non diſſentit Bandurius *Antiq. CP. pag.* 868. Sed eo in errore hi ducem habuerunt Voſſium *de Hiſtoricis Graecis tom. IV. pag.* 143., & Poſſevinum *in App. Sacro tom. I. pag.* 538. Nihil autem peccarunt de Piſida loquentes Guillelmus Crowaeus *in Elencho Scriptorum* in S. Scripturam *pag.* 149., Iohan. Henricus Boeclerus *de Script. Graecis, & Latinis pag.* 85., Hadrianus Bailletius *Jugemens des Sçavans tom. IV. pag.* 546., Iac. Le-Longius *Bibl. Sacra tom. II. pag.* 741., & Ioh. Iac. Scheuzerus *Phyſica Sacra tom. I. in princ.*, vel quod nullum aliud eius opus praeter Hexaëmeron noverint, vel quod de aliis ſuum iudicium interponere noluerint. Iſaacus Caſaubonus *Animad. in Athenaeum pag.* 823. pium, & elegantem Georgium noſtrum aequus iudex appellat, ſed emendationem in eum proponit, quam ut minus neceſſariam recipiendam eſſe non credimus, ut patet ex *v.* 240. *de vanitate vitae*. Laurentius Craſſus *Iſtoria de' Poeti Greci pag.* 262. Suidam tantum exſcripſit, nec in eo quod reprehenderet, vel emendaret, invenit. Eodem plane modo etiam Franciſcus Xaverius Quadrius *Ragione d' ogni Poesia tom. II. pag.* 124. Suidam ſecutus eſt, ſed perperam Encomium, quod eſt in S. M. Anaſtaſium Perſam, ipſe dicit a Piſida in Heraclium ſcriptum fuiſſe, quod etiam confirmat *tom. IV. pag* 505. Nil autem minus accuratum, quam quod Dupinius *Bibl. des Auteurs Eccleſ. ſiecle VII. pag.* 62., & Morerius, qui Dupinii verba in ſuum Dictionarium tranſtulit, necnon I. Grancolas *Critique des Auteurs Eccleſ. tom. II. pag.* 64. de Georgio noſtro dixerunt. Longe autem melius omnibus de eo ſcripſit D. Remigius Ceillerius *Hiſt. des Auteurs Eccleſ. tom. XVII. pag.* 532., nam

vel

vel omnino recta ſunt, vel ſaltem probabilibus coniecturis firmata; quae ad rem profert, ac decernit.

Hactenus cl. Quercius, quem novimus ſibi propoſuiſſe, tum cum opus typis committeret, magis parce, ac reſtricte adnotationes ſuas legendas dare; ſed viſum eſt bene eius ſchedas adamuſſim exſequi, ne quis nobis vitio verteret alienis ariſtis falcem ſuppoſuiſſe. At vero quia, ut olim Maltretus, bene ac ſapienter perceperat, operae pretium fore, ut ſimul cum Georgio Piſida Theodoſius Diaconus, & Fl. Creſconius Corippus, hic Iuſtini minoris, ille Romani iunioris encomiaſtes, prodirent, religio nobis fuit hoc negligere. Itaque novo pumice eos expoliri, & Operibus Piſidae adiici curavimus; nec mirere ſi Corippo, cui primus debebatur, ſi aetatem ſpectes, datus ſit poſtremus in volumine locus. Factum hoc eſt quia latine, non graece ſcripſit. Demum quod pertinet ad notitiam aetatis, & Operum tum Corippi, tum Theodoſii, videſis Monita utriuſque eorum libris praefixa.

CAROLI DU-FRESNE
DE NUMMO IMP. HERACLII PRAEFATIONI PRAEFIXO
IUDICIUM

Ex num. LXV. Diſſertationis de Imperatorum inferioris aevi Numiſmatibus.

OPERAE pretium videtur de Byzantinorum Auguſtorum adulterinis quibuſdam ac ſpuriis ſermonem facere, quos rei nummariae periti in ſuam ſuppellectilem etiam admittunt, non quod revera ipſorum Principum, quorum effigies repraeſentant, eſſe exiſtiment, ſed quod ſaltem antiquioris ſint aevi, & aliqnid contineant in ſe dignum obſervatione. In iis eminet prae ceteris maior Medallio Heraclii, cuius ectypon varie deſcripſere Lipſius, Octavius Strada, Patinus, Iacobus Oiſelius, & alii. Habetur is aureus, ac pulcherrimus in gazophylacio Regio, eius, qua exhibuimus, magnitudinis, adeptae ab eo Crucis a Perſis, ac in urbem regiam relatae hiſtoriam referens: de qua breviter hoc loco videntur refricanda, quae in hanc rem habent Auctores, ut facilius non tam, quod verum aut adulterinum ſubolet numiſma, deprehendatur, quam inventoris conſilium, ac animus. Aiunt igitur Beatam Helenam inventis in Hieroſolymitana urbe vivificis lignis, horum partem cum clavis, quibus Chriſti corpus confixum eſt, miſiſſe ad Conſtantinum filium: alteram Macario Hieroſolymitano Patriarchae auro incluſam ſervandam commendaſſe. Ita Theophanes anno 21. Conſtantini. Hieroſolymis vero a Sarbaro, & Perſis captis anno 5. Heraclii, ſublata etiam vivifica ligna, & abducta ſunt in Perſidem cum ipſo Zacharia Patriarcha. Verum haud multo poſt, Syroë Perſarum Rege poſt Choſrois patris necem, cum Heraclio foedus ineunte, inſtitit potiſſimum Heraclius, ut vivifica ligna, quae Hieroſolymis in Perſidem tranſtulerat Sarbarus, ſibi redderentur: quod ultro pollicitus eſt Syroës, ſi uſpiam poſſent inveniri: extinctis interea ipſo Syroë, Chaboë, Hormiſda, & Hormiſdae filio, Perſarum Regibus, Sarbarus regnum Perſicum, Heraclio adiuvante, adeptus, pàce cum Romanis conſtituta, Aegyptum, atque Orientem omnem Imperatori reſtituit: qui dum adhuc in Perſide moraretur, ea, uti erant quum primum capta ſunt, obſignata ſecum deferens, Hieroſolymam perrexit, & Modeſto Patriarchae, eiuſque Clero monſtravit. Ab iis vero integra adhuc ſigilla deprehenſa ſunt, intellectumque ſanctiſſima haec ligna neque profanis, ac pollutis manibus attrectata, neque ab illis omnino conſpecta, eoque nomine actae Deo gratiae, & laudes perſolutae. Tum Patriarcha clavem, quae apud ſe remanſerat, domo deferens, adorantibus univerſis, loculum aperuit. Poſt haec erecta illic Cruce, Imperator eam illico Byzantium remiſit: cui cum Litaniis ex Blacherniano Deiparae templo obviam proceſſit Sergius Patriarcha, & ad Sophianam Eccleſiam deducens, ibidem illam ſuſtulit Indictione II. anno Chriſti 629., qui eſt decimus nonus Heraclii. Paullo poſt vero Heraclius ipſe domum rediens, urbem ingreſſus eſt, curru vectus, quem elephanti quatuor trahebant, cum fauſta omnium acclamatione, feſtis diebus ob victoriam celebratis. Haec ferme Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Heraclii vita. Theophanes autem in tota hac narratione Nicephoro haud uſquequaque conſentit. Quippe, eo auctore, Heraclius anno Imperii decimo octavo, confecto Perſico bello, quod per annos ſex duraverat, inito cum Perſis foedere, ſeptimo demum in urbem reverſus, ab omnibus cum gaudio, & tripudiis exceptus eſt. Anno vero ſubſequenti, vere ineunte, urbe profectus, venit Hieroſolymam, & venerandis, ac vivificis ſecum delatis lignis, grates Deo perſolvit. Cumque in Syria uſque ad vigeſimum quartum Imperii annum, qui eſt Chriſti 635. difficillimis bellis incubuiſſet, rebus quaſi deſperatis, venerandis iiſdem ſecum inde aſportatis lignis, Conſtantinopolim receſſit. Ex Nicephoro igitur illata in urbem vivifica Crux anno decimo nono Heraclii, quo Sarbarus regnum Perſicum invaſit. At quum paullo poſt tradat Heraclium in urbem reverſum, videtur prorſus indicare miſſam vivificam Crucem paullo antequam ex Oriente reverteretur, ubi totos fere ſex annos ſecundo exegerat. Ita quod ait acta Indictione ſecunda, referenda videntur ad annum, quo Crux recepta eſt a Perſis, non quo relata eſt in urbem. Proinde ex Theophane, Heraclius ſacra ſecum in urbem ligna aſportavit. Quod ſi ita eſt, intelligi poſſet expreſſus in hoc numiſmate

Hera-

Heraclii triumphus, quum Conſtantinopolim rediit. At cum tradat Nicephorus remiſſam Crucem ab Heraclio in Oriente adhuc degente, exceptamque a Sergio Patriarcha, Heraclium vero aliquanto poſt curru vectum, quem quatuor trahebant elephanti, urbem ingreſſum, videtur potius expreſſus in nummo triumphi apparatus, & referri debere ad ſolemnem Heraclii in urbem Hieroſolymitanam ingreſſum; quum ſcilicet acceptam a Perſis vivificam Crucem in eam intulit, uti Nicephorus commemorat: quum praeterea non elephanti, ſed quadrigis inſtructo curru effictus hic exhibeatur.

Graeca Inſcriptio Numiſmatis eſt huiuſmodi.

In anteriori parte

ΗΡΑΚΛΕΙΟΣ . ΕΝ . ΧΩ . ΤΩ . ΘΩ . ΠΙCΤΟC . ΒΑCΙΛεὺς . ΚΑΙ . ΑΥΤΟκράτωρ . ΡΩμαίων . ΝΙΚΗΤΗC . ΚΑΙ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗC . ΑΕΙ . ΑΥΓΟΥCΤΟC.

In poſteriori vero

ΔΟΞΑ . ΕΝ . ΥΨΙCΤΟΙC . ΧΩ . ΤΩ . ΘΕΩ . ΟΤΙ . ΔΙΕΡΡΑΞΕ . CΙΔΗΡΑC . ΠΥΛΑC . ΚΑΙ . ΗΛΕΥΘΕΡΩCΕ . ΑΓΙΟΝ . ΒΑCΙΛεὺς . ΗΡΑΚΛΕιος.

ΓΕΩΡ-

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑΝ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ

ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΤΡΕΙΣ.

GEORGII PISIDAE

DE EXPEDITIONE HERACLII CONTRA PERSAS

ACROASES TRES.

M O N I T U M.

LUCTUOSISSIMUM, ac pene deploratum fuiſſe reipublicae ſtatum, tum cum, extincto Phoca, Heraclius regno potitus eſt, unanimi omnium Scriptorum conſenſione confirmatum eſt. Nimirum cives inter ſe diviſi inteſtinis flagrabant odiis, & mutuis caedibus madebant: Abares in proxima loca recepti, & veluti civitatis iure donati, ſed animo ſemper agreſtes, & crudeles, novas in dies turbas ciebant: Barbari e Scytharum genere in Romanas provincias undique confluentes incredibiles calamitates in unum comportabant; ac Perſae quidem Meſopotamia univerſa, Syria, Aegypto, Palaeſtina, & Phoenicia occupatis, Chalcedonem uſque delati, tam dira Conſtantinopolitanis minabantur, ut parum abfuerit, quin totum Imperium una cum ipſo nomine penitus deleretur. Igitur in tanta temporum calamitate, & nequitia Imperatorem deſiderabat reſpublica, qui plurimum polleret pietate, conſilio, & militari ſcientia. Huiuſmodi plane virum, qualem rerum conditio poſtulabat, ac verum heroa Homericis heroibus longe anteferendum, & ipſo Alexandro maiorem fuiſſe Heraclium contendit Piſida in hiſce tribus *Acroaſibus*, in quibus de prima in Choſroam huius nominis ſecundum Perſarum Regem expeditione agit. Equidem fateor me ad maiorem animo concipiendam de Heraclii virtute opinionem ex huiuſce poematii lectione fuiſſe excitatum: quamvis mecum ipſe reputarem eſſe fortaſſe nonnulla, quae ex ingenio ſcribentis ornata, & poeſeos coloribus illuſtrata, plus nimio mentem, animumque percellerent. Non enim eſt negandum Piſidam plerumque uti ſtilo turgido, & inflato, ac tum praecipue ampullari in arte, cum Heraclium, & Sergium laudat: quamvis ſaepe tamen profiteatur, & auribus inculcet, ſe non modo quid falſi Heraclii laudibus numquam addere, ſed nonnihil potius ex ipſis deterere; ita enim ad ipſum Imperatorem ait *Acroaſ. I. v.* 43.

> [illegible]
> [illegible]

Ceterum, ne de malis Eccleſiae loquar, utinam quam fuit regni Heraclii glorioſum initium, fuiſſet & finis; & quantum ipſe Imperator fuit in debellandis Perſis fortis, & accenſus, tantum etiam de Mahumedanis reprimendis, ſtatim ac in perniciem Chriſtiani nominis erumpere coeperunt, ſollicitus exſtitiſſet! Verum quod ad Piſidam ſpectat, quae ipſe nobis hic refert, αὐτόπτης quidem narrat: fuit enim comes Heraclii in hac prima expeditione; ut ex variis locis harumce Acroaſeων patet clariſſime. Quare non videtur ei fides deneganda in iis, quae in primo bello Perſico acta fuiſſe memorat. Certe Theophanes, qui res ab Heraclio geſtas perſequitur, non modo teſtem adhibet Piſidam, ſed eiuſdem verba, & ſententias in rem ſuam transfert tanta fiducia, ut eius integros iambos ſuae narrationi intexere, atque conſuere non dubitaverit; quod ex noſtris adnotationibus fiet manifeſtum. Bellum, quod Piſida deſcribit, prope fines Perſicos ultra montem Taurum, anno imperii Heraclii XII. Chriſti DCXXII. actum eſt. Heraclio autem in urbem poſt annum reverſo noſter Georgius, qui Imperatorem fuerat ſecutus, de re feliciter geſta, hoc tripartito libello, ut videtur, gratulatus eſt, quem in plenum ſuae erga ipſum obſervantiae, veritatiſque teſtimonium ei laetus obtulit; ait enim *Acroaſ. III. v.* 379.

> [illegible]
> [illegible]

Atque haec quidem, ut alia plurima, non poetice tantum, ſed pompoſe, ſplendide, & πανηγυρικῶς dicta eſſe facile quiſque intelliget. Ac, ut mea plane eſt ſententia, ſive materiem, ſive formam ſpectes operis, Panegyricus inſcribi, & vocari merito poſſet hoc poemation. Nimirum iamdiu ante Piſidam in more receptum erat, ut poetae, quibus ad longum poema conficiendum pares vires non erant, poematia ſcriberent, quae modeſtiore titulo ornata *Panegyricos*, *Carmina*, & *Silvas* vocabant. Fidem faciunt apud Latinos Silvae Statii, varia Carmina Claudiani, & Panegyricus Corypi: quae omnia parum, aut nihil differunt ab Acroaſibus Piſidae. Ἀκρόασις quidem proprie ſonat *auſcultatio*, perraro tamen haec vox eo ſenſu uſurpata invenitur. At Sophiſtae, cum quid magnum ſe eſſe dicturos pollicerentur, ἀκρόασιν ἐπαγγέλλειν, & ποιεῖσθαι, *quid dignum, quod audiretur, enunciare*, & *tradere* dicebantur: unde patet ἀκροάσεις fuiſſe Sophiſtarum *declamationes*, & de quacumque re illuſtres expoſitiones, quod late demonſtratur a Creſollio *in Theatr. Vet. Rhet. lib. II. cap.* 5. Sed hunc plane titulum adhibuit Piſida, non quod Sophiſtarum more ingenii ſui vires extolleret, ſed quod iamdiu uſus invaluerat, ut huiuſmodi poematia ἀκροάσεις, ideſt *recitationes* vocarentur; eo quia ſaepe in magna populi frequentia, & coram iis, ad quos laudes ipſae pertinebant, recitabantur.

ΓΕΩΡ-

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ
ΚΑΙ ΣΚΕΥΟΦΥΛΑΚΟΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ
ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑΝ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ,

ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΤΡΕΙΣ.

GEORGII PISIDAE
MAGNAE ECCLESIAE DIACONI
ET SCEVOPHYLACIS

DE EXPEDITIONE HERACLII IMPERATORIS CONTRA PERSAS

ACROASES TRES.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Α' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Ὦ τὰς ἀΰλους τῶν ἄνω στρατευμάτων
Τριὰς διευθύνουσα φωσφόρῳ λόγῳ
Πρὸς ἔμπυρόν τε, καὶ πεπηγμένην στάσιν·
Λόγῳ γὰρ αὐτῶν ἐκπυροῦσα τὰς φύσεις
Ὕλην ἄϋλον δεικνύειν ἐπίστασαι·
Τοὺς οὐρανοὺς πληροῦσα, καὶ τὸν αἰθέρα
Πυροῦσα, καὶ σφίγγουσα τὴν οἰκουμένην,
Καὶ πανταχοῦ παροῦσα μὴ κινουμένη,
Καὶ μηδαμοῦ χωροῦσα, καὶ χωρουμένη·
Ὅπου δεήσεις ἐκ βάθους ἀνάπτεται,
Δὸς τοῖς ἀμυδροῖς τῶν λογισμῶν ὀργάνοις
Σάλπιγγος ἦχον, καὶ λαλοῦσαν ἀσπίδα.
Δίδαξον ἡμᾶς εὔστοχον κινεῖν ξίφος,
Γλῶσσαν κατ' ἐχθρῶν, ὅπλον ἠκονημένον.
Ἴθυνον ἡμᾶς ἔνθα τῆς ἐξουσίας
Τῆς σῆς ἔνεστι συγγράφειν τὰ θαύματα.
Σοὶ γὰρ πεποιθὼς ὁ Βασιλεὺς προστάγματι
Πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῶν ἀθέσμων βαρβάρων
Ἑαυτὸν ἀντέταξεν, οἷς τὰ κτίσματα
Ὑπὲρ σὲ τὸν κτίσαντα προσκυνεῖν νόμος·
Οἷς γνήσιον μὲν ἀντέχεσθαι τῶν νόθων,
Νόθον δὲ πάντη προσβαλεῖν τοῖς γνησίοις·
Παρ' οἷς Θεός τις ἀφρόνως νομίζεται,
Ἔνοπλος ἵππος προσκυνούμενος μάτην·
Ὃς εἰς ἔλεγχον τοῦ πλάνου σεβάσματος
Νῦν προσκυνεῖται, καὶ πάλιν μαστίζεται·
Ὢ καρδίας σύμπτωσις ἠθλιωμένη!
Πῶς τῷ παρ' αὐτοῖς δυσσεβῶς τιμωμένῳ
Τιμὴν ὁμοῦ νέμουσι, καὶ τιμωρίαν;
Καὶ τῆς μὲν οὐ μετέχει προσκυνούμενος,
Τῇ δὲ προσαλγεῖ πυκνὰ μαστιγούμενος·
Ὕδωρ δὲ, καὶ πῦρ, τὰς ἐναντίας φύσεις,
Θεοὺς παρεισάγουσιν ἀλληλοφθόρους,

Λύσιν

INCIPIT PRIMA ACROASIS.

QUAE ſuperos ſpiritales exercitus
Tuo Trias dirigis irradiante Verbo
Per igneam, & firmam ſtationem:
(Nam Verbo incendens eorum naturas
Materiam materia expertem reddere noſti,)
Caelos implens, & aethera
Inflammans, & complectens totum orbem,
Et ubique praeſens, & tamen nón movens ſe,
Et nullibi circumſcripta, & tamen recepta loco;
Si preces ex imo ſurſum evolant,
Da debilibus noſtrae mentis organis
Tubae ſonum, & ſcutum eloquentiae.
Fac nos recta ad ſcopum movere enſem,
Linguam, contra hoſtes telum acutum.
Dirige nos, quo potentiae
Tuae licet deſcribere miracula.
Tuo enim Rex obediens mandato
Ad bella adverſus impios Barbaros
Se obiecit, quibus res creatas
Super te, qui creaſti, adorare lex eſt.
Quibus proprium eſt adhaerere falſis,
Et falſum ſemper veris adiicere:
Apud quos ſtulte habetur, ut quidam Deus,
Armatus equus, cultus inaniter:
Qui in argumentum falſae adorationis,
Modo adoratur, modo vero caeditur.
O cordis exitium lacrimabile!
Quomodo apud ipſos impie culto Numini
Honorem una ſimul praeſtant, & poenam?
Et illius non eſt particeps, dum colitur,
Hac vero dolet, cum frequenter caeditur;
Aquam vero & ignem contrarias naturas,
Deos introducunt, qui ſe invicem deſtruunt,

Diſſo-

Λύσιν σέβοντες πραγμάτων ἐναντίων.
Ἀλλ' ὦ στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους·
Ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκ θωπευμάτων
Ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει.
Ὡς οὖν ἀληθὴς τῶν ἀληθῶν πραγμάτων
Κριτὴς φάνηθι τῆσδε τῆς στρατηγίας·
Γένου δικαστὴς Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον,
Γένου δικαστής· ἀλλὰ συγγνώμην δίδου.
Οἶμαι γὰρ οὐδὲν ἐξελέγξεις, ὡς νόθον,
Ἐφ' οἷς δὲ ὑμῶν ζημίαν ὑφίστασαι·
Τῶν γὰρ λογισμῶν τῶν ἐν ἡμῖν οἱ τόνοι
Ἐξασθενοῦσιν ἱστορεῖν σου τῶν πόνων
Τὰς ποικίλας γνώμας τε, καὶ διαιρέσεις,
Καὶ τὴν διὰ πάντων ψυχικὴν εὐτολμίαν,
Ἣν τοῖς ἀγῶσιν εὐθέτως συνήρμοσας,
Τὸν νοῦν πλατύνας ἐν στενοῖς πραγμάτων.
Εἰ τὰς ἐπ' ἄκρον ἠρμένας εὐεξίας,
Ἐσφαλμένας λέγουσιν οὐκ ἀπεικότως,
Κείσθω τὸ λοιπὸν ἐν κακοῖς τὰ Περσίδος·
Ἀντιστροφὰς δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων
Τὰ δυσχερῆ λαμβάνειν εἰς εὐεξίαν·
Ἀεὶ γὰρ ἡ ῥέουσα τοῦ βίου χύσις
Ἀντιστροφάς τε, καὶ μεταπτώσεις φέρει·
Ὅπως τὸ πάγιον πανταχοῦ σεσωσμένον
Μόνῳ φυλαχθῇ τῷ Θεῷ τῶν κτισμάτων·
Πάντας διατρέχουσιν οἱ ταχεῖς λόγοι
Τῇ λεπτότητι ζωγραφοῦντες τὰς φύσεις.
Ὅταν δὲ πειραθῶσι τοῦ πρὸς σὲ δρόμου,
Πόθῳ τρέχουσι, καὶ βραδύνουσι φόβῳ·
Καὶ πολλάκις σε ζωγραφήσαντες, πάλιν
Γράφουσι, μὴ γράφοντες ἠκριβωμένως.
Ὅμηρος, ὃν λέγουσι πηγὴν τῶν λόγων·
Τὰς γὰρ λάλους ἐκεῖνος εὐρύνει φλέβας,
Καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς νεαζούσης φρενὸς
Βλύζων ἐπάρδει, καὶ ποτίζων ἐκτρέφει,
Μένει πλήρης πολλάκις κενούμενος·
Τὰς συναδέλφους ἀρετὰς καὶ συντρόφους
Διττοῖς μερίζει τῶν λόγων νοήμασι·
Πλὴν ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ ἥψατο χρόνου
Δείξαντος ἀνδρείας τε, καὶ φρονήσεως,
Καὶ τῶν σὺν αὐταῖς κοινὸν οἰκητήριον·
Ἀλλ' εἴπερ ἐκτύπωσε τῆς σῆς εἰκόνος
Καὶ τὴν τελείαν εὗρεν, ὡς ἔδει, φύσιν·
Ἀφεὶς τὰ πολλὰ τῶν λόγων μυθεύματα,
Τὴν ψυχικὴν μόρφωσιν, ἣν ἔχεις, ὅλοις
Προθεὶς, ἔδειξεν τῶν ἀρετῶν συνημμένων
Μίαν δι' ὑμῶν τετράμορφον εἰκόνα.
Εἰ Νέστορος γὰρ συλλαλοῦντος ἡδέως
Ἔργοις μελισσῶν ἐξομοιοῖ τὸ στόμα.
Πῶς οὐ πρὸς ἄκρον ἦλθε θαύματος βλέπων
Ἄϋλον ἐν σοὶ τῶν φρενῶν μελιουργίαν
Ἐν τῷ γλυκασμῷ; τὸν γὰρ ἰὸν οὐκ ἔχεις.
Σὺ παντὸς ἄνθους ἐκλέγεις τὸ χρήσιμον
Εἰς πάντα καιρόν· οὐ γὰρ εἰς ἔαρ μόνον.
Σὺ κέντρον, ὡς μέλιττα, τοὺς νόμους, ἔχεις.
Ἀλλ' οὐκ ἀναιρεῖς, οὐδὲ πλήττεις εἰς βάθος.
Εἰ τι γὰρ εὕρῃς ἄξιον πληγῆς μέλος,
Τοὺς μὲν νόμους, ὡς κέντρον, ἁπλοῖς πρὸς φόβον.
Φείδῃ

Diſſolutionem colentes rerum oppoſitarum.
Aſt, o Dux ſapientum conſiliorum,
Clementer meos excipe ſermones;
Longe enim ſunt a blandimentis
Edocti ex te non loqui ficte.
Ut verus igitur veritatis aeſtimator,
Iudex adeſto huiuſce expeditionis:
Eſto iudex Celtico Rheno potior,
Eſto iudex: ſed indulgentiam adhibe.
Puto enim nihil reſpues, ut falſum,
Cum tibi multum detractum eſſe ſenties.
Mentis enim noſtrae vires
Non valent enarrare tuorum laborum
Varias rationes, & diſcrimina;
Illamque in omnibus ſpiritalem audaciam,
Quam inter praelia opportune exeruiſti,
Mentem extendens in rerum anguſtiis.
At ſi res ad ſummum felicitatis evectas
Perditas ſtatim dicunt non immerito;
Poſitae iam ſint in malo res Perſicae,
Et contra rerum noſtrarum miſera
Conditio convertatur in bonam.
Semper enim labilis vitae fluxus
Viciſſitudineſque, & mutationes affert:
Ut conſtet rerum firmitatem ubique eſſe ſervatam,
Et cuſtoditam a ſolo Deo creaturarum.
Ea eſt ſermonum vis, ut facile percurrant
Scite pingentes rerum quaslibet naturas.
Cum vero tentant ad te iter dirigere;
Deſiderio currunt, ſed retardantur timore:
Et cum ſaepius te pinxerint, iterum
Pingunt, numquam accurate pingentes.
Homerus, quem dicunt fontem eloquentiae,
(Ille enim ſermonis dilatat venas,
Mentiſque iuveneſcentis ideas
Emanans irrigat, & irrigans nutrit,
Et perſtat plenus, quamvis ſaepe exhauſtus:)
Una ſimul natas, & ſimul nutritas virtutes
Duplici ſermonum dividit intelligentia.
At ex neceſſitate: non enim attigit, quod poſtea
Tempus edocuit, fortitudini, & prudentiae,
Cognatiſque virtutibus commune eſſe domiciliũ.
At ſi tuam bene animo imaginem,
Et perfecte, ut decuit, attigiſſet naturam,
Reiectis tam multis fabuloſis ſermonibus,
Et illa ſpiritali forma, quam habes, omnibus
Propoſita, oſtendiſſet ex coniunctis virtutibus
Unam tibi eſſe quadriformem imaginem.
Si enim Neſtoris colloquentis dulciter
Apum operibus aſſimilat linguam,
Nonne, quod erat maxime admirandum, vidiſſet
Non materiale tuae mentis mellificium
Quam dulciſſimum? Non enim tibi eſt venenum.
Tu ex omni flore colligis, quod bonum eſt,
Per omne tempus; non enim vere tantum.
Tu aculeum, ut apis, ideſt leges habes:
Sed nec occidis, nec imo feris vulnere.
Si quando enim invenis dignum plaga membrum,
Leges, ut aculeum, intendis ad timorem.
Parcis

Φείδῃ δὲ πάντως· καὶ τὸ κέντρον πολλάκις
Πλῆξαι προπηδᾷ, καὶ πάλιν συστέλλεται.
Τὸ δραστικὸν δὲ συμπαθείᾳ κρατούμενον
Ἔμεινεν ἀργόν. κἂν γὰρ ὀξεῖαν ῥοπὴν
Ἔχῃ, δι᾽ ὑμῶν εὐσεβῶς ἀμβλύνεται·
Καὶ λοιπὸν, ὥσπερ ἐκ φιλανθρώπου πάθους,
Στάζει τὸ κέντρον ἀντὶ πικρίας μέλι.
Ἀλλ᾽ ἐν παρεκβάσει με τῶν προκειμένων
Ἡ τῶν καλῶν σου τερπνότης ἀπήγαγεν·
Ὅθεν πρὸς αὐτὰς τοῦ λόγου τὰς αὔλακας
Πάλιν γεωργῶν εἰσάγω τὰ σπέρματα.
Ἡ νὺξ μὲν ἡ μέλαινα τῶν ἐναντίων
Εἰς πᾶσαν ἐξήπλωτο τὴν οἰκουμένην·
Κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἀπληστίας·
Ἀλλ᾽ ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους.
Πλὴν εἰς ἀφεγγῆ καὶ τοσαύτην ἑσπέραν
Πρὸς ὕπνον αὐτὸς οὐδαμῶς μετεστράφης·
Σῶν γὰρ δι᾽ ἡμᾶς φροντίδων ἡ πυκνότης
Ἐκ σοῦ τὸν ὕπνον εἰκότως ἀπέστρεφε.
Πολλοὶ δὲ βουλὰς, καὶ στρατηγίας νόμους,
Αὐτοὶ καθ᾽ αὑτοὺς ζωγραφοῦντες ἠρέμα
Ἔφασκον, ὡς χρὴ τὸ κράτος βασιλέως
Ἐν ταῖς ἀνάγκαις τῆς μάχης παριστάναι.
Ἄλλοι δὲ πάλιν, ὥσπερ ἐκ τ᾽ ἐναντίας,
Ἀντεστρατήγουν δυσμαχοῦντες ἐν λόγοις,
Ἐπισφαλὲς λέγοντες εἶναι τὸ κράτος
Πρὸς τὰς ἑτοίμους ἐμβαλεῖν ἐξετάσεις.
Τινὲς δὲ καὶ σύγκρισιν ἐξ ἀμφοῖν μίαν
Ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἐκτυποῦντες καρδίαις
Σοφιστικῶς ἔφραζον, ὥστε καὶ μένειν,
Καὶ ταῖς μερίμναις τοῖς ἀγῶσι συντρέχειν.
Ἀλλ᾽ ἦν τὰ κατὰ τῶν λόγων ἀναίτια,
Οὐ γὰρ πονηρὸν εἶχον αἱ γνῶμαι τρόπον.
Σὺ δὲ στρατηγὲ, καὶ γὰρ ἦσθα τῶν ὅλων,
Καὶ ταῦτα μᾶλλον αὐτὸς ἠκριβωμένος,
Πᾶσι δεδωκὼς τοῦ λαλεῖν ἐξουσίαν
Θεὸν δικαστὴν τῶν ἀδήλων εἰργάσω.
Ὅπου δὲ πίστις παρθένος προσέρχεται
Λευκὴν ἄνωθεν ἐλπίδα στολίζεται.
Ἑορτάσας δὲ τὴν μεγίστην ἡμέραν,
Ἐν ᾗ τὸ κοινὸν ἐξανίστη τοῦ γένους
Εἰς ἔνθεόν τε, καὶ νέαν ἀνάπλασιν,
Εὐθὺς μετ᾽ αὐτὴν εἰκονίζων Μωσέα
Καταστρατηγεῖς Φαραὼ τοῦ δευτέρου.
Εἰ δεύτερόν τις οὐχ ἁμαρτήσει λέγων,
Τὸν, ὡς ἀληθῶς, πρῶτον εἰς ἁμαρτίαν.
Λαβὼν δὲ τὴν θείαν τε καὶ σεβάσμιον
Μορφὴν ἐκείνην τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου,
Ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ᾽ ἐν εἰκόνι
Ὁ πάντα μορφῶν, καὶ διαπλάττων Λόγος
Ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν· ὡς ἄνευ σπορᾶς
Κύησιν αὐτὸς, ὡς ἐπίσταται, φέρει.
Ἔχρῃζε γὰρ αὐτὸν, ὡς τότε σπορᾶς δίχα,
Οὕτω τυπωθῆναι καὶ πάλιν γραφῆς ἄνευ·
Ὅπως δι᾽ ἀμφοῖν τοῦ Λόγου μορφουμένου
Μένῃ τὸ πιστὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως,
Φαντασιαστῶν ἐξελέγχουν τὴν πλάνην.
Τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ
Θείαν ἀπαρχὴν τῶν ἀγώνων εἰργάσω.

Ἔδει

Parcis vero ſemper : & ſaepe aculeus
Ad feriendum micat, & rurſus contrahitur.
Eiuſque acrior vis miſericordiâ fracta
Languet iners : quamvis enim acutam aciem
Habeat, tua benignitate obtunditur :
Ac tum demum, uti ex hominum commiſeratione,
Mel pro amaritie inſtillat aculeus.
Sed in digreſſionem me a propoſito
Tuae bonitatis iucunda conſideratio abduxit.
Unde in ipſos primos ſermonis ſulcos
Iterum fodiens ſpargo ſemina.
Nox quidem nigra barbarorum hoſtium
Totam late terram occupaverat ;
Nondum enim expleta erat aviditas Perſarum ;
Sed inhiabat adhuc ad caedes.
Tu vero inter tantae noctis tenebras
Somno teipſum nullatenus tradidiſti :
Noſtrarum enim curarum multitudo
A te ſomnum, ut par eſt, avertit.
Multi de ratione, & legibus ducendi exercitus,
Alii poſt alios diſſerentes ſubtiliter,
Dicebant, ut oporteat Regis maieſtatem
In periculis belli praeſto eſſe.
Alii vero rurſus, velut ex oppoſito
Contra inſurgebant dimicantes ſermonibus ;
Minus tutum dicentes eſſe maieſtatem
In apertis committere periculis.
Nonnulli vero ex utriſque unum iudicium
In ſuis ſibi effingentes cordibus,
Sophiſtice dicebant oportere, & domi manere ;
Et conſilio in certamina accurrere.
Sed erant iſti omnium ſermones ſine culpa ;
Non enim ex malo prodibant ſententiae ingenio.
Tu vero Dux, omnium enim Dux fuiſti,
Et haec ipſa ceteris melius cognoveras,
Omnibus data loquendi poteſtate,
Deum iudicem occultorum feciſti.
Nimirum ſtatim ac fides virgo ſupervenit,
Candidam illa ex alto ſpem adornat.
Tum celebrata maxima illa die,
Qua totum adſurrexit humanum genus
Ad divinam, novamque reformationem,
Statim poſt ipſam, repraeſentans Moſem,
Acies eduxiſti contra Pharaonem alterum.
Si quis tamen non errat vocans alterum,
Qui vere fuit primus in peccato.
Tum manu accepiſti divinam, & venerandam
Effigiem illam picturae non pictae,
Quam manus non pinxerunt, ſed in imagine
Verbum figurans, & efformans omnia, finxit,
Figuram ſine pictura : ſicut ſine ſemine
Idem conceptionem, ut ſcitur, habet.
Oportebat enim ipſum, ſicut tunc ſine ſemine,
Sic & poſtea effingi ſine pictura :
Ut per utrumque Verbi configurati
Maneret fides incarnationis,
Et Phantaſiaſtarum confunderetur error.
Hoc fretus divinitus efficto ſigno
Sanctas primitias certaminum feciſti :

Opor-

Ἔδει γὰρ ὑμῶν τὸν συνήγορον Λόγον
Πάντως παρεῖναι τῆς δίκης κινουμένης.
Τῇ δευτέρᾳ δὲ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ
Σεαυτὸν εὐθὺς ἐμβαλὼν ταῖς ὁλκάσι
Τὸν ὑγρὸν ἐξέτεμνες εὐτόνως πόρον·
Καὶ δὴ παρέπλεις εὐθὺς Ἡραίας τόπους·
Οὕτω γὰρ αὐτὴν ὠνόμαζον ἐκ πλάνης
Τῆς πρὶν κρατούσης διαδοχὴν δεδειγμένοι.
Ἕως ἔτρεψας, εὐσεβῶς μεθαρμόσας
Τὸ τῆς πλάνης ἄδοξον εἰς εὐδοξίαν.
Τρέμω δὲ τούτων μνημονεύσας τῶν τόπων
Σιγῇ παρελθεῖν, ἣν ἐν αὐτοῖς εἰργάσω
Ἔναγχος εὐσέβειαν· ἔσται γὰρ τάχα
Καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἡ σιωπὴ ζημία.
Ἀλλ' ἐν παρεμβάσει με τοῦ σκόπου πάλιν
Δραμεῖν θέλοντα τὸν βιωφελῆ δρόμον·
Μή τις πάρεργος τοῦ λόγου τὸν ἱππέα
Σπεύσῃ κατασχεῖν ταῖς ἀφώνοις ἡνίαις;
Ἦν μὲν Νότου πνεύσαντος εἰς τοὐναντίον
Πάλιν δραμοῦντα συντόμως τὰ ῥεύματα·
Καὶ νὺξ ἀφεγγὴς, καὶ βράσαντα κύματα
Διπλῆν ἀνάγκην τῆς ζάλης εἰργάζετο.
Σὺ δὲ κράτιστε τὴν ἄυπνον ἑσπέραν
Ἐθισμένως ἔτεμνες, εἴπερ ἑσπέραν
Καλεῖν προσήκει τὴν δι' ὑμῶν ἡμέραν.
Φωνὴ δ' ἄποθεν ὀξέων θρηνημάτων
Τὰς σὰς κατεβρόντησεν εὐσεβεῖς φρένας·
Ἐκ κυμάτων δὲ δυστυχῶς ὠθουμένη
Ὁλκὰς προσεσκίρτησε Πετραίῳ πάγῳ·
Πολλὴ δὲ παφλάζουσα ῥευμάτων βοὴ
Τὸν ἦχον ὑψώσασα ταῖς πέτραις ὅλον,
Ἔξω τὸν ἀφρὸν ἀγρίως ἀνέπτυε,
Καὶ προσραγέντα τοῖς λίθοις τὰ κύματα,
Ἐκ τῶν βιαίων ὥσπερ ἀντικρουμάτων,
Σπινθῆρας ἐξέπεμπον ὑγρᾶς οὐσίας·
Καὶ πρὸς τοσαύτην ἦλθον οἱ πλωτῆρες βίαν,
Ὡς μηδὲν εἶναι τῶν κρεμαμένων πλέον.
Νεκροὺς γὰρ αὐτοὺς ἐν βραχεῖ τεθαμμένους
Ἐσχημάτιζε τῆς ἀνάγκης ὁ τρόπος.
Ἀλλ' εὐθὺς ἐλπὶς, καὶ παρ' ἐλπίδα φθάσας,
Ἔλαμψας αὐτοῖς ἐν θαλάσσῃ φωσφόρου
Τὸ φῶς προδεικνὺς, ἡλίου γλυκὺ πλέον·
Ὁ μὲν γὰρ οἶδεν ἐκπυροῦν τὰ σώματα,
Σὺ δὲ δροσίζεις εὐσεβῶς τὰς καρδίας·
Καὶ δὴ πρὸς αὐτὴν ἐκδραμὼν τὴν ὁλκάδα,
Κάμνων ἐφείλκου πάντας εἰς προθυμίαν,
Ἐρυθριῶντας Δεσπότου πονουμένου
Ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν καλῶν αὐτουργίᾳ.
Καὶ τῶν ταχυδρόμων γὰρ εὐθὺς ὁλκάδων
Τὸ πλῆθος εἰς ἓν εὐτόνως συνέτρεχε·
Καὶ πᾶς ἐν ὄχλοις ἐστρατευμένος τότε
Ῥίψας τὸ τόξον, καὶ παρεὶς τὴν ἀσπίδα,
Πρὸς τὰς ἐνύγρους συμπλοκὰς ὡπλίζετο.
Κ' αὐτοὺς δὲ τοὺς τεμόντας, εὐνοίας λόγῳ,
Τῶν τεκνοποιῶν ὀργάνων τὰ σπέρματα,
Εἰς τ' αὐτὸ συντρέχοντας ἦν ὁρᾶν τότε
Τμηθέντας οὐδὲν τὴν φύσιν τὴν ἄρρενα.
Οὕτως ἕκαστος συμμετασχεῖν ἐκ μέρους
Τῶν σῶν ἱδρώτων ἡδέως ἠπείγετο·

Ὅμως

Oportebat enim patronum Verbum
Omnino adparere, ſe movente iuſtitia.
Secunda vero feſtivitatis die
Te ipſum illico committens navibus
Humidam ſecaſti alacriter viam,
Et ultra Heraeae caput cito praeternavigaſti:
Ita enim ipſam vocabant ex errore,
Qui iamdiu invaluerat, ſucceſſores.
Donec pia rerum commutatione convertiſti
Erroris dedecus in nominis celebritatem.
Timerem, ſi haec loca memorans
Silentio praeterirem, quam in ipſis conſtituiſti
Nuper religionem. Erit enim brevi
Etiam poſteris ſilentium poena.
Sed rurſus in digreſſione video me a propoſito
Currere volentem utilem curſum.
Ne ſermo perfunctorius equitem
Contendat retinere mutis habenis?
Auſtro ſpirante ex adverſo fuerant
Rurſus relegendi quantocyus fluctus.
Et nox caeca, & aeſtuantes undae
Duplex periculum procellae fecerant.
Tu vero, fortiſſime, inſomnem noctem
De more tranſegiſti, ſi tamen noctem
Vocare decet, quae per te fuit dies.
Vox autem longe acuti eiulatus
Ad tuas circum intonuit pias mentes.
Ab undis vero infeliciter iactata
Navis illiſa eſt ad petraeum ſcopulum.
Multus autem efferveſcens undarum fragor,
Interque ſcopulos extollens late ſonitum,
Foras ſpumas immaniter exſpuit:
Et illiſi cautibus fluctus,
Veluti ex vehementi repulſu,
Longe iaculabantur aquae adſpergines.
Et nautae ad tales ſunt redacti anguſtias,
Ut nihil eſſet, quod non portenderet mortem:
Mortuos enim ipſos, & brevi tempore ſepultos,
Monſtrabat periculi neceſſitas.
Sed repente ſpes: & tu ſpem antevertens
Emicuiſti ipſis in mare, Phoſphori
Lucem emittens, Solis luce dulciorem;
Hic enim valet concremare corpora,
Tu vero irroras pie corda.
Quippe ante ipſam excurrens navim,
Et allaborans excitaſti omnes ad alacritatem,
Iam erubeſcentes, quod laboraret Deſpota,
Et tam praeclara ipſe per ſe gereret.
Tum vero ſtatim actuariarum navium
Multitudo in unum intentis viribus contracta eſt.
Ac tum quiſquis, ut erat tumultuarie inſtructus,
Abiecto telo, & dimiſſo clypeo,
Ad marinos conflictus ſe armabat.
Ac etiam eos, quibus erant exſecta, ſit venia dicto,
Genitalium organorum ſemina,
In idem accurrentes erat tunc videre,
Quaſi neutiquam abſciſſa eis fuiſſet virilitas.
Ita ſinguli ad ſumendam partem
Tuorum ſudorum dulciter impellebantur:

Sed

Digitized by Google

Ὅμως ἅπαντες σοὶ προσῆγον τὴν χάριν·
Ὑμῖν δὲ πᾶν τὸ πραχθὲν ἐσπουδάζετο·
Ὅπως ὁ πρόχειρος μισθὸς εἰς τὴν αἰτίαν,
Καὶ τὴν ἀφορμὴν συνδράμοι τοῦ πράγματος.
Οἱ μὲν γὰρ ὤθουν ἐκ θαλαττίων λίθων.
Ῥιζόθεν ὥσπερ ἐξ ἀνάγκης τὸ σκάφος.
Οἱ ναυτικοὶ δὲ τοῖς ἀποσχοίνοις τόνοις
Λαβόντες εἷλκον, ὡς ἐδόκει, τὴν ὁλκάδα·
Ἕως κατισχύσαντες εἵλκυσαν μόλις
Τὴν ναῦν πεσοῦσαν ἐν σαγήνῃ τῶν λίθων.
Ὢ συμπαθὲς φρόνημα, καὶ ψυχῆς τόνος,
Καὶ φροντὶς ἀρκέσασα τοῖς ὅλοις μία!
Πάλιν μεριμνᾷς, καὶ πάλιν κατὰ ζάλης
Μάχην συνάπτεις· οὐδὲ γὰρ θαλαττίας
Κίνδυνος ὁρμῆς, οὐδὲ τῆς γῆς ἡ ζάλη
Τῇ σῇ παρέσχεν ἐκκοπὴν προθυμίᾳ.
Ἀλλ᾽ ὡς σοφὸς ἐν κυβερνήσει ζάλης
Χειμῶνος ὥρας ἠγριωμένας βλέπων,
Τότε πλέον δείκνυσι τὴν εὐτεχνίαν,
Καὶ τῷ λογισμῷ τὰς τρικυμίας φθάσας
Τέμνει τὸ ῥεῦμα τῆς ζάλης ἀνατρέχων,
Κενοῖ τε πυκνοῖς τὴν βίαν τοῦ πνεύματος·
Οὕτω κρατήσας τοῦ βίου σὺ τὸν αὐχένα,
Χειμῶνος ὄντος, καὶ ταραχῆς πραγμάτων,
Φθάνων ἑκάστην συμφορῶν τρικυμίαν,
Πῆ μὲν διατέμνεις· πῆ δὲ τὴν βίαν κενοῖς·
Πῆ δὲ πρὸς ὕψος εὐσεβῶς ἀνατρέχων
Γῆς καὶ θαλάττης τὸν σάλον κατέσβεσας.
Ἰδὼν δὲ ταῦτα, καὶ στενάξας ὁ φθόνος,
Πολλὴν γὰρ ἔγνω ζημίαν πεπονθέναι,
Βλέπων τοσούτους ἐν βραχεῖ σεσωσμένους;
Πλήττει τὸν ἄκρον τοῦ ποδός σου δάκτυλον,
Ἑαυτὸν, ὡς ἔοικε, μορφώσας λίθῳ·
Θερμὴ δ᾽ ἀνακοντίζει αἵματος χύσις
Βάπτουσα τὴν γῆν, καὶ καλοῦσα μάρτυρα.
Ἔχρῆν γὰρ ὑμῖν ὡς ἀμείωτον χάριν
Τῆς εὐσεβείας προσγενέσθαι τὰ στίγματα.
Ἀλλ᾽ ὡς ἐκεῖνο τῆς ἀνάγκης τὸ σκάφος,
Καὶ τῶν τοσούτων κυμάτων ἀφήρπασας,
Τὴν κοσμικὴν ἅπασαν οὕτως ὁλκάδα
Σώζει δι᾽ ὑμῶν μέχρι παντὸς ἐκ ζάλης,
Ὁ πανταχοῦ σκέπων σε τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Sed omnes uni tibi referebant gratiam.
Tu vero de ſingulis factis curam habebas:
Sic ut promptum praemium ad rationem,
Occaſionemque accurreret operis.
Illi quidem protrudebant ex marinis ſcopulis
Radicitus ac veluti per vim affixam navem.
Nautae vero cum iunceis funibus
Abreptum trahebant, ut poterant, navigium,
Donec, multum enixi, aegre eduxerunt
Navim irretitam ſcopulis.
Aſt, o quae compatiens voluntas! quae animi firmitas!
Quae cura ſufficiens una ad omnia!
Rurſus cogitas, & rurſus cum procella
Pugnam conſeris: neque enim marini
Periculum furoris, neque terrae tempeſtas
Tuam contuderunt animi praeſentiam.
At veluti ſapiens gubernator in procella,
Quo magis furentem hiemem videt,
Tunc plus artis oſtendit & ſolertiae,
Et conſilio undarum vim antevertens,
Ingruentes ſecat fluctus occurrens,
Eluditque ſaepius vim venti:
Sic tu cum regeres vitae gubernaculum,
In praeſenti tempeſtate, & rerum turbulentia,
Omnium calamitatum fluctibus praepeditis,
Qua maris dividis, qua eludis inſaniam;
Nunc vero, pio mentis ſenſu ſurſum excurrens,
Terrae, mariſque rabiem temperaſti.
Haec autem videns, atque ingemiſcens Invidia,
Multum enim ſenſit ſe damnum tuliſſe
Conſpiciens tales viros repente conſervatos,
Ferit tui pedis ſummitatem digiti,
Mentita, ut viſa eſt, figuram ſcopuli.
Calidus autem erupit ſanguinis rivus
Inficiens terram, teque declarans martyrem.
Decebat enim, ut in integrae gratiae teſtimonium
Tibi ineſſent pietatis ſtigmata.
Aſt, o ſicut illud tu ex anguſtiis navigium,
Atque ex tanta tempeſtate eripuiſti,
Sic totam late mundialem navim
Servet per te ſemper a procellis,
Quod te ubique tuetur Dei Verbum.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Β' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Δημόσθενες πρόελθε σὺν παρρησίᾳ.
Λόγοι κρατοῦσι· μὴ ταράττου νῦν φόβῳ·
Φίλιππος οὐ πάρεστιν, ἀλλ' ὁ Δεσπότης·
Κίνδυνος οὐδείς· καὶ σιωπὴν εἰ πάθοις,
Κοινῶς ἁπάντων καὶ καλῶς ἡττωμένων·
Παλινδρομῶν δὲ τῶν λόγων ἐπηγμένων
Πρὸς τοὺς ἀπαρχῆς αὖθις ἵπταμαι δρόμους.
Οὐ γὰρ παρέσχες ἐκκοπὴν ταῖς ὁλκάσιν,
Ἕως διελθὼν τὴν ὁδὸν τῶν ῥευμάτων
Αὐταῖς ἐπέστης ταῖς καλουμέναις Πύλαις,
Ἐλθὼν ἀπροσδόκητος ἡμεροδρόμος.
Ἐντεῦθεν ὥσπερ βλύσμα πηγαίου πόρου
Κινούμενον μὲν ἐκ φλεβῶν τῶν ἐν βάθει,
Ὁμοῦ συνῆπται, καὶ τὰ ῥεῖθρα συλλέγει,
Ἐν ταῖς νομαῖς δὲ ποικίλαις μερίζεται·
Οὕτως ἀνοίξας τοῦ λογισμοῦ τὰς φλέβας
Τῇ ποικίλῃ σου, καὶ σοφῇ διαιρέσει
Σαυτὸν μερίζεις ταῖς νομαῖς τῶν πραγμάτων.
Τίς γὰρ στρατηγός; Βασιλεὺς πρὸ τῶν ὅλων.
Τίς ἐκδιδάξαι ταξιαρχίας νόμους;
Πάντες πρὸς ὑμᾶς εὐθέως ἀπέβλεπον.
Τίς τῶν δεόντων ἀσφαλὴς βουληφόρος;
Πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἡ ῥοπὴ τῶν ὀμμάτων.
Ὡς εὖ κρατοῦσα σὺν Θεῷ μοναρχία!
Οὐ γὰρ πολυπρόσωπος ἦν ἀναρχία,
Ἀλλὰ κρατοῦσα σὺν Θεῷ μοναρχία·
Ἣ πάντα θάλπει, καὶ διευθύνει λόγῳ·
Καὶ τὰς ἀτάκτους ἐκτροπὰς ἀνατρέπει.
Οὕτω γὰρ οὐδέν, ὡς ἀταξίας νόσος
Ἕρπουσα δάκνει, καὶ δαπανᾷ τὴν φύσιν,
Καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καιρίων κατάπτεται.
Ἀλλ' εἰ θελήσω τῶν λόγων τὰ ποικίλα,
Καὶ διαφορὰς ἱστορεῖν τῶν φροντίδων,
Ὅσας προθύμως ἀνθ' ὅλων ὑφίστασο,
Διττῆς ἁμαρτὼν ἐλπίδος κεκλήσομαι·
Ὡς μηδὲ ταῦτα τῷ λόγῳ περιγράφων,
Μηδὲ προβαίνων, καὶ λέγων τὰ καίρια.
Σὺ τὰς ὁδοὺς μὲν εἰργάσω στρατηγίας,
Τρίβους δὲ τὰς σὰς, τακτικὴν εὐτεχνίας.
Σοὶ καὶ τράπεζα, καὶ πόματα, καὶ τροφὴ
Τόξοις παρεσκεύαστο, καὶ ταῖς ἀσπίσι·
Ψιλὸς δὲ σοῦ πᾶς, πρακτικός τις ἦν λόγος,
Ῥυθμός τε πάσης, καὶ κανὼν εὐβουλίας.
Στρατὸν γὰρ εὑρὼν τὸ πρὶν ἐκ ῥαθυμίας
Ἀταξίας γέμοντα ἠμελημένης,
Θᾶττον κατορθοῖς καὶ λόγοις, καὶ σχήμασι,
Τυπῶν, διαιρῶν, δεικνύων, ὑπογράφων·
Ὡς παιδαγωγὸς τῶν ἐνόπλων γραμμάτων.
Ὦ νοῦς διαρκὴς ὠκεανὸν μιμούμενος,
Κυκλοῦντε τὴν γῆν, καὶ τὸ πᾶν περιτρέχων,
Καὶ πάντας ἄρδων, καὶ μένων πεπληρωμένος!
Ὅσας μὲν οὖν μετῆλθες ἐν βραχεῖ χρόνῳ
Ἄλλας ἐπ' ἄλλαις φροντίδων τρικυμίας,
Πράττων, μεριμνῶν, εὐτρεπίζων, προγράφων·
Ὅπως τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ συναρμόσῃς
Εἰς πολλὰ τῆς γῆς διεσπαρμένον μέρη.

Δέος

INCIPIT SECUNDA ACROASIS.

PRodeas, Demoſthenes, & confidenter loquere.
Loquendi eſt poteſtas: ne te nunc timor exagitet.
Non adeſt Philippus, ſed Deſpota.
Periculum eſt nullum: & ſi tu ſilueris,
Late, & plene omnibus devictis,
Ego quidem rurſus currere, incitante ſermone,
Per incoeptos curſus recens propero:
Non enim intervertiſti curſum navibus,
Uſque dum emenſis undarum viis
Ad Pylas, ut vocantur, perveniſti,
Adſtans improviſus Hemerodromus.
Tum vero ſicut ſcaturigo fontis,
Quae exſiliens ex venis in imo abſconditis
In unum coaleſcit, tumetque ex collectis rivulis,
Ac varie in varias partes dividitur:
Sic tu recluſis tuae mentis venis,
Tua varia, & ſapienti diſtributione,
Teipſum dividis in varias partes operum.
Quis enim Dux? Imperator pro omnibus.
Quis de ducendo exercitu det leges?
Omnes in te ſtatim intuebantur.
Quis in neceſſitatibus tutus conſiliarius?
Rurſus in te converſio oculorum.
Quam bene eſt imperanti cum Deo monarchiae!
Non enim multiformis erat anarchia,
Sed imperans cum Deo monarchia:
Quae omnia fovet, & dirigit verbo,
Et inordinatas confuſiones amolitur.
Nihil enim eſt tam noxium, quam defectus ordinis;
Morbus, qui ſerpens mordet, & abſumit naturam,
Et meliores opportunitates abripit.
At ſi voluero conſiliorum varias rationes,
Et varias deſcribere ſollicitudines,
Quantas alacriter pro republica obiſti;
Quod duplici exciderim ſpe, criminarer:
Ut qui neque haec ipſa ſermone explicem,
Nec ea, quae ſunt dicenda, progrediens referam.
Tu quidem ſignaſti expeditionis vias,
Iter vero tuum ex optima militari diſciplina;
Tibi & menſa, & pocula, & cibus
Inter tela inſtruebantur, & ſcuta.
Omnis tuus ſermo ſimplex, at rebus conveniens,
Norma erat & ratio cuiuſcumque boni conſilii.
Exercitum enim cum inveniſſes ex deſidia
Omni carentem ordine, & plenum negligentia,
Ipſum ſtatim inſtruis dictis, & figuris,
Formans, dividens, demonſtrans, oculis ſubiiciens,
Veluti paedagogus utens armatis litteris.
O mens praeſtantiſſima, quae & inſtar Oceani,
Circumiens terram, & quaquaverſus permeans,
Omnium mentes irrigans, & perſtans plena,
Quot nam excepiſti brevi ſpatio temporis,
Unum poſt alium, curarum geminatos fluctus,
Operans, cogitans, apparans, praeſcribens!
Ut numeroſum exercitum colligeres
In varias terrae diſſeminatum partes.

Nam

Δέος γὰρ ἦν οὐ φαῦλον, ὥστε μὴ φθάσας,
Τὰ διαιρεθέντα τοῦ στρατοῦ σου τάγματα
Σχίσῃ παρελθὼν ἐν μέσοις ὁ βάρβαρος.
Καὶ πῶς τὰ πυκνὰ πολλάκις βουλεύματα
Μὴ συνδραμόντα τοῦ σκοποῦ ταῖς ἐλπίσι
Γνώμαις ὑπεστήριξας ἀκριβεστέραις,
Ἑκὼν παρήσω· καὶ γὰρ αὐτὸς Δεσπότα
Τοσαῦτα πράττων λανθάνειν ἐτεχνάσω.
Ὅπως τὸ κοινὸν μὴ μετάσχῃ τοῦ πόνου,
Ὁμοῦ συνῆλθον, ὥσπερ ἐξ ὄρους τινὸς
Πολλὰς ἔχοντος ἐξοχάς τε καὶ θέσεις
Κρουνοὶ ῥέοντες τῷ πολυσχεδεῖ πόρῳ
Εἰς ταὐτὸ συντρέχουσιν ἐκ τῶν σχισμάτων.
Ἐμοὶ δὲ θαῦμα προσφόρως ἐπήρχετο,
Πῶς τῶν λογισμῶν τῶν τοσούτων ἡ χύσις
Τοῖς σοῖς λογισμοῖς σωφρόνως ἐτάττετο·
Πλὴν ὡς ἔοικε δραστικὸς Θεοῦ Λόγος
Τούτοις ἐπιστάς, οὐ μόνον τοὺς αὐχένας
Ἔκαμψε πάντων, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ καρδίας.
Ἐπεὶ δὲ τοῖς σοῖς προσδραμόντες ἴχνεσιν
Ἅπαντες, ὥσπερ ἐκ μιᾶς συμφωνίας,
Τὸ σὸν θεοστήρικτον ὕμνησαν κράτος,
Καὶ τῶν τροπαίων τοὺς κομῶντας αὐχένας
Πρὸς γῆν ἔκλιναν· ὡς μεταρσίους λόφους·
Οἱ συντεθέντες εὐτρόχῳ ποικίλματι,
Κήρυκές εἰσι τακτικῶν κινημάτων
Πόρρωθεν ἐγγὺς τοῖς ὅλοις ὁρώμενοι.
Κοινὸν δὲ πάντες ἐκτενῶς εὐεργέτην
Ἀνηγόρευον, καὶ κρατοῦντα Δεσπότην.
Τὸ φρικτὸν αὐτὸς τοῦ θεογράφου τύπου
Λαβὼν ἀπεικόνισμα συντόμως ἔφης.
Ἐμοὶ μὲν ὑμᾶς, ὡς ἀδελφούς, ἡ σχέσις,
Καὶ τῆς βασιλείας ὁ τρόπος συνήρμοσεν.
Ἐξουσίαν γὰρ οὐ τοσοῦτον ἐν φόβῳ
Ὅσον προλάμπειν ἐν πόθῳ θεσπίζομεν·
Νόμος γὰρ ἡμῖν ταῖς ἀπ' ἀνθρώποις βίαις,
Ἃς ἡ τυραννὶς τοῖς νόμοις ἀνθώπλισεν,
Ἀντεισάγειν νῦν τὴν φιλάνθρωπον βίαν,
Καὶ ταῖς τοσαύταις ἀντιτάξαι τὴν μίαν,
Ἣ ταῖς ἀνάγκαις ταῖς ἀνεγκλήτοις ἀεὶ
Τοὺς εὖ τεθέντας ἐκβιάζεται νόμους.
Ἐγὼ μὲν οὕτω καὶ τρόπῳ, καὶ σχήματι·
Οὗτος δὲ κοινὸς Βασιλεύς, καὶ Δεσπότης,
Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμὼν στρατευμάτων·
Μεθ' οὗ στρατηγεῖν ἐστιν ἀσφαλέστερον,
Δι' οὗ τὸ νικᾶν ἐστιν εὐσεβέστερον·
Ἐφ' ᾧ πεποιθώς, καὶ τὰ νῦν ἀφιγμένος,
Ὡς εἷς ἀφ' ὑμῶν, πρὸς πόνους ὁπλίζομαι.
Πρέπει γὰρ ὑμᾶς, ὡς ἐκείνου πλάσματα,
Χωρεῖν κατ' ἐχθρῶν προσκυνούντων κτίσματα·
Οἳ τὰς τραπέζας τὰς ἀμίκτους αἱμάτων
Λύθροις ἔμιξαν αἱμάτων μιαιφόνοις·
Οἳ τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν Ἐκκλησίας
Ἐν ἀδεταῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάταις·
Οἳ τὴν φυτουργηθεῖσαν ἄμπελον λόγῳ
Ξίφει θέλουσιν ἐκθερίσαι βαρβάρῳ·
Δι' οὓς ὁ Δαβὶδ ἐνθέως ἐφθέγξατο,
Μακάριος εἰπών, ὃς τὰ τέκνα Περσίδος
Πέτραις προσαντίκρουσιν ἐδαφισμένα.

Ὅυτως

Nam valde erat timendum, ne praerepta occaſione
Tui exercitus diviſas copias
Interciperent medias ſuperaggreſſi Barbari.
Quomodo autem bene proviſa ſaepe conſilia
Non concurrentia cum praeconcepta ſpe
Sententiis confirmaveris melioribus,
Libens praetermittam: tu enim ipſe, Deſpota,
Qui haec gerebas, celare ſtuduiſti ex induſtria.
Ne igitur reſpublica detrimentum pateretur,
Simul omnes convenere; veluti ex aliquo monte,
Qui multos habet colles, & valles,
Rivi fluentes per multifidos tramites
In unum coaleſcunt ex disiunctis ſemitis.
Me autem iuſta inceſſit admiratio,
Quſnam tot, tantarumque cogitationum copiam
Tuo conſilio ſapienter regeres!
Verum, ut par eſt credere, efficax Dei Verbum
Illis adſtans, non ſolum cervices
Flexit omnium, ſed una ſimul etiam corda.
Itaque cum illi poſt tua accurriſſent veſtigia,
Omnes, veluti ex unanimi concentu,
Tuum a Deo firmatum laudaverunt imperium,
Et vexillorum comatos apices
Ad terram inclinarunt, ut claros vertices:
Qui qua erant colorum varietate diſtincti,
Actionum militarium praecones propoſiti
Procul & prope ab omnibus erant conſpiciendi.
Ac tum communem omnes alacriter beneficum
Depraedicarunt, & potentem Deſpotam.
Tu vero, formidando imaginis a Deo pictae
Sumpto ſimulacro, breviter dixiſti:
Mihi quidem vos, ut fratres, haec Imago,
Et regni praeſens conditio coniunxit.
Poteſtatem enim non tantum in timore,
Quantum elucere in amore arbitramur.
Nobis enim lex eſt contra hominum violentias,
Quas tyrannidis furor contra leges inſtruxit,
Nunc opponere vim humanitatis,
Illiſque hanc unam ex adverſo ſiſtere,
Quae in malis ſine culpa obvenientibus ſemper
Bene conſtitutis vim infert legibus.
Equidem ita cenſeo ſub hoc habitu, & forma,
Hic certe communis eſt Rex, & Dominus,
Et noſtrorum Dux exercituum,
Cum quo militare eſt tutius,
Per quem vincere eſt religioſius:
In quo ego fretus, & nuper huc delatus,
Tamquam unus ex vobis ad labores me inſtruo.
Vos enim decet, utpote eius facturae,
Exire in hoſtes colentes creaturas:
Qui menſas puras a ſanguine
Contaminarunt caedibus, & ſanguine:
Qui immunes ab omni mentis affectu Eccleſias
Impudicitiis polluunt turpiſſimis:
Qui Verbo plantatam vineam
Ferro volunt demetere barbaro:
De quibus David, divinitus vaticinans,
Beatus, inquit, qui filios Perſidis
Attritos allidit ad petras.

Sic

Οὕτως ἅπαντας αὐτοὺς ἐκ ῥαθυμίας
Λόγῳ μετεσκεύαζες εἰς προθυμίαν.
Οὕτω στρατηγὸν πανταχοῦ, καὶ Δεσπότην
Θεὸν προτάττων, ἀσφαλίζῃ τὸ κράτος.
Καὶ δὴ παρελθὼν τὴν ὑπέρθεσιν φθάσας
Κοινῶν ἀπάρχῃ τοῦ στρατοῦ γυμνασμάτων.
Πόθος δέ μοι τις ἐνθάδε προσήρχετο
Ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια,
Φόβου τε χωρὶς ἱστορῆσαι τὸν φόβον.
Ὅμως δὲ φρικτὸν τῶν ἀγώνων ὁ τρόπος
Καὶ τὴν δόκησιν εἰσάγων προσήρχετο.
Τάξις γὰρ εὖ ἔνοπλος ἠκριβωμένη,
Σάλπιγγες ἔνθα, καὶ φάλαγγες ἀσπίδων,
Αἰχμαὶ, φαρέτραι, καὶ βέλη, καὶ φάσγανα,
Καὶ δεινὸς ἐκινεῖτο θωράκων κλόνος
Ἐκ τῶν σιδηρῶν συμπλακέντων ὑφασμάτων.
Ἐν οἷς ἐπαυγάζουσα λαμπὰς ἡλίου,
Ταῖς ἀνταμοιβαῖς ὥσπερ ἀντιλήψεσι,
Στίλβουσαν ἐξέπεμπεν ἀστραπηφόρον.
Ἐπεὶ δὲ συνταχθέντες, ὡς ἐναντίοι,
Ἐστήξαν αὐτοὶ ἀσφαλῶς τὰ φράγματα.
Ὤφθη τὰ τείχη τῶν ἐνόπλων κτισμάτων,
Καὶ συρραγέντων τῶν στρατευμάτων ὅλων·
Ξίφος μὲν ἀσπὶς, καὶ ξίφη τὰς ἀσπίδας
Ὤθουν βιαίοις πανταχοῦ συγκρούσμασι·
Καὶ μετὰ πολλῶν αἱμάτων τὰ φάσγανα
Ὁ σχηματισμὸς τῆς τέχνης ἐδείκνυε.
Καὶ πάντα φρικτὰ, καὶ φόβος, καὶ σύγχυσις,
Καὶ πρὸς φόνους συνάντησις αἱμάτων δίχα.
Δεῖξαι γὰρ αὐτοῖς ἐμφρόνως ἠπίστασο
Πρὸ τῆς ἀνάγκης τῆς ἀνάγκης τοὺς ὅρους·
Ὅπως ἕκαστος τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς
Λαβὼν ἀφορμὰς ἀσφαλέστερος μένοι.
Λέγειν μὲν οὖν ἕκαστα, καὶ τὸ ποικίλον
Ἐκεῖνο κινέργημα τῆς τέχνης γράφειν
Ἐξασθενεῖ μοι τῆς ἀτόλμου καρδίας
Ὁ νοῦς ἐν ὀλίγῳ τοῦ λόγου κλονούμενος.
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς ἄμπωτιν ἔκ τινος βίας
Πρόσω τὸ ῥεῦμα συντόμως ὠθούμενον·
Οὕτως ἐκεῖνα τοῦ στρατοῦ τὰ κύματα
Τῷ σῷ λόγῳ τρέχοντι συγκινούμενα,
Ἢ πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον, ἢ τοὐναντίον,
Ἀντιπροσώπῳ τῷ τάχει μετήρχετο.
Καὶ πρὸς τοσοῦτον οὐκ ἀπόκνησας κλόνον,
Ἀλλ' εἷλκες αὐτοὺς, καὶ μεθεῖλκες εἰς τόπους,
Ἔστησας, ἀντέστησας, ἔνθα τοῦ λόγου
Τῆς σῆς ῥοπῆς τὸ νεῦμα συμμετέστρεφε.
Πῶς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος ἡρμόσω μόνος;
Καὶ πῶς γένη τοσαῦτα, καὶ πολυτρόπων
Ἠθῶν διαφορὰς, καὶ φρενῶν διαστάσεις
Τῷ σοῦ λόγου κρούοντος εὐρύθμῳ τόνῳ,
Οὐχ ὥσπερ ἄλλος μυθικὸς τὰ θηρία
Πρὸς αὐτὸν εἷλκες· ἀλλὰ πρὸς γνώμην μίαν
Γλωσσῶν τοσούτων συγχύσεις μεθήρμοσας;
Πλὴν οὐκ ἀπεικὸς τοῦ Παναγίου Πνεύματος
Καὶ νῦν ἐνεργήσαντος, οὐχὶ πυρφόρῳ
Γλωσσῶν διαιρέσει τε καὶ θεωρίᾳ·
Γλώσσῃ δὲ τῇ σῇ τὴν κατάλληλον χάριν
Στάξαντος αὐτοῦ, καὶ πάλιν τοῦ Πνεύματος;
Οὕτως

Sic omnes ipſos ex ſegnitie
Orationis vi ad alacritatem deduxiſti.
Sic Ducem ubicumque, & Dominum
Deum proponens, tuum firmas imperium:
Statimque perrumpens moras
Omnibus feciſti initium militaribus exercitiis.
Atque hic me quoddam cepit deſiderium
Videre iucunda belli praeludia,
Proculque a timore timorem proſpicere:
Sed ipſa certaminum proluſio horridam
Praeferens tantum ſpeciem, me deterruit.
Stabant quippe acies armatae optime diſpoſitae:
Hic erant tubae, & clypeorum phalanges,
Haſtaeque, & pharetrae, & tela, & gladii:
Terribilis autem edebatur thoracum ſtrepitus
Ex armaturis ferro intextis,
Quae a Solis lampade illuſtratae,
Tamquam ex mutuis officiis,
Fulgorem remittebant coruſcantem.
Poſtquam autem diſpoſiti, ut hoſtes,
Denſo ſteterunt ordine iuncti firmiter,
Viſi ſunt muri ex armatis machinis:
Et iam hinc inde confligentibus omnibus copiis,
Enſes cum ſcutis, & ſcuta cum enſibus
Concurrebant undique violentis ictibus.
Et gladios multo tinctos ſanguine
Quaſi oſtentabat artis pugnandi ſpecimen.
Omnia autem horrenda, & timor, & confuſio,
Et in caedes concurſus citra ſanguinem.
Tu enim ſciſti eis cate oſtendere
Ante neceſſitatem neceſſitatis terminos:
Ut quiſque ex clade innoxia
Sumens documenta, ſecurior maneret.
At vero ad recenſenda ſingula, & illas varias
Artis militaris motiones deſcribendas,
Deficit in pavido mihi pectore
Animus recenti ſermone perterritus.
Ceterum ſicuti retrorſum fluit, quae aliqua vi
Antrorſum fuit unda celeriter impulſa,
Sic illi tui exercitus fluctus
Pro tuorum mandatorum celeritate ſe moventes,
Modo in faciem, modo ex oppoſito
In terga ſe convertebant velociter.
Nec tu tanto ſtrepitu deiectus obtorpuiſti,
Sed ipſas ducens, & reducens acies,
Vertiſti, convertiſti, utcumque tuus
Una ſimul cum voce nutus inclinabat.
Quinam tot rebus ſuffeciſti ſolus!
Et quomodo tot gentes, & multiplices
Morum differentias, & mentium diſſenſiones
Tui ſermonis vi ſuaviſſima impellente
Non, tamquam alter fabuloſus, feras
Ad te traxiſti, ſed in unam ſententiam
Tot linguarum confuſiones tranſtuliſti?
At quid vetat credere, Sanctiſſimo Spiritu
Etiam nunc operante id factum, non igniferis
Linguis in ſingulos diſpertitis viſibilibus,
Sed linguae tuae omnibus accomodatam gratiam
Ipſo inſtillante eodemque Spiritu?
Sic

Οὕτως ἅπαντας τοὺς πρὶν ἠμελημένους
Θᾶττον διδάξας, εἶχες εὐτρεπισμένους.
Ἐγὼ δὲ καὶ προμάντις οὐκ ὤν, Δέσποτα,
Φθάσας προεξήγγειλα τῷ πρώτῳ λόγῳ,
Ὡς οὐδὲν ἠμέλησας· ἀλλὰ καὶ γράφων
Τοῖς σοῖς στρατηγοῖς πανταχοῦ τὸ συμφέρον,
Ἥμαρτες οὐδέν· εἴπερ ἐνδεόν τι γε
Τὸ σοὶ παραστὰν εὐθέως συνέδραμεν.
Ἔδειξεν ἡμᾶς οὐδαμοῦς ἐψευσμένους
Ἡ πρακτικὴ σοῦ τῶν φρενῶν εὐβουλία.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς οὐ ταράττουσι φόβοι·
Οὐ φροντίδες χαυνοῦσι τὴν προθυμίαν·
Οὐ συμφοραὶ δάκνουσιν· οὐ θλίβει κόπος.
Ἔρως γὰρ ἡμᾶς εὐσεβὴς περιτρέχων
Εἰς τὰς ἀνάγκας, καὶ περιστάσεις πλέον
Νεύρων συνιστᾷ τοὺς τόνους τοῦ σαρκίου.
Ὡς οὖν σοφιστὴς τοῖς ἰατρικοῖς λόγοις
Πεῖραν συνάψας, οὐκ ἀφῆκε τὴν νόσον
Κρυπτῶς ὑποσμύχουσαν εἰς βάθος βλάβης·
Ἀλλ' εὐθὺς ἐξέκοψεν· ἢ ξίφει τεμών,
Ἢ καυστικῶς ἔφλεξεν· ἢ καθαρσίῳ
Τὰς ἔνδον αὐτῆς ἐκκαθαίρων αἰτίας.
Οὕτω τὸ σῶμα τοῦ στρατεύματος τότε
Εὑρὼν κακωθὲν ἐκ φιλοβλαβοῦς νόσου
Ἐπέσχες αὐτοὺς ἐκ κακῆς ἀπληστίας,
Λόγῳ καθάρας τὰς ὀρέξεις τῆς βλάβης.
Κρατεῖν γὰρ ἔγνως ῥᾷστα τῶν ἐναντίων
Ἐν εὐσεβείᾳ τὸν στρατόν σου ῥυθμίσας.
Ἐντεῦθεν ὑμῖν εὐθὺς ἐπιτρεχομένη
Νίκη προσῆλθε Περσικῶν σκυλευμάτων
Πρὸ τῆς μάχης φέρουσα νικητήρια.
Ἐπεὶ γὰρ εἶχες οὐδὲν ἠμελημένον·
Ἀλλ' ἐξέπεμπες ἐκδρομὰς εὐσπευδέτους,
Ἱππεῖς ἐπ' ἄγραν πανταχοῦ ταχυδρόμους·
Παρῆσαν οἱ φέροντες ἐν βραχεῖ χρόνῳ
Οὐκ εὐκαταφρόνητα θηρίων γένη·
Ἀλλ' ἐξέχοντα, καὶ κρατοῦντα τῷ θράσει·
Καὶ πολλάκις βλάψαντα τὴν παροικίαν.
Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα, καίπερ ὄντα θηρία,
Τοῦ σοῦ παρῆκας μὴ μετασχεῖν ἡμέρου.
Ὅμως τὰ πολλὰ νῦν ἀφεὶς, προαιροῦμαι
Τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐξ ἑνὸς διαγράφειν.
Παρῆν τις ἀρχίφυλος εὐτόλμου γένους,
Τὸ Σαρακηνῶν τάγμα τῶν πολυτρίχων
Ἄγων σὺν αὐτῷ, καὶ περισκοπῶν, ὅπως
Λαθὼν ἐπέλθοι τῷ στρατῷ σου πρὸς βλάβην·
Πλὴν ὡς ἀπλήστῳ συμμαχῶν στρατηγίᾳ
Κλέψαι θελήσας, αὐτὸς ἀντεκλέπτετο·
Καὶ τοῖς ποσί σου τοῖς πανημέροις τάχος
Τὸν πρὶν στρατηγὸν εἰσάγουσι δέσμιον.
Ὡς δὲ προσήχθη τῷ κράτει σου, Δέσποτα,
Ὁ τὴν πολυστένακτον αἰχμαλωσίαν
Λαβὼν ἐκεῖνος εἰς τομὴν ἐλευθέραν·
Ὁ δυστυχήσας εὐτυχῶς, εἰ δεῖ λέγειν,
Σοὶ γὰρ προσελθὼν ἀνταμείβει τὴν τύχην·
Ῥίπτει τὰ δεσμὰ, τὰς δὲ συμφορὰς ὅλας
Ἔστρεψεν εὐθὺς, εἰς χαρὰν μεθαρμόσας.
Πολλὴν δὲ θᾶττον τὴν ἐναλλαγὴν βλέπων
Ἀντιστροφὴν ἔκρινε τὴν σωτηρίαν,

Πάλιν

Sic omnes, qui erant antea deſides,
Continuo, te duce, & magiſtro, habuiſti paratos.
Aſt ego quamvis divinus non ſim, o Deſpota,
Iam antea praenunciavi primo ſermone,
Te nihil neglexiſſe; ſed etiam praeſcribens
Tuis ubique ducibus, quod conduceret,
Neutiquam aberraſti: ſiquid enim factu opus fuit,
Promptum, ac paratum illico tibi ſuccurrit.
Ita numquam nos eſſe ementitos oſtendit
Tuae mentis practica prudentia.
Hinc nos non timor exagitat,
Non curae frangunt animi praeſentiam,
Non terrent caſus, non opprimit moleſtia.
Amor enim pietatis ſeſe nobis obverſans
In rebus arduis, & ipſis in periculis, magis
Nervos, tonoſque intendit corporis.
Ut igitur Sophiſta, qui medicae ſcientiae
Experientiam coniunxit, non dimiſit morbum
Clam intus exedentem profundo ulcere;
Sed ſtatim abſcidit, aut ferro amputans,
Aut adurens cauſtico, aut purgatione
Morbi latentes auferens cauſſas;
Ita cum tui tunc corpus exercitus
Inhumanitatis morbo male affectum inveniſſes,
Malam coërcuiſti militum inexplebilitatem,
Sermone emundans appetitum noxium.
Regere enim melius noveras, quam hoſtes,
Exercitum, quem ad pietatem conformaſti.
Hinc ſtatim tibi advolans obviam
Venit Victoria, ex Perſicis ſpoliis
Ante pugnam adferens tropaea.
Nihil enim, quod factu opus eſſet, neglexeras:
Sed miſeras opportunos excurſores,
Equites ad praedandum expeditiſſimos.
Illi vero adſtiterunt brevi ferentes tempore
Non plane deſpicienda belluarum genera,
Sed quae faſtoſe, & arroganter imperabant,
Et ſaepe damno affecerant viciniam.
Sed tu non illas, quamvis eſſent belluae,
Tua es dedignatus excipere clementia.
Ego vero plurimis praetermiſſis, ſuſcipiam
Ex uno ſimul omnes deſcribere.
Occurrit quidam Praefectus ex illuſtri genere
Turbam Saracenorum multum capillatorum
Adducens ſecum, & circum explorans, quomodo
Clam invadens tuum affligeret exercitum:
Niſi quod inſana militans licentia,
Volens circumvenire, ipſe eſt circumventus.
Nec mora, tuos ad vigilantiſſimos pedes
Ex Duce captivus factus adducitur.
Ut autem ſtetit ante tuam maieſtatem, Deſpota,
Pro valde lacrimabili captivitate
Accipiens ille conditionem liberam,
(Vere infelix feliciter, ſi fas eſt dicere,
Ad te enim accedens permutat ſortem,)
Proiicit vincla, & calamitates omnes
Statim e contrario tranſtulit in gaudium.
Tantam vero repente mutationem videns
Calamitatem ratus eſt ſibi eſſe ſaluti,

Iterum

Πάλιν στρατηγεῖν ἐλπίσας ὁ δέσμιος.
Οὕτως ὁ νοῦς σου ποικίλως ὁπλίζεται,
Καὶ τοῖς λογισμοῖς πολλάκις στρατεύεται;
Φειδοῖ δὲ μᾶλλον, ἢ ξίφει κεχρημένος,
Καὶ τοὺς ἀπίστους βαρβάρους ἐφέλκεται.
Καὶ ταῦτά μεν σοι σωφρόνως ἐπράττετο·
Τῷ δὲ στρατηγῷ τῆς πλάνης τἀναντία.
Ὃς ἔργον εἶχεν ὀργάνων, καὶ κυμβάλων,
Ἄσημον ἦχον, καὶ γυναικῶν ἐκτόπων
Ὄρχησιν εἰς γύμνωσιν ἠρεθισμένην.
Σὺ δὲ στρατηγὲ τῆς σοφῆς πανοπλίας
Ψαλμοῖς ἐτέρπου μυστικῶν ἐξ ὀργάνων,
Τὸν θεῖον ἦχον ἐντιθεὶς τῇ καρδίᾳ.
Εἶχες δὲ σεμνὰ παρθένων σκιρτήματα·
Τῶν σῶν λογισμῶν τὰς ἀφθόρους ἐλπίδας.
Ἐκεῖνος εἶχε τὴν Σελήνην ἐλπίδα.
Τοῦ σοῦ δὲ θᾶττον προσβαλόντος ἡλίου
Ἔκλειψιν αὐτὸς ὀξέως ὑφίστατο.
Τὸ πῦρ ἐκεῖνος εἶχε προσκυνούμενον,
Ὑψούμενον δὲ σύ, κράτιστε, τὸ ξύλον.
Τούτου δέ, δῆλον ὡς, πρὸς ὕψος ἠρμένου
Τὸ Περσικὸν πῦρ εἰς μάτην ἀνήπτετο.
Ἐπεὶ γὰρ εἰς χειμῶνα πρὸς τὸ πόντιον
Κλίμα διατρίψας, συντόμως ὁ βάρβαρος
Τὰς εἰσβολὰς κατεῖχε τῆς ὁδοῦ φθάσας·
Ὁ δὲ στρατός σου δυσχερῶς τὰς εἰσβάσεις
Ἅπαξ περιληφθεὶς εἶχε τὰς πρὸς ἥλιον·
Ἀντιστροφὴν ἐνταῦθα συντομωτάτην,
Καὶ σχηματισμὸν ἐπαινέτης πλαστουργίας
Ἐξεῦρες, ὦ κράτιστε· τοῖς μὲν βαρβάροις
Δείξας πρόσωπον ἐκ δρομῆς ἐψευσμένης·
Θήγων δὲ τὸν νοῦν τὸν σόν, ἵν' εὐμηχάνως
Στραφεὶς, ἐκείνοις τὰς ὁδοὺς ὑφαρπάσῃς.
Τοῦ δυσσεβοῦς δὲ θᾶττον ἠπατημένου,
Τρίβοις τε λοξαῖς, καὶ παρεκτετραμμέναις;
Ὡς πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον ἐξωρμηκότος
Ἀντιστρέψας σὺ διπροσώπῳ σχήματι·
Καὶ πρῶτος εὐθὺς εὑρέθης ὁ δεύτερος.
Οὕτω νομίζων εὐτυχῶς περιτρέχειν,
Ἐκ σοῦ σκελισθεὶς, δυστυχῶς ὑποστρέφει.
Οὕτω στρατηγῶν, καὶ σοφὴν πλαστουργίαν
Μόνος κατορθοῖς, καὶ σοφὴν ὑπόκρισιν.
Καὶ τοῦτο μᾶλλον τοῦ σκοποῦ τὸ ποικίλον
Τοὺς βαρβάρους ἔπεισεν εἰς ῥαθυμίαν.
Οὐ γάρ τις οὕτως ἀγρίως θυμούμενον
Ἀντιστρόφῳ παρῆλθε θηρίον δρόμῳ·
Οὐδ' ἄλλος ἵππους ἡνιοχῶν τὰς ἡνίας,
Λοξὰς προδεικνὺς ὀξέως παρέρχεται·
Ὡς σὺ κρατήσας τοῦ στρατοῦ τὰς ἡνίας,
Ὑποστρέφων παρῆλθες ἐξ ἀντιστρόφου·
Καὶ τὸν παραβάτην βαλὼν πλασμῷ ξένῳ
Πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάδην.
Ἕκτης δὲ λοιπὸν ἐκδραμούσης ἡμέρας,
Τὰ τῶν ἑαυτοῦ συμφορῶν μηνύματα
Ἀπροσδοκήτων εἶχεν ἐξ ἀκουσμάτων·
Πολλὴ δὲ φροντὶς τῶν φρενῶν κλονουμένων
Κατεῖχεν αὐτὸν, καὶ λογισμῶν συγχύσεις
Τὸν νοῦν ἐπικνόφωσαν ἐσκοτισμένον.
Οὐ γάρ τι μικρὸν ἦν· ἀλλὰ καίριον·

Iterum e captivo ſperans ſe Ducem futurum:
Sic tua mens variis armis inſtruitur,
Et varia ſaepe providentia militat;
Et venia ſatius ducens uti, quam ferro,
Etiam barbaros infideles allicit.
Atque haec quidem a te ſapienter gerebantur;
A Duce vero erroris inſipienter omnia.
Circa illum varia inſtrumenta, & cymbala
Strepebant indecenter, & feminae impudicae
Saltabant incitantes nuditate ad turpia.
Tu vero Dux inſtructus armis ſapientiae
Delectabaris pſalmis muſicis cum organis
Divinum ſonitum excitans in corde.
Circum decenter exſultabant Virgines,
Tuae ſcilicet mentis ſpes puriſſimae.
Spem ille habebat omnem in Luna poſitam:
Sed ubi tu Solis inſtar ipſum perſtrinxiſti,
Violentam ille paſſus eſt eclipſim.
Illi erat ignis ad adorandum propoſitus;
Tibi vero, o fortiſſime, alte elatum lignum.
Hoc autem, ut ſtetit ex alto conſpicuum,
Perſicum ignem fruſtra eſſe accenſum patuit.
Nimirum cum hibernum tempus in Pontica
Regione divertiſſet, actutum Barbarus
Omnes aditus itineris praecluſerat;
Tuus vero exercitus hoſtem aggredi vix poterat
Undique praepeditus, & contra Solem poſitus;
Converſionem itaque quam celerrimam,
Et figuram laudabilis inventionis
Excogitaſti, o fortiſſime; quippe Barbaris
Frontem oſtendebas ex ſimulato itinere,
Tuam vero mentem acuebas, ut induſtrie
Converſus ipſis locum ſurriperes.
Nec mora, impius hoſtis deceptus eſt
Tuis obliquis, tranſverſiſque itineribus:
Illum putantem te in frontem invadere
Vertis in fugam bipartito exercitu,
Statimque ex primo factus es noviſſimus.
Ita qui putabat progredi feliciter,
A te ſupplantatus cedit infeliciter.
Sic, te ſolo duce, tam ſapiens ſimulatio,
Et ſcitum commentum deductum eſt ad exitum.
Magis autem haec tuae mentis ſagacitas
Coniecit Barbaros in ſocordiam.
Non enim tam bene quiſquam incitatam aſpere
Contrario praevertit belluam curſu;
Nec quiſquam alter equos, aurigans habenis,
Signanſque iter obliquum, tam cito antevertit:
Ut tu regens exercitus habenas
Senſim cedendo es praetergreſſus ex converſione:
Et tranſgreſſorem coniectum in planitiem ignotã
Ante pugnam in adverſam partem compuliſti.
Sexta vero deinde currente die
Suarum calamitatum indicia
Inopinatis habuit ex nunciis.
Multae autem curae in turbato pectore
Tenebant ipſum, & cogitationum confuſio
Mentem obumbrabat obductam tenebris:
Non enim parvi momenti res fuit, ſed maximi:

Εἰ καί τι μικρὸν ὁ στρατὸς προεξέτρεχε,
Πολλῶν μεταξὺ δυσχερῶν κινουμένων
Τοῖς ἀλλοφύλοις εἰκότως στρατεύμασι.
Λιμοῦ γὰρ αὐτοῖς, καὶ φθορᾶς πολυτρόπου,
Καὶ τῶν ἀδήλων εἰς βλάβην ἐγκρυμμάτων,
Καὶ τῶν ἀρίστων εἰς μάχην προειλημμάτων
Ἐντεῦθεν ἦν κίνδυνος· ἀλλ' ἔτι πλέον
Ἔδακνεν αὐτοὺς τὸ βλέπειν τὸν ἥλιον,
Ὃν προσκυνοῦσιν, ὡς θεὸν τῆς Περσίδος,
Ἐν τῇ παρατάξει τῆς μάχης ἐναντίον.
Ξέρξην μὲν οὖν λέγουσι λυσσώδει τρόπῳ
Μίξαι θέλοντα τὰς διεστώσας φύσεις
Ὕδωρ χερσῶσαι, καὶ θαλασσῶσαι χθόνα.
Καί μοι δοκεῖ τις οὗτος εὐηθέστατος·
Ὃς ταῖς ἀτάκτοις μεταβολαῖς τὰς οὐσίας
Τρέπειν νομίζων, συγχύσεις εἰργάζετο·
Ὃς ἐκφοβῆσαι τοὺς Λάκωνας ἠρμένος,
Ὡς θαυματουργὸς τῶν ἐναντιώσεων,
Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, ῥευματοῖ δὲ τοὺς λίθους·
Κυκῶν δὲ πάντα, καὶ στρέφων, καὶ ἀντιστρέφων,
Ἔτικτεν οὐκ ἔκπληξιν, ἀλλ' ἀπληξίαν·
Ὃς τῶν τεθέντων, καὶ πεπηγμένων ὅρων
Ἀνθορθοθετῆσαι τὰς βάσεις ἠπείγετο·
Ὃς πρὸς τοσαύτην ἦλθεν ἐκτροπὴν, ὅτι
Τὸ σεπτὸν αὐτοῦ, καὶ φίλον, καὶ πάτριον
Ὕδωρ ἐμαστίγωσεν, οὐκ ἔχων ὅθεν
Τὴν λύτταν αὐτοῦ τὴν ἀναπτοῦσαν σβέσει.
Καὶ ταῦτα ποίας αὐτὸν ὠθούσης βίας,
Ὕδωρ ὅπως τέμνοιτο χερσαίῳ δρόμῳ,
Καὶ γῆ περῷτο τοῦ θαλαττίου πόρῳ·
Ὅπως γε θᾶττον ἀκωλυτότερον τότε
Ὁδὸν διελθὼν τοὺς ἐναντίους φθάσῃ.
Σμικροῦ δὲ πόνου, ῥᾳδίου τε πράγματος;
Πόνους τοσούτους εἰς μάτην ἠλλάξατο.
Σὺ δέ, κράτιστε, μὴ ταράξας τὰς φύσεις,
Μηδ' αὖ σαλεύσας τοὺς πεπηγμένους ὅρους·
Βαίνων ἀμόχθως, καὶ βασιλίζων ἠρέμα,
Τοὺς σοὺς παρῆλθες εὐχερῶς ἐναντίους.
Οὐδεὶς δὲ λοιπὸν εὔπορος τοῦ βαρβάρου
Ἐν ταῖς μερίμναις τῆς ἀνάγκης ἦν πόρος.
Ἐξ ἀπορίας εἰς ταπείνωσιν τότε
Τὸν ὄγκον ἀντέστρεψε τῆς ἐπάρσεως.
Πῇ μὲν γὰρ αὐτὸν ἠρεθισμένη τότε
Γνώμη κατεῖχε· καὶ κάτοπιν τοῦ σοῦ κράτους
Παλινδρομεῖν ἔπειθεν εἰς ἀνάρροπον.
Ἀλλ' εὐλαβεῖτο τοῦ σκοποῦ τἀναντία,
Βλέπων ἀδήλους πανταχοῦ τὰς ἐκβάσεις.
Πῇ δ' ἐξ ἀνάγκης τὰς Κιλικίας εἰσόδους,
Καὶ τὴν δυσάντη καὶ κατεστενωμένην
Κρημνοῖς τε καὶ φάραγξι τῆς ὁδοῦ θέσιν
Ἀνατρέχειν ὥρμησεν· ἀλλὰ κἀντάδε
Ἀνατροπὴ κατεῖχε τὴν γνώμην πάλιν.
Τῆς Ἀρμενίας γὰρ αὐτὸν ἡ διέξοδος
Ἔδακνε, μήπως ἐντεῦθεν εἰσβαλὼν, φθάσῃς,
Καὶ πᾶσαν ἄρδην συνταράξῃς Περσίδα.
Καὶ πολλὰ λυττῶν τοῖς νόθοις βουλεύμασι
Λογισμὸν εἶχε οὐδαμοῦ βεβηκότα.
Ἀλλ' ὥσπερ εὐκύλιστος ἄστατος λίθος
Ἐπείγεται μὲν πρὸς κατάρροπον βάθος,

Εἰς

Si enim adhuc paullulum exercitus procurrebat,
Multis undique periculis prementibus,
Alienigenarum etiam inter agmina incidiſſet.
Ob famem enim ipſis, & morbos varios,
Et ob occultas ad nocendum inſidias,
Necnon ob meliora ad pugnam praerepta loca,
Illic erat periculum: atqui plurimum
Torquebat ipſos, quod viderent Solem,
Quem venerantur, velut Deum Perſidos,
Inſtructa acie, ſibi ex adverſo ſtare.
Xerxem quidem aiunt ad iram concitum,
Miſcere volentem oppoſitas naturas,
Aquam exſiccaſſe, & inundaſſe terram.
At mihi talis vir ſtultiſſimus videtur,
Qui inſanis permutationibus rerum ordinem
Ratus invertere, confuſiones ciebat;
Qui ad exterrendos Lacedaemonas evectus,
Veluti rerum ſibi adverſantium Taumaturgus;
Sicca voluerit fluenta reddere, & fluentes lapides.
At ille miſcens, vertens, & invertens omnia,
Non peperit terrorem, ſed ſtuporem:
Qui bene, & firmiter conſtitutos terminos
Conatus eſt funditus evertere:
Qui in tantam dementiam venit, uti
Colendam ipſi, amicamque, & patriam
Aquam flagellaverit, non habens unde
Iram ſibi excitatam extingueret;
Atque eo uſque ipſum impulerit rabies,
Ut aqua eſſet ſecta a terreſtri tramite,
Et terra traiiceretur ex inducto maris alveo;
Nempe, ut celerius, & expeditius
Viam percurrens hoſtes praeverteret.
Sed parvo labore, & facili negotio
Tantos demum labores ſenſit irritos.
Tu vero, o fortiſſime, non perturbatis naturis,
Nec item firmis rerum terminis immutatis,
Placide incedens, & regium ſervans decus,
Tuos es praetergreſſus commode adverſarios.
Interea nulla ex parte expeditus Barbaro
In triſti rerum neceſſitate patebat aditus.
Hinc anceps, & incertus in demiſſionem animi
Tumorem ille convertit ſuperbiae.
Et nunc animo, ut erat, deſperato
Par iniit conſilium, a tergo tuae maieſtatis
Sibi perſuadens ſe poſſe recurrere.
Sed veritus eſt, ne contraria a conſilio evenirent,
Nulla videns ex parte patentes exitus:
Nunc vero ob neceſſitatem in Ciliciam ingredi,
Et per inacceſſam, & coarctatam undique
Altis, praeruptiſque rupibus viam
Aſcendere contendit: verum hic etiam
Eius eſt iterum immutata ſententia.
Quod enim in Armeniam pateret aditus;
Dolebat, ne forte inde promptus erumperes,
Et totam late conturbares Perſidem.
Atque ita ſuis aeſtuans illegitimis conſiliis
Sententiam habuit numquam permanentem.
Sed ut rotundus lapis titubanter poſitus
Truditur quidem in ſubiectam profunditatem,

Inque

Εἰς δ' ἀντέρεισμα προσβαλὼν ἀνετράπη·
Οὕτως ὀλισθήσαντα τῶν βουλευμάτων
Τὰ πολλὰ τοῦδε τοῦ λίθου κυλίσματα
Ταῖς ἀστατούσαις ἐκφοραῖς ἀθρόα
Γνώμαις ἀνετρέποντο ταῖς ἐναντίαις.
Ὅμως ἐπνίχθη, καὶ κάτοπιν κυνὸς δίκην
Σειραῖς δεθέντος, ἐξ ἀνάγκης εἵλκετο.
Εἰκῇ δὲ μοχθῶν, καὶ μάτην πονούμενος,
Διπλοῦς δρόμους ἔλαυνεν εἰς ὁδὸν μίαν.
Ἀλλ' ὡς ἑτοίμοις καὶ προησφαλισμένοις
Ταῖς τακτικαῖς σου προσβαλὼν εὐτεχνίαις
Ἄνισον αὐτῷ τὴν μάχην ἐπίστατο,
Κλοπὴν μεριμνᾷ, καὶ παρεσκευάζετο
Λαβεῖν συνεργὸν τοῦ σκοποῦ τὴν εὐφρόνην.
Πρὸς γὰρ ἐπελεύσεις λοιπὸν εὐτρεπίζετο,
Ζητῶν ἀφεγγῆ καιρὸν εἰς τὰ κλέμματα.
Ἐπεὶ δὲ τὸν φωστῆρα, τὸν μεθ' ἡμέραν,
Τὴν νύκτα παμφαίνοντα παμφαῆ βλέπων,
Ἔλεγχον εἶχε τῆς κλοπῆς τὴν λαμπάδα,
Καὶ τὴν Σελήνην λοιπὸν, ὡς ἐναντίαν
Τὴν πρὶν σεβαστὴν εἶχε δυσσεβουμένην·
Καί που καθ' αὐτὸν δυσφορῶν ἐπηύξατο
Ὁ βάρβαρος νοῦς, μὴ πρὸς αὔξησιν τρέχων
Λήγειν δὲ μᾶλλον τὴν θεὸν τῆς Περσίδος.

Inque oppoſitum obicem illapſus proruit :
Sic multa incerta conſiliorum
Saepe in hoc ſaxo verſando molimina
Inſtabili adacta mentis impetu
Sententiis proruebant contrariis.
Verum ille premebatur, ac poſt te retro, ut canem
Vinctum catenis neceſſitas trahebat.
Multum autem fruſtra ſe excrucians, & laborans
Duplici tandem curſu in unam partem irrupit.
Verum ubi in paratas, & praemunitas
Ex arte militari tuas incidit copias,
Et imparem ſibi eſſe pugnam ſenſit,
Fraudem meditatur, & iam volvebat animo
In partem conſilii vocare noctem.
Ad aggrediendum enim iam tandem erat paratus,
Quaerens ex tenebris opportunitatem fraudibus.
Cum igitur a luminari, quod diem ſequitur,
Noctem undique illuſtrari videret clariſſime,
Argumentum ſumpſit ad fraudem.
Sed & Lunam ipſam, ut ſibi contrariam,
Quam nuper adoraverat, exſecratus eſt;
Et ſua ſecum mala reputans orabat
Barbarus animo, ne ad augmentum percurrens
Magis deficeret Dea Perſidos.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Γ' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ:

Ἔκλειψιν ἔσχεν ἡ θεὸς τῆς Περσίδος,
Ἔκλειψιν ἔσχε καὶ λόγῳ, καὶ πράγματι·
Οἶμαι δὲ χαίρειν Περσικῆς βλάβης χάριν
Φθίνουσα, καὶ λήγουσα, καὶ μειουμένη.
Ἀεὶ γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον ἐκλείπειν θέλει,
Ἤπερ προλάμπειν δυσσεβῶς τιμωμένη.
Ἡμᾶς δὲ λαμπὰς ἡλίου τοῦ Δεσπότου
Θάλπουσα καὶ νῦν ἐξανάπτει τοὺς λόγους·
Καὶ Φοῖβος ἡμῖν εὐσεβὴς προέρχεται,
Πάντας καθαίρων ἐκκαθαρσίῳ λόγῳ·
Τοῦ Λοξίου δὲ τοὺς ὅρους βδελύττεται,
Τὰ στρεβλὰ φεύγων τῆς πλάνης αἰνίγματα.
Ἤδη δὲ πολλῶν ἐν μέσῳ κινουμένων
Τρεῖς πεντάριθμοι λοιπὸν ἦσαν ἡμέραι·
Ἐν αἷς ἀπαύστως εἰς ἀγῶνας ἐκτρέχων
Πρὸς τὰς παρατάξεις τὸν στρατὸν συνεκρότεις.
Ὁ βάρβαρος δὲ καὶ γένει, καὶ τῷ τρόπῳ
Οὐκ εἶχε τοῦ νοῦ παντελῶς τὰς ἡνίας,
Καὶ πολλάκις γὰρ τὴν μάχην ὑπέσχετο·
Καὶ πρὸς τοσαύτην ἦλθεν αἰσχύνην, ὅτι
Καθημέραν σοι προσβαλὼν, ἀντεστράφη,
Ἄτολμα τολμῶν, καὶ τρέχων ὑπόστροφα.
Ὄρη μὲν οὖν κατεῖχεν, ὡς αἱ δορκάδες,
Ὤκει τε πέτρας, ὥσπερ οἱ πτῶκες, φόβῳ·
Οὐκ ἄσκοπον δὲ χρῆμα τῆς πονηρίας.
Καὶ τοῦτο πράττων εὐθέως ἡλίσκετο.
Εἰς δυσβάτους γὰρ προσκατέτρεχε τόπους,
Ὅπως ἀφορμὴν εἰς ὑπέρθεσιν λάβοι
Τῆς σῆς ἑτοίμου τῶν στρατευμάτων μάχης.
Αὐτὸς δὲ πρὸς γῆν εὐθέτως ἡπλωμένην
Τὸν σὸν στρατὸν προσῆγες εὐτρεπισμένον.

INCIPIT TERTIA ACROASIS.

Defectum paſſa eſt Dea Perſidos,
Defectum paſſa eſt & verbo, & facto.
Sed gaudet, opinor, in perniciem Perſarum
Declinaſſe, defeciſſe, & eſſe diminutam.
Mavult enim ſemper illis deficere,
Quam praelucere ab ipſis impie culta.
At nos lampas ſolaris Deſpotae
Et fovet, & noſtros inflammat ſermones.
Nos ille Phoebus religioſus anteit,
Omnes qui emundat expiatorio verbo,
Et Loxiae effata procul amolitur,
Implexa abhorrens fraudis aenigmata.
Iam iam in multis rebus interea movendis
Quindecim numero elapſi erant dies,
In quibus tu iugiter in certamina accurrens
Ad confligendum exercitum incitabas.
Barbarus autem non minus genere, quam moribus,
Nequibat prorſus mentis regere habenas;
Saepe enim & pugnam viſus eſt promittere,
Et in tantum dedecus eſt adductus, uti
Cum quotidie proſiliret, terga verteret,
Audax cum timore, & velox in fuga.
Montes igitur occupavit, veluti capreae,
Et degebat inter petras, ut lepores, ob metum.
Non inconſultum commentum nequitiae:
Sed hoc, dum ille facit, ſtatim deprehenditur.
In ardua enim ſe coniecit loca,
Ut occaſionem ad differendam caperet
Pugnam a tuo paratam exercitu.
Tu vero in terram commode extenſam
Tuum bene inſtructum eduxiſti exercitum.

Καὶ πῶ Deſpi-

Καὶ νῦν σκοπήσας ἐξ ὄρους ὁ βάρβαρος
Τὴν καλλίτεχνον καὶ σοφὴν στρατηγίαν,
Καὶ τὴν τοσαύτην ἐκπλαγεὶς διάταξιν,
Ἔπηξεν αὐτοῦ σὺν φόβῳ τὰ τάγματα,
Καὶ ταῖς λίθοις ἔμεινε συλλιθούμενος,
Οὐκ ἔστι ταῦτα πρὸς χάριν κεχρωσμένα·
Ἁπλοῖ δὲ πάντως τῆς ἀληθείας λόγοι,
Οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, αἱ πέτραι τάχα
Φωνὰς ἀπορρήξουσι τῶν πεπραγμένων.
Ἐπεὶ δὲ πολλὴν ἐξ ἔθους ὑπέρθεσιν
Τοῦ βαρβάρου παρεῖχεν ἡ δειλανδρία.
Δειλὸς γὰρ ὢν ἄτολμος· ἀνδρεῖος μόνον
Ἐν τῇ δοκήσει τῆς μάχης ἐφαίνετο.
Τὰς παρατάξεις εἶχε μὴ κινουμένας·
Οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημέναι μόνον,
Ὡς ζωγραφοῦσιν οἱ γραφεῖς τὰς εἰκόνας.
Κἀνταῦθα τολμᾷς τοῦ Ἀλεξάνδρου πλέον
Κράτιστε γνώμης, ἀλλὰ κινδύνου δίχα.
Οὐχ ὥσπερ εἰς κίνδυνον οὐ θέλων τρέχειν,
Ἀλλὰ σφαλῆναι μὴ θέλων ἀβουλίᾳ.
Εὐβουλίαις γὰρ ὁ στρατηγὸς ἀσφαλής,
Ἀλλ' οὐχὶ τόλμαις ἐστὶν ἀσφαλέστερος.
Καὶ δὴ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων τότε
Σκηνὴν ἔπηξας· εὐχερεῖς πρὸς τὴν μάχην
Διδοὺς ἀφορμάς· καὶ τὸ δεῖπνον ἐν μέσῳ
Ἕτοιμον ἦν σοι, σχηματισμῷ καὶ μόνῳ·
Ὁ νοῦς γὰρ ὑμῶν οὐκ ἐδεσμάτων πόθον,
Ἀλλ' εἰς τὸ σώζειν εἶχε τὴν ἀπληστίαν.
Οὕτως ἐκείνων ἀσφαλῶς κατεφρόνεις,
Ὕλας χορηγῶν καὶ τοσαύτας, καὶ ξένας·
Ὅπως δι' αὐτῶν ἐξανάψῃς τὴν μάχην.
Οὕτως ἐρεθίζων τὸν κακοῦργον, ὡς κύνα,
Ἔσπευδες αὐτὸν εἰς πόλεμον ἐφαρπάσαι.
Ἀλλ' οὐκ ἔπεισας τοῦτον ἐκτρέχειν ὅλως,
Οὔτε προτολμᾶν, οὔτε παίζειν τὴν μάχην.
Τῇ γὰρ δοκήσει τῇ παρημελημένῃ,
Ἡ σὴ καταφρόνησις, ὡς οἶμαι, πλέον
Τοὺς βαρβάρους ἔβαλλεν εἰς ἀγωνίαν.
Ἐντεῦθεν οὐδεὶς εὐχερῶς μετήρχετο,
Ἢ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεπήδα ταγμάτων.
Πάντες γὰρ ἦσαν ὥσπερ ἐστηλωμένοι·
Σκηνῆς δὲ τῆς σῆς ἡ ξένη θεωρία
Τοῖς βαρβάροις μὲν ..... ἐνεκτίζετο.
Τεῖχος δὲ τοῖς σοῖς οἰκέταις καθίστατο.
Μία γὰρ ἡ τρέχουσα πανταχοῦ δίκη
Τοὺς ἀλλοφύλους οὐ παρῆκεν ἡμέραν.
Ἀλλ' ἐξέχοντα βαρβάρων σκηνώματα
Ἔπιπτον ἄρδην· συμπλοκὴ γὰρ πολλάκις
Τοῦ πλησιάζειν ἐκ μέρους ἐγίνετο.
Ὅμως ἕκαστον τῶν ἀρίστων τότε
Μόνος παρεσκεύαζες εἰς προθυμίαν.
Ἀεὶ προπηδῶν ἀνδρικῶς ἐν ταῖς μάχαις,
Καὶ τόξον ἕλκων, καὶ προτείνων ἀσπίδα,
Καὶ πάντα πράττων ἀνθ' ὅλων πρὸ τῶν ὅλων.
Δι' ὧν ἕκαστος εὐθὺς ἠρεθίζετο,
Κίνδυνον αἱρεῖν μᾶλλον, ἢ τοῦ δεσπότου
Πονοῦντος ὄντος, μὴ μετασχεῖν τοῦ πόνου.
Καὶ πᾶς τις ὢν ἄτολμος εἰς ὑμᾶς βλέπων
Τὸν νοῦν μετεσκεύαζεν εἰς εὐτολμίαν.

Φέρων

Deſpiciens autem ex montis parte Barbarus
Callidam, ſcitamque rei militaris peritiam,
Tantamque admiratus ordinum diſpoſitionem,
Suas contraxit territus cohortes;
Et ſcopulis adhaeſit ſcopulo ſimilis.
Non haec ſunt ad gratiam colorata, & ficta,
Simplices vero ſunt prorſus veritatis ſermones,
Quos ſi tacerem, ipſi lapides continuo
De rebus geſtis voces emitterent.
Cum autem longam de more ſuſpenſionem
Vilis feciſſet Barbari timiditas,
(Timidus enim, & ignavus cum eſſet, virilem
In ſimulanda pugna ſe tantum oſtendebat:)
Acies habebat numquam de loco ſe moventes.
Quippe non aliter erant conſpiciendae,
Quam illae, quas pingunt pictores, imagines.
Hinc tu quid amplius & ipſo Alexandro audes,
Praeſtantiſſime ingenio, ſed citra periculum.
Non quaſi nolles periculis te obiicere,
Sed nolens decipi ex imprudentia.
Conſilio enim fidens dux eſt ſecurus,
Neque audaciâ fit ſecurior.
Tu igitur media inter agmina continuo
Tentoria extendiſti, ut facilem ad pugnandum
Praeberes occaſionem; quippe coena in medio
Tibi erat inſtructa, ſed ad ſpeciem tantummodo.
Mens enim tua non cibi deſiderium,
Sed communis ſalutis habebat aviditatem.
Ita illos animo ſecuro contemnebas,
Tales, & tam admirandas occaſiones praebens,
Ut cum ipſis confereres praelium.
Ita maleficum alliciens, veluti canem,
Studebas ipſum ad bellum adtrahere.
At non illum ſuaſiſti, ut totis viribus erumperet,
Cum nec auderes prior nec pugnam praeluderes;
Ipſa enim ſpecies negligentiae,
Contemptuſque tuus, ut puto, magis
Barbaros coniecit in trepidationem.
Proinde nemo audebat prorumpere,
Nec ullae acies hoſtium proſilire.
Omnes enim erant, ut cippi immobiles,
Tui vero tentorii inſolita inſpectio
Barbaris quidem timorem creabat,
Tuis autem famulis munimen praebebat.
At quaquaverſus properans iuſtitia
Alienigenis uno non pepercit die;
Sed exſtantia Barbarorum tabernacula
Funditus conciderunt: miſcebant enim ſaepius
Tui, accedentes ex quadam parte, praelia.
Tum vero ſelectos, quos habebas, ſingulos
Solus ad alacritatem concitaſti,
Semper progrediens viriliter in pugnas,
Et arcum trahens, & protendens clypeum,
Et ante omnes pro omnibus praeſtans omnia.
Unde repente concitabantur ſinguli,
Ut periculum mallent ſubire, quam, Deſpota
Sic laborante, partem laboris non ſumere.
Et quiſquis erat vilis, in te coniiciens oculos
Statim concipiebat animo audaciam...

Incoe-

Φέρειν γὰρ οἶδεν ἔργον εἰς εὐπραξίαν,
Ὅτι πρὸ πάντων Δεσπότης ὁπλίζεται.
Καί πού τις εἶπε προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ·
Φεῦ τῆς ἀνάγκης· ὁ Βασιλεύς, καὶ Δεσπότης;
Ὡς εἷς ἀφ' ἡμῶν πρὸς μάχην ὁπλίζεται!
Καὶ νῦν σιδηροῦς ἀντὶ πορφύρας χιτὼν
Σφίγγει τὰ νῶτα, καὶ βαρεῖ τὸν αὐχένα.
Κόνις δὲ πολλὴ συμπλακεῖσα τῇ κόμῃ
Μορφὴν τοσαύτης συγκαλύπτει τέρψεως·
Τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει·
Ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος,
Ὃν ἐξ ἀνάγκης τῶν μελῶν ἐσφιγμένων
Πόνος βίαιος ἐκφέρει τοῦ σώματος.
Ὡς εἶπεν, ἐστέναξεν ἐκ βάθους μέγα,
Καὶ συγκατέρρει τῷ λόγῳ τὰ δάκρυα.
Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς ἀντεφθέγξατο·
Ἀλλ' οὐ τοσοῦτον τὴν ἐμὴν πλήττει φρένα
Τὸ δυσπαθοῦντα νῦν ὁρᾶν τὸν Δεσπότην·
Ὅσον με ποιεῖ τοῦτο θαυμάζειν, ὅτι
Πρὸς τὰς ἀνάγκας ἡδέως ἐπείγεται,
Καὶ τέρψιν εἶναι τοὺς πόνους λογίζεται.
Κρατῶν γὰρ αἰχμήν, ὡραΐζεται πλέον,
Ἤπερ κρατῶν τὰ σκῆπτρα τῆς ἐξουσίας.
Φέρει δὲ ῥᾷον εὐμαρῶς τὴν ἀσπίδα,
Ἥδιστα μᾶλλον, ὡς βλέπω, τοῦ στέμματος.
Καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς τοὺς φόνους κατασβέσας,
Πάλιν δι' ἡμᾶς πρὸς φόνους ὁπλίζεται.
Καὶ νῦν μελαμπεδίλοις ἐκτείνων πόδα,
Τοῖς μὴ πρέπουσιν ἐστὶν εὐπρεπέστερος,
Καὶ τοῖς πενιχροῖς τιμιώτερος μένει.
Βάψαι γὰρ αὐτὸν τῇ ξένῃ βαφῇ θέλει,
Ποιῶν ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.
Ποίας λιθώδεις οὐ μαλάττει καρδίας;
Ποίας ἀτόλμους οὐ παροξύνει φρένας;
Πείθει τί ῥᾷστα πάντα κίνδυνον φέρειν;
Ὃς οὔτε μητρὸς τῇ φιλοστόργῳ φύσει,
Οὔτ' ἂν τοσοῦτον τοῖς τέκνοις ἀνθείλκετο,
Ὅσον πρὸς ἡμᾶς ἐκπυροῦται τῇ σχέσει;
Ταῦτα προσειπών, καὶ στενάξας ὀργίλον
Σὺν τῷ στεναγμῷ τοὺς φόνους εἰργάζετο.
Τούτοις, κράτιστε, καὶ συμπαθὴν εἰκότως
Καλῶς φρονοῦσι· καὶ συνήλγησα πλέον,
Τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων·
Καὶ τὴν χαρὰν γὰρ πολλάκις χαρὰ τρέφει,
Καὶ δάκρυσί τις ἐξεγείρει δάκρυα.
Ἡμῖν μὲν οὕτως ἦν ἄλυπα δάκρυα.
Πλὴν οὐ προσήκει συγκαλύψαι τῷ λόγῳ
Τὸ Περσικὸν κάλυμμα τῆς πανουργίας.
Οἶδε γὰρ αὐτοὺς ἡ διδάσκαλος πλάνη
Καὶ συμμαχοῦντας δεικνύειν ἀγνώμονας.
Τὸ σύντροφον γὰρ τῆς κακουργίας ἔθος
Ἀεὶ παρ' αὐτοῖς εἰς νόμον μεθίσταται.
Ἐρῶ δὲ πᾶσαν τοῦ σκοποῦ τὴν αἰτίαν.
Καὶ γάρ τις αὐτῶν εἰς τὸν ἔμπροσθεν χρόνον
Προσαυτομολήσας τῷ στρατῷ σου βάρβαρος·
Ὅμως δὲ Πέρσης· καὶ τὸ πᾶν διηγέομαι·
Ἔδοξεν εἶναι πιστὸς ἐξ ἀπιστίας.
Καὶ λοιπὸν ἡμῖν συμμαχεῖν ἐπειγμένος,
Ἐν τῷ στρατῷ σου προσφόρως ἐτάττετο.

Incoeptum enim ſolet cedere proſperè,
Quum ante omnes arma capit Deſpota.
Et quidam dixit commilitoni colloquens,
Heu quae neceſſitas! ipſe Rex, & Deſpota
Tamquam unus ex nobis ad pugnam armatur!
Et nunc ferreum illi tegumentum pro purpura
Terga conſtringit, & collum aggravat.
Multus vero pulvis immixtus comae
Formam nobis obtegit tam delectabilem,
Atque hunc urentem Solem occultat.
Sudore calido undequaque diffluit,
Quem, ob membra dure conſtricta,
Labor violentus exprimit e corpore.
Dixit, & ex imo altum traxit ſuſpirium,
Et verbis intermiſcuit lacrimas.
Cui ſtatim alter contra reſpondit:
At mihi non tantum percellit animum,
Quod dura patientem videam Deſpotam;
Quantum illud mihi ſubit admirari, uti
In ardua quaeque laetus ſe coniiciat,
Et delicias eſſe labores exiſtimet!
Nam tenens haſtam ſpecioſior apparet,
Quam cum ſceptra tenet imperii:
Et illum geſtat levius clypeum
Et longe ſuavius, ut video, diademate.
Cumque pro nobis nuper caedes extinxerit,
Nunc pro nobis ſe ad caedes apparat.
Et nunc nigris indutum calceis extendens pedem
Ad infima quaeque fit promptior,
Et ex vilioribus evadit auguſtior.
Vult enim ipſum extraneo colore tingere,
Et facere rubrum ex Perſicis cruoribus.
Quae lapidea non emollit pectora?
Quas inertes non exacuit mentes?
Quod non ſuadet facile ferre periculum?
Qui neque a naturali in matrem pietate,
Neque item tantum a natis diſtinetur,
Quantum in nos ipſos inflammatur affectu?
Talia dicens, & ſuſpirans vehementer
Inter gemitus caedes patrabat.
Ipſe ego, o fortiſſime, hos inter viros adfui
Tam bene ſentientes, & una ſimul dolui
Inter lacrimantes effuſus in lacrimas.
Gaudium enim, ut ſaepius, gaudium nutrit,
Et ſi quis lacrimatur excitat lacrimas,
Ita quidem nobis erant lacrimae ſine dolore.
At non eſt aequum abſcondere ſilentio
Calliditatis Perſicae fallaciam.
Novit enim ipſorum magiſtra fraudulentia
Vel una dimicantes oſtendere improbos.
Quibus enim eſt innata ad maleficia conſuetudo
Conſtantem apud ipſos in legem tranſit.
Totam initi conſilii cauſſam enarrabo.
Quidam ex ipſis anteacto tempore
In tuum exercitum Barbarus transfugerat.
Ceterum Perſa (omnia ut ſunt refero)
Viſus eſt eſſe in infidelitate fidelis.
Iam vero nobiſcum pugnare adactus
Tuas inter acies erat apte diſpoſitus.

Ἤδη Iamqu

Ἤδη δὲ τούτῳ τεσσάρων τε καὶ δέκα
Ὑπῆρχε κύκλος ἡμερῶν πληρουμένων.
Ὅτε πρὸς αὐτοὺς δυστυχῶς τοὺς βαρβάρους
Πάλιν δρομήσας ἀστάτοις βαδίσμασι,
Ῥίψασπις, ὥσπερ εὑρέθη τὸ δεύτερον.
Οὐκ ἀσκόπως δὲ τοῦτο πράξας, ἐσφάλη.
Οἱ γὰρ φθάσαντες τῆς ἀτολμίας χρόνοι
Ἔπεισαν αὐτόν, ὡς πάλιν τὰ Περσίδος
Ἐπικρατήσει τῆς μάχης στρατεύματα.
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησαν ἐν μέσῳ
Τὰ λοξὰ ταῦτα τοῦ δόλου βουλεύματα.
Τῆς καρδίας γὰρ ἀστάτως κινουμένης,
Συναστατούσας εἶχε καὶ τὰς ἐλπίδας.
Ἐναντίας δὲ πανταχοῦ τὰς ἐκβάσεις,
Καὶ τοῖς λογισμοῖς εἶχε συμπλανωμένας.
Τὴν γὰρ κρατοῦσαν συμφορὰν τῶν βαρβάρων,
Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐκπλαγεὶς ἀτολμίαν,
Βλέπων τε μικρὰς ἐλπίδας παρ' ἐλπίδα
Πάλιν πρὸς ἡμᾶς ἀντανήρχετο δρόμῳ.
Καὶ μὴ φυλάξας τὸν λόγον, τὸν σὸν λόγον
Ἕτοιμον εὑρών, ὀξέως ἐσώζετο.
Οὕτως ἅπαντας καὶ τρέχοντας προσδέχῃ,
Καὶ μὴ τρέχοντας εἰς τὸ σώζειν ἐκδέχῃ.
Ἐκεῖνος ἡμῖν πᾶσαν ἠκριβωμένως
Τῶν βαρβάρων ἐξεῖπε τὴν ἀτολμίαν.
Καί που σὺν αὐτοῖς τοῖς λόγοις ἐπηύξατο,
Οὕτω διατελοὺς τοὺς ἐναντίους βλέπειν,
Ὡς εἰσὶν ἄρτι πάντες ἐπτοημένοι·
Ὁ βάρβαρος δὲ πανταχοῦ κλονούμενος.
Δεινόν τι τολμᾶν ἐκ βίας βουλεύεται.
Οἶδε γάρ, ὡς τὰ πολλά, καὶ περίστασις
Τὰ δεινὰ τίκτειν ἐκ δέους βουλεύματα,
Καὶ δὴ κατ' αὐτὸν τῆς ἀνάγκης τὸν χρόνον
Ὥραν φυλάξας, ὡς ἔδοξεν, εὔθετον,
Ὅτε προκύψας ἐκ βάθους ἑωσφόρος
Πρόεισι λαμπρὸς ἄγγελος τῆς ἡμέρας·
Εἰς τρεῖς μὲν ἴσως τὸν στρατὸν διαιρέσας,
Ἀντιπρόσωπα τοῦ δοκεῖν τὰ τάγματα
Ταῖς σαῖς φάλαγξι, σὺν δόλῳ ποιούμενος:
Τὴν ἐκλογὴν δὲ τοῦ στρατοῦ συναρμόσας
Ἔκρυψεν αὐτοὺς τῶν φαράγγων ἐν μέσῳ.
Ὅπως ἐκείνων ἐκραγέντων ἐκ βάθους
Ἀπροσδοκήτως, καὶ παρ' ἐλπίδας, φόβῳ
Μέρος τι τῶν σῶν συνταράξῃ ταγμάτων.
Τῶν γὰρ φθασάντων τῆς ἀτολμίας χρόνων
Εἰθισμένη τις ἐλπὶς αὐτὸν ἠπάτα.
Ὡς εἴπερ ἕν τι τοῦ στρατοῦ λυθῇ μέρος,
Τροπῆς ὄλισθος εἰς τὸ πᾶν διαδράμοι.
Ἀλλ' οὐκ ἀνεντρέπιστος ἀνθυπηντίζετο
Τῆς σῆς ἑτοιμότητος ἡ στρατηγία.
Πρὶν ἢ γὰρ ἡ νὺξ τὴν μέσην τομὴν λάβοι,
Πάντας μὲν αὐτῶν τοὺς κεκρυμμένους δόλους
Ταῖς σαῖς μερίμναις ἐξ ἔθους ἠπίστασο.
Τάξας δὲ θείως τὸν στρατόν, καὶ ῥυθμίσας,
Πρὸς τὴν μάχην αὐτοὺς ἐξῆγες, ἡνίκα
Τὸ φῶς ἀνῆχον τοὺς ἐναντίους πάλιν
Ὁ σεπτὸς αὐτοῖς ἐσκότιζεν ἥλιος·
Καὶ δὴ προπέμψας εὐαρίθμητον μέρος
Τοῦ σοῦ στρατοῦ, κράτιστε, τούτους ὁπλίσας,

Οὐ

Iamque haec inter ille quatuor & decem
Dierum circulum compleverat:
Quando ad ipſos infeliciter Barbaros
Rurſus cucurrit greſſu ancipiti,
Abiecto clypeo; ut inventum eſt poſtea.
Non imprudenter id agens deceptus eſt;
Praeterita enim ſocordiae tempora
Illi perſuaſerunt fore, ut rurſus Perſicus
Victor in pugna evaderet exercitus.
At nihil interea illi profuerunt
Huiuſmodi obliquae fraudis conſilia.
Cum enim incerto haec agitaret animo,
Aeque incertas ſecum ſpes gerebat.
Contrarii vero ubique fuerunt eventus,
Et cum falſe concepta ſpe concidentes.
Cum enim calamitatibus preſſos Barbaros,
Et fractos animo ſtupens obſervaſſet,
Videns tam exiguas ibi ſpes eſſe citra ſpem
Rurſus ad nos ſe recepit propere:
Et cum ſuam non ſervaſſet fidem, tuam
Promptam inveniens, ſervatus eſt illico.
Sic omnes accurrentes excipis,
Non accurrentes ad ſalutem exſpectas.
Ille nobis omnem accuratius
Barbarorum enarravit ſocordiam.
Ac forſan medio in ſermone precatus eſt:
Utinam ita ſemper inimicos videam,
Ut ſunt nunc omnes illi conſternati!
At Barbarus in ſumma rerum trepidatione,
Quid triſte animo moliri cogitur.
Solet enim, ut ſaepe fit, urgens neceſſitas
Magna parere inter metum conſilia.
Iam vero inſtante neceſſitatis tempore,
Atque hora exſpectata, quae viſa eſt opportunior,
Quando emergens e profundo Lucifer
Prodit ſplendidus nuncius diei;
In tres quidem partes dividit exercitum,
Ita ut fronte oppoſitae viderentur acies
Tuis phalangibus: quod factum dolo.
A toto autem exercitu delectos milites
Anfractus inter medios occultavit:
Ut ipſis erumpentibus ex latebris
Improviſo & praeter ſpem, ex formidine
Pars aliqua tuorum turbaretur ordinum.
Cum enim iamdiu trepidationis tempus ceſſaſſet,
De more in ſpem aliquam deceptus venerat
Fore, ut ſiqua pars exercitus diſſolveretur,
Conſternatio late per totum excurreret.
At non defuit ſtatim illi contra occurrere
Tua in rebus militaribus ſolertia.
Priuſquam enim nox ad medium iter veniret,
Iam omnes eorum occultos dolos
Tua vigilantia de more cognoveras.
Et divinitus ordinans, numeranſque copias
Ad pugnam tuos eduxiſti, quando
Exoriente luce adverſariis iterum
Sol, quem venerantur, oculos perſtringebat.
Tum vero emittis modicam manum
Ex tuo exercitu, o fortiſſime, armaſque ſingulos

C

Non

Οὐ τοῖς ὅπλοις τοσοῦτον, ὡς εὐβουλίαις.
Ἐπεὶ γὰρ ἐξήλαυνον, ὥσπερ εἰς μάχην,
Τὸν πλαστὸν αὖθις σχηματίζοντας φόβον,
Ἐψευσμένους φεύγοντες· οἱ δὲ βάρβαροι
Τῆς ἐκλογῆς ἐκεῖνο τὸ στερρὸν νέφος
Ἐκ τῶν ἀδήλων ἐκπέμποντες αὐλάκων
Ἤλαυνον αὐτοὺς τοὺς δοκοῦν πεφευγότας.
Αὐτὸς δὲ τούτοις ἀντεπεξάγεις τάχος
Τοὺς σοὺς ἀρίστους, καὶ παρ' ἐλπίδας τότε
Ἀπροσδοκήτῳ προσπεσόντες συντάσει
Τὰ νῶτα τοῖς οἰκέταις ἀπέστρεφον.
Ὢ νοῦς διαρκὴς, καὶ τομωτάτη φύσις,
Καὶ πῦρ λογισμῶν ἐν βάθει διατρέχον·
Ὅμως τὸ πῦρ μὲν καὶ μελαίνει, καὶ φλέγει·
Ὁ σὸς δὲ νοῦς, ἄριστε, λευκαίνει τὸ πᾶν,
Θάλπει τε πάντας, καὶ πυρώσει μὴ φλέγον.
Ὁ βάρβαρος δὲ τὸν κεκρυμμένον δόλον
Εὑρὼν ἑαυτῷ βόθρον ἐκ τοὐναντίου,
Ὅλους προπηδᾶν τοῖς φεύγουσι συμμάχους
Ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ταγμάτων ἐπέτρεπεν.
Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτοὺς εἶδεν ἐπτοημένους,
Καὶ συντόνως πίπτοντας ἀγρίῳ φόβῳ·
Πρῶτον μὲν αὐτοῦ δυσσεβεῖ τῶν προστάτας,
Καὶ θᾶττον ἠτίμωσε τῶν τιμωμένους,
Ὕδωρ κενώσας, καὶ τὸ πῦρ κατασβέσας·
Καπνοῦ δὲ πολλῆς συγχύσεως ποιουμένου,
Κλέπτει τὸ φεύγειν, καὶ σχεδιάζει γνόφον,
Καὶ νύκτα ποιεῖ, καταστρεφόμενος τὴν ἡμέραν.
Εὑρὼν τε κρημνοὺς, καὶ στενὰς διεξόδους,
Λοξάς τε πετρῶν ἐξοχὰς, καὶ δυσβάτους,
Ὠθεῖ καλύψας τῷ γνόφῳ τὰ τάγματα,
Καὶ τὰς ἐκείνων δυστυχεῖς συνοικίας,
Πρὸς ἄκρον ὕψος, καὶ κατάρρυτον βάθος.
Ἐντεῦθεν αὐτοῖς συμφορῶν πολυτρόπων
Συμπτωμάτων τε, καὶ φόνων, κλασμάτων,
Κίνδυνος ηὐτρέπιστο συντριβῆς γέμων.
Καί πού τις οἰκτρὸν ἐξ ἀνάγκης ηὔχετο,
Ἐλθεῖν κατ' αὐτοῦ συντομώτερον ξίφος.
Ἄλλος δὲ νώτοις ἱππικοῖς ἐφιζάνων
Μετέωρος ἤρθη τῇ βίᾳ τοῦ φράγματος.
Πολλοῖς δὲ τεῖχος τὰς καμήλους τότε
Πλευρὰς κατεσκεύαζεν ἡ περίστασις.
Κρημνοὺς τε πάντες ἀγρίων δίκην
Φυγῆς ἀνεζήτουν ἐκπηδήματα.
Ἡ σὴ δὲ πᾶσα τοῦ στρατοῦ συνοικία,
Βλέποντες, εὐφραίνοντο τῇ θείᾳ κρίσει
Τὰ τῆς παραδόξου θαύματα στρατηγίας.
Βολὴ γὰρ ἐκ τοῦ ἐσπευσμένου βέλους,
Ἐν τῇ μεταξὺ τῶν στρατῶν διαστάσει.
Καὶ πᾶς τις ἡμῶν εὐκόλως ἀπέβλεπε
Πρὸς τὰς ἐπάλξεις τῶν φαράγγων τὰς νόθους·
Ἐν αἷς τὸ πλῆθος ἐκχυθὲν τῶν βαρβάρων
Πυκνῶς ἐνεστρέφοντο μὴ κινούμενοι.
Ἀλλ' οἱ μὲν ἦσαν ἐν τοσαύτῃ φροντίδων
Ζάλῃ διαρρέοντες, ὡς τὰ κύματα,
Ἃ ταῖς ἑαυτῶν ἐκδρομαῖς ὠθούμενα,
Τὰ μὲν πρὸς ὕψος ἐκ βάθους ἀνέρχεται,
Τὰ δὲ προσπίπτει, καὶ πάλιν κοιλαίνεται·
Οὕτως ἐκείνων τῶν ἀτάκτων ταγμάτων,

Non armis tantum, quantum bonis conſiliis.
Vix enim tui tamquam ad pugnam exierant,
Cum fictum repente oſtentant timorem;
Simulantque fugam; tum vero Barbari,
Denſa illa lectorum militum nube
Ex occultis emiſſa foveis,
Eos ſunt aggreſſi, qui ſimulaverant fugam.
Tu vero hos contra educis quam celerrime,
Quos habuiſti meliores: ac tum praeter ſpem
Improviſa perculſi contentione
Terga tuis famulis verterunt.
O mens praeſtantiſſima! & acerrimum ingenium!
Et ignis ad imas cogitationes permeans!
Sed ignis quidem denigrat, & urit,
Tua vero mens, optime, dealbat omnia,
Omneſque fovet, & ardet non urens.
Interea Barbarus abſconditum dolum
Sentiens ſibi potius quam aliis fuiſſe foveam,
Omnes in opem fugatorum proſilire milites
Ex ſuiſmet cohortibus imperavit.
Poſtquam autem hos etiam vidit conſternatos,
Et in fugam praecipitem verſos timore horribili,
In primis ſuos exſecratur Patronos,
Quoſque nuper honoribus, probris nunc afficit,
Aquam effundens, & ignem extinguens.
Fumi autem multa facta confuſione
Furatur fugam, excitatque tumultuariam nubem,
Noctemque inducit, invertens diem.
Prolapſuſque in crepidines, & anguſtos tranſitus,
Et in praerupta, & ardua rupium cacumina,
Trudit ſeptas caligine copias,
Et infelices contubernales feminas
Inter montium iuga, & praecipites valles.
Hinc ipſis calamitatum variarum,
Ne caderent, caederenturque, & illiderentur,
Periculum obortum ex colliſione maximum.
Ac forte quis deſperatione adactus orabat,
Ut ipſum transfoderent acuto ferro.
Alter vero tergis equinis inſidens
In aerem eſt ſublatus ex vi compreſſionis:
Multis autem pro muro camelina
Latera praebuit praeſens neceſſitas.
Omnes autem inter rupes, ut fere capreae,
Aptos ad fugam indagabant exitus.
Totum vero tui exercitus contubernium
Late gaudebat videns ex divino iudicio
Tuae incredibilis expeditionis miracula.
Neque enim, quantum eſt iactus velocis iaculi,
Unus diſtabat ab altero exercitus.
Et unuſquiſque noſtrum facile proſpiciebat
Illa falſa rupium propugnacula,
Inter quae multitudo effuſa Barbarorum
Denſata verſabatur; nec ſe umquam movebat.
Itaque illi erant in tali ſollicitudinum
Tempeſtate fluctuantes, ſicut undae,
Quae ſeipſas urgent, & impellunt:
Aliae quidem in altum ex imo attolluntur,
Aliae autem concidunt, & rurſus deprimuntur.
Sic incompoſiti illorum ordines

Ἐν Inter

Ἐν τοῖς ἀνύδροις κυματούμενοι λίθοις,
Τὰ μὲν πρὸς ὕψος ἐκ βάθους ἀνήρχετο·
Τὰ δὲ πρὸς αὐτὰ τῶν κάτω τὰ τέρματα
Πίπτοντα πυκνὰς συγχύσεις εἰργάζετο.
Οὕτως ἕκαστος ἀφρόνως ἐδυστύχει.
Ὁ δὲ προπίπτων, ἦν ἐπίφθονος μόνον·
Πᾶς γὰρ παρ' αὐτοῖς εὐτυχὴς ἐκρίνετο,
Ὃς πρὸς τὸ θνήσκειν εὑρέθη τολμότερος.
Ἡμῖν δὲ πᾶσα καὶ γαλήνη, καὶ χάρις,
Τέρψις δὲ μᾶλλον, ἢ φόβος προσήρχετο.
Καὶ πᾶς πρὸς ὕψος τοῦ Θεοῦ τῶν κτισμάτων
Τὰς χεῖρας ἐξέτεινε σὺν τῇ καρδίᾳ,
Καὶ τοῦ στρατηγοῦ συντόνως ἐπηύχετο.
Πάντες γὰρ οἱ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν
Ἰδεῖν στέγοντες, οὐδὲ τὰς σκηνὰς τότε
Καθεῖλον· ἀλλ' ἕκαστος ἣν εἶχε σκέπην,
Οὕτως ἀφῆκεν, ὥσπερ ἦν πεπηγμένη.
Τοὺς βαρβάρους δὲ πάντας ἐκλόνει φόβος.
Ἐντεῦθεν οὐδὲ φόρτον ἐκ κτήνους τότε
Καθεῖλεν οὐδείς· οὔτε μὴν τὴν γαστέρα
Τροφῆς ἀνεπλήρωσεν· οὔτε τις γόνυ
Κλίνας, ἐλαφροὺς τοὺς πόνους εἰργάζετο.
Ἀλλ' εἰς παρεξόδους τε καὶ πλανωμένας
Τρίβους ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες ἐν φόβῳ,
Ἔκρειναν εἶναι τὴν φυγὴν σωτηρίαν.
Οὕτως τὰ πολλὰ καὶ ξένα γνωρίσματα
Πρὸς τοὺς φθάσαντας ἀντιμετρήσας χρόνους
Θείαν ἀπηκρίβωσε τὴν στρατηγίαν.
Τίς γὰρ τὸ Περσῶν δυσμαχώτατον γένος
Ἤλπιζε δοῦναι νῶτα Ῥωμαίων ξίφει;
Τίς ἐν τοσαύταις συμφορῶν τρικυμίαις
Ἤλπιζεν εὑρεῖν καὶ γαλήνην ἐν μέσῳ;
Τίς ἐν τοσαύτῃ τῶν ἀναγκαίων σπάνει
Τροφῆς μεταχεῖν τὰς πόλεις ἐπείθετο.
Εἰ μὴ δι' ὑμῶν τοὺς ἀλάστορας πάλιν
Ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς γείτονος παροικίας
Μακρὰν ὁ πάντων ἤλασε ζυγοστάτης;
Ἀλλ' ὡς τοσαύτῃ συγχύσει μεμιγμένοι
Ἀπῆσαν ἤδη τὴν μάχην οἱ βάρβαροι·
Σὺ μὲν κράτιστε· καὶ γὰρ ἤθελες μένειν
Τῶν σῶν λογισμῶν πρὸς πόνους τυλωμένων,
Πολλὰς ἀφορμὰς εὐλόγως ἀνεπλάσω,
Θέλων συνεῖναι τοῦ στρατοῦ, καὶ συντρέχειν.
Ἐπεὶ δὲ κἀντὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν γένη
Ἄσπενδον εἶχεν ἐξ ἔθους ὑποψίαν.
Αὖθίς τε καινῶν φροντίδων κινουμένων,
Τῆς σῆς ἐχρῇζεν ἡ πόλις παρουσίας.
Ὁ δὲ στρατός σου τοῦτο πράττειν εἰς δέον
Ἐδεῖτο πολλὰ καὶ θέλων, καὶ δακρύων·
Καὶ τῇ πόλει γὰρ συμπαθεῖν ἠπείγετο,
Καὶ σοῦ στερεῖσθαι ζημίαν ὡρίζετο.
Πείθει τὸ λοιπόν· οὐ γὰρ οὕτως εὐκόλως
Λαβών τι τερπνὸν ἄλλος εὐτρεπίζεται,
Ὡς θᾶττον αὐτὸς εὐτρεπίζῃ πρὸς πόνους.
Οἷος δὲ πιστὸς ἀρχιποιμένος τρόπος·
Ἐκ τῶν πονηρῶν ἁρπάγων τε θηρίων
Κυκλόθεν αὐτοῦ προβλέπων τὸ ποίμνιον,
Ἀμηχανεῖ μέν, τῇ ῥοπῇ πρὸς τὴν μάχην·
Ὅμως δὲ κάμνει πανταχοῦ διατρέχων,
Εἴπως

Inter aridos fluctuabant ſcopulos:
Ac alii quidem in altum ex imo aſcendebant,
Alii vero in prope ſubiecta praecipitia
Ruentes crebras confuſiones ciebant.
Ita omnes non minus erant ſtulti, quam infelices;
Ac ſolum qui occumberet erat invidendus.
Omnis enim apud ipſos felix habebatur,
Qui ad moriendum inventus eſſet promptior.
Nos autem ex omni parte ſerenitas, & gratia,
Magiſque iucunditas, quam timor inceſſerat.
Et quiſque in altum ad Deum creaturarum
Manus protendebat una ſimul cum corde,
Et Duci unanimes bene adprecabantur.
Omnes enim, qui mox neque pulverem Perſicum
Videre ſuſtinebant, tunc ne tentoria quidem
Deiecerunt, ſed quiſque quod habuit tentorium
Dimiſit, ſic ut erat compactum.
Barbaros contra omnes quatiebat timor,
Neque ex illis tunc onus coriaceum
Detecit quiſquam, & ne ventrem quidem
Cibo explevit, nec quiſquam ſane genua
Inflectens leviores reddidit labores.
Verum in avios, & ancipites
Calles ſeipſos coniicientes trepidanter
Exiſtimarunt ſibi eſſe fugam ſaluti.
Sic multas, atque peregrinas cognitiones,
Quae ante ipſum innotuerant, remetiens
Divinam ille perfecit expeditionem.
Ecquis enim Perſarum indomabile genus
Speraſſet praebere terga Romanorum enſibus?
Quis in tantis calamitatum tempeſtatibus
Speraſſet invenire vel ſerenitatem in medio?
Quis in tanta victus penuria
Ad commeatum miniſtrandum urbes ſuaſiſſet,
Niſi per te illos ſceleſtiſſimos iterum
A noſtra proxima vicinia
Procul abegiſſet qui omnia lance ponderat?
At vero cum in tali rerum confuſione impliciti
Iamdiu abſiſterent a pugna Barbari;
Tu, o fortiſſime, (volebas enim adhuc manere,
Nam tua mens ad labores callum obduxerat,)
Multa valde ſcita commenta excogitaſti,
Volens congredi cum exercitu, & concurrere.
Interea vero gentes, quae ſunt ad Occidentem
Rupti foederis habuerunt de more ſuſpicionem.
Et rurſus ob novas excitatas curas
Tuam deſiderabat civitas praeſentiam.
Exercitus autem tuus, ut omnino hoc faceres,
Orabat multis cum precibus, & lacrimis:
Nam urbis pietate tangi cogebatur,
Et te privari eſſe damnum ſtatuebat.
Tandem ſuadet; non enim tam facile,
Quae ſunt oblectamento alter aggreditur,
Ac tu confeſtim aggrederis labores.
Qualis autem primi paſtoris fidus eſt mos,
Qui ab improbis, & rapacibus feris
Circumclauſum videns ſuum ovile
Haeret animo, qua ſe vertat ad pugnam,
Tamen allaborat, quaquaverſus excurrens,

Si

Εἴπως παρ' αὐτῶν ἁρπάσει τὸ ποίμνιον.
Οὕτω τὸ πιστὸν τῆς λογικῆς ποίμνης γένος
Ἀμηχανεῖς μὲν προβλέπων ἑκάστοτε
Ἐκ τῶν ἀπίστων θηρίων κυκλούμενον.
Ὅμως δὲ κάμνεις καὶ περιτρέχεις ἀεὶ,
Ἐκεῖθεν, ἔνθεν, πανταχοῦ πονούμενος,
Βάλλων, διώκων, ἐκτρέχων, ὑποστρέφων·
Εἴπως ἑαυτὸν ἀντίλυτρον εἰσάγων
Ἐλευθερώσεις αἱμάτων τὸ ποίμνιον.
Ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ,
Καὶ τοῦ στρατηγοῦ τὸν στρατὸν συναρμόσας,
Καὶ τοῦ Θεοῦ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας,
Πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σὺ συντόνως
Τοσαῦτα πράξας, καὶ κατορθώσας, τρέχεις.
Οὐ γὰρ μόνους τοὺς ἀγῶνας τῆς μάχης,
Ψυχὴν δὲ τὴν σὴν συγκατωρθώσας πλέον.
Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις
Τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτρανοῦς, ὅτι
Βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥᾳθυμίᾳ,
Ἔζησα ταύτας τοῦ Θεοῦ τὰς ἡμέρας.
Καὶ τοῦτο δῆλον· οὐδὲ γὰρ καλύμματι
Ψεύδους προσήκει τὴν ἀλήθειαν σκέπειν.
Νῦν γὰρ τὰ Περσῶν τῆς πλάνης μυστήρια
Γυμνὰ πρόεισιν· ἄρτι τῆς κεκρυμμένης
Ὕδρας παρ' αὐτοῖς ἡ πολυκέφαλος πλάνη
Ἕνα προτείνειν ἀξιοῖ τὸν αὐχένα·
Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγειν θαυμάζομεν
Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον.
Οἶμαι δὲ κ' αὐτὸν αἰχμάλωτον ἐν τάχει
Ὄψει δεθέντα τὸν δράκοντα Χοσρόην·
Εἰ μὴ λάβοι τις τὴν δικαίαν ὑποψίαν,
Ὡς εἴπερ ὑμῖν ἐκδοθῇ· τὰς ἀξίας
Λάθοι παρελθὼν ἐν βραχεῖ τιμωρίας.
Καί μοι λογισμοῖς πολλάκις κινουμένῳ
Αὐτὸς κατ' ἐμαυτὸν συλλαβὼν, ἔφην τάδε.
Εἰ τὰς ἐν ἄστροις ὁ Πτολεμαῖος ἐκβάσεις,
Καὶ πρὸς τὸ μέλλον εἶχεν ἠκριβωμένας·
Πῶς οὐ προεξήγγελλεν, οἷον ἡ φύσις
Ἐπ' ἐσχάτων μέλλει σε φωσφόρον βλέπειν;
Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἐκεῖνος οἷα τοῖς ἄστροις
Τῆς γῆς ὑπερβαίνοντα τοὺς ὅρους βλέπων,
Ὕμνει σε μᾶλλον τοῖς μετεωρίοις λόγοις·
Τῆς ἐκδρομῆς δὲ, καὶ πλέον τῶν ἀστέρων,
Ἐν σοὶ τὰ πολλὰ προσβλέπων κινήματα
Τὸν σὸν ἀκίνητον ὕμνησε τρόπον·
Ἄλλον πορευθέντα τοῖς κάτω πόλον,
Τὸν νοῦν τὸν ἐν σοὶ τῷ ξένῳ μαθὼν λόγῳ.
Ταῦτα, στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Ἐν ταῖς ἀκάνθαις τῆς μάχης πεπλεγμένα
Εὑρὼν τὰ θεῖα τῶν πόνων τῶν σῶν ῥόδα·
Ἄνθη τε πολλὰ ψυχικῶν ἀρωμάτων
Τῶν σῶν λογισμῶν συναγαγὼν τὰ σπέρματα,
Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω.
Ὅμως δὲ μικρῷ, καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει,
Τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος
Ἤμαρτον οὐδὲν, μὴ διεξελθὼν ὅλην.
Ὅρος γὰρ εἰς ἄπειρον οὐχ ὁρίζεται.
Ἀλλ' ὦ στρατηγὲ τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω·

Si qua ratione ab ipſis gregem defendat:
Sic tu fidum rationalis ovilis genus
Haeres quidem videns eſſe ex omni parte
Ab infidelibus beſtiis circumdatum:
Tamen allaboras, & circumis ſemper
Huc, & illuc nuſquam requieſcens,
Aggrediens, inſequens, excurrens, recurrens,
Si forte teipſum tradens in pretium
Poſſis liberare a ſanguine gregem.
Hinc rebus omnibus ſapienti ratione praeſcriptis,
Et ad Ducis ingenium exercitu temperato,
Omnique in Deo de illis ſpe collocata,
Rurſus ad tuam civitatem impigre
Tot rebus geſtis, & rite compoſitis accurris.
Non enim ſolum certaminum belli,
Sed animae tuae curam habuiſti maxime.
Tu enim ipſe nobis exponens ſaepius
Tuae vitae rationem hoc enarraſti:
Cum tantum temporis tranſegerim in otio,
Vixi tandem hos ego Deo dies.
Atque hoc eſt apertum: non enim velo
Mendacii iuvat veritatem obtegere.
Nunc enim Perſicae fraudis myſteria
Nuda procedunt: nuper abſconditae
Apud ipſos hydrae multiceps fraudulentia
Unam tantum audet protendere cervicem,
Quam modo nos intuentes valde miramur
In Herculem incidiſſe, & evaſiſſe ſalvam.
Puto autem ipſum etiam captivum brevi
Vinctumque te viſurum draconem Choſroam:
Niſi quis ſumat iuſtam ſuſpicionem,
Quaſi ſi ille tibi traditus fuerit: meritis
Tunc ad breve tempus clam ſe ſurripiet poenis.
Atque ego multa ſaepe mecum verſans animo,
Meque meis involvens curis, dicebam talia.
Si vere aſtrorum Ptolemaeus excurſiones
Etiam in futurum habuit perſpectiſſimas:
Quomodo non praedixit, qualem natura
Poſtremo eſſet in te viſura Phoſphorum?
Sed cum eſſet, ut videtur, in iis contemplandis,
Quae terrae terminos traſcendunt, intentus,
Te depraedicavit ſublimiore ſtilo:
Tuaeque excurſionis, magis quam aſtrorum,
Multis, ac praeclaris longe praeviſis motibus,
Tuam irrequietam celebravit mentem,
Alterum dicens renovatum iri terris polum,
Tuam indigitans mentem hoc peregrino ſermone.
His ego, Dux prudentum conſiliorum,
Inter ſpinas belli implicatis,
Sanctis laborum tuorum roſis inventis,
Multiſque floribus vitalium aromatum,
Quae ſunt tuae providae mentis ſemina, collectis,
Tibi hanc textam coronam ex immortali
Prato veritatis nunc offero.
Ceterum cum parvo, & brevis curſus navigio
Tuum pelagus percurrere ſim ſuetus,
Reus non agar, quod non ſim emenſus totum:
Terminus enim ſine termino nequit terminari.
Aſt, o Dux caeleſtium, & inferorum,

Τοῦ Quan-

Τῷ γὰρ λόγῳ σου πᾶς ὑφέσταται λόγος,
Καὶ πάντα τοῦ σοῦ συντρέχει θελήματος·
Σὺ τὴν ἄβυσσον ἀσφαλίζῃ τοῦ κράτους,
Ποιεῖς δὲ τὴν γῆν ἐν μέσῳ μετάρσιον·
Τοὺς οὐρανοὺς δὲ πάντας, ἀψῖδος δίκην,
Τοῖς σοῖς κυκλοῖς, ὡς θέλεις, προστάγμασι·
Σοὶ πᾶσα δούλη τῶν ὁρωμένων φύσις.
Καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν πᾶσα σύνδουλος κτίσις·
Αὐτὸς, κράτιστε, τῶν ὅλων παντοκράτωρ,
Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων διαιρέτα,
Καὶ γὰρ διαιρεῖς πᾶσιν, ὡς θέλεις μόνος,
Τὰς σὰς ἐνεργεῖς τῶν χαρισμάτων δόσεις,
Τὰς εἰς σὲ συμπλήρωσον ἡμῶν ἐλπίδας·
Ἐν σοὶ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐλλιπὴς χάρις.
Ἴθυνον αὐτὸς τὸν σὸν, ὡς ἐπίστασαι,
Ὑποστράτηγον, πάντα πράττειν, ὡς θέλεις.
Ποίησον αὐτὸν πιστὸν ἀσπιδηφόρον
Τῶν εὐσεβῶν σου πανταχοῦ προσταγμάτων.
Σὺ δεῖξον αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις φόβον·
Καὶ πᾶς τις ἀλλόφυλος εἰς αἷμα τρέχων
Τούτῳ προσκάμψῃ σὺν τρόμῳ τὸν αὐχένα.
Ποίησον αὐτῷ τῶν φθασάντων πταισμάτων
Ἱδρῶτας, οὓς ἔσταξεν, εἰς καθάρσιον,
Λάβοι κατ' ἐχθρῶν διπλᾶ νικητήρια,
Στήσαι τρόπαια καὶ παθῶν, καὶ βαρβάρων.
Πλήρωσον αὐτὸν, ὡς ἐπίστασαι μόνος,
Τῆς εἰς σὲ θερμότητος, ὡς τὸν Ἠλίαν·
Ὃς ἐκπυρώσας πρὸς σὲ νοῦν καὶ καρδίαν,
Πυρὶ πρὸς ὕψος εἰκότως ἠρπάζετο.
Καὶ δεῖξον αὐτὸν πᾶσι Μωσέα νέον,
Ἐν τῇ κατ' ἐχθρῶν εὐσεβεῖ πανοπλίᾳ
Τὸν Σταυρὸν ἐκτείνοντα τῶν χειρῶν πλέον.
Μωσῆν ἐκεῖνον, ὃς βάτον καὶ πῦρ βλέπων,
Τὴν σὴν ἀπηκρίβωσεν ἐν βάτῳ φλόγα,
Καὶ τὴν βάτον μείνασαν οὐ πεφλεγμένην·
Μωσῆν, ὃς ὤφθη σαρκὶ σοὶ μόνῳ μόνος,
Καὶ σαρκικῇ σε προσβλέπει θεωρίᾳ,
Τάχα προδεικνὺς καὶ Θεὸν σαρκούμενον.
Κἀντεῦθεν οἶμαι συλλαλεῖ σοι καὶ τότε,
Ὧι συλλαλεῖν ἔμελλε καὶ σαρκουμένῳ.
Τοιοῦτον αὐτὸν καὶ τροπαιοῦχον μέγαν,
Καὶ σὸν στρατηγὸν, ὡς θέλεις, διάπλασον.
Συνευλόγησον τῷ σπορεῖ τὰ σπέρματα,
Καὶ δὸς τὸ θεῖον τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
Κρατεῖν τὰ Ῥώμης εἰς τέλος γεώργια.
Τύπωσον αὐτοῖς πατρικῶν μορφωμάτων
Τὰς εὐπροσώπους, ὡς ἀληθῶς, εἰκόνας·
Ὅπως ἔσονται πατρὸς εἰκονίσματα,
Κάτοπτρα πιστὰ πατρικῶν γνωρισμάτων·
Τὸν νοῦν τέλειοι· τοὺς τρόπους ἐλεύθεροι·
Πραεῖς τὸ πνεῦμα· συμπαθεῖς τὴν καρδίαν·
Ἡμῖν προσηνεῖς· καὶ κατ' ἐχθρῶν ὀργίλοι,
Ἐχθρῶν σεβόντων τοὺς θεοὺς τοὺς προσφάτους·
Χεῖρας σέβοντες ἀσεβῶς ἡπλωμένας,
Ἐσταλμένας δὲ πρὸς τὸ λῆμμα τῆς πλάνης·
Πόδας, πρὸς αἷμα μηδαμῶς κινουμένους,
Εἰς δ' αὖ τὸ σώζειν πανταχοῦ ταχυδρόμους.
Φύλαξον αὐτῶν τὰς νοητὰς εἰσόδους,
Καὶ δυσβάτους ποίησον αὐτὰς τοῦ φθόνου.
Ὃς

Quandoquidem tuo verbo omne exſiſtit verbum,
Et omnia in tuam concurrunt voluntatem;
Tu, qui abyſſum firmas tua potentia,
Faciſque terram in medio ſuſpenſam,
Omneſque caelos fornicis in modum,
Tuo volvis, ut vis, imperio:
Tu, cui omnis ſervit rerum viſibilium natura,
Et omnis mentem excedens conſervit creatura;
Tu ipſe, optime, in omnibus omnipotens,
Rerumque noſtrarum omnium diſtributor,
Quoniam dividis omnibus, prout vis, ſolus,
Tuas efficaces chariſmatum largitiones.
Noſtra in te perfice deſideria:
In te enim non eſt deficiens gratia.
Tu dirige tuum, ut bene noſti,
Subimperatorem ad facienda omnia, ut vis.
Fac ipſum fidelem clypei geſtatorem,
In omnibus tuis ſanctiſſimis mandatis.
Tu ipſum redde inimicis formidandum;
Et omnis alienigena in caedes ruens
Ipſi flectat cum tremore cervicem:
Fac, ut ei ſint veterum noxarum
Sudores, quos effudit, expiatio:
Duplicem reportet ex hoſtibus victoriam:
Siſtat tropaea de vitiis, ac de Barbaris.
Reple ipſum, ut tu ſolus noſti,
Tuo in te fervore, velut Eliam,
Qui erga te inflammatus mentem, & pectus
Ab igne in altum merito raptus eſt.
Oſtende ipſum omnibus Moſem novum,
Qui pia munitus in hoſtes armatura
Crucem extendat potius quam manus.
Moſem illum, qui rubum, & ignem videns
Tam bene cognovit tuam in rubo flammam,
Quam rubum, qui remanſit incombuſtus:
Moſem, qui viſus eſt carnaliter a te ſolo ſolus,
Et te carnali vidit intuitu,
Cito demonſtrans etiam Deum iri incarnatum.
Ac proinde, ut puto, collocutus eſt tunc tibi,
Cui etiam incarnato erat collocuturus.
Hunc ipſum, inquam, triumphatorem maximum,
Tuumque Ducem, ut lubet, efforma.
Benedic una cum ſatore ſemina,
Et da divinum huiuſce ſeminis genus
Imperare in perpetuum Romanorum terris.
Imprime in filiis paternae formae
Vere venuſtam, ut fatendum eſt, effigiem:
Ut tot evadant Patris imagines,
Tot fida ſpecula Patris referentia notas:
Mente perfecti, moribus ingenui,
Mites ſpiritu, miſericordes animo,
Nobis benigni, & in hoſtes truces,
In hoſtes colentes mox memoratos Deos,
Colentes cum manibus impie expanſis,
Et extenſis ad erroris ſimulacrum;
Pedibuſque numquam ad caedes properantibus,
Et ad fugiendum contra ſemper velocibus.
Cuſtodi in ipſis intellectus oſtium,
Idemque redde inacceſſum invidiae,
Quae

Ὃς τῇ καθ' ἡμᾶς ἀντιπίπτων οὐσίᾳ,
Εἴδους μέν ἐστι, καὶ γένους ἀλλότριος·
Ὅλως δὲ μηδὲν εἰς ὑπόστασιν φέρων,
Δάκνειν νομίζει τὴν ὅλων ὑπόστασιν·
Φίλους διαιρῶν, καὶ μερίζων τὴν σχέσιν,
Ἔχθραις ἀδελφῶν τοὺς ἀδελφοὺς συμπλέκων,
Καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκτρέφων ὑπόκρισιν·
Ὡς Σκύλλα, καὶ Χάρυβδις ἠγριωμένη,
Ἐν τῇ θαλάσσῃ τοῦ βίου περιτρέχων·
Καὶ τοῖς ὀδοῦσιν, οὐκ Ὀδυσσέως μόνον,
Πάσης δὲ σαρκὸς ἀγρίως καθάπτεται.
Φύλαττε, Χριστὲ, τοὺς Βασιλέως κλάδους
Ἐκ τῆς τοσαύτης τοῦ φθόνου κακουργίας.
Φρούρησον αὐτοὺς τῇ μετ' εἰρήνης σκέπῃ
Μνήμην ἔχοντας πατρικῶν διδαγμάτων
Μνήμην διαρκῆ· καίγε καὶ πλείστης ὅτι
Χρήζουσιν αὐτῆς εἰς δέον τὰ πράγματα.

Quae noſtrae ex adverſo obſiſtens naturae,
Et forma vere, & genere nobis eſt aliena:
Quaeque cum nihil ad eſſentiam conferat
Turbare vult rerum omnium eſſentiam:
Ipſa amicos dividens, & disiungens animos,
In fraterna diſſidia fratres committens,
Et ſororem enutriens ſimulationem,
Ut Scylla, & Charibdis furibunda
In medio mari vitae circum curſitat,
Et dentibus non Ulyſſem tantummodo,
Sed omnem carnem barbare depaſcitur.
Serva, o Chriſte, Regis liberos
A tali invidiae maleficio;
Defende ipſos pacis umbraculo
Memoria ſervantes patris mandata,
Memoria perenni: eoque ſane maxime;
Quod hoc ipſum expetit rerum neceſſitas.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ADNO-

ADNOTATIONES IN PRIMAM ACROASIM.

Verſ. 1. TΑΣ ἀΰλους· idest φύσεις, οὐσίας, vel τάξεις, *immateriales ſubſtantias*, hoc eſt Angelos, quos dum *materia expertes* vocat Poeta, materiem terreſtrem, qua noſtra corpora conſtituuntur, & ipſis excludere voluiſſe certum eſt; eodem enim ſenſu ἀΰλους hic appellat, quo alii Scriptores Eccleſiaſtici ipſos ἀσωμάτους nominarunt. Sequutus eſt enim veterum Patrum ſententiam, qui circa Angelorum ſubſtantiam definiendam haeſitantes, omni materia expertes numquam, ſed vel caeleſtibus, vel aëreis corporibus praeditos dixerunt. Rem luculentiſſime demonſtravit Cl. Vir Ioh. Lamius in Diſſert. contra Burnetium, quae adiecta eſt Epiſt. VII. Mich. Glycae *inter Delic. Erudit. pag.*200. Ita autem viſum eſſe Piſidae, conſtat ex *verſu* 167., *& ſeq. Hexaem.* ibi enim qua ratione deſcriberet Angelos ignorans, ἀδήλους οὐσίας, *incompertas ſubſtantias*, eos appellavit, & *ibid. v.*903. ὕλην ἄϋλον *materiem immaterialem* eoſdem nominavit, ut materia quidem, ſed ſubtili, & a communi, ac terreſtri plane diverſa eos conſtare declararet, quod mox *v.*4. confirmat.

2. Cod. habet φωσφόρῳ.

4. Confer verſum 902. *Hexaem.*

5. Vide, quae de verbo δινεῖν adnotavimus ad *Hexaem. verſ.* 168.

6. *Hexaem. v.*164. Διαφλέγων μὲν καὶ πυρῶν τὸν αἰθέρα.

7. Simili modo Dei immenſitatem deſcribit *ibid. v.* 895., *& ſeq.*

21. Perſarum impietatem circa idolorum cultum exagitans, ludit in voce γνήσιον *legitimum*, & νόθον *ſpurium*. Legitimum eſt vera religio, ſpurium eſt ſuperſtitio. Ad verbum verteres: *quibus* lex eſt *pro legitimo* retinere, quae ſunt ſpuria, & ſpurium ubique admiſcere legitimis. Vide *infr. v.* 32. Ceterum Perſas reprehendit, quod divinae veritati, quam ex Sacris Scripturis hauſtam receperant, ſuperſtitionum tenebras offuderint. Neque enim inficiandum videtur, Ethnicos hiſtoriam ſacram ad impias fabulas detorſiſſe; quod Auguſtinus Steuchus in ſuis *de perenni Philoſophia* libris luculenter oſtendit. Ac plures quidem ex SS. Patribus idem antea evicerant. Hinc Graeci philoſophi κλέπται, καὶ λῃσταὶ *latrones*, *& fures* paſſim audiunt apud Clementem Alex., qui *Strom. lib.*V. *pag.* 360. παρὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Προφητῶν τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων οὐκ εὐχαρίστως εἰληφότας: *Eos a Moſe, & Prophetis praecipua dogmata non grate accepiſſe* concludit. Sed praeſtat ex Theophylacti Simocattae hiſtoria *lib.*III. *cap.*13. pauca ad rem noſtram exſcribere, quae cum Piſidae ſententia conſonant perfectiſſime. Ibi enim Iuſtinianus, Mauricii Imp. Dux, ita milites adloquitur. Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐφευρημένη θρησκεία· οὐ νόθους θεοὺς ἐγγράψαντες προεστησάμεθα. οὐκ ἔστιν ἡμῖν Θεὸς μαστιζόμενος. οὐ γὰρ ἵππον χειροτονοῦμεν εἰς λάτρευμα. οὐ προσκυνοῦμεν Θεὸν πρὸς τέφραν μετατιθέμενον, σήμερον φλεγόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον μηδὲ φαινόμενον. οὐ καπνὸς, καὶ ὕλη τὴν Θεολογίαν συνίστησι. *Non commentitiis ſacris imbuti ſumus. Non Deos adulterinos praeſides nobis delegimus. Non adoramus Deum, qui ſcutica caeditur; nec enim equum divinis honoribus colendum ſuffragiis conſtituimus. Non concipimus preces Deo, qui in cineres redigitur, & modo ardet, paullo poſt nuſquam apparet. Haud ſane fumo, & lignis Theologia noſtra continetur.*

24. Antiquiſſimis temporibus Perſas veneratos eſſe Solem ex multis auctorum teſtimoniis colligitur. Ea religio retenta eſt a Parthis, qui Perſarum imperio potiti ſunt. Equum autem Soli, gratiſſimam hoſtiam immolabant. Cauſſam adſignat Ovidius *Faſt.* I. 386.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Vide Briſſonium de reg. Perſ. princip. lib.II. Nemo tamen, quod ſciam, dixit quod Piſida adfirmat, equum apud Perſas habitum eſſe Deum. Herodotus quidem *lib.*VII. *pag.*401. equos quoſdam Iovi ſacros in Perſide fuiſſe narrat. Nec ab Herodoto diſſentit Iuſtinus, qui *lib* I. 10. 5. equos Soli ſacratos habuiſſe Perſas teſtatur. Sed cum Piſida fere concordat Curtius, qui *lib.* III. 3. pompam, & ordinem, quo agmen Darii procedebat, deſcribens ait: *Currum deinde Iovi ſacratum albentes vehebant equi. Hos eximiae magnitudinis equus, quem Solis appellabant, ſequebatur.*

26. Ne huius quidem ritus ullum inveni veſtigium. Verum ſi Piſidae auctoritas non eſt omnino contemnenda, quem rerum ſui temporis ignarum numquam dixero, id ita accipiendum puto, ut equum Perſae, ſi bene eis res eveniret, adorarent, ſi vero male, virgis caederent.

32. Ignem, & aquam ad haec uſque tempora Perſas adorare teſtantur, qui de Perſarum moribus in ſuis ὁδοιπορικοῖς ſcripſerunt. Quam autem antiquis legibus ea eſſet inter eos recepta, & conſtituta religio, praeter Herodotum, & Strabonem, alioſque veteres Scriptores, tradunt Briſſonius *loc. cit.*, & Thomas Hyde *de vet. Perſ. relig. cap.* 8. Qui tamen non eſt audiendus in eo, quod aſſumit, veteres Perſas ex Abraham veram religionem petiiſſe, ignique, & Soli civilem tantum cultum exhibuiſſe: quae ſententia, ut nova, & falſa diſertiſſime refutatur a Monteſauconio *Antiquit. illuſt. tom.*II. *part.*2. *pag.*395. Facile enim Hydaeo conceſſerimus, unius omnipotentis Dei cognitionem habuiſſe Perſas, dummodo ipſe contra, ſuperſtitioſum fuiſſe cultum, quo eius maieſtatem proſequebantur, non deneget. Nam, ut aiebat Clemens Alex. *Cohort. pag.*57. Ἀγάλματα μὲν Θεοῦ, οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν, ὥσπερ Ἕλληνες· οὐδὲ μὴν ἴβιδας, καὶ ἰχνεύ-

καὶ ἰχνεύμονας, καθάπερ Αἰγύπτιοι· ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. *Etſi neque cum Graecis ligna, & lapides, neque cum Aegyptiis ibidas, & ichneumonas, tamen cum philoſophis ignem, & aquam eſſe deorum ſimulacra putaverunt.* Quae eſſet Perſarum religio paucis expoſuit Herodotus *lib.I. pag.55.* Θύουσι δὲ ἡλίῳ τε, καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν. *Soli, Lunaeque ſacrificant, & telluri, & igni, aquae, atque ventis: hiſque Solis ſacra faciunt iam inde a principio.*

41. Quid hic agat Celticus Rhenus plane non video. Atque ego ſane mallem, quid voluerit Piſida, me neſcire fateri, quam inanibus coniecturis te detinere. Verum ne vitio mihi vertas, quod alioquin garrulus, hic obmuteſcam, ita ariolor. Celticum Rhenum nominans Piſida funeſtam illam cladem fortaſſe deſignat, quam Sigebertus, Rheno traiecto, Hunnis in Franciam irrumpere conantibus intulit circa annum Ch. 570. Vide *de rebus Franc.* Scriptores, qui relatam a Sigeberto inſignem victoriam deſcribunt. Itaque magis ſtrenue contra Perſas ſe geſſiſſe Heraclium in Oriente, quam contra Barbaros Sigebertum in Occidente forſan innuit Piſida: niſi etiam malis non ad Sigebertum, ſed ad Dragobertum Franciae Regem reſpexiſſe, qui quo tempore Heraclius cum Perſis pugnabat, Saxones primum, & deinde Sclavos tanta virtute, animique conſtantia devicit, ut gravi vulnere accepto, ipſo ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo factus auguſtior hoſtium terga praecidere numquam deſtiterit.

51. Eraſmus *in Adagiis pag.862.* τύχη Εὔριπος, *fortuna Euripus*, & Pindarus *Pyth.III.* ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται, *felicitas mortalium non diu venit manſura.*

58. Confer *Hexaem. v.348., & ſeq.*

60. Codex in margine habet πάντας inutilis emendatio; nam vox πάντας reſpicit ad φῶτας. De ſermonis vi ad res quaſcumque exornandas accomodata, noſter etiam *in Abaricis v.169., & ſeq.*

64. Ludit, ut patet, in verbo γράφειν, quod aeque ſcribere, ac pingere ſignificat.

66. Sumpta occaſione ab eloquentiae facultate, quam de re quacumque diſerte, & concinne poſſe dicere recte decernit, ita in laudes Homeri excurrit, ut eum potius carpat, eo quia verae virtutis, qualem Heroem decet, non habuerit cognitionem. Siquidem eam, quam ipſe Homerus exhibet Herois imaginem, tamquam minus aptam Heraclio repraeſentando reſpuit, & quae ſit unica virtus, quae virum faciat illuſtrem, quaeque in Heraclio maxime enituit, exponit. At de Homeri laudibus quid oportet dicere? Videſis Dionyſium Halicarnaſſeum *de compoſ. verb. tom.II. pag.51.*, qui Homerum vocavit κορυφὴν ἁπάντων καὶ σκόπον, ἐξ οὗ πως πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, *omnium caput, & ſcopum, ex quo plane omnes fluvii, totum mare, & omnes fontes profluunt.* Celebre autem eſt Ovidii elogium *Amor. lib.III. Eleg. 9. v.25.* quod cum Piſidae laudibus concordat:

Adiice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

68. Νεαζούσας φρενός. Iuvenum mentes ex Homeri lectione ali, & ſecundari dicens; eius poëmata etiam Chriſtianis in deliciis fuiſſe, ni fallor, demonſtrat.

70. Galaton pictor, Aeliano *Var. Hiſt. lib.XIII. c.22.* auctore, Homerum repraeſentavit ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα, ἀρυομένους, *vomentem, reliquos autem poetas ea, quae ipſe evomuiſſet, haurientes.* Quam picturam forſan innuit Noſter.

72. Homerum non habuiſſe perfectam virtutis cognitionem videtur adſerere. Ipſum virtutes non ſeiungendas διττοῖς μερίζειν τῷ λόγου νοήματι dividere, & ad duplicem ſermonis ſenſum diſtrahere ea de cauſſa opinor dicit; vel quia ut Plutarchus *lib. de aud. poet.* ait: διὰ μὲν Ἰλιάδος ἀνδρείαν σώματος, διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας ψυχῆς γενναιότητα παρεστῶ, *in Iliade corporis fortitudinem, in Odyſſea autem animi magnitudinem repraeſentat*, & ſic virtutem activam a contemplativa disiungit: vel quia omnia, quae tradit Homerus non tam ad mythicum ſenſum, quem ſtatim praeferunt, quam ad ethicum, intus latentem ſint expendenda, ut idem Plutarchus *ibid.*, & Maximus Tyrius *Diſſert.* XVI. luculenter probant. Sed prima nobis magis adridet ſententia, quam nuper laudatus Maximus confirmat. Quamvis enim ille Homerum ſummopere ſuſpexerit, illud tamen videtur concedere, quod Piſida reprehendit, nullum plane eſſe inter tot Homericos Heroas, quem omni virtutum genere cumulatum deprehendas, ſed τὰς ἀρετὰς νενεμημένας κατ' ἄνδρα· τὴν μὲν ἀνδρείαν κατὰ τὸν Αἴαντα, τὴν δὲ ἀγχίνοιαν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, τὸ δὲ θάρσος κατὰ τὸν Διομήδην, τὴν δὲ εὐβουλίαν κατὰ τὸν Νέστορα αὐτὸν, *virtutes viritim eſſe diviſas, fortitudinem Aiaci, ſolertiam Ulyſſi, audaciam Diomedi, conſilii prudentiam Neſtori.* Itaque ſi quis viri, qui ſit omnibus numeris abſolutus, ideam velit habere ex Homero, omnes haſce virtutes in ſingula capita diſtributas, in unum redigat oportet: quod ſane non inficiatur Maximus: nam οὕτως ait εἰκόνα ἡμῖν ὑποτίθεται χρηστοῦ βίου, καὶ ἀρετῆς ἀκριβοῦς, *ita ſane probae vitae, abſolutaeque virtutis imaginem nobis proponit.* Videſis etiam Plutarchum in *Orat. poſt. de fort. Alexandri pag.343.*

74. Quam in natura Boni definienda fuerint Graeci inter ſe diſſentientes, & incerti, patet ex ſolo Ciceronis libro *de finibus.* Itaque ſi neque ſequioribus temporibus ullam certam, definitamque habuerunt ea de re ſcientiam celeberrimi philoſophi, mirandum plane non eſt eam non eſſe tam cito aſſecutum Homerum. Siquidem nonniſi χρόνου δ' ἐξάγοντος *temporis decurſu* Plato, & Ariſtoteles ad hanc vitae lucem protracti ſuos libros ediderunt, in quibus methodo quadam ſcientifica, prout illis facultas tamen fuit, Ethices praecepta tradiderunt, atque ex ſolo Bono, tamquam ex uno fonte,

fonte, omnes virtutes emanare demonſtrarunt. Ex hiſce omnibus patet, Piſidam nonnihil voluiſſe de gloria Homeri detrerere, eoſque confutare, qui eum omnis ſcientiae patrem, & magiſtrum appellabant. Confer Giſberti Cuperi *Apotheoſim*, in qua poetarum Principis laudes cumulatiſſime recenſentur, & Friderici Reimanni *Iliadem*, in qua eiuſdem vitia, ſive maculae deteguntur. In Cod. Vat. imperita manus voci χείρω vocem τόνω ſuperius ſcripſit.

75. Καὶ τῇ, ideſt ἐχόντων. Conſule ſi placet Ariſtotelis Ethica, qui prae omnibus ſubtilius, & enucleatius de omni virtutum genere diſſeruit.

76. Si Homerus Heraclium cognoviſſet, ſuos Heroas, ut decet, omni virtutum laude cumulatos, non uno, aut altero tantum titulo conſpiciendos exhibuiſſet.

79. En quae eſſet virtus Heraclii, animi integritas perfecta, quae virtutes omnes complectitur.

81. Τετράμορφον. Sub quadriformi, ſed tamen unico aſpectu pingendum fuiſſe Heraclium, & verum quemcumque Heroa dicit Piſida ad quatuor virtutes reſpiciens, quae vulgo *Cardinales* vocantur. Ita in *Hexaem. v.*170. τετραμόρφους vocat Angelos, ut eorum perfectionem deſignet. Siquidem τετράμορφος Piſidae a τετραγώνῳ Ariſtotelis nihil differt, cui *Moral. Nicomach.*I. vir ille fortis eſt, ὄντως ἀληθῶς ἀγαθὸς, καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου, *qui vere bonus eſt, & quadrangulus, carens omni vitio.*

82. *Iliad.* I. *v.* 249:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Cuius etiam a lingua melle dulcior fluebat oratio.

85. Μελουργία pro μελιτουργία. Heraclii bonitatem, & clementiam, quae virtus maxime Principem decet, ſub apum, melliſque allegoria commendat.

88. Idem iambus occurrit in *Hexaem. v.*1658.

90. Confer hos verſus cum *Hexaem. v.*453. *& ſeq.* ibi enim divinam clementiam eodem fere modo deſcribit.

95. Vox δραστικὸν non in neutro tantum, ſed etiam in aliis generibus pro ſubſtantiva uſurpata invenitur: ſic δραστικὴ pro δραστικὴ δύναμις, vel συμφορά.

102. Elegans metaphora, qua ſe poeta comparat agricolae. Sulci ſunt iambi, aratrum ſtilus, ſemina verba, & ſententiae. Forſan ad antiquam Graecorum ſcribendi rationem reſpexit, quae βουστροφηδὸν dicebatur: ut enim arantes cum bobus ſolent, primo a dextra ad ſiniſtram verſus ſtilum ducebant veteres, atque ubi ad ſiniſtram paginae oram deveniſſent, dextrorſum pergebant, tum vero iterum ad ſiniſtram recurrebant. Ita vere ſulcos repraeſentabant lineae, quae αὔλακες ea de cauſſa dictae inveniuntur. Anonymus, qui Panegyricum Berengarii Imp. conſcripſit ab Hadriano Valeſio editum dixit *lib.*III. *v.*55:

Fortia iuſſa cito Scribae ſulcate papyro.

104. Allegorice opinor noctem nigram vocat Perſas, quos etiam in fine *Abaricorum verſ.*526. σκοτεινοὺς appellat, non tantum ad damna abluenda, quae terris, quam ad ea, quae religioni inferebant. Quippe Choſroa Legatis ab Heraclio miſſis reſponderat, οὐ φείσομαι ὑμῶν, ἕως ἂν ἀρνήσησθε τὸν ἐσταυρωμένον, ὃν λέγετε Θεὸν εἶναι, καὶ προσκυνήσητε τῷ ἡλίῳ, *vobis minime parcam, donec Crucifixum, quem vos Deum eſſe dicitis, abnegantes Solem adoraveritis.*

106. Perſae iam a Conſtantini temporibus Romanis infeſti eorum provincias invadere numquam deſtiterunt. Sed multo acrius inter eos bellum exarſit ſub Mauricio, & Phoca, quorum Heraclius in Imperio ſucceſſor fuit. Anno enim 599. Perſae, Euphrate tranſgreſſo, ut ait Theophanes *pag.*247., πᾶσαν τὴν Συρίαν, καὶ Παλαιστίνην αἰχμαλωτεύουσι *totam Syriam, & Palaeſtinam ſubegerunt.* Anno autem 617. Chalcedonem, quae contra Conſtantinopolim erat, ceperunt, cum iam innumera, quae ferri non poſſent ſcelera, patraſſent. Iuvat ea ex Chronico Paſchali *pag.*385. hic referre: Ἥλω Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Περσῶν, καὶ σφάζονται πολλαὶ χιλιάδες ἐν αὐτῇ κληρικῶν, μοναχῶν, μοναστριῶν, παρθένων. Ἐνεπρήσθη τὸ δεσποτικὸν μνῆμα, καὶ οἱ περιβόητοι τοῦ Θεοῦ ναοί· καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ τίμια καθαιροῦνται· τὰ σεβάσμια τοῦ σταυροῦ ξύλα μετὰ τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν ἀναριθμήτοις οὖσιν λαμβάνονται ὑπὸ Περσῶν, καὶ Ζαχαρίας πατριάρχης καὶ αἰχμάλωτος γίνεται. *Hieruſalem a Perſis capta eſt, multis Clericorum, Monachorum, Sanctimonialium, & Virginum millibus trucidatis. Incenſum etiam Dominicum Sepulcrum, & celeberrima Dei templa; & ut verbo dicam, pretioſa omnia deſtructa. Veneranda Crucis ligna cum ſacris vaſis innumeris capiuntur a Perſis, & Zacharias Patriarcha captivus abducitur.*

112. Expedire, ut bella per ſe gerat Princeps, omnes fere conſentiunt de rebus politicis Scriptores.

124. Varias ſententias, quas circa belli gerendi rationem retulit, ἀναιτίους *inculpabiles* pronunciat, volens, opinor, Criſpi, qui gener fuit Phocae, temeritatem excuſare, qui Heraclio eius opem petenti reſpondit, οὐκ ἐξὸν βασιλεῖ καταλιμπάνειν βασίλεια, καὶ ταῖς πόρρω ἐπιχωριάζειν δυνάμεσιν, *non licet Principi e palatio diſcedere, & in longinquis exercitibus degere.* Rem narrat Nicephorus Patr. *Brev. Hiſt. pag.*5.

129. Coniecturam mox adductam videtur confirmare: quaſi Heraclio dubitandum fuiſſet de eorum fide, qui ei erant a conſiliis, unde ipſe merito omnem ſuam ſpem in Deo collocavit, & de ſuo in Perſidem profectu ſecum conſultus deliberaverit.

132. Minimum diſcrepant ceteri Hiſtorici, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, & Nicephorus, qui omnes adfirmant, Heraclium anno imperii ſui XII., Chriſti 622., cum iam Paſcha celebraſſet, ſtatim in Perſidem perrexiſſe.

139. In

139. In Codice ſolitus Cenſor σιβάσμιον in σιβασμίαν voluiſſet immutari.

140. Imaginem ἀχειροποίητον deſcribit, de qua videndus Gretſerus *de Imag. non manuf. tom.*XV. *pag.*199. a quo equidem in eo diſſentio, quod putet imaginem, qua munitus Heraclius in Perſidem irrupit, fuiſſe archetypam Camulianenſem: at paullo ante *pag.*198. ex Menologio ipſe noverat, ne Sergio quidem Patriarchae licuiſſe eam retinere, & viſione quadam perterritum coenobii cuiuſdam virginibus, a quibus illam abduxerat, reddidiſſe. Quomodo igitur eamdem imaginem Heraclius ſecum aſportaſſet in Perſidem? Equidem cenſeo imaginem, quam habuit Imperator, non fuiſſe Camulianenſem, ſed aliam ex archetypa Edeſſena accuratiſſime efformatam, ſatis enim aperte, ut mihi videtur, Piſida Edeſſenam, quae a Chriſto Ieſu linteo impreſſa, & ad Abgarum miſſa dicitur, hic deſignat ſubiiciens, eam *fuiſſe ſine pictura ab ipſo Verbo figuratam*; quod quidem de ſola Edeſſena traditum accepimus. Nam de Camulianenſi, unde, & quomodo fuerit efformata, plane non conſtat: & quamvis inter ἀχειροποιήτους imagines celebretur, non deſunt tamen, qui putent Edeſſenam tantummodo eo nomine recte inſigniri, reliquas autem, ne Camulianenſi quidem excepta, ex ea omnes fuiſſe expreſſas, & exſcriptas. Verum cum Edeſſena imago non ante annum Chriſti 944. translata fuerit Conſtantinopolim, patet Heraclium non αὐτόγραφον, ſed ἀπόγραφον in expeditione Perſica ſecum circumtuliſſe. Quid quod Cedrenus *pag.* 406. Salvatoris imaginem non manufactam ex Africa ſecum adduxiſſe Heraclium narrat? Num haec quoque fuit Camulianenſis, ut Gretſero placet? Minime vero, ſed eadem illa, ut nuper diximus, ex Edeſſena expreſſa. Fateor tamen non multam fidem adhibendam eſſe Cedreno, qui non ſatis diligenter, ut in comperto eſt, Theophanem exſcripſit; quo quidem vitio laborat etiam Zonaras. Theophanes enim *pag.* 250. Dei Matris, non Verbi divini imaginem habuiſſe Heraclium refert, tum cum primum ex Africa Conſtantinopolim venit, ut melius explanabitur ad *Heracliad. Acroaſ.*I. *v.*14. Sed dubium omnino tollit ipſe Piſida, qui in proxima Acroaſi *v.*87. ſatis aperte declarat, non εἰκόνα, ſed ἀπεικόνισμα τοῦ θεογράφου τύπου, *imaginis*, vel *typi a Deo picti expreſſum exemplar* fuiſſe effigiem, qua uſus eſt Heraclius. Ratum igitur, firmumque ſit, imaginem a religioſo Imperatore in Perſidem allatam fuiſſe ἀντίτυπον Edeſſenae: Camulianenſem autem ad praeſidium urbis ab eo fuiſſe relictam, quod ex *Abaricis* clarius apparebit.

144. Theophanis, qui Piſidam non ſequi, ſed exſcribere videtur, verba ſuis quaeque locis reſpondentia ſubtexere iuvabit, ut noſtri Poetae auctoritas fiat firmior, & ſenſus magis perſpicuus. Λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν χερσὶ τὴν θεανδρικὴν μορφὴν:

Ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἷα ἐν εἰκόνι

Ὁ πάντα μορφῶν, καὶ διαπλάττων λόγος

Ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς

κύησιν ἤνεγκεν. Ita Theophanes *pag.* 254. Videſis *Hexaem. v.* 1160., ubi Virginis Sanctiſſimae partum ex fabuloſo vulturum partu ſine ſemine veriſimiliorem nobis facere contendit Piſida.

148. In Cod. μόνου.

149. Phantaſiaſtae, Haeretici ex Eutychianorum familia, dicti etiam Iulianiſtae ab Iuliano Halicarnaſſenſi, qui falſa eorum dogmata excogitavit, & Gaianitae a Gaiano Alexandrino, qui Iulianum ſequutus eſt, Chriſti corpus a momento impolluti conceptus non ſolum incorruptibile eſſe, verum etiam increatum adfirmabant, ut ait Timotheus *de Sectis* apud Cotelerium *Mon. Eccl. Graec. tom.*III. *pag.* 410.

150. Theophanes *ibid.* καὶ

Τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ

ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων.

155. Idem *ibid.* Heraclium Conſtantinopoli profectum in Ciliciam perveniſſe tradit, ſed nullam de tempeſtate, quam Piſida deſcribit, mentionem facit.

157. De Heraeo promontorio, quod ad meridiem contra Chalcedonem erat, plura in Petro Gyllio *de Boſph. Thrac. lib.*III. *cap.*II., & in Du-Cangio *Conſtantinop. Chriſt. lib.*IV. *pag.*176. Quod ad nos attinet ex Piſida obſervabimus; primum huic Promontorio nomen revera fuiſſe Ἡραίαν, non Ἡραῖον, ut a quibuſdam Graecis invenitur appellatum: ſecundo ita fuiſſe dictum, eo quod olim Ἥρας *Iunonis* aede eſſet inſigne, id quod etiam Codinus in *Antiq. CP.* admonuit: denique Heraclium Heraei profanum nomen in aliud Chriſtiana pietate illuſtre commutaſſe; quamvis quae fuerit nova loci denominatio ex Heraclii praeſcripto non conſtet. Ad vocem Ἡραίας ſupple ἄκρας.

161. Πλάνην hic, ut ſupra, idololatriam vocat. Quomodo autem Heraei promontorium vocari iuſſerit, quamve religionem in eo conſtituerit, neminem prodidiſſe mirabar, cum Piſida dicat, poenam eſſe laturos, qui tantam rem ſilentio praeterirent. Atque eo mirabar magis, quod iam ante Heraclium fuerat Heraei promontorium a Graecis ad Chriſtianam religionem deflexum: nam etiam Procopii tempore, ut ipſe teſtatur *de Aedif. lib.*I. *c.* 3. ἱερεῖον *ſacrum* vocari coeperat. Κατὰ τὸ Ἡραῖον, ὅτι Ἱερεῖον καλοῦσι τανῦν, *in Heraeo, quod hodie Hierium vocant.*

167. Iuvat hic repetere, vel ſubintelligere verſum, qui ſupra eſt ordine 101.

Ἡ τῶν καλῶν σου περιττότης ἀπήγαγεν.

Poeta alludens, ut ſaepe alibi, ad curſus Circenſes, ait ſibi timendum, ne dum nimio ſpatio procul a meta vagatur, quis propius accedens ipſum antevertat. Senſus eſt: *Iterum in digreſſionem me currentem tui conſideratio abduxit; ſed nunc inceptum curſum rurſus currere feſtino, ne nimis digrediar.*

168. Μήτις πάρεργος τοῦ λόγου, *ne quod eſt acceſ-*

ſorium

ſorium ſermonis , *plus aequo nos detineat* . Videtur quodammodo habuiſſe in mente illud Agathonis apud Athenaeum *lib.*V. *pag.*185.

> Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς, ποιούμεθα,
> Τὸ δ' ἔργον, ὡς πάρεργον, ἐκπονούμεθα.
> *Operoſe agimus* , *agere quod non eſt opus* ,
> *At in eo* , *quod opus* , *opera perfunctoria eſt* .

180. Πετραῖον πάγον poetica circumlocutione pro ſcopulo dixiſſe Piſidam cenſeo , quamvis Codex , qui nullibi grandes litteras exhibet , habeat Πετραῖον .

197. Legerem ἰφθῖμος .

205. Eunuchos ἐκτμηθέντας *caſtratos* apud ſe tenere a Perſis didicerunt Romani Imperatores . Perſae enim primi omnium videntur mares eviraſſe : unde Petronius *Satyric. cap.*119.

> *Perſarum ritu male pubeſcentibus annis*
> *Surripuere viros* .

Vide Herodotum *lib.*VIII. *pag.*492. Cubiculariorum munere ut plurimum fungebantur in aulis Principum Eunuchi , quibus ipſius Regis committebatur cuſtodia . De Eunuchorum dignitatibus apud Imp. Conſtantinopolitanos vide Conſtantinum Porphyrogenitum *de caeremon. Aulae Byzant. lib.*II. *cap.*52. *pag.* 412.

227. Legerem σοφός τις ὤν, ne claudicet verſus.

242. Nemo alius prodidit memoriae id , quod non ſine aliqua venuſtate poetica , & multa cum adulationis illecebra refert Piſida , Heraclium ita pedem in ſcopulum offendiſſe , ut ſanguis e digito effluxerit , & ipſe Martyr evaſerit .

244. Mallem ἀπηνόντισεν.

ADNOTATIONES IN SECUNDAM ACROASIM.

Verſ. 1. NON aliam, opinor, ob cauſſam Demoſthenem compellat Piſida , niſi ut oſtendat eam eſſe Heraclii virtutem , integritatemque , ut ſui conſcius nihil timeret , quid de eo quiſque diceret . Quod ſane Philippo Macedonum Regi aliter evenit , qui teſte Plutarcho *in Demoſth. pag.*855. ἔφριττε τὴν δεινότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος *oratoris vim* , *& eloquentiam exhorruit* . Nimirum tanta fuit Demoſthenis παῤῥησία , quod ex eodem Plutarcho intelligitur , ut Athenienſes ad id quod vellet concitaret , Philippo Regi timorem iniecerit , & magnam pecuniarum vim a Perſis dono acceperit , ut in cauſſis dicundis ſtaret contra Macedonas : quod quidem ei vitio vertit Aeſchines , ut Diodorus Siculus narrat *Bibl. lib.* XVII. *pag.* 163.

2. Demoſthenes ſua dicendi vi aliis timendus non parum ſuis rebus timuit , cum Philippus Boeotiam occupaſſet : *abiecto* enim *clypeo* ῥίψασπις turpiter fugit in bello ad Cheroneam geſto ; cum autem paullo poſt nuncii Athenas veniſſent de morte Philippi , ipſe prodiit ſplendide amictus , & coronatus . Plutarchus *ibid.*

7. Redit ad navigationem Heraclii , de qua in fine ſuperioris Acroaſeos .

8. Subaudi , *o Imperator* .

10. Heraclius in Ciliciam recta contendit : non enim eſt dubitandum , quas Noſter nominet Pylas , eas eſſe , quae in hiſtoriis celeberrimae ſunt , & Armeniae , & Ciliciae , vel Syriae Pylae vocantur , ut in Strabone *lib.*XIV. *pag.*994. αἱ πύλαι λεγόμεναι , ὅριον Κιλίκων τε , καὶ Σύρων , *quae Pylae* , vel portae *dicuntur* , *limes Ciliciae* , *atque Syriae* . Theophanes *pag.* 254. de more conſentiens cum Piſida ait : ἀπάρας δὲ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἐξῆλθεν κατὰ τὰς λεγομένας Πύλας , πλωὶ τὴν πορείαν ποιησάμενος , *urbium regina profectus* , *itinere navigiis ſuſcepto* , *ad locum* , *cui Pylae nomen* , *venit* . At Nicephorus Patriarcha a Piſida , & Theophane diſcedens Heraclium per Pontum Euxinum navigaſſe , & in Armeniam provectum , inita cum Turcis ſocietate , per Lagorum provinciam in Perſidem deſcendiſſe narrat . Sed perperam omnia permiſcet , & primam cum ſecunda Heraclii expeditione confundit . Ac optime quidem doctiſſimus Petavius obſervavit *in notis ad Nicephorum* , ea , quae ab Hiſtoricis Byzantinis narrantur , adeo eſſe perturbata , & tam praepoſtere deſcripta , ut narrationum , & annorum ſeriem accurate deductam fruſtra ab illis exſpectes ; quo quidem vitio maxime laborat Breviarium Nicephori .

11. Tanta celeritate longum iter confecit Heraclius , ut Hemerodromus a Piſida appelletur : *Hemerodromi* enim apud Graecos dicti , qui ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ δρόμῳ *totum diem curſitantes* non fatigarentur , vel ut Livius *lib.*XXXI. 24. adfirmat , *Hemerodromos vocant* , *ingens uno die ſpatium emetientes* . De triplici Hemerodromorum genere Lipſius *tom.*II. *pag.* 300.

25. Alludit ad illud Homeri *Iliad.*II. 204.

> Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
> Εἷς βασιλεύς.
> *Non bonum multorum dominatus: unus dominus eſto,*
> *Unus rex* .

Quam ſententiam laudant omnes de rebus politicis Scriptores , quibus perſuaſum eſt Monarchiam ceteris regendorum populorum modis antecellere .

28. Saepe damna intulit ἀταξίας, quae eſt *rerum ab ordine deflexio*, maximum corporis politici vitium, idcirco exaggerat Piſida , quia iamdiu eo morbo laborabat Imperium , cum eo potitus eſt Heraclius, qui res in ſumma calamitate conſtitutas , quantum potuit , reſtituit .

42. Claud. Aelianus in Tacticis *cap.*51. monet , ὅτι παραγγέλματα ἡγεμονικὰ δεῖ σύντομα εἶναι, εἶτα μὴ ἔχοντα ἀμφιβολίαν , *Imperatoris mandata brevia eſſe oportere* , *deinde non ambigua* .

44. Militis otium aliorum eſſe negotium innumeris teſtimoniis confirmant hiſtoriae . Unum producam ex Tacito , qui de Pannonicis legio-

 nibus

nibus ita ſcribit : *Intermiſerant ſolita munia . Et principio laſcivire miles , diſcordare , peſſimo cuique praebere aures ; denique luxum , & otium cupere , diſciplinam , & arma aſpernari .*

47. Heraclii in militari diſciplina peritiam confirmat etiam Theophanes *pag.*254. τούτους δὲ γυμνάζειν ἤρξατο , καὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐξεπαίδευσεν , *tum eos bello exercere , Martiſque diſciplina coepit inſtruere .*

78. Imperatoribus coram populo prodeuntibus acclamationes ſemper fiebant. Huiuſmodi votorum , ſalutationumque exempla exſtant in hiſtoriis, & in nummis antiquis . Conſtantinus Porphyrogenitus *lib.*II. *pag.*364. ita a proceribus acclamatum fuiſſe Heraclio tradit : εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ Ἡράκλει Αὔγουστε τούμβικας · Ἀναστασία Αὔγουστα τούμβικας &c. Quae verba ter repetita recte verterunt Conſtantini editores : *Feliciter imperio , Heracli Auguſte tu vincas , Anaſtaſia Auguſta tu vincas .* Elegantiores acclamationum formulae , quibus Chriſtianos Imperatores ſalutabant milites , recitantur ab eodem Conſtantino Porphyrog. *pag.* 375.

80. Vexilla , & haſtas milites demittebant, humi ſternebant , invertebant , inclinabant , vel ad obſequium erga Principes , vel ad animi triſtitiam ſignificandam : quod etiam nunc in militari diſciplina obſervatur . De hoc more plura *in notis* ad Conſtantinum nuper laudatum *pag.*80., & 129. Piſida ex poetica licentia *tropaeorum* pro *vexillorum* vertices coram Heraclio demiſſos fuiſſe tradit .

81. Vexilla , qua erant colorum varietate , facile quacumque ex parte conſpicienda , praeconum officio ad militaria munia obeunda fungebantur . Quod quidem Romani vexilla proponere dicebant , ut colligo ex Caeſare *Bell. Gall.* II. 20. *Vexillum proponendum , quod erat inſigne , cum ad arma concurri oporteret .*

82. Codex mendoſe habet κόρυνας .

87. Ἀχειρόποιημα , Edeſſenae imaginis *exemplar*. Vide *Acroaſ.* I. *v.* 140. Piſida eo ſemper intendit , ut Heraclium a ducibus Homericis una , aut altera tantum virtute conſpicuis , ut in *Acroaſ.* I. *v.* 66., & 72. obſervatum eſt , nobis plane diverſum repraeſentet , videlicet omni virtutum genere cumulatum . Hactenus de eius pietate , militari ſcientia , animi magnitudine , & prudentia : nunc de eius eloquentia , qua ſemper praeſtantiſſimum facit . Quae laus quanta ſit , norunt qui ex hiſtoriis acceperunt , quid in ſummo duce poſſit dicendi facultas . Talem autem hic Heraclium nobis proponit , qualem Homerus *Iliad.* IX. *v.* 443. fecit Achillem , ad quem Phoenix miſſus dicitur :

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι , πρηκτῆρά τε ἔργων .

Dicendi peritus ut eſſet , & idoneus rebus agendis .

Vide Leonis *Tact. cap.*2.

88. Commentarii loco allocutionem Heraclii ex Theophane *pag.* 254. ſubiiciam , quam ut iamborum Piſidae paraphraſim eſſe facilius intelligas , quae Theophanes ipſe ex Piſida ſuae hiſtoriae intexuit , diſtincta exhibebo :

Τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ
ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων , πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ , ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται , καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμόσηται · ἐβούλετο γὰρ τὴν ἐξουσίαν οὐ φόβῳ ὅσον ἐν πόθῳ ἔχειν :
Εὑρὼν δὲ τὸν στρατὸν εἰς ῥαθυμίαν
πολλὴν καὶ δειλίαν ἀταξίαν τε καὶ ἀκοσμίαν , καὶ
Εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη ἐσπαρμένους ,
συντόμως πάντας εἰς ἓν συνήγαγεν · καὶ
Πάντες ὡς ἐκ μιᾶς συμφωνίας
ὕμνησαν τὸ κράτος , καὶ τὴν ἀνδρείαν τοῦ βασιλέως · αὐτὸς δὲ τοῖς λόγοις τούτοις ἐπιρρωννύων ἔλεγεν . Ὁρᾶτε ἀδελφοὶ καὶ τέκνα , ὡς οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ κατεπάτησαν ἡμῶν τὴν χώραν , καὶ τὰς πόλεις ἠρήμωσαν , καὶ θυσιαστήρια κατέκαυσαν , καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἀναιμάκτων θυσιῶν αἱμάτων μιαιφόνων ἐπλήρωσαν ,
Καὶ τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν ἐκκλησίας
Ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάταις .

Huiuſmodi figura divinitus exarata plane fidens , & oppignorata exercitui fide , cum eis uſque ad mortem decertaturum , & ut propriis filiis ſemper eis ſe devinciendum , & copulandum pollicitus , ad bellicos conflictus deſcendit . Studebat enim exercendam in milites auctoritatem potius affectu , quam timore , comparare . Cum vero exercitum deſidia diſſolutum , animorum deiectione , ordinis defectu , & confuſione pene lacerum , & in varias provinciarum partes diſſipatum repperiſſet ; quantocyus , & expedite cunctos in unum collegit . Hinc ſinguli velut una voce robur , & animum Imperatoris laudavere : ipſe etiam robur pectoribus inſpiraturus his verbis utebatur . Videtis , fratres , & filii , ut hoſtes ditionem noſtram univerſam depopulati , urbes civibus deſertas reddiderint , ſuccenderint altaria , & incruentarum victimarum menſas caedibus , & ſanguine inundarint , & Eccleſias etiamnum labis omnis immunes , voluptatibus foediſſimis conſpurcarint &c. Atque haec ſane allocutio reſpondet perfectiſſime praeceptis , quae in Leone Imp. *cap.*XII. 72. leguntur . Piſida enim ea omnia , quae ad militarem diſciplinam pertinent , a Leonis *Tacticis* videtur hauſiſſe . Sed cum Leo annis fere trecentis poſt Noſtrum inclaruerit , probabilior fit ſententia eorum , qui Leonem dicunt ſua Tactica ex veterum Scriptorum Commentariis compilaſſe , quae Piſidae etiam temporibus pervulgata fuiſſe non eſt dubitandum . Vide Fabricium *Bibl. Graec.* VI. 368.

90. Ad Phocae ſacrum imperium fit alluſio , cuius tyrannidi lenitatem , & clementiam ſuam Heraclius oppoſuit . Phocas enim odio haberi , dummodo timeretur , non curavit ; Heraclius autem contra amari maluit , quam timeri . Optime ſane : nam ut Cornelius Nepos definivit in *Dione*: *nullum eſt imperium tutum , niſi benevolentia munitum .*

97. Caritatis tanta vis eſt , ut divinam iuſtitiam placet , & calamitates avertat . Εὐπειθεῖς νόμοι ſunt

ſunt ſanctiſſima Dei decreta de puniendis ſceleribus. Quid autem ſit ἐκβιάζειν τῶν νόμους. Vide in Hexaem. v. 430., & 442.

106. Vide ſupr. Acroaſ. I. v. 24., & 32.

107. Damna a Perſis illata, caedes, & profanationes in tota Syria perpetratas retulimus ex Theophane, & Chronico Paſch. ſupra Acroaſ. I. verſ. 106.

108. Λύτρα αἱμάτων pretia ſanguinis, vel victimae cruentae ſunt caedes editae a Barbaris in eccleſiis, in quibus Chriſtiani incruentum Sacrificium de more offerebant. Verum fortaſſe etiam Piſida reſpicit ad id, quod narrat Theophanes pag. 252. anno poſt Chriſtum natum DCXVI. eveniſſe: Τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὸν Ἰορδάνην, Παλαιστίνην, καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πολέμῳ, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ διὰ χειρὸς τῶν Ἰουδαίων, ὥς φασί τινες, μυριάδας ἐννέα. αὐτοὶ γὰρ ὠνούμενοι τοὺς Χριστιανοὺς, καθὰ ηὐπόρει ἕκαστος, ἀπέκτεινον αὐτούς. Hoc anno Perſae Iordanis loca, Palaeſtinam, & ſanctam civitatem, armorum vi ſubegerunt: & manibus, ut quidam aſſerunt, Iudaeorum ad nonaginta videlicet millia trucidarunt. Singuli enim, pro ſuis quiſque facultatibus, Chriſtianos ementes, confeſtim occidebant.

111. Vide ſupr. Acroaſ. I. v. 104.

112. In ora Codicis pro ἐκθερίσαι, quae eſt optima lectio, eſt ἐξερίξαι.

115. Pſal. 136. 9. Μακάριος, ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν, Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram. Piſida aperte diſcedit ab iis, qui hunc Pſalmum Ieremiae mallent adſcribi.

116. Codex habet ὅπου.

122. Piſidam αὐτόπτην haec ſcripſiſſe patet ex verbo ἰδών. Nec eſt plane negandum, eum in hoc primo bello Perſico ſequutum eſſe Heraclium, quod magis patebit ex Acroaſi III. v. 131., 345., & 353.

127. Theophanes loco ſaepe citato, πάλιν δὲ τὸν λαὸν πρὸς γυμνασίας πολεμικὴν ὁπλίζων τάξεις δύο ἐνόπλους ποιησάμενος σάλπιγγάς τε καὶ φάλαγγας ἀσπίδων, καὶ λαὸς τεθωρακισμένος ἵστατο. Tum vero milites bellicis exercitamentis inſtructurus, armatos, & pugnae iam paratos in duas acies dividere, & tubas, clypeorumque phalanges in invicem committere ſecundo iuſſit: ac exercitus iam thoracibus ſtabat munitus.

136. Dubitabam, an ex Theophane pro τὰ φράγματα reponerem τὰ τάγματα. Ait enim p. 255. ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς συνέστησαν τὰ τάγματα, συμβάλλειν ἀλλήλοις ἐκέλευσε· ὠθισμοί τε βίαιοι, καὶ συγκρούσματα πρὸς ἀλλήλους ἐγίνοντο, καὶ χηματισμὸς τοῦ πολέμου ἐδείκνυτο. Ut itaque in tuto conſtiterunt ordines, manus ad invicem conferere hortatus eſt; & qua violentis in invicem impulſibus, qua mutuis impreſſionibus immanis belli ſpecies horrenda exhibebatur. Verſionem noſtram probabunt, qui ex Leonis Tact. cap. 7. norunt, quid ἐσφίγξαν hic ſignificet: ait enim τὸ σφίγγεσθαι ἐστι τὸ πυκνοῦσθαι, ἵνα καὶ τοῖς πλευροῖς, καὶ τοῖς ὤμοις ἀλλήλοις ἐγγίζωσι, verbum σφίγγεσθαι denſari ſignificat cogi, vel ſtipari, ita ut & lateribus, & humeris prope ad ſe mutuo accedant.

141. Si umbratilis haec fuit pugna, & vere σκιαμαχία, & ut mox ait Poeta, δίχα αἱμάτων citra ſanguinem bellum, cur μετὰ πολλῶν αἱμάτων multo cum ſanguine exerti gladii oſtenduntur? Certe hic cubat mendum; nam & verſus ipſe claudicat. Forſan legendum μεστὰ, quaſi dicat tantam fuiſſe irruentium vim, ut videretur undique ſanguis effluere, quamvis nulla inde caedes ſubſecuta ſit.

143. Theophanes pag. 255. Καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὸν θέαμα φόνου χωρὶς καὶ κινδύνου.

Καὶ πρὸς φόνους σύμπτωσις αἱμάτων δίχα,
Καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τῶν τρόπους,
Ὅπως ἕκαστος ἐκ τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς
Λαβὼν ἀφορμὰς, ἀσφαλέστερος μένοι.

153. Quae fuerint ex veteris diſciplinae regulis σχήματα figurae, & κινήσεις motiones, iuxta quas variae immutationes, converſiones, inflexiones, revolutiones, & reſtitutiones fiebant a militibus, ut a latere, a fronte, a tergo ingruentium hoſtium impetum ſuſtinerent, videſis in Aeliani, Onoſandri, & Leonis Tacticis, & in Rigaltii Gloſſ. Tact. ad vocem σχήματα, qui ex ipſo Aeliano, & Leone mandata a ducibus dari ſolita militibus elegantiſſime ex Graeco vertit.

160. Τόνους perſpicuitatis gratia reddebam acies Italice le file: at Poeta, cum exercitum maris undis comparaſſet, allegoriam perſecutus per κυμάτων τόνους fluctuationes intelligit, Italice le ondate.

162. Duplici ratione praeſcribebantur mandata militibus, voce, & nutu. Ita Leo Imp. Tact. cap. 7. γυμνάζεσθαι δὲ αὐτοὺς δεῖ πρὸς ταῦτα φωνῇ ἢ νεύματι διά σημείου τινος, εἶτε, κινεῖν, καὶ ἵστασθαι, exercitandi ad haec ſunt voce vel nutu, & ſigno aliquo, ut moveant, & ſtent.

165. Legerem διαφορὰ, vel διαφοράς.

167. Supple Ὀρφεὺς, de quo ſimilia in Abaricis v. 105.

170. Act. 2. 3. Et apparuerunt illis diſpertitae linguae, tamquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Saepe exaeſtuat Poeta in laudibus Heraclii, cuius eloquentiam paſſim commendat.

178. Vide ſupr. Acroaſ. I. v. 46., & 127.

188. Tua pietas, & tuus erga nos affectus ad quaecumque pericula alacriter ſubeunda nos impellit.

191. Medicum Sophiſtam vocat, quaſi diceret ſapientem. Sapiens autem Medicus recte cum Piſida definitur, qui ſtudio coniungit experientiam, a qua medicinae origo, & profectus. Ac tota quidem medicina quondam una, & ſimplex arſerat, quam poſtea in plures diviſerunt, manuum miniſterio aliis demandato.

193. Confer Hippocratem de ulceribus, quibus plane curandis tria, quae ex eodem auctore indicat Piſida, celebrantur a veteribus, videlicet purgatio, ſectio, & uſtio. Si enim remedia nihil proficerent, ultima ſpes in uſtione poſita erat, ut patet

patet ex ipſius Hippocratis Aphoriſmo: *ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται· ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται· ὅσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα.* *Quae remediis non ſanantur, ſanat ferrum: quae ferro non ſanantur, ſanat ignis; quae autem igne non ſanantur, ea ſanari non poſſe cenſendum eſt.*

198. Φιλοβλαβὴς νόσος vertebam *inhumanitatis morbus*, quo maxime laborabat exercitus Heraclii: nam Phoca regnante, qui odia, & civiles diſſenſiones fovebat, una pene erat militaris diſciplina de exercendis caedibus, & rapinis. Φιλοβλαβεία igitur eſt animi feritas, quam caritatis Chriſtianae propoſito exemplo ſtuduit domare Heraclius, ut ex ſeqq. iambis ſit manifeſtum, & ex Theophane, qui *pag.*255. ita paucis rem declarat: *οὕτω δὲ καθοπλίσας πάντας παρήγγειλεν ἀδικίας ἀπέχεσθαι.* *Ita cum exercitum inſtruxiſſet, ut iniuſtitia abſtineret, hortatus eſt.*

208. Quos ex equeſtri militia ad pabulandum, vel ad explorandum Heraclius praemiſerat, eos tamquam venatores εἰς ἄγραν *ad praedam* immiſſos nobis repraeſentat Piſida: qua retenta allegoria Saracenos, qui ab equitibus capti ſunt, quod feri eſſent animo, voce, & cultu corporis, feras appellat.

214. Ἥμερον pro ἡμερότης. Rem breviter, ſed minus diſtincte ſic narrat Teophanes *pag.* 255. *Γενομένου δὲ ἐπὶ τὰ μέρη Ἀρμενίας, πλῆθος ἱππικὸν λάθρα ἐπιπεσεῖν τῷ βασιλεῖ διενοεῖτο. οἱ δὲ προτρέχοντες τοῦ βασιλέως τούτοις συναντήσαντες, τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν δεσμώτην ἤγαγον πρὸς τὸν Ἡράκλειον, καὶ τούτους τρεψάμενοι πολλοὺς ἀνεῖλον.* *Cum ad Armeniae fines intraſſet, praecurrens hoſtilium equitum turba Imperatorem ex improviſo adoriri meditabatur. Imperatoris autem praecurſores illis obviam facti, adverſariorum duce vinculis mancipato, & ad Heraclium ducto, necnon comitibus eius fuſis, reliquos armis deleverunt.*

218. Saraceni, vel Arabes Scenitae multis iam ante Heraclium annis innoteſcere coeperant, ſed cum circa haec tempora magis inclaruerint, hinc opinor factum, ut Hiſtorici tradiderint, eos Heraclii anno XII. primum ex Arabia in Romanorum exitium erupiſſe. Ἐξῆλθον, ait Conſtantinus Porphyrog. *de adminiſtr. Imp. part.*II. *cap.*16. *οἱ Σαρακηνοὶ μηνὶ Σεπτεμβρίῳ τρίτῃ ἰνδικτιῶνος δεκάτης εἰς τὸ δωδέκατον ἔτος Ἡρακλείου.* *Egreſſi ſunt Saraceni die tertia menſis Septembris, indictione decima, anno Heraclii duodecimo.* At Piſida ſatis perſpicue nos edocet, iamdiu e ſuis finibus egreſſos Saracenos Romanis fuiſſe detrimento. Nuper enim audivimus dicentem; *καὶ πολλάκις βλάψαντα τὴν παροικίαν.* Iuvat etiam ex eodem Piſida obſervare, perperam Saracenos, qui ex Arabia, cum Turcis, qui ex Scythia, profecti ſunt, a quibuſdam confundi. Nondum enim, cum primum Heraclius ad Ciliciae pylas venit dimicaturus cum Choſroa, Turcae cum Saracenis foedus inierant; quod ſane contigit, poſtquam idem Heraclius Turcarum ope adiutus ſecundo bello Choſroam profligavit. Tunc enim Turcae alacriores facti, & ſuis rebus fidentes, ultra pervagati in Syriam uſque pervenerunt, & Saracenis ab Heraclio divulſis, & in fidem receptis, una ſimul omnes Mahometo duce conſpirantes Aſiam, & Africam pene totam maximis calamitatibus afflixerunt. Vide *ſupr. v.*10.

220. Recte Saracenorum naturam attingit, qui populationibus intenti, & ληστρικὸν vitae genus ducentes, non ex militari diſciplina hoſtem aggredi, ſed latronum inſtar clanculum irrepere, & praeda, ſi liceret, facta ſe recipere conſueverunt. Eruditiſſimus Samuel Bochart in *Phaleg. lib.*II. *cap.*2. Saracenos a latrociniis eſſe dictos contendit, quia سرق *Saraka* Arabice eſt *latrocinari*.

222. *In Poem. de Reſurrect.* 8. 58. ita de Diabolo, Κλέψας τὸ πρῶτον μειζόνως ἀντεκλάπη.

224. De clementia Heraclii in ducem Saracenorum nihil in Theophane.

238. Innuit benignitate Heraclii factum, ut aliquis Saracenorum dux ei ſe adiungeret, quod videtur confirmare Theophanes *pag.* 257. dicens quoſdam Saracenos ad Gazacam ſub Heraclio militantes Choſroam fregiſſe.

241. Cum utrimque parati eſſent ad pugnam, Perſae Lunam, & Solem, Romani Deum adorant. Ex militari diſciplina milites, antequam dimicarent, ſacris operabantur. Vide Leonem Imper. *cap.*14. *De iis, quae die belli agenda ſunt.* Ἦχον ὀργάνων καὶ κυμβάλων, idem ac ὄργανα, & κύμβαλα. Animadvertendum hic, & alibi apud Piſidam cymbala, & tympana reiici, tamquam inſtrumenta profana. Quare cum in definienda talium inſtrumentorum forma, & diverſitate diſcrepent eruditi, ſtandum hic omnino auctoritati Suidae, qui ita ſtatuit; Κύμβαλα. Θυμελικὰ παίγνια. *Cymbala, hiſtrionum ludicra inſtrumenta.*

242. Ad ſpurciſſimam Perſarum libidinem demonſtrandam veterum teſtimonia undique collegit Briſſonius *de regno Perſ. lib.*I. *pag.* 293. Nempe illi quaſi mulierculis carere neutiquam poſſent, eas non modo ad canendum in conviviis adhibebant, verum etiam in militaribus expeditionibus deducebant. Earum autem varia erant munia, ſed omnia turpia. Celebrantur enim *μουσουργοί, αὐλητρίδες, ψάλτριαι, κιθαρίστριαι, ᾠδικαί, ὀρχηστρικαί*, *muſicae, tibicines, pſaltriae, citthariſtriae, cantatrices, & ſaltatrices*, de quibus plura in laudato Briſſonio. Ad rem illud tantum addam, quod ex Parmenionis ad Alexandrum epiſtola refert Athenaeus, inter impedimenta Darii repertas eſſe *παλλακίδας μουσουργοὺς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἴκοσι ἐννέα*, *Pellices regias, quae callerent muſicam, trecentas viginti novem.*

245. Organa muſica, quibus canebat Heraclius, erant puri mentis affectus. Videſis Pentachordi deſcriptionem in fine *Poem. de Bello Abar.*

249. Lunam, praeter Solem, coluiſſe Perſas adnotavimus *ſupr. Acroaſ.* I. *v.* 32. At hic Piſida de Luna tantum facit mentionem, ut ſibi viam ſternat

ad id,

ad id, quod de eclipſi Lunari dicturus eſt in fine huiuſce Acroaſeos, & in principio ſequentis.

253. Labarum puto intelligere, militare vexillum monogrammate ☧ diſtinctum, quod ab omnibus fere Imperatoribus poſt Conſtantinum Magnum, qui illud invexit, retentum eſt. Ille enim primus Imperatorium vexillum ad Crucis exemplar, ſibi caelitus oſtenſum, in verae Crucis formam commutavit, addito Chriſti nomine, duobus Graecis elementis expreſſo, ut eſt apud Euſebium in eius vita *lib.1. cap.25.* Quod ſignum cum deformaſſet impius Iulianus, & abrogaſſet; teſte Sozomeno *lib.V. cap.16.*, ſtatim reſtituerunt Gratianus, & Valentinianus, ut auctor eſt S. Ambroſius *lib.II. de Fide ſub fin.*, eoque deinde ſunt uſi plures alii Imperatores, quibus certe accenſendus Heraclius. Vide *Du-Cang. de inf. aevi numiſm. cap.20.*

256. In Ms. erat δαὶ. Heraclius e Cilicia profectus, ac Tauri iugis ſuperatis, in Ponticam provinciam intravit, ut poſtea ex Armenia in Perſidem, ſi ita res poſtularet, irrumperet: quod quidem in ſecunda expeditione ei feliciter evenit. Primum enim bellum, de quo hic ſermo eſt, prope Ponticae regionis terminos, nec procul a Tauri montibus actum eſt.

260. Huius ſtrategematis ſimilia exempla videſis in Frontino *lib.I. cap.2.*, *& lib.III. cap.11.*

262. Lege αἰνετῆς, quod metri ratio poſtulat. πλαστουργία eſt *fictio*, qua utitur ſolerter Dux tam ubi cavendus, quam ubi opprimendus hoſtis eſt, ut ait Frontinus *in praef. Strateg.*

264. Ita forſan ſuum iter conficiebat Heraclius, ut figuram, quae τάξις πεπλεγμένη *implexa phalanx* ab Aeliano *cap.48.* vocatur, exprimeret. Cum enim ea eſſet huiuſmodi, ut ſpiralem lineam referret, atque ita ſaepe frontem oſtenderet, facile imperitos Perſas potuit decipere, qui ita procedentem exercitum putarent conſiſtere. Ac mox quidem Poeta ait ex obliquo, & tranſverſo itinere Heraclii hoſtem fuiſſe deceptum.

271. Leonis Imp. illud eſt monitum *cap.IX. 10.* προπορευόντος τοῦ στρατοῦ ἡγείσθω ὁ τῇ ἐνδοξότητι *prodeunte exercitu anteat primus Imperator*. Iuxta quod praeceptum Piſida praeeuntem inducit Heraclium, qui cum repente agmen converti iuſſiſſet, e primo factus eſt noviſſimus. Sed poſſis etiam pro *noviſſimus* reddere *ſecundus*, quaſi Piſida Heraclium hic compararet aurigae, qui in curſus contentione a poſteriore ſuperari, & relinqui ex induſtria voluerit. Vide infra *v.285.*

275. Πλαστουργίαν *fictionem*, & ὑπόκρισιν *ſimulationem*, qua Heraclius uſus eſt, σοφὸν *ſapientem* vocat, ut ſupra *v.267.* αἰνετὸν *laudabilem*, ut nominis invidiam ab Heraclio ſubmoveat. Neque enim fictio, neque ſimulatio digna res eſt viro integro, & forti. Sed Piſida has voces adhibuit, eo quia non ſuppeterent aliae, quae & Imperatoris ſolers in bello conſilium oſtenderent, & metri legibus etiam accomodarentur. Siquidem Graecis, quorum tanta fuit in dicendo copia, uno tantum vocabulo στρατηγήματα, quae ſolerter a duce gererentur, dixerunt; cuius vim vocis cum vellet Frontinus *Praef. Strateg.* explicare, στρατηγήματα eſſe dixit, *quae in arte, ſolertiaque poſita ſunt Imperatoris*.

278. Sequentes comparationes a ſpectaculis Circenſibus depromptae ſunt. Venatorum, quibus cum urſis, leonibus, pantheris, aliiſque feris beſtiis res erat, unde beſtiarii dicti ſunt, mira fuit dexteritas pedum, totiuſque corporis, ut praeſens mortis periculum evaderent. Cuius crudeliſſimae venationis, & ſanguinariae voluptatis triſtem admodum deſcriptionem nobis reliquit Caſſiodorus *Variarum lib.V. epiſt.42.* Vide etiam Panvinium *de Ludis Circenſ. lib.II. cap.3.*

280. Heraclii dexteritas cum aurigae dexteritate comparatur. Summa enim erat Aurigarum ars, & induſtria in equis, & curribus flectendis ad metas, ne poſterior priorem anteverteret. Si enim nimis quis metam evitaviſſet, qui tum ſequebatur auriga, inter metam, & priorem, breviori ſpatio delatus, ex ſecundo primus efficiebatur, quod *eripere* Latini dixerunt: Vide Panvinium *lib.I. cap.14.*

281. Λοξὰς ſubintelligi τρίβους coniicio ex ſuperiori verſu 268.

284. Παραβάτην duplici ſenſu vocat Perſam, tum quia locum aptiorem ad pugnam praeoccupaverat, cum etiam quia a religione Chriſtiana defecerat. Παραβάτης enim eſt tam is, qui currum moderans alios praevertit, quam qui legem violavit. Eccleſiaſtici Scriptores paſſim Iulianum Imp. ἀποστασίας ſcelere famoſum παραβάτην, & τὸν ἐν ἀθέοις appellant. Ac Piſida iterum ſic vocat Choſroam in *Heracliados Acroaſ.I. v.206.* Ceterum hi duo iambi ita citantur in Suida:

> Τὸν παραβάτην συμβαλὼν πλασμῷ ξένῳ
> Πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάτην.

Vertuntur autem ſic: *Parabaten cum ficto hoſpite committens, ante pugnam in adverſarium immiſiſti.* Equidem nec lectionem, nec verſionem recipiendam cenſeo. Primus enim verſus, ut hic effertur, ſuo caret numero; interpretatio autem adpoſita vocibus πλασμῷ ξένῳ a germano ſenſu, ni fallor, abhorret: nam nec πλασμὸς adiectivum, nec ξένος ſubſtantivum nomen eſt, ſed contra. Aemilius Portus difficultatem ſenſiſſe videtur, ut enim Kuſterus *ibid.* adnotat, maluiſſet legere πλαστῷ ξένῳ. Verum ut ego coniicio, πλασμὸς idem eſt ac πλατυσμὸς *planicies*, in quam coniecti ſunt Perſae ab Heraclio, qui a tergo circumiens edita loca occupaverat. Hanc autem planiciem ξένην *peregrinam*, *extraneam* vocat recte Piſida, quia procurrentes Perſae in loca devenerant inimica. Verum Suidas in altero verſu habet ἀντιστάτην *adverſarium*, qui videri poſſit ille *fictus hoſpes*, quem nos excludimus. Certe Codex non ἀντιστάτην, ſed ἀντιστάδην habet, cuius quidem vocis, quamvis nulla ſuppetant exempla, ſenſus tamen, ut mihi videtur, elucet.

Ait

Ait enim Poeta Heraclium coëgiſſe Perſas in adverſam partem ſecedere. Itaque εἰς ἀντιςάδην idem eſt ac εἰς ἀντικρὺ, εἰς καταναντίον.

288. Theophanes *pag.* 285. τοῦτο μαθόντες οἱ βάρβαροι εἰς ῥαθυμίαν ἦλθον τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς τούτου ἐφόδου, *nuncio accepto, expeditione adeo inexſpectata perterriti ſunt barbari.*

291. Καίριον, res eſt maximi momenti, & fatalis. Homerus *Iliad.* VIII. 84. μάλιςα δὲ καίριόν ἐςι, *maxime lethale vulnus eſt.*

301. Vide *Acroaſ.* I. *v.* 32., & *Acroaſ.* II. *v.* 254.

303. De Xerxis expeditione contra Graecos videndus Herodotus *lib.* VII., & Diodorus Siculus *Bibl. lib.* XI. Piſida hanc digreſſionem inſtituit opportune, ut ex Regis Perſarum inſania Heraclii Imp. in re militari peritia, & prudentia clarius eluceſcat.

305. Diod. *lib.* XI. 2. Τὴν δὲ ςρατιὰν διελόμενος, ἐξαπέςειλε τοὺς ἱκανοὺς ζεῦξαι μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξαι δὲ τὸν Ἄθω κατὰ τὸν αὐχένα τῆς Χερρονήσου· ἅμα ταῖς δυνάμεσιν ἀσφαλῆ καὶ σύντομον τὴν διέξοδον ποιούμενος, ἅμα δὲ τῷ μεγέθει τῶν ἔργων ἐλπίζων προκαταπλήξασθαι τοὺς Ἕλληνας. *Partito exercitu, partem quae ad iungendum Helleſpontum ponte: partem quae ad perfodiendum Athon montem in Cherſoneſi iſthmo ſufficeret, emiſit; tum, ut tutum exercitibus, & quam breviſſimum pararet tranſitum: tum ut operum magnitudine, prout ſperabat, Graecos perterrefaceret.* Herodotus *pag.* 391. diligentiſſime narrat, ut fuerit mons Athos perfoſſus, & *pag.* 394. ut Helleſponto fuerit pons ſuperexſtructus.

306. Non immerito ſtultus Xerxes dicitur, qui praeter ea, quae ab eo inſipienter geſta fuiſſe obſervat Piſida, innumerabiles copias, quas undique collectas ſecum adduxerat, ſibi impedimento futuras non praeviderat.

309. Quamvis Xerxes in animo haberet de tota Graecia triumphare, nihil tamen ardentius exoptabat, quam Spartanos opprimere, quos ceteris eſſe fortiores intellexerat. Demaratum enim, qui Spartanorum Rex fuerat, tunc exſulem apud ſe deriſerat, quod interrogatus, an Graeci tantis belli viribus reſiſterent, libere reſpondit: Λακεδαιμόνιοι μοῦνοι οὐκ ἔςι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους, δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι, *fieri non poteſt, ut Lacedaemonii ſoli tuas voces admittant, afferentes Graeciae ſervitutem.* Herod. *lib.* VII. *pag.* 412.

310. Iſocratis ſententiam in *Panegyr.* videtur paucis expreſſiſſe Piſida. Eius verba haec ſunt: Ὃς εἰς τοῦτον ἦλθεν ὑπερηφανίας, ὥστε μικρὸν μὲν ἡγησάμενος ἔργον εἶναι τὴν Ἑλλάδα χειρώσασθαι, βουληθεὶς δὲ τοιοῦτον μνημεῖον καταλιπεῖν, ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐςιν. *Nam tanta ſuperbia elatus Xerxes, ut rem parvam exiſtimaret ſubigere Graeciam, & id ſui monumentum relinquere cupiens, quod humanam naturam excederet.*

311. Hunc verſum ſic legimus in Suida *v.* τέλμα:

Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους.

Fluvios in terram convertit, & lapides in paludes.

Quae eſt verſio Porti, ſive Kuſteri. Nobis certe placet potius iuxta Codicem legere ῥευματοῖ, quam τελματοῖ cum Suida. Cum enim Piſida alludat ad foſſam, quam fieri iuſſit Xerxes, ut mons Athos a continente abſcinderetur, ipſum non τελματοῦν τοὺς λίθους *in coenum, aut in paludem ſaxa convertiſſe*, ſed ῥευματοῦν *fluidam reddidiſſe terram* opinor dicendum eſt. Ita enim melius ἐναντιώσεων contrariorum vis, & ipſa rei veritas exprimitur. Tanta enim fuit foſſae latitudo, & vaſtitas, ut Herodoto teſte binae triremes e latere ſibi iunctae permeare, & remis impelli potuerint. Ariſtoteles *Poet. lib.* III. 11. diſſerens de formis, quibus orationis conficitur numerus, ac per ἀντίθετα illum maxime conſtitui decernens, inter ἐναντιώσεων exempla, quae profert, Iſocrateum illud *loco ſup. cit.* laudat: οὐ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἐξεῦρε, καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ ςρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. *Non prius deſtitit, quam id excogitaſſet, quod omnibus in ore eſt, ut cum exercitu continentem navigarit, pedibus mare ambularit; tum Helleſponto iuncto, tum Atho monte perfoſſo.* Elegantem Iſocratis λέξιν etiam Cicero eſt imitatus dicens *de finibus lib.* II. *Ut ſi Xerxes, cum tantis copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, maria ambulaviſſet, terramque navigaſſet &c.* Sed revertor ad Suidam, vel potius ad interpretem, quem ſane nollem τὰ ῥεῖθρα vertiſſe *fluvios*; patet enim Piſidam non fluvios, ſed ῥεύματα maris fluctus hic indicare.

313. Huius ἀντιθέσεως vim ſatis non aſſequor; quantum enim ἔκπληξις, & ἐκπληξία inter ſe differant, non video, cum nulla alibi huius vocis ἐκπληξία exſtent exempla. Verum ſi ſtatuamus ἐκπληξίαν idem eſſe ac ἐμπληξίαν, quam dicunt eſſe *obſtupeſcentiam*, morbum ſcilicet, quo quis repente perculſus nec videt, nec audit; ſenſus erit Lacedaemones, & Graecos immani bellico apparatu Xerxis non fuiſſe territos, ſed obſtupefactos.

315. Ἀντορθετεῖν ex ἀντὶ *contra*, ὅρος *terminus*, & τίθημι *pono*, eſt *fines*, vel *terminos* rerum ſtabilitos *invertere*: ſic ὁροθεσία eſt *terminorum deſignatio*, ἀντορθεσία eſſet *terminorum deſtructio*. Vide *ſupr. v.* 316. teſtimonium Iſocratis, ad quod videtur Piſida intendiſſe.

317. De aqua, quam Perſae, ut Deum colebant, videſis *Acroaſ.* I. *v.* 32. Ὕδωρ πάτριον recte vocat Piſida: nam Perſae Solem, & Lunam, ignem, & aquam, ut θεοὺς πατρῴους habebant, & invocabant. Ita Darius apud Curtium *lib.* IV. 10. *Dii patrii primum mihi ſtabilite regnum: deinde, ſi de me iam tranſactum eſt, precor, nequis Aſiae rex ſit, quam iſte, tam iuſtus hoſtis, tam miſericors victor.*

318. Cum pontem in traiectu Helleſponti primum conſtructum tempeſtas diſſolviſſet, δεινὰ ποιεύμενος Ξέρξης, ut ait Herodotus *pag.* 396. τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάςιγι πληγὰς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. *Indigne*

ferens

ferens Xerxes iuſſit trecenta Helleſponto verbera flagello inſligi, & in pelagus par compedum demitti.

320. Ταῦτα, ſupple εἰς, vel μετὰ, cum enim Xerxes verberibus mare multaſſet, iuſſit Architectis, ut iterum iungeretur Helleſpontus. Itaque illi ſtatim pontem validis armamentis intextum ſuperſtruxerunt: ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν· κατανάξαντες δὲ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα, καὶ οἱ ἵπποι. *Quod poſteaquam fecere, materiem intulerunt, concinneque compoſuerunt; deinde terram importarunt: qua complanata ſepem hinc atque hinc, ne maris aſpectu terrerentur iumenta, & equi, praetenderunt.* Haec Herodotus *pag.* 395., ex quibus patet, cur Piſida a terreſtri tramite aquam ſectam fuiſſe dicat.

323. Vide *ſupra v.* 310.

325. Expeditionis Perſicae exitum infelicem deſignat: ut enim breviter narrat Diodorus *lib.* XI. 36. Ξέρξης πυθόμενος τήν τε περὶ τὰς Πλαταιὰς ἧτταν, καὶ τὴν ἐν τῇ Μυκάλῃ τροπὴν τῶν ἰδίων .... τεθορυβημένος προῆγεν ἐπ' Ἐκβατάνων ποιούμενος τὴν πορείαν. *Xerxes cum tum ſtrage ad Plataeas, cum fuga ad Mycalem ſuorum cognita, ... trepidus, & perplexus citatum Ecbatana verſus iter intendit.* Sed illud non eſt hic praetereundum, quod Xerxes cum ex Attica per Boeotiam, Theſſaliam, Macedoniam, & Thraciam, eadem ſcilicet, qua venerat via, ad Helleſpontum properaſſet, naves conſcendere, & Abydum traiicere coactus eſt: τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρεν ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. *Non enim intentas adhuc rates invenit, ſed tempeſtate diſſolutas.* Herodotus *pag.*497.

338. Heraclius, ut ex Piſida colligimus, cum a loco dimoviſſet barbaros, aditum ſibi certe fecerat, ut ſi vellet, poſſet intrare, ſed, ut videtur, eo anno non intravit. Vide *ſupra v.*261.

345. Theophanes *pag.* 255. Φοβηθεὶς δὲ μὴ διὰ τῆς Ἀρμενίας εἰς τὴν Περσίδα ὁ βασιλεὺς εἰσβαλὼν ταύτην ταράξῃ, οὐκ εἶχε τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν βεβηκότα, ὅ,τι δράσει. *Ne vero Perſide penetrata ex Armeniae partibus Imperator damnum inferret, veritus, de quovis opere aggrediendo nullum certum conſilium inire poterat.* Unde confirmatur, Heraclium nondum in Perſidem irrupiſſe, ſed timorem tantum iniectum fuiſſe barbaris, ne ſi ſe inde moverent, & in Ciliciam excurrerent, Imperator contra ſtatim per Armeniam, qua patebat aditus, in Perſidem penetraret.

350. Similitudo, ut opinor, deſumpta ex machina militari, quae *Onager* dicebatur. Onagrum deſcribit Ammianus Marcellinus *lib.* XXIII. *cap.* 4. quem a Scorpione nihil differre ſtatuit. At Flavius Vegetius *lib.*IV. *cap.* 22. Onagrum a Scorpione diſtinguit, deque eius vi haec habet: *Onager dirigit lapides, ſed pro nervorum craſſitudine, & magnitudine ſaxorum pondera iaculatur: nam quanto amplior fuerit, tanto maiora ſaxa fulminis more contorquet.* Ἄστατος vertimus *titubanter poſitas* ex laudato Marcellino *lib.* XXIV. *cap.* 4., ubi iterum de Onagro ſermonem inſtituit. At ſi quis non ad Onagrum, aut Scorpionem, ſed ad ſaxa, quae ex edito loco demittebantur, malit Noſtrum reſpexiſſe, per me ſane licebit. Memini enim eumdem Vegetium *lib.* IV. *cap.* 8. dicere: *Maxima ſaxa pondere, formaque volubili in propugnaculis digeruntur, ut dimiſſa per praeceps, non ſolum obruant ſubeuntes, ſed etiam machinamenta confringant.*

357. Perſae tandem ſequi Heraclium coguntur. Theophanes *loc. cit.* ὅμως ἠναγκάσθη ἀκολουθεῖν ὀπίσω τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ. *Attamen Romanum exercitum a tergo ſubſequi tandem coactus eſt.* Piſida videtur Xenophontem legiſſe: ita enim hic ait Ἀναβάσ. *lib.* III. *pag.* 157. οὐκ ἂν ἔτι θαυμάζοιμι, εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες, τοὺς μὲν παριόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, τοὺς δὲ διώκοντας φεύγουσι, εἰ καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ἀπιοῦσιν ἐπακολουθοῖεν. *Nihil mirer, ſi hoſtes, quemadmodum timidi canes, & inſectantur praetereuntes, & mordent, ſi poſſint, perſequentes vero fugiunt, ſic etiam iſti nos diſcedentes a tergo ſequantur.*

364. Κλοπὴν *furtum*, *fraudem* Perſarum conatus appellat, quod illi noctu Romanos aggredi cogitarent. Leo Imp. 14. 7. *pag.* 181. hoſtium machinationes odioſa appellatione σοφίσματα nuncupat, ut puto ex Herodoto, qui ſaepe inimicorum σοφίσματα καὶ μηχανὰς memorat. At ſi audiendus eſt eruditiſſimus Briſſonius *lib.* III. in Perſarum animos plane non cadebat illud Virgilianum: *Dolus, an virtus quis in hoſte requirat?* Aperto enim Marte, ait, hoſtem opprimendum putabant, ac turpe prorſus arbitrabantur eſſe victoriam furari. Conſuetudini autem, & patriis Parthorum inſtitutis alienum fuiſſe *noctu dimicare* οὐ πάτριον νυκτομαχεῖν tradit Plutarchus *in Craſſo*. Quare veterem illam Perſarum militarem diſciplinam tempore Heraclii prorſus fuiſſe immutatam dicendum eſt.

366. Theophanes *ibid.* Κλέψαι μεριμνῶν τὸν πόλεμον, καὶ διὰ νυκτὸς ἀφεγγοῦς τούτοις προσβαλεῖν. *Hoſtem dolo circumvenire, eumque per noctem obſcuram adoriri meditatus eſt.*

368. Idem *ibid.* Piſidae lucem affundens. Πανσελήνου δὲ οὔσης τῆς νυκτὸς, ἀπεκρούσθη τοῦ σκέμματος, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ σεβασμίαν αὐτοῦ ἐδυσφήμει σελήνην· ἡ δὲ σελήνη ὑπέστη κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα ἔκλειψιν τοῦ συμβεβηκότος. *Sed cum pleno lumine Luna irradiaret, commento fruſtratus eſt; contigit enim illa nocte, ut Luna defectum pateretur.*

371. A Solis, Lunaeque defectu, quoties id fieri contigit inter ſe pugnantibus populis, ſumpta fuiſſe hinc inde a ducibus auguria luculenter confirmant veteres hiſtoriae, ex quibus exempla adducere noſtrum non eſſe putamus. Hoc tamen ad rem dicemus, quod Herodotus *lib.*VII. *pag.*395. refert: cum, Xerxe a Sardibus caſtra movente, Sol defeciſſet, εἴρετο τοὺς μάγους, τὸ θέλει προφαίνειν τὸ

φάσμα· αἱ δὲ ἔφασαν, ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ Θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων· λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων. *Quaeſivit a magis, quid hoc oſtentum vellet portendere: illi reſponderunt, Deum praeſignificare Graecis civitatum defectum; quod dicerent Solem Graecorum, Lunam ipſorum eſſe praeſidem*. Hiſce prorſus ſimilia narrat Q. Curtius *lib.IV. cap.*10. cum enim Alexander ad Granicum viciſſet Darium, Luna defecit. Rex Aegyptios vates ea de re quid ſentirent, expromere iubet: at illi affirmare, *Solem Graecorum, Lunam eſſe Perſarum: quoties illa deficiat, ruinam, ſtragemque illis gentibus portendi; veteraque exempla percenſent Perſidis Regum, quos adverſis Diis pugnaſſe, Lunae oſtendiſſet defectio*. Cum igitur tanta eſſet hac in re Perſarum religio, & confirmata ſententia, nil mirum eos ab incoepto deſtitiſſe perterritos, & fraudem intentatam abrupiſſe, ne adverſis Diis viderentur velle dimicare. Atque hinc etiam patet, cur Piſida dicat, Perſas habuiſſe Lunam ὡς ἐναντίαν, *ut contrariam*, ut *non ſuam*; cum tamen ipſam ſtare pro Perſis omnium eſſet pervulgata opinio.

374. Deprecabantur Perſae, ne Luna ad augmentum accederet; quo enim maior, & longior fuiſſet defectio, graviora ſibi mala impendere verebantur.

ADNOTATIONES IN TERTIAM ACROASIM.

Verſ. 7. ITA ſupra *Acroaſ.* II. *v.*255. Solem vocavit Heraclium. Vide infra *v.* 99.

9. Aperte, ut mihi videtur, Perſarum ſtultitiam reprehendit, qui magorum vaticinationibus, & oraculorum reſponſis fidentes Lunam pro ipſis ſtare putabant, ut nuper obſervavimus in *v.* 376. *ſuperioris Acroaſ.* Chriſtianos autem non ridicula vatum, & Phoebadum deliria pro certis, indubitatiſque habere oſtendit; ſed veritate niti Scripturarum, cuius tanta vis eſt, & lux, ut omnes affuſae mentibus tenebrae diſcutiantur. Ceterum ludit, ut aſſolet Poeta, & nimio antitheſeon ſtudio ſaepe profana nomina ad res ſacras transfert. Sic nunc Apollini Pythio, vel Delphico Phoebum εὐσεβῆ *religioſum* opponit, videlicet Heraclium, de quo ita loquitur, ut nihil maius Deo poſſet convenire.

11. Apollo Pythius λοξίας a λοξὸς *obliquus*, quod ambigua, & incerta daret reſponſa: qualia ſunt illa decantata, quae reddita ſunt Croeſo, Pyrrho, aliiſque Pythiam conſulentibus. Recte enim, quod de Sibylla Cumaea Virgilius Aen.VI. 99. de Pythia quis dixerit:

Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera involvens.

Ὅρους *definitiones*, Apollinis reſponſa vocat Noſter; eo quod pro veriſſimis haberentur, ſi recte a petentibus intelligerentur. Ut enim eſt in Euripidis Oreſte *v.* 329.

Τρίποδας ἀπόφατιν, ἂν ὁ Φοῖβος
Ἔλακεν, ἔλακε.
Oraculum ex tripode, quod Phoebus
Dixit, dixit.

22. Brevitatis gratia ſic vertimus, aliquanto latius verſiculi vim exprimentes. Non enim licebat antitheſeων feſtivitatem paucis verbis concludere. Sed vera ſignificatio haec eſt: *Tanta erat barbari ſocordia, ut quoties quid aggredi auderet, trepidaret, & quoties in te procurreret, fugam caperet.*

23. Theophanes *pag.* 255. Τὰ ὄρη κατέλαβεν, ὡς δορκάδες, *dorcadum more montes occupavit.*

32. Idem *ibid.* Ὁρῶν τὴν καλλίστιχον καὶ εὐθεῖαν στρατηγίαν ἀφ' ὕψους τῶν Ῥωμαίων. *Praeclarum, & ad militaris diſciplinae praecepta compoſitum ordinem ſublimis deſpiciebat.*

36. Cum ſenſus, tum metri ratio poſtulat, ut legatur ἔμεινε· Συλλιθούμενος autem vertimus *ſcopulo ſimilis*, quamvis Piſida quid maius ea voce ſignificavit, oſtendens Perſas, qui trepidantes ad rupes confugerant, ſaxis, & petris non modo ſimiles, ſed omnino συλλιθουμένους *petrefactos*.

37. Duo ſequentes iambi citantur a Suida in *voce* χρῶμα, nec ulla occurrit lectionis varietas, niſi quod ibi pro πάντως legitur πάντες. Sed auctoritatem Codicis ſequendam eſſe ſuadet ſenſus. Interpres Suidae ita vertit: *Non ſunt haec falſo illita fuco: omnia enim veritatis verba ſimplicia ſunt.* Piſida illud Euripidis *v.* 472. videtur imitatus:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων·
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὑτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν·
Oratio veritatis ſimplex eſt,
Et non variis egent, quae iuſta ſunt, interpretationibus;
Habent enim in ſe vim, & utilitatem: iniuſta autem oratio,
Aegra cum ſit per ſe, medicamentis eget Sophiſticis.

39. *Luc.* 19. 40. Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσι, οἱ λίθοι κεκράξονται. *Si tacuerunt hi*, mei diſcipuli, *lapides clamabunt.*

46. Senſus opinor hic eſt. Perſae terrore perculſi per montium iuga ita immobiles erant, ut non verus armatorum exercitus eſſe viderentur, ſed potius expoſita quaedam pictoris tabula armatos repraeſentans.

48. Confer geminas orationes *de fortuna, vel virt. Alexandri*, in quarum prima Plutarchus acriter contendit Alexandrum non comite, vel duce fortuna, ſed εὐβουλίᾳ, καὶ καρτερίᾳ, καὶ ἀνδρίᾳ, καὶ σωφροσύνῃ παραπεμπόμενον. *Conſilio, tolerantia, fortitudine, ac temperantia ſtipantibus* ad tantum imperium perveniſſe. Ingenioſe quidem Plutarchus id ſtudet confirmare. Nihilo tamen minus Alexandri geſta ſerio penſitanti non videbitur denegandum id,

id, quod innuit Piſida; fortunatum magis quam ſapientem Ducem Alexandrum exſtitiſſe.

52. Vera fortitudo non eſt impetus inconſultus, non praeceps audacia, non caeca temeritas, non inſana quaedam ferocia, ſed firmi animi vis prudentiâ, & conſilio temperata: ut enim Horatius monet *Od.* 4. *lib.* III. *v.* 65.

Vis conſilii expers mole ruit ſua:
Vim temperatam Dii quoque provehunt
In maius.

61. Iambus bis citatus a Suida in *v.* ξένας tamquam Piſidae, & in *v.* ὕλη tamquam incerti auctoris. Interpres primum vertit *ſilvas ſuppeditans & tantas, & admirandas*: & poſtea *tot & tam peregrinas materias ſuppeditans*. Ὕλη vox eſt πολύσημος, qua quavis materies denotatur. Equidem putabam ὕλας reddere per *dapes, convivia*: quaſi Piſida regium coenae apparatum indicaret. Nec deerant ſane auctoritates, quibuſcum meam verſionem probatam facerem legentibus, ut ex ſolo Stephani theſauro intelligi licet. Verum a Suida diſcedendum mihi non eſſe cenſui, qui aperte teſtatur Piſidam vocem ὕλη hic uſurpaſſe pro *praetextu, ſpecioſa cauſſa, ſimulatione*. Quamobrem ſi ita placet, τὰς ὕλας idem eſſe ac ἀφορμὰς, ut in ſuperiori iambo 55. non erit dubitandum, quamvis fatear etiam alias interpretationes mihi non diſplicere.

63. Theophanes *loc. cit.* Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν τούτου δειλίαν, θαῤῥῶν ἐν τόποις ηὐλίζετο, ἀναπαύσεως πλήσας, ἐρεθίζων τοῦτον πρὸς πόλεμον. *Imperator, animi eius vilitate cognita, loca illa ſecurior, & confidentior tenebat, & bene refecto exercitu ad certamen exercitum provocabat.*

74. Lacunam habet Codex. At in margine eſt φεγγμὸς, qua voce lacuna plane expletur, ſed genuinus inde ſenſus plane non elicitur. Occurrebat ſtatim legere ἄχθος ἀνεκτίζετο.

78. Σκηνώματα Barbarorum *tabernacula* opinor vocat κατ' ἀντίθεσιν *cacumina montium*, inter quos ſe abdiderant Perſae, eaque ἐξέχοντα *eminentia, exſtantia* appellat, ut Heraclii tabernaculis opponat, quae in planicie erant conſtituta. Dicit autem ea concidiſſe, quia Romani tandem coegerunt Perſas, ut ad pugnam deſcenderent.

80. Theophanes *ibid.* Κατερχόμενοι δὲ λάθρα τοῦ ὄρους πολλάκις συμπλοκὰς μερικὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐν πᾶσι οἱ Ῥωμαῖοι ἰσχυρότεροι, καὶ θάρσος ἐπὶ πλεῖον ὁ στρατὸς ἐλάμβανεν, ὁρῶντες τὸν βασιλέα πάντη προπηδῶντα, καὶ εὐτόλμως πολεμοῦντα. *Perſae vero clam ex monte deſcendentes levia ſaepius iniere praelia, in quibus omnibus ſemper ſuperiores evaſere Romani; & robore, animiſque exercitus eorum in dies augebatur, quod Imperatorem in primam aciem proſilientem, ac fortiter dimicantem ubique viderent.*

83. Praeclarum magni ducis exemplum propoſitum in Heraclio, qui primus ſe obiicit periculis, & hoſtes aggreditur. Eleganter Claudianus de IV. *Conſ. Honorii* Theodoſium patrem inducit loquentem de officiis Principis, atque ita ſua monita ad filium concludentem, *v.* 348.

Nunc eques in medias equitum te confere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti: tum promptius ibunt
Te ſocio: tum conſpicuus, gratuſque feretur
Sub te teſte labor.

89. Onoſander *cap.* 42. Ἰδὼν τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα, καὶ ὅτι δεῖ σπεύδειν ἔμαθεν, καὶ μὴ ποιεῖν ᾐδέσθη, καὶ ἀπειθῶν ἐφοβήθη· καὶ οὐχ ὅτι ὡς δοῦλον· ἐπιταττόμενον διετέθη τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἐξ ἴσου παρακαλούμενον συνεξάπτη. *Conſpiciens aliquis ducem ſuum in re attrectanda omnium principem, feſtinandum eſſe animadvertit, ceſſare erubeſcit, imperatiſque non parere erubeſcit: nec iam ut ſervus, aut imperio ſubditus, ſed commilitonis inſtar, ad opus quoque provocatus accedit.*

99. Solem ſaepe appellat Heraclium, tum ob eius animi praeclaras virtutes, tum ob inſignem corporis ſpeciem, quam ita deſcribit Cedrenus *pag.* 407. Ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσῆλιξ, εὐσθενὴς, εὔστερνος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλευκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιὰν, ἔχων τὸν πώγωνα πλατὺν, καὶ πρὸς μῆκος ἐκκρεμῆ. *Fuit Heraclius ſtatura mediocri, robuſtus, firmo pectore, oculis elegantibus, ac nonnihil caeſiis, fulvo crine, albus, barba lata, atque prolixa.* Vide *infra v.* 432., & *ſupr. v.* 7.

116. Vide *Acroaſ.* II. *v.* 90. 97., & *ibid. v.* 203.

118. Ex hoc iambo, & ſequentibus 121. 122. duos tantum confeciſſe videtur Cedrenus, qui *pag.* 420. ait Heraclium, cum iam eſſet in Perſidem iturus, μέλανα ὑποδήματα περιβαλλόμενον, *nigros ferentem calceos*, atque humi pronum, in magno templo opem ſibi a Deo imploraſſe, ὃν ἰδὼν, ſubdit, Γεώργιος ὁ Πισίδης μετὰ τοιαύτης ταπεινώσεως ἔφη· ὦ βασιλεῦ,

Μελαμβαφὲς πέδιλον ἀλλάξας πόδα
Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων·

Quem ita animo demiſſo orantem videns Georgius Piſidas, ita allocutus eſt:

Nigrum Imperator indute calceum
Rubefacies tinctum cruore Perſico.

Sed plura de hoc teſtimonio Cedreni diximus in Praefatione. Μελαμπέδιλον, *nigra calceamenta* ad bellum, ut videtur, tulit Heraclius, ut ſui ſtatus humilitatem etiam ornatu corporis viliſſimo teſtatam faceret, & color ipſe rebus triſtibus eſſet conveniens: quod quidem Piſida ſatis explanat in duobus ſequentibus verſiculis. Ceterum Imperatores in more habebant purpurea πέδιλα geſtare, quae cothurnum referebant: eaque paſſim a Scriptoribus *calcei, ſandalia, ocreae, & crepidae* vocantur. Recte ea deſcripſit Procopius *de aedif. Iuſtiniani lib.* III. *pag.* 53. ὑποδήματα μέχρι ἐς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὲ βασιλεῖ μόνον Ῥωμαίων τε, καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. *Calceamenta ad genu aſcendentia purpurei coloris, quae ſolis Romanis, Perſarumque Imperatoribus geſtare licet.* Vide Codinum *de Offic. CP. pag.* 62., & Goar *in not. pag.* 70., & Gretſerum *ibid. pag.* 269.

121. Ποιῶν ἐρυθρόν, quae nuper diximus confirmat: ait enim Heraclium Perſico ſanguine velle ſuos calceos inficere, ut rubei fiant, qui erat color Imperatoribus uſitatus. Ita ſane Gregoras *lib.* III., & Georgius Acropolita in Chronico haec Impp. calceamenta ἐρυθρὰ appellant.

131. En clarius teſtimonium Piſidae aſſerentis ſe in primo bello Perſico adſtitiſſe Heraclio.

24. Χόρειν ita Codex: & non dubito reponendum χαρεῖν.

136. Δάκρυα ἄλυπα, *lacrimae citra animi moleſtiam*, & ex ſola commiſeratione obortae.

141. Ariſtoteles *Rhet. lib.*I. *cap.*37. Τὸ εἰθισμένον, ὥσπερ πεφυκὸς γίνεται· ὅμοιον γὰρ τὸ ἔθος τῇ φύσει· ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τῷ αἰεὶ ἐστι. *Quod conſuetudine eſt comparatum, id tamquam naturale efficitur: naturae enim ſimilis conſuetudo eſt; nam quod ſaepe fit, & quod fit ſemper, ea inter ſe duo ſunt vicina.*

144. Theophanes *pag.* 255. Πέρσης δέ τις πρὸ ὀλίγου χρόνου πρόσφυξ γενόμενος ἐν τῷ στρατῷ τοῦ βασιλέως ἐγένετο. *Porro quidam Perſicae militiae deſertor ad Imperatoris partes Perſa transfierat.*

147. Cur in perfidia fidum transfugam Perſam dicat, intelligitur ex *verſu* 173., *& ſeqq.*

154. Perſa, qui ad Romanos defecerat, ſperans ſuos, poſt tantam ſocordiam, & ignaviam, iam fortiter contra Romanos dimicaturos, in ſua caſtra refugit ῥίψασπις *clypeo abiecto*: quod erat turpiſſimum. Hinc recte Suidas ait ῥίψασπις eſt ὁ δειλὸς *vilis*, & *ignavus*: qualis fuit Cleonymus, qui quod in pugna clypeum abieciſſet, proverbio dedit occaſionem, ut quilibet vilis Κλεωνύμου δειλότερος diceretur. Vide Suidam in *v.* Κλεώνυμος.

156. Senſus eſt. Recogitans, quanta fuiſſet Romanorum vilitas, & ſocordia, ſperavit victuros Perſas.

157. Theophanes *ibid.* Οὗτος ἀποδρὰς πρὸς τοὺς Πέρσας ἀπῆλθεν ἐλπίζων αὐτοὺς τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν ὀλέσαι. *Is ad ſuos refuga Romanas acies ab eis diſſipandas, ac perdendas ſperabat.*

165. Idem *pag.*256. Ἰδὼν δὲ αὐτῶν τὴν δειλίαν μετὰ δεκάτην ἡμέραν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπῆλθεν. *At ubi viles eorum animos, & metum expertus eſt, poſt diem decimum ad Imperatorem reverſus eſt.* Ad vocem δεκάτην ſupple ex Piſida καὶ τετάρτην. Vide *ſupra v.* 150.

173. Idem *ibid.* Καὶ πᾶσαν ἀκριβῶς τὴν τῶν βαρβάρων ἐξεῖπεν ἀτολμίαν. *Afflictum, & meticuloſum barbarorum ſtatum omnem enucleatius expoſuit.*

180. Euripides in Helena *verſ.*520.

Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.
Non eſt enim meus ſermo, ſed dictum ſapientum:
Gravi nihil neceſſitate fortius.

Curtius *lib.*V. *cap.*5. *Ignaviam neceſſitas acuit, & ſaepe deſperatio ſpei cauſſa eſt.*

184. Theophanes *ibid.* Ὁ δὲ σοβαρὸς μηκέτι ὑποφέρων τὴν ἐν τῷ ὄρει διατριβὴν, ἠναγκάσθη πρὸς πόλεμον ὁρμῆσαι. *Ceterum inſolens ille Perſarum dux morae tamdiu per montana productae impatiens in certamen deſcendere neceſſitate compulſus eſt.*

198. Οὐκ ἀνευτρέπιστος *non imparatus* ex α, quae privandi vim habet, & εὐτρεπίζω. Theophanes *ibid.* ſic eadem: Ὁ δὲ βασιλεὺς προγνοὺς, καὶ συντάξας τὸν στρατὸν ὁμοίως εἰς τρεῖς φάλαγγας εἰς τὴν μάχην προήγαγεν. *Imperator praecognitis eius conſiliis, diſpoſitum pariter, ac diſtributum in acies tres exercitum, ad pugnam eduxit.* Ante haec enim Theophanes refert Perſarum ducem diviſo in tria agmina exercitu, nondum manifeſto terris Sole, paratum ad pugnam ex improviſo apparuiſſe.

205. Idem *ibid.* Τοῦ δὲ ἡλίου ἀνατέλλοντος καὶ τοῦ βασιλέως κατ' ἀνατολὰς ἱδρυθέντος, τοὺς Πέρσας ἐσκότιζεν ἡ τούτου ἀκτίς· ὃν ὡς Θεὸν προσεκύνουν. *Imperatore vero ad Orientem conſtituto, exorientis quoque Solis radii, quem Perſae tamquam Deum venerantur, eorum oculos acrius perſtringebat.*

206. Vide *ſupr. Acroaſ.*II. *v.*265.

210. Theophanes *ibid.* Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐσχημάτισε τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς φυγὴν τραπέντας, καὶ λύσαντες ἐκεῖνοι τὰς φάλαγγας ἀκρατῶς διώκειν τούτους ἐνόμιζον· ἐπιστραφέντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι εὐψύχως τούτους ἐτρέψαντο, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον, ἐλάσαντες αὐτοὺς ἕως τοῦ ὄρους, εἰς κρημνοὺς αὐτοὺς ἐμβάλλοντες καὶ τόπους δυσβάτους, καὶ πάντας αὐτοὺς συνέτριψαν. *Imperator itaque fugam ſimulare iuſſit exercitum: quare Perſae phalangum ſuarum ſolutis ordinibus eos intemperantius inſequendos decernunt. At Romani verſa in eos facie impreſſionem eorum fortiter ſuſtinent, & terga dare compellunt: & multis eorum caeſis, reliquos ad montis adigunt anguſtias, & in praerupta loca, praecipitiaque compulſos proſternunt, & in extremum periculum adducunt.*

223. Codex exhibet emendationis loco κράτιστε.

226. Pſal.VII. 16. *Incidit in foveam quam fecit.*

227. In Codice voci ὅλως ſuperinſcripta eſt vox ἄλλως.

229. Item καὶ αὐτοὺς in κ' αὐτοὺς immutandum eſſe monet Cenſor, & quidem recte. Ego vero pro οὐδὲ legendum puto οὐδέν, ut ſtet metri menſura.

231. De Sole, & Luna, Aqua, & Igne, qui erant Perſarum Dii, alibi diximus plura. Vide *Acroaſ.*I. *v.*32. Animadvertendum tamen hic eſt, in more fuiſſe apud Perſas, ut cum quid adverſum eis eveniret, contra ſuos Deos iraſcerentur, eoſque contumeliis, & probris afficerent, ac tamquam de ſua fortuna parum ſollicitos aſpernarentur: id quod ex Herodoto patet narrante Xerxem mare flagellaviſſe, ut *ſupr. ad v.* 323. *Acroaſ.* II. obſervatum eſt. Piſida vero aperte idem hic affirmat, & alibi. Confer *Acroaſ.* I. *v.* 26., *& ſeqq.*, & *Acroaſ.*II. *v.* 377.

240. Perſas ad bellum exire mulierculis ſtipatos adnotavimus *ſupra Acroaſ.*II. *v.* 247. At nobis ridicula ſemper viſa eſt cauſſa, quam eius conſuetudinis tradidit Max. Tyrius *Diſſert.* XIV. Ait enim Πέρσαις δὲ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων. *Perſas in exercitu ſequuntur pellices, ut pro cariſſimis corporibus pugnent.*

251. Theo-

251. Theophanes *ibid.* Ἐν δὲ τοῖς κρημνοῖς αἰγῶν ἀγρίων δίκην ἐπιπηδῶντες, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐζώγρησαν· παρέλαβον δὲ καὶ τὸ τούτων στρατόπεδον, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν. *Per aſperas etiam illas, & ſalebroſas rupes caprarum ſilveſtrium more deſilientes Perſas venantur, & capiunt vivos, occupatiſque eorum caſtris, bellicum omnem apparatum diripiunt.*

253. Idem *ibid.* Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς ὕψος τὰς χεῖρας ἐκτείναντες τῷ Θεῷ εὐχαρίστουν, καὶ τῷ στρατηγήσαντι καλῶς βασιλεῖ συντόνως προσηύχοντο. *Romani autem, manibus in caelum elatis, debitas Deo grates referunt; & ad eum pro Imperatore ſuo rei militaris adeo perito vota inſuper concipiunt.*

280. Idem *ibid.* Οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν, νῦν τὰς σκηνὰς τούτων ἀσαλεύτους εὑρόντες ἐλαφυραγώγησαν. *Qui prius enim vel motum a Perſis pulverem intueri verebantur, in praeſentiarum defixa, & immota eorum tentoria depraedati ſunt.*

282. Haec opinor dicta, ut Romanorum ſecuritatem ante, & poſt relatam victoriam demonſtret. Solebant enim Romani, cum datum erat ſignum, tentoria deponere, ut ad dimicandum eſſent magis expediti. Polybius *de Caſtram. Rom. in antiqq. Rom. Tom. x. pag.* 984. Ὅταν τὸ πρῶτον σημαίνῃ, καταλύουσι τὰς σκηνάς. *Simul datum eſt primo ſignum, tentoria omnes detendunt.* Itaque Piſida ait Romanos tam ſecuro animo prodiiſſe ad pugnam, ut ne tentoria quidem antea demiſerint; redeuntes autem ſtatim arma proieciſſe, ut omni cura ſoluti vires, animumque epulis reficerent; quod erat ex militari diſciplina ſervari ſolitum, ut ex Leone Imp. XVI. 2. colligitur. Theophanes loco nuper citato aliter videtur interpretatus Piſidam: ait enim Romanos non ad ſua tentoria reverſos, ſed ad Perſica uſque progreſſos eſſe, quae intacta invenerunt. Quae interpretatio ſi magis arridet, dicendum eſt, Romanos Perſarum caſtris potiti, tamquam ad ſua ſe recepiſſent, ibi ſecuro animo quieviſſe.

283. Σκέπην opinor ponit pro tota armatura gravi, qua ſe milites tegebant: quamvis σκέπη vere eſſet capitis tegumentum e pelle. Polybius *loc. cit. pag.* 866. Προσεπικοσμοῦνται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ, ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν, ἤ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθενται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν. *Adornatur praeterea miles, & ſimplici caſide, cui lupi pellem imponunt, aut eiuſmodi aliquid, quod integumentum pariter, inſigneque ſit.* Sed ut accipiam σκέπην pro armatura, facit addita notatio πεπηγμένη, quae ſcuto maxime convenit, cuius longam deſcriptionem inſtituens idem Polybius *ibid. pag.* 874. ait: Ἐκ διπλῆς σανίδωματος ταυροκόλλῃ πεπηγώς, ὀθονίῳ μετὰ δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιειληφὼς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. *Scutum eſt ex duplici tabulato glutine taurino compactum; extrema ſuperficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur*: a qua deſcriptione ſane non abludit illud Piſidae, quod ſequitur *v.* 286. Φόρτον ἐκ κτήνους. Recte autem ſcutum dicebatur σκέπη, quia tanta erat magnitudine, ut totum pene militem protegeret.

293. Legerem ὅτι. Hoc epiphonemate primi belli Perſici narrationem claudit, dicens tantam fuiſſe Heraclii in re militari ſcientiam ut non modo ea omnia, quae a veteribus tradita fuerant, omnino noverit; ſed antiquorum etiam inventis plura addiderit non antea ab aliis excogitata.

296. Theophanes *loc. cit.* Τίς γὰρ ἤλπιζεν τὸ τῶν Περσῶν δυσμαχώτατον γένος νῶτα δοῦναί ποτε Ῥωμαίοις; *Quis, amabo, Perſas gentem armis invictam terga Romanis dare umquam ſperaſſet?*

308. Verti quaſi legeretur τολμώμενον, ut puto legendum.

309. Vide *ſupr. v.*61., quae circa vocem ὕλη, & ἀφορμὴ attigimus.

311. Abares, gens fera, & Romanis infenſa, quoties vires ad inferenda damna receperant, interpoſita pacta non eſſe ſervata cauſſabantur: hinc recte Noſter ait ἐξ ἔθους. Plura, quae huc ſpectant, videſis *in Poem. de bello Abar.* Piſida Abares vocat γῆν πρὸς ἑσπέραν, eo quod ipſi late pervagati iam ad Iſtrum conſederant.

319. Theophanes *pag.* 256. refert Heraclium rediiſſe Byzantium anno poſtquam inde contra Perſas dimicaturus diſceſſerat, ſed cauſſam reticet. Nicephorus CP. autem omnia perperam confundens de hac prima expeditione Heraclii nullam mentionem facit. Haec tamen erant ſedulo notanda, ne qua oriretur difficultas. Patet enim ex Piſida Heraclium anno imperii ſui XIII., Chriſti 623. ex Armenia in Thraciam reverſum, ut foedifragos Abares reprimeret: at tribus poſt annis cum iidem Abares Conſtantinopolim diripere, atque evertere moliti ſunt, in Perſide Heraclius degebat. Vide *de bello Abar. v.*246., *& ſeqq.*

324. Codex hic habet verſiculum, qui legendus mox venit ſub numero 328. Οὕτω τὸ πιστόν. Nos tamquam περιττὸν reiiciendum eſſe putavimus.

336. Theophanes *ibid.* Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν στρατὸν σὺν τῷ στρατηγῷ καταλιπὼν εἰς Ἀρμενίαν παραχειμάσαι, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ὑπέστρεψεν. *Imperator autem relicto exercitu, duceque ei praepoſito, ſub cuius cura hiberna in Armenia tranſigeret, Byzantium reverſus eſt.*

340. Saepe in Eccleſiaſticis auctoribus occurrit verbum κατορθόω, quo vita ad Chriſtianae virtutis normam inſtituta ſignificatur: ut hic in noſtro. Vide Sviceri *Theſ. Eccleſiaſt.*

343. Confer *ſupra verſus* 182., *& ſeqq.* de Piſida in bello comitante Heraclium, quo cum multa familiaritate, ut videtur, coniunctus fuit.

349. Quid hiſce iambis velit Piſidas, non ſatis liquet. Verum, ni fallor, hic adludit ad Severianorum haereſim, quae tot turbas excitavit in Oriente, & Heraclio imperante adhuc vigebat. Idcirco autem dicit eſſe detecta myſteria iniquitatis, quod Heraclius, ut opinor, hoc primo in Orientem itinere aperte deprehendit, errores circa religionem inter Chriſtianos diſſeminari a Perſis, ut Romani inter ſe diſſentientes novum Heraclio faceſſerent negotium, & Romanum Imperium non tan-

Digitized by Google

tantum externis; quantum internis premeretur incommodis. Quod ſane fit manifeſtum ex *v.36.*, *& ſeqq. Poem. contra Severum*: ubi plura nobis erunt dicenda de hoc impio Haereſiarcha.

351. Multiceps error, vel hydra, fuit haereſis Manetis, quae ex Perſarum deliramentis orta, & late propagata, varios induit aſpectus ſub Manete primum ipſo, deinde ſub Eutyche, demum ſub Severo, & aliis innumeris eorumdem aſſeclis. At nunc Piſida hanc hydram unam tantum ait protendere cervicem, ſcilicet errorem Monophyſitarum, Choſroa vires, & animum ſuppeditante.

353. Hinc videtur poſſe coniici Heraclium in Armenia degentem cum aliquo Doctore Monophyſita coram Piſida diſputaſſe; ac propterea Piſidam dicere, ſe mirari hoc hydrae collum non eſſe exſectum, poſtquam in Herculem, ideſt Heraclium inciderat. Hunc autem Doctorem fuiſſe Paullum Severianum, quo cum Heraclius diſputavit in partibus Armeniae, ut teſtatur Sergius in ſua Epiſtola ad Honorium, alibi probabimus in Monito ad Poema contra Severum.

355. Vere vatem quis dicat Piſidam, qui Choſroe cladem praedixit.

357. Τὸν δίκην ſubaudi κατὰ.

362. Claudii Ptolemaei Peluſiotae opera, qui temporibus M. Aurelii Antonini in Alexandrina Academia Aſtronomiae, & Aſtrologiae ſtudiis clarus vivebat, notiora ſunt, quam dici oporteat. Piſida hic Almageſtum indicat, quo in libro Ptolemaeus pro ſui ingenii modulo ſyſtema Planetarum exponit.

365. Subintelligitur, ut puto, χρόνων, fortaſſe etiam μερῶν, quod ſi placet, ἐπ' ἐσχάτων vertendum eſt *ab ultimis terrae* partibus: quaſi Noſter facta alluſione ad expeditiones Heraclii, quibus in penitiores Aſiae partes penetravit, dicat eius regionis incolis tamquam novum Phoſphorum apparuiſſe Heraclium.

368. Quamvis diu, multumque opera Ptolemaei verſaverim, nullibi mihi licuit invenire vaticinium, quod Poeta, quam belle plane neſcio, ſed tamen in Heraclium transfert. Itaque aut intercidiſſe locum, ad quem alludit Piſida, dicendum eſt, aut eſſe eiuſdem ex quibuſdam verbis interpretamentum. Ceterum ne prorſus ἀσύμβολοι hinc diſcedamus, detur coniecturae locus. Itaque ſic hariolor. Ptolemaeus, cum plane noſceret, quantum veteres Aſtronomi, Eudoxus, Eratoſtenes, Geminus, Marinus, & alii inter ſe diſcreparent in polari ſtella definienda, nec ipſe alicuius opinioni facile aſſentiretur, fortaſſe alicubi dixit, fore tempus, quo Polus alter, ac plane ab eo diverſus, qui tunc eſſe ferebatur, ſapientum iudicio inter homines conſtitueretur. Quae coniecturam confirmare poſſent, videſis in Petavii *Uranologio Diſſert. Var. lib.*III. *cap.*4., *& ſeqq.*

380. Alludit opinor ad metrum iambicum, quo utitur: quaſi dicat, geſta Heraclii epico carmine melius, & dignius tractari potuiſſe.

389. Confer, quae ſequuntur cum *Hexaem. v.* 85., *& ſeqq.*

396. 1. *Cor.* 12. 4. *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus .... Et diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in nobis.*

407. Piſida veteres culpas Heraclii nominans tacitus videtur reprehendere illicitas nuptias, quas ille cum filia ſororis ſuae contraxit. Rem acriter exagitat Nicephorus CP. *pag.*10., qui tamen illud addit, Sergio vehementer inſtanti, ut ſceleſtae nuptiae ſolverentur, Heraclium ita reſpondiſſe: Ὡς τὸ μὲν ἔχοι τὸ παρά σοι λεγόμενα· ὃ γάρ σοι χρέος ὡς ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ, ἤδη ἀποδέδωκας· ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ λοιπὸν κεῖσεται τὰ τῆς πράξεως. *Recte tu quidem omnino dicis; quod enim & Patriarcham, & amicum decet, quoddam veluti debitum reddidiſti: ſed noſtri erit arbitrii, quod praeſtat facere.*

412. *Reg.* IV. 2. 11. *Ecce currus igneus, & equi ignei .... & aſcendit Elias per turbinem in caelum.*

415. *Exod.* XVIII. 11. *Cumque levaret Moſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paullulum remiſiſſet, ſuperabat Amalech. Manus autem Moſi erant graves.* Communis eſt Patrum ſententia Moſem in vertice montis extendentem manus cum virga fuiſſe ſymbolum Chriſti in cruce pendentis, quo manus ſuas in ligno pro nobis expandente diabolus ſuperatus eſt. Theodoretus *Quaeſt in Exod.*34. Τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπλήρου τὸν τύπον ἐκτείνων τὰς χεῖρας· ἐδείχθη τοίνυν καὶ ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις. *Dum extendebat manus, typum gerebat eius, qui crucifixus eſt pro nobis. Declarata eſt igitur etiam ſub illa figura vis veritatis.*

418. *Exod.* III. 2. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τοῦ βάτου, καὶ ὁρᾷ, ὅτι ἡ βάτος καίεται πυρί, ἡ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο: *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Deum revera, vel Dei Filium, non Angelum apparuiſſe Moſi diſerte teſtatur Piſida veterum Patrum opinioni conſentiens, quos laudat Calmetius *in ſuis Comment. in Exodum.*

419. Deum in rubo loquentem fuiſſe Verbum conſtans fuit antiquorum ſententia. Videſis S. Cyrillum Hieroſ. *Catech.* X., *&* XI. At vero rubum incombuſtum Dei incarnationem ſignificaſſe nemo non affirmavit. Rubus carnis erat ſymbolum, & ignis Divinitatis: ſicut autem ignis rubum, ita Deitas humanitatem non conſumpſit; unde duas in Chriſto eſſe naturas integras, illaeſas, & inconfuſas manifeſte evincitur. Quo ſane reſpicit Piſida ad confutandas haereſes ſui temporis maxime intentus. Dicens enim, quod Moſes ἀπηκρίβωσε τὴν φλόγα ἐν βάτῳ, *ſtudioſe ſcrutatus eſt, & recte diſtinxit flammam in rubo*, καὶ τὴν βάτον οὐ πεφλεγμένην, *& rubum non combuſtum*, duas in Deo incarnato non confuſas naturas Moſem cognoviſſe contra Monophyſitas affirmat.

421. Piſi-

421\. Piſida auctor eſt Moſem tam praeſentem fuiſſe Deo, ut ipſe Deus Moſem, ut erat, carne veſtitum viderit, & Moſes etiam non ſpiritu, ſed *σαρκικῇ θεωρίᾳ*, vere, intuitive, & oculis carnalibus Deum conſpexerit. Diſputatum quidem eſt ſaepius, quomodo Deum viderint Moſes, Paullus, & Prophetae. S. Irenaeus *contra haereſes lib.* IV. *cap.* 20. neminem Deum vidiſſe facie ad faciem ſicuti eſt, multis probat argumentis: *non manifeſte*, ait, *ipſam faciem Dei videbant Prophetae, ſed diſpoſitiones, & myſteria, per quae inciperet homo videre Deum*: quae verba cum iis, quae de hac re tradit vetus in primis auctor, ſive Dionyſius Areopagita *de cael. Hier. cap.*4. 3. mirifice conveniunt. Irenaeo conſentiunt plures SS. Patres, quos inter conſulendus S. Auguſtinus *lib.* XII. *de Gen. ad lit. c.*27., & 28., & *de Trinit. lib.*II. *cap.*17., & 18., qui Sanctos viros, & Prophetas non corporis, ſed mentis oculo, quantum homini fas fuit, divinam eſſentiam introſpexiſſe aſſeverat.

431\. Αὐτοῖς, videlicet τοῖς τέκνοις.

432\. De forma Heraclii confer verſum 99. huiuſce Acroaſεως.

438\. Alludit ad equum Solis, de quo *in princ. Acroaſ.*I. *v.* 23.

439\. *Σέβοντες* pro *σεβόντων*, ſcilicet *οἱ σέβουσι μετὰ χειρῶν ἀσεβῶς ἐκτεταμένων*, *qui colunt cum manibus impie expanſis*. Perſas ita repraeſentat, incondite iactantes, tendenteſque ad caelum manus, ut opponat Chriſtianis, qui manibus ſupra pectus in formam crucis modice expanſis, ut in multis antiquis monumentis videre eſt, Deum deprecabantur.

451\. Perſarum ſocordiam taxat, quos ubique non minus impios, quam viles facit. Ceterum in hiſce ultimis verſiculis intendiſſe videtur ad illud *Pſalmi* 113. 15. *Manus habent, & non palpabunt; pedes habent, & non ambulabunt .... ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis*: quaſi dicat Perſas ſimiles revera eſſe factos idolis, quae ſtulte adorabant.

455\. Recte invidiam ut monſtrum a natura humana prorſus alienum deſcribit. Humanum eſt enim ſibi, aliiſque bona deſiderare; invidi eſt proſperis aliorum rebus tantum torqueri.

Invidus alterius macreſcit rebus opimis.
*Horat. Epiſt. lib.*I. 2. 57.

459\. Piſida, ni fallor, praevidit diſſenſiones, & odia ſuſcitatum iri inter filios, quos Heraclius ex Eudocia primum, & deinde ex Martina Auguſtis ſuſceperat.

462\. Ulyſſes apud Homerum *Odyſſ.* XII. 256. ſex ſocios e navi ſibi ablatos a Scylla ita conqueritur; quos illa

Αὐτοῦ δ' εἰνὶ θύρῃσι κατήσθιε κεκλήγοντας,
Χεῖρας ἐμοὶ ὀρέγοντας ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Illic pro foribus depaſcebat vociferantes,
Manus mihi porrigentes in gravi calamitate.

463\. Legerem *περιτρέχει*.

468\. Patet Heraclium diſſidia inter filios oritura cognoviſſe, & quantum ipſe potuit ſtuduiſſe, ut eorum animos fraterni amoris vinculo devinciret; ſed invidia, & regnandi ambitio, paterna monita ex animo natorum quam citiſſime delevit, ut Hiſtorici teſtantur.

470\. Emendator hic iterum prodit, atque in hoc iambo pro *μνήμην ἀρχῆ*, reponi vellet *σὺ τῇ φυλακῇ*, & in ſequenti *τὰ πταίσματα* pro *τὰ πράγματα*. Neutram ex hiſce lectionibus probavimus; gravior enim, ut nobis quidem videbatur, eſt ſententia, quam textus exhibet.

ΠΟΛΕΜΟΣ ΑΒΑΡΙΚΟΣ.

BELLUM ABARICUM.

M O N I T U M.

Plures, ac varias antiquis temporibus diverſarum gentium migrationes eſſe factas, atque ex remotioribus Septemtrionis partibus populos efferatis moribus profectos, in Meridionales regiones irrupiſſe paſſim docent hiſtoriae, quibus fidem facit Strabo *Geogr. lib. v. pag.* 213., & Ammianus Marcellinus *lib. xxxi. cap.* 5. Verum nulli crebrius, quam Scythae, qui & Sarmatae, & Sauromatae quondam dicti ſunt, nativis ſedibus relictis, emigrarunt. Antiquiſſimis plane temporibus Scytharum reges virtute, & belli artibus inſignes multam ultra Tanaim fluvium regionem ad Thraciam uſque ſubiugaſſe teſtis eſt Diodorus *Bibl. Sic. lib. II. pag.* 90. Sed multo magis ſequioribus ſaeculis inclaruere apud nos Scythae, qui ſub vario gentium nomine totum late orbem terrarum occuparunt. Omnes enim illi populi, quos iure & merito Barbaros appellare ſolemus, quique cladem, & necem Europae univerſae inferentes Romanum Imperium penitus everterunt, e Scythiae finibus proſiluere. Inde enim Alani, & Vandali, & Gepidae, & Gothi, & Sclavi, & Bulgari, & Hunni, & Abares, & Turcae, aliaeque peſtes erumpentes, caeli mitioris benignitate illecti, primum vicinas regiones, ac deinde etiam longiſſime poſitas invadere, omnia vaſtare, alienis potiri, novos mores, ac leges ubique inferre, & in locis nullo iure occupatis iniuſtiſſime imperare. Primi omnium tantam ſenſere cladem, & perniciem Orientales illae partes, quae Romanorum Imperatorum ditioni parebant: non enim aliunde quam ex illis locis patere ad nos potuiſſet aditus, neque, ſi Romanis vires ad reſiſtendum ſuffeciſſent, in nos derivata eſſet tanta malorum colluvies. Porro, ſi Ammiano Marcellino *lib. xxxi. cap.* 1. fides eſt, magnus hic, triſtiſſimuſque eventus praeſagiis, ac portentis fuerat praenunciatus: cum enim Valente Imperium tenente infauſta omnia undique portenderentur, Graeci etiam quidam verſus reperti ſunt prope Chalcedonem in quadrato lapide inciſi, futura plene pandentes, quos quidem referre iuvat, ut huic poematio lux affundatur.

Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατ' ἀστυχορείας,
Τερπόμεναι στρωφῶνται, ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
Δὴ τότε Οὔννων φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον περόωντα σὺν αἰχμῇ,
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην, καὶ Μυσίδα γαῖαν.
Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
Αὐτοῦ δὲ βιότου τέλος καὶ δῆριν ἕξει.

Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas,
Laetaque ſubſilient hilares per compita Nymphae,
Ac funeſta dabit murus munimina thermis:
Tunc Hunni innumeri variis e gentibus orti
Traiicient amnis Hiſtri ſpecioſa fluenta,
Vaſtabuntque agros Maeſos, atque arva Scytharum.
Aſt ubi Pannoniam attigerint, maiora parantes
Hos illic fatum, & Martis violentia ſiſtet.

Sic eleganter Graecos verſus reddidit doctiſſimus Henricus Valeſius, a quo tamen diſceſſimus in quarti verſus lectione; quia ad Manuſcriptorum Codicum fidem, quos ipſe laudat, legendum putavimus Δὴ τότε Οὔννων φῦλα. At ille hic agi exiſtimans de Gothis, non de Hunnis, Οὔννων reiecit, atque ex Socrate, & Zonara reſtituens μυρία φῦλα vertere maluit *Tunc fortes populi &c.* Verum quis deceptum Valeſium negabit, atque ibi contra id, quod ipſe ratus eſt, de Hunnis, non de Gothis ſermonem eſſe non adfirmabit, ſi animadvertat, ipſum Ammianum, quaſi Graecam inſcriptionem eſſet interpretaturus, ita ſtatim ſubdere? *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Maeoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit &c.* Quis autem ignorat Hunnos, vel Chunnos, vel Thynnos, quae nomina idem ſonant, generatim eos omnes populos fuiſſe appellatos, qui temporum variis intervallis in Europam turmatim ſe effuderunt: ita ut ſicuti quondam antiquitus Scythae una omnes dicebantur, ita poſtea iidem omnes Hunni dicerentur? Eius rei teſtis eſt Agathias *de regno Iuſtiniani lib. v.*, qui cum Hunnos, aliaſque barbaras gentes, quorum varia erant nomina, circa paludem Maeotidem habitaſſe adfirmaſſet, ait: Οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύθαι ἢ Οὖννοι ἐπωνομάζοντο. *Hi autem omnes communiter Scythae, & Hunni vocabantur.*

Ac ter quidem Hunnos in Romanorum ditionem irrumpere conatos eſſe colligimus ex hiſtoriis, & tum demum in Pannonia, quae ab ipſis poſtea Hungaria dicta eſt, conſtitiſſe proditum eſt a plurimis Scriptoribus. Primam quidem Hunnorum eruptionem XII. anno imperii Valentis, Chriſti 376., factam eſſe tradit Oroſius *lib. VII. in geſt. Valentis*. Damna vero, quae ex ea ſequuta ſunt, enarrant praeter Oroſium Auctor *Hiſt. Miſcellae lib. XII. in Gratiano*, S. Hieronymus *Epiſt. in epitaph. Fabiolae*, Philoſtorgius *lib. IX.* 17., Priſcus *in Excerptis de Legat. pag.* 47., aliique, qui omnes e Scythia egreſſos Barbaros in maximam Europae perniciem Hunnos appellarunt. Eiuſdem gentis in conterminas regiones altera emigratio ſecuta eſt Iuſtiniano I. regnante, anno videlicet Chriſti 564., ac tum quidem populi, qui in commune exitium exciti tot mala Romanis rebus attulerunt, *Abares* dicti ſunt, & *Hunni Abares*. Fidem faciunt Theophanes ad annum 787., Ado Viennenſis an. 879., Aimanus Floriacenſis, & Sigebertus *in Chronicis*, qui omnes Abares cum Hunnis confundunt, eoſque Hunnos, & Abares fuiſſe appellatos aperte teſtantur. Nominis etymologiam ex Hebraica lingua quidam repetentes Abares idem eſſe voluerunt, ac ſi quis eos *palantes*, *vagos*, & Nomadum more *errantes*, atque huc illuc *tranſeuntes* diceret. Alii vero contendunt quoſdam Hunnos Abarum nomine inſignitos, quod robore corporis, & animi fortitudine ceteris anteirent, ut ſiquis *robuſtos*, *validoſque*, & *bene diſpoſitos* vocaret. Sed primam nominis originem Theophylactus Simocatta *Hiſt. lib. VII.* 8. videtur probare dicens, Hunnos, qui poſt alios in Europam confugerant, Abarum appellatione fuiſſe contentos: λέγεται γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς Σκυθικοῖς τὸ τῶν Ἀβάρων ἔθνος ἐντρεχέστατον εἶναι. *Etenim inter gentes Scythicas velocitate omnibus antecellere Abares exiſtimantur.* Horum autem Dux Chaganus vocabatur, eodem Simocatta teſtante *ibid.* illos ipſos Hunnos *Abares ſe dixiſſe, ſuumque principem Chaganum honoris cauſſa nominaſſe.* ὅθεν Ἀβάρεις ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, τὸν ἡγεμόνα τῷ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρύνοντες. Anno denique Chriſti 888., & 889. Hunni ab Arnulpho Imp. Occidentis contra Moravorum regem Zwatapolugum evocati, & a Leone philoſopho Imper. Orientis contra Bulgaros invitati, undique collectis viribus, multorum millium numero, ſuppetias laturi libenter concurrerunt: ſed ea occaſione arrepta totam Pannoniam occuparunt, quae deinceps Hungariae nomen adepta eſt. Praeſtat de hoc Hunnorum adventu tertio legere Rheginonem Abbatem Prumienſem *Chron. lib. II.*, Luitprandum *Hiſt. de reb. Europ. lib. I.*, Annales Fuldenſes *tom. II. Script. Hiſt. Franc. ad an.* 892., Cedrenum *in Compend. Hiſt.*, Sigebertum *in Chron. ad an.* 903., Iohan. Aventinum *Annal. Boiorum lib. IV*, Aeneam Silvium, qui poſtea fuit Pius II. Pontifex, *Hiſt. de Sec. part. Aſiae*, alioſque gentis feritatem, crudelitatemque enarrantes, unaque ſimul exſecrantes: nos enim, ut hic tantum de ſecunda Hunnorum irruptione verba faciamus, nos monet Piſida, qui horrendum facinus, quod anno Chriſti 626. de evertenda Conſtantinopoli Abares animo conceperant, verſiculis non inelegantibus deſcribit.

bit. Verum cum ea omnia, quae nunc dicenda eſſent de Abaribus, commodius in notis ad ſingulos verſus referri poſſint, a ſupervacaneo opere hic abſtinendum ducimus. Igitur Abarum originem breviter indicaſſe ſufficiat; ac ſiquis adhuc plura cupit addiſcere, adeat Franciſci Foris Otrokocſi *Origines Hungaricas*, quo in libro Hunnorum, Abarumque res ſumma eruditionis copia pertractantur.

Quod autem ad praeſens Poema ſpectat, Sergio Patriarchae eſſe inſcriptum facile dignoſcitur: namque ei ſtatim in principio hoc quidquid eſt laboris ſui offert Piſida, dicens *verſ.* 12.

> [illegible]
> [illegible]

ac deinde paſſim ipſum adloquitur. Belli autem ſummam Ducem fuiſſe Deiparam Virginem patet ex ipſis primis verſibus aliiſque operi intertextis; eius enim ope vere Conſtantinopolis eſt ab hoſtium incurſione liberata, ut omnes Scriptores Byzantini una ſimul cum Piſida teſtantur, qui eam ſolam contra Abares dimicantem repraeſentat *verſ.* 451.

> [illegible]
> [illegible]

Sed Sergium quoque ipſum, ut alium belli Ducem praeſtantiſſimum ubique commendat, ſed qui ſecundas ageret partes, nec niſi prece, & lacrimis pugnaret, & Virginis Deiparae nutu, ope, & conſilio totam rem militarem adminiſtraret, *verſ.* 230.

> [illegible]
> [illegible]

Igitur a principio uſque ad *verſ.* 125. Abarum origo, feri mores, & fraudes enarrantur: tunc Piſida bellum ipſum Abaricum exorditur, & facta ad Sergium invocatione multum in eius laudes excurrit, dicens *verſ.* 130. [illegible]. Nec ſane immerito multum hac in re Sergio tribuiſſet noſter Georgius, ſi modum ſervare noſſet; conſtat enim Sergii cuſtodiae una cum filiis urbem commendatam reliquiſſe Heraclium Imperatorem, tum cum contra Choſroam dimicaturus diſceſſit; cuius rei teſtis eſt, praeter ceteros, Nicephorus Patriarcha in Hiſtoria *pag.* 11. Heraclius, Perſis, & Abaribus eodem tempore infeſtantibus, cum una ſimul & fame, & peſtilentia reſpublica premeretur, [illegible] *Sergium Patriarcham cum Magiſtratibus, atque omni populo convocans, filios ſuos eorum fidei committit, & Bonum Patricium rerum adminiſtratorem praeficit.* At Piſida, quod quidem plurium ope, & virtute confectum fuit, totum id voluit ad Sergii pietatem referre; ut tantummodo eo gemente, & Virgine Deipara protegente, nullis vero humanis viribus adnitentibus, & urbem ſervatam, & partam victoriam eſſe conſtaret.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Εἰς τὴν γενομένην ἔφοδον τῶν βαρβάρων, καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἀστοχίαν, ἤτοι ἔκθεσις τοῦ γενομένου πολέμου εἰς τὸ τεῖχος τῆς Κωνσταντινουπόλεως· μεταξὺ Ἀβάρων, καὶ τῶν πολιτῶν.

EIUSDEM

De invaſione facta a Barbaris, ac de fruſtrato eorum conſilio: ſive expoſitio belli, quod geſtum eſt ad moenia Conſtantinopoleos inter Abares, & cives.

ΤΩΝ ζωγράφων τις εἰ θέλει τὰ τῆς μάχης
Τρόπαια δεῖξαι, τὴν τεκοῦσαν ἀσπόρως
Μόνην προτάξει, καὶ γράφει τὴν εἰκόνα.
Ἀεὶ γὰρ οἶδε τὴν φύσιν νικᾶν μόνη,
Τόκῳ τὸ πρῶτον, τῇ μάχῃ τὸ δεύτερον.
Ἔδει γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ ἀσπόρως τότε,
Οὕτως ἀνόπλως νῦν τεκεῖν σωτηρίαν.
Ὅπως δι' ἀμφοῖν εὑρεθῇ καὶ παρθένος,
Καὶ πρὸς μάχην ἄτρωτος, ὡς πρὸς τὸν τόκον.
Ἐγὼ δὲ μικροὺς τῶν ἀγώνων, ὡς ῥόδα,
Λόγους συνάξας ἐξ ἀκανθῶν τῆς μάχης,
Σοὶ τῷ φυτουργῷ τῶν φρενοσπόρων λόγων,
Τούτους προτάξαι συμφερόντως εἱλόμην.
Ὅπως ὁ μακρὸς μὴ παρεκλύσῃ χρόνος
Τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς θαυμάτων κινήματα.
Ἤδη μὲν ὥσπερ δυσγενεῖς ἀποσπάδες,
Τούρκων ἀποσχισθέντες ἄγριοι κλάδοι,
Καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς εὐγενεστάτοις τόποις
Παρεντεθέντες, ὥσπερ ἐμφυλίσματα,
Καρποὺς παρεβλάστησαν ἐν τοῖς ἡμέροις
Φυτοῖς ὑποτρέφοντες ἀγρίαν φύσιν.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐκταθεῖσα τῶν κλάδων
Ἡ ῥίζα τῆς γῆς τοὺς ὅρους ἐφήρπασεν,
Ὕλη δὲ πολλῶν βαρβάρων ἐγίνετο·
Οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη·
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς γῆν ἐμπεσοῦσαι λαμπάδες,
Ἡ φλὸξ ἐκείνη τοῦ γένους ἀνημμένη.
Τὸ τερπνὸν ἄνθος τῶν τόπων ἐβόσκετο.
Ὅμως ἐπισχεῖν τὴν τοσαύτην ἀγρίαν
Ὁ παντογείτων Ἴστρος ἴσχυσε μόλις,
Ὡς ῥευστὸν ἀντίφραγμα, καὶ τεῖχος νέον.
Τεῖχος γὰρ αὐτοῖς ἀντέβη τὰ κύματα,
Καὶ φραγμὸς ἑστὼς εἰς ἀνίδρυτον φύσιν.
Ἕως μὲν οὖν τὸ ῥεῖθρον ἀγράφῳ κρίσει,
Τούτους μεταξὺ τῶν ὅρων ἐπήξατο.
Ὅσην δὲ λοιπὸν ἡ πολιτεία βλάβην
Ἐκ τῶν ἀθέσμων βαρβάρων ὑφίστατο.
Τῶν μὲν θελόντων τῶν πεπηγμένους ὅρους
Ἀεὶ σαλεύειν· τοῦ δὲ Ῥωμαίων κράτους
Εἴργοντος αὐτοῖς τὰς καθ' ἡμῶν εἰσόδους.
Ἔμπροσθεν ἄλλοις εὐσυνόπτως ἐγράφη,
Ὅσοις ἔδειξε συμπαρατρέχων ὁ χρόνος.

Τὴν

PICTOR ſiquis velit belli tropaea
Ponere ob oculos, Virginem matrem
Solam ponat, eius pingens imaginem,
Nam ipſa ſola novit ſemper vincere
Naturam partu primum, & deinde bello.
Aequum enim erat, ut ſicut prius ſine ſemine,
Ita nunc ſine armis pareret ſalutem:
Ut per utrumque conſtaret, & eſſe Virginem,
Et peraeque eſſe intactam in bello, ac in partu.
Ego vero paucos, quos inter certamina, ut roſas,
Sermones collegi ex ſpinis belli,
Tibi ſatori ſapientium ſermonum
Hoſce offerre non inconſultus inſtitui;
Ne longa poſt nos oblitteret aetas
Noſtrarum rerum admiranda molimina.
Iamiam qui tamquam viles apoſpades
A Turcis avulſi ſilveſtres ſurculi
Prope noſtras nobiliſſimas regiones
Stabant adpoſiti veluti contribules,
Fructus edebant, inter domeſticas
Plantas, ſubnutrientes feram naturam.
Cum autem penitus infixa ſurculorum
Radix finitimam terram occupaſſet;
Et ſilva multorum Barbarorum pullulaſſet,
Non erat tolerabile vicinis damnum:
Sed veluti in terram illapſae faces,
Flamma illius gentis accenſa
Floridam loci venuſtatem depaſcebat.
Verum cohibere tantam feritatem
Late conterminus Iſter vix potuit,
Tamquam debile vallum, & murus novus.
Murus enim contra ipſos erant aquae,
Et vallum in labili conſiſtens natura.
Donec tamen ipſum flumen non ſcripta ſententia
Quos dividebat terminos coniunxit.
Quantum tum denique reſpublica detrimenti
Ex iniquis Barbaris perpeſſa eſt!
Ipſis quidem volentibus pactos terminos
Semper tranſilire, & Romanorum potentia
Contra obſiſtente, ne daretur ipſis ad nos aditus.
Iam ante ſatis diſtincte ſcriptum eſt ab aliis,
Quibus clam praeterlabens tempus conceſſit

De

Deiparam Virginem triumphantem pingendam proponit.

Abaricum bellum deſcribit, ne eiuſdem pereat memoria.

Abarum origo.

Abarum feritas.

Scriptores Byzantinos laudat.

Τὴν τῶν φθασάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν.
Ἐγὼ δὲ τοῖς ἔναγχος ἐντυχὼν χρόνοις
Αὐτοπροσώπων πραγμάτων ἐφάπτομαι.
Εἴπερ τις ἡμῖν ἔνθεος δοίη χάρις
Τῇ τῶν τοσούτων πραγμάτων ἀμετρίᾳ
Στολὴν φορῆσαι τεχνικῆς εὐμετρίας.
Μόλις μὲν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος
Ὁ δυσκάθεκτος, ὁ βιοφθόρος δράκων,
Ὃς ἦγε πολλὰς εἰς τὸ βλάπτειν αὐχένας
Ὕδρας ἐκείνης τῆς λαλουμένης πλέον·
Οἳ μέχρι νῦν σπαίρουσι, καὶ τετμημένοι
Φύουσιν αὖθις· οἱ γὰρ ἰχῶρες πάλιν
Στάζοντες, ὠδίνουσι τὴν κοινὴν βλάβην.
Καὶ ταῦτα πολλῶν πολλάκις τετμημένων
Ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν εὐσεβοῦς Ἡρακλέως.
Ὅμως δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὴν ἡ νόσος,
Ἡ τῶν καθ' ἡμᾶς προσλαβοῦσα πραγμάτων.
Πολλὰς ἐποίει τῶν μερῶν διαιρέσεις,
Καὶ τοῖς ἑαυτοῖς αἵμασι πεφυρμένη
Ὅλον τὸ σῶμα τοῖς πόνοις ἐβόσκετο.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς, ὡς μέλισσαι, βάρβαροι
Κύκλῳ περισφίγξαντες, ἐμπίδων δίκην,
Σπουδὴν μὲν εἶχον πᾶσαν ἐξᾶραι πόλιν,
Πρώτην δὲ τὴν ἀνθοῦσαν, ὡς πρώτην πόλιν.
Ἕως μὲν οὖν ἡ ῥίζα τῆς ἀποσπάδος
Ἐν τοῖς ἐξαρπαγεῖσι τῶν Σκυθῶν τόποις
Τὸ τοῦ γέροντος ἐθρασύνετο θράσος·
Ἄχθος μὲν εἶχεν ἐξ ἀνάγκης ἡ πόλις·
Ἀλλ' ἦν τὸ λυποῦν τῷ δοκεῖν ὡρισμένον·
Κουφίζεται γὰρ καὶ τὸ τῆς βλάβης βάρος,
Εἰ μέτρον οἶδεν ἐν κακοῖς ὡρισμένον.
Οὕτω μὲν οὖν τὸ τακτὸν εἴχομεν βάρος,
Ἕως τὸ γῆρας τοῦ Σκύθη παρεκράτει.
Ἐπεὶ δὲ τὸν χοῦν ἀντεπῆρεν ἡ κόνις,
Καὶ πρὸς τὸν οἶκον τῆς ταφῆς ὡδοιπόρει,
Τὴν γῆν ὀφείλουσ' ἐξ ἐκείνης εἵλκετο.
Μετῆλθεν αὖθις εἰς τὸν ἄγριον βίον
Τῆς ὠμότητος τοῦ πεσόντος ὁ κλάδος,
Παλινδρομεῖν γὰρ οἶδεν, εὐρίπου δίκην,
Εἰς τὴν ἀγωγὴν τὴν ἑαυτῆς ἡ φύσις.
Εἰ καί τις αὐτὴν ἐκ βίας ἐναντίας
Ποιεῖν ἑαυτῇ τὴν ῥοὴν ἀναγκάσῃ.
Ἐντεῦθεν ἡμῖν ποῖος ἀρκέσει λόγος,
Ἢ ποία φωνῆς, ἢ δεκάγλωσσον στόμα,
Δι' οὗ φράσαιμι τὸ ξενόσπορον τέρας,
Τὸ τοῦ γέροντος δυσκάθεκτον ἔγγονον,
Ἢ τὸν κεραυνὸν, ἢ τὸν ἔμψυχον σάλον,
Ὧι γλῶσσα μὲν πρόσεστι συγκεκομμένη,
Καὶ πνεῦμα πικρὸν, καὶ πεφυρμένος λόγος,
Καὶ χεῖρες εἰκῇ ψηλαφῶσαι τὸ ξίφος,
Καὶ θυμὸς ἅλλων εἰς ἀνάμνησιν μέθης;
Ποῖον γὰρ ἔργον, ἢ φιλότιμον χάριν
Πίστιν δὲ ποίαν καὶ λόγου, καὶ πράγματος,
Ὁ πάντα πράττων συμφερόντως Δεσπότης
Παρῆκεν, ἢ μεθῆκεν εἰς ὑπερθέσεις,
Θέλων μαλάξαι τὴν ἀπειθῆ φύσιν
Σχέσει λογισμῶν, δωρεῶν ὑποσχέσει,
Πειθοῖ τὰ πρῶτα, καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα;
Ποίας δὲ γλώσσης οὐκ ἐκίνησε λύραν

Ἐκ

De rebus tranſactis habere indubiam ſuſpicionem.
Ego vero in haec praeſentia incidens tempora
Res praeſentes, ut ſunt, tractare inſtituo,
Si quae divina mihi largiatur gratia,
Ut tot, tantarumque rerum immenſitati
Veſtem exornem ex induſtriis numeris.
Vix dum quidem extinctus erat tyrannidis
Ille indomitus, & vitae corruptor draco,
Qui multa extollebat ad nocendum capita,
Hydra illa, ut vocatur, triſtior;
Cum ea, quae palpitare videbantur, vel exſecta
Rurſus enaſcuntur (ichores enim iterum
Stillantes pariunt commune damnum)
Quamvis multa, nec ſemel, ex ipſis excidiſſet
Noſtri pietas religioſi Heraclii.
Tamen hanc ipſam nacta occaſionem infirmitas,
Quae noſtrarum erat potita rerum,
Multas formabat partium diviſiones;
Cumque civium ſanguinem contaminaſſet,
Totum corpus aerumnis conficiebat.
Hinc nos, ut apes, Barbari
Gyro circumvallantes, culicum more,
In animo habebant omnes urbes evertere;
Ac primo urbem, quae, ut prima magis florebat
Quamdiu igitur radix illa Apoſpadum
Inter uſurpata a Scythis loca
Senis eſt auſa oſtentare audaciam,
Incommodum ferre fuit coacta civitas;
Sed erat dolor, ut videbatur, definitus.
Levatur enim etiam damni pondus,
Siquis modum noverit malis eſſe conſtitutum.
Ita igitur dimenſum erat noſtrum incommodum,
Uſquedum ſenio Scytha ſuccumberet.
Verum poſtquam ad humum converſa eſt pulvis,
Et ad domum ſepulturae profecta eſt,
Qui terram occupavit ab ipſa eſt occupatus.
Ac tum rurſus rediit ad agreſtem vitam,
Et feritatem induit exciſi recens virgultum.
Recurrere enim novit, inſtar Euripi,
In ſuum proprium alveum natura:
Quamvis quis illam ex vi contraria
Adverſus ſeipſam fluere compellat.
Proinde quinam mihi ſufficiat ſermo,
Aut vocis intentio, aut os decem linguarum,
Quo narrem ex peregrino ſemine monſtrum,
Senis indomitum genus?
Dicamne fulmen, aut animatam procellam,
Cui lingua eſt blaeſa,
Et ferox ſpiritus, & mixtus ſermo,
Et manus temere contrectantes gladium,
Et animus exſultans recordatione ebrietatis?
Ecquod enim officium, aut quae munera,
Quamque fidem & dicto, & facto praeſtitam,
Omnia utiliter diſponens Deſpota
Omiſit, aut neglexit, ut traheret moras;
Studens emollire foedifragam naturam
Vi rationis, & donorum promiſſione,
Perſuaſione primum, & deinde ſcripto?
Quam autem linguae non movit lyram

Ex

Phocas [illegible] deletur.

Barbari more, [illegible]

Barbaris [illegible] ſuccedentes.

[illegible] ad Barbarum [illegible] dum.

Heraclius [illegible]

Ἐκ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς ἡρμοσμένην,
Ἣ πείθεται μὲν πολλάκις τὰ θηρία·
Πραΰνεται δὲ καὶ τὸ δημῶδες θράσος,
Ὃ μυρίων τις εὐπορήσας Ὀρφέων
Οὐκ ἂν μαλάξῃ, καὶ γὰρ ἐργωδέστερον
Ἄνθρωπον ἕλξαι τοῦ μαλάξαι θηρία;
Ὅμως ἐνίκα τῇ κρίσει τοῦ χείρονος
Ὁ βάρβαρος τὴν κακὴν νίκην ἔχων.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς μελανθείσας φρένας
Ἔργων φιλέχθρων ἐκκαθαίρειν ἠξίου,
Ὁ δ' αὖγε διπλοῦς Αἰθίοψ ἐγίνετο.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν, ὡς ἀλώπηξ, τοὺς δόλους
Ὑπῆλθεν ἐνδὺς τὴν κακὴν ἀπιστίαν,
Ἔξω μὲν ὄψιν, ὡς πρὸς εἰρήνην, πλάσας,
Ἔσω δὲ λυττῶν, ὥστε κλέψαι τὴν μάχην,
Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἦλθεν, ὡς εἰς συμβάσεις,
Τέχναις ἐνόρκοις συγκαλύψαι τὸν δόλον.
Καὶ τῷ μὲν εὐτρέπιστο τόξα, καὶ μάχη,
Ἡμῖν δὲ δῶρα, καὶ πρὸς εἰρήνην λόγοι.
Μετῆλθεν ἡμᾶς οὐχ ὁ βάρβαρος δόλος,
Ἀλλ' ἡ καθ' ἡμᾶς συγγενὴς ἁμαρτία.
Ὅμως τὰ πολλὰ τοῦ πάθους σιγητέον·
Λυπεῖ γὰρ οἶδε, καὶ λαλούμενον πάθος.
Ἀλλ' εἶμι λοιπὸν πρὸς τὰ τῆς νεωτέρας
Μάχης τρόπαια, καὶ πάλιν δὲ συμμάχῳ
Τῆς σῆς προσευχῆς εὐπορῶντες οἱ λόγοι,
Ὡς πρὸς συνήθη, καὶ γαλήνιον πορθμὸν
Ἄγουσι πρὸς σὲ τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα.
Ὦ πάντα κρείττων, ὥστε μὴ στεῖραν ποτὲ
Ψυχὴν παρελθεῖν, ἀλλὰ σπείρων ἀεί,
Καὶ τεκνοποιῶν τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν,
Καὶ παρθενεύων, καὶ πλέον μήτηρ μένων.
Μάλιστα γὰρ νῦν πάντας ὠδίνεις μόνος·
Καὶ πᾶσά σοι γῆ σπαργανοῦται, καὶ πόλις,
Ταύτης δι' ὑμῶν ἐκ Θεοῦ σεσωσμένης.
Χαῖρε στρατηγὲ πρακτικῆς ἀγρυπνίας.
Σὺ μὲν γὰρ ἑστὼς ἐξ ἀτρέμου καρδίας
Μηδὲν λαλῶν ἐφθέγγου· ἡ δὲ σὴ στάσις
Πτῶσις κατ' ἐχθρῶν εὐθέως ἐγίνετο.
Χαῖρε στρατηγὲ τῶν ἐνόπλων δακρύων,
Τῶν πυρπολούντων τὸ θράσος τὸ βάρβαρον·
Ὅσον γὰρ ἁπλοῖς τὰς ῥοὰς τῶν ὀμμάτων,
Τοσοῦτον εἴργεις τὰς ῥοὰς τῶν αἱμάτων.
Ὁρῶν γὰρ ἡμῶν τὰς ἀκανθώδεις φρένας
Ἐκ τῆς ἀκάρπου τῶν κακῶν κακουργίας
Πρὸς καῦσιν ἤδη, καὶ φθορὰν ἠπειγμένας,
Φθάνεις τὸ πῦρ μὲν, ὡς πρὸς ὕλην ἡμμένον,
Πρὸς δ' αὖ τὰ δένδρα τὴν τομὴν τεθειμένον·
Πηγὰς δὲ τῶν σῶν ἐξανοίξας ὀμμάτων,
Ἄρδεις τὰ χέρσα, καὶ δροσίζεις τὴν φλόγα.
Καὶ τὰς ἀκάρπους καρδίας μετειργάσω,
Καρποὺς ἐνεγκεῖν ἐξ ἐπομβρίας ξένης.
Ἤδη γὰρ ᾔδεις, ὡς γεωργῶν τὰς φρένας,
Ὡς οὐκ ἰσχύει εὐφορῆσαι καρδίαν,
Εἰ μὴ καθαρθῇ πρότερον, ἀμπέλου δίκην,
Ἔπειτα πυκνὸν ἐκχέει τὸ δάκρυον,
Οὕτω τε λοιπὸν ἐγκαλεῖ τοὺς ὄμφακας.
Πλὴν οὐδὲ ταύτης ἐντελὴς ἀκαρπία,
Ἕως ὁ βλαστὸς προσλάβοι τὸν ἥλιον,

Καὶ

Ex ſua muſica ſcientia temperatam,
Quae perſaepe ſuadet etiam feras,
Demulcetque etiam popularem audaciam,
Quam qui ſexcentis inſtructus Orpheis
Non queat lenire: quippe eſt difficilius
Homines domare, quam lenire feras?
Interea vincebat maligni iudicio
Barbarus iniquam victoriam reportans. — Abares per fraudem aggredi urbem moliuntur.
Nam ille quidem huius nigram mentem
A factis crimnoſis purgare ſatagebat:
At hic contra duplex Aethiops fiebat.
Ubi vero tandem, veluti vulpes dolos
Penitus induit, adſcivitque malam fidem,
Extra quidem vultu quaſi ad pacem compoſito,
Intus autem furens, ut belli dolos abſconderet,
Ad moenia acceſſit, veluti ad firmanda foedera,
Clam edito iuramento de celanda fallacia.
Quippe illi erant in promptu arma, & bellum,
Nobis contra dona, & pacifici ſermones.
Oppreſſit nos non Barbarorum dolus,
Sed quod nobis erat inſitum peccatum.
Verum, ut plurimum, praeſtat tacere mala,
Nam eſt moleſta etiam malorum recordatio.
Age vero iam progredior ad recentis
Belli trophaea. Rurſus ex commilitante
Tua prece uberes facti mei ſermones
Tamquam ad conſuetum, & tranquillum portum,
Ad te compellunt eloquii navigium,
O praeſtans omnia, ut qui numquam ſterilem — Invocatio ad Sergium.
Animam linquis, ſed fecundas iugiter,
Et filios procreas Deo quotidie,
Et virgo perſtans ſis mater fecundior.
Nunc enim vere omnes tu ſolus parturis;
Et omnis a te terra, & urbs faſciis involvitur,
Hac una urbe per te a Deo ſervata.
Salve Dux in agendis efficax excubiis;
Tu enim ſtans contra ex intrepido corde,
Ore obmuteſcens, loquebaris: tua vero ſtatio
Clades in hoſtes repente facta eſt.
Salve Dux armatis militans lacrimis,
Quae barbaricam frangunt audaciam:
Quo enim magis dilatas fluxus oculorum,
Eo magis coerces fluxus ſanguinum.
Nam videns noſtri cordis ſentes ſordidas
Ob infructiferam peccatorum nequitiam
Ad corruptionem, combuſtionemque adactas,
Ignem praevertis iam ad ſilvam accenſum,
Et velut ad arbores ſucciſos poſitum:
Fontibus vero tuorum adapertis oculorum,
Quod aridum eſt irrigas, & irroras flammam.
Atque ita feciſti, ut infructifera corda
Fructus efferrent vi peregrinae pluviae.
Optime enim noſti, tamquam mentium agricola, — Sergius agricolae comparatur.
Quemadmodum nil valeat cor producere,
Niſi mundetur prius inſtar vitis:
Tum largas effundat lacrimas,
Atque ita tandem emittat racemos.
At vitis interea prorſus ſterilis manet,
Uſque dum germen ſuſceperit Solem,

Nihil-

Καὶ μηδὲν ὠμὸν εὑρεθῇ τῆς ἀμπέλου·
Ἡμᾶς δὲ τῆς σῆς πίστεως ἡ θερμότης,
Καὶ πρὶν φυῆναι τῶν συνήθεις ὄμφακας
Καρποὺς ὀπωρινοὺς ὡρίμους ἠνάγκασε.
Θέλω δὲ τούτων τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων,
Ὡς τὴν ἔναγχος ἱστορῆσαι σοι μάχην.
Ἀλλ' ἐξ ἐκείνου τοῦ φόβου συστέλλομαι,
Καὶ μηδὲν εἰπεῖν, ὡς θέλω, βιάζομαι.
Ὅμως ὁ πάντων εἰκονογράφος λόγος,
Καὶ ταῦτα μέτροις τεχνικοῖς συναρμόσει,
Ὡς παντὸς ἔργου πρακτικὸς καλλιγράφος.
Ἡ μὲν ζάλη σφύζουσα τῶν ἐναντίων,
Ἐπῆλθεν ἡμῖν, ὡς ἄμετρα κύματα,
Τὴν ψάμμον ἐκπτύουσα τὴν τῶν βαρβάρων.
Τὸ γὰρ κακὸν φύσημα τῆς Θρᾴκης ὅλης
Χειμῶνα πολλῶν ἐκ νεφῶν συμπηγμένον
Ἤγειρεν ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἐν θέρει.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν πλησίον τῆς ὁλκάδος
Τῆς σῆς προσῆλθεν ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος·
Καὶ πανταχοῦ κίνδυνος ἦν ἠρτημένος·
Πᾶν γὰρ τὸ κύκλον τοῦ σκάφους ἐβαπτίζετο·
Αὐτὸς παραστὰς τοῖς συμπλέουσιν ὅλοις,
Ἄνω τι ποιῶν ἐκτενῶς τὸν αὐχένα,
Πᾶσι παρῄνεις, ὥστε τῆς ἁμαρτίας
Ἄχρηστον ὄντα μὴ παρέλκειν τὸν στόλον,
Ἀλλ' ἐμβαλεῖν ἕκαστον ἐκ τῆς καρδίας
Τὰ τῶν περιττῶν φορτίων βαρήματα.
Μήπως καταπατηθεῖσα τῷ θείῳ βάρει
Ἡ κοσμικὴ ναῦς ζημιώσῃ τὸν βίον.
Καὶ ταῦτα πράττων εἰς ἀΰπνους ἡμέρας·
Καὶ πᾶσα γὰρ νὺξ ἔργον εἶχεν ἡμέρας·
Μόνος τοσοῦτον ἠγριωμένον νέφος
Εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συνεζύγησας ὑποστροφήν.
Οὐκ ἦν γὰρ ἁπλῆ, καὶ μονήρης ἡ μάχη.
Ἀλλ' ὡς πολυσχεδής τε, καὶ πολυπλόκως
Ἀρχὰς ἀπεστάλκει συμπεφυρμένη.
Σθλάβος γὰρ Οὕννῳ, καὶ Σκύθης τῷ Βουλγάρῳ
Αὖθίς τε Μῆδος συμφρονήσας τῷ Σκύθῃ,
Γλωσσῶν ἔχοντες, καὶ τόπων μερίσματα,
Καὶ χωρὶς ὄντες, καὶ μακρὰν συνημμένοι,
Μίαν μεθ' ἡμῶν ἀντεκίνησαν μάχην·
Καὶ τὴν ἑαυτῶν ἠξίουν ἀπιστίαν
Ἔχειν καθ' ἡμῶν πίστιν ἠκριβωμένην·
Ἔνθεν μὲν ἦν ἔβραζεν ἡ Σκυθοτρόφος
Σκύλλα σφοδρῶς ζέουσα, τῆς δὲ Περσίδος
Ἐκεῖθεν ἡ Χάρυβδις ἀντήχει μέγα.
Μέσος δὲ τούτων ὁ πλανήτης, ὡς πάλαι,
Ὁ τῶν δόλων ἑστὼς ἦν βουληφόρος.
Ἀλλ' αὐτὸς ἕλκων ἀπλανῆ τὴν Ὀρθίαν,
Καὶ λευκὰ τείνων τῶν λογισμῶν ἱστία
Τῇ κοσμαγωγῷ συνδιέπλευσας ὁλκάδι.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τὰ τῆς θαλαττίας
Ὁρμῆς, τὰ θεῖα δεικνύειν τεχνάσματα.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι
Τοὺς γηγενεῖς πλάττουσι τῶν ψευδοπάτορας,
Τῆς γῆς ὁ πυθμὴν βαρβάρους ἀνέπλασε,
Καὶ πρὸς τὰ τείχη τῆς φιλοξένου πύλης
Πλῆθος προσῆλθεν, ὥσπερ ἂν εἰκασμένα
Οὕτω συναθροίζοντα μυριαρχίας·

Παρῆν

Nihilque crudi remanſerit in vite.
Nos autem tuae fidei fervor,
Priuſquam etiam ſueti pullularent omphaces,
Fructus efferre maturos coegit.
Equidem velim rerum huiuſmodi rationes, *Poetae excuſatio.*
Aeque ac peractum nuper deſcribere bellum;
Sed recenti adhuc horrore deterreor,
Et ad dicendum, ut vellem, animus deficit.
Attamen quarumcumque rerum pictor ſermo
Haec etiam induſtriis concinnabit modulis,
Ut rerum omnium ſcriptor peritus.
Horrida quidem ingruens inimicorum tempeſtas *Belli Abarici deſcriptio incipit.*
Nos ſuper incubuit, velut unda immenſa,
Eructans Barbarorum arenam.
Malignus enim ventus ab univerſa Thracia
Ex multis nubibus conflatam hiemem
In nos violenter concitavit aeſtatis tempore.
Ubi vero tandem in navim propius *Conſtantinopolis navi comparata.*
Tuam irrupit venti violentia,
Atque undique paratum erat periculum,
Totus enim ambitus navis iam mergebatur:
Tu ſtatim adſtans adnavigantibus omnibus,
Surſumque extollens alacriter caput,
Omnes hortabaris, ne ſiquis ob peccata
Eſſet incommodus, retardaret claſſem:
Sed unuſquiſque a corde proiiceret
Supervacanei ponderis ſarcinas.
Ne deturbata gravi Dei iudicio
Mundialis navis ſubiret vitae periculum.
Hiſce occupatus per integros inſomnes dies,
(Tota enim nocte operi vacabas diei,)
Solus tam efferatum turbinem
In tuam propriam convertis ſollicitudinem.
Non enim unum erat, ſimplexque bellum, *Bellum Abaricum ex vario Barbarorum genere conflatum.*
Sed in multum diverſas, & varie commixtas
Gentes late diffuſum, ac promiſcuum.
Nam Sthlabus cum Hunno, Scytha cum Bulgaro
Necnon & Medus conſpirans cum Scytha,
Linguas habentes ſinguli, & regiones diviſas,
Longe inter ſe diſſiti, & a longe uniti,
Unum contra nos moverunt bellum:
Suamque ipſorum volebant infidelitatem
Haberi a nobis loco fidei perſpectiſſimae.
Hinc igitur aeſtuabat Scytharum altrix
Scylla vehementer furens, & Perſidis
Inde Charybdis obſtrepebat valide.
Hos inter autem medius non pererrans, ut iamdiu,
Fraudum ſtabat ille conſiliarius.
Tu vero alliciens non errantem Orthiam,
Et candida extendens cogitationum vela,
Praeter navigaſti cum mundifera navi.
Atque haec quidem ita geſta contra marini
Furoris vim, divinum portendunt ingenium.
Cum iam igitur (ut veteres fabulae *Abarum apparatus ad bellum.*
Terra genitos fingunt filios mendacii)
Rurſus ex imo tellus produxiſſet Barbaros,
Et ad muros hoſpitalis portae
Maxima acceſſiſſet turba, ut eſſe diceres
Octo ſimul collectas myriarchias:

Erat

Digitized by Go

Παρῆν δὲ σάλπιγξ, καὶ βέλη, καὶ φάσγανα,
Πῦρ, καὶ χελῶναι, καὶ ἀφίεντες λίθοι,
Νόθων τε πύργων μηχαναὶ, καὶ συνθέσεις.
Καὶ πᾶσιν ἦν ἄπιςος ἡ σωτηρία,
Ὅσον παρ' ἡμῖν αὐτὸς εἶχες ἐλπίδα
Σφίγγουσαν ἡμῶν τὴν ἐπὶ σφαίρας τύχην.
Ἐγὼ δὲ ταῦτα συγκαλύψαι σοι θέλων,
Οὐκ ἠγνόουν γὰρ, ὡς λαθεῖν, καὶ νῦν θέλεις·
Σιγᾶν ἔμελλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἠρυθρία
Κλέψαι τοσούτοις εἰσορῶν συνειδότας.
Οὐκοῦν ἀνέχου· δυσχερὲς γὰρ εἰκότως
Κοινὴν καλύψαι, καὶ λαθεῖν ὑποψίαν.
Εἶχες γὰρ εἶχες συμφθεγγομένην Παρθένον,
Ἥ σοι τὸ μέλλον τοῦ σκοποῦ προϊςόρει.
Ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων
Ἀντεστρατήγεις ἐξ ἀΰλου καρδίας
Τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις.
Τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα
Τομώτερον τρέχουσαν ἀςραπῆς τάχους,
Πύργους δὲ πίςιν, καὶ βέλη τὰ δάκρυα,
Καὶ πῦρ τὸ πνεῦμα· καὶ χελώνας εἰργάσω
Γόνυ προσκλίνας, καὶ καθεὶς τὸν αὐχένα,
Καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἀντιπέμπων, ὡς λίθους,
Τοὺς πετροπομποὺς ἔτρεψας τῶν βαρβάρων.
Καὶ ταῦτα μὲν δὲ μικρὸν ὕστερον πάλιν
Εἶχε κατ' ἐχθρῶν ἐμφανέστερον πέρας.
Οὐ μὴν παρεῖδεν ἡ τομωτάτη φύσις,
Ἀπὼν παρεῖναι τοῖς πόνοις ὁ Δεσπότης,
Ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἐγγὺς ἦν τῶν φροντίδων,
Ὅσον μεταξὺ τῶν τόπων ἀφίςατο.
Ἤδη γὰρ εἶχε τρεῖς ἐτῶν περιδρόμους
Καταστρατηγῶν τῆς ἀθέσμου Περσίδος,
Ἐκδύς τε τὸν νοῦν εἰς ἀμηχάνους τόνους.
Ὃν οὔτε χειμὼν καυστικὸν ἔχων ζέσιν
Ἔπεισε δοῦναι τοῖς ἀγῶσιν ἀργίαν,
Οὐδ' αὖγε μητρὸς ἐξενίκησε πόθος,
Μικρὸν προδραμεῖν τοῦ χρόνου προθεσμίας·
Οὐδ' ἀντέπιλεν αὐτὸν ἔμφυτος βία
Τέκνων τοσούτων, οὐδὲ σώματος μάχη
Κουφισμὸν εὑρεῖν ἀξιοῦσα τῶν πόνων.
Ἀλλ' ἀναπαύσας ἐν μέσῳ τῶν βαρβάρων,
Ὡς εἰς ἀκάνθας ἐμπεπλεγμένον ῥόδον,
Καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς Περσικὴν κινῶν μάχην,
Πάλιν δι' ἡμᾶς ψυχικὴν εἶχε μάχην·
Καὶ ταῖς ἐπ' ἄμφω προσβολαῖς ἐσφιγμένος,
Ἀφεὶς τὸν ἐγγὺς, εἶχε τὸν μακρὸν πόνον.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς τῇ φορᾷ τῶν γραμμάτων
Ὑπεξανῆπτεν, οἷα πῦρ ἀναγκάσας
Ἀργοῦσαν ὕλην ἐκπυρωθῆναι πρὸς φλόγα.
Πυκνοῖς κελεύων, ἀσφαλῶς μὲν τὰς βάσεις
Τὰς πρὸς τὸ τεῖχος εὐτρεπίζειν, ὡς ἔδει,
Κτίζειν δὲ πύργων ἐκφορὰς ὑπαιθρίους,
Φραγμούς τε ποιεῖν, καὶ πεπηγμένους πάλους
Προσαντιβάλλειν, καὶ πλέκειν τεῖχος νέον,
Πολλάς τε ποιεῖν τοξοτῶν τε, καὶ λίθων
Ταχυδρομούσας μηχανὰς, καὶ συνθέσεις,
Καὶ τὰς ἐνόπλους εὐτρεπίζειν ὁλκάδας,
Ἃς καὶ πρὸ πολλοῦ συγκροτῶν οὐκ ἠμέλει.
Οὐ γὰρ πρόσωπον μὴ θέλων ἰδεῖν μάχης,

Ἑτοι-

Erat videre tubas, & tela, & gladios,
Ignem, teſtudineſque, & iaculatorios lapides,
Et falſarum turrium machinas, & compagines;
Ac tanta iam erat omnibus ſalutis deſperatio,
Quanta tibi ſpes pro nobis inerat,
Quod firmo ſtaret pede noſtra fortuna.
Atque haec ego, tui gratia celare cupidus, — *Piam Sergii laudat.*
(Sciebam enim te velle etiam nunc ea latere)
Eram taciturus: ſed mens erubuit
Ea ſuffurari, quorum videt eſſe alios conſcios.
Igitur da veniam. Eſt enim certe difficile
Omnium evadere, & fallere ſagacitatem.
Habuiſti enim; habuiſti conſpirantem Virginem,
Quae tibi, quod erat futurum praemonſtrabat.
Hanc tecum habens de more belli ſociam — *Quibus armis Sergius contra Barbaros dimicaverit?*
Ex tuo pugnaſti non terreno corde
Cum inſtrumentis iis ſimilibus artis bellicae.
Tibi enim erat pro telo in Deum fiducia,
Citius currens fulgure veloci;
Pro turri fides, pro iaculis lacrimae;
Pro igne ſpiritus; teſtudines vero feciſti
Inclinans genua, & deprimens cervicem;
Suſpiria vero emittens, veluti fundas,
Saxa iacientes Barbaros evertiſti.
Atque haec quidem non multo poſt iterum,
Quid in hoſtes poſſint, clarius comprobatum exitu.
At non ſane neglexit acerrimo ſuo ingenio — *Heraclius e Perſide de bello Abarico curam gerit.*
Vel abſens adeſſe laboribus Deſpota.
Sed tantum prope aderat ſollicitis rebus,
Quantum intervallo aberat a locis.
Iam enim trium annorum circulum compleverat
In militando contra nefandam Perſidem,
In id incumbens invicta animi contentione.
Illum neque hiems urentem ferens ſpiritum
Suaſit umquam, ut ceſſaret a praeliis,
Nec matris umquam fregit deſiderium,
Ut citius praeſtituto die rediret:
Non illum dimovit inſita vis amoris
Erga tales filios, neque corporis conflictatio
Levamen dare conſulens laboribus.
Sed medios inter requieſcens Barbaros,
Veluti roſa circumimplexa ſpinis,
Qui iam pro nobis Perſicum moverat bellum,
Alterum pro nobis ſpiritu geſſit bellum,
Et duplici utrimque conſtrictus periculo
Praeſens dimiſit, curam habuit de remoto.
Exinde ſuis ille miſſis litteris — *Litteris mandat, quid facto ſit opus.*
Nos ſuccendit, ut ignis, qui cogit
Arida ligna ſtatim flammam concipere:
Non ſemel mandans, ut aſcenſus ſecuri
Ad moenia adparentur, ſicuti eſt neceſſe,
Turreſque aedificentur exportandae,
Et valla fiant, & compacti pali
Contra ſiſtantur, & muniatur murus novus.
Multae vero fiant ad rotanda tela, & ſaxa
Verſatiles machinae, moleſque,
Armataeque aptentur naves,
Quas ille iamdiu expediri curaverat.
Faciem quippe non volens videre belli — *Mittit milites ad urbis praeſidium.*

Praeſen-

Ἔτυμον ἔσχεν ἐξ ἀνάγκης τὴν μάχην,
Στρατοῦ τε πλῆθος ἐξαπέστειλε φθάσας·
Καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀσφαλείας ἠμέλει,
Μόνην νομίζων ἀσφαλῆ σωτηρίαν,
Εἴπερ τὸ κοινὸν εὑρεθῇ σεσωσμένον·
Σχεδόν τε πάσας τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας
Εἰς τὰς δι' ἡμᾶς ἀντανέφερε φροντίδας,
Κίνδυνον ὥσπερ ψυχικὸν δοκῶν ἔχειν,
Εἰ μὴ δι' ἡμᾶς πάντα κινδύνους πάθοι.
Οὕτως ἕκαστα καὶ κελεύων, καὶ γράφων
Προΐστατο μὲν τῷ λόγῳ τὰ πράγματα·
Ἐζωγράφει δὲ μὴ παρὼν τὰ τῆς μάχης
Τάττων, στρατηγῶν, μηχανουργῶν ἐγγράφως
Τῇ τῶν λογισμῶν τεχνικῇ λεπτουργίᾳ·
Οὐ μὴν παρημελεῖτο τὰ προστάγματα·
Ἀλλ' ἦν τὸ γράμμα πρᾶγμα πεπληρωμένον.
Πάντων προθύμως καὶ πολιτῶν, καὶ ξένων,
Καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς, καὶ μεγίσταις ἀξίαις
Ὑποδραμόντων τοὺς ἑκουσίους πόνους.
Ἔδει γὰρ οἶμαι τὸν τοσοῦτον Δεσπότην
Ἔχειν τοσούτους εἰς ἀνάγκην οἰκέτας,
Οἳ τὰς κελεύσεις τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Μαθόντες, ἔργα τοὺς λόγους ἐδείκνυον.
Οὕτως ἀκίνητος ὢν ὁ Δεσπότης
Τάχει λογισμῶν, καὶ φρενῶν ἀπληστίᾳ,
Πόρρωθεν ἐγγὺς τῇ πόλει παρειστάτο·
Καὶ ταῖς μερίμναις πανταχοῦ παρῆν μόνος,
Ὡς εἷς λογισμὸς ἀντὶ πάντων ἀρκέσας.
Ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων σου, Δέσποτα,
Εἰς καιρὸν ἡμῖν εὔθετον τηρητέον,
Ἐν ᾧ παρούσης τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ,
Εὔκαιρος ὁ πλοῦς τῆς ἀβύσσου τῶν λόγων.
Ἐπεὶ δὲ φρικτὸν ἡ περίστασις φόβον
Εἶχε βλέπουσα τῆς μάχης τὰ κύματα,
Ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑπηκόοις,
Καὶ τῷ Μαγίστρῳ τῶν ἐνόπλων ταγμάτων·
Ἀεὶ γὰρ ὑμῖν εἰς τὸ πᾶν συνημμένοι,
Τὰ κοινὰ σὺν σοὶ τῶν πόνων ἐβάσταζον,
Καθ' ἡμέραν τρέχοντες, ὡς ὁδοιπόροι,
Καὶ συμπαρόντες τῇ πολυπλόκῳ μάχῃ
Ὅπλοις λογισμῶν, τακτικαῖς ἀγρυπνίαις·
Καίτοιγε ταῦτα μὴ πονοῦντες ἐξ ἔθους.
Ὅπερ μάλιστα τοὺς πόνους ποιεῖ πόνους·
Παρ' οἷς τὸ μοχθεῖν εἰς μάχην οὐ γίνεται.
Ὅμως ἔδοξεν, ὥστε πρὸς τοὺς βαρβάρους
Ἄνδρας σταλῆναι παντὸς ἔργου, καὶ λόγου
Πολλὴν ἀποστάζοντας εὐαρμοστίαν,
Προσαγγελοῦντας, ὥστε λῦσαι τὴν μάχην,
Πέρας τε κοινῶν συντεθῆναι φροντίδων.
Τούτων παρ' ἡμῖν τακτικῶς κινουμένων,
Τὸ Περσικὸν φρύαγμα σὺν δόλῳ πάλιν
Στέλλουσι κλέπτας τῆς θαλάσσης ἀγγέλους
Σπεύδοντας, ὥσπερ ἠκονημένον ξίφος
Θήγειν καθ' ἡμῶν τὸ ξίφος τὸ βάρβαρον.
Ἐπεὶ δὲ συνδραμόντες ἐξ ἀδηλίας
Ἐκεῖθεν ἔνθεν οἱ σταλέντες ἄγγελοι
Εἰς ἓν μέρος συνῆλθον ἐκ τόπων δύο·
Ὁ βάρβαρος μέν, ὡς ὁμοῦ δεδεγμένος
Πρέσβεις τοσούτους, καὶ πρὸς ὄγκον ἠρμένος

Συνῆ-

Praeſentem habuit belli neceſſitatem,
Et militum copiam miſit opportune,
De ſua ipſius ſecuritate non multum ſollicitus,
Unam ratus eſſe certam ſalutem,
Si rerum ſumma nihil detrimenti pateretur:
Et omnes fere ſuas ſollicitudines
In unam noſtrum ſollicitudinem converteret.
Periculum quaſi animae iudicans habere,
Niſi pro nobis omne ſubeat periculum.
Sic ille ſingulatim omnia mandans, & ſcribens
Sermone quidem praemonſtrabat opera:
Depingebat autem, quamvis abſens, res bellicas,
Diſponens, imperans, machinas praeſcribens
Mira ingenii ſubtilitate, & peritia.
Neque parvi facta ſunt mandata:
Sed quod fuit ſcriptum, impletum eſt opere,
Omnibus alacriter cum civibus, tum exteris,
Necnon iis, qui prima, & maxima obibant munera,
Accurrentibus ad labores ultroneos.
Oportebat enim, opinor, talem Dominum
Tales habere in neceſſitate famulos,
Qui ſapientum conſiliorum mandatis
Vix cognitis, iuſſa factis comprobarent.
Sic irrequietum ſe gerens Deſpota
Conſilii promptitudine, mentiſque immenſitate
Vel a longe prope ad urbem ſtabat:
Et ſua providentia ubicumque aderat ſolus,
Tamquam una cogitatio ſufficiens pro omnibus.
Ceterum tuorum copia laborum, Deſpota,
Ad tempus eſt mihi accomodatius reſervanda,
Quando pace adparente in medium
Fiet ſecunda navigatio per mare eloquentiae.
Cum igitur horrendus undique timor
Inſtaret rebus ob praeſentes belli fluctus:
Viſum eſt Ducibus inferioribus,
Necnon Magiſtro armatorum ordinum,
(Semper enim tibi illi ad omnia coniuncti
Communes tecum labores ferebant,
Quotidie ſimul currentes, tamquam comites,
Unaque ſimul adſtantes multiplici bello
Armis conſiliorum, & militaribus vigiliis;
Nec tamen fracti laboris aſſiduitate,
Quae maxime facit, ut labores ſint iis labores,
Quibus obdureſcere in bello non obtigit:)
Aeque viſum eſt omnibus, ut ad Barbaros
Viri mitterentur praeſtantes opere, & ſermone,
Qui multam effundentes ore ſuavitatem,
Nuncium afferrent de bello diſſolvendo,
Et fine imponendo communibus curis.
His rite apud nos deliberatis
Perſae feroces fraudulenter contra
Mittunt furtivos per mare nuncios
In id intentos, ut acutum ferrum
In nos acuerent, ferrum barbaricum.
Iam vero concurrentes ex occulto
Hinc & inde miſſi nuncii
In unam partem convenerunt ex locis duobus.
Barbarus quidem, eo quod una ſimul excepiſſet
Tales legatos, in ſuperbiam elatus

Coniun-

Qua ratione urbs defendi poſſit, abſens monet.

Civium ardor in faciendis iis, quae Imperator mandaverat.

Heraclii maxima ſollicitudo.

Legati a Conſtantinopolitanis ad Chaganum miſſi pro petenda pace.

Legati miſſi a Perſis ad Chaganum, ut Conſtantinopolim invadat.

Chaganus utroſque Legatos coniungit.

Συνῆψεν ἄμφω· τοῦτο δὲ δόξης χάριν·
Τὸ δ᾽ αὖ γε πλεῖστον ἐκφοβεῖν ἡμᾶς θέλων.
Ὁ Περσικὸς γὰρ ἐξανῆπτεν οἰκέτης
Τὸν θυμὸν, ὡς πῦρ ἐκ πυρὸς, τοῦ βαρβάρου,
Καὶ χιλίους μὲν συμμάχους ὑπέσχετο.
Ἡμᾶς δὲ δεινοῖς ἐξεφαύλισε λόγοις,
Συνέστρεψέ τε συλλαβῶν τῶν βαρβάρων
Γνώμας ἐνόπλους, καὶ τεθηγμένους λόγους.
Τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ἐτέρπετο
Ὁ τῶν Σκυθῶν τύραννος ἡ πρώτη βλάβη.
Ὅμως ὁ πάντων ἀσφαλὴς ζυγοστάτης
Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν σκοπὸν παρ᾽ ἐλπίδας
Εἰς τὴν κατ᾽ αὐτοῦ συμφορὰν ἀντιστρέφει.
Δέον γὰρ αὐτὸν συγκαλύψαι τὸν δόλον,
Σιγῇ τε κρύψαι τοὺς λαθόντας ἀγγέλους·
Ποιεῖ τὸ κρυπτὸν ἐμφανὲς, καὶ γίνεται
Σύμβουλος ἐχθρὸς, καὶ κατήγορος φίλος.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον οἱ καλῶς ἐσταλμένοι,
Ἀμήχανον μὲν τὸν πρὸς εἰρήνην λόγον
Φήσαντες εἶναι τὸν σκοπὸν τοῦ βαρβάρου,
Τὸν Περσικὸν δὲ μὴ διαδρᾶσαι δόλον.
Φυλάττεται μὲν τῆς θαλάσσης ἡ θύρα
Τὰς εἰσόδους κλείσασα ταῖς διεξόδοις·
Ἁλίσκεται δὲ συντόμως τὰ κλέμματα,
Καὶ νυκτὸς ἔργον, φῶς ἀνῆχεν ἡμέρας.
Κοινὸν γὰρ εἶχεν πένθος ἐξ ἑνὸς τρόπου
Τὸ Περσικόν τε, καὶ τὸ βάρβαρον γένος,
Τοὺς ἀνταμοιβὰς προσδοκῶντες ἀγγέλους.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν τῆς μάχης ἡ κυρία
Πρὸς τὴν κρίσιν συνῆλθε τὴν θεόγραφον,
Πάλιν σὺ κάμνεις, οὐ γὰρ ἀσκόπως φθάσας
Τῆς κοινότητος ἐντολεὺς κατεστάθης.
Λαβὼν δὲ θεῖον τὸν συνήγορον Λόγον,
Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἐκδραμὼν τὸ τῆς δίκης,
Γραφὴν κατ᾽ αὐτῶν ἀσφαλῶς προσεξέθου
Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου.
Ταύτην τις, οἶμαι, τὴν διάγνωσιν βλέπων
Φήσει δόλῳ σε τὸν κριτὴν ὑφαρπάσαι·
Δείξας γὰρ αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις ὅλοις
Ἀντιπρόσωπον ἐξανέστησας φόβον,
Καὶ τῶν ἐλέγχων μηδέπω πεπηγμένων
Κομψῶς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἡ δίκη καθίστατο.
Ὡς εὖγέ σοι γένοιτο τοῦ καλοῦ δόλου·
Κρίνας γὰρ ἐν σοὶ, καὶ διεγνοὺς τὴν φύσιν,
Ὡς μητρὸς οὐδὲν παιδὶ συμπαθέστερον·
Τὴν τοῦ δικαστοῦ μητέρα προσηγάγου
Οἴκτῳ, δεήσει, δακρύοις, ἀσιτίᾳ,
Καὶ τῇ δόσει δὲ τῶν ῥεόντων χρημάτων·
Ἐκεῖθεν ἔνθεν πολλὰ δοὺς, καὶ σκορπίσας,
Πείθεις ἐκείνην πρῶτον· ἡ δὲ συντόμως
Πείθει τὸ τέκνον, καὶ σχεδὸν πρὸ τῆς δίκης
Νικῶσαν ἡμῖν ἐξεφώνησε κρίσιν·
Ὅμως ἐπειδὴ τοῖς ἀγῶσι τῆς μάχης
Προσαντιτείνειν ἠξίουν οἱ βάρβαροι.
Πυρὸς μὲν ἔργον ἀφρόνως ἐγίνετο·
Πᾶς ὁ πρὸ τείχους ὡραϊσμένος τόπος·
Ἡ φλὸξ δὲ καπνίζουσα τὸν καινὸν ζόφον
Ἐκ τῆς ὁμίχλης τῆς ξένης ἐκρύπτετο.
Τοῖς δ᾽ αὖ γε Πέρσαις ἐστρατευμένοις πέραν,
Ὡς

Coniunxit utroſque oſtentationis cauſſa,
Tum quia nos magis exterrere vellet.
Perſicus enim incendit ſervus
Animum, velut ignis ignem, Barbari:
Siquidem mille auxiliatores obtulit.
Nos vero horrendis contempſit dictis,
Inque nos contorſit ſyllabis barbaricis
Voces armatas, & pungentia convicia.
Hiſce illectus ſermonibus delectabatur
Scytharum tyrannus: prima labes.
At vero, qui res omnes recta lance ponderat, — *Chagani ſtultitia.*
Hoc ipſum conſilium praeter ſpem
In illius calamitatem convertit.
Oportebat enim, ut ille celaret dolos,
Tacenſque abſconderet clam miſſos nuncios.
Sed occultum facit manifeſtum; unde fit
Conſiliarius hoſtis, & accuſator amicus.
Poſtquam enim rediere bene miſſi nuncii, — *Legati Conſtantinopolitani re infecta revertuntur.*
Ut nullo pacto ageretur de pace,
Dixerunt eſſe mentem Barbari,
Ac Perſarum detectam eſſe fraudem.
Tum quidem cuſtoditur maris oſtium,
Vetans ne pateret egreſſis introitus.
Deprehenduntur vero ſtatim fraudes,
Et noctis opus patefecit lux diei.
Aeque enim erat ſollicitum ex una cauſſa
Perſarumque, & Barbarorum genus
In mutuis exſpectandis nunciis.
Poſtquam vero tandem belli Domina — *Sergius imaginem ἀχειροποίητον circumfert.*
Ad ſententiam convenit caelitus ſcriptam;
Tu rurſus allaboras: non enim improvido conſilio
Rerum ſummam adſidens gubernaſti.
Statimque accepto patrono Verbo,
Et muro aſcenſo, ubi agebatur actio,
Picturam in ipſos firmiter obieciſti,
Terribilem illam ſpeciem picturae non pictae.
Hanc quis, opinor, iudicationem ſpectans — *Abares terga vertunt.*
Dicat te dolo Iudicem ſubornaſſe.
Ubi enim ipſum palam hoſtibus oſtendiſti,
Talem excitaſti timorem, ut faciem averterent.
Et argumentis nondum productis
Scite eſt in ipſos multa conſtituta.
Quam bene tibi ceſſit laudabile commentum! — *Laus pietatis Sergii.*
Ex te enim iudicans, dignoſcenſque naturam,
Ut nihil matre ſit filio indulgentius;
Iudicis Matrem allexiſti
Affectu, prece, lacrimis, ieiunio,
Et effuſa divitiarum largitione:
Hinc & inde enim multis datis, & erogatis,
Illam ſuades primum; & illa ſtatim
Suadet Filium, & prope ante iudicium
Victricem pro nobis pronunciavit ſententiam.
Verum cum tamen ad pugnae certamina — *Abares excitato igne Perſis dant ſignum pugnae.*
Se obiicere Barbari contenderent:
Multum quidem ſtulte fiebat incendium,
Ita ut omnis ante murum locus eſſet conſpicuus.
Flamma vero excitans fumi novas nebulas
Immenſam inter caliginem abſcondebatur.
At Perſis in adverſo littore eductis ad bellum,
Quod

Ὡς δὴ καθ᾽ ἡμῶν ἤρξατ᾽ ἄρχειν ἡ μάχη,
Κήρυξ ὁ καπνὸς τοῦ σκότους ἐγίνετο·
Ἔρως γὰρ ἦν τις τοῖς ἐπ᾽ ἄμφω βαρβάροις,
Οὐχ᾽ ὅστις ὅπλα συντομώτερον λάβοι,
Ἀλλ᾽ ὃς προφλέξῃ τῶν ἀναιτίους λίθους.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον.
Ἤδη δὲ λοιπὸν συγκροτοῦντες τὴν μάχην
Οἱ βάρβαροι μὲν τοῦ δικαστοῦ τῶν τόπους,
Καὶ τοῦ στρατηγοῦ τῆς ἀτρώτου Παρθένου
Λαβόντες εἶχον, ὥσπερ τὰς ἀσπίδας,
Καὶ τῶν παρ᾽ αὐτῶν δυσσεβῶς ὑβρισμένους
Ἔχειν συνεργοὺς εἰς ἀνάγκην ἠξίουν.
Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάροις μεμιγμένα
Ὁ βάρβαρος τοῖς ἐμβαλὼν ταῖς ὁλκάσι,
Γλύψας γὰρ εἶχεν ἐσκυφωμένα σκάφη,
Ἔμιξε τὴν γῆν τῆς θαλάττης τὴν μάχην.
Κἀμοὶ δὲ μίξις συνεπῆλθε, καὶ μάχη·
Καὶ πανταχοῦ μοι τοῦ σκοποῦ πεφυρμένου,
Καὶ συγκροτοῦντος τῶν λόγους, ὡς εἰς μάχην,
Τί πρῶτον εἰπὼν δεύτερον ἀπάρξομαι;
Ἄλλος μὲν οὖν ἔπιπτεν, ἐκ ῥιπῆς λίθου
Λαβὼν κατ᾽ αὐτὸ τὴν βολήν, καὶ τὸν τάφον·
Ἄλλος δὲ σύννους προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ
Βληθεὶς ἄνωθεν ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Τὸ πνεῦμα θᾶττον ἀντατῆκε τοῦ λόγου·
Καί τις παρ᾽ αὐτοῖς ἐν μεγίσταις ἀξίαις
Τάξαι νομίζων εἰς δέον τὰ τάγματα,
Ἔστη παρεισδὺς ἐν μέσῳ τῶν ἀσπίδων
Κρύπτειν ἑαυτὸν ἀσφαλῶς ἠπειγμένος.
Βολὴ δέ τις φθάσασα συντόμου λίθου
Ἀπροσδοκήτως διχοτομεῖ τὰς ἀσπίδας,
Καὶ τὰς μὲν ὠθεῖ· τῷ δὲ γίνεται φόβος·
Οἱ δ᾽ αὖγε λοιποὶ πάντες, ἀκρίδων δίκην,
Ἔπιπτον ἀρδην δυστυχοῦντες εὐστόχως.
Οὕτως ἀπηκρίβωσεν ἡ θεία κρίσις
Τὰ τόξα, τοὺς βάλλοντας, αὐτοὺς τοὺς λίθους,
Ὡς μηδὲν εἰκῇ συμπεσεῖν ἐρριμμένον·
Ἀλλ᾽ ἦν τὸ πεμφθὲν εὐστόχως ἀφηγμένον
Πρὸς τὴν ἑκάστην τῶν βεβλημένων τύχην.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῆς τύχης τὰ πράγματα,
Τὰ νῶτα τῆς γραφῆς εὐφόρως ἐβάστασε·
Ἔδει δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῶν θαλαττίων
Λαβεῖν ἀγώνων τὴν ἰσόρροπον κρίσιν.
Καί μοι πρόσεστι τοῦτο θαυμάσαι πλέον,
Πῶς τὴν τοσαύτην τῆς θαλάττης οὐσίαν
Οἱ βάρβαροι βλέποντες ἐκτεταμένην,
Δοκοῦντες, ὥσπερ ἐστενῶσθαι τῷ πλάτει,
Ἐκεῖ συνεκλείσθησαν εὐθέτως, ὅπου
Τὸν οἶκον εἶχεν ἡ στρατηγὸς Παρθένος.
Ἐκεῖ γάρ, ὥσπερ ἐν σαγήνῃ δικτύων
Τὰ γλυπτὰ συζεύξαντες ἥπλωσαν σκάφη.
Ἐπεὶ δὲ συννεύσαντες ἀλλήλοις ὅλοι,
Ἐπῆλθον ἡμῶν σὺν βοῇ ταῖς ὁλκάσιν.
Ἐντεῦθεν ἦν ἄδηλος ἡ δήλη μάχη.
Μόνην γὰρ οἶμαι τὴν τεκοῦσαν ἀσπόρως
Τὰ τόξα τείνειν, καὶ βαλεῖν τὴν ἀσπίδα.
Καὶ ταῖς ἀδήλοις συμπλοκαῖς μεμιγμένην,
Βάλλειν, τιτρώσκειν, ἀντιτέμνειν τὸ ξίφος,
Ἀνατρέπειν τε, καὶ καλύπτειν τὰ σκάφη,

Δοῦναι

Quod iam contra nos iniretur pugna,
Tenebricoſus fumus factus eſt praeco.
Conventio enim erat inter utroſque Barbaros,
Nequis arma citius altero caperet,
Quam ille antea incendiſſet inculpabiles lapides.
Atque haec quidem non alio geſta ſunt modo.
Tum demum undique cientes pugnam
Barbari quidem Iudicis locos,
Et imperantis intemeratae Virginis,
Quos occuparant, habebant ſibi pro ſcutis.
Ita quos illi impie laceſſiverant
Sibi habere adiutores in neceſſitate putabant.
Ac Sthlaborum multitudinem mixtam Bulgaris
Cum conieciſſet Barbarus in naves,
(Habebat enim trabe excavatas cymbas)
Miſcuit terreſtrem cum marina pugna.
At mihi quoque confuſio oboritur, & conflictus:
Cumque tanta ſit propoſiti argumenti perturbatio,
Ut veluti ad pugnam concitentur ſermones,
Quid primum dicam, quid deinde proſequar?
At vero quidam cecidit ex iactu lapidis,
Una ſimul vulnere accepto, & ſepultura.
Alter vero cogitabundus loquens cum ſocio
Traiectus deſuper ab occulto ſagittario
Citius emiſit ſpiritum, quam verba:
Necnon quis inter ipſos ex primoribus
Inſtruere volens ad opus ordines,
Media inter ſcuta ſe coniecerat,
Ita ſeipſum celare ad ſecuritatem adactus.
Iactus vero praevertens celeris lapidis
Ex improviſo protenta dividit ſcuta,
Ac vehementer impellit: huic timor oboritur;
Ceteri vero omnes, locuſtarum more,
Proſtrati iacuere in infortunio ſolertes.
Sic divinum iudicium perfecte direxit
Tela, iaculatores, & ipſos lapides:
Ut numquam irritum caderet, quod iactum erat
Sed erat miſſile ad ſcopum opportune directum,
Pro varia transfoſſorum fortuna.
Ac tales quidem rerum fortunatos exitus
Terga picturae facile attulerunt.
Oportebat autem, ut etiam maritima
Experirentur praelia aequale iudicium.
Ac quanto magis mihi ſubit admirari,
Quomodo tantam maris ſubſtantiam
Barbari videntes late protenſam,
Quaſi viderentur ipſa arctari latitudine,
Eo ſe omnes apte concluſerint, ubi
Domum habebat Imperatrix Virgo.
Illic enim, velut in ſagena piſcium
Cavas inter ſe iunctas extenderunt cymbas.
Tum vero omnes invicem conſpirantes in unum
Aggreſſi ſunt noſtras cum clamore naves.
Atque ea fuit occulta, ſimulque patens pugna.
Sola enim, ut puto, quae peperit ſine ſemine,
Arcus intendebat, & obiiciebat clypeos:
Et ex occulto ſe immiſcens conflictibus
Tela mittebat, ſauciabat, retundebat gladios,
Evertebatque, & ſubmergebat cymbas,

Dedit-

Terra, marique pugnare inſtituunt.

Poetae dubitatio.

Abarum caedes.

Conſtantinopolitani, Deo favente, in terreſtri pugna victores evadunt.

Ope Deiparae Virginis, etiam in navali pugna vincunt.

Δοῦναί τε πᾶσι τὸν βυθὸν κατοικίαν.
Ξένον γὰρ οὐδὲν, εἰ πολεμεῖ Παρθένος,
Δι' ἧς παρῆλθεν εἰς τὸ τῆς ψυχῆς σέβας.
Οὐκ οἶδα πῶς πεμφθεῖσα ῥομφαία πάλιν·
Ὅμως παρῆλθεν, ἢ διῆλθεν ὀξέως
Τρώσασα τὴν ἄτρωτον ὐδαμοῦ φύσιν.
Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνα τὰ γλυπτὰ σκάφη
Τὸν ὅρμον εἶχον ἐξ ἀνάγκης εἰς ζάλην·
Πολλὴ δὲ φύρσις, καὶ φόβος, καὶ σύγχυσις
Τοῖς ναυμαχοῦσι βαρβάροις συνήρχετο.
Καί πού τις αὐτῶν ἐκπεσὼν τῆς ὁλκάδος
Πλωτὴρ χαρακτηρίζων τὴν τέχνην εὑρίσκετο.
Ἄλλος δὲ νεκρὸν εἰς ὕδωρ μιμούμενος,
Ἤλπιζε φεύγειν, τῷ δοκεῖν πεπνιγμένος.
Καί τις παρ' αὐτοῖς ἀντὶ πύργου τὴν τρόπιν
Λαθὼν ὑπῆλθε, καὶ πολὺν μείνας χρόνον
Ἐκ τῆς ἀνάγκης δυστυχῶν ἐκαρτέρει.
Ὅμως ἐκείνους πάντας, ὡς ἕνα στόλον,
Ὁ τῆς θαλάσσης συγκατέκλυσε σάλος.
Ἐντεῦθεν ὁ πρὶν ἀφθόνως ἀνημμένος
Πνέων τε πυρσὸν ἐκ λόγων, πῦρ ἐκ βολῶν
Ἀπηνθράκωτο συντόμως ὁ βάρβαρος·
Ἄρτι δὲ τέφρα συμφόρως ἐγίνετο,
Ὡς πῦρ ἀνάψας εἰς ἀνέγκλητα ξύλα.
Ἄλλος γὰρ ἄλλον ἐξέπεμπεν ἄγγελον
Φέροντας αὐτῷ συμφορὰς, ὡς δράγματα,
Ἐκ γῆς μὲν εἰς θάλατταν, εἰς δὲ γῆν πάλιν
Ἐκ τῆς θαλάττης δυστυχημάτων σάλον·
Οὕτω μὲν οὖν ἔπασχε τὸν καινὸν σάλον,
Εἰς γῆν νομίζων κυματοῦσθαι τὰς φρένας.
Ὡς κυμάτων γὰρ ἀντισύνδρομον μάχην
Εἰς ἕν τι ῥεῦμα συμφορῶν ἀφιγμένων.
Πῆ μὲν γὰρ ἡ γῆ τῶν ἀθάπτων βαρβάρων
Ὕλην παρεβλάστησε τῶν δένδρων πλέον·
Πῆ δ' ἡ θάλαττα τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων
Ὀχλουμένη τε, καὶ κατεστορεσμένη,
Ἐξ ἀλλοφύλων αἱμάτων φοινίσσεται·
Καὶ νῦν Ἐρυθρὰ κυρίως ἀκούεται,
Καλῶς βαφεῖσα τῇ βαφῇ τῶν βαρβάρων.
Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον
Βλέπουσαν αὐτὴν, καὶ νέον σε Μωσέα,
Τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκονίζειν ἐμφάσεις·
Καὶ νῦν ἔχουσιν εἰς σορὸς τὰ κύματα,
Μνήματ' ἔνυγρα, καὶ ταφὴν Αἰγυπτίαν.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς ἐνδεεστέραν βλέπειν
Πρὸς τὴν παλαιὰν τὴν νέαν τιμωρίαν.
Ἄσωμεν οὖν τὸν ὕμνον οὐκ ἐν τυμπάνοις
Ἄρρυθμα βομβήσαντες, ἀλλ' ἐν ὀργάνοις
Τῶν ἔνδον ἡμῖν μυστικῶς ἡρμοσμένων.
Καὶ νεῦρα μὲν τείνωμεν ἐψυχωμένα,
Καὶ πλῆκτρα γλώσσας, καὶ τὰ χείλη κύμβαλα·
Αἰσθήσεων δὲ πενταχόρδῳ συνθέσει
Τὸν ἄκρον εἰς τὸν πρῶτον ἄσωμεν τόνον.
Οὕτω γὰρ ἡ μὲν ὄψις ἡ τῶν ὀμμάτων
Πᾶσαν καθαιρεῖ βλαπτικὴν θεωρίαν·
Ἡ δ' αὖ νοητὴ τῶν ἀκουσμάτων πύλη
Ἤχοις ἀτάκτοις οὐκ ἀνοίξει τὰς θύρας.
Οὐδ' αὖγε τὴν ὄσφρησιν ἠπατημένη
Ἥδυσμα πικρᾶς ἡδονῆς ὑφαρπάσει,

Καὶ

Deditque omnes habitare in profundum.
Novum enim eſt nihil, quando militat Virgo, *Virgo SS. pro Conſtantinopolitanis pugnat.*
Per quam advenit animo religio.
Certe neſcio, quinam immiſſa eſt toties framea;
At certe evaſit, pervaſitque celeriter,
Gentem vulnerans non vulneratam antea.
Ita igitur illae cavae cymbae *Barbarorum naves tempeſtate vi demerſae.*
Portum ſunt adactae habere ſubtus mare.
Multa vero commixtio, & timor, & confuſio
In mari pugnantes Barbaros inceſſit undique.
Ac quidam ex ipſis procidens e navi,
Dum artem natandi fingeret, deprehenſus eſt.
Alter vero mortuum ſuper aquam imitatus,
Sperabat evadere, ſe ſuffocatum ſimulans.
Et alter ex ipſis pro turri carinam
Clam ſubiit, ubi diu permanens
Ex neceſſitate ſuam calamitatem ſuſtinuit.
Ceterum eos omnes, tamquam unam navim,
Maris unda concitata diſperſit.
Exinde qui nuper incenſus immodice *Chagani deſperatio.*
Flammam fundebat ex ore, ignem ex iaculis,
Combuſtus eſt repente Barbarus,
Statimque cinis factus eſt utiliter;
Ut ignis, qui ligna immerentia combuſſerat
Quippe alius poſt alium mittebat nuncios,
Qui ad eum afferrent mala, velut manipulos,
A terra enim ad mare, & ad terram pariter
A mari, erat calamitatum tempeſtas.
Ita igitur paſſus eſt novam tempeſtatem
In terra ratus fluctuare mentes,
Non aliter quam ſecum depraeliantibus undis
In unam tandem partem calamitates confluunt.
Illic enim terra ex inhumatis Barbaris
Silvam ferebat plus quam ex arboribus.
Hic autem mare dorſo geſtans cadavera
Nuper conturbatum, & nunc ſedatum
Ex alienigenarum purpuraſcit ſanguine.
Et nunc vere, & proprie rubrum audit,
Tam bene tinctum tinctura Barbarorum.
Oportebat enim, ut puto, Pharaonem alterum *Chagani clades cum Pharaonis clade comparata.*
Mare ipſum cum videret, teque novum Moſem,
Ut vivam Erythrae referret ſpeciem;
Eſt nunc hi quoque habent pro tumulis undas,
Humida monumenta, & ſepulcra Aegyptia.
Aequum enim non erat, ut eſſet inferior
Illa antiqua haec nova ultio.
Canamus igitur hymnum, non cum tympanis *Hymnus ad Deum in gratiarum actionem.*
Incondita perſtrepentes, ſed cum organis
Intus in corde noſtro myſtice temperatis:
Et nervos intendamus animae,
Fiantque plectra linguae, & labia cymbala.
Et ſenſuum pentachordo coniunctorum
Altum in primis efferamus canticum.
Ita enim viſus, qui eſt ex oculis,
Ab omni emundabitur noxio ſpectaculo:
Itemque intellectualis auſcultationum porta
Inordinatis ſonis non aperiet valvas;
Nec ab olfactu pariter decepta
Suavitatem amarae voluptatis adtrahet:

Guſtus

Καὶ γεῦσις ἔσται μὴ φθορᾶς παρεστία,
Ἀλλ' εἰς τροφὴν ἄφθαρτον ηὐτρεπισμένη.
Ἀφαῖς τε ῥευστῶν λημμάτων ἐλευθέραις
Τὰ χριστάδελφα ψηλαφήσωμεν μέλη.
Ὅπως ὁ πάσης ἀρχιτέκτων οὐσίας
Τὸ πανσθενὲς στήριγμα τῶν ὁρωμένων,
Καὶ τῶν ἀδήλων ἡ πεπηγμένη βάσις,
Ὁ παιδαγωγῶν συμφερόντως τὴν φύσιν,
Καὶ σωφρονισταῖς ἐκφοβῶν διδασκάλοις
Τὴν νηπιώδη τῶν παθῶν ἀταξίαν,
Καὶ νῦν στρατεύσας τῶν πυραύγεις συμμάχους
Κατὰ σκοτεινῶν ἀντιτάξει βαρβάρων,
Δείξειε Τίγριν, καὶ τὸν Ἴστρον πόρον,
Ὡς πρὶν τὸ Νείλου ῥεῖθρον, ᾑματωμένους.
Ὅπως μεθυσθῇ συγγενῶν ἐξ αἱμάτων
Ὁ βάρβαρος τοῖς δυστυχῶς γεγεμισμένος.
Αὔξοι δὲ τὴν σὴν εὐσεβῆ φυτουργίαν,
Τὸν Δεσπότην θάλλοντα τοῖς θείοις κλάδοις·
Θύρας τε πολλὰς ἐξανοίγοι τοῖς λόγοις
Νικῶντος αὐτοῦ πανταχοῦ τοὺς βαρβάρους.
Ἐνταῦθα μοι νῦν τὸν βραδύγλωσσον λόγον
Τὸ συμπέρασμα τῆς σκοπῆς ἐξεγράφει.
Τῷ σῷ δὲ τέκνῳ, τῷ νεωτέρῳ κράτει,
Τούτους προσειπεῖν εὐτρεπίζω τοὺς λόγους.
Νίκη φάνηθι· νῦν λαβεῖν σε νυμφίον
Ἔξεστι τοῦτον, ᾧ τὰ δῶρα τῶν γάμων
Δέδωκας ἤδη τὴν σφαγὴν τῶν βαρβάρων.

ΤΕΛΟΣ.

Guſtus autem non erit corruptionis cauſſa;
Sed ad eſcam incorruptibilem intentus:
Et tactu a fluxis rebus captandis immuni
Chriſti fraterna membra contrectabimus.
Ut ille totius artifex ſubſtantiae
Fortiſſimum fulcimentum viſibilium,
Et inviſibilium ſtabile fulcimentum,
Qui utiliter erudit naturam,
Et flagello magiſtro exterret
Stultam paſſionum perturbationem,
Nunc quoque ſuos educens rutilantes milites
Tenebricoſis ex adverſo ſiſtat Barbaris:
Tigriſque, & Iſtri demonſtret alveos,
Ut quondam Nili flumen, cruentatos.
Ut, inquam, inebrietur ſuae gentis cruoribus
Barbarus infeliciter ſaturatus.
Tua vero creſcat pia plantatio,
Deſpota, qui germina divinis ſurculis;
Portaſque multas referet ſermonibus,
Ipſo vincente quacumque ex parte Barbaros.
Atque hic meo tardiloquo ſermoni
Finis de re propoſita praeſcribitur.
Tuum vero filium, pubeſcentem maieſtatem,
Hiſce aggredior dictis alloqui.
Prodeas Victoria: nunc ſponſum accipere
Te decet iſtum, cui pro donis nuptialibus
Nuper dediſti cladem Barbarorum.

FINIS.

Preces ad Deum, pro Heraclio, & regiae familiae conſervatione.

Operis concluſio, & Apoſtrophe ad filium Heraclii.

ADNO-

ADNOTATIONES.

Verſ. 1. DEiparæ Virginis ope praeſentiſſima Conſtantinopolitanam urbem contra Abarum hoſtiles impetus fuiſſe ſervatam, cum Heraclius in Perſide contra Choſroam pugnaret, anno videlicet imperii ejuſdem XVI., Chriſti vero 626. die 29. menſis Iulii, communis eſt Scriptorum conſenſio. Vide Chronicon Paſchale *pag.* 393. Theophanem *in Chronograph. pag.* 264. Nicephorum Patriarcham *in Brev. pag.* 12., Anaſtaſium Biblioth. *in Hiſt. Eccl.* ad annum Heraclii XVI., & poſt hos Baronium ad annum 625. Nec aliter rem actam eſſe tradunt geminae de Bello Abarico narrationes, quas commentarii loco poſt haſce meas adnotationes adiiciam. Itaque merito totam de barbaris victoriam Beatiſſimæ Virgini acceptam refert Piſida. Confer hos Iambos cum inſcriptionibus in templo Blachernarum poſitis, quas inter epigrammata, & fragmenta reperies in fine.

3. Reponerem γεφύρᾳ.

12. Sergium a ſanctitate morum, & doctrinae ſaepe commendat. Vide *Hexaem. in princ.*, ubi ipſum agricolae Evangelico comparat, qui mentium campos ſuae eloquentiae, & pietatis fontibus irrigat, alitque. Ita infra *v.* 531. Heraclium Imp., eiuſque filios φυτουργίαν *plantationem* Sergii appellat, quod omnes ipſe erudiverit, & Chriſtianis moribus informaverit.

16. Cauſſam adventus Abarum in Europam recte indicat Piſida. Abares enim a Turcis victi, & uſque ad Iſtri ripas progreſſi, ad Iuſtinianum primum, ac poſtea ad Iuſtinum Imperatores legatos miſerunt, qui cum illis ſocietatem inire e re eſſe putarunt, quod barbaros homines nequirent in officio continere. Cum igitur omnibus ſit manifeſtum Turcas montes Caucaſios inter Pontum Euxinum, & mare Caſpium primitus incoluiſſe, patet Abarum quoque non multo longius fuiſſe ſedem. Atque hinc profecto eſt, quod ii, qui de foedere ab Iuſtino minore cum Barbaris facto agunt, & Abares Turcas, & Turcas Hunnos vocent, nec ſatis firmi in gentium appellatione videantur; quia ut dictum eſt in Monito ad hoc poemation, omnes illae ferae nationes, quae in Europam immigrarunt, Scytharum, vel Hunnorum nomine deſignabantur, ne Turcis quidem exceptis: teſtis eſt enim Theophanes, qui *pag.* 207. ſic ait: Οὗτοι κατ' ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, οὓς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν, πρεσβεύουσι πρὸς Ἰουστῖνον, *per id tempus Hunni, quos Turcos nuncupamus, Legationem ad Iuſtinum deſtinant*. Atqui iidem ſunt, quos Hunnos Sabiros, & Abaſgos vocat Procopius *de bello Goth.* IV. 3. Menander Protector *de Legat. Iuſtini pag.* 151. Turcas, & Theophylactus Simocatta *Hiſt.* VII. 8. Sabiros, & Abares appellant. Ac Evagrius quidem, cuius auctoritas plurimi facienda eſt, quia eius ſaeculi eſt Scriptor, Abares a Turcis diviſos fuiſſe aperte tradit *lib.* V. 1. Ἔθνος δὲ Σκυθικὸν οἱ Ἄβαρες τῶν ἁμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γείτονας Τούρκους πανσυδὶ πεφευγότες, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεισαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο .... μέχρις οὗ τὰς ὄχθας τοῦ Ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. *Sunt autem Abari, Scytharum gens in plauſtris degentium, qui campos ultra Caucaſum ſitos incolebant. Hi cum a Turcis finitimis ſuis gravi detrimento affecti eſſent, relictis ſedibus ſuis univerſi cum uxoribus, ac liberis ad Boſporum venerunt..... tandem cum ad Danubii ripas perveniſſent, legatos ad Iuſtinianum miſerunt*. Evagrio ſimilia narrat Simocatta *libro* VII. 7. Recte igitur Piſida Abares in contemptum ἀποσπάδας *reciſos* vocat; ducta enim metaphora ab arborum amputatione, quam late proſequitur, dicit Abares eſſe avulſos, & exſectos a Turcis, velut ignobiles, ac inutiles ramos. Doctiſſimus Henricus Stephanus *in Theſ. linguæ Gr.* ad vocem ἀποσπὰς, cum animadvertiſſet ἀποσπάδας dici a Suida τοὺς ἀποσπαδέντας *avulſos*, ἀποσπαδόντας autem τοὺς ἀποκοπέντας *eunuchos*, ſive *caſtratos*, recte coniecit vocem ἀποσπὰς eſſe feminini generis, quod patet ex *ſeq. verſu* 67., in quo Abares vocantur ῥίζα τῆς ἀποσπάδος, ſcilicet ῥάβδου, *radix avulſae virgae*.

18. Abares a Turcis pulſi, cum ad Danubium uſque pervagaſſent, ab Iuſtiniano Imp. contra alios Barbaros populos in auxilium acciti ſunt, & in Romanae ditionis fines recepti, ac donis ingentibus honorati. Rem fuſius narrat Menander Protector *inter excerpta Legat. pag.* 99., Theophanes *pag.* 143., atque ex eo Anaſtaſius *Hiſt. Eccl. ad an. Iuſtini tertium*. Cum autem ibi ſemel conſediſſent, non inde amplius eos eiiciendi Romanis Impp. fuit poteſtas. Corippus Africanus *de laud. Iuſtini minoris lib.* III. Abarum legatum multa iactantem, & munera ſibi ab Iuſtiniano dari ſolita repetentem ita inducit:

Nunc ripas Scythici victor rex contigit Iſtri,
Denſaque per latos figens tentoria campos,
Ad tua nos princeps haec ſplendida moenia miſit:
Annua praelargi patris ſolatia veſtri
Sumere tempus adeſt. Sanctus quae praebuit ille,
Vos etiam prabere decet, ſi foedera pacis
Intemerata ſibi: ſi mavis pacta manere,
Debita quaerenti tranſmittite munera regi.

Legato ſuperbe loquenti iratus reſpondet Iuſtinus:

Ergo ſigna meis Chagan contraria ſignis
Ferre parat; lituoſque mihi, campoſque minatur
Gens Abarum, ni pacta damus? Terrore putatis
Id noſtrum feciſſe Patrem, miſeratus egenis
Et profugis quod dona dedit? Pietate regendi
Hoc facimus, gratiſque dari proviſa iubemus.
Indignis praebemus opem, Chaganque timeri.

Se

Se putat, & bello mea ſigna laceſſere tentat?
Ite licet: campos, acies, & caſtra parate,
Signorumque duces certos ſperate meorum.
Contremuit ſtupefactus Abar &c.

Ita ſane Iuſtinus locutus eſt tum cum primum ad imperium eſt evectus, non diffidens ſe ſuis viribus poſſe Abares a Romanorum ditione expellere; ſed poſtea ipſum quoque, quamvis invitum foedera iunxiſſe cum inviſis barbaris conſtat ex omnibus hiſtoriis.

23. Τῆς γῆς τὸν ὅρον ὑφίστατο, ſcilicet ad ripas Danubii conſtitit, ut dictum eſt ſupra *v.* 16.

25. Abares cum primum ad amnem uſque perveniſſent, ſe cis Iſtrum non eſſe tranſituros iuraverant, ac Romani contra ſe trans Iſtrum non ituros promiſerant. Sed nulla fuit fides barbaris: unde tot orta inter utroſque diſſidia, & bella, Romanis autem damna maxima illata. Franciſcus Foris Otrokocſi, quem in Monito laudavimus, nimius ſane eſt *Originum Hungaric. part.* 1. *cap.* 5. in defendendis Hunnis, quos ut ab omni invidia liberet, Romanos foedifragos facit: cum tamen conſtet nullo iure eos in alienam ditionem irrupiſſe, nec ſemel iuramenta, & foedera dolo malo violaſſe, quod ex iis, quae ſub Heraclio Imp. contigerunt, clarius elucet.

30. Recte παιδογέτον appellatur Iſter, ſive Danubius, qui ſuo curſu Romani Imperii fines ad Septemtrionalem partem videbatur deſcribere.

34. Cum Piſida bene obſervaſſet Iſtrum fuiſſe leve praeſidium, & propugnaculum contra Barbaros; quomodo Abares flumen tranſierint, mihi videtur indicare. Equidem, ut ex eius verbis conîicio, hiemis tempore id factum eſſe cenſeo, cum Danubius gelu conſtringeretur. Ita ſane tempore Arcadii, ad quod tempus fortaſſe reſpicit Piſida, eveniſſe tradit Philoſtorgius *lib.* XI. 8. Ὅτι οἱ Οὖννοι, φησιν, οἱ μὲν τῆς ἐκτὸς Ἴστρου Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι, καὶ διαφθείραντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥωμαίων εἰσηλάσαντο· καὶ κατὰ πᾶσαν ἀναχυθέντες τὴν Θρᾴκην, ὅλην τὴν Εὐρώπην ἐληΐσαντο. *Hunni, qui Scythiam, quae trans Iſtrum eſt, occupaverant prius, ac devaſtaverant, poſtea amnem gelu conſtrictum traiicientes, in Romanorum ditionem irruperunt; & per univerſam Thraciam diffuſi totam Europam depopulati ſunt.* Ac ſimili prorſus ratione ſe in Europam penetraſſe ipſi Abares gloriantur apud Corippum *lib.* III.

Plauſtra ſuper ſolidas ſtridentia duximus undas:
Illic volventum veſtigia nulla rotarum
Area, nec ſolitos labens dedit orbita ſulcos,
Nec fragilis potuit cryſtalli forma noceri
Prae ſolido ſtringente gelu ....
Inſanum volvens ſtrepitum calcavimus Imbrum:
Ivimus in fluctus ſicco pede, praebuit amplas
Nix ſpacioſa vias &c.

Hinc Piſida, opinor, Danubium ipſum poetice reprehendit, quod ἀγράφῳ κρίσει *contra id quod erat ſancitum*, terminos, quos ſuo alveo dividere debuiſſet; gelu obduratus coniunxerit, τὸν ὅρον ἐπήξατο.

36. Moleſti quidem Abares Romanis, quamdiu trans Iſtrum ſunt commorati, ſaepe enim flumen traiicientes, & per Romanas provincias excurrentes omnia vaſtabant. Cum autem cis Iſtrum pedem intuliſſent, ibique certam ſedem habere coepiſſent, latior eis patuit via ad res Romanorum affligendas. Menander *in Exc. de Legat. pag.* 101. teſtatur Abares per legatos poſtulaſſe ab Iuſtiniano, ἐφ' ᾧ σφᾶς περιαθρῆσαι γῆν, ὅποι τὸ φῦλον θήσονται τὰς οἰκήσεις, *ut illis liceret circumſpicere terram, in qua eorum gens ſedes, & domicilia ponerent.* Ac tum quidem de occupanda Sirmio ampliſſima, ac celeberrima civitate cogitaſſe ex eo apparet, quod in legatione, quam deinde ad Iuſtinum miſerunt, iidem petierunt, ὥστε τὸ Σίρμιον οἱ ἐκδοθῆναι, καὶ τὰ συνήθη χρήματα, ἃ Κοτριγούροις, καὶ Οὐτριγούροις πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο βασιλέως, οἷα δὴ αὐτοῦ ἄμφω τὼ φύλω τούτω καθεχόντος, *ut Sirmium & pecunias, quas Chotriguri, & Utriguri a Iuſtiniano accipere ſoliti erant, quia utramque gentem ſubegerant, illis traderet. Ibid. pag.* 154. Certe Iuſtinus, quoad potuit, obſtitit; ſed ſub Tiberio tandem τὸ Σίρμιον τὸ ἄστυ ἐν χερσὶν ἐγεγόνει τῶν Οὔννων· συνῆλθον αἱ σπονδαί· αἱ δὲ συνθῆκαι ἐπονείδιστοι Ῥωμαίοις, *in manus Hunnorum Sirmium oppidum devenit; tum ad foedera ventum eſt; foederum vero conditiones Romanis turpes, & probroſae.* Menander *ibid. pag.* 117. Propterea Piſida exclamat Ὅταν δὲ λοιπὸν ἡ πολιτεία βλάβην &c. Abares enim non contenti Iſtrum traieciſſe, ultra Savum etiam ſuperſtructo ponte pervagaſſe liquet ex eodem auctore *pag.* 128.

38. Omnes poſt Iuſtinianum Imperatores, videlicet Iuſtinus, Tiberius, Mauritius, Phocas, & Heraclius conati ſunt trans Iſtrum Abares compellere, ſed fruſtra, quod viribus impares eſſent ad reprimendos Barbaros; praeſertim cum uno, eodemque tempore eis eſſet dimicandum contra Perſas, a quibus vexabantur: unde non ſemel ad incitas redacti Abarum opem implorare coacti ſunt.

41. Hiſtorici, quos tacitus laudat Piſida, quod ante ſe de rebus cum Barbaris geſtis ſcripſerint, certe ſunt Dexippus Athenienſis, Eunapius Sardianus, Priſcus Penita Rhetor, Menander Protector, Procopius Caeſarienſis, Agathias Murinenſis Scholaſticus, Theophylactus Simocatta, aliique, quorum opera aut integra, aut mutilata reperiuntur *in corpore Hiſt. Byzantinae.*

49. Abarum origine, & bellorum cauſſa inter Barbaros, & Romanos indicata, quae mala Abares ipſi Heraclio Imp., qui Phocae ſucceſſit, comparaverint, enarrare aggreditur.

50. Phocam quocumque contumeliae, & probrorum genere affectum paſſim invenies in Script. Byzantinis. Theophanes *pag.* 242. de eius electione ſic ait: Ἀναγορεύεται τὸ κακόν· καὶ κλῆρος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαι-

μονίας

μείνας ὁ συμφορᾷ, καὶ λαμβάνει τὴν ὕπαρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων *ἀτυχήματα. Imperii clades imperator renunciatur. Ita ſceptrorum dominus ſalutatur Tyrannus, calamitas felicitatis iura obtinet, & Romanorum aerumnae ingentiores ex adverſis iſtis exordiis erumpunt.* Hinc Piſida eum Hydrae comparat. Vide *Heracliad. Acroaſ.* II. *v.* 5., *& ſeqq.*

54. Alios poſt alios dicit, ut puto, eſſe generatos Abares, ut numquam defecerit Barbarorum natio, ſed in Romanorum perniciem ſemper excreverit. Ex ichore autem eos natos dicit, tamquam ut viliſſimum genus traducat. Ἰχὼρ enim quamvis Homero *Iliad.*V. 340. ſit ſanguis, *οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν, qualis fluit beatis Diis*; at medicis eſt quidam vitioſus humor, & ut plurimum pus, & ſanies: quod patet ex Galeni *Comment. ſecundo in libr.* VI. *Epidem. pag.* 424., qui Hippocratis cum Platonis ſententia circa ichoris malignam qualitatem conciliat. Igitur Piſida Abares ex ſanie, & tabifico quodam humore generatos facit, ut quid peſtilens, & morbidum eos eſſe demonſtret.

57. Nullus ex Scriptoribus Byzantinis prodidit memoriae Heraclium ſaepius contra Abares pugnaſſe. Omnes enim bis tantum eo imperante Barbaros urbem Conſtantinopolim invadere aggreſſos eſſe tradiderunt: de quo gemino bello agit etiam Piſida in hoc poemate. Verum iam antea Heraclium multoties cum Barbaris dimicaſſe, eoſque fregiſſe nos hic admonet Piſida.

59. Summam rerum confuſionem, in qua tunc erat res Romana, breviter deſcribit. Hinc enim Barbari, inde Perſae cladem, & exitium Romanis minabantur. Tota autem civitas factionum ſtudiis diviſa, quae ſcelerum auctorem, & ducem habuerat Phocam, mutuis caedibus, & flagitiis vacabat. Οἱ *μὲν Πέρσαι*, ait Theophanes *pag.* 248., *ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν* Ῥωμαίους· *ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. Ita quidem Perſae extra urbem tyrannidem in Romanos exercebant: Phocas interius domeſticum accendebat bellum, idque crudelius, civibus interfectis, & in carcerem detruſis.* At Piſida videtur indicare Conſtantinopolitanos cum Barbaris amicitiae, vel conſanguinitatis legibus fuiſſe coniunctos, atque permixtos.

61. De factionibus Veneta, & Praſina, ad quas hic certe alludit Poeta, alibi erit opportunior dicendi locus. Vide *Heracliad. Acroaſ.* II. *v.* 34., *& ſeqq.*

63. Cum ex ampliſſimo ſuo ſtatu concidiſſe, ac tot externis, & inteſtinis morbis laborare Romanam Rempublicam Barbari cognoviſſent, de ea perdenda cogitarunt.

67. Vide *ſupra v.*16.

68. Alludit ad varias diverſarum gentium in Europam irruptiones, de quibus vide ſupra in *Monito*, ubi obſervatum eſt omnes Barbaros originis Scythicae fuiſſe. Abares autem, Gepidas, & Longobardos, qui primi Iſtrum traiecerant, & in Pannonia conſtiterant, in fugam vertiſſe, & loca ab illis occupata ſibi retinuiſſe, teſtis eſt Alexander *de Legat. pag.*114.

69. Τοῦ γέροντος, videlicet *Scythae*. Quippe iam ab anno XIII. imperii Valentis Hunnos, vel Scythas in Thraciam uſque pervaſiſſe dictum eſt in *Monito*, ac luculenter demonſtrat Marcellinus *lib.*XXXI. *cap.*2. Infr. *v.*88. *τοῦ γέροντος ἔγγονον*.

78. Senſus opinor hic eſt: ſpes nobis inerat, Abarum mortem, qui ſub Iuſtiniano Imp. noſtras regiones occupaverant, noſtris malis finem eſſe allaturam: ſed *τὴν γὰρ ὑφέλκων τῆς ἐκείνης ἄλλαξε*, qui mortuo ſucceſſit, mortui naturam induit. Immite, ſaevumque parentum ingenium traductum eſt in filios, qui aeque, ac illi barbari, & crudeles detecti ſunt. *Mali enim corvi*, ut eſt in proverbio, *malum ovum*.

83. Simile illud Horatii *Epiſt.*I. 10. 24.

Naturam expellas furca, tamen uſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.

86. Homerus *Il.* II. *v.*488.

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.
Multitudinem autem non ego dixero, nec recenſebo,
Non ſi mihi decem quidem linguae, decemque ora ſint,
Vox etiam infrangibilis, aereum & mihi cor inſit.

87. Abarum genus ex adductis cauſſis, quod ex Scythia proſiluerint, *ξενόσπορον τέρας peregrinum monſtrum* appellat. Fortaſſe ad formae foeditatem alludit, de qua ſic Ammianus Marcellinus *pag.*615. Hunni *ſpadonibus ſimiles: compactis omnes, firmiſque membris, & opimis cervicibus: prodigioſae formae, & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incompte.* Ac de eorum origine idem auctor *pag.*618. ſic ait: *nulluſque apud eos interrogatus, reſpondere unde oritur poteſt, alibi conceptus, natuſque procul, & longius educatus.*

88. Vide *ſupr. v.* 69.

89. Barbarorum multitudinem, & feritatem notat, de quibus conſulendi auctores in *Monito* laudati. Sed praeſtat legere Ammianum Marcellinum, qui ſuam narrationem ſic exorditur: *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota .... omnem modum feritatis excedit.*

93. Franciſcus Foris Otrokocſi *cap.*4. *pag.*124. in ſuis Hunnis commendandis ſemper diligens, & ſtudioſus Athilae convivium, de quo Priſcus *in Excerpt. Legat. pag.* 67. cum Aſſueri convivio non dubitat comparare. Exinde autem Scytharum temperantiam immodicis effert laudibus. Verum meminiſſe eum oportebat, dici ſolitum de iis, qui intemperantius vino indulgent, *ἐπισκυθιεῖν Scytharum more bibere*.

94. Primam Abarum Heraclio regnante contra Conſtantinopolim irruptionem narrare aggreditur.

ditur. Plura de hac re in Chronico Paſchali *pag.*389., in Theophane *pag.* 252., in Nicephoro *Comp. Hiſt. pag.*9., ac poſt eos in Cedreno *pag.*408., & in Baronio ad finem anni Chriſti 618. Ex omnibus hiſce auctoribus ſatis liquet hoc primum bellum Abaricum, vel potius depraedatoriam incurſionem actam eſſe, cum adhuc Heraclius in urbe verſaretur, ac anno prorſus imperii illius IX., & Chriſti 619., quamvis Pagius, cum diſſidentes inter ſe cognoviſſet Auctorem Chronici Paſchalis, & Theophanem, in annum 621. id reiiciendum putaverit. Sed dubium ſuſtulerunt Petavius in notis ad Nicephorum, & Manſius in notis ad Baronium. Φιλιωδῶν χάριν annua non modo tributa pendere Abaribus non neglexiſſe Heraclium, ſed etiam munera miſiſſe videtur hic adſerere Piſida: unde ridendus venit ſuperius memoratus Otrokocſi, qui, cum qua ratione ab hac perfidia contra Heraclium ſuos Hunnos defenderet, non inveniſſet, ait *pag.*219., *eos ideo motos fuiſſe, quod viderent ſe diu quieſcentes contemni, & poſthaberi a Romanis, tributoque ex pactione debito defraudari.* At Piſida contra affirmat nil intentatum reliquiſſe Heraclium, ut eorum foedifragam naturam emolliret: quod ſane mihi eſt etiam probabilius ad credendum, eo quod ipſe Imperator de bello tunc contra Perſas movendo tantummodo ſollicitus eſſet.

99. Abarum fraus manifeſte evincitur. Heraclius enim χύσει λογισμῶν adhibitis primum legationibus, καὶ δόμων ὑποσχέσει, & deinde promiſſis donis firmam cum Abaribus pacem inire contendit, atque id non verbis tantum, ſed etiam ſcripto ſancitum eſt. Hoc enim puto ſignificare ea verba πεισθεὶς τὰ πρῶτα, καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα. Vere igitur ſibi ſocietate coniunctos eos habere ſtuduit Heraclius. Quidquod haec foedera ipſo Abarum Rege Chagano flagitante icta ſunt? Rem narrat Nicephorus *pag.*9. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τῶν Ἀβάρων τοῦ ἔθνους ἡγεμὼν ἐπὶ συμβάσεσιν ὡς Ἡράκλειον διαπρεσβεύεται· ἐφ᾽ οἷς λίαν ὑπεραγαλλόμενος, δώροις αὐτὸν ἠμείβετο· καὶ δὴ καὶ ἔπεμπεν ὡς αὐτὸν ἀγγελιαφόρους .... τὸ τῆς βασιλέως γνώμης αὐτῷ ἀπαγγελοῦντας. *Poſt haec Abarum Princeps legatos de pace ad Heraclium miſit: quibus magnopere gaviſus donis illum remuneratus eſt, ad eumque viciſſim legatos deſtinat .... qui voluntatem ſuam renuntiarent.*

105. Horat. *Poet.* 390.

Silveſtres homines ſacer interpreſque Deorum
Caedibus, & victu foedo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones &c.

108 Alludit ad iudicem iniquitatis, de quo *Luc.*18. Anaſtaſius Sinaita *quaeſt.* 149. diabolum eum eſſe dicit: Deus enim contra iudex iuſtus, fortis, & longanimis &c. Ac Diabolus quidem apud SS. Patres ſaepe πονηρὸς audit.

110. Legerem μελανθίας, quod nomen deduxit Piſida a planta Melanthio, ſive Nigella, de qua Dioſcorides III. 93., & Theophraſtus VII. 9. Melanthii quippe ſemen nigerrimum eſt.

112. Vid. Eraſmum *Adag. pag.*169. *Aethiopem lavas*, & *pag.* 947. *Aethiops non albeſcit*.

113. Merito fraudulentum, & vere diabolicum Abarum ingenium exagitat Piſida: numquam enim turpius fides violata eſt. Rem accipe ex laudato Nicephoro *ibid.*, cui conſonant Auctor Chronici Paſchalis, & Theophanes. Ὁ Ἄβαρις δὲ τὰ πρὸς φιλίαν ὑποκρινόμενος, αἱμύλα τε καὶ ἐπαγωγὰ πρὸς αὐτοὺς ὑποφθεγγόμενος, ὑπέσχετο ὡς φίλος εἶναι Ῥωμαίοις, καὶ ἥκειν ὡς βασιλέα ἐπὶ σπονδαῖς ἐπηγγέλλετο· οἱ δὲ καὶ ἀναζεύξαντες τὰ τῆς εὐνοίας ἐκείνου εὔδηλα βασιλεῖ ἐποίουν· ὃς ἄγαν ὑπερηδόμενος, βουλεύεται εἰς τὴν πόλιν Ἡράκλειαν, καθὰ ἐν αὐταῖς συγκείμενον, τῷ Ἀβάρῳ συμβαλεῖν· τὴν θυμελικὴν σκηνὴν προεύτρεπε, καὶ ἱππικὸν ἀγωνίαν ἐπὶ τῇ δοχῇ αὐτοῦ τελεῖν εὐτρέπιζε, στολήν τε αὐτοῦ λαμπρὰν καὶ τοῖς συναμαρτοῦσιν ἐκόμιζεν· εἶτα κατὰ τὴν Σηλυμβρίαν πόλιν ἀφιγμένος ηὐλίζετο· τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁ Χαγάνος σὺν πλήθει πολλῷ τῶν Ἀβάρων ἀμφὶ τὴν Ἡράκλειαν παρῄει· ἀποδάσμον δέ τινα τῶν εἱπομένων, οἳ ἄλκιμοί τε καὶ μαχιμώτατοι ἐτύγχανον, ἀπολεξάμενος, κατὰ τὰ ὑπερκείμενα τῶν μακρῶν λεγομένων τειχῶν λοχμώδη τε καὶ ἀμφιλαφῆ ἐκπέμψας, σκεδάννυσι κρύβδην κατὰ τῶν τε ἐκεῖ ὀρῶν χωρίσαι τὰ λάσια, ὡς ἂν κατὰ νώτου τοῦ βασιλέως γενόμενοι, αὐτόν τε μέσον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπολαψόμενοι, χεῖρεν ὑποχείριον· Τούτοις Ἡράκλειος αἰσθόμενος, καὶ ὡς μάλιστα τῷ παραλόγῳ καταπλαγείς, τὸ ἁλουργὸν ἀπαμφιέννυται ἔσθημα· οἰκτρὸν δέ τι καὶ πενιχρὸν, ὡς ἂν ἰδιώτης τοῖς ἐντευξομένοις φαίνοιτο, περιβαλόμενος ἔνδυμα, τόν τε στέφανον τὸν βασίλειον τῇ ὠλένῃ περιαψάμενος, ἀγεννῶς [illegible] εἰς φυγὴν ἐτράπετο, καὶ μόλις πρὸς τὸ Βυζάντιον διεσώζετο· Οἱ δὲ Ἄβαροι σὺν θυμῷ κατὰ τὴν δίωξιν ἐπετίθεντο· καὶ πρὸς τὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἕβδομον καλοῦσι, καταλαβόντες ἱδρύσαντο· ἐνθένδε σκεδάννυνται ἄχρι καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαρβύσσου ποταμοῦ γέφυραν, καὶ τὰ τῇδε χωρία πικρῶς κατεληΐζοντο, καὶ τῶν Ῥωμαίων ὅμιλον ἀφειδῶς ἐκεράϊζον· τήν τε βασιλικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς στολὰς παραλαμβάνουσι, πρὸς δὲ τὰ θυμελικὰ ὄργανα, καὶ τοὺς διακομίζοντας ἅπαντας· πλεῖστον δὲ ὅσον λαὸν ἐν [illegible] δορυάλωτον ἄγοντες, πρὸς τὰ σφέτερα ἀπεκόμισαν· εἰς ἑβδομήκοντα δὲ καὶ διακόσια χιλιάδας ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καθάπερ ἐκ τῶν ἁλόντων διαδράντες ἀλλήλοις συνῳδὰ ἔφασαν, ὁ ἀριθμὸς αὐτοῖς ἅπας συνίνετο. *At Abarus amicitiam ſimulans, multa blande, & humane cum iis locutus, Romanorum ſe amicum eſſe perſuaſit, & ad Imperatorem ineundi foederis gratia venturum eſſe promiſit. Legati igitur ad Imperatorem reverſi de illius in Romanos benevolentia certiorem eum faciunt. Quibus plurimum delectatus, ad Heracleam urbem, quemadmodum inter eos convenerat, Regi Abarum occurrere decrevit. Praemiſſoque ſcenico apparatu, cum equeſtre certamen ad eum ſuſcipiendum pararet, ac ſplendidam ei veſtem, & ipſius comitibus ferret, Selymbriam pervenit, ibique commoratus eſt. Triduo deinde Chaganus cum Abarorum ingenti multitudine Heracleam contendit. Ibi parte ſuorum delecta, quidquid roboris erat, per ſaltus, ac ſilvas, quae longis muris imminent, clam diſſipari, ac per condenſa montium perge-*

pergere iubet; ut Imperatore a tergo circumvento, medium ipſum, eiuſque comitatum omnem in poteſtatem haberent. Senſit haec Heraclius, & inopinata re nec mediocriter perculſus, purpuram exuit: ac vili detritoque habitu, quo privatus eſſe videretur, indutus, & coronam regiam cubito alligans, ſtatim indecore ſe in fugam coniecit: vixque fuga Byzantium eſt elapſus. Abares fugientes animoſius inſecuti ad campum uſque, qui ex adverſo urbis eſt nomine Septimus, ibi caſtra poſuerunt. Inde ad Barnyſſi fluminis pontem uſque diſperſi circumiecta loca populari, & per Romanorum caedes impune graſſari. Inter cetera imperatoria veſtis in poteſtatem hoſtium redacta eſt, ceterique illi, quos paraverant amictus, cum ſcenico omni inſtrumento, & iis, qui ea perferebant. Tandem cum infinita captivorum multitudine ad ſuos limites regreſſi ſunt. Compertum eſt ex captivorum quorumdam, qui furtim aufugerant, conſtanti relatione, ad ducenta & ſeptuaginta millia captorum utriuſque ſexus numerum perveniſſe.

121. Imperita quaedam manus δόλος in δόλως convertit in Codice, quaſi vox βάρβαρος ſit generis ſubſtantivi, quae tamen ſaepius occurrit pro adiectivo uſurpata, ut *ſupr. v.*109.

122. Scelera, & flagitia, quibus tunc temporis obruebantur Conſtantinopolitani, tacitus carpit. Porro Cedrenus, quam eſſent civium omnium perditi mores, ſatis oſtendit narrans *pag.* 407., ſanctum quemdam monachum, Phoca imperante, a Deo quaeſiſſe, cur tam impium Chriſtianis Imperatorem dediſſet, vocemque ſibi reſpondentem audiviſſe: ὅτι χείρονα τοῦτον· οὐχ εὗρον, πρὸς τὴν κακίαν τῶν νῦν κατοικούντων ἐν τῇ πόλει, *deteriorem alium non inveniſſe, ſed talem eſſe, qualem civium flagitia poſtulabant.* Vid. *Heracliad. Acroaſ.* II. *v.*83.

125. Paucis expeditus a primae Abaricae fraudis narratione ad ſecundam latius exponendam progreditur. Hoc eſt enim vere bellum Abaricum, de quo agere in hoc poemario intelligit Poeta.

127. Sergii Patriarchae precibus factum eſt, ut Deipara Virgine intercedente placaretur divina iuſtitia, & Conſtantinopolitani de Barbaris victoriam referrent. Propterea tot laudes hic congeſtae ad pietatem eiuſdem Sergii efferendam, quem Piſida ut belli ducem, & heroem ſalutat.

130. Confer hos Iambos cum *Hexaem. v.*39.

136. Saepe in Piſida ὑμῶν pro σοῦ.

139. Similia in Hexaemero de eodem Sergio *v.* 1881.

Καὶ μὴ λαλῶν ἔχεις ἔνδοθεν μέγα &c.

143. Vide *ibid. Hexaem. v.*1888.

145. Spinarum ſordes ſunt peccata. Alludit ad parabolam de zizaniis *Matth.*13. 40. *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur.*

147. *Iohan.* 15. 6. *Siquis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.*

149. *Luc.* 13. 7. *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non invenio. Succide ergo illam; ut quid etiam terram occupat?*

154. Legerem ἤδη, vel certe ἤδως. Quae ſequuntur ſecundum Apoſtolum *Cor.* I. 3. dicta ſunt.

167. Ἔναυλος, certe eſt *recens*, quaſi adhuc inſonans auribus. Teſtem habeo Suidam, qui ait ὁ πρὸ πολλοῦ μνημονευόμενος, ἢ τι ἐνηχούμενον, *paullo ante commemoratum, vel inauditum.* Idem Suidas hanc explicationem confirmat exemplo Piſidae, quod videſis *infr.* inter fragmenta *v.*87., ſed eadem vox in eodem ſenſu uſurpata occurrit, *de Exped. Acroaſ.* I. *v.*152.

171. Scite orationem καλλιγράφον vocat: ille enim perfectus eſt orator, qui de quacumque re, quam ſibi exornandam ſumit, novit dicere ornate, & appoſite. Vide Ciceronem *lib.*I. *de Invent.*, & *lib.*I. *de Orator.* Ceterum de Calligraphis, & Tachygraphis, a varia ſcribendi elegantia, & peritia ſic dictis, a quibus mutuatur Piſida metaphoram, videndus Montfauconius *Palaeogr. Gr. pag.* 35. Confer *de Exped. Acroaſ.* I. *v.* 60.

172. Quae ſequuntur uſque ad verſum 213. allegorice dicta ſunt. Barbarorum hoſtiles conatus ſunt turbines, & procellae: navis iactata ventis, & tempeſtatibus eſt Conſtantinopolis: nautae ſunt cives; navis gubernator eſt Sergius.

174. Ita *ſupr. v.*89. Abarum gentem ἔμψυχον σάλον *animatum mare* appellavit.

175. Omnes Barbari, qui circa Thraciam conſederant, una ſimul cum Abaribus conſpirantes, vires ſuas contulerunt, ut magis ſaevam, horridamque tempeſtatem contra urbem principem conflarent. Qui fuerint Barbari, vid. *infr. v.* 137.

176. Recte ἐν Θέρει. Sic enim auctor Chronici Paſchalis *pag.*393. Τῇ οὖν κθ´ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς παρούσης Ἰνδικτιῶνος, τουτέστιν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνάξεως τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων κορυφαίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, κατέλαβε πρόκουρσον τοῦ θεομισήτου Χαγάνου, ὡς ἄχρι χιλιάδων τριάκοντα, διὰ δηλωμάτων φημίσαντος, τότε Μακρὸν Τεῖχος καταλαβεῖν, καὶ τὰ ἔνδον αὐτοῦ. *Itaque* XXIX. *Iunii menſis, praeſentis* XIV. *Indictionis, die ſcilicet feſto Sanctorum, & illuſtrium coryphaeorum Apoſtolorum Petri, & Paulli, acceſſit prima acies Deo odioſi Chagani, triginta circiter hominum millium; per nuntios promulgantis ſe quamprimum Longum Murum occupaturum, & quidquid intra illum eſt.*

187. S. Baſilius *tom.* II. *pag.*168. peccatorem monet, ὡς ἔτι καιρὸς πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ἀποθέσθαι τῶν φορτίων τὰ πλεῖστα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων, ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε. *Dum adhuc tempus eſt, antequam ad integrum exitium perveniat, deponat maiorem ſarcinarum partem; & priuſquam navis ſubmergatur, mercium indecore congeſtarum faciat iacturam.*

197. Βουγάρφ ita in Codice, quamvis infra *v.*409. βυλγάρφ. In deſignandis nominibus Barbarorum,

barorum, qui una cum Abaribus Conſtantinopolim invadere aggreſſi ſunt, parum diſſentiunt Scriptores. Sclavos nominat Chronicon Paſchale, & Nicephorus Cedrenus *pag.*415. Sclavinos, & Gepidas enumerat, quos a Choſroa contra Heraclium immiſſos ait: Τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ στρατεύμασι κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἐπέμψεν· ὅπως τοὺς ἐκ δύσεως Οὔννους, οὓς καὶ Ἄβαρεις καλοῦσι, μετὰ καὶ Σθλαβίνων καὶ Γηπέδων συμφωνήσας κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι, καὶ ταύτην πολιορκήσωσι. *Sarbarum* Choſroa *cum reliquis copiis ad Conſtantinopolim proficiſci iubet, ut initis pactis cum Hunnis Occidentalibus, qui & Abares nominantur, ac Sclavinis, & Gepidis, urbem obſidere, atque oppugnare curet.*

205. Scite ut duplex periculum demonſtret, Scyllam vocat Barbaros, & Charybdim Perſas, qui uno eodemque tempore, ac ſimili prorſus conſilio ex diverſa parte in perniciem urbis coniuraverant: ut narrat Nicephorus, ὥσπερ διαμερισάμενοι ἑκάτεροι τὸν Θρακικὸν Βόσπορον· Πέρσαι μὲν ἀπὸ τῆς Ἀσιάτιδος μοίρας καθῆρον· Ἄβαρες δὲ τὸν ἐπὶ Θρᾴκης διέφθειρον χῶρον. *Diviſo inter ſe velut Thracio Boſphoro, Perſae Aſiaticam limitem, Abares Thraciam infeſtabant.* Vide *Heracliad. Acroaſ.* II. *v.*74.

207. *Petr.*I. 5. 8. *Adverſarius veſter diabolus, tamquam leo rugiens, circuit quaerens quem devoret.*

209. Ὀρθία, Lunae vel Dianae Arcadicae cognomen. Deiparam Virginem intelligit, quam Sergius, ut mox patebit, habuit in bello adiutricem praeſtantiſſimam. Eam ἀπλανῆ *non erraticam*, vel *non fallacem* vocat, ut diabolo τῷ πλανήτῃ *erranti*, vel *ſeductori* opponat. Dicit Sergium ἕλκων, *ſibi adtraxiſſe* precibus Virginem, ut Poetae quondam dicebant Magos ſuis incantationibus de caelo evocare Lunam. Virg. *Ecl.* VIII. 69.

Carmina vel caelo poſſunt deducere Lunam.

213. Plurimum tribuit Piſida vi orationum Sergii in retundendis Barbarorum conatibus. Hiſtorici ſaepius laudati unum illud teſtantur a Virgine Deipara urbem fuiſſe conſervatam. At Sergium ſupplicationes publicas iuſſiſſe, & primum Beatiſſimae Virginis, deinde Ieſu Chriſti Servatoris noſtri imaginem manu tenens, populo univerſo comitante, moenia urbis obiiſſe confirmant geminae de bello Abarico narrationes, quas hiſce adnotationibus ſubiicere operae pretium duximus. Haec ſunt igitur τὰ θεῖα τεχνάσματα, quae commendat Piſida. Primam ſane ſupplicationem cum Virginis Deiparae icone factam indigitat, ac propterea nuper dixit ἕλκων ἀπλανῆ τὴν Ὀρθίαν.

215. Poetae dixerunt Gigantes eſſe filios telluris. Ovid. *Faſt. v.*35.

Terra feros partus, immania monſtra, Gigantes
Edidit auſuros in Iovis ire domum.

Piſida confirmat ſententiam eorum, qui Gigantes dictos putant quaſi γηγενεῖς terra natos, quod etymon adprobat Orpheus his verſibus:

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Vocem ψευδοπάτορας *filios mendacii* vertimus, eo quod nonnullis gigantes ex daemonum cum mulieribus concubitu fuiſſe procreatos, ſumpto ex ſacra Hiſtoria argumento, placuit adſerere. Verum ſi quis malit interpretari *fabuloſos*, aut *falſae originis*, non me habebit repugnantem.

216. Vid. *ſupr. v.* 76.

217. Porta Hoſpitalis, quam nominat Piſida, non recenſetur *in Conſtantinopoli Chriſt.* inter urbis portas. Veriſimile videtur eam exſtitiſſe vel inter, vel prope portas, quae Polyandri, & S. Romani dictae ſunt: nam Chronicon Paſchale *pag.* 394. circa ea loca Barbaros ſuas machinas eduxiſſe narrat: παρεσκεύασεν δὲ εἰς τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ τῆς Πολυανδρίου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ στῆναι ιβ' πυργοκαστέλλους ὑψηλούς. *Aedificavit autem in eo ſpatio, quod inter portam Polyandri, & portam S. Romani interiacet,* XII. *turres caſtellis inſtructas &c.* Fortaſſe etiam Porta Hoſpitalis a Porta Polyandri nihil differt, quae ab hominum concurrentium multitudine πολύανδρος eſt appellata.

219. Μυριαρχία eſt decem millium praefectura. Itaque ſi Piſidam audis, octoginta millium numero Barbari adorti ſunt Conſtantinopolim.

222. Νόθους πύργους vocat machinas ligneas. Nicephorus *pag.* 12. πύργοι δὲ ἦσαν ξύλινοι καὶ χελῶναι τὰ κατασκευάσματα. *Erant autem inſtructae turres ligneae, & teſtudines.*

225. Certa tibi ſpes ineſt fore, ut ſuo in orbe conſiſtat manens fortuna, nec nobis terga vertat. Vide *de vanit. vitae v.*13., *& ſeqq.*

227. De eodem Sergio orante ſimilia in *Hexaem. v.*1889.

Ἐγνώρισεν αὐτὸν κἂν δοκεῖ λεληθέναι.

231. Ὑποψίαν videtur fere eodem ſenſu uſurpare ac αὐτοψίαν, ut *ſupr. v.* 43.

236. Confer ſequentes verſus cum iambis *Hexaem.* 1902. Στόμωσον &c.

243. Πετροπομποὺς funditores, a πέτρα, & πέμπω.

245. Exitum auſpicatiſſimum obtinuiſſe preces Sergii demonſtrat Poeta *infr. v.* 366.

246. Heraclium in Perſide commorantem, & cum Choſroa dimicantem de bello Abarico curam ſuſcepiſſe, ſolus prodit Piſida.

250. Concordant Theophanes, & Nicephorus cum Noſtro in huiuſce belli Abarici epocha deſignanda. Omnes enim id contigiſſe teſtantur anno XVI. Heraclii. Heraclius autem profectus eſt in Aſiam anno imperii ſui XII. menſe Martio ſecundum Theophanem, vel Aprili ſecundum Chronicon Paſchale. At bellum Abaricum menſe Iulio tribus poſt annis actum eſt: itaque ſi a profectione Heraclii ex urbe tempus ſupputes, recte dixiſſe Piſidam invenies, qui annos tres iam exegiſſe Imperatorem in Perſide affirmat.

253. Hiemem urentem ἐμβολιμαῖς dicit, ut ad Zonam uſque mediam, ſive torridam, quam ex nimio calore inhabitabilem putarunt veteres, pene-

penetraſſe Heraclium ſignificet: id quod apertius exprimit in *Heracliad.* I. *v.* 156.

255. Mater Heraclii, teſte Theophane *p.* 250. vocabatur Epiphania. Ea Conſtantinopoli degebat, cum filius Heraclius primum ex Africa Byzantium venit, ut Phocam tyrannum regno exturbaret. Phoca vero matrem cum Eudocia uxore Heraclii in Imperiali Monaſterio Novae Poenitentiae diligenter adſervandas incluſit. Nihilominus multis adhuc annis Epiphaniam vixiſſe nos monet Piſida. Similes verſus legere eſt in *Heracliad.* I. *v.* 165., & *de Exp. Acroaſ.* III. *v.* 126.

258. Plures iam filios ex Eudocia primum, ac deinde ex Martina ſuſceperat Heraclius, cum in Orientem profectus eſt, quos tamen Conſtantinopoli remanſiſſe prodit Chronicon Paſch. *pag.* 390.

266. De hiſce litteris nulla mentio apud ceteros Hiſtoricos.

273. Inter muros urbis fuit, qui Murus Novus diceretur. Eumdem eſſe ac Theodoſiacum, qui a Theodoſio iuniore anno 413. exſtructus eſt, & poſtea pluries inſtauratus, ſuadet Chronicon Paſchale *pag.* 392. narrans in adventu Chagani equites, peditesque ἔνδον γενέσθαι τοῦ νέου Θεοδοσιακοῦ τείχους τῆς ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως, *intra novum Theodoſiacum murum huius urbium reginae ſe recepiſſe.* Vide plura in *Conſtantinop. Chriſt. lib.* I. *pag.* 40. Sed forſan haec etiam intelligi poſſunt de muro ab Heraclio ad Blachernas exſtructo, ut contra barbaros eſſet templi munimen: nam in eodem Chronico Paſchali legitur *pag.* 397. Τῷ ιϛ' ἔτει βασιλείας Ἡρακλείου ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν τῶν Βλαχερνῶν. *Anno imperii Heraclii excitatus eſt murus extra Blachernas.* Πλίνθων τείχη eſſe opinor ita *moenia munire*, ut hoſtilium tormentorum, machinarumque ictus retundi poſſint.

278. Μὴ θέλων. Heraclius quamvis a matre, & civibus multum ſollicite revocatus, ut urbis periculo ſuccurreret, noluit e Perſide proficiſci, ne Choſroa vires reſumeret. Idem confirmat Piſida *Heracliad.* I. 165.

280. Ex Chronico Paſchali *pag.* 393. colligimus ad urbis defenſionem reperta fuiſſe, cum Chaganus de ea vaſtanda cogitaret, equitum duodecim millia.

281. Κατ' αὐτῶν puto dictum pro κατ' αὐτοῦ, ut ſaepe ὑμᾶς pro σε, cum Piſida loquitur de Heraclio.

295. Conſonant haec cum iis, quae leguntur in narratione de bello Abarico edita a Combefiſio, quam nos recuſam dabimus in fine.

298. Codex habet Ἐσώτων, ſed ſuper ω appoſitum eſt ο.

301. Ἔργα. Mandata tam ſtudioſe perficiebant, ut exſecutio imperatis adamuſſim reſponderet.

308. Id praeſtitit in poematiis *de Exped. Heraclii*, & in *Heracliade*.

313. Ἄρχοντας ὑπηκόους, Sergio ſubiectos, eiuſque parentes dicto appellat militares Duces, propterea quod ipſum Sergium primas inter omnes tenuiſſe, tamquam verum belli Imperatorem, demonſtret.

314. Μάγιστρος idem ac ἡγεμὼν τῶν τάξεων. De hac voce, & dignitate vide Dufreſne *Gloſſ. Graecit.* Magiſter militum in urbe tunc erat Bonus, ſive Bonoſus, vir Patricius, & illuſtris. Nimirum Heraclius in Perſidem iturus urbem regiam Sergio, & Bono commendaverat. Theophanes *pag.* 254. Κατέλιπε τὸν ἴδιον υἱὸν σὺν Σεργίῳ τῷ Πατριάρχῃ ΚΠ. διοικεῖν πράγματα σὺν Βονόσῳ τῷ Πατρικίῳ ἀνδρὶ ἐχέφρονι, καὶ τὰ πάντα συνετῷ καὶ πεπειραμένῳ. *Proprium filium Sergii Patriarchae CP., Bonoſique Patricii, viri praeſtantis ingenii, magnaeque prudentiae, & experientiae multiplicis conſilio rem communem adminiſtraturum in urbe reliquit.*

315. En ut clarius omnes a Sergii nutu pendentes faciat. Neque enim dubito Piſidam, cum dicat ὑμῖν, & deinceps σοὶ, loqui de Sergio.

321. Videtur imitatus illud Sophoclis in *Aiace Flagell. v.* 878. πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

323. Bonus Magiſter militum non ſemel hortatus eſt Chaganum, ut donis, & tributis acceptis ab urbe obſidenda deſiſteret. Chronicon Paſchale *pag.* 394. Οὐ διέλιπε προτρέπων αὐτὸν λαβεῖν, μὴ μόνον τὰ πάκτα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον εἴ τι χρῇζεν ὑπὲρ τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν, ἕως τοῦ τείχους. Καὶ οὐ προσεδέξατο, ἀλλ' ἔλεγεν, ὅτι, Ἀναχωρήσατε, τῆς πόλεως, καὶ ἐάσατέ μοι τὰς ὑποστάσεις ὑμῶν, καὶ σώσατε ἑαυτοὺς, καὶ τὰς φαμιλίας ὑμῶν. *Non deſtitit hoſtem hortari, non ſolum ut tributa ſua acciperet, ſed & alia, quorum cauſſa ad ipſa uſque moenia venerat. Verum nihil ex his admiſit, dixitque: Urbe cedite, veſtraſque fortunas mihi dimittite, ſervateque vos, & familias veſtras.*

324. Ecce ex eodem Chronico Paſchali, qui fuerint legati, quiſve legationis exitus, ut quid hic, & deinceps ſummatim tradit Piſida, illuſtretur. Τῷ δὲ σαββάτῳ, τῇ δείλῃ, τουτέστι τῇ δευτέρᾳ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἐζήτησεν Ἄρχοντας ὁ Χαγάνος ὀφείλοντας αὐτῷ διαλεχθῆναι. Καὶ δὴ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Γεώργιος ὁ ἐνδοξότατος Πατρίκιος, καὶ Θεόδωρος ὁ ἐνδοξότατος Κομμερκιάριος ὁ τὴν Ἰσάτιν, καὶ Θεοδόσιος ὁ ἐνδοξότατος Πατρίκιος καὶ Λογοθέτης, καὶ Θεόδωρος ὁ θεοφιλέστατος Σύγγελος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐνδοξότατος Πατρίκιος. Καὶ δὴ ἀπελθόντων αὐτῶν, ἤγαγεν εἰς ὄψιν αὐτῶν ὁ Χαγάνος τρεῖς Πέρσας φοροῦντας ὁλοσηρικά, πεμφθέντας πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ Σάλβαρος. Καὶ ἐκείνους μὲν παρεσκεύασεν καθεσθῆναι ἐπὶ αὐτοῦ, τοὺς δὲ ἡμετέρους πρεσβευτὰς παρεῖσταθαι· καὶ εἶπεν, ὅτι, Ἰδοὺ οἱ Πέρσαι ἐπρέσβευσαν πρὸς ἐμὲ, ἑτοίμως ἔχοντες δοῦναί μοι τρεῖς χιλιάδας εἰς συμμαχίαν· Ἐὰν οὖν θέλετε λαβεῖν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ πόλει, πρὸς σάγιν, καὶ κάμισιν, ποιοῦμεθα σύμφιλιν πρὸς τὸν Σάρβαρον· φίλος γάρ μού ἐστιν, καὶ περάσατε πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀδικεῖ ὑμᾶς, καὶ ἐάσατέ μοι τὴν πόλιν, καὶ τὰς ὑποστάσεις ὑμῶν· ἄλλως γὰρ ὑμᾶς οὐκ ἔνι σωθῆναι, μὴ ἰχθύας ἔχετε γενέσθαι, καὶ διὰ θαλάσσης ἀπελθεῖν, ἢ πετεινοὶ, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν. Ἰδοὺ γὰρ, ὡς λέγουσιν, αὐτοὶ οἱ Πέρσαι· Οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἐν Περσίδι εἰσῆλθεν,

οὐδὲ

οὐδὲ ὁ στρατὸς ὑμῶν καταλαμβάνει· Εἶπε δὲ αὐτῷ Γεώργιος ὁ ἐνδοξότατος, ὅτι, οὗτοι ἐπιθέται εἰσίν, καὶ μίαν ἀλήθειαν οὐ λαλοῦσιν· ἐπεὶ ὁ στρατὸς ἡμῶν ἐνταῦθα καταλαμβάνει, καὶ ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν Δεσπότης εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐστιν ἐξολοθρεύων αὐτήν· Ὁ εἷς οὖν τῶν Περσῶν διασκινηθεὶς ὕβρισεν, ἐπὶ τοῦ Χαγάνου, τὸν εἰρημένον ἐνδοξότατον Γεώργιον· Καὶ αὐτὸς ἀνταπεκρίθη αὐτῷ, ὅτι, Σύ με οὐχ ὑβρίζεις, ἀλλ' ὁ Χαγάνος. Εἶπαν δὲ καὶ τοῦτο τῷ Χαγάνῳ οἱ πρὸς αὐτὸν ἐξελθόντες ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες, ὅτι, Τοσαῦτα πλήθη ἔχων, βοηθείας Περσῶν δέῃ· Καὶ εἶπεν, ὅτι, Ἐὰν θελήσω, παρέχουσί μοι εἰς συμμαχίαν, φίλοι γάρ μού εἰσιν· Καὶ πάλιν εἶπον αὐτῷ οἱ Ἄρχοντες ἡμῶν, ὅτι, Ἡμεῖς τὴν πόλιν οὐδέποτε ἐῶμεν· ἡμεῖς γὰρ προσδοκῶντες, ὅτι καλόν τι λαλοῦμεν, ἐξήλθομεν πρὸς σέ· Ἐὰν οὖν μὴ θέλῃς τὰ πρὸς εἰρήνην μεθ' ἡμῶν λαλῆσαι, ἀπόλυσον ἡμᾶς. Καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς. *Sabbato circa veſperam, ſecundo ſcilicet Auguſti menſis die, Chaganus Proceres ad colloquium evocavit. Et egreſſi ſunt cum ipſo collocuturi Georgius clariſſimus Patricius, Theodorus clariſſimus Commerciarius Glaſti, Theodorus clariſſimus Patricius, & Logotheta, Theodorus religioſiſſimus Syncellus, & Athanaſius clariſſimus Patricius. Hi cum profecti eſſent, adduci praecepit Chaganus in eorum conſpectum tres Perſas ſericeis veſtibus indutos, qui ad ipſum miſſi fuerant a Salbara, quos ſibi aſſidere iuſſit, noſtris interea Legatis ſtantibus; tum haec verba fecit:* Ecce ad me legationem miſerunt Perſae, tria hominum millia mihi dare parati. Si igitur quotquot in urbe eſtis cum ſago dumtaxat, & induſio ex ea excedere velitis, pacta, ac foedus cum Salbara ineamus: amicus enim meus eſt, ad illumque tranſite, neque ulla is vos iniuria afficiet. Mihi vero urbem, ac fortunas veſtras dimittite, nulla quippe vobis alia ſupereſt ſalutis expediendae via: niſi forte vos fieri piſces contingat, quo per mare evadatis, vel aves, quo evoletis in aërem. En ecce, ut illi aſſerunt, ipſi Perſae. Sed & neque Imperator veſter Perſidem eſt ingreſſus, neque ullus hic veſter adſtat exercitus. *Cui glorioſiſſimus Georgius:* Iſti, *inquit*, impoſtores ſunt, nec quidquam veri dicunt; Noſter enim hic adeſt exercitus, ac piiſſimus Princeps noſter in eorum provinciis verſatur, haſque devaſtat omnino. *Tunc hiſce dictis motus unus ex Perſis, glorioſiſſimum Georgium Chagani nomine convitiis impetiit. Cui ille:* Minime, *ait*, tua ſunt in me convicia, ſed Chagani. *Illud etiam ingeſſerunt Chagano, qui ad eum miſſi fuerant glorioſiſſimi Proceres;* Atqui licet tantae ſint vires tuae, Perſarum etiam indiges auxilio. *Tum Chaganus*, Si velim, *inquit*, ii mihi ſubſidio venient, amici enim mei ſunt. *Rurſum vero Proceres noſtri dixerunt:* Nequaquam dimittemus urbem noſtram; ſed hic exſpectabimus, dum tecum de his, quae ad rem praeſentem conducunt, colloquamur: ſi ergo de pace nobiſcum nolis agere, nos dimitte. *Hoſque tum ille dimiſit.*

229. Choſroa ut Heraclium pluribus bellis diſtentum facilius frangeret, eo anno ſuas copias diviſit, ac ut ait Theophanes *pag.* 263., τὸν Σάρβαρον κατὰ ΚΠολιν ἀπέστειλεν, *Sarbarum CPolim verſus miſit*, qui inita cum Hunnis ſocietate urbem vaſtaret. Hic igitur Sarbarus cum Chryſopolim, hodie *Scutarium*, veniſſet, nuncios ad Chaganum miſit, qui eum de ſuo adventu certiorem facerent, & auxiliares copias ei promitterent.

340. Οἰκέτην *famulum*, *ſervum* vocat Perſarum legatum, ad originem regni Perſici animum intendens, ut quam ille eſſet deſpiciendus cum CPolitanis legatis comparatus demonſtret.

344. Confer, quae *ſupr. v.* 324. ex Chronico Paſchali tranſcripſimus.

359. Θαλάσσης ἡ θύρα *Boſpori fauces*. Conſtantinopolitani tum Sinum Ceratinum, cum portum Byzantii catena ferrea occludere ſolebant, cum neceſſitas poſtularet, ut hoſtes illuc ingredi prohiberentur, ut videre eſt in *Conſtantinop. Chriſt. lib.* I. *cap.* 6., & 7. Diligenter id curatum fuiſſe videtur inſinuare Piſida, ut Perſarum legati ad Chaganum miſſi in reditu deprehenderentur; quod obtigit feliciter. Proinde opinor Piſida dicit τὰς εἰσόδους κλείσασα. Nobis certe non probatur, quod ea de re tradit auctor Chronici Paſch., qui caſu factum putat, ut iidem legati redeuntes interciperentur.

361. Ne quid deſideres, quod ad rei perſpicuitatem conferat, iuvat ante oculos ponere, quae in Chronico Paſch. *pag.* 395. leguntur. Τῇ νυκτὶ εὐθέως τῇ ἐπὶ Κυριακὴν κατὰ δημιουργίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος Θεοῦ περιέπεσαν αὐτοὶ οἱ Πέρσαι οἱ πρεσβεύσαντες πρὸς τὸν Χαγάνον, ἐν τῷ ἀντιπερᾶν αὐτοὺς διὰ Χηλῶν ἐπὶ Χρυσόπολιν, εἰς ἡμετέρους καράβους, ἐν οἷς ἦσάν τινες, καὶ τῶν τοῦ Ὀρφανοτροφείου· καὶ ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν τῶν Περσῶν εὑρέθη βαλὼν ἑαυτὸν εἰς καράβιν λεγόμενον Σανδάλιν ἐπὶ ὄψιν, καὶ ἐπάνω τὰ καταλίκτια, καὶ οὕτως ἀντιπερῶν ἐπὶ Χρυσόπολιν· Ὁ δὲ ναύτης ὁ ὢν ἐν αὐτῷ τῷ καράβῳ, καὶ ἐλαύνων ἔνευσεν εὐφυῶς τοῖς τοῦ Ὀρφανοτροφείου, καὶ ἐπανάξαντες καὶ ἐπαίροντες τὰ καταλέκτια, καὶ εὑρόντες αὐτὸν τὸν Πέρσην τέλειον ὄντα, καὶ κείμενον ἐπὶ ὄψιν, ἔσφαξαν καὶ ἔπηξαν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· Τοὺς δὲ ἄλλους δύο Πέρσας εἰς ἄλλο πλοῖον ἀντιπερῶντας, ἐχειρώσαντο μετὰ καὶ τοῦ ναύτου, καὶ τούτους ἔσωθεν ἤγαγον εἰς τὸ τεῖχος. Καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς τῶν ζώντων κόψαντες τὰς δύο χεῖρας, καὶ δήσαντες εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ σφαγέντος, ἐν τῷ καράβῳ ἔπεμψαν ἡμέτεροι πρὸς τὸν Χαγάνον· Τοῦ δὲ ἄλλου βληθέντος εἰς κάραβον, καὶ ἀπενεχθέντος ζῶντος ἐπὶ Χαλκηδόνα, καὶ ἀποδεχθέντος τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐστιν εἰς κάραβον, ἀπεκεφάλισαν αὐτὸν οἱ ἡμέτεροι, καὶ ἔρριψαν εἰς γῆν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ γραμμάτων ἐχόντων οὕτως· ὅτι γὰρ ὁ Χαγάνος μεθ' ἡμῶν πάκτα πεποιηκὼς ἔπεμψεν ἡμῖν τοὺς παρ' ὑμῶν πρὸς αὐτὸν σταλέντας πρεσβευτάς, καὶ τοὺς μὲν δύο, ἐν τῇ πόλει ἀπεκεφαλίσαμεν· Τοῦ δὲ ἄλλου ἰδοὺ ὑμεῖς ἔχετε τὴν κεφαλήν, κ. τ. λ. *Eadem ipſa nocte, quae Dominicam praecedit, ſingulari, benigni ac miſericordis Dei providentia, ad Chaganum miſſi ii legati, dum per Chelas Chryſopolim traiiciunt, in noſtras naves incidunt, quae quoſdam ex Orphanotrophio vehebant, unuſque ex illis Perſis deprehenſus eſt, ſeipſum in ſcapham, quam Sandalin vocant, pronum in faciem*

ciem abieciſſe, ſtragulisque ſeſe operuiſſe, ita Chryſopolim traiicere conatum. At nauta, qui in navi erat, eamque regebat, hoc animadverſo, iis qui ex Orphanotrophio erant, id dextere innuit, qui confeſtim reductis, ac ſublevatis ſtragulis, Perſam ſanum, ac incolumem in faciem iacentem inventum interfecerunt, illiusque caput abſciderunt. Alios vero duos Perſas pariter in navi traiicientes, cum ipſo nauta captos, intra moenia adduxerunt; ac alterum quidem ex ſuperſtitibus truncata prius utraque manu, eiuſque collo alligata, una cum illius, qui in navicula interfectus fuerat, capite, ad Chaganum noſtri tranſmiſere. Alterum autem in navi coniectum, vivumque Chalcedonem deductum, ac Perſis oſtenſum, in ipſa navi capite truncarunt, eo in continentem iecto, cum hocce ſcripto : Chaganus initis nobiſcum foederibus, veſtros ad eum miſſos legatos ad nos tranſmiſit, quorum duobus capita in urbe amputari iuſſimus; alterius autem ecce habetote caput.

367. Iure Deiparam belli Dominam appellat, quae omnium Scriptorum conſenſione viſa eſt caelitus adeſſe, ut litem inter Abares, & Conſtantinopolitanos dirimeret. Plura hic occurrunt, quae ad fori rationem, & uſum dicta ſunt cum iis conferenda, quae leguntur in Hiſtoria Fori Rom. a Franciſco Poleto poſt Brodeum confecta *inter Supplem. Theſaur. Antiqq. Iohan. Poleni Vol.*I. *p.*328. Nimirum Piſida bellum Abaricum ſcite, ut cauſſam conſiderat. Controverſia eſt, cedenda ne ſit urbs Abaribus: Locus actionis eſt ad moenia urbis: advocatus pro Conſtantinopolitanis eſt Sergius: iudex Deus: patronus Verbum: quae ſententiam a Deo ſcriptam pronunciat, & confirmat, eſt Deipara.

369. Ἐντολεὺς ab ἐντέλλομαι, *qui quid factu eſt opus decernit*. Eius vocis nullum, quod ſciam, eſt exemplum.

370.* Alludit ad ſecundam ſupplicationem, qua indicta Sergius deſuper muros urbis Servatoris noſtri Ieſu Chriſti imaginem circumtulit. Vide *ſupr. v.*213.

373. Celeberrimam iconem ἀχειροποίητον *non manufactam*, Camulianenſem a Camulio Cappadociae civitate nuncupatam, indicat Poeta, de qua diſertiſſime Gretſerus in libro *de Imag. non manufactis cap.*15. Confer verſum 140. *Acroaſis* I. *de Exped. Heracl.*, & notas Combefiſii *ad Narrat. de Bello Abar. hic in fine*.

375. Tanta fuit vis obiectae hoſtibus imaginis, ut ſtatim terga verterent, nec auderent reſiſtere, quia eiuſdem aſpectum nequirent ſuſtinere. Hinc lepide Poeta Sergium dolo circumveniſſe Iudicem, ſcilicet Deum, viſum iri adfirmat. Sed qui fuerit dolus, quo Iudicem corrupit, mox patebit.

384. Precibus, ieiuniis, & eleemoſynis divini Iudicis benignitatem conſecutus eſt Sergius. Hic ille eſt dolus, quo eſt uſus, quo nos etiam uti in rebus arduis maxime convenit. Porro Piſida, quae ſit vis poenitentiae, & eleemoſynae demonſtrare intelligit: quaſi ea ſit certa ratio non modo impetrandi, ſed extorquendi a Deo, quae petimus, ac Deus ipſe in huiuſmodi munerum gratiam iudicet. Confer *Hexaem. v.*419., *& ſeqq.*, ubi Piſida poenitentiae virtutem ſimiliter exaggerat.

388. Πρὸ τῆς δίκης *ante iudicium*, ut nuper *v.* 378. ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων, *antequam adverſarius ſuae cauſſae argumenta produxerit*.

389. Iulius Pollux VIII. 25., qui omnia, quae ad iudicium pertinent, explanat, ita ad rem: Κριτίας ἀποδικάσαι ἔφη τὴν δίκην τὸ ἀπολῦσαι, ἢ νικῶσαν ἀποφῆναι, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀποψηφίσαι. *Critias iudicium diiudicare, pro dimittere, aut ſententiam victorialem ferre, quod nos liberari vocamus*. Legendum ἐξεφώνησε.

392. Πυρὸς ἔργον *incendium*, ut in *Acroaſ.* II. *de exped. Heracl. v.* 246. ἔργον τῶν ὀργάνων pro *organis*.

396. Πέραν. Intellige Orientale littus prope Chalcedonem. ibi enim Sarbarus cum ſuis Perſis adoriendae urbis tempus exſpectabat. Pera enim quondam Byzantinis non modo ea pars erat, quae etiam hodie id nominis retinet, verum totum late littus vel ad Boream, vel ad Orientem poſitum trans fretum, omniaque ea loca, ad quae non niſi navibus traiicere quis poterat, περατικὰ μέρη vocabantur.

399. Ἔρως *conventio*, *pactum*. Chronicon Paſchale ita rem narrat *pag.*392. Μετ' οὐ πολὺ δέ τινων ἐχθρῶν, ἄχρι μιᾶς χιλιάδος ἐλθόντων πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῶν ἁγίων Μακκαβαίων πέραν ἐν Συκαῖς, καὶ ἐμφανισάντων ἑαυτοὺς τοῖς Πέρσαις, κἀκείνων συναχθέντων ἐπὶ τὰ μέρη Χρυσοπόλεως, καὶ γνωρισάντων ἀλλήλοις διὰ πυρκαιᾶς τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν. *Non multo poſt circiter mille ex hoſtibus, hoc ipſo die, iuxta venerandam aedem SS. Maccabaeorum ultra ſinum in Sycis, accedentibus, ac ſeſe Perſis viſendos praebentibus, qui verſus Chryſopolim caſtra poſuerant, ſuam inter ſe per ignes praeſentiam ſignificantibus*.

401. Abares, & Perſas multa Sanctorum templa incendiſſe, cum re deſperata ab urbe recedere coacti ſunt, refert Chronicon Paſch. *pag.*397. At *Narratio* edita a Combefiſio cum noſtro Poeta ſemper conſentiens ipſo belli initio, non in fine id eveniſſe tradit. Itaque *inculpabiles lapides* ſunt templa igne vaſtata.

402. Boni Patricii conſilio factum eſt, ut Perſis, Sclavis, Abaribuſque male ceſſerit ſententia, in quam omnes convenerant, ut dato per ignem ſigno undique omnes irrumperent. Teſtis eſt Nicephorus Patr. *pag.* 12., ex quo repetenda, quae tacet Piſida in laudando tantum Sergio occupatus. Nicephoro adſtipulatur Chronicon Paſch. *pag.*396., ex quo patet Armeniis ignem data opera ad aedem S. Nicolai excitantibus barbaros omnes deceptos fuiſſe.

405. Abares cum iam propius ad urbem acceſſiſſent, ex ea parte, ubi celeberrimum Deiparae Virginis ad Blachernas templum exſtructum erat,

erat, irrumpere conati ſunt. *Narratio* a Combefiſio edita refert Scythas ad templum, quod *in fonte* vocant, excurriſſe. Sed templum *in fonte*, cuius nulla mentio in Conſtantinopoli Chriſtiana a Blachernarum templo non fuiſſe disiunctum colligimus ex Nicephoro Calliſto *lib.*15. *c.*25., *&* 26. Hic igitur acta eſt pugna. Hic Deipara Conſtantinopolitanos defendit, & Barbaros profligavit. Omnes plane Hiſtorici fatentur Virginis miraculo urbem fuiſſe liberatam. At Cedrenus *pag.*416. Virginem ipſam vere ſe conſpiciendam hoſtibus dediſſe narrat: quod aut ex Piſida finxit, qui, ut patet, militantem Deiparam facit, aut ex Chronico Paſchali, in quo *pag.* 397. ita legitur: Καὶ τοῦτο ἔλεγεν ὁ ἄθεος Χαγάνος τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι, Ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν περιτρέχουσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν. *Sed & illud dixit impius Chaganus, dum bellum flagraret*: Feminam ego conſpicio egregie veſtitam, abſque ullo comitatu per moenia diſcurrentem.

407. Dolis, periuriis, incendiis.

408. Codex habet ἤξια.

409. Decem diebus terra, marique pugnatum eſt: dum enim Abares admotis machinis urbem oppugnarent, Sclavi, & Bulgari parvis navigiis vecti per ſinum Ceratinum in littus deſcendere, urbemque ipſam vaſtare moliebantur. Itaque in duplici bello, ac de pluribus una ſimul coniunctis hoſtibus Deum, & Deiparam triumphantes demonſtrat. Qui rem magis ad hiſtoricam fidem expenſam cupit intelligere, adeat Chronicon Paſchale.

411. Ex uno trunco erant excavatae Barbarorum cymbae, quas merito *trebarias* vocares. Nicephorus Patriarcha, & Chronicon Paſchale μονόξυλα eas appellant, Theophanes, qui legerat Piſidam, & Cedrenus, qui Theophanem, γλυπτὰ σκάφη nominant. Ammianus Marcellinus *lib.*XXXI. *cap.*3. *Transfretabantur in dies, & noctes, navibus, ratibuſque, & cavatis arborum alveis agminatim impoſiti.*

437. Hactenus Piſida ſibi viſus eſt terreſtrem pugnam deſcripſiſſe, ex qua idcirco Conſtantinopolitanos victores evaſiſſe declarat, quia Sergius ſola imaginis ἀχειροποιήτου circumgeſtatione Barbaros repreſſerit. Itaque primam victoriam Deo acceptam refert. Hoc ſane puto ſignificari per ea verba τὰ νῶτα τῆς γραφῆς *terga*, vel *dorſa picturae*. Si enim velis Sergium Barbaris obieciſſe vultus ſanctiſſimi anticam partem, per τὰ νῶτα *dorſum*, videlicet ſuperficiem tabulae, ac ipſam plane picturam intelliges, ita enim τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης maris ſuperficies explicari ſolet. Si autem mavis ipſum Sergium ob reverentiam poſticam tantum tabulae partem Abaribus oppoſuiſſe, quod illi minime digni eſſent, qui Sanctam iconem viderent, eadem verba per *terga* vertenda eſſe concedes. Ut autem iſte ſenarius non claudicet, articulus τῆς expungendus. Confer *ſupr. v.*378., *& ſeqq.*

438. Ad alteram pugnam, quae in mari acta eſt, progreditur, in qua ſolam Virginem pugnaſſe pro Conſtantinopolitanis adfirmat. Prima igitur victoria a Deo, altera a Deipara parta eſt.

440. Miratur, cur in ſinu Ceratino cum ſuis ſcaphis ſe coniecerint Barbari. Stultum ſane conſilium, cum prae multitudine lintres lintribus eſſent impedimento: verum tam exiguis navigiis ſe alto committere Barbaros timuiſſe, atque ex una eademque parte urbem invadere voluiſſe credendum eſt: quod innuit Chronicon Paſchale *pag.*394. Διὰ τοῦτο παρεσκεύασεν ἐκεῖσε χαλκευθῆναι μονόξυλα, ὡς τῶν τόπων ἐπιβράχων ὄντων, καὶ μὴ δυναμένων ἐκεῖσε τῶν σκαφοκαράβων παρεισελθεῖν. Idcirco hocce loco trabarias demittere ei viſum eſt, quod loca illa eſſent vadoſa, & ubi maiora navigia accedere minime poterant.

445. Templi in Blachernis locus recte deſignatur, ut *ſupr. v.* 405. Confer Conſtantinopolim Chriſtianam *lib.* III. *pag.* 83. Ea aedes, quae extra urbem erat ad littus maris, poſt fugatos Abares intra urbem excitato muro incluſa eſt. Chron. Paſch. *pag.*399.

457. Legerem πολεμίζει, ut conſtet metri ratio.

463. Ex repentina tempeſtate disiectas fuiſſe Barbarorum trabarias conſentiunt Hiſtorici: ac Piſida ſatis innuit hoc fuiſſe miraculum, quo Virgo Deipara CPolitanorum rebus opitulata eſt.

466. Simili modo, ac pene iiſdem artibus legatos a Perſis ad Chaganum miſſos evadere ſtuduiſſe a CPolitanorum manibus, vidimus *ſupra v.*361. ex Chronico Paſchali.

470. Naves cum turribus in uſu fuiſſe apud veteres teſtantur hiſtoriae, & numiſmata: ſed non huiuſmodi erant certe Abarum ſcaphae.

476. Alludit ad minas, & convicia ſuperbi Chagani, quae ex Chronico Paſchali retulimus *v.* 324.

481. Maximam vim calamitatum; δράγμα idem ac πλῆθος. In Etymologico δράγμα τῶν χρημάτων, *copia pecuniae*.

493. Nicephorus Patriarcha *pag.* 13. non tempeſtatis, ſed incurrentium CPolitanorum vi Barbaros fuiſſe oppreſſos narrans ἐκ τοῦ εὐθέως, ait, ἔκτεινον, καὶ αἵματι πολλῷ τὸ θαλάσσιον ὕδωρ ἐφοινίσσετο, *tanta caedes hoſtium facta eſt, ut mare ipſum purpureo colore tingeretur*.

496. Αὐτὴν opinor θάλατταν.

497. *Exod.*14. 31. *Et viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris.*

502. Tympana, & cymbalos, quibus utebantur Barbari, tamquam profana inſtrumenta, Deoque laudando minus convenientia excludit Piſida, ac ſenſuum pentachordon, videlicet animi puriores affectus tantummodo admittit. Confer *Acroaſ.*II. *de exped. Heracl. v.*246., *& ſeqq.*

511. Νοητὴν πύλην vocat intellectum, quia Plato in Timaeo *pag.*45. caput, vel cerebrum τὴν

τοῦ

τοῦ θειοτάτου, καὶ ἱερωτάτου φέρειν οἴκησιν, divinissimae illius, atque augustissimae partis, videlicet mentis, *habitaculum portare* ſapienter adfirmat.

518. I. *Cor.* 6. 15. *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?*

522. Vide *Hexaem.* 4.401., & 500.

525. Angelos, qui ſtent pro Heraclio contra Choſroam, ut quondam a Deo ſteterunt Duce Michaële Archangelo contra Luciferum. Angeli enim, ut ait David *Pſal.* 102. 20. *Potentes virtute, facientes verbum illius.*

527. Per haec duo flumina Perſas, & Abares, qui tunc erant hoſtes Heraclii, deſignat: nam ad Iſtrum ut plurimum acta ſunt bella contra Abares, & Choſroam trans Tigrim fugere coegit Heraclius. Vide Theophanem *pag.*269.

528. *Exod.* 7. 20. *Elevans virgam percuſſit aquam fluminis, quae verſa eſt in ſanguinem.*

531. Vide *ſupr. v.* 12. Patet autem Piſidam illud Paulli Sergio convenienter accommodare, *Cor.* I. 3. 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.*

537. Quem hic Piſida allegorice filium Sergii appellat, eſſe filium Heraclii non dubito. Is fuit ille Flavius Conſtantinus, qui *Novus Conſtantinus* dictus eſt, & in Numis *Heraclius Conſtantinus* nuncupatus invenitur. Circa annum 630. Gregoriam Nicetae Patricii filiam iam a teneris unguiculis ſibi deſponſatam, in uxorem duxit. Rem tradit Nicephorus Patr. *pag.*15. *Ἡράκλειος .... Γρηγορίαν τὴν θυγατέρα Νικήτου .... Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ζεύγνυσιν· ἣν δὴ καὶ προμνηστευσάμενος ἦν ζῶντος ἔτι τοῦ αὐτῆς πατρός. Heraclius .... Gregoriam Nicetae filiam Conſtantino Rom. Imperatori copulat, quam adhuc vivo parente illius deſponderat.* Itaque opinor Piſidam idcirco ita Conſtantinum hic alloqui, ut fauſta omnia auguſtis ſponſis adprecaretur, quos tamen matrimonio coniunctos non fuiſſe legimus in eodem Nicephoro, niſi poſtquam Heraclius, extincto iam Choſroa, & pace cum eius filio Siroe facta, e Perſide victor, triumphanſque remigravit.

ΑΚΑΘΙΣΤΟΣ
ΥΜΝΟΣ.

HYMNUS
ACATHISTUS.

M O N I T U M.

Coronidis loco Hymnum Acathiſtum in tota Graecia celeberrimum hic apponere opportunum duximus: primum quia cum pro reddendis gratiis Virgini Dei genitrici fuerit compoſitus, quod ab Abarum obſidione Conſtantinopolim ipſa liberaverit, in ſuam veluti ſedem, poſt Poema Piſidae de profligatis Abaribus, hic reponi poſtularet: deinde quia cum haec pia, elegansque cantiuncula de bello ad Conſtantinopolim geſto agat, inter cetera ſcripta, quae ad res Conſtantinopolitanas pertinent, iure quodam ſuo eſſet accenſenda: demum, quae potiſſima ratio eſt, quia ni fallimur huius Hymni auctor eſt ipſe Georgius Piſida. Quae ſuſpicionem moverunt, haec ſunt: I. Stilus fere poeticus eſt; & totus Hymnus ea conſtat elegantia, & concinnitate verborum, quae in aliis Piſidae ſcriptis obſervatur. Mira ſane in hoc Hymno poſita elucet induſtria, tum in componendis dictionibus, cum in periodorum ambitu circumducendo; ita enim omnia ſunt temperata, ut verba verbis reſpondeant, & ſententiae ſententiis opponantur, & vocum videatur numerus definitus: quod Piſidae cum Sophiſtis fuiſſe commune in Praefatione eſt demonſtratum. Profecto qui Acathiſtum Hymnum legerit, & tot antitheſes, orationiſque floſculos intextos viderit, in picturam potius, quam in ſermonem ſe incidiſſe arbitrabitur, Hymnumque ipſum, ex Gregorio Nyſſeno deſumptis verbis *Orat. VI. contr. Eunom* [illegible], *variis coloribus artificioſe depictam, & diſtinctam ſermonum telam* recte appellabit. Quare cum neque ante Piſidam nemo hunc Hymnum concinere potuerit, eo enim vivente Abares Conſtantinopolim evertere aggreſſi ſunt, neque ſtatim poſt ipſum alter innoteſcat Scriptor, qui de Abarica obſidione egerit; non temere illius auctor ipſe Piſida iudicabitur. II. Accedit, quod in Acathiſto occurrunt verba, & phraſes, & ſententiae, quibus alibi uſus eſt noſter Poeta, quae quidem omnia colligere, & legentium oculis ſubiicere difficile non fuiſſet; ſed veriti ne in parvo opere videremur eſſe nimium diligentes, hanc curam iis, quorum intererit, relinquendam eſſe exiſtimavimus. Id igitur tantum, quo maxime Acathiſti auctorem ſe prodere cenſemus, animadvertendum proponimus; inter plurimas, ac ſaepe repetitas ſalutationes, quae Virgini Mariae dicuntur, nonnullas eſſe, quae non ad bellum in Abares, ſed ad victoriam contra Perſas ſint referendae. Huiuſmodi ſunt, quae capiti, cuius eſt initium Ἴδον παῖδες Χαλδαίων &c. ſubiectae leguntur:

> Χαῖρε ἡ τῆς βαρβάρου λυτρουμένη θρησκείας·
> Χαῖρε ἡ τοῦ βορβόρου ῥυομένη τῶν ἔργων·
> Χαῖρε πυρὸς προσκύνησιν παύσασα.
> *Ave, quae a Barbari ſuperſtitione redimis:*
> *Ave, quae ab operum coeno eximis:*
> *Ave, quae feciſti ceſſare ignis adorationem.*

Barbarus, cuius hic notatur ſuperſtitio circa ignis adorationem, plane eſt Perſa, quem Πυρολάτρην in principio *Heracliados* vocat Piſida, & ea de cauſſa ſaepe ſtultum, & impium appellat. Coniicimus inde Piſidam ipſum, qui de bello Perſico, & Abarico iam ceciniſſet, utramque in hoc Hymno exornando victoriam voluiſſe coniungere, acceptamque referre Virgini, ut Heraclii Imperatoris pietatem, quam ſuis Iambis ubique amplificat, hic quoque tacitus commendaret. III. Confirmari adhuc noſtram ſententiam intelliget quicumque animo recogitabit, fieri potuiſſe, ut Georgius Piſida pro ſui Eccleſiaſtici muneris dignitate, Sceuophylax enim erat, hanc occaſionem libenter arripuerit, quo ſuae pietatis ſtudium in Virginem teſtatum relinqueret: cuius rei fidem facere etiam poſſunt epigrammata illa duo in Templum Blachernarum ab eo compoſita, quae inferius inter fragmenta exhibentur; ibi enim paucis verſiculis incluſa habentur, quae in toto Hymno aliter ſcripta leguntur. Quid quod non male quis aſſerat Georgium Piſidam inter Auctores, qui Eccleſiaſticos Graecorum libros ſcripſerunt, ſcilicet Canones, Troparia, Triodium, Pentecoſtarium, & alia huiuſmodi, quae ἀκολουθίαι *officia* nuncupantur, eſſe accenſendum? Leo certe Allatius in tractatu de *Melodis Graecorum* catalogum Auctorum texens, qui in tot Orationum Sylloge componenda ſuam operam contulerunt, duos Georgios nominat, *Siculum* unum, *Nicomedienſem* alterum; Piſidam non nominat: verum cum ille in Syntagmate de *Georgiis*, quiſnam fuerit Georgius *Siculus* ſibi in comperto non eſſe faſſus eſſet, & *Nicomedienſem* eumdem cum Piſida eſſe dubitaſſet, cui ex laudatis Georgiis ea omnia tribuenda eſſent, quae ſub *Georgii* nomine veniunt, non definivit. Angelus Maria Quirinius, poſtea S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, cum in Diatriba IV. adpoſita ad *Vetus Officium Quadrageſimale Graeciae Orthodoxae* ex Triodio vulgare, Latinumque facere ſtatuiſſet Canonem a Graecis dici ſolitum in Dominica Septuageſimae, quae τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου a parabola *Publicani, & Phariſaei* nuncupatur, ipſum Canonem praeferre titulum Georgii animadvertit, & Allatii ſequutus auctoritatem, quis ille eſſet Georgius, ſtatim dubitavit; quamvis *Nicomedienſem* cum *Piſida* coniungendum eſſe, eumdemque unum fuiſſe ex eo contenderit, quod nonnullis Orationibus varii Codices modo Georgii *Nicomedienſis*, modo Georgii *Chartophylacis* nomen praeponant: Quae coniectura quam levis ſit, conſtat ex iis, quae in *Praefatione* de utroque Georgio attigimus. Rem tamen nobis gratiſſimam feciſſet Quirinius, ſi quas in Codicibus Orationes Georgii *Nicomedienſis*, quas *Chartophylacis* nomine invenit inſcriptas, indicaſſet: inde enim colligi forſan potuiſſet, num aliquid inter ipſas Orationes exſiſtat, quod Georgio Piſidae videatur convenire. Canon certe Septuageſimae, qui nomen praefert ſimpliciter *Georgii*, Georgio noſtro non eſt adiudicandus; longe enim diſtat a ſubtilitate, & argutiis ſtili Piſidani. Quidquid tamen ea de re ſit, conſtat non temere nos arbitrari, Georgium Piſidam unum ex iis fuiſſe, qui in Graecorum libros Eccleſiaſticos aliquid de ſuo comportarunt; quamvis enim nonnulli exiſtimaverint ſaeculo octavo antiquiores non fuiſſe huiuſmodi Scriptores, quam ſententiam tuetur Franc. Ant. de Simeonibus in *Specimine animadverſ. in Triodium*; tamen ipſo Leone Allario teſte *de libris, & rebus Eccleſ. Graec.* ubi de Triodio diſſerit, certum eſt huius libri auctores *plures, & varios fuiſſe, qui pro tempore alia, atque alia addendo, librum neque parvum per ſe, neque exiguum, maiorem etiam uſque ad faſtidium fecere .... Auctores, quo propius aberant a Chriſto, & divina progenie, melius quae erant veritatis cernentes, optime, & ſine ulla offenſione Sanctorum laudes, & fidei dogmata decantarunt &c.* Unde quae difficultas, ſi dicamus Hymnum Acathiſtum a Georgio Piſida fuiſſe compoſitum, & ceteris Orationibus ab auctoribus ſequioris temporis conflatis Triodio fuiſſe unitum? Omnes profecto eruditi Viri, qui de hoc Hymno tractarunt, illud firmum, ratumque habuerunt, tum primum fuiſſe compoſitum, & a Graecis in laudem Virginis recitatum, quando Heraclius de Chagano, & Choſroa victor evaſit. Quod quidem apertiſſime etiam evincunt illa Acathiſto Hymno praepoſita verba, Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν εὐχαριστήρια ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, Θεοτόκε. Ceterum utrum hae coniecturae aliquid valeant ad id probandum, quod intendimus, ſapientiorum erit iudicium. Nobis certe perſuaſum eſt, nulli melius quam Piſidae Hymnum Acathiſtum poſſe vindicari.

ΑΚΑΘΙ-

HYMNUS ACATHISTUS.

Τροπάριον.

ΤΟ' προσταχθὲν μυστικῶς λαβὼν ἐν γνώσει, ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἰωσὴφ σπουδῇ ἐπέστη ὁ Ἀσώματος, λέγων τῇ ἀπειρογάμῳ· ὁ κλίνας τῇ καταβάσει τοὺς οὐρανοὺς χωρεῖται ἀναλλοιώτως ὅλος ἐν σοί· ὃν καὶ βλέπων ἐν μήτρᾳ σου λαβόντα δούλου μορφὴν ἐξίσταμαι, κραυγάζων σοι·

Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Κοντάκιον.

Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν, εὐχαριστήρια ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, Θεοτόκε· ἀλλ' ὡς ἔχουσα τὸ κράτος ἀπροσμάχητον, ἐκ παντοίων με κινδύνων ἐλευθέρωσον· ἵνα κράζω σοι·

Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Τοῦ Ἀκαθίστου οἶκοι,

Ὧν εἰς ἀνάγνωσιν ἵσταται· οἱ αὐτοὶ δὲ οἶκοι

εἰσὶ κατὰ ἀλφάβητον, ἤγουν κδʹ.

καὶ λέγονται παρὰ τοῦ Ἱερέως.

Ἄγγελος πρωτοστάτης οὐρανόθεν ἐπέμφθη εἰπεῖν τῇ Θεοτόκῳ τὸ Χαῖρε· καὶ σὺν τῇ ἀσωμάτῳ φωνῇ σωματούμενόν σε θεωρῶν, Κύριε, ἐξίστατο, καὶ ἵστατο κραυγάζων πρὸς αὐτὴν τοιαῦτα·

Χαῖρε δι' ἧς ἡ χαρὰ ἐκλάμψει·
Χαῖρε δι' ἧς ἡ ἀρὰ ἐκλείψει·
Χαῖρε τοῦ πεσόντος Ἀδὰμ ἡ ἀνάκλησις·
Χαῖρε τῶν δακρύων τῆς Εὔας ἡ λύτρωσις·
Χαῖρε ὕψος δυσανάβατον ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς·
Χαῖρε βάθος δυσθεώρητον καὶ Ἀγγέλων ὀφθαλμοῖς·
Χαῖρε, ὅτι ὑπάρχεις Βασιλέως καθέδρα·
Χαῖρε, ὅτι βαστάζεις τὸν βαστάζοντα πάντα·
Χαῖρε ἀστὴρ ἐμφαίνων τὸν ἥλιον·
Χαῖρε γαστὴρ ἐνθέου σαρκώσεως·
Χαῖρε, δι' ἧς νεουργεῖται ἡ κτίσις·
Χαῖρε, δι' ἧς βρεφουργεῖται ὁ κτίστης·
Χαῖρε, δι' ἧς προσκυνεῖται ὁ πλάστης·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Βλέπουσα ἡ ἁγία ἑαυτὴν ἐν ἁγνείᾳ, φησὶ τῷ Γαβριὴλ θαρσαλέως· τὸ παράδοξόν σου τῆς φωνῆς, δυσπαράδεκτόν μου τῇ ψυχῇ φαίνεται· ἀσπόρου γὰρ συλλήψεως τὴν κύησιν πῶς λέγεις; κράζων·
Ἀλληλούϊα.

Γνῶσιν ἄγνωστον γνῶναι ἡ Παρθένος ζητοῦσα, ἐβόησε πρὸς τὸν λειτουργοῦντα· ἐκ λαγόνων ἁγνῶν υἱὸν πῶς ἐστι τεχθῆναι δυνατόν; λέξον μοι· πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἔφησεν ἐν φόβῳ, πλὴν κραυγάζων οὕτω·
Χαῖρε βουλῆς ἀπορρήτου μύστις·
Χαῖρε σιγῆς δεομένων πίστις·

Χαῖρε

Troparium.

IUSSUM arcana mente complexus incorporeus Gabriel Ioſephi domum feſtinanter ingreſſus eſt dicens Virgini nuptiarum neſciae: Qui caelos inclinavit deſcenſu citra mutationem totus in te recipitur: quem ego quidem videns in utero tuo ſervi formam accepiſſe, prae admiratione ad te clamo:
Ave Sponſa innupta.

Contacium.

Tibi ego invictae Imperatrici acceptos triumphos, tibi gratiarum actiones refero, o Deipara, a calamitatibus liberata civitas tua: ſed tu qua polles virtute inſuperabili ab omni me periculorum genere libera; ut clamem ad te:
Ave Sponſa innupta.

Acathiſti Oeci,
Qui ſtando leguntur: Oeci vero ipſi ſunt
in ordine alphabetico, ſcilicet XXIV.
& dicuntur a Sacerdote.

Archangelus e caelo miſſus eſt, qui diceret Dei matri, Ave: te vero, Domine, contemplans aſſumentem corpus ſua cum incorporea voce obſtupuit, & ſtetit ad ipſam clamans talia:
Ave, per quam ſplendebit laetitia.
Ave, per quam deficiet maledictum.
Ave lapſi Adae revocatio.
Ave lacrimarum Evae redemptio.
Ave humanis cogitationibus inacceſſa altitudo.
Ave ipſis Angelorum oculis inviſibilis profunditas.
Ave, quoniam Regis es Thronus.
Ave, quoniam portantem omnia portas.
Ave Stella, quae Solem profers.
Ave divinae incarnationis uterus.
Ave, per quam renovatur creatura.
Ave, per quam fit infans Creator.
Ave, per quam Factor adoratur.
Ave Sponſa innupta.

Se totam videns in puritate Sancta Virgo, fidenter dixit Gabrieli: admiranda vox tua meo animo perceptu difficilis videtur: ecquem enim conceptionis ſine ſemine foetum narras? dicens:
Alleluia.

Arcanae rei notitiam habere quaerens Virgo ad miniſtrum clamavit; e puris viſceribus, age dic mihi, quinam fieri poteſt, ut naſcatur filius? cui ille, quamvis in timore, clamans dixit ita:
Ave conſilii ineffabilis myſtis.
Ave eorum, quae ſunt reticenda, fides.

Ave

Χαῖρε τῶν θαυμάτων Χριστοῦ τὸ προοίμιον·
Χαῖρε τῶν δογμάτων αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον·
Χαῖρε κλίμαξ ἐπουράνιε, δι' ἧς κατέβη ὁ Θεός·
Χαῖρε γέφυρα μετάγουσα τοὺς ἐκ γῆς πρὸς οὐρανόν·
Χαῖρε τὸ τῶν Ἀγγέλων πολυθρύλλητον θαῦμα·
Χαῖρε τὸ τῶν δαιμόνων πολυθρήνητον τραῦμα·
Χαῖρε, τὸ φῶς ἀῤῥήτως γεννήσασα·
Χαῖρε τὸ πῶς μηδένα διδάξασα·
Χαῖρε σοφῶν ὑπερβαίνουσα γνῶσιν·
Χαῖρε πιστῶν καταυγάζουσα φρένας.
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἐπεσκίασε τότε πρὸς σύλληψιν τῇ ἀπειρογάμῳ· καὶ τὴν εὔκαρπον ταύτης νηδὺν, ὡς ἀγρὸν ὑπέδειξεν ἡδὺν ἅπασι, τοῖς θέλουσι θερίζειν σωτηρίαν, ἐν τῷ ψάλλειν οὕτως·

Ἀλληλούϊα.

Ἔχουσα θεοδόχον ἡ Παρθένος τὴν μήτραν, ἀνέδραμε πρὸς τὴν Ἐλισάβετ· τὸ δὲ βρέφος ἐκείνης εὐθὺς ἐπιγνὸν τὸν ταύτης ἀσπασμὸν ἔχαιρε, καὶ ἅλμασιν, ὡς ᾄσμασιν ἐβόα πρὸς Θεοτόκον·

Χαῖρε βλαστοῦ ἀμαράντου κλῆμα·
Χαῖρε καρποῦ ἀκηράτου κτῆμα·
Χαῖρε γεωργὸν γεωργοῦσα φιλάνθρωπον·

Χαῖρε φυτουργὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν φύουσα·
Χαῖρε ἄρουρα βλαστάνουσα εὐφορίαν οἰκτιρμῶν·

Χαῖρε τράπεζα βαστάζουσα εὐθηνίαν ἱλασμῶν·
Χαῖρε, ὅτι λειμῶνα τῆς τρυφῆς ἀναθάλλεις·
Χαῖρε, ὅτι λιμένα τῶν ψυχῶν ἑτοιμάζεις·
Χαῖρε δεκτὸν πρεσβείας θυμίαμα·
Χαῖρε παντὸς τοῦ κόσμου ἐξίλασμα·
Χαῖρε Θεοῦ πρὸς θνητοὺς εὐδοκία·
Χαῖρε θνητῶν πρὸς Θεὸν παῤῥησία·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Ζάλην ἔνδοθεν ἔχων λογισμῶν ἀμφιβόλων ὁ σώφρων Ἰωσὴφ ἐταράχθη· πρὸς τὴν ἄγαμόν σε θεωρῶν, καὶ κλεψίγαμον ὑπονοῶν, ἄμεμπτε· μαθὼν δέ σου τὴν σύλληψιν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἔφη·

Ἀλληλούϊα.

Ἤκουσαν οἱ ποιμένες τῶν Ἀγγέλων ὑμνούντων τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν· καὶ δραμόντες, ὡς πρὸς ποιμένα, θεωροῦσι τοῦτον, ὡς ἀμνὸν ἄμωμον ἐν τῇ γαστρὶ Μαρίας βοσκηθέντα, ἣν ὑμνοῦντες εἶπον·

Χαῖρε ἀμνοῦ, καὶ ποιμένος μήτηρ·
Χαῖρε αὐλὴ λογικῶν προβάτων·
Χαῖρε ἀοράτων ἐχθρῶν ἀμυντήριον·
Χαῖρε Παραδείσου θυρῶν ἀνοικτήριον·
Χαῖρε, ὅτι τὰ οὐράνια συναγάλλονται τῇ γῇ·
Χαῖρε, ὅτι τὰ ἐπίγεια συγχορεύουσιν οὐρανοῖς·
Χαῖρε τῶν Ἀποστόλων τὸ ἀσίγητον στόμα·
Χαῖρε τῶν Ἀθλοφόρων τὸ ἀνίκητον θάρσος·
Χαῖρε στεῤῥὸν τῆς πίστεως ἔρεισμα·
Χαῖρε λαμπρὸν τῆς χάριτος γνώρισμα·
Χαῖρε, δι' ἧς ἐγυμνώθη ὁ ᾅδης·
Χαῖρε, δι' ἧς ἐνεδύθημεν δόξαν·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε·

Θεοδρό-

Ave miraculorum Chriſti exordium.
Ave dogmatum ipſius principium.
Ave ſcala caeleſtis, per quam Deus deſcendit.
Ave pons terrigenas ad caelum deportans.
Ave multum inſignis Angelorum admiratio.
Ave multum luctuoſa daemonum clades.
Ave, quae lucem ineffabiliter genuiſti.
Ave, quae neminem de modo docuiſti.
Ave, quae ſapientum cognitionem tranſcendis.
Ave, quae fidelium mentes illuminas.
Ave Sponſa innupta.

Virtus Altiſſimi tunc obumbravit ei, quae thori erat neſcia, ut conciperet, & eius fecundum uterum, tamquam agrum delicioſum oſtendit omnibus, qui metere volunt ſalutem, dum pſallunt ita:

Alleluia.

Ferens uterum Virgo, quo Deum exceperat, feſtinavit ad Eliſabet, cuius infans ſalutationem illius ſtatim agnoſcens gaviſus eſt, & ſaltibus, quaſi cantibus clamavit ad Deiparam:

Ave germinis immarceſcibilis palmes.
Ave fructus incorrupti poſſeſſio.
Ave, quae benignum humani generis colis cultorem.
Ave, quae vitae noſtrae generas ſatorem.
Ave terra, quae miſerationum fecunditatem germinas.
Ave menſa, quae propitiationum affluentiam geſtas.
Ave, quoniam facis efflorere pratum deliciarum.
Ave, quoniam praeparas portum animarum.
Ave acceptum orationis thymiama.
Ave totius orbis propitiatio.
Ave Dei benevolentia erga mortales.
Ave mortalium ad Deum fiducia.
Ave Sponſa innupta.

Intus habens ancipitum cogitationum tumultum, turbatus eſt caſtus Ioſeph in te nuptiarum expertem, & furtinubam eſt ſuſpicatus, o Innocens: at vero edoctus tuam de Spiritu Sancto conceptionem, dixit:

Alleluia.

Audierunt paſtores Angelos collaudantes Chriſti praeſentiam in carne; & poſtquam tamquam ad Paſtorem cucurrerunt, ipſum, ut agnum immaculatum, in ſinu Mariae enutritum intuentur; quam hymnis celebrantes dixerunt:

Ave Agni, & Paſtoris mater.
Ave rationalium ovium ovile.
Ave hoſtium inviſibilium propulſatio.
Ave ianuarum Paradiſi reſeratio.
Ave, quoniam caeleſtia laetantur cum terra.
Ave, quoniam terreſtria exſultant cum caelis.
Ave Apoſtolorum os diſertiſſimum.
Ave Martyrum fortitudo invincibilis.
Ave firmum fidei fundamentum.
Ave ſplendidum gratiae documentum.
Ave, per quam ſpoliatus eſt Infernus.
Ave, per quam induti ſumus gloria.
Ave Sponſa innupta.

Stel-

Θεοδρόμον ἀστέρα θεωρήσαντες Μάγοι, τῇ τούτου ἠκολούθησαν αἴγλῃ· καὶ ὡς λύχνον κρατοῦντες αὐτὸν, δι' αὐτοῦ ἠρεύνων κραταιὸν Ἄνακτα· καὶ φθάσαντες τὸν ἄφθαστον, ἐχάρησαν, αὐτῷ βοῶντες·

Ἀλληλούϊα.

Ἴδον παῖδες Χαλδαίων ἐν χερσὶ τῆς Παρθένου τὸν πλάσαντα χειρὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ Δεσπότην νοοῦντες αὐτὸν, εἰ καὶ δούλου ἔλαβε μορφὴν, ἔσπευσαν τοῖς δώροις θεραπεῦσαι, καὶ βοῆσαι τῇ εὐλογημένῃ·

Χαῖρε ἀστέρος ἀδύτου μήτηρ·
Χαῖρε αὐγὴ μυστικῆς ἡμέρας·
Χαῖρε τῆς ἀπάτης τὴν κάμινον σβέσασα·
Χαῖρε τῆς Τριάδος τοὺς μύστας φωτίζουσα·
Χαῖρε τύραννον ἀπάνθρωπον ἐκβαλοῦσα τῆς ἀρχῆς·
Χαῖρε Κύριον φιλάνθρωπον ἐπιδείξασα Χριστόν·
Χαῖρε, ἡ τῆς βαρβάρου λυτρουμένη θρησκείας·
Χαῖρε, ἡ τοῦ βορβόρου ῥυομένη τῶν ἔργων·
Χαῖρε πυρὸς προσκύνησιν παύσασα·
Χαῖρε φλογὸς παθῶν ἀπαλλάττουσα·
Χαῖρε πιστῶν ὁδηγὲ σωφροσύνης·
Χαῖρε πασῶν γενεῶν εὐφροσύνη·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Κήρυκες θεοφόροι γεγονότες οἱ Μάγοι, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, ἐκτελέσαντές σου τὸν χρησμὸν, καὶ κηρύξαντές σε τὸν Χριστὸν ἅπασιν· ἀφέντες τὸν Ἡρώδην, ὡς ληρώδη, μὴ εἰδότα ψάλλειν·
Ἀλληλούϊα.

Λάμψας ἐν τῇ Αἰγύπτῳ φωτισμὸν ἀληθείας, ἐδίωξας τοῦ ψεύδους τὸ σκότος· τὰ γὰρ εἴδωλα ταύτης, Σωτὴρ, μὴ ἐνεγκαντά σου τὴν ἰσχὺν πέπτωκεν· οἱ τούτων δὲ ῥυσθέντες ἐβόων πρὸς τὴν Θεοτόκον·

Χαῖρε ἀνόρθωσις τῶν ἀνθρώπων·
Χαῖρε κατάπτωσις τῶν δαιμόνων·
Χαῖρε τῆς ἀπάτης τὴν πλάνην πατήσασα·
Χαῖρε τῶν εἰδώλων τὸν δόλον ἐλέγξασα·
Χαῖρε θάλασσα ποντίσασα Φαραὼ τὸν νοητόν·
Χαῖρε πέτρα ἡ ποτίσασα τοὺς διψῶντας τὴν ζωήν·
Χαῖρε πύρινε στύλε ὁδηγῶν τοὺς ἐν σκότει·
Χαῖρε σκέπη τοῦ κόσμου πλατυτέρα νεφέλης·
Χαῖρε τροφὴ τοῦ μάννα διάδοχε·
Χαῖρε τρυφῆς ἁγίας διάκονε·
Χαῖρε ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας·
Χαῖρε, ἐξ ἧς ῥέει μέλι, καὶ γάλα·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Μέλλοντος Συμεῶνος τοῦ παρόντος αἰῶνος μεθίστασθαι τοῦ ἀπατεῶνος, ἐπεδόθης ὡς βρέφος αὐτῷ· ἀλλ' ἐγνώσθης τούτῳ καὶ Θεὸς τέλειος· διόπερ ἐξεπλάγη σου τὴν ἄρρητον σοφίαν, κράζων·
Ἀλληλούϊα.

Νέαν ἔδειξε κτίσιν ἐμφανίσας ὁ Κτίστης ἡμῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις· ἐξ ἀσπόρου βλαστήσας γαστρὸς, καὶ φυλάξας

Stellae fulgorem ſecuti ſunt Magi, quam viderant curſu ſuo tendentem ad Deum; eaque tamquam lucerna muniti, potentem inquirebant regem: & quem aſſequi nemo poteſt, aſſecuti, gaviſi ſunt, ad ipſum clamantes:

Alleluia.

In manibus Virginis eum viderunt Chaldaei, qui manu formavit homines, ipſumque Dominum eſſe ſentientes, quamvis ſervi formam accepiſſet, ſtuduerunt muneribus colere, & inclamare Benedictae:

Ave ſtellae inocciduae mater.
Ave ſplendor myſtici diei.
Ave, quae deceptionis fornacem extinxiſti:
Ave, quae Trinitatis arcana addiſcentes illuminas.
Ave, quae inhumanum tyrannum e principatu deieciſti.
Ave, quae Chriſtum eſſe miſericordem Dominum oſtendiſti.
Ave, quae a barbara ſuperſtitione redimis.
Ave, quae ab operum coeno eximis.
Ave, quae feciſti ceſſare ignis adorationem.
Ave, quae a flamma paſſionum eruis.
Ave fidelium temperantiae gubernatrix.
Ave generationum omnium laetitia.
Ave Sponſa innupta.

Deiferi praecones effecti Magi, reverſi ſunt Babylonem; tuoque oraculo obſequuti te Chriſtum annuntiarunt omnibus populis, relicto Herode, tamquam deliro, qui non novit pſallere:
Alleluia.

Veritatis ſplendore in Aegyptum immiſſo, mendacii tenebras inde expuliſti: huius enim regionis idola, cum tuam, Salvator, virtutem ferre non poſſent, ceciderunt: qui vero ab his liberati ad Deiparam clamabant:

Ave hominum erectio.
Ave daemonum ſubverſio.
Ave, quae fraudis errorem conculcaſti.
Ave, quae idolorum fallaciam redarguiſti.
Ave mare, quod intellectualem Pharaonem demerſiſti.
Ave petra, quae ſitientes vitam potaſti.
Ave ignea columna, quae degentes in tenebris dirigis.
Ave mundi umbraculum nube longius ſe extendens.
Ave eſca mannae ſuccedanea.
Ave ſanctarum deliciarum miniſtra.
Ave terra promiſſionis.
Ave, ex qua fluit mel, & lac.
Ave Sponſa innupta.

Transmigraturo Symeoni e praeſenti fallaci ſaeculo, traditus ei fuiſti, velut infans; ſed agnitus es ab hoc etiam Deus perfectus; quapropter admiratus eſt tuam ineffabilem ſapientiam, exclamans:
Alleluia.

Cum ſeipſum nobis ille, a quo ſumus facti, manifeſtavit Creator, novum oſtendit genus creaturae:

δείξας ταύτην, ὥσπερ ἦν, ἄφθορον, ἵνα τὸ θαῦμα βλέποντες, ὑμνήσωμεν αὐτὴν βοῶντες·

Χαῖρε τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας·
Χαῖρε τὸ στέφος τῆς ἐγκρατείας·
Χαῖρε τῆς ἀναστάσεως τύπον ἐκλάμπουσα·
Χαῖρε τῶν Ἀγγέλων τὸν βίον ἐμφαίνουσα·
Χαῖρε δένδρον ἀγλαόκαρπον, ἐξ οὗ τρέφονται πιστοί·
Χαῖρε ξύλον εὐσκιόφυλλον, ὑφ' οὗ σκέπονται πολλοί·
Χαῖρε κυοφοροῦσα ὁδηγὸν πλανωμένοις·
Χαῖρε ἀποκυοῦσα λυτρωτὴν αἰχμαλώτοις·
Χαῖρε κριτοῦ δικαίου δυσώπησις·
Χαῖρε πολλῶν πταιόντων συγχώρησις·
Χαῖρε στολὴ τῶν γυμνῶν παρρησίας.
Χαῖρε στοργὴ πάντα πόθον νικῶσα·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε·

Ξένον τόκον ἰδόντες ξενωθῶμεν τοῦ κόσμου, τὸν νοῦν εἰς οὐρανοὺς μεταθέντες· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ὑψηλὸς Θεὸς ἐπὶ γῆς ἐφάνη ταπεινὸς ἄνθρωπος, βουλόμενος ἑλκύσαι πρὸς τὸ ὕψος τοὺς αὐτῷ βοῶντας·

Ἀλληλούϊα.

Ὅλος ἦν ἐν τοῖς κάτω, καὶ τῶν ἄνω οὐδ' ὅλως ἀπῆν ὁ ἀπερίγραπτος Λόγος· συγκατάβασις γὰρ θεϊκὴ, οὐ μετάβασις δὲ τοπικὴ γέγονε, καὶ τόκος ἐκ Παρθένου θεολήπτου ἀκουούσης ταῦτα·

Χαῖρε Θεοῦ ἀχωρήτου χώρα·
Χαῖρε σεπτοῦ μυστηρίου θύρα·
Χαῖρε τῶν ἀπίστων ἀμφίβολον ἄκουσμα·
Χαῖρε τῶν πιστῶν ἀναμφίβολον καύχημα·
Χαῖρε ὄχημα πανάγιον τοῦ ἐπὶ τῶν Χερουβίμ·
Χαῖρε οἴκημα πανάριστον τοῦ ἐπὶ τῶν Σεραφίμ·
Χαῖρε, ἡ τἀναντία εἰς ταυτὸ ἀγαγοῦσα·
Χαῖρε, ἡ παρθενίαν, καὶ λοχείαν ζευγνῦσα·
Χαῖρε, δι' ἧς ἐλύθη παράβασις·
Χαῖρε, δι' ἧς ἠνοίχθη Παράδεισος·
Χαῖρε ἡ κλεὶς τῆς Χριστοῦ βασιλείας·
Χαῖρε ἐλπὶς ἀγαθῶν αἰωνίων·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Πᾶσα φύσις Ἀγγέλων κατεπλάγη τὸ μέγα τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως ἔργον· τὸν ἀπρόσιτον γὰρ, ὡς Θεὸν, ἐθεώρει πᾶσι προσιτὸν ἄνθρωπον, ἡμῖν μὲν συνδιάγοντα, ἀκούοντα δὲ παρὰ πάντων οὕτως·

Ἀλληλούϊα.

Ῥήτορας πολυφθόγγους, ὡς ἰχθύας ἀφώνους, ὁρῶμεν ἐπὶ σοὶ, Θεοτόκε· ἀποροῦσι γὰρ λέγειν τὸ πῶς, καὶ Παρθένος μένεις, καὶ τεκεῖν ἴσχυσας· ἡμεῖς δὲ τὸ μυστήριον θαυμάζοντες, πιστῶς βοῶμεν·

Χαῖρε σοφίας Θεοῦ δοχεῖον·
Χαῖρε προνοίας αὐτοῦ ταμεῖον·
Χαῖρε φιλοσόφους ἀσόφους δεικνύουσα·
Χαῖρε τεχνολόγους ἀλόγους ἐλέγχουσα·

Χαῖρε

curae: ex ventre enim germinavit ſine ſemine, ipſumque ventrem reliquit, ſicuti erat, incorruptum; ut nos miraculum videntes laudemus ipſam Virginem clamantes:

Ave flos incorruptibilitatis,
Ave corona continentiae.
Ave, quae typum reſurrectionis praemonſtras.
Ave, quae Angelorum vitam repraeſentas.
Ave arbor ſplendido fructu dives, quo fideles nutriuntur.
Ave lignum, cuius grata foliorum umbra proteguntur multi.
Ave, quae geſtas in utero ducem errantibus.
Ave, quae gignis redemptorem captivis.
Ave iuſti Iudicis exoratio.
Ave multorum peccantium indulgentia.
Ave ſtola eorum, qui nudi ſunt fiducia.
Ave amor omne deſiderium ſuperans.
Ave Sponſa innupta.

Peregrinum intuentes partum peregrinemur a mundo, mentem in caelum transferentes: ob id enim excelſus Deus humilis homo in terra apparuit, volens in altum trahere clamantes ad ſe:

Alleluia.

Totum erat in inferioribus, & a ſuperis neutiquam aberat incircumſcriptum Verbum; deſcenſio enim divina, non vero tranſmigratio localis fuit etiam partus Virginis afflatae Deo, quae haec audit.

Ave incomprehenſibilis Dei comprehenſio.
Ave myſterii venerandi ianua.
Ave infidelium dubia auditio.
Ave fidelium indubia gloriatio.
Ave currus ſanctiſſimus eius, qui ſedet ſuper Cherubim.
Ave domicilium praeſtantiſſimum eius, qui eſt ſuper Seraphim.
Ave, quae contraria in unum conciliaſti.
Ave, quae virginitatem, & partum coniunxiſti.
Ave, per quam ſoluta eſt praevaricatio.
Ave, per quam apertus eſt Paradiſus.
Ave clavis regni Chriſti.
Ave ſpes aeternorum bonorum.
Ave Sponſa innupta.

Univerſa Angelorum natura magnum tuae incarnationis opus demirata eſt; inacceſſibilem enim, ut Deum, omnibus acceſſibilem, ut hominem, videbat; converſatum quidem nobiſcum, & audientem ab omnibus hoc modo:

Alleluia.

Rhetores eloquentiſſimos, quaſi mutos piſces eſſe circa te videmus, o Deipara: non enim ſatis ſunt explicare, quomodo & Virgo permanes, & parere potueris: at nos myſterium admirati fideliter clamamus:

Ave ſapientiae Dei receptaculum.
Ave providentiae ipſius promptuarium.
Ave, quae philoſophos oſtendis inſipientes.
Ave, quae eloquentiae magiſtros eloquentia deſtitutos redarguis.

Ave,

Χαῖρε, ὅτι ἐμωράνθησαν οἱ δεινοὶ συζητηταί·
Χαῖρε, ὅτι ἐμαράνθησαν οἱ τῶν μύθων ποιηταί·
Χαῖρε τῶν Ἀθηναίων τὰς πλοκὰς διασπῶσα·
Χαῖρε τῶν ἁλιέων τὰς σαγήνας πληροῦσα·
Χαῖρε βυθοῦ ἀγνοίας ἐξέλκουσα·
Χαῖρε πολλοὺς ἐν γνώσει φωτίζουσα·
Χαῖρε ὁλκὰς τῶν θελόντων σωθῆναι·
Χαῖρε λιμὴν τῶν τοῦ βίου πλωτήρων·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Σῶσαι θέλων τὸν κόσμον ὁ τῶν ὅλων κοσμήτωρ, πρὸς τοῦτον αὐτεπάγγελτος ἦλθε, καὶ ποιμὴν ὑπάρχων, ὡς Θεός, δι' ἡμᾶς ἐφάνη καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος· ὁμοίῳ γὰρ τὸ ὅμοιον καλέσας, ὡς Θεὸς ἀκούει·

Ἀλληλούϊα·

Τεῖχος εἶ τῶν παρθένων, Θεοτόκε Παρθένε, καὶ πάντων τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων· ὁ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς κατεσκεύασέ σε Ποιητής, ἄχραντε, οἰκήσας ἐν τῇ μήτρᾳ σου, καὶ πάντας σοι προσφωνεῖν διδάξας·
Χαῖρε ἡ στήλη τῆς παρθενίας·
Χαῖρε ἡ πύλη τῆς σωτηρίας·
Χαῖρε ἀρχηγὲ νοητῆς ἀναπλάσεως·
Χαῖρε χορηγὲ θεϊκῆς ἀγαθότητος·
Χαῖρε, σὺ γὰρ ἀνεγέννησας τοὺς συλληφθέντας αἰσχρῶς·
Χαῖρε, σὺ γὰρ ἐνουθέτησας τοὺς συληθέντας τὸν νοῦν·
Χαῖρε, ἡ τὸν φθορέα τῶν φρενῶν καταργοῦσα·
Χαῖρε, ἡ τὸν σπορέα τῆς ἁγνείας τεκοῦσα·
Χαῖρε παστὰς ἀσπόρου νυμφεύσεως·
Χαῖρε πιστοὺς Κυρίῳ ἁρμόζουσα·
Χαῖρε καλὴ κουροτρόφε παρθένων·
Χαῖρε ψυχῶν νυμφοστόλε ἁγίων·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Ὕμνος ἅπας ἡττᾶται, συνεκτείνεσθαι σπεύδων τῷ πλήθει τῶν πολλῶν οἰκτιρμῶν σου· ἰσαρίθμους γὰρ τῇ ψάμμῳ ᾠδὰς ἂν προσφέρωμέν σοι, Βασιλεῦ ἅγιε, οὐδὲν τελοῦμεν ἄξιον, ὧν δέδωκας ἡμῖν τοῖς σοὶ βοῶσιν·

Ἀλληλούϊα.

Φωτοδόχον λαμπάδα τοῖς ἐν σκότει φανεῖσαν ὁρῶμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον· τὸ γὰρ ἄϋλον ἅπτουσα φῶς ὁδηγεῖ πρὸς γνῶσιν θεϊκὴν ἅπαντας· αὐγῇ τὸν νοῦν φωτίζουσα, κραυγῇ δὲ τιμωμένη ταῦτα.

Χαῖρε ἀκτὶς νοητοῦ ἡλίου·
Χαῖρε βολὶς τοῦ ἀδύτου φέγγους·
Χαῖρε ἀστραπὴ τὰς ψυχὰς καταλάμπουσα·
Χαῖρε, ὡς βροντὴ τοὺς ἐχθροὺς καταπλήττουσα·
Χαῖρε, ὅτι τὸν πολύφωτον ἀνατέλλεις φωτισμόν·
Χαῖρε, ὅτι τὸν πολύρρυτον ἀναβλύζεις ποταμόν·
Χαῖρε τῆς κολυμβήθρας ζωγραφοῦσα τὸν τύπον·
Χαῖρε τῆς ἁμαρτίας ἀπαίρουσα τὸν ῥύπον.
Χαῖρε λουτὴρ ἐκπλύνων συνείδησιν·
Χαῖρε κρατὴρ κιρνῶν ἀγαλλίασιν·
Χαῖρε ὀσμὴ τῆς Χριστοῦ εὐωδίας·
Χαῖρε ζωὴ μυστικῆς εὐωχίας·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Χάριν δοῦναι θελήσας ὀφλημάτων ἀρχαίων ὁ πάντων χρεωλύτης ἀνθρώπων, ἐπεδήμησε δι' ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς ἀποδή-

Ave, quoniam callidi perſcrutatores deſipuerunt.
Ave, quoniam fabularum auctores emarcuerunt.
Ave, quae Athenienſium ambages diſſolvis.
Ave, quae piſcatorum ſagenas imples.
Ave, quae a profundo ignorantiae extrahis.
Ave, quae multos in ſcientia illuminas.
Ave navis ſervari cupientium.
Ave portus in hac vita navigantium.
Ave Sponſa innupta.

Volens rerum omnium Conditor mundum ſervare, in hunc ipſum ſponte deſcendit, & cum, quatenus Deus eſt, paſtor eſſet, propter nos apparuit nobiſcum homo: ſimilitudine enim noſtra ad ſe vocata, ut Deus audit:

Alleluia.

Virginum, & omnium ad te confugientium murus es, Virgo Deipara; Factor enim caeli, & terrae in utero tuo commoratus ad hoc te inſtruxit, o Immaculata, docuitque omnes ſalutare:
Ave columna Virginitatis.
Ave porta ſalutis.
Ave auctrix ſpiritalis reformationis.
Ave divinae bonitatis miniſtra.
Ave, tu enim turpiter conceptos regeneraſti.
Ave, tu enim mente captos ad mentem revocaſti.
Ave, quae mentium corruptorem depreſſiſti.
Ave, quae puritatis Satorem peperiſti.
Ave thalamus incontaminati connubii.
Ave, quae fideles aptas Domino.
Ave ſpecioſa Virgo virginum altrix.
Ave Sanctarum animarum pronuba.
Ave Sponſa innupta.

Hymnus omnis, qui multarum miſerationum tuarum magnitudinem complecti velit, minor eſt, & deficit: quamvis enim arenae aequalia tibi offeramus cantica, o Rex Sancte; nihil dignum iis peragimus, quae dediſti nobis clamantibus ad te:

Alleluia.

Vivae lucis lampadem, quae degentibus in tenebris apparuit, intuemur Sanctam Virginem: immateriale enim lumen accendens ad divinam cognitionem omnes adducit ipſa, quae ſuo ſplendore mentem illuminat, & clamore noſtro ſic honoratur:
Ave radius Solis intellectualis.
Ave iubar lucis inocciduae.
Ave fulgor animas illuſtrans.
Ave, ut tonitru hoſtes conſternans.
Ave, quoniam ſplendorem emittis multiplicem.
Ave, quoniam flumen effundis multifluum.
Ave, quae piſcinae refers imaginem.
Ave, quae ſordes tollis peccati.
Ave pelvis abluens conſcientiam.
Ave crater miſcens exſultationem.
Ave bonus odor ſuavitatis Chriſti.
Ave vita myſtici convivii.
Ave Sponſa innupta.

Gratiam cum decreviſſet de antiquis debitis facere ille, qui omnium debita ſolvit, per ſeipſum ad

ἀποδήμοις τῆς αὐτοῦ χάριτος, καὶ σχίσας τὸ χειρόγραφον, ἀκούει παρὰ πάντων οὕτως·

Ἀλληλούϊα.

Ψάλλοντές σου τὸν τόκον ἀνυμνοῦμέν σε πάντες, ὡς ἔμψυχον ναὸν, Θεοτόκε· ἐν τῇ σῇ γὰρ οἰκήσας γαστρὶ ὁ συνέχων πάντα τῇ χειρὶ Κύριος, ἡγίασεν, ἐδόξασεν, ἐδίδαξε βοᾷν σοι πάντας·

Χαῖρε σκηνὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου·
Χαῖρε ἁγία ἁγίων μείζων·
Χαῖρε κιβωτὲ χρυσωθεῖσα τῷ πνεύματι·
Χαῖρε θησαυρὲ τῆς ζωῆς ἀδαπάνητε·
Χαῖρε τίμιον διάδημα βασιλέων εὐσεβῶν·
Χαῖρε καύχημα σεβάσμιον ἱερέων εὐλαβῶν·
Χαῖρε τῆς ἐκκλησίας ὁ ἀσάλευτος πύργος·
Χαῖρε τῆς βασιλείας τὸ ἀπόρθητον τεῖχος·
Χαῖρε, δι᾽ ἧς ἐγείρονται τρόπαια·
Χαῖρε, δι᾽ ἧς ἐχθροὶ καταπίπτουσι·
Χαῖρε χρωτὸς τοῦ ἐμοῦ θεραπεία·
Χαῖρε ψυχῆς τῆς ἐμῆς σωτηρία·
Χαῖρε Νύμφη ἀνύμφευτε.

Ὦ πανύμνητε Μῆτερ, ἡ τεκοῦσα τῶν πάντων ἁγίων ἁγιώτατον Λόγον, δεξαμένη τὴν νῦν προσφορὰν, ἀπὸ πάσης ῥῦσαι συμφορᾶς ἅπαντας, καὶ τῆς μελλούσης λύτρωσαι κολάσεως τοὺς σοὶ βοῶντας·

Ἀλληλούϊα.

ad eos commigravit, qui ab eius gratia diſceſſerant; ſciſſoque chirographo a cunctis ſic audit:

Alleluia.

Omnes, qui tuum canimus partum, te velut animatum Templum laudamus, o Deipara: cum enim in tuo ventre habitaſſet, qui omnia manu continet Dominus, te ſanctificavit, glorificavit, docuitque omnes ad te clamare:

Ave tabernaculum Dei, & Verbi.
Ave Sancta Sanctis maior.
Ave arca Spiritu deaurata.
Ave theſaurus vitae inexhauſtus.
Ave pretioſum piorum Regum diadema.
Ave religioſorum Sacerdotum auguſta gloriatio.
Ave Eccleſiae turris inconcuſſa.
Ave regni murus inexpugnabilis.
Ave, per quam excitantur tropaea.
Ave, per quam concidunt hoſtes.
Ave corporis mei medela.
Ave animae meae ſalus.
Ave Sponſa innupta.

O cunctis laudibus honoranda Mater, quae Sanctorum omnium Sanctiſſimum Verbum peperiſti, praeſenti oblatione ſuſcepta, ab omni calamitate cunctos libera, & a futuro redime ſupplicio ad te clamantes:

Alleluia.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ADNO-

ADNOTATIONES.

Ἀκάθιστον; *Acathiſtum* hunc Hymnum vocant Graeci, quia illum *ſtantes* canunt, ipſumque feſtum eadem de cauſſa τῆς ἀκαθίστου ἑορτὴν, vel ἡμέραν *Acathiſti ſolemnitatem*, vel *diem* dicunt: unde recte erroris arguuntur a Gretſero *Tom.II. pag.* 450. Meurſius, & Iunius, qui τῆς ἀκαθίστου putarunt eſſe epitheton Virginis; quaſi diceres *Virginis iter facientis*, vel *eius quae non ſedet, & quieſcit*. Eam certe non eſſe vocis ἀκαθίστου originem ex ipſo Menologio, & Triodio Graecorum dignoſcere potuiſſent. Conſtat hymnus Tropario, Contacio, & Oecis, de quibus videndi Goarius *Euchol. Graec.*, Ducangius *Gloſſar. med. & infim. Graecit.*, Leo Allatius *de libr., & reb. Eccleſ. Graec.*, Iſac. Habert *lib. Pontif. Eccl. Graec.*, & Quirinius *in Diatriba*, de qua ſupra. Invenitur in libris Ritualibus Graecorum, ac praeſertim in Triodio, quod continet Officium Quadrageſimae. Hunc Hymnum religioſi quidam e Graecis homines in vernaculum, quo utuntur, ſermonem tranſlatum, ſaepius privatim recitare, ac veluti quoddam firmum praeſidium, & praeſentem Virginis tutelam ſecum deferre conſueverunt. Idem vero ritu ſolemni in Eccleſia Graecorum membratim, ac in partes diviſus quatuor primis Quadrageſimae Sabbatis, totus autem, & una ſimul ſumptus hebdomadis quintae Sabbato canitur, ſcilicet ante diem feſtivitatis Annuntiationis Beatiſſimae Virginis Mariae, in cuius laudem videtur factus: ea quippe de cauſſa tot ſalutationibus, per illud Angelicum *Ave* incipientibus, conſtare manifeſtum eſt. Cum igitur tanto in honore habitus ſit, hodieque etiam habeatur apud Graecos hic Hymnus, quis Philothei CPoleos Patriarchae impudentiam non demirabitur, qui Gregorii Palamae erroribus addictus tam ſtulte deſipuit, ut eum Virgini Deiparae ſimilem facere non erubuerit, Hymnumque hunc ipſum Acathiſtum, paucis immutatis, per parodiam ad eiuſdem Palamae laudem non ſine maxima temeritatis nota tranſtulerit? Vide *Graeciam Orthod.* Allatii *Tom.I. pag.* 771. Proſa, verſaque oratione redditus Italice, itemque in Ruthenam, Arabicam, aliaſque linguas tranſlatus eſt: Latine autem eſſe factum ab Iohanne Rubeone Antoniano, & Florilegio Orationum a Graecis petitarum inſertum teſtatur Theophilus Rainaudus *Tom.VII. Nomencl. Marian. obſerv.* 2. Paucis demum ab hinc annis ipſum ſeiunctim edidit Romae an. 1746. Vir ill. Ioſeph Schirò Archiepiſcopus Dyrrachinus nova quadam verſione, quam ei ſors obtulit, munitum, ut ad Virginis obſequium, venerationemque pios homines, exhibita parva mole utilis libelli, facilius alliceret. Eam nos verſionem, cum ſatis elegantem, & Graecas ſententias fideliter exprimentem invenerimus, pene in omnibus, ſi pauca tamen excipias, ſecuti ſumus. Adnotatiunculas autem, quas laudatus Schirò ſuae editioni adiunxit, omiſimus, vel quia eas neceſſarias non eſſe cenſuimus, vel quia modum quemdam in hiſce recudendis habendum eſſe cognovimus. De Hymno Acathiſto plura in Codini Curopolatae notis *edit. Pariſ. pag.* 103., in Theophilo Rainaudo *loc. cit.*, in Gretſero *Tom.II. de Cruce pag.*450., in Pagio *ad an.* DCXXV., in Ioſ. Sim. Aſſemanio *Kalend. Eccleſ. Univerſae Tom.VI. p.*588., & in Falconio *Praef. ad Tab. Ruthen.*, qui omnes in id unum conſentiunt, tum primum fuiſſe confectum, incoeptumque cani, cum, Heraclio imperante, a Sarbari, & Chagani obſidione Conſtantinopolis eſt liberata. Quando autem inter Officia Eccleſiaſtica Acathiſtum recipere, aut quo tempore hebdomadis quintae Sabbato illum ſolemniter recitare inſtituerint Graeci, plane non liquet. Nam ex Synaxario, vel *Lectione*, quam eo die legendam proponit Triodium; hoc unum apparet, ter fuiſſe Conſtantinopolim a Barbarorum incurſione liberatam; Graecos vero pro tribus hiſce acceptis beneficiis unius Hymni cantu meritas Virgini laudes, & gratias referre voluiſſe. Lectionem ipſam, cuius auctor fertur fuiſſe Nicephorus Calliſtus, ex Triodio depromptam hic afferre e re eſſe putavimus; quamvis enim illam iamdiu latine factam in lucem emiſerit Gretſerus *loc. cit.*, ne tamen quidquam, quod ad hanc rem facere videatur, deſideretur, iterum producendam eſſe cenſuimus.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (τῷ σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς) τὸν ἀκάθιστον ὕμνον ἑορτάζομεν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἡρακλείου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἀρχὴν διέποντος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἰδὼν τὰ Ῥωμαίων ἄκρως ταπεινωθέντα παρὰ Φωκᾶ βασιλέως τοῦ τυράννου, ἕνα τῶν σατραπῶν Σάρβαρον ὄνομα μετὰ χιλιάδων πλείστων στέλλει, πᾶσαν τὴν ἕω αὐτῷ ὑποποιήσασθαι· ἤδη γὰρ καὶ πρότερον εἰσὶ δέκα μυριάδας Χριστιανῶν διεφθάρκει Χοσρόης, ἅτε τῶν Ἑβραίων αὐτοὺς ἐξωνουμένων, καὶ ἀπολλυόντων· ὁ γοῦν ἀρχισατράπης Σάρβαρος τὴν ἕω ληϊσάμενος ἅπασαν, ἔφθασεν ἄχρι ἐ αὐτῆς

Eadem die, nempe Sabbato quintae hebdomadis Quadrageſimae, *celebramus hymnum Acathiſtum SS. Dominae noſtrae Deiparae ob huiuſmodi cauſſam. Cum Heraclius Romanum Imperium teneret, Perſarum Rex Choſroes, videns res Romanorum a Phoca tyranno penitus afflictas, & proſtratas, unum ex Satrapis ſuis Sarbarum nomine cum multis millibus miſit, ut totum Orientem ſuae ditionis faceret: nam & prius iam decem myriadas Chriſtianorum Choſroes deleverat, & everterat; quippe quos Hebraei redemerant, & perdiderant. Archiſatrapa igitur Sarbarus toto Oriente devaſtato, uſque ad Chryſopolim, quae nunc Scutarium*

καὶ αὐτῆς Χρυσοπόλεως, ἡ νῦν Σκουτάριον ἐπικέκληται. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς Ἡράκλειος ἐν ἀπορίᾳ καταστὰς δημοσίων χρημάτων, τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς κέρματα μετασκευασάμενος ἐπὶ ἀποδόσει μείζονι καὶ τελειοτέρᾳ, διὰ τοῦ Εὐξείνου μετὰ πλοίων τοῖς τῆς Περσίας μέρεσιν εἰσβαλὼν, ἀφανίζει αὐτήν· καὶ κατακράτος ἡττᾶται τούτῳ ὁ Χοσρόης σὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ. Μετ᾽ ὀλίγον δὲ καὶ Σιρόης ὁ υἱὸς Χοσρόου ἀποστὰς τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῷ περιτίθησιν, καὶ τὸν πατέρα Χοσρόην ἀποκτείνας, τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ σπένδεται· Χαγάνος γε μὴν ὁ τῶν Μυσῶν καὶ Σκυθῶν ἀρχηγὸς, μαθὼν τὸν βασιλέα διαπόντιον ἐς Πέρσας γενόμενον, τὰς μετὰ Ῥωμαίων διαλύσας σπονδὰς, στίφη μυριάριθμα ἐπαγόμενος διὰ τῶν δυτικῶν εἰσβάλλει μερῶν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, κατὰ Θεοῦ βλασφήμους ἐκπέμπων φωνάς· αὐτίκα τοίνυν ἡ μὲν θάλασσα πλοίων, ἡ δὲ γῆ πεζῶν καὶ ἱππέων ἀπείρων ἔμπλεως ἦν· Σέργιος δὲ ὁ Πατριάρχης, πολλὰ τὸν τῆς Κωνσταντίνου παρεκάλει λαὸν, μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα ἐκ ψυχῆς εἰς Θεὸν ἀναφέρειν, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ μητέρα τὴν πανάχραντον Θεοτόκον· καὶ μὴν καὶ Βῶνος πατρίκιος ὁ τηνικαῦτα τὴν πόλιν διέπων, τὰ ἀνήκοντα εἰς ἀποτροπὴν τῶν πολεμίων παρεσκευάζετο· δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας, καὶ ἡμᾶς τὰ προσήκοντα ἐνεργεῖν.

Ὁ δὲ Πατριάρχης τὰς θείας εἰκόνας τῆς Θεομήτορος μετὰ παντὸς ἐπαγόμενος τοῦ πλήθους περιῄει τὸ τεῖχος ἄνωθεν, ἐντεῦθεν τὸ ἀσφαλὲς αὐτοῖς πορίζόμενος· ὡς δὲ ὁ μὲν Σάρβαρος ἐξ ἑῴας, Χαγάνος δὲ ἀπὸ δυσμῶν πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἤρχοντο· ὁ Πατριάρχης τὴν ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὰ τίμια, καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος ἐπιφερόμενος, διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο· Χαγάνος δὲ ὁ Σκύθης, διὰ τῶν χερσαίων τειχῶν προσβάλλει τῇ Κωνσταντίνου σὺν πλήθει ἀπείρῳ ἄκρως ἐξ ὅπλων ἠσφαλισμένῳ, καὶ τοσούτῳ, ὡς ἕνα Ῥωμαῖον πρὸς δέκα Σκύθας σαφῶς διαμάχεσθαι· ἀλλ᾽ ἡ ἄμαχος πρόμαχος διὰ τῶν παρευρεθέντων ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ἐν τῷ ναῷ ταύτης τῷ τῆς πηγῆς πλείστους αὐτῶν ἀπώλεσεν. κἀντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἀναθαρσήσαντές τε, καὶ ἀνασκιρτήσαντες ὑπὸ στρατηγῷ ἀμάχῳ τῇ Θεομήτορι αὐτοὺς ἀεὶ κατὰ κράτος ἐνίκων· Βλέψαντες δὲ καὶ πρὸς σπονδὰς οἱ τῆς πόλεως, ἐπικηρυκεύθησαν· εἶπε γὰρ ὁ Χαγάνος, μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν καταλήψομαι· οἱ δὲ τῆς πόλεως διακούσαντες, χεῖρας ἔτεινον εἰς Θεόν· Συμφωνήσαντες οὖν Χαγάνος τε, καὶ ὁ Σάρβαρος διὰ ξηρᾶς, καὶ διὰ θαλάσσης προσβάλλουσι, διὰ μηχανημάτων τὴν πόλιν ἑλεῖν προθυμούμενοι· ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡττήθησαν, ὡς μηδὲ ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ζῶντας καίειν τοὺς τεθνηκότας, τὰ δὲ μονόξυλα ὁπλιτῶν πλήρη, διὰ τοῦ ἐπιλεγομένου κέρατος κόλπου εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς Θεομήτορος καταγόμενα, καταιγίδος αἰφνίδιον τῇ θαλάσσῃ ἐπικαταπεσούσης ῥαγδαίας, καὶ διαιρησάσης ταύτην εἰς τμήματα, σὺν τοῖς πλοίοις ἅπασι τῶν ἐχθρῶν διεφθάρη, καὶ εἶδεν ἄν τις παράδοξον ἀριστούργημα τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος· πάντας γὰρ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης τὸ ἐν Βλαχέρναις ἐξέβρασεν, ὁ δὲ λαὸς ὅσον

rium cognominatur, proceſſit. Imperator autem Heraclius pecuniae publicae penuria preſſus, ſacris Eccleſiarum vaſis, & inſtrumentis conflatis, & in nummos converſis, quo ſumma maior, & perfectior foret, per Euxinum mare claſſe in Perſiae partes ducta, & impreſſione facta, omnia populatur, & exſcindit: ipſumque Choſroem cum reliquo exercitu potenti manu fundit, & profligat. Non diu poſt Siroes filius Choſrois, cum a patre defeciſſet, regnum ſibi vindicat, & interempto patre foedus cum Heraclio init. Chaganus autem Myſorum, & Scytharum Dux, cum intellexiſſet Imperatorem mari in Perſas profectum eſſe, ruptis, quae cum Romanis inierat, foederibus, & innumerabilibus copiis collectis, per partes Occidentales Conſtantinopolim aggreditur, iactis multis in Deum blaſphemiis. Itaque derepente, mare quidem navibus plenum fuit, terra peditibus, equitibuſque infinitis. Sergius autem Patriarcha valde Conſtantinopolitanos incolas admonebat, ne animos deſponderent; ſed omnem potius ſpem ſuam ex intimo mentis ſenſu in Deo, & in Genitrice immaculata Deipara collocarent. Atqui & Bonus, qui tunc civitati praeerat, ea quae propulſandis hoſtibus neceſſaria erant, praeparabat. Oportet enim, ut cum caeleſti auxilio nos etiam ſtudium, & operam noſtram coniungamus.

Patriarcha autem acceptis Deiparentis imaginibus cum omni multitudine moenia ſuperne circuibat, hinc illis praeſidium, & ſalutem comparans. Ut vero Sarbarus ab Oriente, Chaganus autem ab Occidente igne ſuccendere coeperunt omnia, quae in circuitu civitatis erant: Patriarcha imaginem Chriſti non manufactam, item venerabilia, & vivifica ligna, adhaec venerandam veſtem Deiparae proferens moenia obibat. Chaganus autem Scytha ex ea parte, qua terram moenia ſpectant, impetum in Conſtantini urbem facit, tali, ac tanta multitudine undique armis tecta, & munita, ut uni Romano adverſus decem Scythas pugnandum fuerit. Ceterum inexpugnabilis illa propugnatrix opera paucorum militum, qui erant in templo eius ad fontem exſtructo, plurimos ex illis trucidavit. Hinc Romani animis reſumptis, & prae gaudio exſilientes, Duce, & auſpice invicta Deipara, victoriam de illis score glorioſe reportabant: cumque cives iam pacta, & foedera inire cogitarent, repulſam tulerunt. Aiebat enim Chaganus, ne fallamini, freti Deo, cui creditis, certe enim cras urbem occupabo. Quo audito, incolae civitatis manus ad Deum extendebant. Collatis igitur, iunctiſque Chaganus, & Sarbarus, terra marique, variis machinis, & tormentis urbem oppugnantes, eam capere contendunt: ſed tanta caede a Romanis repulſi ſunt, ut vivi humandis mortuis non ſufficerent. Naves vero ex ſingulis arboribus confectae, armatis hominibus refertae, & per ſinum, qui Cornu cognominatur, in Blachernium Deiparentis templum delatae, turbine, & procella ex improviſo mari incumbente, idque in duas partes diffindente, cum omnibus hoſtium navigiis interierunt. Apparuit admirandum prorſus caſtiſſimae Deiparentis miraculum, factumque praeclariſſimum: omnes enim ad littus maris, quod eſt in Blachernis, eiecit. At populus portis

σω τάχος τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἄρδην πάντας ἀπέκτειναν, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας κατ' αὐτῶν ἀνδριζομένας.

Ὅγε μὴν θεοφιλὴς τῆς Κωνσταντίνου λαὸς τῇ Θεομήτορι τὴν χάριν ἀφοσιούμενοι, ὁλονύκτιον τὸν ὕμνον, καὶ ἀκάθιστον αὐτῇ ἐμελῴδησαν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνησάσῃ, καὶ ὑπερφυεῖ δυνάμει ἐξειργασμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον· ἔκτοτε οὖν εἰς μνήμην τοῦ τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος, ἡ Ἐκκλησία τὴν τοιαύτην ἑορτὴν παρέλαβε τῇ μητρὶ ἀνατιθέναι τοῦ Θεοῦ τῷ παρόντι καιρῷ, ὅτε καὶ τὸ τρόπαιον τῇ Θεομήτορι γέγονεν· Ἀκάθιστον δὲ ὠνόμασαν, διὰ τὸ τότε οὕτω πρᾶξαι τὸν τῆς πόλεως κλῆρόν τε, καὶ λαὸν ἅπαντα.

Μετὰ δὲ παρέλευσιν χρόνων τριάκοντα ἕξ, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου οἱ Ἀγαρηνοὶ ἄπειρον στρατιὰν ἐπαγόμενοι, πάλιν τῇ Κωνσταντίνου ἐπέθεντο, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι ταύτην πολιορκοῦντες, ὅτε καὶ ἐν τοῖς Κυζίκου παρεχείμαζον μέρεσι, πολλοὺς τῶν οἰκείων διέφθειραν· εἶτα ἐκπεσόντες, καὶ μετὰ τοῦ στόλου αὐτῶν ὑποστρέφοντες, κατὰ τὸν Συλαίῳ γινόμενοι, τῇ θαλάσσῃ πάντες κατεποντίσθησαν προστασίᾳ τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον αὖθις ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, οἱ ἐξ Ἄγαρ ὑπὲρ πλείστας μυριάδας ἀριθμούμενοι, πρῶτον μὲν τὴν τῶν Περσῶν ἀφανίζουσι βασιλείαν, εἶτα τὴν Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην ἐπιδραμόντες, καὶ Ἰνδοὺς, Αἰθίοπάς τε, καὶ Ἱσπανοὺς, ὕστερον καὶ κατ' αὐτῆς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπιστρατεύουσι, χίλια ὀκτακόσια πλοῖα ἐπιφερόμενοι, κυκλώσαντες οὖν αὐτὴν, ὡς αὐτίκα ἐξαναρπάσαντες ἔμενον· ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τὴν σεβάσμιον εἰκόνα τῆς Θεομήτορος Ὁδηγητρίας ἐπαγόμενοι, τὸ τεῖχος περιεκύκλουν, σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι· Δόξαν οὖν οὕτω τοῖς Ἀγαρηνοῖς, εἰς δύο διαιροῦνται μέρη, καὶ οἱ μὲν κατὰ Βουλγάρων στρατεύουσι, καὶ πίπτουσιν ἐκεῖσε ὑπὲρ μυριάδας δύο· οἱ δὲ περιελείφθησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν· κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῆς ἁλύσεως, διηκούσης ἀπὸ τῶν Γαλάτου εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀπενεχθέντες περὶ τὸ λεγόμενον Σωσθένιον γίνονται, κἀκεῖ ἀνέμου βορέου καταρραγέντος, τὰ πολλὰ τῶν πλοίων αὐτῶν διερράγη, καὶ διεφθάρησαν· οἱ δὲ περιλειφθέντες λιμῷ σφοδρῷ περιέπεσον, ὡς καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἅψασθαι, κόπριά τε φυρᾶν, καὶ ἐσθίειν· εἶτα φυγόντες, καὶ κατὰ τὸ Αἰγαῖον γινόμενοι πέλαγος, τὰ σκάφη αὐτῶν ἅπαντα, καὶ ἑαυτοὺς τῷ τῆς θαλάσσης διδοῦσι βυθῷ· χάλαζα γὰρ ῥαγδαία οὐρανόθεν καταπεσοῦσα, καὶ βρασμὸν κατὰ τῆς θαλάσσης ποιήσασα τὴν τῶν πλοίων πίσσαν διέλυσε, καὶ οὕτως ὁ ἀπειροπληθὴς ἐκεῖνος στόλος διώλετο, τριῶν μόνων εἰς ἀγγελίαν περιλειφθέντων.

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν· Ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ Λόγου μητρὶ ἔμελψαν· καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα· Ταῖς τῆς σῆς ὑπερμά-

χυ τε,

portis ſine mora patefactis, omnes omnino trucidavit, pueris, & mulieribus in illos armatis. Horum vero Duces reverſi ſunt non ſine lacrimis, & lamentatione.

At Dei amantiſſimus populus CPolitanus totam noctem abſque ulla intermiſſione hymnum pro gratiarum actione Dei genitrici decantavit, tamquam illi, quae pro omnium ſalute excubias egiſſet, & caeleſti ſua virtute tam inſigne trophaeum contra hoſtes erexiſſet. Ab illo igitur tempore, in memoriam tanti, ac tam divini miraculi, Eccleſia hunc diem feſtivum eſſe voluit Deiparae, cuius auxilio tam eximium quoque trophaeum erectum fuit. Acathiſtum vero nominavit, quod tunc & populus, & Clerus univerſus eodem ardore idem facerent, nemine ceſſante, nemine a divinis laudibus quieſcente.

Ceterum poſt triginta ſex annos, ſub Conſtantino Pogonato, Agareni, maximo coacto exercitu, rurſus CPolim aggreſſi ſunt, & ſeptem annis eamdem obſederunt: quo tempore in Cyzici partibus biemantes, multos ex ſuis amiſerunt. Deinde ſpe abiecta, cum univerſa claſſe abeuntes, & ad Sylaeum delati, omnes fluctibus maris hauſti interierunt, ope, & auſpiciis intemeratae Deiparentis.

Sed & ſub Leone Iſauro, Agareni, quamplurimis myriadibus congregatis, primum quidem Perſarum regnum exſcindunt: deinde Aegyptum, & Lybiam, quin & Indos, & Aethiopes, & Hiſpanos quoque pervolitant, & ad extremum adverſus ipſam urbium Reginam expeditionem ſuſcipiunt, adductis octies mille navibus. Concluſa igitur in orbem civitate, velut iamiam illam direpturi exſpectabant. Porro ſacratus urbis populus venerabili pretioſae, & vivificae Crucis ligno aſſumpto, acceptaque Virginis Hodegetriae Imagine, moenia circumdabat, lacrimis Deum propitians. Communi igitur decreto Agareni in duas partes dividuntur, & alii quidem in Bulgaros arma ferunt, ubi duae illorum myriades occumbunt. Qui vero ad occupationem urbis relicti ſunt, impediti a catena, quae a Galata ad urbis moenia pertingit, deferuntur ad locum, quem Soſthenium nominant, ubi cum violentus Aquilo exſtitiſſet, pluraque ex eorum navigiis diffracta, & ſubmerſa ſunt: at reſiduos tanta fames coepit inceſſere, ut ab eſu humanarum carnium ſibi non temperarent, commixtiſque ſtercoribus veſcerentur. Deinde arrepta fuga cum in Aegaeum mare perveniſſent, omnes ſuas naves, inſuper & ſeipſos in profundum praecipitarunt: grando enim violenta e caelo delapſa, fervoremque maris concitans, picem navigiorum diſſolvit. Sic immenſa illa claſſis diſperiit, tribus dumtaxat, qui cladis nuntium referrent, ſuperſtitibus.

Propter haec igitur tam admiranda a caſtiſſima Dei Genitrice opera patrata praeſentem diem feſtum celebramus. Acathiſtus vero, quaſi carens ſeſſione, dictus eſt, quod totus populus tota nocte ſtando hymnum Deiparae concinuerit: quodque cum in aliis omnibus aedibus ex more ſedere liceat, in iſtis divinae Matris, erecti omnes ſtantes auſcultamus:

Google

χοῦ τε, ἐκ ἀπερτομάχου μητρὸς πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεὸς, τῶν περικειμένων καὶ ἡμᾶς ἀπάλλαξον συμφορῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

tamus: *precibus propugnatricis, & invictae Matris tuae, Chriſte Deus, ab imminentibus nos libera calamitatibus, & miſerere nobis, tamquam ſolus clemens, & miſericors.*

Iam ea omnia, quae circa Hymnum Acathiſtum dici poſſent, habes in hac narratione luculentiſſime expenſa, ac demonſtrata. Supervacaneum omnino eſſet, vel ea hic congerere, quae contra Iunium ſolerter adnotavit Gretſerus, ut eius allucinationem circa *Acathiſti* denominationem evinceret. Illud tamen velim animadvertas, anne illa verba, quibus narratio clauditur, ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος, ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα, κ. τ. λ. melius ita verterentur: *quia in aliis omnibus Oecis recitandis in more habemus, ut ſedeamus; in hiſce autem, qui ad Deiparam ſpectant, ſtantes omnes auſcultamus, &c.* Scilicet dum a Sacerdote leguntur; quod patet ex titulo eidem Hymno in Triodio praepoſito, οἱ αὐτοὶ δὲ οἶκοι λέγονται παρὰ τοῦ ἱερέως· *ipſi autem Oeci a Sacerdote recitantur.* Gretſerus vocem οἴκοις reddidit *aedibus*, ſcilicet *templis* Virginis; ego vero de οἴκοις *Oecis*, quibus conſtare Hymnum Acathiſtum iam antea obſervatum eſt, hic agi non dubito: id enim ipſe in Triodio titulus ſatis declarat: ἀναγινώσκομεν ἀπὸ τῶν Οἴκων ς'. ἱστάμεθα δὲ εἰς τούτων ἀνάγνωσιν. *Leguntur primi ſex Oeci, & ſtamus, dum eorum ſit lectio.* At vero, quamvis ſatis ſuperque de Abaribus, atque de Hymno Acathiſto hactenus dictum ſit; nihilominus, ut uno volumine comprehenſa habeantur omnia, quae ad bellum Abaricum illuſtrandum aliquid conferre poſſunt, ſuperiori hiſtoriae e Synaxario depromptae prolixiorem alteram, quam in Bibliotheca Bavarica exſtare teſtatus eſt Gretſerus, & Franc. Combefiſius e Cod. Bibliothecae Regiae evulgavit *in Hiſt. Monothel. pag.* 805., hic adiicere voluimus, ut & in promptu habeas quidquid uſque ad praeſentem diem in hac re protractum eſt in lucem, & rerum CPolitanarum collectio noſtra cura fiat locupletior, & abſolutior. Facile vero ſenties praemiſſam narrationem eſſe ſequentis compendium: utramque autem cum Piſidae poemate tam bene conſentire, ut ex noſtri Georgii ſcriptis conflatae fuiſſe videantur.

Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος· ἡνίκα Πέρσαι, καὶ Βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἱ δὲ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες· ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείας τῆς Θεοτόκου, ἐτησίως ἐκ τότε ᾠδὴν εὐχαριστήριον, ἀνάθησεν τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα.

Utilis narratio e veteri collecta hiſtoria novum miraculum in memoriam revocans, ac declarans, editum cum Perſae, ac Barbari urbem hanc regiam obſediſſent; qui & perierunt, divino ulciſcente numine; urbe interim, quam Dei genitrix ſuis interceſſionibus ſervavit incolumem, votis annuis gratiarum actionis cantica exinde exſolvente, in dicta rei huius die anniverſaria, τῷ ἀκαθίστῳ nomine.

Ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως, Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν ἀρχὴν ἔχων, ἀποστέλλει Βάρβαρον αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως βαρείας, πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἑῴαν καταδραμεῖν, δίκην σκηπτοῦ τινος ἐμπιπρῶντα καὶ κατακαίοντα καὶ ἀφανίζοντα· οὗτος κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὴν ἑῴαν ληϊσάμενος, καὶ ὀλοθρεύων τοὺς περιτυγχάνοντας αὐτῷ Ῥωμαίους, οὐδενὸς κωλύοντος, ἢ τὴν ἐπὶ πολὺ φορὰν αὐτοῦ ἀνακόπτοντος· ἅτε τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων μάλιστα τεταπεινωμένων, τῇ βαρυτάτῃ καὶ θηριώδει ὠμότητι τοῦ τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαίων διέποντος ἀρχὴν, τοῦ τυράννου Φωκᾶ τοῦ στρατιώτου· φθάσας εἰς Χαλκηδόνα, τίθεται λοιπὸν ἐπ' αὐτῆς χάρακα, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως ἐξευτρεπίζει· τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ βεβούλευτο, καὶ τρόπῳ παντὶ ἐσπουδάζετο. Ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἡράκλειος, μετὰ τὸν τυραννήσαντα Φωκᾶν ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένος, σφόδρα περιαλγὴς, καὶ κατώδυνος γεγονὼς, λιπὼν τὰ βασίλεια, διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου συναγαγὼν τὰς ἔτι περιούσας τῶν στρατευμάτων δυνάμεις, ἀθρόως οὐδὲν προμαθόντων ἐν Περσίδι, τῇ χώρᾳ προσβάλλει· γνοὺς δὲ τὴν ἐκστρατείαν τοῦ βασιλέως ὁ Σκύθης Χαγάνος, εὐθὺς εἴχετο ἔργου· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν πλοίων ἐπλήρου τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ διὰ τὸ ἐξ ἑνὸς ὑπερμήκους σχεδιάζεσθαι ξύλου, μονόξυλα βαρβάρῳ

Adminiſtrante Heraclio rem Romanam, Choſroes Perſarum Rex Sarbarum miſit cum multis copiis ſuum Ducem, qui Orientales omnes Romani Imperii provincias excurreret, haud aliter ac fulgur quoddam omnia incendentem, abſumentem, ac deſtruentem. Hic ſecure admodum, atque libere Orientem depopulatus, ac obviis quibuſque Romanis, nemine prohibente, eiuſve late procedentem impetum retardante, internecioni datis: quippe cum Romanae vires valde deiectae eſſent, eius, qui Imperium Romanum regebat, graviſſima, ac ferina crudelitate, Tyranni Phocae viri militaris attritae; Chalcedonem veniens, in ea deinceps vallum ponit, atque opportuna omnia ad magnam hanc obſidendam civitatem diſponit: ita enim illi conſtitutum erat, hocque modis omnibus ſtudebat. Haec videns Heraclius, qui nuper poſt tyrannum Phocam Imperii regimen ſuſceperat, valde anxius, gravique dolore affectus, relicta regia, collectis Romanis copiis, quae ſuperſtites erant, per Pontum Euxinum repente, cum Perſae nihil cognoviſſent, eorum regionem invadit. Cognita autem Chaganus Scytha Imperatoris expeditione, ſtatim operi inſiſtit; ac mare quidem Scythicis replet monoxylis lintribus, ſic barbara voce nuncupatis, quod ex uno praelongo ligno, tumultuario velut opere, conſe-

βάρῳ φανῇ προσαγορευομένῃ· τὴν δὲ γῆν, ἱππικῷ τε καὶ πεζῷ.

Ὁ δὲ κατὰ τὴν βασιλίδα λαὸς, ὑπὸ Σεργίου τοῦ τὴν πατριαρχίαν ἔχοντος τότε, πολλὰ παρακαλοῦντο, καὶ πρὸς τὸ μὴ πίπτειν ἐδιδάσκοντο· Θαῤῥεῖτε τέκνα, λέγοντος· καὶ μόνον εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τῆς σωτηρίας ἀναθώμεθα, καὶ πρὸς αὐτὸν χεῖρας, καὶ ὄμματα ἐξ ὅλης ψυχῆς αἴρωμεν, καὶ αὐτὸς τὰ περιστοιχήσαντα ἡμᾶς κακὰ, λύσει, καὶ πάντα τὰ καθ᾽ ἡμῶν διασκεδάσει τῶν βαρβάρων βουλεύματα. Τούτοις θαῤῥήσας τοῖς λόγοις ὁ ἐν τῇ πόλει λαὸς, ἔμενον πάντες τῇ πίστει πεφραγμένοι, τῇ εἰς τὴν ἄχραντον Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς εὐδοκήσαντα διὰ φιλανθρωπίαν τεχθῆναι Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν· καὶ προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἐκαρτέρουν τῇ ἐλπίδι ὃ μετὰ μικρὸν καὶ ἠξιώθησαν, καὶ τῆς ἐλπίδος κενοὶ οὐκ ἐξέπεσον.

Ὁ δὲ παρὰ βασιλέως εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως καταλειφθεὶς Βόνος ὄνομα, ὅσα δυνατὸν ἦν ἀντιμηχανᾶσθαι, πάντα πράττων καὶ ποιῶν, οὐκ ἠμέλει. Βούλεται γὰρ ὁ Θεὸς ἡμᾶς, μὴ ἀργοὺς καὶ ἀπράκτους καθῆσθαι· ἀλλά τι καὶ ἐνεργεῖν· καὶ ἐπινοεῖσθαι μέν τινα καὶ ἀφ᾽ ἡμῶν, ἐπ᾽ αὐτὸν δὲ πᾶσαν ἔχειν σωτηρίας τὴν προσδοκίαν· Οὕτω καὶ τῷ Ἰησοῦ τῷ παιδὶ Ναυῆ, ἐνέδρας ποιῆσαι κατὰ τῆς Γαὶ, ἐνετείλατο, καὶ τὸν Γεδεὼν κατὰ τῶν Μαδιναίων ὑδρίαις, καὶ λαμπάσι ἐξώπλισεν· Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Βόνος, τείχη ὠχύρου, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολεμικὴν χρείαν ἐξήρτυε· Σέργιος δὲ ὁ ἱεράρχης, τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, οἷς μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξεικονισθεὶς, ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐνεφέρετο, ταύτας λαβὼν, περιῄει τὰ τείχη· τῇ μὲν πόλει ἀσφάλειαν ἐκ τούτου περιποιούμενος· τοῖς δὲ βαρβάροις καὶ πολεμίοις πτόησιν, καὶ ὄλεθρον, καὶ φυγὴν· ἃ πάντα μικρὸν ὕστερον ἐπελθόντα αὐτοὺς, ἀφανισμῷ ἅπαντας δέδωκε παντελεῖ.

Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα στρατοπεδευσάμενοι Πέρσαι, ἤρξαντο πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς Χαλκηδόνος καὶ γειτνιάζοντα, καὶ τ᾽ἄλλα πάντα ποιεῖν, ὅσα τοῖς πολιορκεῖν προθεμένοις ἐργάζεσθαι σύνηθες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Σκύθαι καὶ βάρβαροι, τὰ παραπλήσια τοῖς Πέρσαις ποιοῦντες ἐφαίνοντο. Λαβὼν πάλιν ὁ Πατριάρχης τὸν ἀχειροποίητον τύπον τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τῆς παναγίου τιμίαν ἐσθῆτα· ἔτι τε τὰ ζωοποιὰ ξύλα, διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο· καὶ μετὰ δακρύων, τὸ, ἐξεγέρθητι κύριε, ἔλεγον προσευχόμενος· καὶ διασκορπισθήσονται οἱ ἐχθροί σου· καὶ ἐκλείψουσιν ὡς καπνὸς, καὶ τακήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός.

Οὔπω τρεῖς ἡμέραι διῆλθον τῆς γενομένης πυρπολήσεως, καὶ περιέβαλε πανστρατιᾷ τῇ πόλει, ὁ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγὸς· Τοσαύτη δὲ ἦν ἡ φάλαγξ τῶν πολεμίων, εἰς τε πλῆθος ἀναρίθμητον συντεταμένη, καὶ ὅπλων περιβολαῖς κατησφαλισμένος, ὡς, ἵνα τὸ πᾶν ἐξ ὀλίγου δηλώσω, δέκα Σκύθας πρὸς ἕνα Ῥωμαῖον συῤῥάγνυσθαι· Ἀλλ᾽ ὅμως ἡ ἀρχιστράτηγος, καὶ προπολεμοῦσα τῶν Χριστιανῶν ἄχραντος δέσποινα· ἡ ταχύνη τῶν ἐπικαλουμένων ἐπίκουρος διὰ τῶν λαχόντων στρατιωτῶν τὸν ἐν τῇ πηγῇ, πολλοὺς τῶν ἐκστρατευσαμένων Σκυθῶν ἀπώλεσα, οὐ μόνον τοῦ Σκυθάρχου τὸ θράσος κατέ-

confecta ſint, terram vero equeſtri milite, ac pedeſtri.

Sergius interim Patriarcha, populum in urbe regia conſtitutum multis hortabatur, docebatque, ut ne animis conciderent. Confidite, *aiebat*, filii, & in Deum ſolum noſtrae ſpem ſalutis referamus, atque ad eum, manus, ac oculos ex toto animo levemus, & ipſe mala diſſolvet, quae nos circumſteterunt, ac omnia adverſum nos barbarorum diſſipabit conſilia. *His Sergii ſermonibus animatus populus, qui erat in urbe, manſerunt omnes fide in intemeratam Deiparam roborati, atque in eum, qui ex ipſa per clementiam naſci voluit, Chriſtum Deum noſtrum, perſeverabantque forti animo, exſpectantes videre miſericordiam eius ſuper ipſos, quam brevi poſt conſequi meruerunt, nec vacui a ſua ſpe exciderunt.*

Is autem, qui ad urbis cuſtodiam ab Imperatore relictus fuerat, Bonus nomine, nihil non adverſus barbarorum machinamenta ſedulo moliebatur, quantae vires erant. Vult enim Deus, ut ne inertes, & otioſi deſideamus; ſed ut etiam aliquid operae conferamus; & ut quaedam quidem a nobis ipſi inveniamus, ac ſpem tamen omnem ſalutis in ipſo habeamus. Sic etiam iuſſit Ieſu filio Nave, ut inſidias poneret adverſus Gaii (a), *Gedeonemque hydriis, ac lampadibus adverſus Madianitas* (b) *inſtruxit. Ceterum Bonus quidem muniebat muros, omniaque bello opportuna parabat. At Sergius Pontifex ſacras Dei genitricis imagines, quibus maxime infans quoque Salvator in ulnis matris repraeſentabatur, aſſumens muros circuibat, qua ſupplicatione cum urbi tutamen concilians, tum barbaris, ac hoſtibus conſternationem, interitum, ac fugam, quae brevi eis illata, omnimodo exterminio tradidit.*

Quoniam vero Perſae ad Chalcedonis muros caſtrametati, omnia in circuitu, ac vicina Chalcedoni coeperant igni vaſtare, omniaque alia iis conſueta facere, quibus conſtitutum eſt, ut urbem aliquam expugnent; ac ſimiliter barbari, & Scythae eadem & ipſi, atque Perſae facere videbantur: accipiens iterum Patriarcha Domini, ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti imaginem non manufactam, ac veſtem pretioſam Sacratiſſimae Mariae, necnon etiam vivifica Ligna [*Num.* 1.], *urbis muros circuibat, ac cum lacrimis orabat dicens:* Exſurge, Domine, & diſſipabuntur inimici tui: & ſicut fumus deficient, & fluent ſicut cera a facie ignis (c).

Vix dum tertius dies ab ea populatione tranſierat, cum Scytharum Dux exercitum omnem urbi admovet. Tantae porro erant hoſtium copiae, cum & numero pene innumerabili, tum etiam armorum munitionibus apprime inſtructo milite; ut quo rem univerſam ex paucis declarem, decem Scythae cum uno Romano conflicturi eſſent. Nihilominus tamen Chriſtianorum exercitus praeſes ipſa, ac propugnatrix intemerata Deipara, illa eorum, qui invocant, celerrima adiutrix, plures excurrentium Scytharum ad divinum ipſius templum, quod in Fonte [*N.* 2.] *vocant, per levioris armaturae milites*

(a) *Ioſ.* 8. 1. (b) *Iud.* 7. 16. (c) *Pſalm.* 67. 1.

κατέβαλε τῷ τοιούτῳ στρατηγήματι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης συμβαίνειν αὐτοῖς παντελοῦς ἀπωλείας, ὀλίγῳ ὕστερον, οἷον ἀρραβῶνά τινα τὸ γεγονὸς ἔχειν αὐτὸν, τέως ἐποίησε· ἐκ τούτου γὰρ μέγα φρονήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ θάρσους ἐμπλησθέντες πολλοῦ, συμπλοκὰς καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἐποιοῦντο πρὸς αὐτούς· ἔχοντες ὑπερμαχοῦσαν μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ μητέρα, καὶ ῥωμαλεωτέρους ἀποδεικνῦσαν· τὰ δὲ τῶν Σκυθῶν συγχέουσαν μηχανήματα, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν σφάλλουσαν, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἐν πολέμοις.

Ἐπὶ τούτοις, κοινῇ γνώμῃ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ λαοῦ, πέμπονταί τινες ἐκ τῆς πόλεως μετὰ δώρων· εἰρηνικά τε λαλῆσαι τοῖς Σκύθαις, καὶ πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι· ἀλλ' ὁ θὴρ μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος, οὐ μόνον οὐ δέχεται τὴν εἰρηνικὴν πρόσκλησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα δῶρα λαβὼν, ἀπράκτους ἀποπέμπει· τοῦτο μόνον αὐτοῖς ἐπειπών· μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν λήψομαι, καὶ ταύτην ἔρημον θήσω· χάριν δὲ συμπαθείας, ἀδείας δίδωμι γυμνοὺς ἐξελθόντας, ὅπου βούλεσθε ἀπελθεῖν· τὸ λοιπὸν, πορεύεσθε, ἕτερον φιλάνθρωπον παρ' ἐμοῦ μηδὲν ἀναμένοντες.

Ταῦτα παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀκούσαντες· στενάξαντες ἀπὸ μέσης καρδίας, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας ἀνέτειναν, καὶ δάκρυσι πολλοῖς ἐπικλυζόμενοι, ὑπερασπιστὰ, ἔλεγον, κύριε, ὁ πᾶσι τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος· οὗ τὸ κράτος ἀνείκαστον, καὶ ἡ δεσποτεία ἀκατάλυτος· ἄκουσον τῶν λόγων τοῦ βαρβάρου, ὡς ἀπέστειλεν ὀνειδίζων σε τὸν πάντων δεσπόζοντα, καὶ ῥῦσαι πόλιν κληρονομίας σου, καὶ λαὸν, σῷ κεκλημένον ὀνόματι· μήποτε εἴπωσι· ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λαός· Θεὸς δὲ, τὴν Περσῶν πρὸς τὸν Χαγάνον διάβασιν, ἣν ἐμελέτησαν, ἀπεκώλυσε πατάξας οὐκ ὀλίγους, ὧν περὶ ἀλλήλους ἀπέστελλον· δύο δὲ καὶ τρεῖς ἐφεξῆς ἡμέρας ἀκροβολισμοῖς καὶ τοπικαῖς ἐφόδοις τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἐπαύσαντο· ἔργον δὲ ἦν ἐκ μελέτης ἑτοιμαζόμενον τῷ κυνὶ, κατὰ μὲν γῆν, μηχανὰς τειχομαχικὰς παραστῆσαι καὶ ἑλεπόλεις· κατὰ θάλασσαν δὲ, τὰ παρὰ Σκύθαις ἐξαρτῦσαι μονόξυλα ὑπὲρ ἀριθμὸν ὑπάρχοντα· ὥστε καθ' ἕνα καιρὸν καὶ μίαν ἡμέραν, κροτῆσαι κατὰ τῆς πόλεως πόλεμον, ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐξήρτυε πόλεμον, λαβὼν ὅσον εἶχεν ἐν ἱππεῦσιν ἐπίλεκτον, ἐν τοῖς ἀναπλεομένοις τοῦ πόντου γείτοσι μέρεσι, τῷ Περσικῷ στρατῷ ἐπιδεικνύμενος· κἀκεῖνος δὲ τὰ ὅμοια ἔπραττε· μᾶλλον δὲ· ὁ μὲν, ἐξ Ἀσίας· ὁ δὲ, ἐξ Εὐρώπης καθάπερ θῆρες ἄγριοι ὠρύοντο κατὰ τῆς πόλεως, ἕτοιμον ταύτην ἔχειν νομίζοντες θήραμα· ἀλλὰ τίς λαλήσει τοῦ Θεοῦ τὰ τότε θαυμάσια; τίς δὲ τῆς παρθένου τὴν εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίαν διηγήσασθαι ἐξισχύσει; ὡς γὰρ ὁ Χαγάνος τοὺς τοῦ Κέρατος κόλπους ἐπλήρωσε μονοξύλων, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ὁπλίταις ἐπειρᾶτο, διὰ μὲν τῶν πολεμούντων εἰς γῆν, τὰ τείχη καταβαλεῖν τῆς πόλεως· διὰ δὲ τῶν ναυμαχούντων ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Κέρατος, εὐχερῆ τὴν κατ' αὐτῆς ἔχειν ἐπίβασιν· πάντοθεν αὐτῷ ὁ Θεὸς καὶ δέσποινα παρθένος, ἀπράκτους καὶ κενὰς τὰς ἐλπίδας ἀπέδειξαν· τοσοῦτον γὰρ πλῆθος καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ τείχους τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα, τῶν πολεμίων ἀνεῖλεν, ὡς μηκέτι τοὺς ζῶντας, δύνασθαι κατακαίειν τοὺς θνήσκοντας· καὶ τοῦτο μὲν γέγονε διὰ τῶν ἀπὸ γῆς πολεμούντων· τῶν δὲ ἀπὸ

lites necans, nedum eo ſtratagemate Scytharum Ducis audaciam repreſſit, ſed & ut etiam quod acciderat, velut arrhabonem, ac praeludium futuri poſtmodum omnimodi eorum interitus haberet, interim effecit. Exinde enim Romani animos aſſumentes, multaque fiducia aucti, manus in dies cum hoſte conſerebant, pugnante pro eis, ac auxiliante Deipara, robuſtioreſque efficiente, necnon confundente Scytharum machinamenta, eorumque virtutem, ac peritiam bellicam deludente.

His ita habentibus, communi Patriarchae, populique conſilio, deſtinantur quidam ex urbe cum muneribus, qui & pacifice Scythas adloquerentur, eoſque ad pacis foedera provocarent. Enimvero non tam homo ille quam bellua, nedum pacis illa monita non ſuſcepit, verum etiam acceptis muneribus, quae inferebantur, re infecta Legatos remiſit, haec ad eos tantum adiiciens: Ne decipiamini in Deo, cui creditis; prorſus enim in craſtinum veſtram capiam, ac deſolabo civitatem. Quadam nihilominus pietate liberum facio, ut nudi exeuntes quo vultis abeatis. Ceterum abite, nihil a me amplioris exſpectaturi clementiae.

His cives auditis ab iis, qui legatione functi ſunt, gementes ex imo pectore, manus in caelum tetenderunt, imbreque lacrimarum offuſi: Protector, *inquiebant,* Domine, qui univerſis ſuperbis reſiſtis; cuius eſt incomparabilis potentia, & dominatio inſolubilis: audi verba barbari illius, quae miſit improperans tibi omnium Domino, & libera urbem haereditatis tuae, ac populum, qui a te nomen habet; ne quando dicant, Ubi eſt Deus eorum? *Atque haec quidem populus. Deus autem Perſarum tranſitum ad Chaganum prohibuit, quem meditabantur, multis eorum caeſis* [N.3.], *quos ſubſidio mittebant. Porro non ceſſarunt, biduo toto vel triduo, velitationibus, ac paucorum per loca praeliis pugnare. Hoc autem canis ille conſilio moliebatur, ut terra quidem machinas admoveret diruendis muris, ac urbi expugnandae: mari autem, Scytharum aptaret lembos, quos habebat innumerabiles, ut uno tempore, ac eadem hora, terra ſimul, ac mari, pugna civitati ingrueret.*

Tanto igitur inſtructo belli apparatu, accipiens quidquid equitum lectius erat, venit ad partes Ponti, quibus navigabatur, ſeque ipſum Perſarum exercitui oſtendit; illeque viciſſim eadem fecit. Dicam melius: alter quidem ex Aſia, ex Europa alter, veluti ferae beſtiae rugiunt adverſus civitatem, promptam ſibi praedam ſperantes fore. Verum quis loquetur Dei tunc exhibita mirabilia? Quis vero Virginis in nos impenſiorem clementiam, ac miſericordiam poſſit enarrare? Nam ubi Chaganus Sinus Ceratos lintribus, ac milite impleviſſet, ita moliens, ut per eos quidem, qui in terra pugnabant, muros civitatis deiiceret; per eos autem qui in Sinibus Ceratos navalem pugnam erant inituri, facile in urbem invaderet, eique applicaret; undequaque Deus, ac Deipara Virgo infectas eius, ac vacuas exſpectationes fecerunt. Tantam enim multitudinem hoſtium ab utraque muri parte interfecit Romanus miles, ut qui erant ſuperſtites, minime iam defunctorum cadaveribus concremandis ſufficerent. Et hoc quidem eorum facinus, qui

ἀπὸ τῆς θαλάσσης προσιόντων πολεμίων, αὔτανδρα τὰ μονόξυλα πρὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις θείου ναοῦ ἡ Θεοτόκος καὶ δέσποινα ἐβύθισεν, ἀθρόως ἐξαίσιον καὶ βίαιον καταιγίδα κατ' αὐτῶν ἐγείρασα πνεύματος.

Ὡς γὰρ πλησίον ἐγένοντο τοῦ θείου ταύτης οἴκου, σφόδρα ὑψωθεῖσα ἡ θάλασσα, καὶ διαιρεθεῖσα θείῳ πνεύματι εἰς διαιρέσεις, πάντας ἄρδην κατεπόντισε καὶ κατέδυσεν ἅμα αὐτοῖς μονοξύλοις· καὶ ἦν ἰδεῖν τηνικαῦτα μέγιστον καὶ ἄφραστον τεράστιον· ἴσα καὶ ὄρεσι κύματα ποιοῦσα, καὶ τρόπον ἀγρίου θηρὸς ἐξογκουμένη, καὶ μαινομένη, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς Θεομήτορος ἀποτόμως ἐπιπηδῶσα, καὶ ἀπηνῶς καταπίνουσα· ὥσπερ ποτὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πεποίηκε, καταδιώκοντας τὸν πάλαι Ἰσραὴλ, τρόπῳ καινῷ πεζεύοντα δι' αὐτῆς· οὕτως ἡ προπολεμοῦσα τῆς ἰδίας πόλεως ἡ Θεοτόκος καὶ προασπίζουσα, τὸ παράδοξον ἀναιμακτὶ τρόπαιον ἔστησε τρόπῳ τούτῳ καὶ στρατηγήματι· τοὺς μὲν τῆς οἰκείας κληρονομίας πόλεμον ἀκήρυκτον καταγαγόντας, καὶ ὅπλα ἐπ' αὐτὴν ἄραντας, ἄρδην ποντίσασα, καὶ ἔργον θαλαττίων ῥευμάτων ἀποφήνασα· τὸν δὲ τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας ἐν ταύτῃ καὶ μόνῃ σαλεύοντα κλῆρον ἐκ τῶν προσπεσόντων δεινῶν ἀπαθῆ πάντη διαφυλάξασα.

Τότε δὴ τοίνυν, καὶ αὐτὸς ὁ τούτων ἔξαρχος αὐτόπτης γενόμενος τῆς τοσαύτης ἀπωλείας τοῦ ἰδίου στρατεύματος, ἑστώς που σὺν ὁπλίταις ἱππεῦσιν ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος, χερσὶ τὸ στῆθος καὶ τὸ πρόσωπον ἔτυπτεν· οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀνταγωνιζόμενοι, ἐπεὶ ἔμαθον τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ γενόμενον βαρβάροις ὄλεθρον, εὐθέως θείᾳ δυνάμει ῥωσθέντες, καὶ τῇ τῆς Παρθένου ἰσχύϊ θαρρήσαντες, τὰς πύλας τῶν τειχῶν ἀνεπέτασαν, καὶ σὺν βοῇ καὶ ἀλαλαγμῷ τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἐπεξέδραμον· τοσαύτη δὲ περιεῖχε χαρὰ καὶ δύναμις τοὺς ἡμετέρους, τοὺς δὲ βαρβάρους δειλία, ὡς καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κατ' ἐκείνων ὁρμήσαντας, εἰς αὐτὸ παρεισφρυῆναι τῶν ἐχθρῶν τὸ στρατόπεδον· τότε ἦν ὁρᾶν, ἕνα χιλίους διώκοντα· καὶ δύο, μυριάδας μετακινοῦντα· τοιαύτη ἡ πανάγνος καὶ παρθένος· τοιαύτη ἡ Θεοτόκος καὶ δέσποινα. ἰσχὺν τοῖς ἀνισχύοις, καὶ δύναμιν τοῖς ἀδυνάτοις, δεδώρηται· ὡς δὲ ὁ ἥλιος ἔδυ, καὶ νὺξ κατέλαβε, τὰς πολιορκητικὰς μηχανὰς, ἅσπερ ἐφ' ἁμαξῶν ἐκόμισαν οἱ βάρβαροι, πάσας τῷ πυρὶ παραδεδώκασι· καὶ χάρις τῇ Θεοτόκῳ παρασκευασαμένῃ γενέσθαι τῶν ἰδίων πόνων καὶ μηχανῶν αὐτουργοὺς αὐτοὺς καὶ ἐμπρηστάς. Ὁ δὲ ἱεράρχης, καὶ ὁ λοιπὸς λαὸς τὰς χεῖρας διαπετάσαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺν δάκρυσι χαριστήρια ᾖδον, καὶ ἔλεγον· ἡ δεξιά σου, κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιά σου χείρ, κύριε, ἔθραυσεν ἐχθρούς· καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους.

Καὶ οὕτω μὲν ὁ παράφρων Χαγάνος πλήθει δυσαριθμήτῳ ἐπιστρατεύσας μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψεν· ὁμοίως καὶ τὸ Περσικὸν στράτευμα ὁ ἐπάγων, χεῖρα ἐπὶ στόματι θεὶς, καὶ τὸ πρόσωπον καλυψάμενος, ἀπὸ τῶν τοσούτων χιλιάδων, εὐαριθμήτους συνεπαγόμενος, μετ' αἰσχύνης τὴν ἰδίαν χώραν συνέβαλεν· οὕτως ἡ τῆς θείας οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος ὑπουργὸς, ἡ παναγία καὶ ὑπεράμωμος

μωμος

qui terra pugnabant. Eos autem hoſtium, qui mari adoriebantur, una cum lintribus e regione divini Blachernarum templi Deipara Virgo, ac Domina ſubmerſit, immanem ſubito, ac violentam in eos vehementioris flatus excitans tempeſtatem.

Cum enim propiores huic divinae aedi acceſſiſſent, multo tumore elatum mare, flatuque a Deo immiſſo diviſum in diviſiones, omnes funditus cum actuariis ipſorum lembis ſubmerſit, abſorpſitque. Erat hic videre maximum quoddam, ac ineffabile prodigium, ut & fluctus montium inſtar attolleret, atque in modum ferae beſtiae intumeſceret, fureretque, atque in hoſtes Dei genitricis praeceps irrueret, ac crudeliter devoraret: uti olim devoravit abſorpſitque Aegyptios perſequentes antiquum Iſrael, cum ille nova quadam ratione pedibus iter per ipſum ageret (a). *Sic Virgo Deipara, ſuae propugnatrix civitatis, atque tutrix mirabile trophaeum hoc invento, & ſtratagemate incruentum erexit: eos quidem, qui adverſus ſuam ipſius hereditatem implacabile bellum gererent, ac arma in ipſam tuliſſent, omnino ſubmergens, ac marinis fluctibus agendos tradens: ipſam autem ſuam ſortem, quae in ipſa, eaque ſola ſpem poſuiſſet, fluctuantem ab immanibus malis, quae invaſiſſent, penitus ſervans incolumem.*

Ac tum quidem ipſe etiam horum praefectus exercitus ſui cladem tantam oculis ſpectans, ſublimi quodam loco cum equeſtribus copiis conſtitutus, pectus, vultumque manu percutiebat. Illi autem, qui intra muros adverſus hoſtes certamen habuerant, ut cladem didicerunt, quam Barbari in mari accepiſſent, divina protinus virtute roborati, Virginiſque freti potentia, aperuerunt civitatis portas, ſublatoque clamore, & ululatu, impreſſionem in hoſtes fecerunt. Tanta porro vis gaudii, tantaque virtus noſtros habuit, Barbaros autem tantus pavor, ut etiam pueri, & mulieres in eos irruentes, in ipſa hoſtium caſtra penetraverint. Tunc utique videre erat, ut Unus perſequeretur mille, duoque fugarent decem millia (b). *Talis eſt intemerata illa, ac Virgo: talis Deipara, & Domina: potentia impotentes, & virtute deſtitutos virtute donavit. Ceterum cum Sole occidente nox adveniſſet, machinas expugnandae urbi comparatas, quas Barbari in curribus advexerant, omnes igni tradiderunt: ac plane gratias Deiparae, quae effecerit, ut iidem ipſi fuerant laborum, ac machinarum incenſores eſſent, qui fuiſſent auctores. Patriarcha autem, ac reliquus populus manibus in caelum expanſis, gratiarum actionis cantica, in lacrimas effuſi, in haec verba panxere:* Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine: dextera tua, Domine, percuſſit inimicum, & in multitudine gloriae tuae contriviſti inimicos (c).

Sic autem inſipiens Chaganus, qui innumerabili multitudine expeditionem feciſſet, confuſus reverſus eſt: ſimili quoque ratione, qui ducebat Perſarum exercitum, manum ori imponens, ac vultum operiens, paucos ſecumve tot millibus ducens, cum pudore in ſuam venit regionem. In hunc modum divinae oeconomiae, ac bonitatis miniſtra, illa Sanctiſſima, ac prorſus immacu-

L lata

(a) *Exod.* 14. (b) *Deuter.* 31. 30. (c) *Exod.* 15. 6.

μωμος Θεοτόκος· ἡ τῶν Χριστιανῶν κραταιὰ ἀντίληψις, τῆς περὶ ἡμᾶς ἀντιλήψεως τὴν ἰσχὺν ἐπεδείξατο· οὕτω μεγάλων ἡμῖν καὶ παραδόξων τὴν σωτηρίαν κεχάρισται, ἧς τινος εὐεργεσίας εἰς ἀνάμνησιν, τὴν παροῦσαν ἐτησίως πανδημεὶ σύναξιν ποιούμεθα, καὶ παννύχιον ἄγομεν ἑορτὴν, εὐχαριστηρίους ᾠδὰς αὐτῇ προσφέροντες· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

Μετὰ παραδρομὴν δὲ χρόνων τριάκοντα καὶ ἕξ, τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, πάλιν κατελάβετο τῶν Ἀγαρηνῶν σμῆνος ἐν στόλῳ μεγάλῳ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, καὶ παραυτίκα προσωρμίσαν τῷ παραλίῳ τοῦ Ἑβδόμου· ὑφ᾽ ὧν ναυμαχίαι καθ᾽ ἑκάστην ἐγίνοντο, ἀπὸ ἐαρινοῦ καιροῦ μέχρι φθινοπωρινοῦ· χειμῶνος δὲ ἐπιγινομένου, περαιούμενος ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος ἐχείμαζεν ἐν Κυζίκῳ· καὶ πάλιν ἀρχομένου ἔαρος ἐκεῖθεν ἀναγόμενος, ὁμοίως τοῦ διὰ θαλάσσης ἤχετο πολέμου· ἑπτὰ οὖν ἔτεσι τοῦ πολέμου διαρκέσαντος, ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος πάμπολλα πλοῖα ἀποβαλὼν, καὶ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους, καὶ μαχίμους ἄνδρας, ἔτι τε πλείστην σκευὴν ἣν ἐπεφέρετο χρειωδῶν, ὑπέστρεψε καὶ αὐτὸς διακενῆς εἰς τὰ ἴδια· καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου γενόμενος, ὑπὸ σφοδρῶν καὶ ῥαγδαίων ἀνέμων ἐπιπνευσάντων αὐτοῖς, κατὰ δικαίαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, ἄρδην ἀπώλετο. Οὕτω κατὰ διαφόρους καιροὺς τῇδε τῇ θεόθεν φυλαττομένῃ πόλει προσβάλλοντες οἱ ἀλιτήριοι, τὰ τῆς μανιώδους ὁρμῆς αὐτῶν ἀποπληροῦντες, ἄπρακτοι καὶ αἰσχύνης πλήρεις ὑπέστρεφον.

Ἀλλὰ πάλιν· ἐπεὶ πάντοθεν αὐτοῖς ἡ δυναστεία ἤρθη πρὸς μέγεθος, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ηὐξήθη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκε· πρότερον μὲν κατέλαβον τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν· εἶθ᾽ οὕτως τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, διδόντες λόγον τοῖς Χριστιανοῖς, ὡς οὐ βιάσονται αὐτοὺς παραβῆναι τὴν ἀμώμητον καὶ ὀρθόδοξον εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν πίστιν, ὅπερ οὐκ ἐφύλαξαν· ἀλλὰ πολλοὺς μάρτυρας ἀπέδειξαν, διὰ τὸ μὴ πατηθῆναι ὑπ᾽ αὐτῶν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ τιμίου· τοῦτο γὰρ πράττειν τοὺς Χριστιανοὺς ἠνάγκαζον. καὶ, ὡς ἔφην, πᾶσαν τὴν γῆν ἐπῆλθον ληλατοῦντες. ἐπιδραμόντες δὲ καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ τὰ Μαυρούσια ἔθνη, Λίβυας τε καὶ Ἱσπανοὺς ἔσχατον πάντων, ἐπεστράτευσαν καὶ κατὰ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως, βουλόμενοι ταύτην ἑλεῖν. Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένου, προσθεμένου δοῦναι αὐτοῖς τέλη, αὐτοὶ καὶ φύλακας ἐγκαταστῆσαι τῇ κατεβιάζοντο· ἐθάρρουν γὰρ τῷ πλήθει τοῦ τε οἰκείου καὶ μισθοφόρου στρατοῦ, καὶ τῷ ἐξηρτισμένῳ ἀπείρῳ ναυμαχικῷ στόλῳ, ὃς εἰς χίλια καὶ ὀκτακόσια πλοῖα πῶς ἀνηρίθμητο, ὡς οἱ τὰς χρονικὰς συντάξεις πεφιλοπονηκότες, ἀνέγραψαν.

Θέντες δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν πρὸ τοῦ ἄστεως οἱ πεπλανημένοι χριστομάχοι· τέως μὲν οὐδεμίαν προσβολὴν τοῖς τείχεσι προσῆγον, διὰ τὸ σχολάζειν ἐπὶ κτίσεις οἰκημάτων, ὡς οἴκοι μένοντες· ἀφῃρημένοι μὲν φρόνησιν καὶ λογισμόν· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑπὸ Θεοῦ κωλυόμενοι ματαιώσαντος αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις διαβουλίοις. Ὁ δὲ κατὰ τὴν πόλιν φιλόχριστος λαὸς, διηνεκῶς μετὰ δακρύων ποιούμενοι τὰς λιτὰς, ὥσπερ ἔθος αὐτοῖς ποιεῖν, καὶ ἐν εἰρηνικῇ καταστάσει· τό τε πάντιμον ξύλον

lata Dei genitrix, potens illa Chriſtianorum defenſio, ſuae in nos defenſionis potentiam oſtendit: ſic magna nos, ac mirabili ſalute impertivit, in cuius beneficii memoriam, praeſentem quotannis collectam totius populi conventu ſolemnem agimus, noctemque totam celebrem habentes, eidem pro gratiarum actione offerimus canticorum laudem. Atque haec hactenus.

Verum ubi iam anni ſex ſupra triginta [4] abhinc effluxiſſent, Conſtantino Pogonato regente Imperium, iterum Agarenorum examen ingenti Conſtantinopolim claſſe petiit, ſtatimque appulſi ſunt ad portum Hebdomi [5]: quotidie vero committebant navalia praelia, a vere ad autumnum; tumque hieme adveniente transfretabant, ac Cyzici hiemabant: iterum ineunte vere inde reducta claſſe, ſimili modo navibus praelia inibant. Cum itaque bellum in annos ſeptem protractum fuiſſet, ac claſſis Saracenorum naves plurimas, multoſque nec facile numerabiles, atque in illis bellatores viros, ac ſtrenuos amiſiſſet: ad haec vero multa iactura neceſſarii commeatus fuiſſet, ipſa quoque inanis ad ſua reverſa eſt; cumque ad Sylaei veniſſet partes [6], ventorum vehementi turbine iactata, per iuſtam Dei iram penitus deleta eſt. Ita diverſis temporibus hanc a Deo conſervatam urbem miſeri illi adorientes, furoris ſui impetum expleturi, re infecta, ac confuſione pleni coacti ſunt redire.

Rurſus tamen, quod eorum dominatio undequaque in maius provecta eſſet, atque ab ortu ad occaſum aucta, ac multitudine diffuſa; primum quidem ceperunt Perſarum regnum, deinde Aegyptum, & Africam, iurata Chriſtianis fide, ut ne eos inculpatam, rectamque in Chriſtum Deum noſtrum fidem praevaricari cogerent; quam tamen nihil ſervaverunt: imo plures affecerunt martyrio, quod pretioſae Crucis ſignum ſprevisſent pedibus conculcare; ad hoc quippe Chriſtianos cogebant. At, ut dicebam, terram omnem depopulantes pervaſerunt. Cum autem Indos quoque, ac Aethiopes, necnon Mauruſios [7], Afros item, ac Hiſpanos incurſaſſent, ad extremum, adverſus hanc quoque regiam urbem caſtra moverunt, quo eam caperent. Ceterum Leone Iſauro Imperatore, conſtitutum habente, ut tributa eis penderet, illi abunde etiam militem in urbe ad praeſidium cogebant recipere: freti nimirum multitudine exercitus, tum proprii ipſorum, tum quem ſub mercede merentem habebant, claſſeque ad navalem pugnam expedita, tantaque navium multitudine, ut pene infinita, ad mille, ac octingenta navigia, tota accenſeretur, quemadmodum ſcripſere, qui illorum temporum hiſtoriam, annaleſque texuerunt.

Cum itaque errones illi Chriſti hoſtes e regione urbis milites collocaſſent, interim quidem nullam in muros impreſſionem fecerunt, quod velut in ſuis quique Laribus verſarentur, domibus exſtruendis vacarent: plane deſtituti prudentia, & ratione; vel ut dicam quod res habet, Deo impediente, ac in ſuis ipſorum conſiliis ſtultos faciente. Qui autem in civitate erat Chriſti amans populus, iuges cum lacrimis ſupplicationes faciens, velut ſolemne habet rerum etiam tranquillo ſtatu, venerabiliſſimum-

ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαβόντες, καὶ τὴν ἁγίαν εἰκόνα τῆς πανάγνου παρθένου, περιῄεσαν τὸ τεῖχος, αἴροντες ἐπὶ Θεὸν τὰς χεῖρας, καὶ λέγοντες· ἀνάστηθι κύριε, μὴ ἀπώσῃ τὸν λαόν σου εἰς τέλος· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν· μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι ἡμῶν ἔθνη, μήποτε εἴπωσι· ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; ἀλλὰ γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός.

Εἷς δέ τις τῶν πολεμίων Ἀγαρηνὸς, βλασφήμοις ῥήμασι Κωνσταντίαν καλῶν τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ψιλῷ ὀνόματι Σοφίαν προσαγορεύων, εἴς τι βάραθρον σὺν τῷ ἵππῳ αὐτοῦ καταπεσὼν, διεφθάρη· ἀλλὰ καὶ ὁ κῆρυξ αὐτῶν, ἐν ὑψηλῷ ξύλῳ ἀνελθὼν, πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν μακρὰν αὐτῶν προσευχὴν, καὶ αὐτὸς ὁμοίως κατενεχθεὶς, βιαίως τὴν ἄθεον ψυχὴν ἀπέρρηξεν· εἶτα κατὰ Βουλγάρων ἐκστρατεῦσαι διεγνωκότες δύο στρατηγοὶ γεγονότες, ὁ μὲν πολιορκῶν κατελείφθη τὴν πόλιν· ὁ δὲ, πρὸς τοὺς Βουλγάρους πολεμήσων ἀπῄει· οἷς καὶ συμβαλόντες, ἡττῶνται, καὶ πίπτουσιν ὑπὲρ δισμυρίους· οἱ δὲ περιλειφθέντες τοῦ ὀλέθρου διασωθέντες, σὺν αἰσχύνῃ πολλῇ πρὸς τοὺς, ἀφ' ὧν διῃρέθησαν, ἐπανέστρεφον, πειρώμενοι δὲ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν διὰ τῶν ἐπαγομένων πλοίων ἐπὶ τὸ ἐν Βλαχέρναις μέρος ἐλθεῖν, τῇ ἐκταθείσῃ ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τῶν Γαλάτου ἁλύσει κωλυθέντες, οὐκ ἴσχυον ποιῆσαι ὅπερ προέθεντο.

Ἀνακλασθέντες δὲ, ἀπῆλθον εἰς τὸ στενόν· καὶ ὥρμησαν τὰ πλοῖα αὐτῶν εἰς τὸ λεγόμενον Σωσθένιον, καὶ εἰς ἑτέρους βραχυτάτους λιμένας, ὧν τὰ πλεῖστα, ὑπὸ χειμῶνος σφοδροῦ καὶ πνεύματος συνεθλάσθησαν, ἐξ ὧν τὰ μείζονα οἱ Ῥωμαῖοι πυρπολοῦσι· καὶ ἡ μὲν πόλις ἐστενοχωρεῖτο τροφὰς μὴ ἔχουσα, αὐτοὶ δὲ πάντα ἀφειδῶς τὰ προστυγχάνοντα ἀφανίσαντες, καὶ μηδὲν εἰς ἀποτροφὴν ἑαυτῶν καταλελοιπότες, εἰς τοσαύτην περιέπεσον ἀπορίαν λιμοῦ, ὡς σαρκῶν ἀνθρωπίνων καὶ ζώων τεθνηκότων ἀπογεύσασθαι· ὕστερον δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην κόπρον μετὰ βραχυτάτου φυράματος προσμάττοντες, καὶ ἐξοπτῶντες κλιβάνῳ, ἤσθιον· ὥστε ἐκ τούτου, πολλοὺς τῶν ὀνομαστῶν αὐτῶν καὶ μαχητῶν, τῇ πόλει προσρυῆναι· καὶ Αἰγύπτιοι μὲν διώκοντες τὸν Ἰσραὴλ, κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος· ἐπήγαγε γὰρ ἐπ' αὐτοὺς κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ πόντος ἐκάλυψεν αὐτούς· Σαρακηνοὶ δὲ φεύγοντες ἀφ' ἡμῶν τὰ αὐτὰ τούτοις πεπόνθασι· λαίλαπι γὰρ καὶ καταιγίδι ξενοφυεῖ τε καὶ βρασματώδει κατὰ θάλασσαν, σχεδὸν ἅπας ἐκεῖνος ὁ χιλιόναυς διώλωλε στόλος· κατὰ γὰρ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος τοῦ πλείστου στόλου καταπλέοντες, χάλαζα μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατηνέχθη γαγδαίως· ὥσπερ δὲ σίδηρος τῷ πυρὶ προσομιλήσας ἀναθερμαίνει τὸ ψυχρὸν, οὕτω δὴ καὶ οἱ τῆς χαλάζης λίθοι τοῖς θαλαττίοις ῥεύμασιν ἐμπεσόντες, ἀναβράσαι ταῦτα πεποιήκασι, καὶ τοῦ τοιούτου βρασμοῦ διαλυθείσης τῆς ἐπικεχρισμένης πίσσης ταῖς ὁλκάσι τῶν πολεμίων, αὐθωρὸν τοῦ βυθοῦ κατεδύοντο, δέκα μόνων αὐτοῖς περισωθέντων πλοίων· καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν πάσαις ταῖς νήσοις, ἀκταῖς τε καὶ προβολαῖς λιμένων καὶ ὅρμοις, σωρηδὸν τοὺς νεκροὺς αὐτῶν διερριμμένους.

Ταῦτα

liſſimumque Crucis Domini, ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti lignum ferens; necnon caſtiſſimae Virginis ſacram imaginem, murum circuibat, tollens ad Deum manus, dicenſque: Exſurge, Domine, ne repellas populum tuum in finem: quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Ne des hereditatem tuam in confuſionem, ut gentes dominentur noſtri: ne quando dicant, ubi eſt Deus eorum? Sed cognoſcant, quia nomen tibi Dominus Ieſus Chriſtus in gloriam Dei Patris.

Porro autem, ut unus quis hoſtium Agarenus blaſphemis vocibus Conſtantiam *vocaſſet; ac Eccleſiam nudo nomine appellaſſet* Sapientiam, *in quamdam praeceps cum equo lapſus foveam interiit. Sed & eorum praeco cum aſcendiſſet in altam arborem, ad eorum exſecrandam precationem vocis praeconio efferendam, ſimili & ipſe ratione cadens, violenta morte impiam animam abrupit. Poſtmodum vero cum creati duo exercitus Duces in Bulgaros movere decrevissent, alter quidem relictus eſt, qui expugnaret urbem; alter expeditionem contra Bulgaros ſuſcepit: cum quibus congreſſi vincuntur, ac ſupra duo millia cadunt. Qui autem evaſerunt necem, multo pudore affecti ad eos, a quibus diſceſſerant, revertuntur. Cum autem reverſi conarentur immiſſis navigiis in Blachernarum partem irrumpere, extenſa catena a traiectus parte altera* [8] *ad adverſam Galatae partem, prohibiti ſunt id praeſtare, quod decreverant.*

Eo ſucceſſu animum deſpondentes ſeſe in anguſtum ſinum receperunt, ſuaque navigia ad portum dictum Soſthenium, alioſque anguſtiſſimos appulerunt, ac pars maior valida tempeſtate, & vento contrita eſt, quorum (navigiorum) maiora Romani incenderunt. Ac quidem civitas ciborum penuria arctabatur; hoſtes vero cum obvia quaeque nullo diſcrimine devaſtaſſent, nihilque ad neceſſarium commeatum ſibi reliquiſſent, in eam annonae penuriam redacti ſunt, ut neque ab humanis carnibus, aut animalium ultro mortuorum cadaveribus abſtinuerint. Quin & poſtea, humana ipſa ſtercora exiguo fermento ſubigentes, ac clibano excoquentes eſitarunt: ut ideo multi inter illos viri illuſtres, ac fortes bellatores in urbem dilapſi ſint. Ac Aegyptii quidem, perſequentes Iſraelem, demerſi ſunt in profundum, ſicut lapis: Induxit enim Dominus ſuper eos aquas maris, & ponto operuit eos (a). *At Saracenis fugam a nobis abripientibus eadem acciderunt. Oborta ſiquidem procella, inſolitaque, ac magni aeſtus in mari tempeſtate, tota pene millenaria illa claſſis periit. Cum enim pars maxima ad Aegaeum mare navigaſſet, horrenda grando e caelo ceciderit. Quemadmodum autem, ſi ignis ferro accedat, naturam frigidam in calorem ſolvit; ſic ſane & grandinei lapides marinis illiſi undis, has ferveſaciebant: eoque aeſtu diſſoluta pice, qua hoſtium naves obductae erant, inſpicientibus oculis, profundo mergebantur: ut tantum decem* [9] *incolumes eo naufragio ſuperaverint. Eratque videre inſulis omnibus, oriſque, littoribus, ac promontoriis, eorum mortuos acervatim hinc inde congeſtos.*

L 2

Atque

(a) *Exod.* 15. 5.

Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα εἰς γενεὰν ἑτέραν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, διηγηθήσεται, καὶ ἅπαν στόμα Χριστιανῶν, προσφωνείτω τὸ ἱερὸν λόγιον μετὰ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· σὺ κύριε συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος· προστιθέτω δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἐξόδου Ἰσραὴλ ᾆσμα μεγαλοφώνως· ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ πρὸς τὸ ὕψος ἀφορῶν τῶν μεγίστων θαυμασίων τοῦ Θεοῦ καὶ δεσπότου, καὶ τῆς ὑπεραγίας καὶ μόνης Θεοτόκου, ἄφωνος ὑπ᾽ ἐκπλήξεως γίνομαι, οὐχ εὑρίσκων λόγους ἰσοῤῥόπους τοῖς πράγμασι· ποία γὰρ μεγαλόφωνος γλῶσσα, τὴν παρθένον καὶ Θεοτόκον ἀξίως εὐφημήσει; πῶς παραδόξως ὑμνήσει τὴν παράδοξον ταύτης χάριν; καὶ τὴν πηγὴν τῆς φιλανθρωπίας δοξάσει, καὶ τὴν εὐχαριστίαν προσάγειν τῇ Θεομήτορι; ταύτῃ γὰρ ἥδεται μᾶλλον αὐτή τε, καὶ ὁ ταύτης υἱὸς, ἤπερ αὐλῶν καὶ ὀργάνων μουσικωτάταις ᾠδαῖς. αὕτη δέ ἐστιν, ὡς ἐγώ φημι, ἀγάπη ἀνυπόκριτος, νόμου καὶ προφητῶν οὖσα κεφαλή· φιλαδελφία ἀνόθευτος· συμπάθεια ἀνεπίστροφος· παρθενία ἔνθεος· γάμος ἔννομος· σωφροσύνη ἀκατάγνωστος· δικαιοσύνη σύντονος· ἀνδρεία κατὰ τῶν παθῶν ἔμμονος· φρόνησις εὔτακτος· ἐλεημοσύνη δαψιλής· ἐγκράτεια ἄτυφος· ταπείνωσις εὐκατάνυκτος· καὶ πρὸς τούτοις βίος ἄληπτος· τρόπος εὔχρηστος· ἦθος μέτριον· νοῦς ἐμπνεύτος· στόμα εὔλαλον· γλῶσσα εὔφημος· λόγος εὔλογος· ὀφθαλμὸς οὐκ ἀκόλαστος· χεῖρες οὐκ ἀκρατεῖς· πόδες οὐκ ὀξεῖς πρὸς κακίαν· θυμὸς οὐκ ἀλόγιστος καὶ παρασύρων τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ῥεύματι· κἄλλα, οἷς ἂν ὁ κατ᾽ εἰκόνα πεποιημένος ἄνθρωπος, καὶ μετὰ Θεοῦ τεταγμένος, ὡς κόσμῳ πολυτελεῖ καὶ ὡραίῳ ἐγκαλλωπίσαιτο.

Διὰ τούτων ἔδει τῇ Θεοτόκῳ εὐχαριστεῖν· ἐπεὶ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἔργοις ἀλλ᾽ οὐ λόγοις ὁρίζεσθαί φασιν οἱ ταῦτα σοφοί· ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀσθενὲς, καὶ τὸ τῆς διανοίας νωθρὸν ἀποκνεῖν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπονον ποιεῖ, καὶ βραχέα ταύτης ἁπτόμεθα, καὶ τὸ δὴ εἰπεῖν, ἄκρῳ δακτύλῳ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἔκτισιν τῆς εὐχαριστίας ἐνδεῶς ἔχομεν κἂν τὴν διὰ ῥημάτων ψιλῶν εἰσενέγκωμεν· ὑψώσαντες τὴν φωνὴν ἑαυτῶν, καὶ τὰς φρένας μετεωρίσαντες, οὕτως εἴπωμεν ἐν ἀλαλαγμῷ· σὺ μὲν ὦ δέσποινα Θεοτόκε, τὸ φιλάνθρωπον ἐκ τῆς φύσεως ἔχουσα, οὐ διέλιπες προνοουμένη τοῦ γένους ἡμῶν· ἀλλ᾽ ὥσπερ μήτηρ κοινὴ τοῦ τῶν Χριστιανῶν γένους, φιλόπαις ὁμοῦ καὶ φιλόστοργος, οὕτως ἀεὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ἐπιχορηγεῖς ἡμῖν διασώζουσα· περισκέπτουσα· φυλάττουσα· κινδύνων ἐλευθεροῦσα· πειρασμῶν ἀπαλλάττουσα. Ἡμεῖς δὲ ἀντὶ τούτων εὐχαριστοῦμεν· ἀνακηρύττομεν τὰς χάριτας· οὐ κρύπτομεν τὰς εὐεργεσίας· ᾄδομεν μεγαλοφώνως τὰ σὰ θαυμάσια· τὴν κηδεμονίαν δοξάζομεν· τὴν πρόνοιαν μεγαλύνομεν· τὴν προστασίαν ὑμνοῦμεν· τὴν βοήθειαν ἐκθειάζομεν· τὴν εὐσπλαγχνίαν δοξολογοῦμεν· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παρελθοῦσι μεμνημένοι τῶν σῶν δωρεῶν, καὶ ἐξ ὅσων κινδύνων ἐρρύσθημεν διὰ σοῦ, ταύτην σοι τὴν εὐχαριστήριον ᾠδὴν, ὡς χρέος, προσάγομεν· οὐκ ἀντάξιον μὲν οὖσαν ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις· τί γὰρ ἂν καὶ εἴη τούτων ἀντάξιον; πλὴν, φίλα σοι τὰ τῶν σῶν παίδων ψελλίσματα·

Atque haec quidem talia ſunt, quae, ut loquar cum Pſalmiſta, Enarrentur in generatione altera (a): *oſque omne Chriſtianorum ſacrum illud oraculum cum Davide acclamet*, Contribulaſti capita draconum in aqua (b). *Ad haec accedat & canticum pro exitu Iſraelis magnifica voce*, Cantemus Domino; glorioſe enim magnificatus eſt (c).

Hoc loci deducto ſermone, animoque in Dei, ac Domini, praeſanctaeque, ac ſolius Deiparae, maximorum mirabilium ſublimitatem intendens, prae ſtupore elinguis fio, deficientibus verbis, ut rem poſſim aequare. Quae enim lingua magniſona, Virginem, ac Deiparam, dignis praeconiis poſſit celebrare? Quomodo autem mirabiliter mirabilem eius laudabit gratiam, fontemque clementiae magnificabit, ac gratias referet? Par quidem erat, ut eas Dei genitrici gratias referremus, quae ipſis conſtant operibus. Quippe ea, eiuſque natus, prae tibiarum, ac organorum modulatiſſimis canticis, iis delectatur. Sunt vero, ut ego pronuncio, caritas non ficta, quae ſumma eſt legis, & Prophetarum; ſincera fraterna dilectio; compaſſio non affectata, atque ex animo; divina virginitas; legitimae nuptiae; irreprehenſibilis caſtitas; iuſtitiae vigor; conſtans fortitudo adverſus vitia; compoſita prudentia; largae eleemoſynae; continentia non tumens; humilitas ad compunctionem facilis: ad haec autem vita ſine crimine; boni mores, ac modeſti; animus prudens; os bene loquens; lingua favens; ſermo rationabilis; oculus non impudicus; manus nihil incontinentes; ira non ſine iudicio, vel furoris impetu ſecus rationem trahens; aliaque, quibus homo ad Dei factus imaginem, ac ordinatus cum Deo, ceu pretioſo, ac venuſtiſſimo mundo ornetur.

Iis oportebat Deiparae Virgini gratias referre: quandoquidem & morales Philoſophi operibus, dicunt, non verbis gratiarum actiones definiri. Quia nihilominus imbecilli natura, ac animo ſegnes, ad virtutis labores pigriores efficimur, leviuſque eam attingimus, atque, ut dicunt, extremo digito, eoque referendis gratiis, earumque exſolvendo debito impares ſumus; vel nudis ſaltem verbis conſtantes gratias inferamus. Levantes ergo vocem noſtram, ac mentes in ſublime erigentes, in hunc modum iubilo dicamus. Tu quidem, Deipara Domina, inſitam a natura clementiam habens haudquaquam genti noſtrae providentia defuiſti; ſed velut communis Chriſtianae gentis parens, filiorum amans, ac viſceribus affluens, ſic ſemper tua nobis beneficia impertis; nos ſalvans, protegens, cuſtodiens, a periculis liberans, eruens a tentationibus. Nos autem pro eiuſmodi rebus gratias agimus; alta vocis praeconio agnoſcimus dona; beneficia non occultamus; magnifice canimus tua mirabilia; tuum in nos ſtudium, & curam glorificamus; magnificamus providentiam; protectionem laudamus; auxilium ceu quid divinum efferimus; miſericordiam ſermone celebramus. Atque pro iis quidem, quae praeceſſerunt, tuorum memores donorum, ac ex quammultis tuo favore eruti ſumus periculis, gratiarum actionis canticum hoc, ceu debitum tibi offerimus, non velut tuis congrue beneficiis reſpondeat. Quid enim etiam

(a) *Pſalm.* 101. 19. (b) *Pſalm.* 73. 13. (c) *Exod.* 15. 1.

λίσματα; Ἐπὶ δὲ τοῖς ἐνεστῶσι καὶ λυποῦσιν ἡμᾶς, παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ὀξυτάτην βοήθειαν· δεόμεθα τῆς σῆς ἀντιλήψεως, λῦσαι τὰ ἐν τῷ μέσῳ προσκόμματα· διασκεδάσαι τὴν ἐπέχουσαν ἡμᾶς νεφέλην τε καὶ σκοτομήνην, ὑφ' ἧς ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ βάλλομέν τε, καὶ βαλλόμεθα· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, τῶν ἰδίων σαρκῶν ἁπτόμεθα, καὶ ἀγνοοῦμεν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸ ὁμόφυλον οὐκ ἐπιγινώσκομεν· καὶ ταῦτα τολμῶμεν· τίνες; οἱ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς· τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ· τῆς αὐτῆς πίστεως· τοῦ αὐτοῦ βαπτίσματος· τῆς μιᾶς ἐκκλησίας, τῶν αὐτῶν μυστηρίων ἠξιωμένοι, ἵνα μὴ λόγον ἀποτείνωμεν μακρόν· Διὰ τοῦτο ἱκετεύομεν τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν, οἰκτεῖραι λαβεῖν τοῦ σοῦ λαοῦ καὶ τῆς κληρονομίας σου, καὶ στῆναι πρέσβειν πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα Θεὸν ἡμῶν, καὶ βοηθῆσαι μὲν ἡμῖν τὰ ἔσχατα κινδυνεύουσιν, ἐξελέσθαι δὲ ἡμᾶς συμφορῶν ἀνηκέστων· ὁρᾷς ὅσοις, ὦ Δέσποινα, κακοῖς περιαντλούμεθα· ἀνάστηθι οὖν καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος· ἵνα τί πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις, καὶ ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν; διάλυσον τοὺς ἐπικειμένους φόβους καὶ τρόμους· ἄνελε τὰς φιλονείκους ἐνστάσεις· παῦσον τὰς μάχας καὶ τοὺς πολέμους· κόπασον τὴν καθ' ἡμῶν κινηθεῖσαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καὶ θραῦσιν· κατάστειλον τὰς ἐν τῷ μέσῳ στάσεις καὶ ταραχάς, καὶ γαλήνην καὶ εἰρήνην βράβευσον τοῖς ἱκέταις σου· ἵνα ταῖς πολλαῖς εὐεργεσίαις προστεθείσης καὶ ταύτης, ἀνακηρύττωμεν διηνεκῶς τὰ σὰ τεράστια.

Ἀλλ' ἐνταῦθα γενόμενοι, καὶ τὰ ἱστία τοῦ λόγου χαλάσαντες, εἰς τὸν ἀσφαλῆ τῆς σιωπῆς ὁρμίσωμεν λιμένα· ἐκεῖνο πάλιν τοὺς συνειλεγμένους ἀναμνήσαντες, μὴ ἀγνώμονας φανῆναι περὶ τὴν εὐεργέτιν καὶ δέσποιναν· μηδὲ διὰ τῶν ἔργων εὐεργετουμένους, ὀκνεῖν τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν προσφέρειν· καὶ γὰρ πάλιν, εἰς ἡμᾶς τὸ κέρδος ἐπάνεισιν· ἐὰν γὰρ ἐπὶ τοῖς φθάσασιν εὐχάριστοι γενώμεθα, μεγάλην ἑαυτοῖς πρὸς τὰ μέλλοντα εὐτρεπίσομεν παῤῥησίαν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

(a) *Pſalm.* 43. 23.

etiam iis congruum haberi poſſit? enimvero amica habes filiorum balbutimenta. Pro iis autem malis, quae ingruunt, ac nobis moleſta ſunt, obſecramus, ut feſtine auxilium impendas. Rogamus probato patrocinio, & tutela, ut tollas offendicula in medio exſiſtentia; diſpellas vero occupantem nebulam, ac atram caliginem, qua caecati, ceu nocturna pugna, caedimus pariter, caedimurque: vel ut melius dicam, uti furioſi noſtras ipſorum carnes diſcerpimus, non agnoſcimus cog. atos, ac contribules neſcimus. Atque haec audemus? quinam vero? qui nimirum dignatione divina, eumdem Patrem, Chriſtum unum, eamdem fidem, idem baptiſma, unam Eccleſiam, Sacramenta communia (ne in longum abeat ſermo) habemus. Quamobrem ſupplices obſecramus tuam clementiam, ut tui populi, ac tuae hereditatis miſerearis, adſiſque intercedens apud natum ex te Deum noſtrum, ac nobis in extremo conſtitutis periculo auxilieris, atque a deploratis eripias calamitatibus. Vides, o Domina, quot undique malis abſumamur: Exſurge igitur, & ne repellas in finem: Cur faciem tuam avertis, & oblivifceris inopiae noſtrae (a)? *Diſſolve incumbentes nobis timores, ac tremores: tolle contentioſas opponentium pugnas: ſeda pugnas, ac bella: ſiſte motam in nos Dei iram, ac contritionem. compone medias noſtrum ſeditiones, ac turbationes, tuiſque famulis tranquillitatem, ac pacem concede; ut plurimis illis beneficiis. quibus nos cumulaſti, accedente hoc beneficio, tua prodigia ſempiterno praeconio celebremus.*

Huc autem deducto ſermone, ac eius contrahentes vela, ad tutum ſilentii portum applicemus: hoc iterum admonentes collectum coetum, ut ne ingrati erga beneficam, & Dominam videamur; neque qui ipſis rebus beneficio ſimus affecti, vel ſaltem verbis gratiarum actionem offerre negligamus: in quos nimirum iterum revertamur commodum. Siquidem enim pro prioribus bonis grati fuerimus, magnam nobis ad futura fiduciam comparabimus, ac aſſequemur inenarrabilia, ac arcana bona, gratia, ac miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, ac poteſtas in ſaecula. Amen.

Google

ADNOTATIONES COMBEFISII
IN ORATIONEM HISTORICAM
DE FESTO ACATHISTO.

GRati animi multam ſignificationem habet illius ſacrae diei obſervantia, cuius totam noctem in ſacris vigiliis orantes agunt, ingentia illa beneficia recolendo, quae hic perſtringuntur. Videri poteſt S. Nicephorus, qui videtur accuratius proſecutus res illius temporis. Quae damus, paucis differunt ab iis, quae habent Synaxaria, excepto tantum Ethico.

(Num. 1.) Imaginem non manufactam. Exiſtimat Gretſerus c. 15. de imaginibus non manufactis, non fuiſſe hanc Salvatoris imaginem, quam Sergius geſtaret archetypam ἀχειροποίητον, Heraclio in expeditione habente eiuſmodi imaginem archetypam, illam nimirum Camuliamenſem, quae ſola non manufacta tunc temporis erat in urbe regia. Verum ut demus unam dumtaxat fuiſſe huiuſmodi imaginem, nihil eſt, quo probet, unam potius, quam alteram fuiſſe archetypam; ac ſit coniectura potius vere archetypam relictam urbi praeſidio, ubi & ipſa tutior videretur: vel certe ut ex monumentis loquamur, dato aſportaſſe Heraclium imaginem non manufactam archetypam, ſibi & exercitui futuram praeſidio, relicta ſit Sergio ei ſimilis, divinitusque expreſſa ex illa ſub Tiberio Imperatore, cum mulier quaedam Patricia in aegritudine impetraſſet deferri in domum ſuam ad aliquot dies, non manufactam privam imaginem; qua de re Menaea, ubi etiam legimus, Sergium accepiſſe ſic expreſſam imaginem e coenobio, cui Patricia legaverat, ac retinuiſſe, donec divinis terroribus coactus eſt reſtituere. Quod ſubditur de ligni vivificis, oportet intelligi de portione aliqua ligni Crucis, quales ab ea Hieroſolymis avellebantur, antequam a Perſis tolleretur, non de Cruce ipſa, quam Heraclius nondum receperat ex Perſide. Deiparae veſtis videtur e Blachernis ſublata ſub hos timores, eo modo, quo narrat Auctor tractatus in eius depoſitionem, quando etiam interceſſerunt illa pacis colloquia, quae idem auctor indicat, de quibus illic ex Zonara. Erat illa circumgeſtatio humili pietate, cum ſatisfactio pro iniurioſa tractatione, tum ſupplicatio pro auxilio.

(N. 2.) Quod in fonte vocatur. Eſt hoc Nicephorus in laudando hoc templo lib. 15. c. 25., quod ait a Leone Magno, ſtadio ab urbe, ad alteram partem urbis, ad auream eius portam, ceu alterum a Blachernarum templo urbis propugnaculum, regia magnificentia extructum. Illic ergo Conſtantinopolitani habentes praeſidium, feliciter veluti ſub Dei genitricis auxilio, vincere didicerunt. Ut autem magnum ad victoriam, ac liberationem civitatis, praecipuumque momentum divina protectio Mariae interceſſionibus contulerit, ac ita merito Graeci agnoverint, recolentes beneficium annua hac celebritate τῶ ἀκαθίστου. Haud tamen videtur res confecta iis prodigiis, quae ponunt aliqui, ac aliis mediis quam humanis, ac iis proximis, ut ex Nicephoro, ac Zonara ſolidiori veritate ſcribentibus, poteſt colligi. Quamobrem figmentum puto, quod Cedrenus narrat, & ex eo Baronius anno 625. de muliere viſa egredi e Blachernarum porta, quam Barbari putaverint uxorem Heraclii, ad ipſum egredientem &c., qua diſparente in mutuas caedes ſint converſi &c. Prudens itaque Heraclius urbe diſcedens ad expeditionem, non deſtituit forti milite, in quo licet pauco eam Deus Barbarorum nubem diſpulit, excepta tempeſtate, qua plures abſorpsit, ac fere eorum periiſſe reliquias, auctorum eſt conſenſio.

(N. 3.) Multis eorum caesis, quot &c. Intercipiente, ac excurrente Romano fortiſſimo milite, ut ex Zonara colligi poteſt. Etiam S. Nicephorus maximam Sclavorum ſtragem factam narrat, ubi hoſtium ſtratagema detectum fuiſſet, immittente Bono patricio in incautos, ac velut fuit ſubſidio venientes, ut erat conventum ad ſignum ſublati ignis e Blachernarum munitione, medio ipſo itinere expeditiſſimam Romanam claſſem: quam hoſtium cladem iſta forte indicent; poſtquam ſecuta ſit illa hoſtium irruptio ad muros hic narrata, quam Romani immenſa caede eorum depulerint, depugnante pro eis mari interim, immiſſa tempeſtate in hoſtium claſſem, Deipara Virgine.

(N. 4.) Ubi iam anni triginta erat. Incidit tempus hoc in Pogonati annos, quibus vivo adhuc patre imperavit, a quibus etiam VI. Synodus eius Imperii annos numeravit: quo de re ſatis ad Acta eius Synodi.

(N. 5.) Ad portum Hebdomi. Τῷ προαστείῳ τοῦ Ἑβδόμου. Marcell. Comes, & Hiſt. Miſcell. vocant Septimum. Erat Suburbium Conſtantinopolitanum ſeptem milliaribus ab urbe Conſtantinopoli.

(N. 6.) Ad Sylaei venissent partes. Ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου. Sic etiam S. Nicephorus, πρὸς τοῖς πλησίον τοῦ Συλαίου γενόμενοι: ubi non bene Interpres *ad Sylaeum mare propius accedunt*, aliud ex alio reddens proprium nomen, adiectione illa ſtrenue. Zonaras, *cum claſſis reliquiae iam ad Sylaeum perveniſſent &c.* Videtur Promontorium aliquod in Pamphylia, cuius Sylaeus, ipſa eadem ac Perge, ut in Iure Graeco-Romano, metropolis erat: quamquam ipſa poſita erat ad Mediterranea. Unde & ſubdit Zonaras: ſi qui evaſiſſent ex hoc naufragio, *eos Cybirrhaetarum ducem delevisse*; nimirum in eadem Aſia minore, ubi ponuntur duae Cybirae, altera maior in Phrygia, minor altera in Cilicia.

(N. 7.) Maurusios. Μαυρούσιοι, inquit Ortelius, *quaedam gens Phoenica in Africa, circa Tripolim, & Syrtim Magnam, qui hodie Barbari dicuntur*. Habent Zonaras, Cedrenus, & alii eadem fere a Saracenis, & in Saracenos geſta ſub Leone Iſauro, cuius fuerunt initia, quam finis, auſpicatiora. Fuit Umarus, qui ſaevi contra fidem datam in Chriſtianos.

(N. 8.) A traiectus parte altera. Ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τοῦ Γαλάτου. Eodem ſenſu Synaxarium editum, Ἕως τοῦ Γαλάτου ἕως τὰ τείχη ut totus ipſe clauderetur ſinus. Non meminerunt huius catenae S. Nicephorus, nec Zonaras. Laonicus tamen *lib. 7. rerum Turcicarum* vel eamdem, vel ſimilem deſcribit: ſic enim ait ſupremam urbis CPolitanae obſidionem referens: Ἕλληνες μὲν οὖν, ὡς ἐπύθοντο [illegible] τοῦ Βυζαντίου, [illegible] τοῦ χρόνου, [illegible]. Graeci ubi intellexere adverſum ſe adventare claſſem regiam, catenas ferreas ab urbe, quae ex adverſo erat, nempe Pera ſive Galata, extenderunt in Byzantii portum iuxta arcem, quam vocant. Naves praeterea, quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia, quaedam mercium appulerant, intra catenas ſiſtunt, arbitrantes ea ſe ratione excluſuros adeo regiam claſſem, ne intra portum veniret. Is enim ad urbem patet ſtadiis octuaginta, inque continentem aliam ſeſe porrigit ſtadiis centum & quinquaginta. Eadem fere Phranzes *lib. 3. c. 8.*, ut & Sabellicus *in Hiſt. Venet. lib. 7.*, apud quem turris illa apud Laonicum nominata, Gallorum turris appellatur, ab eorum forte praeſidio, dum urbe potirentur. Grande opus huius catenae, ut tamen tradente Deo, nequiverit Turcas portu prohibere. De duabus catenis, quibus Xerxes Boſphorum revinxit haud procul Conſtantinopoli, egregie Gillius in ſuo Boſphoro, a quo etiam Conſtantinopolitani portus amplior notitia poteſt peti.

(N. 9.) Ut tantum decem. Ita quoque Zonaras, addens quinque ex iis, abunde captas a Romanis, ut aliae tantum quinque ſuperaverint cladis ad ſuos nunciae. Videri poteſt S. Nicephorus ſatis accurate iſta deſcribens in *Leone*.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ
ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ.

IN SANCTAM
IESU CHRISTI DOMINI NOSTRI
RESURRECTIONEM.

MONITUM.

OPUSCULUM nec inelegans, nec a Chriſtianae pietatis ſenſu alienum tibi ſiſto, candide Lector, cuius quidem tale eſt initium, ut hymnum potius quam poëmation Piſidam confeciſſe, ſtatim iudicare poſſis. Verum ulterius progrediens a Dominicae Reſurrectionis ſolemnitate ei ſumptam occaſionem intelliges, ut Imp. Heraclii filium laudibus exornaret, eique Chriſtiano more, & boni ominis gratia, quod nunc quoque fit, hoſce ſenarios, veluti piam quamdam ſtrenam, mitteret, & religioſum munuſculum offerret. Atque huius quidem libelli nulla in Suida mentio, qui cum alioquin ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, *encomium Anaſtaſii Martyris* inter opera Piſidae recenſeat, quod nullibi reperire ſtatim contigerat, animum movit, ut crederem, ex ſcriptoris vitio factum eſſe, ut pro εἰς τὸν Ἀναστάσιον legeretur εἰς τὴν Ἀνάστασιν: ſed cum tandem in Codice Bibliothecae Regiae Mediceo-Laurentianae *Encomium* in S. Anaſtaſium a Suida memoratum inveniſſem, coniecturam meam ut levem non invitus reieci. Nec mirum ſane libellum hunc, quamvis non illepidum, neque inficetum, ſed mole parvum, ſilentio praeteriiſſe Suidam, qui alia Piſidae opuſcula inter fragmenta a nobis relata tacitus praetermiſit. At filium Heraclii, quem Piſida commendat, eſſe Flavium Conſtantinum patet ex *verſ.* 64., in quo σοφὸν γέννημα, καὶ τιμιὸν γέρας eum vocat: grandior enim natu filius certe fuit Flavius Conſtantinus, qui etiam Novus Conſtantinus eſt appellatus, ac plane idem ille eſt, ad quem Piſida orationem convertit in fine Poëmatii *de Bello Abarico* *v.*537. ut ibidem adnotavimus. Ceterum noſter Poeta, qui ſacrarum Scripturarum teſtimoniis ſuos ſermones ſemper confirmat, illud Paulli *ad Rom. cap.*13. *vv.*11. 12. videtur opportune explanare: *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere; nunc enim proprior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus. Nox praeceſſit, dies autem appropinquavit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis &c.* Ita Conſtantinum Auguſtum laudat, monetque, quam deceat Chriſtianum Principem in Chriſtiana virtute proficere. Nam propoſito patris exemplo hortatur filium, ut morum integritatem tueatur, eloquentiae ſtudio incumbat, & bellicis artibus ſe exerceat. Haec autem monita Piſida Conſtantino tradebat, cum Heraclius contra Choſroam dimicaret in Perſide, ut ex *v.* 112., *& ſeqq.* intelligi poteſt. Unde etiam patet, Piſidam hoc poëmation ſcripſiſſe circa annum Chriſti 628., quae cauſſa fuit, ut in hunc locum reponeretur.



TOT

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ.

Λευχημονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις,
Τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδύσκεται χρέος,
Λευκὴν δὲ φωτὸς ἀμφιέννυται χάριν·
Εὐφραίνεται δὲ πᾶσα τῶν ὄντων φύσις,
Ἀνίσταται δὲ τῶν πεσόντων ἡ βάσις,
Καθαίρεται δὲ τῶν μιασμάτων ὁ ζόφος·
Καὶ νῦν ἀληθῶς τὸ σκότος φωτίζεται,
Καὶ γειτνιῶσι τοῖς ἄνω τὰ τῶν κάτω.
Ὁ φραγμὸς ἤρθη· καὶ τὸ κέντρον ἐθλάσθη.
Καὶ πάντα κοινά· καὶ συνῆλθον αἱ φύσεις.
Καὶ χοῦς χαμερπὴς οὐρανοὺς μνηστεύεται,
Καὶ πνεῦμα πηλὸς ἀρραβῶνα λαμβάνει.
Καὶ εἷς ὁ αὐτὸς καὶ κατάρχει τῶν ἄνω,
Καὶ σαρκοῦται, καὶ κατέρχεται κάτω.
Καὶ γίνεται φῶς ἡ γεώδης οὐσία,
Καὶ ζωτικὴ φλὸξ ἡ τεφρώδης αἰθάλη.
Καὶ πῦρ δὲ ἡμῖν τῇ δρόσῳ κεράννυται,
Καὶ πυρπολεῖται τῶν παθῶν ἡ σφοδρότης.
Χωνεύεται γὰρ πᾶσα κίβδηλος πλάνη,
Ὥσπερ τις ὕλη χρυσίῳ μεμιγμένη.
Μένει δὲ λοιπὸν ἐκ πυρὸς καθαρσίου
Σώζων ὁ χρυσὸς ἥνπερ εἶχεν εἰκόνα.
Παρῆλθεν ἡ νὺξ τῶν πλανῶν μὲν λόγων·
Κέκμηκεν Ὀρφεὺς, καὶ παρῆκε τὴν λύραν·
Ὁ Φοῖβος αὐτοῖς οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα·
Μαραίνεται δρῦς· καὶ πεφίμωται τρίπους·
Πλάτων σιωπᾷ, καὶ λαλεῖ σκυτεργάτης·
Νοσεῖ Γαληνὸς· ἐκφοβεῖ δὲ τὰς νόσους
Ὁ Πέτρος ἡμῶν· τὰς σαγήνας ὁ πλέκων
Πᾶσαν διώκει τῶν βροτείων τὴν νόσον.
Καὶ πνευμάτων μὲν πᾶς ἐλαύνεται κλόνος·
Λαλεῖ δὲ κωφὸς· καὶ παρειμένος τρέχει·
Κωφοῖς ἄνοιχος ἐξανοίγεται θύρα·
Πηλῷ δὲ τυφλὸς ὀμματοῦται, καὶ βλέπει·
Λεπρὸς δὲ σάρκας ἐκδιδύσκεται νέας·
Λόγῳ δὲ νεκρὸς τετραήμερος τρέχει·
Καὶ συλλέγονται τῶν μελῶν αἱ συνδέσεις,
Πρὸς σῆψιν ἤδη τοῦ νεκροῦ πεπτωκότος.
Καὶ πᾶσα τὸν κτίσαντα δοξάζει κτίσις
Λευκὴν φοροῦσα τὴν στολὴν τῆς καρδίας.
Λευκὴν δὲ καὶ σὺ νῦν φορεῖς τὴν καρδίαν·
Τὰς γὰρ ζοφώδεις οὐκ ἔχεις ἁμαρτίας.
Μόνος δὲ θρηνεῖ, καὶ μελαγχίτων μένει
Ὁ τῆς ἀπαρχῆς ἐντολῆς ὁδοστάτης.
Ὀδύρεται δὲ τῶν τάφων συλωμένων,
Καὶ τῶν πυλωρῶν τῆς φθορᾶς νεκρουμένων.
Συνερανίζεται δὲ τὴν ἁπάντων οὐσίαν.

Ἦν

EIUSDEM

IN SANCTAM IESU CHRISTI DOMINI NOSTRI RESURRECTIONEM.

ALBO induta nunc prodit creatura,
Tenebricoſo enim exſpoliatur debito,
Albamque lucis circuminduit gratiam.
Nunc omnis laetatur rerum natura,
Eorumque, qui ceciderant, baſis reſurgit,
Et profanationum ſqualor abſtergitur:
Et nunc vere tenebrae illuminantur,
Et appropinquant caeleſtibus terreſtria.
Septum eſt ſublatum, & ſtimulus confractus.
Iam omnia ſunt communia: iunctae ſunt naturae,
Et terra ſerpens humi caelos affectat,
Et limus ſpiritus arrhabonem accipit.
Atque unus idemque & imperat ſupernis,
Et corpus aſſumit, & deſcendit deorſum.
Et in lucem convertitur terreſtris ſubſtantia,
Et in vitalem flammam cinerea fuligo.
Et ignis pro nobis rore temperatur,
Et paſſionum vis igne deſtruitur.
Abſumitur enim omnis impurus error,
Velut quaedam materia auro immixta,
Manet autem deinde ex igne purificante
Aurum conſervans quam habuit imaginem.
Iam quidem nox abiit fallacium ſermonum:
Defecit Orpheus, & dimiſit lyram:
Phoebus non amplius ipſis os adaperit:
Marceſcit quercus, & obmutuit tripus.
Plato tacet, & loquitur Coriarius.
Aegrotat Galenus, fugatque morbos
Petrus a nobis: ille retium conſarcinator
Humanam quamlibet infirmitatem expellit.
Et ſpirituum quidem omnis eiicitur turba;
Loquitur vero mutus, & claudus currit;
Surdis occluſa adaperitur porta;
Luto autem coecus oculatus fit, & videt;
Leproſus vero carnes exuit novas;
Verbo autem mortuus quatriduanus ambulat,
Et coniunguntur membrorum ligamenta,
Cum iam cadaver ad putrefactionem inclinaſſet.
Et omnis Creatorem glorificat creatura
Candidam intus ferens ſtolam cordis.
Et tu ſimiliter cor modo geſtas candidum,
Nam caliginoſa non habes peccata.
Solus vero luget, & pulla cum veſte manet
Ille in principio praecepti inſidiator.
Dolet autem ſepulcra eſſe exſpoliata,
Et ianitores corruptionis eſſe mortuos.
Undique vero corrogat divitias,

Chriſti reſurrectio humana diuinis copulavit.

Eſt pignus noſtrae reſurrectionis.

Oracula, & vanam mundi ſapientiam fecit obmuteſcere.

Chriſti divinitas multis miraculis confirmata poſt reſurrectionem.

Diaboli nequitia ſuperata.

M

Quas

Ἣν εἰς ἀσέμνους αἰτίας ἐπιδέχεται,
Φθείρων, ὑφέλκων, πορνοβοσκῶν τὴν φύσιν·
Πεισθεῖσα μιγνὺς τοῦ λόγου τὸ φάρμακον·
Καὶ συγκεραννὺς τῷ γλυκεῖ τὴν πικρίαν.
Πολλοὺς δὲ νεκροὺς τῇ φθορᾷ τεθηγμένους
Ἐκ τῆς σκοτεινῆς κοιλίας ἐρεύγεται·
Καὶ τὴν ἄτακτον ἐμφορήσας γαστέρα
Ἀπεψίαν πέπονθεν ἐξ ἀπληστίας.
Ὁ πρὶν δὲ πλουτῶν, νῦν προέρχεται πένης·
Τὰς ψυχικὰς γὰρ λῃστρικῶς ὑποστάσεις
Κλέψας τὸ πρῶτον, μειζόνως ἀντεκλάπη.
Στένει δὲ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις τότε
Δείξας ἐκεῖνο τὸ ξύλον τὸ δεύτερον.
Οὐκ ἂν γὰρ ἦρξε τοῦ θεοκτόνου φθόνου,
Εἴπερ διέγνω τοῦ φόνου τὴν αἰτίαν
Μέλλουσαν εἶναι τῶν ὅλων ἀνάστασιν.
Ἀλλ' ὦ σοφὸν γέννημα, καὶ τέκνον γέρον·
Ὁ σπαργανωθεὶς τῇ νοητῇ πορφύρᾳ·
Καὶ σκῆπτρα δείξας τοὺς βιωφελεῖς λόγους,
Ἀφ' ὧν ὁ κόσμος ἐξ ἀμουσίας νόσου
Περικρατεῖται, καὶ πλέον στηρίζεται·
Ὁ τοῦ δράκοντος τοῦ πάλαι καθαιρέτης.
Ἐν σοὶ γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκείνου κτισμάτων·
Οὐ θυμὸς ἄφρων· οὐ φιλάργυρος πόθος,
Ἔρως ἀναιδὴς, καὶ δακνῶν ἐπηγμένος·
Οὐ χεῖρες ὑμῖν πρὸς τὸ λῆμμα τῆς βλάβης,
Ἀλλ' εἰς τὸ δοῦναι, καὶ πατάξαι τὴν βλάβην·
Οὐ νυκτὸς ἔργον, ἀλλὰ φωσφόρος τρόπος
Ἐν νυκτὶ λάμπων, ὡς τὸ φῶς ἐν ἡμέρᾳ.
Οὐ τέρψις ὑμῖν παιδικῶν ἱπποδρόμων
Ἤχοις ἀτάκτοις, καὶ βοαῖς πεφυρμένη.
Ἵπποις συναπαίροντες οἱ φιλιππόται
Τὰς χεῖρας ἐξαίρουσι τῷ κούφῳ κρότῳ·
Καὶ τοὺς πόδας τείνουσι· καὶ τῶν ὀμμάτων
Σχεδὸν θελόντων ἐκπεσεῖν τῶν ὀφρύων,
Τὰ κῶλα μηκύνουσι τῇ παρεκτάσει·
Καὶ τῶν μελῶν λύουσι τὰς θέσεις ὅλας·
Καὶ τὰς ἑαυτῶν ἠγνοηκότες φρένας
Τὸν ἀέρα πλήττουσι· καὶ τοῖς δακτύλοις
Σκιαγραφοῦσι τοὺς ἀπειθεῖς δρόμους·
Ἄγχουσι, καὶ τύπτουσι τὴν σκιὰν μόνην·
Καὶ συντόνως κράζουσι τοῖς ἱπποστάταις·
Ἐκεῖθεν ἔνθεν μηδὲν ἀκροωμένοις·
Ἐν ἀστάτῳ γὰρ τῆς θεωρίας δρόμῳ
Συναστατοῦσι τῶν θεατῶν οἱ τρόποι.
Οὐ νοῦς παρ' ὑμῖν δεκτικὸς πονηρίας·
Οὐ βλέμμα πικρὸν· οὐκ ἀσύμφορος λόγος·
Οὐ γλῶττα χαῦνος· οὐ διάρρυτος γέλως
Εἰκῇ παρ' ὑμῖν τοὺς ὀδόντας δεικνύει·
Οὐ τόξων ὑμῖν καίπερ ὄντι τοξότῃ,
Ἐργῶδες οὕτως, ὡς τὸ πέμπειν εὐστόχως
Βέλος κατ' αὐτοῦ τοῦ πονηροῦ τοξότου.
Σφαῖραν δὲ διττὴν, τὴν μὲν εἰς τὸ γυμνάσαι
Τὸ σῶμα παίζεις· τὴν δὲ νουνεχῶς ἔχεις·
Ὅτι πρὸς ὕψος ἐκταθεὶς τὴν καρδίαν
Ζητεῖς τὸν εἱρμὸν τῶν ἄνω σφαιρωμάτων.
Οὕτως ἐδείχθης σκεῦος ἐξειλεγμένον,
Κειμήλιόν τε πατρικῶν ἀγαλμάτων.
Οὕτω προῆλθες Ἡρακλῆς τῷ πράγματι,

Λαβὼν

Quas ad turpes cauſſas diſtribuit
Vitians, alliciens, lenocinans naturam;
Es perſuaſioni admixto ſermonis pharmaco,
Atque adtemperata dulcedini amaritie.
Multa autem cadavera corruptione conſumpta
E tenebroſo ventre eructat:
Cum enim ſe immodice ingurgitaſſet,
Contraxit cruditatem ex ventris ingluvie.
Hinc antea dives, nunc pauper incedit,
Qui enim, ut latro, animarum bona
Depraedavit primum, poſt magis depraedatus eſt.
Alte vero ſuſpirat, quod Iudaeis iamdiu
Monſtravit lignum illud alterum;
Non enim ad Deum necandum moviſſet invidiam,
Si cognoviſſet tantae caedis cauſſam
Futuram eſſe omnium reſurrectionem.
Aſt, o docta ſoboles, & nate ſenex,
Quem cingunt faſciae ſapientis purpurae,
Et pro ſceptris oſtentas utiles vitae ſermones,
Queis mundus ab ignorantiae morbo
Defenditur, & validius confirmatur,
Tu vere ſerpentis antiqui es deſtructor:
In te enim nihil ex illius operibus:
Non ſtultus furor irae: non argenti deſiderium,
Amor turpis, & excrucians animum:
Non manus paratae ad accipiendum, ut noceas,
Sed ad dandum, & propulſandum quod noceat,
Non noctis opus, ſed phoſphorus ingenium
Tuum refulgens noctu, ſicut lux interdiu.
Non te puerilium decurſionum tangit oblectamen
Inconditis vocibus, & clamoribus permixtum.
Una cum equis evolantes, qui gaudent equis,
Manus extollunt ad inanes plauſus,
Et pedes protendunt, & una cum oculis,
Quos putes velle a ſuperciliis cadere,
Membra ſeſe exporrigentes diducunt,
Et omnes artuum diſſolvunt compagines:
Et pectoris obliti, quod deceret ferire,
Aerem feriunt, & digitis,
Queis incompoſitos adumbrant curſus,
Stringunt, & verberant umbram ſolum:
Atque alte inclamant equorum agitatoribus:
Hinc inde nihil audientibus,
In inſtabili enim ſpectaculi curſu,
Inſtabiles ſunt ſpectatorum ſententiae.
Non mens tibi ſuſceptrix nequitiae:
Non intuitus malignus: non ſermo inutilis:
Non lingua tumens: non diffuſus riſus
Facit ut temere dentes oſtendas:
Non tibi de ſagittis, quamvis ſis ſagittarius,
Tantum eſt curae, quantum de immittendo recta
Telo in ipſum ſagittarium iniquitatis.
Sphaera vero tibi duplex: ludis altera,
Corpus ut exerceas; alteram mente moves,
Quando elevato in altum corde
Quaeris complexionem caeleſtium ſphaerarum.
Ita te oſtendiſti vas electum,
Paternorumque bonorum theſaurum.
Ita proceſſiſti verus Hercules ad opus,

Nam

Infernus expoliatus.

Conſtantini ſapientia, & mores laudantur.

Eiuſdem a ſpectaculis alienatio.

Corporis, & animi puritas.

In malis reprimendis animi affectibus alacritas.

Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τῶν σοφῶν λόγων,
Τέμνεις τε πάντας τῶν νοουμένων ὄφεις,
Τοὺς τοῦ δράκοντος θηριώδεις αὐχένας,
Τοὺς πολλάκις φύντας, ἀλλὰ πολλάκις
Τῷ σῷ λογισμῷ δραστικῶς τετμημένους.
Ἀλλ' εὐτρέπιζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα,
Ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς πρωτοστάτης,
Φράζειν ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους,
Οὓς ἀντὶ πάντων ἐκτελῶν καθημέραν
Κάμνει, μεριμνᾷ, δυσφορεῖ, τοξεύεται·
Ζωῆς γὰρ αὐτὸν ζωπυροῦσιν ἐλπίδες.
Δεόν σε λοιπὸν καὶ πρὸς ὅπλα, καὶ μάχας·
Χρὴ γὰρ μάχεσθαι τοῖς φιλοῦσι τὰς μάχας,
Ὡς Ἡρακλείδην τῷ τεκόντι συντρέχειν.
Κίνησον ὅπλα πατρικὰ τεθηγμένα.
Παῦσον τὸν ἰὸν τῆς ἐχίδνης Περσίδος.
Θλάσον τὰ κέντρα τῶν παρ' Ἴστρῳ σκορπίων.
Ἔχεις ἑτοίμους εἰς ἀνάγκην συμμάχους,
Δι' ὧν μένεις ἄτρωτος, ὁπλίτας ἔχων
Ἐκ τοῦ σε γεννήσαντος ἐξ ἀϋλίας·
Τῷ δ' ὃ κυηθεὶς, ἀπάτωρ γίνῃ πλέον·
Τῶν γὰρ παρ' ἡμῖν σαρκικῶν κυημάτων
Ὁ πνεῦμα γεννῶν, πατρικώτερος μένει.

ΤΕΛΟΣ.

Nam aureis decerptis malis ſapientum ſermonum
Omnes amputaſti mente conceptos ſerpentes,
Draconis belluinas cervices,
Quae ſaepius enaſcuntur, quamvis ſaepius
Tua ratione viriliter exſectae.
Macte eſto: appara ſermonis clypeum, (Hortatur filium ad patris gesta laudanda.)
Ut ante omnes inveniaris primus
Ad enarrandos patris tui labores,
Quos pro omnibus ſuſtinens quotidie
Deficit, curis torquetur, dolet, obruitur telis:
Vitae enim ipſum ſpes inſlammant.
Opus eſt tamen, ut te pares etiam ad arma, & pugnas (Et ad militandum contra hostes.)
Oportet enim pugnare cum amantibus pugnas,
Tamquam Heraclidem patris prementem veſtigia.
Sume tractanda arma genitoris acuta,
Ceſſare fac venenum Echidnae Perſicae,
Contunde aculeos ſcorpionum Iſtri.
Habes promptos ad opus commilitones,
Per quos manes invulnerabilis, armatos habens
Ex eo, qui te generavit immaterialiter.
A quo cum ſis genitus, ſine patre es magis.
Noſtrarum enim carnalium conceptionum
Spiritus, qui generat, potius pater exſiſtit.

FINIS.

ADNOTATIONES.

Verſ. 1. Similia his, quae Piſida Chriſtiana pietate, & laetitia perfuſus adnunciat, habent fere omnes SS. Patres. Confer S. Iohan. Chryſoſtomum, S. Auguſtinum, S. Leonem, ac praeſertim S. Cyrillum Alexandrinum, cuius Homiliae *de Feſtis Paſch.* multam lucem huic poëmatio affundent. S. Iohan. Damaſcen. *Carm. in Theoph. Tom.I. pag.* 778.

Λευχαμονεῖται πᾶσα γήινος φύσις
Ἐκ πτώσεως νῦν οὐρανῶν ἐπηρμένη.
Albo induatur omnis terreſtris creatura,
Poſt caſum nunc ſuper caelos elata.

2. Vetus Adae debitum Chriſtus exſolvit. Vid. S. Auguſt. *Enarrat. in Pſal. Tom.IV. pag.*1533.

5. 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, praeter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Vid. S. Cyrilli *Hom. Paſch.* XII. *p.*163.

8. Epheſ. 2. 6. *Deus autem .... conreſuſcitavit nos, & conſedere fecit in caeleſtibus in Chriſto Ieſu.* S. Cyrillus *Hom. Paſch.* I. *pag.*15. Αὐτὸς ἡμᾶς ἰσοπολίτας τοῖς ἐν οὐρανῷ καθίστησιν ἀγγέλοις· αὐτὸς τοῖς ἐπουρανίοις συνῆψε τὰ ἐπίγεια, καὶ ὁμοδίαιτον τοῖς ἐκεῖσε τυγχάνουσι πνεύμασι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀπέδειξε, κεχωρισμένην μὲν πάλαι διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ δραπετεύσασαν. *Ipſe nos caeli cives aequali cum Angelis iure conſtituit. Ipſe caeleſtibus terrena copulavit, ſociamque ſupernis ſpiritibus humanam naturam addidit, ſegregatam quidem olim ob peccatum, ac fugitivam.* Vide S. Leonem *Serm.* 1. *de Aſcenſ. Dom.*

9. Φραγμὸς idem ac τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, *medius paries, quem Ieſus Chriſtus, qui fecit utraque unum, ſolvit ſanguine ſuo, & in carne ſua,* ut ait Paullus ad Epheſios 2. 14. Nam quae erant inter Iudaeos, & Gentes inimicitiae, poſt reconciliationem a Chriſto factam, τὰ ἀμφότερα ἕν, *ambo unum facti ſunt*: quia placuit Deo per Ieſum Chriſtum ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *reconciliare omnia ad ſe, pacificans tum quae in terris, tum quae in caelis ſunt,* ut eſt in *Epiſt. ad Coloſſ.* 1. 20. Vide S. Cyrillum *Hom. Paſch.* VII. *pag.*91., & S. Baſilium *in Eſaiam Tom.* I. *pag.* 481. Κέντρον autem eſt *ſtimulus* mortis, quem Chriſtus ſua morte confregit, atque diſrupit; unde S. Paullus *Corinth.* 1. 15. 55. ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; *ubi eſt mors ſtimulus tuus? ubi inferne victoria tua?* Quid autem ſit ſtimulus mortis, ſtatim declaravit dicens, τὸ δὲ κέντρον θανάτου ἡ ἁμαρτία, *ſtimulus autem mortis peccatum,* quo ſcilicet, tamquam aculeo, animas hominum confodit.

10. Legerem συνῆλθον. Natura humana per Chriſtum verum Deum, & verum hominem divinae naturae eſt copulata.

12. Πνευματικὸς eſt homo *ſpiritu, & corpore* compoſitus; ἀῤῥαβὼν Spiritus Sancti pignus, quod datum eſt Apoſtolis, poſtquam Chriſtus in caelum aſſumptus eſt, ut eſt in *Actis*. S. Cyrillus *Hom. Paſch.* V. *pag.* 43. Ἔλυσε δὲ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἀῤῥαβῶνα μὲν τῆς μελλούσης ἐλπίδος θεὶς ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνέχυρόν τε τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν, *mortis quoque imperium evertit, ac futurae ſpei arrhabonem, & pignus bonorum, quae exſpectamus, Sanctum in nobis Spiritum collocavit.*

13. Chriſti reſurrectio humani corporis reſurrectioni fidem facit; quemadmodum enim Chriſtus cum corpore, quod aſſumpſerat, reſurrexit, ita & nos mortui peccatis cum Chriſto, cuius membra ſumus, reſurgemus.

17. Spiritus Sancti adventum ſignificat, per quem caritas diffuſa eſt in cordibus noſtris.

23. Rom. 13. 12. *Nox praeceſſit, dies autem appropinquavit &c.* S. Cyrillus in ſuis Homiliis Paſchalibus ſaepe hoc utitur Paulli teſtimonio, ut maxima a reparatore Verbo humano generi collata beneficia commonſtret. Ac omnes quidem SS. Patres invictiſſimis contra Gentes argumentis probarunt, poſt Chriſti mortem ignorantiae, videlicet idololatriae tenebras, & nubes, quas undique diabolus affuderat, fuiſſe diſiectas, oracula ceſſaſſe, Philoſophorum inanem ſapientiam fuiſſe confutatam. In re clariſſima, & pervulgata multus, & inſolens viderer, ſi plura ſubderem. Πλάνοι λόγοι ſunt oracula, de quibus videndi Ant. Van-Dale *de Oraculis*, Georgius Moebius *de Orac. orig.*, Fontenelle *Hiſt. des Oracles*, & qui Fontenellium refutavit *Reponſe à l'Hiſt. des Oracles*. Hi enim Auctores inter ſe diſſident, & alter alteri eſt contrarius. Unum tamen contra Van-Dalium, & Fontenellium obſervare non praetermittam, omnes veteres Eccleſiaſticos Scriptores perdiu in ea fuiſſe ſententia, ut, non quemadmodum eis placet, meras hominum praeſtigias fuiſſe oracula dictitarent, ſed a diabolo, quem recte *Simiam Divinitatis* Tertullianus appellat, fuiſſe invecta contenderent. Quamobrem caveant illi, ne dum a diabolo hanc invidiam removere ſatagunt, de Divinitate Chriſti luculentiſſimum teſtimonium infirment.

24. Similia in S. Gregorio Naz. *Orat.*IV. *in Iul. pag.*127: Οὐκ ἔτι μὲν λίχνοι καὶ ἀπατηλοὶ δαίμονες δυναστεύουσιν· οὐκ ἔτι δὲ καθυβρίζεται κτίσις ἐν σχήματι τιμῆς ἀντὶ Θεοῦ προσκυνουμένη .... Αἰσχύνθητί ποτε τοῖς τοῦ θεολόγου σου βίβλοις Ὀρφέως .... οὐκ ἔτι φθέγγεται δρῦς· οὐκ ἔτι λέβης μαντεύεται· οὐκ ἔτι Πυθία πληροῦται, οὐκ οἶδ' ὧντινων, πλὴν μύθων καὶ ληρημάτων. Πάλιν ἡ Κασταλία σεσίγηται, καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον· Πάλιν ἀνδριὰς ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων. Πάλιν ἡ Δάφνη φυτὸν ἐστὶ μύθῳ θρηνούμενον. *Non iam gulae dediti, & fraudulenti daemones rerum potiuntur: non iam ſub honoris obtentu contumelia creaturae infertur, dum pro Deo adoratur .... Pudeat te tandem Orphei librorum, theologi tui ... Non iam Quercus loquitur: non iam Lebes vaticinatur: non iam Pythia imple-

impletur, haud ſcio quibus, fabulis tamen, & deliramentis. Rurſus Caſtalia ſiletur; & ſilet, atque unda eſt, non vaticinia edens, ſed excitans riſum. Rurſus muta ſtatua Apollo: rurſus Daphne arbor eſt fabulis deplorata &c. De Orpheo, de Apolline, de quercu Dodonaea, de tripode Pythiae vide ſupra laudatos Auctores, & *Comment.* Eliae Cretenſis in S. Gregorium Naz. *Tom.II. pag.493.*

26. Eoſdem Auctores hinc inde diſputantes invenies, utrum oracula nato Chriſto obmutuerint? Quaedam plane ceſſaſſe ex ipſis ethnicis Scriptoribus evincitur.

27. S. Paullum fuiſſe σκηνοποιὸν *tabernaculorum artificem* teſtatur Lucas in *Actis cap.18. 3.* Σκυτουργόντων *coriariam artem exercentem* generatim vocat Noſter, ut Theodoretus *quaeſt.16. in Iudices* σκυτοτόμον *corii ſectorem* appellat, ſic dicens, διὰ δώδεκα ἁλιέων, καὶ τελωνῶν, καὶ σκυτοτόμου ἑνὸς, τὴν τῶν δαιμόνων κατέλυσε φάλαγγα, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν τὴν φύσιν διέσωσε, *per duodecim piſcatores, & publicanos, & unum coriarium, daemonum exercitum fudit, & naturam humanam conſervavit.*

29. S. Petrum fuiſſe piſcatorem teſtes ſunt Evangeliſtae Matthaeus *cap.4.*, Marcus *cap.1.*, Lucas *cap.5.*, apud quos facile invenies, quae ſequuntur de miraculis Chriſti.

32. Κωφὸν aeque mutum ac ſurdum vocant Graeci: nam qui non loquitur, & qui ſurditate laborat ἄλαλος eſt.

36. *Iohan. 11. 43. Lazare veni foras.* Et *ibid. v.39. Domine, iam foetet, quatriduanus eſt.*

37. Lege σκυλεύσας.

41. Nunc primum ad Conſtantinum Heraclii filium ſermonem convertit.

43. Μελαγχίτων ex μέλας, & χιτὼν *nigra veſtis.* S. Iohan. Damaſcenus *Carm. in Theoph.*

Ἐλευθέρα μὲν ἡ κτίσις γνωρίζεται,
Υἱοὶ δὲ φωτὸς οἱ πρὶν ἐσκοτισμένοι·
Μόνος στενάζει τοῦ σκότους ὁ προστάτης.
Libera quidem creatura cognoſcitur,
Filiique lucis ante obtenebrati:
Solus gemit tenebrarum praefectus.

46. Πυλωροὺς vocat ſpiritus, idola &c.

47. Οὐσίαν *ſubſtantiam* diaboli opinor dicit peccata, pravos animi affectus, illuſiones, & omnia, quae ex eo ſunt.

52. Egregie S. Cyrillus *Hom. Paſch.V. pag.44.* Νενίκηται θάνατος ὁ τὸ νικᾶσθαι παραιτούμενος· κεκαινοτόμηται φθορά· λέλυται θάνατος πάθος ἄτλητον· ᾅδης δὲ ὁ πᾶσαν ἀπληστίαν νοσῶν, καὶ κόρον ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν οὐδένα δεξάμενος ἐδιδάχθη καὶ ἄκων, ὃ μὴ μαθεῖν τὸ πρότερον ηὔχετο· οὐ γὰρ ὅπως τῶν ἔτι πιπτόντων ἔσται κάτοχος φιλονεικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἁλόντας ἀπέμεσε, τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύϊ καλὴν ὑπομείνας τὴν ἐρημίαν. *Superata mors eſt, quae vinci recuſabat: ſublata corruptio, & mors, inſuperabile malum, deſtructa. Infernus autem, qui aviditate inſaturabili, pereuntium multitudine infinita, tamen non expleretur, id vel invitus didicit, quod antea ſibi perſuadere nequibat: non enim de iis, qui nunc moriuntur, intercipiendis eſt certamen; ſed eos quoque, quos iam captos tenebat, evomit, atque in pulchram ſolitudinem noſtri Servatoris virtute redactus eſt.*

60. Crucem intelligit, de cuius ligno pendens Chriſtus, mortem, quam Adamus comedens de ligno vitae in mundum invexerat, ſubegit.

61. *Matth. 27. 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum.*

62. I. *Cor. 2. 8. Si cognoviſſent, numquam Dominum gloriae crucifixiſſent.*

64. Hactenus Poeta de ſummis beneficiis, quae Chriſtus ex mortuis reſurgens hominibus contulit, iuxta Apoſtolum: *Nox praeceſſit &c.* nunc cum eodem Apoſtolo ad Conſtantinum ait: *Abiiciamus ergo opera tenebrarum &c.* Τίτον γέρον eum vocat, vel quod ceteris Heraclii filiis eſſet natu grandior, vel quod vere ſenis ſapientia polleret.

75. Νυκτὸς ἔργον *opera tenebrarum* ibid. enumerat S. Paullus. S. Iohan. 12. 36. *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis.*

77. Omnes fere SS. Patres Circenſes Ludos damnarunt, in quibus ſpectatores mirifice inſaniebant. Vide S. Baſilium, S. Iohan. Chryſoſtomum, S. Cyprianum, S. Auguſtinum &c. Piſida equorum curſus, qui Hippodromo, vel Circo CPlitano fiebant, deſignat: ubi ſaepe factiones Praſina, & Veneta partium ſtudio adductae in iurgia, & caedes erumpebant. Ac mirum ſane non eſt, tam diligenter Patres ſtuduiſſe, ut Chriſtianos ab huiuſmodi ſpectaculis averterent, cum Libanius Sophiſta *Orat.* XXXII. *pag.* 384. inſanum circa illos ludos ſtudium vitio verterit Alexandrinis: Ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε, τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ σχημάτων μεταβολὰς, καὶ χρωμάτων, καὶ βλασφημίας, οἵας καὶ ὅσας ἀφίετε; *Verum cum in ſtadium perveniſtis, quis dicere queat, illic exorientes clamores, & tumultum, & ſollicitudinem, & habituum, colorumque mutationes, & convicia quae & quanta iactatis?*

79. Ἱππομανοῦντας *inſano equorum amore aeſtuantes* vocat S. Iohan. Chryſoſtomus, quos Piſida φιλίππους. Libanius autem *ibid. pag. 386.* Circenſium ſpectatores ſimiliter irridet: Ὑμῶν δὲ οὐδεὶς ἐν τῇ θέᾳ καθέστηκεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον πέτεσθε τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ γελοῖοί ἐστε, καὶ ἡγεῖσθε, καὶ πίπτετε. *Veſtrum autem nullus in ſpectaculo quiete conſiſtit, ſed multo magis volatis, quam equi, & aurigae, & ridiculi eſtis, & praeceditis, & caditis.*

89. Ἱπποστάτας idem ac ἡνιόχους, quod aurigae inſtent equis.

90. Ἐκεῖθεν ἔνθεν, geminas opinor factiones in Circo aſſidentes denotat, quarum plauſus internoſcere certe nequibant curſores.

91. Ex laudato Libanio *p.* 387. cuiuſdam Poetae verſus recitante intelligitur, quid velit Piſida:

. . . . τοὶ δὲ θεαταὶ
Θώκοις ἐν σφετέροις οὔθ' ἵστασαν, οὐδ' ἐκάθηντο,

Χλωρὰ

Χλωροὶ ὑπαὶ δείους πεφοβημένοι, οὐδ' ὑπὸ νίκης
Ἀλλήλοισιν κεκλόμενοι, καὶ πᾶσι θεοῖσι
Χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστοι.
At nullus ſtabat penitus, nulluſque ſedebat
Sede, locoque ſuo ſpectator, pallidus illis
Vertebat timor, & turpis trepidatio mentem.
Hortabantur, & ob palmam ſe mutuo vaſtis
Vocibus, & geſtu, manibuſque ad ſidera tenſis
Cunctos quiſque Deos votis, precibuſque vocabant.

97. Non alium ſenſum ex hiſce verſiculis elici poſſe exiſtimo, quam Conſtantinum ab omni ludorum genere fuiſſe alienum, & quamvis in expediendis, dirigendiſque in ſcopum telis eſſet peritus, eo tamen ſolum animum intendiſſe, ut improbum ſagittarium, qui diabolus eſt, telo pietatis perfoderet. De ſagittatione, τοξικῇ τέχνῃ conſule Mercurialem *lib.2. cap.13.*

100. De Sphaeriſtica, quae artis Gymnaſticae pars erat, videndus idem Mercurialis *lib.2. cap.4.* Piſida dicit Conſtantinum uti duplici pilae genere, videlicet una, qua corpus, altera qua mentem exerceret, ut totius gymnaſtices ſtudium, quemadmodum placet etiam Platoni *de republ. lib. 3.* ad inſtructionem animi eſſe referendum demonſtret, & Graecos contra vituperet, qui puerilibus hiſce oblectamentis tam perdite, tam intemperanter ſe penitus dederent, ut in nulla alia re viderentur eſſe magis occupati. Quamobrem Anacharſis Scytha, Libanio auctore *pag.374.* de Gymnaſio dicere ſolebat: Ὡς ἔστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ' ἡμέραν. *In unaquaque Graecorum civitate certum eſſe deſignatumque locum, ubi interdiu inſanirent.*

104. *Vas electionis eſt mihi iſte. Act. 9. 15.*

105. Ἄγαλμα explicat Suida πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, *omne id, quo quis ſe iactat, & delectatur.*

107. Conſtantinum non inſcite comparat Herculi, cuius inter praeclara geſta illud recenſetur, quod iubente Ariſteo aurea mala decerpſerit, quae apud Heſperidas Nymphas a Dracone pervigili, cui centum erant capita, cuſtodiebantur. Piſida χρυσᾶ μῆλα eſſe σοφοὺς λόγους, *ſapientiam* recte adfirmat, qua quis munitus vitiorum monſtra facile profligat.

116. Dum haec Piſida ſcriberet, Heraclius contra Choſroam dimicabat. Theophanes *p.263.* eam fuiſſe in conflictu ad Euphratem Heraclii virilem conſtantiam narrat, ut ipſe hoſtium Dux Sarbarum admiratione captus Coſmae cuidam transfugae dixerit: Ὁρᾷς τὸν Καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται, καὶ πρὸς τοσοῦτο πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται, καὶ ὡς ἄμμον τὰς βολὰς ἀποπτύει; ... καὶ πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο, ἀλλ' οὐδεμίαν. *Vides Caeſarem, o Coſma, quanta audacia pugnam conſerat, ſoluſque adverſus tantam multitudinem decertet, & velut arenam, ſagittas deſpuat? .... & iam certe plurima, nullum tamen cum vitae diſcrimine vulnus acceperat.* Nicephorus autem in *Breviar. pag. 13.* tradit eum fuiſſe ictu ſpiculi vulneratum ad labia, & ad imum pedis talum. Vide Heracliad. *Acroaſ.I. v.104.*, & *Acroaſ.II. v.166.*

118. Σὲ, ſupple ἐντρεπίζειν.

120. Heraclidem vocat Conſtantinum facta ad Herculis & Heraclii nomen duplici alluſione.

122. Perſas viperis comparat, eo quia per longum temporis ſpatium filii parentes ſuos occiderint, ut regno potirentur. Vide Heracliad. *Acroaſ.II. v.191.*, *& ſeqq.*, ubi Perſas ἐχίδνης οὐσίαν *viperae ſubſtantiam*, vel *genus* vocat.

123. Abares *ſcorpiones* nominat, ut eorum indomitam naturam, morumque feritatem deſignet. Apuleius *Metam. IX. pag.284.* *Noſti quemdam civitatis noſtrae barbarum decurionem, quem Scorpionem prae morum acritudine vulgus appellat.* De Abaribus vide Poëmat. *de Bello Abarico.*

125. Per ὁπλίτας, quibus adſtantibus ait nihil timendum eſſe Conſtantino, Angelos intelligit, quos eius cuſtodiae innuit eſſe traditos a Deo.

127. Cur ipſum Conſtantinum *immaterialiter generatum*, & ἀπάτορα *ſine patre* vocet, praeſtat audire ex Lactantio *Opif. Dei cap.19.*, qui Piſidae lucem afferet opportunam. *Serendarum animarum ratio uni, ac ſoli Deo ſubiacet:*

Denique caeleſti ſumus omnes ſemine oriundi,
Omnibus ille idem pater eſt,

ut ait Lucretius lib. 2. v. 990; nam de mortalibus non poteſt quicquam niſi mortale generari: nec putari pater debet, qui transfudiſſe, aut inſpiraſſe animam de ſuo nullo modo ſentit; nec ſi ſentiat, quando, aut quomodo id fiat, habet animo comprehenſum. Ex quo apparet, non a parentibus dari animas, ſed ab uno eodemque omnium Deo patre, qui legem, rationemque naſcendi tenet ſolus; ſiquidem ſolus efficit .... Cetera iam Dei ſunt omnia, ſcilicet conceptus ipſe, & corporis informatio, & inſpiratio animae, & partus incolumis, & quaecumque deinceps ad hominem conſervandum valent: illius munus eſt, quod ſpiramus, quod vivimus, quod vigemus &c. His non contentus adeat Harvaeum *de conceptione in libro de generat. pag.566.*

ΗΡΑΚΛΙΑ-

Digitized by Google

ΗΡΑΚΛΙΑΔΟΣ
ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΔΥΩ.

HERACLIADIS
ACROASES DUAE.

M O N I T U M.

Heracliados inſcriptio, quam huic Poëmatio, duabus tantum Acroaſibus comprehenſo, poſuit Piſida, quid magnum plane videtur prima fronte polliceri. Iliadem enim, & Odyſſeam, Aeneidem, & Thebaidem, aliaque huiuſmodi cum Graecorum, tum Latinorum Poëmata longo deducta filo, facile ſibi quiſque in mentem revocabit: ſed vereor, ne qui tituli amplitudine captus quid ſimile a Piſida exſpectat, a ſpe decidat ſua; cum neque ſcriptionis genus, neque poëſeos maieſtatem, neque rerum, quae narrantur, gravitatem conceptae ſtatim opinioni ſatis, & ex aequo reſpondere invenerit. At Piſida quidem, ni fallor, ea de cauſſa tam ſpecioſum titulum ſuis hiſce Acroaſibus inſcripſit; vel quia de Choſroae excidio, quod eorum omnium, quae ab Heraclio geſta ſunt, fuit opus maximum, agere potiſſimum volebat, quod ſane ex eiuſdem tituli explicatione, εἰς τὴν παντελῆ πτῶσιν Χοσρόου, *de extremo Choſroae caſu*, ſit manifeſtum; vel quia Heraclii Imp. res ſingulas, quas poſtquam regno potitus eſt, praeclare geſſit, attingere, ac delibare conſueverat, ut ex ſecunda Acroaſi patet clariſſime: ita ut ſive finem operis ſpectes, ſive mentem ſcribentis, praeſens Poëmation, in quo Heraclii vita [illegible] continetur, qualecumque illud tandem ſit, non immerito *Heracliados* titulo praefulgeat inſignitum. Ceterum ne ſatis quidem diſtincte, & enucleate, quae ad cladem ipſam, necemque Choſroae ſpectant, nobis enarrat Poëta; quamvis non alio forſan modo haec ipſa pertractare ei integrum fuit. Non enim ille ſecundae, ut primae expeditionis ab Heraclio aſſumptus comes eſt, nec ſatis patiens morae fuit, ut reditum Imperatoris exſpectaret, a quo ut Acroates eſſent, facile potuiſſet addiſcere; ſed ut primum nuntium de Choſroae morte Conſtantinopolim adlatum eſt, ſtatim ingenti laetitia perfuſus, & poëtico furore abreptus hos Iambos, ut videtur, fudit, fortaſſe etiam ad Heraclium miſit, ut ei, qua poterat ratione, obviam iret, & pro re tam magna, & tam feliciter geſta non ultimus civium gratularetur. Quod quidem ex iis, quae leguntur in fine primae Acroaſeos, colligere mihi videor poſſe; ibi enim dubius, & haerens quid primum, quid deinde diceret, rerum numero, & pondere obrutus, & preſſus a praeliis deſcribendis ſibi in praeſentia abſtinendum eſſe decernit, uſquedum Imperator Byzantium reverſus rem omnem ordine, ut factum eſſet, aperiret, & impedimentis ad loquendum ſummotis animos civium ad ſcribendum excitaret, *v.* 238.

[illegible]
[illegible]

Atque inde etiam, quantum coniectura conſequi poſſum, Piſida de hoc argumento plenius, & melius pertractando iam tunc videtur, dum haec ſcriberet, cogitaſſe; at ſi cogitavit, in aliud commodius tempus rem certe diſtulit. Praeſtiterit autem, necne quod in animo ei ſediſſe coniicio, non auſim adfirmare; quamvis praeſtitiſſe arbitror; & quia plura ſunt fragmenta, quae huic argumento quidem conveniunt, ſed quae ad hoc Poëmation referre, ſatis commode non poſſis. Cuius rei eorum eſto iudicium, quos Piſidae fragmenta ad calcem operis in unum a nobis comportata conferre, & expendere non pigebit. Certum igitur, firmumque ſit, Epinicion potius, quam Poëma hiſce duabus Acroaſibus contineri. Res & tempus nobiſcum faciunt. Nam praeterquamquod ita exorditur Piſida, ut hymnum exiſtimes canere, leviter admodum ea, quae ad expeditionis ductum, & exitum ſpectant, tangit & in tranſitu, totum autem ſe in Heraclii pietate commendanda effundit; ac dum in eo eſſe credis, ut aliquid de re propoſita dicat, quaſi abſterritus videtur reſilire, & in iis, quae ante ſuſceptam expeditionem glorioſe feceſerat Imperator, enarrandis pervagari. Ipſe autem teſtis eſt diſertus, dicens *Acroaſ. I. v.* 240.

[illegible]
[illegible]

Ita autem id factum eſt, quia huic operi manum nimis ſollicitus admovit, ſcilicet, ut mea fert opinio, paullopoſt quam [illegible] (utar enim verbis Chronici Paſchalis pag. 398.) [illegible], *lectae ſunt ex ambone in ſanctiſſima magna Eccleſia litterae miſſae ex Oriente ab Heraclio piiſſimo Imperatore, quae Choſroae caſum, & inaugurationem Siroae Perſarum regis nuntiabant.* Heraclii litteras exhibet *ibid.* auctor Chronici, quibus nil plane quadrat aptius, aut melius cohaeret, quam primae Acroaſeos initium, & finis, itemque ſecundae concluſio. Diceres Piſidam totius civitatis nomine Heraclio reſpondiſſe. Itaque, ſi me audis, haec ſcripſit Piſida anno a Chriſto nato 628. exeunte, qui in XVIII. regni Heraclii recidit: eo namque tempore de Choſroa ab eodem Heraclio primum ſubacto, & deinde a filio Siroa interfecto Conſtantinopolitani cives certiores facti ſunt. Utinam quae Piſida tam rapido, tam ſtricto ſtilo ſcripſit, ſaltem dilucidius, & planius explicaſſet: fatear enim, quod niſi Theophanes ubique facem praetuliſſet, multis in locis haeſiſſet aqua, quod aiunt; quippe tortuoſa, & implicata allegoriis occurrunt multa, quorum ſenſum ſtatim aſſequi facile non eſſe, legentibus patebit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΗΡΑΚΛΕΙΑΔΟΣ
ΗΤΟΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΙΑΝ ΠΤΩΣΙΝ ΧΟΣΡΟΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΩΝ.

EIUSDEM
HERACLIADOS INITIUM
SIVE DE EXTREMO CHOSROAE PERSARUM REGIS EXCIDIO.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Α' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Ἀγαλλιάσθω πᾶς χορὸς τῶν ἀστέρων
Τὸν ἀστρόδουλον δεικνύων πεπτωκότα,
Καὶ τὴν ἑαυτοῦ πτῶσιν ἠγνοηκότα.
Οὐκ ἔστεγε γὰρ ἡ κτίσις τιμωμένη,
Κἂν δυσσεβηθεὶς ὁ κτίσας ἠνείχετο.
Νῦν πανσέληνος ἡ Σελήνη λαμπέτω
Τοῦ Χοσρόου λήγοντος· ἐγγυωμένη
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.
Καὶ νῦν ὁ τρισμέγιστος ἡλίου πόλος
Λούσας ἑαυτὸν τῇ καθάρσει τῶν φόνων
Βοᾷ· λαλεῖ σοι τὴν σφαγὴν τοῦ Χοσρόου
Θεοῦ βεβήλους ἐκφυγὼν ὑποψίας,
Σκίρτησον αἰθήρ· ὁ κρατῶν Περσοκράτης
Ὁ πυρσολάτρης ἐζοφώθη Χοσρόης.
Πάλιν κάμινος Περσική, καὶ δευτέρα
Δροσίζεται φλὸξ Δανιὴλ τοῦ δευτέρου,
Ἀνωφερὴς δὲ καίπερ οὖσα τὴν φύσιν
Κεῖται κατ' αὐτῶν, καὶ διώκει, καὶ φλέγει
Τοὺς τὴν πονηρὰν ἐκπυρώσαντας φλόγα.
Πάλιν λεόντων ἠγριωμένων στόμα
Εἰς γῆν δι' ὑμῶν Περσικὴν ἀνεῴγη.
Πάλιν παροινεῖ δυσσεβῶς ὁ Χοσρόης,
Καὶ πῦρ θεουργεῖ, καὶ Θεὸς φαντάζεται,
Ἕως σὺν αὐτῷ καὶ τὸ πῦρ ὑπερβράσαν
Σὺν τῷ θεουργήσαντι συγκατεφθάρη.
Πάλιν παροινεῖ, καὶ ματαιοῖ τὴν κτίσιν,
Ξέρξῃ τε τῷ πρὶν ἀντερίζει, καὶ θέλει
Πῇ μὲν πετρῶσαι τὸ βυθὸν τοῖς λειψάνοις,
Πῇ δ' αὖτε τὴν γῆν κυματῶσαι τοῖς λύθροις.
Γιγαντιᾷ δέ, καὶ τυραννῆσαι θέλει,
Καὶ τὸν πρὸ πάντων εἰκονίζει Βαλτάσαρ,
Χραίνων τὰ θεῖα τῷ μολυσμῷ τῆς μέθης·
Ἕως κατ' αὐτοῦ δάκτυλος θεηγόρος
Τῇ δεξιᾷ σου χρώμενος χειρογράφῳ
Ψήφου μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.
Λήγουσι λοιπὸν αἱ βροχαὶ τῶν αἱμάτων·
Φεύγει τὸ ῥεῦμα τῶν ἀπορρύτων φόνων·
Ἡ γῆ βιαίοις οὐκ ἐνοχλεῖται τάφοις·
Θάλαττα λύθρων οὐ μιαίνεται χύσει·
Τῶν αἰχμαλώτων οὐ βρύει τὸ δάκρυον·
Ἀργεῖ τὸ λοιπὸν ἡ πλοκὴ τῆς ἀγχόνης·
Οὐδεὶς μετ' ὄξους ἐκκενώσας αἰθάλην

Τὴν

INCIPIT PRIMA ACROASIS.

EXSULTET chorus omnis aſtrorum,
Aſtrorum ſervum cecidiſſe demonſtrans
Suumque caſum ipſum ignoraſſe,
Non illum enim texit culta creatura,
Quamvis impie profanatus Creator ſuſtineret.
Nunc in ſuo plenilunio Luna reſplendeat,
Deficiente Choſroa, laeta deſpondens,
Perſas non ultra deificaturos res creatas.
Et nunc o maxime ſolaris orbis
Bene lotus, & expiatus a caedibus
Clama, tibique annuncia cladem Choſroae,
Deus haberi abhorrens ex impia ſuſpicione.
Aether exſulta: imperans Perſarum tyrannus
Ignicola obtenebratus eſt Choſroes.
Rurſus Perſica fornax, atque iterum
Irroratur flamma pro Daniele altero,
Quae quamvis in altum natura tendat ſua,
Tamen procumbit, inſtanſque illos adurit,
Qui flammam iniquam ſuccenderunt.
Rurſus leonum os rabide furentium
Per te contra terram eſt adapertum Perſicam:
Rurſus inſanit ſceleratus Choſroes,
Et ignem facit Deum, ſeque Deum ſimulat;
Donec cum ipſo etiam ſuperincurſus ignis,
Cum ipſo qui fecit ignem Deum, extinctus eſt.
Rurſus inquam inſanit, & res creatas invertit,
Xerxique antiquo aemulatus conatur
Qua pelagus opplere cadaveribus,
Qua contra terram inundare ſanguine.
Ut Gigas vero furit, ſeque praeſtat tyrannum
Et unum prae omnibus repraeſentat Baltaſarem,
Conſpurcans res divinas ebrietatum profanatione
Donec in ipſum digitus diviniloquus
Tuam ad exarandum mutuatus dexteram
Nigri lapilli protulit ſententiam.
Iam demum ceſſant ſanguinis rivi,
Siſtitur fluxus caedium perennium,
Terra violentis non exagitatur ſepulcris,
Mare non ſordet fuſis cruoribus.
Nec ſcatent iugiter captivorum lacrimae.
Torpent iam tandem feriati reſtes, & laquei;
Nemo cum aceto exhauſta fuligine

Idololatra Choſroa extincto gaudet caelum, & terra.

Heraclius Danieli comparatus.

Et Choſroas regi Baltaſari.

Choſroae crudelitas.

Naſum

Τὴν ῥῖνα ποιεῖν ἐκβιάζεται τὸ στόμα·
Τὰ δένδρα νεκροῖς οὐ βαρῦνται φορτίοις·
Πλήρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις·
Ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα·
Οὐδεὶς ἀμοιβὴν συμφορᾶς ἀντιστρόφου
Τὴν χεῖρα κέκτηται τῶν ποδῶν ἀντεργάτιν.
Ἀλλ' οὐρανός, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, νέφη,
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω
Κροτεῖ σὺν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὰ σκάμματα
Ἑνὸς πεσόντος, καὶ σεσωσμένων ὅλων.
Νῦν τὸν πυραυγῆ Χοσρόης ἑωσφόρον
Ἔγνω ζοφώδη, καὶ πλανήτας οὐκ ἔχει
Τοὺς ἑπτά, φασιν, ἀλλ' ὅλους τοὺς ἀστέρας.
Νῦν πάντας αὐτοὺς ἐμπεσὼν τῷ Ταρτάρῳ
Βλέπει σκοτεινὰς ἐξ ἀνάγκης ἑσπέρας,
Καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἀστοχήσας ἐλπίδας,
Οὓς ζῶν ἐτίμα, δυσσεβεῖ τεθαμμένος.
Ποῦ νῦν ὁ λῆρος τῶν ἀσφάλτων Μάγων,
Ποῦ τῶν ἐν ἄστροις ὀργίων τὰ σκάμματα;
Ποῖος πεσόντα Χοσρόην ὡροσκόπει,
Πάντως ἔδοξεν ἐμπεσεῖν τῷ τοῦ χρόνου·
Τοῦτον γὰρ ὁρμαῖς ὁ σφαγεὺς ἀνῃρέθη.
Ὅμηρε τὸν πρὶν μηδαμῶς Ἡρακλέα.
Θεὸν προσειπεῖν ἀξιώσας ἀσκόπως.
Τί γὰρ τὸ κοινὸν ὠφέλησε τοῦ βίου
Κάπρος φονευθεὶς ἢ λέων πεπνιγμένος;
Θαύμαζε μᾶλλον, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἕνα,
Τὸν κοσμορύστην εὐλόγως Ἡρακλέα.
Κατῆλθεν οὗτος ἄχρι τῆς ᾅδου θύρας·
Τὴν λύτταν ἦξε τοῦ κυνὸς τοῦ παμφάγου·
Ἄλκηστιν ἐξήγειρε τὴν οἰκουμένην.
Ἀπῶλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον·
Καθεῖλεν ὕδραν μυριαύχενον βλάβην·
Ῥυπῶντα τὸν πρὶν ἐξεκόπρωσε βίον·
Ἔπνιξε τὸν λέοντα τὸν κοσμοφθόρον·
Καὶ νῦν περῆλθεν Ἡρακλῆς τῷ πράγματι.
Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τὰς πόλεις ὅλας.
Παρῆλθεν ἡ γῆ τῆς ἀφεγγοῦς ἑσπέρας·
Τὸ φῶς ὑπέστη, καὶ διέστη τὸ σκότος·
Καὶ δεύτερος νῦν κοσμοποιεῖται βίος,
Καὶ κόσμος ἄλλος, καὶ νεωτέρα κτίσις·
Καὶ νῦν ὁ Νῶε τῆς νέας οἰκουμένης
Κιβωτὸν εὗρε τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν·
Καὶ πᾶσαν ἔνδον ἐντεθεικὼς τὴν φύσιν
Ἀφῆκεν αὐτὴν εἰς ἔνοπλα τάγματα
Τοῦ κατακλυσμοῦ Χοσρόου φρουρουμένην·
Σχεδὸν γὰρ εἰπεῖν πᾶσα σὰρξ διεφθάρη
Ἐκ τῆς χυθείσης παγγενοῦς ἁμαρτίας·
Ἕως ἐλαίας ἠλεημένην κλάδον
Λαβών, ἔσωσε τοῦ βίου λείψανα.
Ποῦ νῦν Ἀπελλῆς, ποῦ λάλων Δημοσθένης,
Ὅπως ὁ μέν σου σωματώσας τοὺς πόνους,
Ὁ δ' αὖ τὰ νεῦρα τῶν λογισμῶν ἁρμόσας,
Ἔμπνουν ἀναστήσωσι τὴν σὴν εἰκόνα;
Ὁ Σκηπίων σίγησον· ἐγράφη νόμος·
Τοὺς Σκηπιῶντας Ἡρακλείωνας λέγειν.
Κοινὸν τὸ δόγμα· Νῦν ἀκινδύνως μόνον
Ἔξεστι δούλοις νομοθετεῖν πρὸς Δεσπότας.
Κύρωσον, ὦ Κράτιστε, τὸν νόμον τύπῳ.

Ἔχεις

Naſum cogitur vocare ad oris officium.
Non arbores gravantur mortuorum pondere;
Integrae conſtant ſingulis membrorum iuncturae,
Nemo pedes, manuſque mutilus deprimit colla,
Nemo ad compenſandam ex adverſo calamitatem
Manu utitur ad officia pedum adiutrice.
At caelum, terra, ignis, aqua, aër, nebulae,
Omniſque rerum, quae ſurſum, & deorſum ſunt,
Ratio, Dei nobiſcum ſcammata concelebra:
Cecidit unus, & omnes ſunt ſervati.
Nunc rutilantem Choſroes Luciferum
Sentit eſſe obſcurum, eique ſunt errantia
Non ſolum ſeptem, ut aiunt, aſtra, ſed omnia.
Nunc omnia illa demiſſus in Tartarum
Tenebricoſas videt neceſſario veſperas:
Atque a ſpe deiectus in ipſis poſita,
Quae vivus adorabat, exſecratur mortuus.
Ubi nunc ſemper mendacium Magorum delitia,
Ubi deducta ab aſtris orgiorum ſcammata?
Quotus quiſque extincti Choſroae notavit dies,
Pro certo ſtatuit moriturum lapſu temporis:
At illum nati furor homicidam ſuſtulit.
Homere, priſcum illum nuſquam Herculem
Deum vocare oſcitanter praeſumpſeris.
Ecquid enim boni vitae ſocietati adtulit
Aper mactatus, aut ſuffocatus leo?
Hunc admirare potius, velut unum inter homines
Mundi liberatorem, verius dicendum Herculem.
Hic uſque ad portas penetravit Inferi;
Rabiem compreſſit canis omnia devorantis;
Alceſtem excitavit, ibi commorantem;
Draconem occidit crudeliſſimum;
Hydram proſtravit multorum capitum peſtem;
Deſtercoravit vitam fluentem ſordibus;
Leonem ſuffocavit mundi corruptorem:
Et nunc vere opus conſummavit Hercules,
Aureis decerptis malis, ideſt urbibus.
Diſceſſit terra caliginoſae noctis;
Lux eſt ſubinducta, & diſiectae ſunt tenebrae:
Et iam altera inſtauratur vita,
Et mundus alter, & nova creatura.
Atque iſte novae terrae novus Noe
Arcam ſibi eſſe ſenſit ſuum cor.
Totam ille intus includens naturam
Emiſit ipſam in armatas acies
A Choſroae diluvio bene cuſtoditam.
Ut enim ita dicam, omnis caro corrupta erat,
Ex cuiuſcumque generis peccatorum colluvie:
Donec olivae ramo, a quo miſericordia,
Manu ſumpto, ſervavit vitae reliquias.
Ubi nunc Apelles, ubi facundus Demoſthenes,
Ille quidem ut tuos configurans labores,
Hic autem tuae mentis vires exprimens
Spirantem conſtituant tuam imaginem?
Scipio taceto: ſcripta lex eſt:
Scipiades Heraclionae dicuntur.
Commune eſt decretum: nunc ſolum tute
Licet ſervis ſtatuere legem in Deſpotas.
Confirma, o fortiſſime, legem tuo typo.

Tibi

Choſroem in Aſtrologiae augur ſiderum irridet.

Magos, eorumque vaticinia illudit.

Heraclius, ut verus Hercules, fabuloſo Herculi praelatus.

Alter Noe dicitur.

Publico civium decreto Heraclio ſtatua.

...μάρτυρας, ἐκ ἔχεις ὑποψίαν·
...ἀμέτρα μαρτυροῦντα σοι βέλη·
...συνηγόρους ἐμφύτους τὰ τραύματα·
...ς ἀγῶνας εὐφραδεῖς συνηγόρους·
...ς ἀγῶνας εὐγενεῖς ταχυγράφους.
...τὸν νόμον γράψουσιν ὁ γραφῇ νόθῳ.
Ἀλλ' ἐξ ἐρυθρῶν, ὡς πρέπει, γραμμάτων.
Τὸ σὸν γὰρ αἷμα τοῖς γράφουσιν ἀρκέσει.
...λούταρχε σίγα τῶν παραλλήλων γράφων.
Τί πολλὰ κάμνεις, καὶ στρατηγοὺς συλλέγεις;
Τὸν Δεσπότην ἔκφραζε, καὶ γράφεις ὅλως.
Ἤδη γὰρ ὁ Πλούταρχος ἐξάρας θέλων
Τὸν τοῦ Φιλίππου, καὶ πρὸς ὕψος ἁρπάσαι,
Ἔσπευσε δεῖξαι πᾶσιν, ὡς ἐναντίας
Κατεῖχεν αὐτὸν ἀντιπράττουσαι τύχαι·
Οὐκ ἠγνόει γὰρ, δεινὸς ὢν λογογράφος,
Ὡς εἴπερ αὐτὸν εὐτυχοῦντα συγγράφοι,
Δώσει τὸ νικᾶν ἀντ' ἐκείνου τῇ τύχῃ.
Ἀλλ' εἶχεν, ὦ Πλούταρχε, τῆς τύχης πλέον
Ὁ σὸς στρατηγὸς δραστικοὺς τῶν συμμάχους.
Τίς δὲ στρατὸν γέμοντα Περσικοῦ φόβου,
Παρ' οἷς τὸ φεύγειν ἦν ἀκίνδυνος μάχη,
Φύσις τε λοιπὸν ἐξ ἔθους ἐγίνετο,
Ἔπεισεν ὅπλοις, καὶ καθώπλισε λόγοις,
Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς δειλίαν μεθαρμόσας
Εὐτολμίαν ἔδειξε τὴν ἀτολμίαν;
Εἰ μὴ τὸ σὸν φρόνημα, καὶ τὸ σὸν κράτος
Ἤγειρεν αὐτοὺς, ὡς ἀκινήτους λίθους
Τὴν γῆν βαροῦντας τοῖς ἀκάρποις φορτίοις;
Ποῦ τῶν Ἀθηνῶν οἱ πρὸ τούτου ζωγράφοι,
Οἱ τὸν στρατηγὸν Τιμόθεον ἐν μάχαις
Κοιμώμενον γράφοντες, εἶτα τὴν τύχην
Ἐκεῖθεν ἔνθεν ἐνδιδοῦσαν τὰς πόλεις;
Δέον γὰρ αὐτοῖς νῦν ἐναντίως γράφειν,
Τὴν μὲν τύχην σοι πανταχοῦ κοιμωμένην,
Μᾶλλον δὲ τοῖς σοῖς ἀντερίζουσαν πόνοις·
Σὲ δὲ στρατηγὸν διπλοκινδύνου μάχης,
Καὶ πρὸς τύχας καμόντα, καὶ πρὸς βαρβάρους.
Πόθεν μετῆλθεν εἰς βαφὴν ἐναντίαν
Ἡ τῶν τριχῶν σου χρυσομίμητος κόμη;
Ἔβαψεν αὐτὴν ἡ χιὼν τῶν φροντίδων.
Καὶ ποῦ μετέστη τῶν μελῶν ἡ λευκότης;
Πύρωσις αὐτὴν ἀντανῆλεν ἡλίου.
Ἀπαικὼς οὐδὲν, ἀλλ' ὅμως στοχάζομαι,
Ἐν τῷ διαχεῖσθαι τῶν ἱδρῶτας τῶν πόνων
Ἡ λευκότης μετῆλθεν εἰς τὴν καρδίαν.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι πρὸς τυράννους αἱ μάχαι,
Οὓς ἡ παναλκὴς ἐξεπόρθησε κρίσις
Θᾶττον λογισμοῦ, καὶ σχεδὸν πρώτης τύχης,
Εἴπερ τίς ἐστι καὶ τυραννίδος τύχη.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι φροντίδων πολυτρόπων
Ἐμφυλίων τε, καὶ ξένων, καὶ βαρβάρων
Ἄλλαι μετ' ἄλλας συμπλοκαὶ, καὶ συγχύσεις.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι τοῦ στρατοῦ τὰ πράγματα,
Ἀλλ' εἰς τοσαύτην εὐσεβοῦς ἀπληστίας
Ὄρεξιν ἦλθες, ὥστε καὶ τῶν ἐγκάτων
Ἐντὸς παρελθεῖν τῆς ἀθέσμου Περσίδος.
Ποίους στρατηγοὺς, ἢ στρατηγίτας ἔχων,
Ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων βαρβάρων;

Tibi teſtis eſt conſcientia, non eſt ſuſpicio:
Tibi fidem innumerae faciunt ſagittae:
Tibi ſunt inſiti ſuffragatores, vulnera:
Tibi ſunt agones, diſerti patroni:
Tibi ſunt agones nobiles tachigraphi,
Qui legem ſcribent non fictitiis coloribus,
Sed rubricatis, ut eſt conveniens, litteris;
Tuus enim ſanguis ſufficiet ſcribentibus.
Sileas Plutarche parallelorum ſcriptor, (Plutarchus in laudibus Alexandri nimius, & artificioſus ſcriptor.)
Cur undique tanto ſtudio Duces colligis?
Deſpotam eloquere, & de omnibus ſcripſeris.
Iamdiu Plutarchus cum vellet extollere
Filium Philippi, ipſumque in altum eſſerre,
Contendit omnibus oſtendere, quod adverſa
Ei ſemper obſtiterit fortuna.
Non ignorabat enim, ſcriptor cum eſſet callidus,
Quod ſi eum fortunatum ſcriptis tradidiſſet,
Ab ipſo ad fortunam tranſtuliſſet victoriam.
Verum habuit, Plutarche, quod fortunam ſuperat,
Tuus ille Dux commilitones ſtrenuos.
Quis vero exercitum plenum timore Perſico, (Heraclius Alexandro praeſtans.)
(Cui fuga de more erat pugna ſine periculo,
Et mos iam in naturam tranſierat,)
Quis ſuaſit ad arma, & armavit ſermonibus,
Et timore, qui eis inerat, immutato,
In alacritatem convertit ſocordiam?
Quis, niſi tua ſapientia, & tua potentia
Collegit ipſos, qui velut immobiles lapides
Terram gravabant inutili pondere?
Ubi illi veteres Athenienſes pictores, (Cum Duce Timotheo coalatus.)
Qui ducem Timotheum inter praelia
Obdormientem pinxerunt, & prope fortunam
Hinc illinc ipſi tradentem urbes?
Opus enim eis nunc eſſet contra pingere
Fortunam quidem tibi prorſus obdormientem,
Vel potius tuis obſiſtentem laboribus:
Te vero Ducem in duplicis periculi bello
Contra fortunam connitentem, & contra Barbaros.
Unde converſa eſt in colorem contrarium (Heraclii exhauſti labores.)
Capillorum tuorum auro ſimilis coma?
Infecit ipſam nix ſollicitudinum.
Et quo ille abiit membrorum candor?
Subſtulit ipſum Solis adustio.
Adfirmare quidem poſſim, ſed tamen coniicio,
Quod in effundendis inter labores ſudoribus
Totus ille candor ad cor pertranſierit.
Tibi ſatis non fuerunt in tyrannos bella, (Curae ob varia bella.)
Quos omnipotens profligavit iudicium
Cogitatione citius, & prope prima fortuna;
Si qua tamen eſt, vel in tyrannide fortuna.
Tibi ſatis non fuerunt variarum ſollicitudinum
Ex civibus, ex exteris, ex barbaris
Aliae cum aliis implicitae, & mixtae curae:
Tibi ſatis non fuerunt exercitus munia,
Sed in tantam pietatis ſtudio aviditatem
Appetentiamque veniſti, ut etiam in intimas
Partes penetraveris abominandae Perſidos.
Quos vero duces, aut ſtagiritas habens (In bello ſuſ... duces...)
In terram proceſſiſti fortunatorum Barbarorum?

Οὐ τὰς ἀπείρους τῆς ὁδοῦ διαστάσεις
Ὁ σὸς λογισμὸς ἐννοῶν συνεστάλη·
Βλέπων μάλιστα, καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,
Τὸν πλοῦτον, ἐκρεύσαντα πρὸς τοὺς βαρβάρους.
Οὐ μητρὸς οἶκτος πυρσὸν ἔμφυτον πνέων
Ἐπέσχεν ὑμᾶς, οὐ τὰ τέκνα σου τότε
Οἱ ψυχαγωγοὶ μαργαρῖται τοῦ βίου
Στοργῇ δεθέντα ψυχικῇ παρεκράτουν.
Οὐκ εὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους,
Οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπεσούσας τύχας,
Εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας·
Ἀλλ' ὡς ἄσαρκος, καὶ μόνος δοκῶν ἔχειν
Ἢ σῶμα χαλκοῦν, ἢ σιδηρᾶν καρδίαν,
Ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίσω πάλιν
Εἷς ἀντὶ πάντων· ὦ φιλάνθρωπος ζέσις
Πάσης ἀνάγκης δραστικῆς ὑπερτέρα.
Ποίαν στρατηγὲ χειρὸς ἔκτασιν φέρων,
Ποίαν δὲ μέχρι τῶν νεφῶν εὐθετοῦν βάσιν,
Σεαυτὸν ἐξέτεινας, ὥστε σε φθάσαι,
Καὶ τὴν πρὸς ἄκρον ὑψωμένην τύχην
Τοῦ πυρσολάτρου Χοσρόου καταστρέψαι;
Ἢ δῆλον, ὡς ἡ χεὶρ μὲν ἐκ τῶν ἰκμάδων
Τῆς εὐσεβείας εὐκόλως ἐτείνετο·
Πέτρα δέ σοι τις οὐρανῶν ὑπερτέρα
Ὁ Χριστὸς ἐγγὺς εἰς βάσιν παρίστατο.
Δι' οὗ τὸν ἐχθρὸν ἐν κακοῖς ἐπηρμένον
Ἐκ τῶν νεφῶν καθεῖλες ἐν τῷ Ταρτάρῳ.
Ποίαν παρῆλθες μὴ τεθλιμμένος τρίβον
Τῆς γῆς ἁπάσης δυσσεβῶς πεφλεγμένης;
Τὸ πῦρ γὰρ εἰκῇ προσκυνῶν ὁ Χοσρόης,
Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.
Πῶς οὖν παρῆλθες τὰς ἐρήμους, ὡς πόλεις;
Εἰ μὴ δι' αὐτῆς τῆς νοουμένης πύλης
Ἐλθὼν ἐδείχθης ἀπλανὴς ὁδοιπόρος.
Ὢ νῦν ἀληθῆ δεικνύων τὴν πορφύραν·
Πορφύρεται γὰρ εἰς βαφὴν αἰωνίαν
Ἱδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἡμαγμένη.
Μένει δὲ λευκή, καίπερ οὖσα πορφύρα,
Καὶ τῇ νέᾳ στίλβουσα καλλιεργίᾳ,
Ὅσον φορεῖται, μειζόνως λαμπρύνεται.
Χαῖρε στρατηγὲ κοσμικοῦ γενεθλίου·
Τὸν σὸν γὰρ ἆθλον πᾶσα χώρα, καὶ πόλις
Ἔμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενέθλιον.
Τὸν πενταπλοῦν εἰς ἄκρον ἤνυσας δρόμον
Ἱδρῶν, ἐλαύνων, ἀντεγείρων, συντρέχων,
Ἕως καθεῖλες τὸν ἀποβάτην Χοσρόην.
Κατεπλάγησαν οἱ πρὸ σοῦ διφρηλάται
Ἐν τῇ τοσαύτῃ τοῦ δρόμου παρεκτάσει
Ὁρῶντες ὑμῶν τοὺς τροχοὺς βεβρωκότας.
Καὶ πᾶς ὁ τῆς γῆς δῆμος ἐκ τῶν τεσσάρων
Ὕμνησε πλευρῶν ἐν θεάτρῳ τοῦ βίου.
Κοσμοῦσι πάντες σοῦ φανέντος τὴν πόλιν,
Ἄνθη δὲ συλλέξαντες ἐψυχωμένα,
Στέφουσιν ὑμᾶς ταῖς προσευχαῖς, ὡς ῥόδοις.
Τὰς κοσμικὰς γὰρ ἐξανοίγει σοι θύρας
Ὁ τῶν ἀγώνων βραβευτής, καὶ δεσπότης.
Δι' ὧν προσελθὼν πανταχοῦ νικηφόρος,
Ἔχεις ἄχραντον τὴν ἀφ' ὕψους εἰκόνα.
Οὕτως ἀπλήστως ἐγχυθεὶς πρὸς τοὺς λόγους

Στέργω

Non immenſas itineris diſtantias
Tua mens recogitans contracta eſt:
Praeſertim cum videres, etiam nervos belli,
Divitias defluxiſſe ad Barbaros.
Non matris pietas inſitam flammam excitans *In relinquenda urbe, & ſuis firmus.*
Tum te diſtinuit, non item tui filii,
Pretioſae margaritae, praeſidia vitae,
Etſi vehementi amore devinctum retardarunt,
Non reformidaſti tumultuantes morbos,
Non tibi noſtrum cauſſa obſiſtentem fortunam,
Si mihi fas eſt vocare peccata fortunam.
Sed veluti non conſtares carne, & ſolus haberes,
Aut corpus aeneum, aut cor ferreum,
Diſceſſiſti, unaque ſimul factus es Dux, & miles,
Unus pro omnibus. Oh fervens humanitatis vis
Omni neceſſitate fortiori fortior!
Quales, o Dux, ſupinas ferens manus, *In Deum fiducia.*
Quamque uſque ad nubes protendens baſim
Te ipſum extuliſti, ut praeverteres,
Et ad faſtigium evectam fortunam
Ignicolae Choſroae proſterneres?
At plane conſtat, quod manus a vaporibus
Tuae pietatis facile intendebantur;
Petra vero tibi caelis ſublimior
Aderat prope ad baſim Chriſtus,
Cuius ope inimicum in malis ſuperbientem
A nubibus deieciſti in Tartarum.
Quale perfeciſti non defatigatus iter *In tota Perſide peragranda ſecuritas.*
Per omnem terram impie conflagratam?
Ignem enim, quem temere colebat Choſroes,
Non ad ſervandas, ſed ad urendas res adhibuit.
Quidnam igitur deſerta peragraſti, ut urbes?
Niſi quia per eam, quae mente concipitur, portam
Egreſſus apparuiſti tutus peregrinator.
O vere nunc oſtentans purpuram! *Epinicium.*
Purpuraſcit enim ex immortali colore,
Cum tuis ſudoribus ſit pie cruentata;
Manetque candida, quamvis ſit purpura,
Et novo fulget opere exornata
Nam quo magis uſu teritur, nitet magis.
Salve Dux, per quem mundus renaſcitur;
Tuum enim certamen omnis urbs, & regio
Vitae natalem ſenſit eſſe efficacem.
Quintuplicem perfectiſſime perfeciſti curſum,
Sudans, impellens, incitans, concurrens,
Donec deieciſti armatum Choſroam.
Obſtupuerunt ante te aurigae,
Quod in tanta curſus extenſione
Viderent tuas rotas non eſſe imminutas.
Tum vero omnis mundi natio ex quatuor
Partibus tibi plauſit in theatro vitae.
Omnes ſuam ornant te apparente civitatem,
Et floribus collectis vitalibus,
Coronant te precibus, tamquam roſis.
Tibi enim mundi late portas adaperit
Certaminum arbiter, & dominus,
Ad quae proceſſiſti victor in omnibus
Tenens intactam de ſurſum imaginem.
Sic in ſermones effuſus inexplebiliter

Per

δι᾽ ὑμᾶς τὴν καλὴν ἀπληςίαν.
...τον αὐτῶν, ποῖα συγγράψω μέσα;
...χάτων σε δράξομαι προοιμίων;
...μπλοκὴ γὰρ συγκροτεῖται, καὶ μάχη
τῶν ἀγώνων τῶν ὁμοῦ μεμιγμένων.
...α μίξις ὥσπερ γίνεταί μοι, καὶ στάσις,
...ὥσπερ ῥεόντων τῶν ποταμῶν τῶν ὀμβρίων,
Ὁ πόντιος ῥοῦς ἵσταται μεμιγμένος.
Οὕτω γὰρ ἐκβλύσαντες ἐξ ἑνὸς πόρου
Τῶν σῶν ἱδρώτων οἱ ποταμοὶ μεμιγμένοι
Ὠθοῦσι, καὶ σφύζουσιν, ὥσπερ ἐκ βίας
Ἄλλος τῶν ἄλλων ἐκδραμεῖν ἠπειγμένοι,
Καὶ ταῖς ἀβύσσοις ἐντεθῆναι τῶν λόγων.
Κἄν πού τις αὐτῶν ὥσπερ ἐμβριθέστερος
Τάχει προσκύψῃ πρὸς τὸν ἄλλον, εὐθέως
Ὁ νοῦς μεταστὰς ἡδέως μερίζεται·
Ὡς ἐξ ἀνάγκης λοιπὸν ἐστενωμένος
Εἴργειν ἑαυτοῖς τὴν φορὰν τῆς ἐξόδου,
Ἕως ὁ σὸς νοῦς, καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
Λύσῃ τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.
Ὅμως ἀπλώσας ῥιψοκινδύνῳ θράσει
Τὸν νοῦν, ἐπ᾽ αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

Per te tam pulchram inexplebilitatem proſequor. Piſidas in Heraclii geſtis laudandis deficit.
At quid primum dicam, quae ſcribam in medio?
An ex ultimis tuis ſumam initium?
Hinc enim inde conflatur conflictus, & pugna
Ex tui agonibus una ſimul commixtis:
Ac mihi quaedam veluti cietur turba, & ſeditio,
Sicuti ex fluentibus imbre adauctis fluviis
Maris unda remanet immixta.
Ita enim educti ex una ſcaturigine
Sudorum tuorum fluvii permixti
Subſilientes inſtant, tamquam ex impete
Alius poſt alium adactû currere,
Et in abyſſos ſermonum ſcribentes trudere.
Ac ſi quis forte ex ipſis magis contento
Curſu incumbit in alterum, repente
Mens abrepta dulciter dividitur,
Ut ex neceſſitate demum preſſa anguſtiis
Inhibeat omnibus exitus vias.
Donec tua mens, & os tuum fontis inſtar perenne
Solvat tanta ſermonum impedimenta,
At nunc audaci, & exporrecta impavidus
Mente, natare ipſa inter geſta inſtituo.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Β᾽ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Ῥώμη δίκαζε τὴν ἰσόρροπον κρίσιν,
Πολλῶν στρατηγῶν εὐπορήσασα φράσειν·
Ποίῳ δοκεῖ σοι συμβαλεῖν τὸν Δεσπότην;
Μόνος τετάχθω, φησὶν, οὐκ ἔχων ἴσον.
Ἤδη μὲν οὖν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος
Τὸ πῦρ ὁ Φωκᾶς, ἡ καταιγὶς, ἡ μέθη,
Ὁ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς συμφορῶν πρωτεργάτης,
Ἡ τῶν ἐν ὕπνοις φασμάτων τιμωρία·
Ὁ τὰς καθ᾽ ἡμᾶς αἱματώδεις ἐκχύσεις
Ἔχειν νομίζων εἰς ξυστάθλιον κράτος·
Τῆς γῆς τὸ κῆτος, τὸ πρόσωπον γοργόνος.
Οὐχ εἷλες αὐτὸς, ὡς ὁ Περσέως πλάνος,
Ἀλλ᾽ ἀντιτάξας τῷ φθορεῖ τῶν παρθένων
Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς ἀχράντου Παρθένου·
Αὐτῆς γὰρ εἶχες τὴν βοηθὸν εἰκόνα,
Ὅτε προσῆλθες τῇ βορᾷ τοῦ θηρίου·
Καθεῖλες αὐτὸν, οὐ κρεμασθεῖσαν κόρην
Μίαν σεσωκὼς, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὅλας.
Τοιοῦτον οὐκ ἦν, κἂν ψευδῶς τις λέγοι,
Τὸ πρὶν φονευθὲν κῆτος ἐξ Ἡρακλέους.
Οἷον καθεῖλεν Ἡρακλῆς ὁ Δεσπότης
Κῆτος, Τύραννον, οὐ μίαν φθεῖρον πόλιν,
Ἀλλ᾽ ἐκθερίζον τὴν πολιτείαν ὅλην.
Πλὴν μισθὸς ὑμῖν ἔστιν εὐτρεπισμένος·
Οὐ μῦθος ἵππος τῆς φθορᾶς ἀνώτερος.
Μῦθος γὰρ ἐστὶ, καὶ κεχρυσωμένος ψόφος.
Εἰ μή τις, ὡς σὺ, γνωστικοὺς ἔχων τόνους
Ἀλληγορήσει τὴν σποράν τῶν ἀρσένων,
Ἄφθαρτον εἶναι τῇ μεταδόσει τοῦ γένους·
Ἄλλου μετ᾽ ἄλλου ζωπυροῦντος τὴν φύσιν.
Οὐχ οὗτος ὑμῖν, μηδὲ τοιοῦτον λάβοις
Μισθὸν δι᾽ ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ὀχήματος τύχοις
Ζωῆς τρεχούσης εἰς ὁδοὺς ἀφθαρσίας.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τοῦ δήμου θράση

Συνεκρα-

INCIPIT SECUNDA ACROASIS.

Roma diiudica aequa lance iudicium:
Quae tot abundaſti ducibus eloquere,
Cui tibi videtur comparandus Deſpota?
Solus ponatur, inquit, non habens aequalem.
Iamiam extinctus erat tyrannidis Phocae interitus.
Ille ignis, Phocas, ille turbo, illa temulentia,
Noſtrarum primus calamitatum artifex,
De viſis inter ſomniandum carnifex:
Qui noſtri ſanguinis effuſiones
In ſua rebatur eſſe miſerrima poteſtate:
Illud terrae cete, illa facies Gorgonis.
Non tu illum occidiſti, ut de Perſeo eſt fabula,
Sed obiceiſti corruptori virginum,
Tremendam effigiem intemeratae Virginis.
Eius enim habuiſti adiutricem imaginem,
Quando occurriſti voracitati belluae:
Ipſum occidiſti, neque appenſam puellam
Unam ſervaſti, ſed civitates univerſas.
Tale non fuit, quamvis fuiſſe quis dixerit,
Cete, quod iamdiu maſtatum fuit ab Hercule; Idem ob crudelitatem ceto comparatur.
Quale occidit Hercules Deſpota
Cete in Tyranno, non unam corrumpens urbem,
Sed totam late evertens rempublicam.
Atqui praemium tibi eſt paratum,
Non fabuloſus equus corruptioni non obnoxius.
Fabula haec enim eſt, & canorae nugae;
Niſi quis forte, ut tu, mentis intendens aciem,
Hoc ita interpretetur: virile ſemen
Incorruptibile eſſe in transfuſione generis
Altero alterius reintegrante naturam.
Non hoc tibi praemium, neque talem accipis
Mercedem pro nobis, ſed currum adſequeris
Vitae currentis in viam immortalitatis.
Audax iam tandem ingenium populi Heraclius diſcordias ſ...

Abre-

Συνεξαρπέντα τῦ Τυράννε τῇ μέθῃ
Ἔνοικον εἶχε τῶν μελῶν ἀταξίαν.
Σχεδὸν δὲ πάντας τὲς πολίτας ἡ πόλις
Πεφυρμένες ὤδινε κενταύροις δίκην·
Τετμημένοι γὰρ, καὶ κακῶς μεμιγμένοι
Περὶ τὰς ἑαυτῶν ἠχολεῦντο συγχύσεις,
Ἰατρὸς ἐλθὼν κυρίως γαληνίας,
Καὶ τὰς ἀτάκτες ψηλαφῶν ἀρτηρίας,
Σφύζεσαν αὐτὸς ἐ παρῆδες τὴν νόσον,
Καὶ τμητικῇ μὲν ἐδαμῶς διαιρέσει,
Οὐδ᾽ αὖγε τοῖς ςύφεσιν ἐχρήσω τόνοις,
Μαλακτικῷ δὲ, καὶ λαλῦντι φαρμάκῳ
Ἔπεισας αὐτὲς ἐκ μόνης εὐταξίας
Τὸ θηριῶδες τῦτο μὴ νοσεῖν πάθος·
Ἄνω δὲ μᾶλλον τὴν λογικὴν ἔχει φύσιν,
Κάτω δὲ ῥίψαι, καὶ καλῶς ἐκλακτίσαι
Τὸ κτηνόμορφον τῆς ἀταξίας τέρας,
Μήπως ἐξαρπᾶσα τῆς τετριμμένης
Ἡ φατνιῶσα τῶν φρενῶν ἀταξία,
Τὸν νῦν ἑαυτῇ συμπλανώμενον λάβῃ.
Οὕτως ἄριστα τὲς διεςῶτας τρόπες
Τῶν δημαγωγῶν συμβιβάζεις ταγμάτων,
Καὶ σύνθετόν τι ζῶον ἐξ ἐναντίων
Συνθεὶς λογισμοῖς εἰς ἕνωσιν ἥρμοσας.
Καὶ τὲς ἀποσκιρτῶντας ἀλλήλων τρόπες
Εἰς ἓν συνάψας, καὶ κατορθώσας μόνος,
Ὃ μὴ κατορθῦν ηὐπόρησεν ἡ φύσις.
Τῦτο θέλοντες τῷ μεγίςῳ πράγματι
Μνήμην συνάψαι συμφερόντως ἡ πόλις·
Γράφεσιν ἡμῖν τῇ κάτωθεν εἰκόνι·
Εἰς τὴν ἄνω γὰρ ἄλλον εἶχες ζωγράφον.
Ἐπεὶ δὲ πάντας, οἰκοδεσπότε δίκην,
Τὲς ἔνδον ἡμῶν ἐξεχείρωσας τόπες,
Καὶ τὰς ἐνοίκες τῶν παθημάτων φλέβας
Τῷ σῷ κενώσας εὐσεβεῖ καθαρσίῳ
Τῆς ἔνδον ὠμότητος εἶρξας τὴν βλάβην.
Ἐκτὸς δὲ λοιπὸν, καὶ τὰ τῆς Θράκης νέφη
Χειμῶνας ὑμῖν ἐξανέςησε μάχης·
Καὶ πῆ μὲν ἡ Χάρυβδις ἡ Σκυθοτρόφος
Σιγᾶν δοκῦσα, λῃςρικῶς ὡδοςάτει·
Πῆ δ᾽ αὖ συνεκθέοντες οἱ Σκλάβοι λύκοι
Τῇ γῇ συνῆπτον τῆς θαλάττης τὸν σάλον,
Καὶ τοῖς παρ᾽ αὐτῶν αἵμασι πεφυρμένος
Ὁ ῥῦς ἐρυθρὸς ἐκ βίας ἐγίνετο.
Κἀκεῖθεν ὥσπερ ἀντερίζεσα πλέον
Ἀντιπρόσωπος ἡ δυσάντητος θέα
Τῆς γοργότος προσῆκτο τῆς τῦ Περσέως.
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἦν ὁμῦ πεφυρμένος,
Σὲ δὲ ςρατηγεῖν ἦν ἀνάγκη τῆς μάχης
Τυχὸν μὲν ἄλλος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει
Οὐκ ἂν κυβερνᾶν ῥαδίως ἠνέχετο.
Ὑμῖν δὲ δόξαν, ὥςε πᾶν τὸ φορτίον
Εἴπερ δυνηθῇς ἀντὶ πάντων βαςάσαι,
Ἀπηγόρευσας τῶν σεαυτῦ φροντίδων,
Καὶ σὰς ἐποίει τὰς ἁπάντων φροντίδας.
Καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντείνας θέλων,
Βαλεῖν τε τὴν Χάρυβδιν εἰς τὴν Γοργόνα
Τὴν πετροποιὸν τῶν θεατῶν εἰκόνα
Στραφεὶς ἐπέσχες τὴν βολὴν ἠγκυλμένην.

Abreptum a Tyranni temulentis
Domeſticis aſſueverat membrorum diſſenſionibus:
Et iam prope omnes cives civitas
Deformatos pariebat, Centauris ſimiles;
Diviſi enim, & male inter ſe commixti
Suis vacabant fovendis confuſionibus.
Cum tu Medicus accedens, verus Galenus,
Atque inordinatas attrectans arterias,
Micantem intus morbum non neglexiſti:
At numquam ſectionibus, amputationibuſque,
Nec item adſtringentibus uſus es remediis.
Sed emollienti eloquii pharmaco
Perſuaſum eis feciſti, ex bono tantum ordine
Hanc belluinam non nocere infirmitatem;
Et quo magis ſuperne rationalem habet naturam
Magis inferius deicere, & bene calcitrare
Pecudiforme diſſenſionis monſtrum,
Timendumque, ne aberrans a trita via,
Quae circum praecordia ſtabulatur diſcordia
Mentem ſecum ipſa tandem in errorem trahat.
Sic optima ratione diſcordes ſententias
Inter primores ordinum concilias,
Et mixtum quoddam animal ex contrariis
Formans conſiliis ad unitatem adducis.
Sic diſſentientium invicem ingenia
In unum contraxiſti, & ſolus emendaſti,
Quod emendare non quiſſet natura.
Volentes pro tali opere maximo
Memoriam ponere convenienter cives
Tuam nobis hic deorſum pingunt imaginem.
Surſum enim habuiſti pictorem alterum.
Poſtquam autem noſtra, ut paterfamilias,
Rimatus intus emundaſti viſcera,
Et domeſticis imbutas morbis venas
Tua evacuaſti piiſſima purgatione,
Inteſtinae cruditatis coërcitis damnis.
Tum extra obortae ex Thracia nebulae
Procellas tibi ſuſcitarunt belli:
Et qua Charybdis Scytharum altrix
Tacere ſimulans graſſabatur clanculum;
Qua vero turmatim ruentes Sclavi, ut lupi,
Una ſimul terram miſcebant, & mare;
Ac ex ipſorum ſanguine contaminata
Unda vim paſſa fiebat rubra.
Procul autem, tamquam ad pugnandum aemula
Nobis contra truculentior aſpectu
Gorgon eſt obiecta Gorgone Perſei.
Et iam univerſus orbis erat conturbatus:
Te vero ad bellum exire erat neceſſitas.
Alter fortaſſe in tanta rerum confuſione
Haud facile hoc totum gubernare valuiſſet.
Tibi vero viſum, quod totius oneris ſarcinam
Quam belle poſſes geſtare pro omnibus.
Tum valedicto tuis ſollicitudinibus
Tuas effeciſti omnium ſollicitudines.
Ac ſaepe telum cum velles intendere,
Et Charybdim in Gorgonem immittere,
Imaginem vertentem ſpectatores in lapides,
Converſus cohibuiſti contortum iaculum.

Ob civiles motus ſedatos publica imago ei ſtatuitur.

Externa bella in Heraclium parata.

Heraclii contra multiplices hoſtes magnanimitas.

Καὶ

Quippe

... κατ' αὐτῆς ἀντιβάλλοντες βέλος
...κον ὑμᾶς οἱ φιλάρπαγες λύκοι.
... δὲ μικροῦ συγκροτῶν ἑκατέρως
... κατ' αὐτῶν τρισεπικίνδυνον μάχην.
... δὲ ταῦτα τῆς ἀνάγκης τὰ ξίφη
...ναῖς καθ' ἡμῶν προσβολαῖς τεθηγμένα
Ταῖς σαῖς μερίμναις ἐν βραχεῖ διῃρέθη·
Χειμὼν δὲ λοιπὸν οὐ μόνον τῶν πραγμάτων,
Καὶ τῆς φορᾶς δὲ τοῦ χρόνου κατεκράτει,
Ἐν ᾧ μάλιστα ταῖς μερίμναις εἰσόδους
Τῆς νυκτὸς ἐνδιδοῦσιν αἱ παρατάσεις.
Γνώμης ἐγένου τὰς ἀπ' ἄκρου ἡλίου,
Ὡς ἂν ἐφικτὸν, ἐκτεμεῖν περιστάσεις.
Πηγὴν γὰρ ᾔδεις τῶν κακῶν τὴν Περσίδα.
Καὶ δὴ τὸ πρᾶγμα σχηματίζων ἐπλάσω
Σαυτὸν προσάγειν τοῖς προαστείοις τόποις,
Οὐχ ὡς τὶ τερπνὸν, καὶ μάλιστα τοῦ χρόνου
Χειμῶνος ὄντος, ἐντρυφᾶν εἰθισμένος·
Ἀλλ' ὥστε τοῖς σοῖς μηδαμῶς βουλεύμασι
Τὰ τῶν πολιτῶν συμπλέκεσθαι πράγματα,
Μή δ' αὖ γενέσθαι βλαπτικοῖς κατασκόποις,
Ἔκδηλα τῶν σῶν σκεμμάτων τὰ δόγματα.
Καλύπτεται γὰρ, ὡς νέφει, κατάσκοπος,
Ὄχλῳ παρεισδὺς, καὶ δυσεύρετος μένει.
Ἐκεῖσε γοῦν, Κράτιστε, συλλέγων ὅλον
Τὸν νοῦν σεαυτοῦ, καὶ σχολῇ σοφῇ τρέφων,
Πάσας ἀνέγνως διατάξεις τῶν νόμων
Τὰς ἐξ ὅπλων, καὶ πραγμάτων ὡρισμένας·
Ἀλλ' ἦν τὰ κρυπτὰ τοῦ σκοποῦ σου δόγματα
Λόγων ἀφορμαὶ, τῶν λαλεῖν εἰθισμένων,
Παρ' οἷς ὀλισθήσασα τῆς ἔσω θύρας
Ἡ γλῶττα φεύγει· καὶ βοᾷ πλανωμένως.
Ὅμως συνῆδες ταῦτα συγγνώμην ἔχειν·
Ἔδοξε γάρ πως ἐξ ἀνάγκης εὐλόγου,
Τοῦ πρὸς σὲ φίλτρου δυσφορεῖν ἡ κοινότης·
Οὐκ ἐκ φθόνου τὴν γλῶτταν ἠκονημένοι.
Ταῖς βασκάνοις γὰρ οὐ φθονοῦνται φροντίδες·
Ἀλλ' οὐ στέγοντες τὴν ἀπουσίαν βλέπειν,
Κἂν πολλάκις τυχῶσιν ὠφελημένοι.
Ἐνταῦθα τὸν πρὶν Ἠλίαν μιμούμενος,
Καὶ ταῖς ἐρήμοις ἐμβατεύων ἐτρέφου
Οὐ βρῶσιν, ὡς ἔδειξας, ἀλλὰ φροντίδας·
Οὐκ ἦν γὰρ ἔργον μαχίμων συνταγμάτων,
Ὃ μὴ μετῆλθε τῇ σχολῇ τῶν σκεμμάτων·
Τυπῶν, προστάττων, ἐντριβίζων, προγράφων,
Καὶ σχηματουργῶν τῆς μάχης τὰς εἰκόνας
Ἄλλοις, σεαυτῷ, τῷ στρατῷ, τοῖς ἔθνεσιν,
Ὡς ἄν τις εἴπῃ περιβαλὼν ἐν συντόμῳ,
Πρὸ τῶν ἀγώνων τοὺς ἀγῶνας συλλέγων,
Καὶ τὴν νίκην δρῶν ἐντελῶς πρὸ τῆς μάχης.
Ἄλλοι μὲν οὖν γράψουσιν, οἷς δοκεῖ φίλον,
Ὄρη, φάραγγας, καὶ στενὰς διεξόδους,
Καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς, καὶ δυσβάτους,
Δι' ὧν παρῆλθες, ὡς πνοὴ ταχύδρομος,
Ἃς οὔτε πέτραις ἐκ βολῶν ἀφιγμέναις
Ἔνεστι βάλλειν, οὔτε μὴν ὀρύγμασι
Τὴν γῆν ὑπορύξαντας ἑλκῦσαι κάτω.
Ἀλλ' εἰσὶ τείχη τοῖς ἐναντίοις ὄρη,
Τὰς κλεῖς ἔχοντα τῆς ὁδοῦ πεφραγμένας.

Ἤδη

Quippe in ipſam mittentes alia ex parte ſpicula
Te retraxerunt lupi rapaciſſimi:
Ac brevi futurum haec animo verſans dixiſti
Unum in ipſos bellum, ſed triplicis periculi.
Itaque poſtquam tot furentes gladii
In nos uno impetu facto conſtricti
Tua cura ſunt celeriter diviſi; *In conſiliis hoſtibus diviſis ſoleris.*
Iam tandem hiems non operas tantummodo,
Sed etiam curſum contrahebat temporis.
Tempus erat, quo potiſſimum curis introitum
Noctis praebent longae extenſiones.
Tum cogitaſti, ut inſtantes ab ultimo Oriente,
Quantum fieri poſſet, calamitates averteres;
Fontem enim malorum ſciebas eſſe Perſidem.
Et iam rem animo molitus ſimulaſti *Bellum contra Perſas parturus ſecedit in ſuburbia.*
Teipſum conferre in ſuburbia.
Non ut qui deliciis, cum praeſertim tempus
Inſtat hibernum, in more habent diffluere:
Sed ne tuis ullatenus conſiliis
Civium interniſcerentur negotia,
Neque fieret pernicioſis ſpeculatoribus
Aperta tuarum cogitationum voluntas.
Abſconditur enim, velut nube, explorator
Clam turbae immixtus, & inventu eſt difficilis.
Ibi igitur totam colligens, o fortiſſime, *Suum tegit conſilium, ne per ſpeculatores innoteſcat.*
Tuam mentem, & otio ſapienti nutriens,
Omnes relegiſti conſtitutiones legum
Circa res bellicas, & civiles praefinitas.
Sed ex occultis tuae mentis conſiliis
Loquendi occaſio capta eſt a garrulis,
Queis lubrica extra ſeptum dentium
Effugit lingua, & falſa garriens clamitat.
Attamen noſti haec eſſe digna venia;
Viſi enim ſunt iuſte, & neceſſario
Ob quoddam in te philtrum id aegre ferre cives,
Non autem ex invidia linguam acuere,
Invidi enim curis non invident.
Sed quod nequirent tuam abſentiam ferre,
Quamvis ſaepe tuam opem eſſent experti.
Tu priſcum interea imitatus Eliam,
Atque in eremis degens veſcebaris *Quaecumque bello ſunt neceſſaria, providet, curat, componit.*
Non cibo, ut videbaris, ſed curis,
(Nulla enim erat res bello parando neceſſaria,
Quae non occuparet tuae mentis oſtium:)
Formans, diſponens, apparans, deſcribens,
Et repraeſentans varias belli imagines,
Tibi, atque aliis, militibus, & gentibus,
Atque, ut quis omnia complectens dixerit,
Ante praelia recenſens praelia,
Et ante pugnam referens plenam victoriam.
At ſcribent alii, queis haec ſunt cordi, *Piſidas praetermittit plurima.*
Montes, & valles, & anguſtos exitus,
Et ſcopuloſos vertices, & impervios,
Quos pertranſiſti, ut ſpiritus celerrimus,
Quoſque nec ſaxis baliſtis immiſſis
Fas eſt oppugnare, neque item foveis
Subtus humi effoſſis proſternere.
Ita plane: montes ſunt hoſtibus moenia:
Fauces tenent itineris praeſtrictas.

Atque

Ἠβουλόμην δὲ καίπερ ὢν βραδυγράφος
Τὴν συλλογήν σου τῶν στρατευμάτων γράφειν,
Τὴν εἰς ἅπαν γῆς ἐσκεδασμένην μέρος,
Βουλαῖς δὲ ταῖς σαῖς ἐν βραχεῖ συνηγμένην.
Ὅσοι γὰρ αὐτοὺς ἦγον ἑλκτικοὶ λόγοι,
Ὡς εἴ τις ἄλλος ἐκ μιᾶς ὑδραργύρου
Σύρει τὰ χρυσᾶ συλλέγων ἀπαράγματα.
Πλὴν ταῦτα σιγῶν, καὶ τὸν Εὐφράτου πόρον,
Δι' οὗ τρέχων παρῆλθες Εὐφράτην πλέον,
Τὴν δραστικήν, καὶ μετ' ἔργων ἐμπόνων,
Ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τοῦ δ' ὁ βίος·
Εἴγε προσῆκε συμφορᾷ παρεικάσαι,
Τὴν εὐσεβοῦντι Δεσπότῃ πορθουμένην,
Ἢ δυσσεβοῦντι Χοσρόῃ σεσωσμένην·
Ἤδη πρόσειμι τῇ Δαραρτάσει πόλει,
Ταύτην δὲ φασὶ Περσικῶν ἑρισμάτων
Εἶναι Βορείαν, τὴν δὲ πρὸς Νότον θέσιν,
Ὅσον πρὸς ἡμᾶς, ἀντικειμένως ἔχειν·
Καὶ τὸν κατ' αὐτῆς ἐν βραχεῖ παραδρόμῳ
Καμπτῆρα τῷ τρέχοντι μορφώσω λόγῳ.
Τὸν Ἀρτασίρ γὰρ δοῦλον ὄντα τὴν τύχην,
Τυραννικῷ λέγουσι, καὶ θρασεῖ ξίφει
Πάρθους ἀποστήσαντα τοῦ τότε κράτους
Εἰς αἰχμάλωτον, ὅνπερ ἥρπασε θρόνον,
Ἀντιθρονίζειν ἐν κακοῖς τὴν Περσίδα.
Χρόνους δὲ συλλέγουσιν, ὡς φασί, δέκα
Σὺν ἓξ διεκδραμόντας ἑξηκοντάσι·
Ἐν οἷς τὸ πικρὸν τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
Ἐξ αἱμάτων ὤδινεν αἱμάτων γόνον.
Ἐν γὰρ τοσαύτῃ τοῦ χρόνου παρεντάσει
Ἐναλλαγὴν οὐκ ἔσχε τῆς μιαιφόνου
Σειρᾶς ἐκείνης ὁ δυσέκλυτος δέσις.
Ἀλλ' ἐκ τέκνων εἰς τέκνα συμμετεπλάκη
Ὁ δεσμὸς οὗτος ἐμφραγαῖς πεφυρμένος.
Καὶ πᾶς παρ' αὐτοῖς δυσμενὴς βροτοκτόνος
Ἔσπειρε τέκνον εἰς γονὴν πατροκτόνον·
Κἀκεῖνος αὖθις, ὡς ἐχίδνης οὐσίαν,
Τὸν κλῆρον ἀντέπεμψεν εἰς τοὺς ἐγγόνους·
Καὶ ῥοῦς ἐχεῖτο τῶν φόνων ἐπίρρεων,
Ἕως πλατυνθεὶς εἰς ἀμέτρητον χύσιν.
Ἔστηκεν εὐθὺς εἰς βυθὸν τὸν Χοσρόην,
Ἔδει γάρ, οἶμαι, τῆς Ἰοκάστης τὸν βίον
Ζηλοῦντας αὐτοὺς τῷ παραλλήλῳ φθόνῳ
Πρὸς τὰς ὁμοίας συμφορὰς ἀνατρέχειν.
Ἐκεῖνος οὖν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν
Εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ἀπόρθητον τόπον,
Ὡς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἁμαρτίας.
Ἐκεῖ γὰρ εἶχε Χοσρόης καὶ τοὺς Μάγους,
Καὶ τοὺς ἑαυτοῦ προστάτας τοὺς ἄνθρακας,
Δεινῇ κρατηθεὶς εἰκότως ὑποψίᾳ,
Μὴ τοὺς σεβαστοὺς αἰχμαλώτους ἁρπάσῃς·
Ἀλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ὥσπερ ἀστραπῆς τάχος,
Καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς χρηματουργήσας φόβον·
Φόνον γὰρ αὐτὸς οὐδὲ βαρβάρων θέλεις,
Εἰ μὴ καθ' αὐτῶν ἐσπάσαντο τὰ ξίφη·
Στήσας τε πολλὰς μηχανὰς τῶν ὀργάνων,
Κριούς, χελώνας, πετροπόμπους σφενδόνας,
Φράξας τε τὴν φάλαγγα τῷ τείχει νέῳ.
Τὸ τεῖχος αὐτῶν ἐμπεριεκλείσας ὅλον,

Ἀταρ-

Atque hic ego vellem, quamvis rudis ſcriptor,
Ut exercitum collegeris deſcribere,
Et ut in omnem terrae partem diſperſum
Tuis conſiliis in unum ſtatim contraxeris;
Ita enim ipſos coegit tua conciliatrix oratio,
Ut ſiquis alter unius ope hydrargyri
Auri ramenta contrahens colligat.
Sed haec omitto, atque Euphratis tranſitum
Quem traiecisti ipſo Euphrate citius,
Illamque magnam, quae poſt labores improbos,
Velut in parergo vitae, obrigit calamitas:
Si tamen licet calamitati id conferre,
Quod dicas melius a pio Deſpota eſſe everſum,
Quam ab impio Choſroa ſervatum.
Atque iam accedo ad civitatem Darartaſim,

Darartaſis deſcriptio.

Quam dicunt habito ad Perſica confinia reſpectu
Borealem eſſe, ad Auſtrum vero eſſe ſitam,
Quantum ad nos, atque e regione oppoſitam:
Et brevi in ipſam excurſu deflectens
Gyrum conficiam feſtinante ſermone.
Quippe Artaſerem, qui fuit ſervus origine,

Artaſeris hiſtoria.

Per vim, atque audaciam ferunt ſtricto enſe
Ab eius, cui ſuberant, poteſtate Parthis abductis
Ad ſervilem, quem arripuit, thronum,
Rurſus in malis locaſſe thronum Perſidis.
Annos autem, qui ſupputant, aiunt ſexdecim
Supra ſexaginta iam excurriſſe,
Ex quo crudele huiuſce ſeminis genus
A caedibus in caedes prolem peperit.
In tanto enim temporis ſpatio

Artaſeris ſucceſſores omnes parricidae.

Nullam paſſus eſt vicem ſanguinariae
Huius catenae nexus inſolubilis,
Sed ex natis in natos inſertus eſt ſtrictius
Hic nodus cruentis inquinatus caedibus.
Itaque omnis ex ipſis homicida barbarus
Natum progenuit ſui ſeminis parricidam.
Et ille rurſus, tamquam viperae ſubſtantiam,
Suam tranſmiſit hereditatem ad nepotes.
Atque ita rivus manavit in caedes perennis,
Donec diductus ad immenſam effuſionem
Stetit immiſſus in gurgitem Choſroae.
Oportebat enim, puto, ut qui Iocaſtae vitam
Pari inter ſe ſtudio invidiae aemularentur
In pares calamitates concurrerent.
Ille igitur hanc ipſam urbem condidit

Artaſer urbis Darartaſis conditor.

In modum excelſae turris, loco inexpugnabili,
Tamquam murum, ut apparuit, peccati.
Ibi enim habebat Choſroes & Magos,
Et ſibi adſcitos praeſides carbones:
In fortem adductus, ut par credere, ſuſpicionem,
Ne quos colebat, captivos abduceres.
Tu vero accedens, tamquam vis fulminis,

Heraclius Darartaſim expugnat.

Terrorem ipſis undique repraeſentaſti;
Non enim caedes Barbarorum volebas,
Niſi in te prius gladios conſtringerent.
Eductis autem multis machinarum organis,
Arietibus, teſtudinibus, ſaxa iacientibus fundis,
Et munita phalange novo ſcutorum muro,
Eorum moenia late circumcluſiſti,

Omneſ-

…ς ἴνδον ὅλας ἐκ μόνα φόβω.	Omneſque ſunt intus deprehenſi ſola formidine.
…ν ἐν, Κράτιςε, τὴν σκύλων ὅλων	Hec igitur primum ſpoliis dediſti initium;
…ράκωσας τοὺς Θεοὺς τῆς Περσίδος,	In carbones redegiſti Deos Perſidis,
…ς ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ σου προσφέρων	Acceptas Deo tuo offerens primitias
τὰ προπάππων Χοσρόου κειμήλια.	Avita Choſroae cimelia.
…ους γὰρ αὐτὸς ἔσβεσας τὸν Χοσρόην·	Illos enim extinguens combuſſiſti Choſroam;
Οὐχ ὥσπερ ἐχθρὸς τῆς πυρὸς τῆς οὐσίας,	Non quod ſis hoſtis igneae ſubſtantiae,
Ὅλον γὰρ ἡ πῦρ τῷ Θεῷ συνημμένον·	Omnis enim ignis eſt Deo ſuccenſus;
Ἀλλ' ὡς ἐλευθέραν τε, τὴν σεσωσμένην	Sed quod liberam, & liberatam
Θέλων προσάξαι τῷ Θεῷ καὶ τὴν κτίσιν.	Velles offerre Deo etiam creaturam.
Ἀπηλλάγη γὰρ καὶ τὸ πῦρ μολυσμάτων	Vere enim liberatus eſt ignis a profanationibus;
Τῇ προσκυνήσει μᾶλλον ὑβρισμένον.	Cui adoratio fuerat contumelia;
Ἔχει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,	Et nunc honoris habet loco pulchrum dedecus,
Τῇ σῇ καταρθὲν εὐσεβεῖ καθαιρέσει,	Quod tua ſe ſentiat pia deſtructione purgatum;
Καὶ συμφερόντως δυστυχῆ ἐνήγετο,	Et lucro apponit illatum ſibi damnum,
Καλῶς σβεσθὲν, ἢ κακῶς ἀναμμένον.	Potius bene extinctus, quam male accenſus.
Οὕτως ἐκεῖνο πᾶν τὸ πῦρ κατασβέσας,	Sic totum illum ignem extinxiſti,
Ἀφῆκας οὐδὲν, πλὴν ὅσον λαλῶν ἴδω,	Nil prorſus reliquiſti, niſi, ut ita dicam,
Σπινθῆρα μικρὸν εἰς τὸ φλέξαι Χοσρόην.	Parvam ſcintillam ad comburendum Choſroam.

Pictoris ſtudio ignis templa everſis.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

ADNOTATIONES IN ACROASIM PRIMAM.

Verſ. 1. AD calcem Chronici Paſchalis *p.*398. exſtant litterae ab Heraclio ad Conſtantinopolitanos poſt devictum Choſroam miſſae, in quibus Imperator, quod Deo favente contigerat, narrat, civeſque hortatur, ut pro tam proſpero expeditionis ab ſe ſuſceptae eventu, totos ſe in Dei laudes effundant. Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ .... Ἔπεσε γὰρ ὁ ὑπερήφανος καὶ θεομάχος Χοσρόης. Ἔπεσε, καὶ ἐπτωματίσθη εἰς τὰ καταχθόνια, καὶ ἐξωλοθρεύθη ἐκ τῆς γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ... Ἀπώλετο ὁ ἀσεβὴς μετ' ἤχους. Ἐπέστρεψεν ὁ πόνος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· Καὶ ἐπὶ τὴν κορυφὴν αὐτοῦ κατέβη ἡ ἀδικία αὐτοῦ. *Exſultate Deo omnis terra .... Cecidit enim ſuperbus, & Dei perduellis Choſroes. Cecidit, & praecipitatus eſt ad inferos, & deleta eſt de terra memoria eius .... Periit impius cum ſonitu. Converſus eſt labor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendit.* Pauca haec ex laudatis litteris delibanda cenſuimus, ut cum primis Piſidae ſenariis conferantur.

2. Piſidae ἀστροδούλους hic vocanti Perſas plauderet libentiſſime Thomas Hyde, qui in libro *de Relig. vet. Perſ.* nec ἀστρολάτρας, neque πυρσολάτρας, ſed ἀστροδούλους, & πυρσοδούλους appellandos eſſe contendit; ab omni enim idololatriae ſuſpicione eos liberare ſatagens, δουλείας, non λατρείας, *venerationis*, non *adorationis* ſpecie cultum tantummodo civilem aſtris eos olim praeſtitiſſe, & nunc quoque praeſtare decernit: in quam ſententiam iverunt etiam Prideaux *Hiſt. Iud. tom.* I. *pag.* 215., & Beauſobrius *Hiſt. Manich. tom.* I. *pag.* 173. Verum qui Choſroam ἀστρόδουλον hic appellat, mox *v.* 14. πυρσολάτρην vocabit. Ergone ſibi non conſtat Piſida? Minime vero; ſed fatendum eum δουλείαν a λατρείᾳ non diſtinguere, ac eodem plane ſenſu ἀστρόδουλον, & ἀστρολάτρην accepiſſe; ut qui de Perſarum ſuperſtitione circa aſtra, & ignem neutiquam dubitaret, quod ex iis, quae proxime ſequuntur, abunde patet.

3. Magorum deridet inſaniam, quorum vaticiniis plurimum Choſroes fidebat. Vide *v.*54., *& ſeqq.*

4. Sol, Luna, Ignis, Perſarum fuerunt Numina, de quibus ſaepe in Acroaſibus *de Exped.* dictum eſt. Simile illud Virgilii *Aeneid.* II. 329. de Pantheo Otriade, quem

.... *nec pietas, nec Apollinis infula texit.*

6. Citantur hi tres ſenarii a Suida in *v.* Ἔγγυον. Aemilius Portus legerat in ſecundo Χοσρόου λέγοντος, pro λήγοντος, ac proinde verterat *annuente*, pro *deficiente*. Conſule, quae in fine ſecundae, & in principio tertiae Acroaſeos *de Exped.* adnotavimus, ut intelligas, cur hic Poëta Lunam hortatur, ut mortuo Choſroa in ſuo plenilunio clariſſima reſplendeat.

8. Θεουργεῖν τὴν κτίσιν, *honorem Deo debitum rebus creatis tribuere*; quod qui faciunt veri ſunt idololatrae, ut Perſae, qui bona pace Thomae Hyde, & eorum, qui ſecum ſunt, erant revera ἀστρολάτραι, & πυρσολάτραι.

10. Φόνος, *caedes* puto hic eſſe equorum ſacrificia, quos Perſae Soli immolabant. Vide *de Exped.* I. 24., *& ſeqq.* ibi enim Poëta Perſarum ſtultitiam ſalſe irridet. Hic autem Solem monet, ut a ſanguine victimarum ſe abluens omnibus teſtatum faciat, ſe reſpuere ſacrificia non niſi Deo tantum offerenda.

14. Scite ex Perſarum doctrina. Duo enim erant apud Perſas ſumma numina, Oromazdes, & Arimanius, ſibi invicem contraria, quorum unum erat bonorum, alterum malorum fons, & origo; ut enim Oromazdes lucis, ita Arimanius auctor fuerat tenebrarum. Hinc tantus honor Soli, Luci, & Igni habitus eſt a Perſis, ut ubivis locorum eſſent excitata templa, quae πυρεῖα, vel πυραιθεῖα vocabantur. Intus enim ignis ſuper aras poſitus religioſiſſime colebatur, qui ne umquam extingueretur, maxima erat Magorum cura. Praeſtat legere Bruckeri *Hiſt. crit. Philoſ. tom.* I. *lib.* 2., quo nemo melius Perſarum ſyſtema explicavit. Itaque Piſida ex Perſarum placitis dicit Choſroam a luce, quam adorabat, in tenebras, ideſt in poteſtatem diaboli cecidiſſe, ſi enim ulla fides Arabibus Scriptoribus, Abulfedae teſtimonio apud Pocockium *Spec. hiſt. Arab. pag.* 146. lux eſt Perſis idem ac Deus bonus, & tenebrae diabolus. At Piſida forſan hic carcerem etiam deſignat, in quem Choſroes Siroae filii iuſſu coniectus eſt, quae vocabatur ὁ οἶκος τοῦ σκότου *aedes tenebrarum*, ut narrat Theophanes *pag.* 271., qui, ut alibi monuimus, minime conſentit cum noſtro Iambographo.

15. Perſidem, in qua erant ubique altaria in honorem Ignis exſtructa, fornaci, in quam Daniel eſt iniectus, non illepide adſimilat, ut Danielem alterum fuiſſe demonſtret Heraclium.

16. Daniel *cap.*III. 50. Ὁ δὲ ἄγγελος ἐξετίναξεν τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς καμίνου, καὶ ἐποίησεν τὸ μέσον τῆς καμίνου, ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον, καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ. *Angelus autem Domini excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis &c.*

17. *Ibid.* 48. Καὶ ἐνεπύρισεν, οὓς εὗρεν περὶ τὴν κάμινον τῶν Χαλδαίων. *Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldaeis.*

20. Perſas aequat Chaldaeis, qui a leonibus, quibus obiectus fuerat Daniel, & illaeſus evaſerat, tamquam αἴτιοι τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ devorati ſunt.

22. Choſroam, quem nuper Nabuchodonoſori ob morum feritatem comparavit, nunc ob mentis

tis ſuperbiam, & inſaniam Nembrodo tacitus adſimilat, qui turrim Babel exaedificare inſtituit, ut a Dei poteſtate ſe liberaret: unde ex quorumdam opinione Idololatriae monſtrum ortum habuit. Piſida, ut videtur, Flavium Ioſephum ſequutus eſt, qui *Antiq. Iud. lib.* 1. *cap.* 4. ait, Nembrodum contra Deum tyrannidem affectaſſe, homineſque πρός τε ὕβριν τοῦ Θεοῦ καὶ καταφρόνησιν, *ex contumeliae in Deum, & deſpicientiae* adduxiſſe, ut eis perſuaſerit, ne Deo concederent, eique acceptam referrent ſuam felicitatem. Forſan etiam Nembrodo Choſroes confertur, quia ex Hebraeorum ſententia immanis ille vir primus cultum ignis in Chaldaeam intulit.

23. Heraclius Choſroam fugientem ſequutus, quaecumque templa igni dicata in Perſide invenit, ſolo aequavit; ut copioſe narrat Theophanes a *pag.* 257. ad 275. At Piſida, ut puto, innuit hic Palatium, quod Choſroes habuit Gazaci, & a quo primum ſe cedere coactus eſt. Haec enim fuit prima, & multum ſpectabilis Heraclii victoria, qua fugatis hoſtibus, ut idem Theophanes teſtatur *pag.* 258. Gazacum Orientis civitatem occupavit, ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς, καὶ τὰ χρήματα Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως, καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων, *in qua Ignis erectum templum, divitiae Croeſi Lydorum Regis repoſitae, & carbonum impoſtura recondita*. Cur autem Piſida dicat de Choſroa, καὶ θεὸς φαντάζεται, accipe a Cedreno, qui ex Theophane, aliiſque Scriptoribus Byzantinis ſuam concinnavit hiſtoriam, Is enim *pag.* 412. iiſdem plane verbis, quibus Theophanem uſum eſſe nuper vidimus, ab Heraclio captam Gazacum ait, & deinde ſubiungit: Καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ εὗρε τὸ μυσαρὸν εἴδωλον τοῦ Χοσρόου, τό τε ἐκτύπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ, ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, οἷς ὁ δεισιδαίμων, ὡς θεοῖς ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλους αὐτῷ σκηπτοφόρους περιέστησεν· ἐκεῖθέν τε σταγόνας στάζειν ὡς ὑετοὺς, καὶ ἤχους ὡς βροντὰς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεομάχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνάσατο. *Ingreſſus autem in eam abominandum offendit Choſroae ſimulacrum, & eius imaginem ſub palatii rotundato fornice, tamquam in caelo ſedentem: circum erant Sol, Luna, & Aſtra, quibus ille ſuperſtitioſus, tamquam Diis ſerviebat, circumſtantibus ſibi Angelis ſceptrigeris. Machinas autem ille impius hinc inde artificioſe paraverat, quae guttas pluviae inſtar emitterent, ſonitumque tonitrus aemulum ederent*. Celeberrimum hoc fuit Choſroae palatium ab Heraclio deſtructum, de quo Iohannes Tzetza *Chiliad.* III. *hiſt.* 66. ait mentionem feciſſe in quodam ſuo Poëmatio *de Templo*, atque ex eo ſeptem illos ſenarios profert, quos Allatius temere attribuit Piſidae. Satis enim aperte ibi Tzetza de ſe loquitur dicens:

Ἐμνήσθην δέ που καὶ αὐτὸς οὐρανοῦ ἐκείνου,
Ἰάμβους γράψας εἰς ναὸν, ὧν ἀφίω πολλοὺς ἰάσω·
Τοὺς δὲ ἐνταῦθα λέξαιμι, κλέμμα σοι γενέσθω.
Καί τις πρὸς αὐτὸν οὐρανὸς τοῦ Χοσρόου·
Μηχανοτεχνεῖς ἐξ ὑπόμβρων τὰς δρόσους,
Γέρον Συρακούσιε νῦν γεωμέτρα,
Ὦ γῆν ἀνασπῶν μηχανῇ τῇ τρισπάστῳ,
Βοῶν, ὅπη δ' ἄν βῶ, καὶ σαλεύσω τὴν χθόνα,
Ἔα περιγράψαι τοὺς ἀσαλεύτους ὅρους·
Ἡττῶ γυναικὸς μηχαναῖς εὐμηχάνοις.

Memini autem alicubi etiam ipſe caeli illius,
Iambos cum ſcripſiſſem in templum, ex quibus multos dimitto;
Hos autem hic dixerim, furti inſtar ut tibi ſint.
Et quoddam ad ipſum caelum Choſroae additur.
Machinaris ex imbribus rores.
Senex ſyracuſie nunc geometra,
Qui terram evellebas machina triſpate,
Clamans, quocumque vado, & commovebo terram,
Sine avellere immotos terminos.
Vincere mulieris machinis bene fabricatis.

Quos quidem iambos, ut coniicio, Tzetza compoſuit in laudem piae cuiuſdam Imperatricis, quae magnificum templum artificioſo fornice ornatum exſtruxerit; ac proinde Archimedem inducit mulieris ingenio vinci clamantem. In primo enim Tzetzae ſenario, quod obiter dicam, illud πρὸς αὐτὸν ad ναὸν *templum* referendum eſt, & ἐπετέθη, vel aliud eiuſdem ſignificationis verbum ſubaudiendum eſt.

25. Ut enim idem Cedrenus *ibid.* ait, ταῦτα γοῦν πυρὶ ἀνάλωσε, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν κατέκαυσε καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, *haec omnia, ipſamque Ignis aedem, & totam urbem combuſſit Heraclius*.

26. Rurſus Choſroam comparat Xerxi, de quo plura a nobis dicta in *Acroaſ.* II. *de Exped. v.*308., *& ſeqq.*

28. Confer *ibid. v.* 316. Quod Piſida dicit, Choſroam πτεροῦντα τὸν βυθὸν, ad bellum Abaricum eſt referendum, de quo vide in *Poëmat.* huius argumenti *v.* 490. Nullum enim aliud fuit bellum navale inter Heraclium, & Choſroam, praeter id, quod prope moenia urbis CPoleos actum eſt. Cum autem dicat γῆν κυματοῦντα τοῖς λύθροις, id intelligendum de caedibus immaniſſimis Chriſtianorum, quas in tota Syria, & Perſide Choſroes patravit. Vide *de Exped. Acroaſ.* II. 108.

30. Clarius quam ſupra Choſroam aequat Nembrodo, cuius vim nominis eam eſſe dicunt, ut Idololatram, tyrannum, & gigantem ſignificet. Piſida manifeſte verſionem LXX. ſequutus de Choſroa dicit γιγαντιᾷ. Ubi enim Vulgata *Gen.*x. 8. legit, *Ipſe Nemrod coepit eſſe potens in terra*, Septuaginta Interpretes habent, οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς, *hic coepit eſſe gigas ſuper terram*. Hic ſenarius citatur a Suida in *v.* Γιγαντιᾷ.

31. Recte Baltaſarem Regem Babylonis πρὸ πάντων verius, & melius quam ceteros tyrannos terrae imitatum eſſe dicit Choſroam; ut enim ille vaſa de templo Hieruſalem a Nabuchodonoſore aſportata inter convivandum contaminare non erubuit, ita Choſroes Lignum S. Crucis, quod ab eo-

dem templo abripuit, & ſecum cum infinito captivorum numero abduxit, profanavit.

32. Τὰ θῆα, quid intelligat, vide *de Exped.* II. *v.* 107., *& ſeqq.*

33. *Daniel* V. 5. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐξῆλθον δάκτυλοι χειρὸς ἀνθρώπου, καὶ ἔγραφον .... καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθεώρει τοὺς ἀστραγάλους τῆς χειρὸς γραφούσης. *In eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis .... & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.*

35. Suidas habet hunc iambum in *v.* ψῆφος. Similis autem huic eſt 385. *de Bell. Abar.*

Νικῶσαν ἡμῖν ἐξεφώνησε κρίσιν.

36. Varia ſuppliciorum genera, quibus Choſroes in Romanos ſaeviit, enumerans, ipſum quidem Tyrannum, Chriſtianos autem Martyres fuiſſe deſignat.

38. Hunc, & prope ſequentem ſenarium confer cum *v.* 487., *& ſeqq. de Bell. Abar.*

40. Cum enim Siroes, Choſroa extincto, pacem cum Heraclio compoſuiſſet, πάντας, ut habet Theophanes *pag.* 272., τοὺς ἐν φρουραῖς Χριστιανοὺς, καὶ τοὺς ἐν Περσίδι πάσῃ αἰχμαλώτους παρέδωκεν αὐτῷ, σὺν τῷ Πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ, σὺν τοῖς τιμίοις, καὶ ζωοποιοῖς ξύλοις τοῖς ἐξ Ἱερουσαλὴμ ληφθεῖσι. *Detentos cuſtodiis Chriſtianos, & per univerſam Perſiam captivos, cum Patriarcha Zacharia, & venerandis, ac vivificis Lignis Hieroſolyma ſublatis, reſtituit.*

41. De variis tormentorum generibus, quae Piſida poëtice deſcribit, conſulendus Gallonius *de SS. Martyrum cruciat. pag.* 16., ut Martyres enim Romanos a Perſis laqueo ſuſpenſos, & necatos videtur repraeſentare idem Poëta, qui procul dubio S. Anaſtaſium Perſam, eiuſque ſeptuaginta Socios Martyres ob oculos habuit, dum haec ſcribebat.

42. Hanc poenam quondam a Dominis infligi conſueviſſe ſervis, teſtis eſt Ariſtophanes in Βατρ. 633. Ibi enim varias tormentorum ſpecies ſic eleganter enumerat:

..... πάντα τρόπον ἐν κλίμακι
Δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων,
Στρεβλῶν, ἔτι τε τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων.
Scalae alliga, ſuſpendae, loris omnimodo perdoma,
Caede, rape, torque, naribus acetum ingere.

At Piſida una cum aceto fuliginem per nares ingeſtam a Perſis tradit, ut in Chriſtianos magis ſaevitum eſſe oſtendat, quam fieri ſoleret in ſervos.

45. Rotis, equuleo, trocheis, aliiſque inſtrumentis Martyrum corpora torquebantur, extendebantur, diſcerpebanturque. Vide Gallonium *pag.* 33.

46. Citat hunc verſum cum ſuperiore Suidas in *v.* ὄχησις, monetque Poëtam de Choſroae crudelitate agere. Nulla autem occurrit varietas, niſi quod in Suida venit legendus primus, qui in Piſida eſt ſecundus. Perperam Kuſterus pro ὁ βαρὺ reponendum putavit σοβαρὸν, repugnante prorſus metro, & ſenſu. Nec magis probaverim, quod eidem Kuſtero placuiſſet, ut in verſu ſuperiori pro ἑκάστῳ contra Codicum fidem legamus ἑκάστων.

51. *Σκάμματα* ſunt *limites*, ac *termini* ſtadii foſſis, valliſque terrae deſignati, intra quos curſus fiebant in Circo; unde illud adagium ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδᾶν, *tranſilire foſſas*. Maluimus aliorum exemplo Graecam vocem retinere, quam alia uti, quae vocabuli vim non exprimeret. Piſida, ut videtur, in ampliſſimo theatro mundi certantes inducit Heraclium, & Choſroam, caelum, terramque ſpectatores facit, Iudicem & arbitrum Deum conſtituit, cuius benignitate, & favore factum eſt, ut nimia temeritate procurrens, & terminos tranſgredi contendens Choſroes in σκάμματα in *foſſas* praeceps corruerit, & ceteri omnes ſalutis, & victoriae coronam ſint adepti. Hunc eſſe ſenſum allegoricum nobis propoſitum, praeterea, quae ſequuntur, facit, ut credamus, verbum κροτεῖν, quod uſurpatum ſemper invenitur ad plauſus exprimendos, quibus victores athletas a ſpectatoribus excipiebantur. Si autem allegoriam dimittas, Dei ſcammata, erunt divina conſilia, & iudicia, ſeu fines ab eo conſtituti, ratione plane diverſa ac inſanus Choſroes ſecum reputaverat: conſilium enim fuit Choſroae, ut omnes Romani perirent; conſilium autem Dei fuit, ut unus periret Choſroes, & omnes ſervarentur Romani, ἑνὸς πεσόντος, καὶ σεσωσμένων ὅλων.

54. Ludit in voce πλανήτας, quae a πλανάω *erro*, & *in errorem induco*; unde ſcire dicit Choſroam, qui tantum in aſtris fideret, ut ea pro Diis haberet, nunc demum ſentire, non a ſeptem modo Planetis, quos eſſe ſidera erratica, vaga, & palantia noverant veteres Aſtronomi, ſed etiam ab aliis omnibus ſtellis, quas fixas vocare ſolent, ſe fuiſſe deceptum. Sic etiam falſe irridet Perſarum religionem, & ſcientiam, quae potiſſimum in vana Planetarum obſervatione verſari ſolebat, cum ab eorum influxu omnia pendere arbitrarentur.

60. Ἀνασφαλεῖς *ſemper fallaces* Magos appellat, eo quod ſemper, ac praecipue Heraclii temporibus, Aſtrologia iudiciaria, & ἀποτελεσματικὴ facultas tanto in honore apud eos eſſet, ut cum omnia ex magicae diſciplinae arcanis petenda conſilia eſſent, & nihil fauſtum eſſe poſſe exiſtimaretur, quod ab eis non fuiſſet definitum, quidquid agendum eſſet, per divinationes, & ſomniorum interpretationes expendi, & iuxta varias Planetarum ſpecies, converſioneſque, & poteſtates explorari antea oporteret.

61. Quid ſint σκάμματα, dictum *ſupr. v.* 51. At hic Piſidam puto vocare *ſcammata* ex Aſtrorum obſervatione petitas a Magis *definitiones*, quibus illi vaniſſimi aeruſcatores, quales, qualive fato futuri eſſent homines, qui ſub cuiuſcumque ſideris forma, & poſitione nati eſſent, divinabant. Ὄργια autem huiuſmodi nugas, & deliramenta appellat, tum ut eas aeque impias, & inſanas eſſe demon-

demonſtret, ac Graecorum orgia, quibus olim Baccho ſacra fiebant, cum ut Magorum ſtultitiam vexet, qui ut popello id praeſtigiarum facilius venditarent, in templa, & pirea coibant, ut de vaticiniis, quae orgiis quid ſimile, ſi rerum vanitatem ſpectes, merito dixeris, inter ſe colloquerentur, & deliberarent. Itaque Piſida per has verborum ambages, opinor, exprimit Perſarum levitatem, qui horoſcopos, & genituras, ceteroquin res vaniſſimas, ut quid ſacrum tractarent. Qui plura velit, quae ad rem faciant περὶ γενεθλιακῆς adeat Lucianum *de Aſtrolog.*, qui hanc plane ridiculam ſcientiam defendit, & A. Gellium *lib.* XIV. *cap.* I., quo nemo melius inter veteres ſubtiliſſimae artis fundamenta convellit.

62. Magorum inſcitiam, & vanitatem evincit exemplo Choſroae, quem diu victurum ex horoſcopo praedixerant, uſquedum ipſe ab urbe Cteſiphonte inviſenda abſtineret, eum interfectum iri a filio Siroa penitus ignorantes, quamvis eos ut genus quoddam fatidicum, & divinum laudet Lucianus in *Macrobiis* „ οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον. Horum de morte Choſroae vaticinium habes in Theophane *pag.* 269. Ὁ χρηματισθεὶς ὑπὸ τῶν γοήτων Ἀστρολόγων πρὸ κδ'. ἐτῶν, ὅτε τὸ Δαρᾶς ἐπολιόρκησεν ἐπὶ τῶν χρόνων Φωκᾶ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, ὅτι ἐν οἵῳ καιρῷ ἀπέλθῃ ἐν Κτησιφῶντι, ἀπολεῖται· καὶ μὴ ἀνασχόμενος ἀπὸ τοῦ Δασταγέρδ ἐπὶ τὸ μέρος ἐκεῖνο μίλιον ἓν παρελθεῖν, τότε φεύγων ἐν ταύτῃ ἀπῆλθεν, καὶ οὐδὲ ἐν ταύτῃ ἐθάρρησεν στῆναι, ἀλλὰ περάσας τὴν ποντογέφυραν Τίγριδος ποταμοῦ εἰς τὴν ἐκεῖθεν πόλιν τὴν λεγομένην Σελεύκειαν παρ' ἡμῖν, ὑπὸ δὲ Πέρσαις Γουδεσίρ. *Choſroes, qui ante viginti quatuor annos, cum ſub Phoca Imperatore Daras expugnaret, a praeſtigiatoribus Aſtrologis vaticinium audierat, ſe, quo tempore Cteſiphontem ſecederet, perditum iri; quique ob id nec unicum quidem milliare a Daſtagerd Cteſiphontem verſus progredi auſus fuerat, tum demum fuga arrepta in eam urbem ſe recepit, nec in ea tamen conſiſtere confidit, ſed traiecto Tigridis amnis ponte, in urbem longius poſitam contendit, quae quidem Seleucia a nobis, a Perſis Guedeſer appellatur.* Ceterum nil mirum, ſi omnium rerum humanarum tempus, rationem, & cauſſam Magi in caelo, & ex ſtellis requirebant; cum aetatis vitio, tum multi etiam alibi circumferrentur homines fatidici, qui Regibus vitae momenta ſingula explanare, & quo quiſque genere mortis, & ictu temporis eſſet interiturus, ſe poſſe praedicere profiterentur: cuius rei teſtes ſunt tot oraculorum, & viſionum Libri a Chriſtianis auctoribus memorati, de quibus videndus Fabricius *Bibl. Graec. Vol.* VI. *pag.* 363., qui ut ſolet pererudite diſſerens, utrum Leoni Sapienti necne recte tribuantur oracula, quae ſub eius nomine circumferuntur, plurima huiuſmodi ſcripta recenſet. Leo etiam Allatius *Diatrib. de Georgiis pag.* 351. obiter nonnullos vaticiniorum libros memorat, ex quibus etiam apparet exſtitiſſe olim quaedam oracula Choſroae Perſarum Regis nomine inſcripta, quorum ni fallor ſpecimen eſt id, quod de vaticiniis Choſroae tradit Theophyl. Simocatta *pag.* 138.

63. Theophanes *pag.* 271. narrat Siroam, ſuadente Heraclio, in Choſroam parricidam armamoviſſe, ipſumque catenis onuſtum in carcerem detruſiſſe; ibi autem Satrapas conſtituiſſe, qui eum pane, & aqua parce ſuſtentatum iniuriis laceſſerent, & conſpurcarent ſputis; Merdaſam eius filium, quem Choſroes pro Siroa in regem coronari voluerat, interfici iuſſiſſe, omneſque reliquos eius liberos e medio tolli mandaſſe. Ἐν πέντε δὲ ἡμέραις, τῦτο ποιήσαντες ἐκέλευσεν ὁ Σιρόης τοῦτον τόξοις ἀνελεῖν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἐν δεινοῖς παρέδωκε τὴν πονηρὰν αὐτοῦ ψυχήν. *His per dies quinque in hunc modum perpetratis, iuſſit Siroa ſagittis confodi; atque ita ſenſim per lenta, & moroſa tormenta nefandam animam exhalavit.*

65. Homerum monet, ne Herculem ob praeclara geſta inter Deos recenſeat, ne ridiculus audiat, & ἀποθεώσεις, quas narrat, vileſcant: ac ni fallor reſpicit ad locum Odyſſeae, in quo Ulyſſem ait inveniſſe apud Inferos Herculis idolum. XI. 600:

Τὸν δὲ μέτ', εἰσενόησα βίην Ἡρακληΐην,
Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς.
Poſt hunc vidi vim Herculanam,
Idolum: ipſe vero apud immortales Deos
Oblectatur in conviviis.

Ceterum de more ludens Poëta in vocibus, ob ſimilitudinem nominis Heraclii cum Hercule, Imperatoris geſta longe praeferenda, & immortalitate valde digniora eſſe, quam Herculis certamina, contendit.

67. Prae ceteris Poëtis, qui Herculis labores deſcribunt, conſulendus Lucretius *lib.* V. *in princ.* cui Deus ille eſt, qui, qua ratione animus purgari poſſit a vitiis, non quomodo terra a monſtris liberari, docuerit:

Herculis antiſtare autem ſi facta putabis,
Longius a vera multo ratione ferere.
Quid Nemaeus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obeſſet, & horrens Arcadius ſus?...
Cetera de genere hoc, quae ſunt portenta perempta,
Si non victa forent, quid tandem viva nocerent?

68. Aprum in monte Erymantho Arcadiae natum, qui Phocidis agrum vaſtabat, vinctum ad Euryſteum deduxit Hercules, & Leonem Nemaeum omnium armenta inter Pliuntem, & Cleonos dilaniantem nudis manibus apprehenſum ſuffocavit.

70. Heraclium Herculi praelaturus, quae de Hercule narrantur, eiuſque κοσμορύςου titulum, Imperatori melius convenire oſtendit, Perſas, eorumque regem Choſroam monſtris toto orbi terrarum infenſiſſimis per allegoriam comparans.

71. Perſi-

71. Perſidem cum Inferis confert, ad quos Hercules deſcendiſſe fertur.

72. Cerberum canem ab Inferis abactum per Troezenem ad Euryſteum uſque perduxit Hercules.

73. De Alceſtidis pietate, quae loco ſui vivi Admeti mori elegit, & ab Hercule in vitam eſt revocata, & Admeto reſtituta, praeter Euripidem Palaephatus *de incred. hiſt. cap.* 41.

74. Draconem pervigilem centum attollentem capita, ut aurea Heſperidum Nympharum poma cuſtodiret, Hercules interemit.

75. Idem Lernam, monſtrum horrendum, cui plura erant colla, quae exſecta renaſcebantur, ferro, & igne penitus confecit.

76. Idem Augiae ſtabulum pene immenſum, & fimo refertiſſimum uno die purgavit.

77. Vide *ſupr. v.* 68.

78. Hoſce duos ſenarios paullum immutatos habes in *Poëm. de Reſurrect. verſ.* 106., *&* 107. Προϊρχεσθαι τῷ σπεύγματι, ni fallor, eſt *ſummum opus aggredi*, vel ſummam operis implere. Itaque Poëta dicit Herculem opus conſummaſſe, cum aurea poma, vel pecudes (per τὰ μῆλα enim utrumque recte poteſt intelligi) ab hortis Heſperidum abſtulit; Heraclium autem opus ipſum perfeciſſe, cum totius Perſidis civitates devicit. At in *Poëm. cit.* Conſtantinum Heraclii filium ſummam laudem aſſecutum eſſe dicit, quod ſapientium ſcripta, aurea vere mala, deguſtavit:

Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τοὺς σοφοὺς λόγους.

80. Voſſius *de orig. Idol. lib.* II. *cap.* 15. Heſperidum fabulam recte videtur interpretatus: ait enim Herculem eſſe Solem, hortos cum aureis pomis eſſe caelum cum ſtellis, Heſperidas autem eſſe noctem, ita ἀπὸ τῆς ἑσπέρας nuncupatas: ac proinde fabulae eum eſſe ſenſum, ut intelligatur Sole exoriente fugari ſtellas, & pelli noctem. Porro Piſida huic interpretationi favet, qui Heraclii luce pulſas eſſe tenebras noctis, ideſt Perſidis, hic ait, & alibi Heraclium Solem diſertiſſime appellat. *De Exped. Acroaſ.* III. *v.* 9.

84. De more συμβολικῶς Heraclium comparat Patriarchae Noë, qui ex unanimi Patrum ſententia fuit typus Chriſti:

89. *Gen.* VII. 12. *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη· ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam; omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.*

91. LXX. Interpretes *Gen.* VIII. 11. habent *φύλλον ἐλαίας olivae folium*; at Piſida dicens *ἐλαίας κλάδον* vulgatam verſionem nobis commendat, in qua legimus; *Venit columba portans* ramum olivae *virentibus foliis in ore ſuo*: nam *κλάδος* eſt ramus tener, & virens. Ceterum cum *ἀλληγορικῶς* loquatur Poëta, patet, per ramum olivae tabulam forſan oleaginam, Chriſti imaginem *ἀχειροποίητον* referentem, intelligere, qua munitus Heraclius in Choſroam movit. Proinde vero ramum *ἐλεημένην*, vel potius ſi placet *ἐλεημένον* ipſam effigiem Ieſu Chriſti vocat, per quam ſcilicet *miſericordiam* Romani *ſunt conſecuti*: omnes enim ſpes ſuas in ea collocaverat Imperator, eique partam victoriam ex Barbaris retulit acceptam. Vide *de Exped.* I. 139., *&* II. 86.

93. Oſtendit dignum fuiſſe Heraclium, qui a ſolo Apelle Coo pingeretur, & a ſolo Demoſthene Oratorum maximo celebraretur: quibus verbis tacitus Alexandri Magni decretum nobis in mentem revocat, qui ut eſt in Horatio II. *epiſt.* I. 239.

Edicto vetuit, nequis ſe praeter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret aera,
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

97. Legem, de qua tam copioſe agit Noſter, fuiſſe cenſeo civitatis CPolit. ſolemne decretum, quo ſancitum, ut videtur, fuit, ut Heraclius Imp. in debellandis Perſis adhuc occupatus, bellico ornatu inſignitus aliqua in parte urbis pingeretur, & inſcriptionis loco elogium ſcriberetur, in quo praeter titulos Imperatoribus dari ſolitos, *novus Scipio* vocaretur, omneſque ex Heraclii gente *Scipiadae* dicerentur. Idcirco, ni fallor, paullo ante Apellem, & Demoſthenem, ut in vivis eſſent, deſiderabant, ſcilicet ut alter coloribus, & alter verbis digne, atque ut tanti Principis maieſtas, & virtus videbatur expoſcere, exprimerent imaginem. Quo tamen in loco urbis extiterit haec pictura non conſtat; primus enim ex Scriptoribus Byzantinis hoc narrat Piſida, neque inter epigrammata & monumenta urbis CPolit. a Poëtis olim conſcripta, & a Bandurio diligenter collecta *Imp. Orient. tom.* I. *lib.* VII. *pag.* 135. ulla invenitur inſcriptio in laudem Heraclii facta. Anonymus plane Scriptor apud eumdem Bandurium *tom.* I. *lib.* II. *pag.* 29. Antiquitates CP. ſingulatim deſcribens refert prope Baſilicam fuiſſe monumentum Heraclio dicatum, *Examum* dictum, quod Petrus Gyllius *Topogr. CP. lib.* II. *cap.* 19. *Exammon* appellat. Anonymi verba haec ſunt: *ὡς δὲ τὸν τῆς Βασιλικῆς χρυσόροφον ὄπισθεν τοῦ μιλίου ἦν ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. In ea parte ipſius Baſilicae pone milliarium, quae aureo laqueari operta eſt, ſtabat ſtatua virilis inaurata, ubi etiam viſebatur Examum Heraclii Imp.* Sed cum quid ſub hac voce *Examum* lateat nemo dixerit, nihil definio. Verumtamen non ſemel tantum cives in grati animi teſtimonium huiuſmodi publicos honores Heraclio decreviſſe, non eſt dubitandum, ac Noſter quidem Georgius teſtis eſt alia vice curatum fuiſſe a Conſtantinopolitanis, ut Imperator pingeretur. *Acroaſ. ſeq. v.* 64.

98. Cur Scipionis cognomen potius, quam quodvis aliud, cives Heraclio, eiuſque liberis adtribuerint, ut ex hoc ſenario, quod continet decretum, apparet, eam puto eſſe cauſſam, quod merito apud veteres magno in honore eſſet Scipionum

num nomen; nulla enim gens tot claris viris illuſtris, neque tot rebus praeclarę geſtis adeo inſignis, ut Scipiadum gens fuit, unde *fortes*, *& duri bello*, & *fulmina belli* paſſim ab antiquis Scriptoribus appellati. Atque haec ita eſſe accipienda, facit etiam auctoritas Theophylacti Simocattae *Hiſt. lib.* I. *cap.*14., qui Philippicum Mauricii ſororium, & militum ducem ſtrenuiſſimum Scipioni pariter fuiſſe comparatum refert: Οὕτως ἐδόκει ὁ πρὸς Φιλιππικὸν εἶναι λόγος παράλληλος, *haec de Philippico omnium iactata ſermonibus cum iis, quae de Scipione leguntur, reſpondere videbantur*. Unde apparet, id quod hominum opinione de Philippico ferebatur, poſtea fuiſſe lege ſancitum de Heraclio.

100. Saepe Heraclium Piſida appellat *Deſpotam*, quem honoris titulum ampliſſimum fuiſſe obſervavit Du-Cangius *Diſſert. de infer. aevi Num. cap.*35., ſed cum ille appellationis huius antiquitatem videatur repetere ex nummo Fl. Nicephori, qui circa an. Chriſti DCCC. regnavit, videlicet annis CC. plus minus poſt Heraclium, animadvertendum fuit, iamdiu apud Byzantinos invaluiſſe, ut Imperatores *Deſpotas* vocarentur. Neque illud plane conſtat, quod idem Du-Cangius adnotat, Deſpotam minoris dignitatis titulum fuiſſe, quam Imperatorem. Certe Piſida paſſim Heraclium *Deſpotam* ſalutat, ac ſi quid video, non alia inter Imperatoris & Deſpotae appellationem differentia interceſſit, quam ut ille regiam dignitatem, altera poteſtatem in ſubiectos populos indicaret. Ita Noſter *de Exped.* II. 99. Heraclium inducit ita de Deo loquentem:

Οὗτος δὲ κοινὸς Βασιλεὺς καὶ Δεσπότης.

Aperte autem hic vim vocis Δεσπότης declarat, cum ἐμφατικῶς dicit, nunc tantum licere ſervis legem ferre in Deſpotas; quibus verbis propriam relationem adnotat, quam habet Princeps, ut Dominus, vel Deſpota, ad ſervos.

101. Utrum Heraclius decretum confirmaverit, non liquet. Τύποι dicebantur Principum Conſtitutiones, & Decreta: ſed hic τύπος eſt nota adprobationis, vel regia ſubſcriptio. Vide Du-Cangium *Lex Gr. v.* τύπος.

102. Codex habebat συνιδὼς cum ὁ ſuperius ſcripto, quod eſſe retinendum certum eſt.

104. Heraclium ad Sarum flumen fuiſſe vulneratum, teſtis eſt Theophanes *pag.*263. Vide *Poem. de Reſurrect.* 116.

106. De tachygraphis ἀπὸ τοῦ εἰς τάχος γράφειν a celeriter ſcribendo dictis, qui ὀξυγράφοι etiam eodem ſenſu vocabantur, videndus Montfauconius *Palaeogr. Gr. lib.* I. *cap.* 5. Hi erant Scribae e Notariorum numero ad litteras, & decreta Imperatorum veloci calamo exſcribenda deſtinati.

107. Cum γραφὴν νόθον *ſcripturam ſpuriam* dicit, intelligit opinor fictitios colores, quibus utebantur Scribae in libris exarandis, videlicet atramentum, aliaſque huiuſmodi mixturas, ut eſt in Plinio *lib.* XXXV. *pag.* 687. Nam Piſida aperte alludens ad Imperatorias ſubſcriptiones, quae minio, cinnabari, & ſacro encauſto fiebant, hiſce fictitiis coloribus unum opponit ſanguinem, quo ſincerior plane nullus color.

108. De coloribus rubris, purpureis, aureis ad firmandas leges adhiberi ſolitis nuper laudatus Montfauconius *lib.* I. *cap.* 1. Qui colores erant in hunc uſum Imperatoribus reſervati. Ac tanta erat erga eoſdem Impp., vel in rebus minimis civium Byzantinorum reverentia, ut quidam eſſet vir nobilis, qui *Caniclium*, hoc eſt vaſculum, in quo ſacrum encauſtum continebatur, adſervaret, quique ὁ Κανικλείου *Canicli Praefectus* diceretur.

110. Παράλληλοι, idest βίοι, *vitas parallelas* Plutarchi, opus plane pretioſum.

113. Heraclium omnibus bello claris Ducibus anteferre ſtudens Plutarchum inſimulat, quod in ſcribenda vita Alexandri, virtuti eius plurimum, fortunae parum tribuerit. Exſtant inter Opuſcula maximi huius Scriptoris geminae orationes ſub hoc titulo περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς, *de fortuna, vel virtute Alexandri*, quas legiſſe eum non poenitebit, qui velit noſcere, quam ingenioſe Graecus homo Graeci Principis laudes proſequatur.

116. Pauca ex ſecunda Oratione Plutarchi *tom.* II. *pag.* 340. *edit. Londin. ann.* 1729. liceat ad rem noſtram proferre: Ἀλεξάνδρῳ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτί, τί ἀναιμωτί, τί προῖκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; . . . . . ποῦ σὺ καὶ τότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὁδὸν ἔδωκας; ποίαν πέτραν ἀναιμωτὶ διὰ σὲ εἷλε; ποίαν πόλιν ἀφρούρητον αὐτῷ παρέδωκας; ἢ ποίαν ἄνοπλον φάλαγγα; τίς εὑρέθη βασιλεὺς ῥᾴθυμος, ἢ στρατηγὸς ἀμελὴς, ἢ κοιμώμενος πυλωρός; ἀλλ' οὐδὲ εὔβατος ποταμὸς, οὐδὲ χειμὼν μέτριος, οὐδὲ θέρος ἄλυπον. *Alexandro quid praeclari obtigit praeter meritum, quid ſine ſudore, quid ſine ſanguine, quid gratis, quid abſque labore? . . . . Quando tandem, o Fortuna, Alexandri actionibus tu, & ubi viam aperuiſti? Quodnam ſaxum tua ope adiutus capit ſine ſanguine? quam urbem ei praeſidio nudatam tradidiſti? Quem exercitum inermem? In quem Regem incidit ſocordem? In quem Ducem negligentem? In quem ianitorem dormientem? Atqui nullum fluvium traiectu facilem, nullam hiemem temperatam, nullam aeſtatem moleſtiae expertem ei tribuiſti.*

118. Codex habet ὁ ſuperpoſitum voci ὡς, ſed nulla, ut videtur ratio immutandae lectionis.

121. Inter Duces, quorum ope Alexander Graeciam, Perſiam, & Indiam ſubegit, laudantur Parmenio, Ephaeſtion, Perdicca, Seleucus, Ptolemaeus, Lyſimachus, Antipater, Craterus, Antigonus, Caſſander, Aridaeus, &c.

122. Theophanes *pag.*256. ita de Romanis: οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν θαρρήσαντες ἰδεῖν, νῦν κ.τ.λ. *Qui prius enim vel motum a Perſis pulverem intueri verebantur, nunc &c.*

126. *De*

126. *De Exped.* II. 116. quid ſimile:

Οὕτως ἅπαντας αὐτὸς ἐκ ῥαθυμίας
Λόγῳ μετεσκεύαζες εἰς προθυμίαν.

128. Codex habet καθώπλιζε ſphalmate manifeſto.

132. Timotheus Athenienſis homo clarus, & princeps civitatis, qui vulgo εὐτυχὴς *fortunatus* eſt appellatus. Utrum hic ille Timotheus fuerit Cononis filius, cuius vitam nobis ſcriptam reliquit Cornelius Nepos, ut nonnullis placet, valde dubito. Fruſtra ſane quaeres in Nepote, quae Piſida hic narrat. Ea de re nonnihil attigit Ariſtophanes in Πλούτῳ 180. dicens, ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος, *at Timothei turris* in caput tuum incidat: ad quae ita Scholiaſtes adnotat: Ο' Τιμόθεος πλούσιος, ἅμα δὲ καὶ ὄλβιος ἀνὴρ, στρατηγὸς Ἀθηναίων, τεῖχος οἰκοδομήσας, εἰς τοσοῦτον ἤρθη τῆς τύχης, ὡς τὴν δαίμονα ἐν ὄψει φαίνεσθαι τούτῳ· καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν εἰκόσιν ἐποίουν αὐτὸν κοιμώμενον οἱ ζωγράφοι, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ πορθοῦντα αὐτὰς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ. *Timotheus vir dives, & beatus, Athenienſium Dux, qui turrim aedificavit, & ad id felicitatis evectus eſt, ut ei coram Fortuna apparuerit. Eumdem pictores dormientem in tabulis pingebant, vaſtantemque urbes, quas ei Fortuna in rete coactas adferebat, felicitatem eius indicare volentes.* Scholiaſtae verba in Suidae Lexicon translata invenies *v.* Τιμόθεος.

140. Heraclii formam, eiuſque flavam caeſariem alibi laudat Poeta *de Exped.* III. 99., atque idcirco etiam, opinor, ipſum Imperatorem modo Solem, modo Phoebum appellat. Vide *ibid.*, *&* 99.

150. Πρώτης τύχης, *prima fortuna* Heraclius tyrannum Phocam devicit, cum enim ex Africa CPolim appuliſſet, ſtatim ſeditione mota, factiones Phocam interfecerunt, & Heraclium Regem ſalutarunt. Vide Theophanem *pag.* 244.

153. Ἐμφυλίων *civium* diſſidia, quibus tota flagrabat civitas, quando Heraclius Imperator eſt renunciatus. Ξένων *Abarum* fraudes, & damna, de quibus plura in *Poëm. de Bell. Abar.*, ac ſi quis ξένων malit vertere *hoſpitum*, non repugno; ſatis enim ex Piſida apparet in principio laudati Poëmatis Abares fuiſſe veluti hoſpitio receptos a Romanis, & contribules factos. Demum βαρβάρων *Perſarum* bella, & immaniſſimae caedes.

155. Dixerat enim *de Exped.* II. 44. Heraclium inveniſſe exercitum nulla militari diſciplina exercitatum, & otio diffluentem; unde *ſupra v.* 130. Romanos milites lapidibus terram inutili pondere gravantibus comparavit.

158. In Codice ſupra primam ſyllabam verbi παρελθεῖν legitur προ. Et παρελθεῖν, & προελθεῖν recte.

150. Duo proximi ſenarii citantur a Suida in *v.* Σταγειρίτης. Stagira oppidum Macedoniae, patria Ariſtotelis, qui fuit Alexandri praeceptor. Iterum Alexandro Heraclium videtur tacite praetuliſſe. Vide *ſupra v.* 113., *& ſeqq.*

160. Perſas ἐντυχοῦντας appellat, ut in invidiam trahat, qui non virtute duce, ſed comite fortuna Chalcedonem uſque victores pervenerant.

163. Etiam hi duo ſenarii inveniuntur in Suida *v.* Νεῦρα. Ibi Aemilius Portus ἐκρεύσαντα vertit *defluere*, pro *defluxiſſe*. Heraclii magnanimitatem ex eo laudat Poëta, quod a bello ſuſcipiendo non deſtiterit, quamvis ei vires non viderentur ſuppetere, & pecunia iam ad hoſtes tranſiſſet: nam Perſae, ut narrat Theophanes *pag.* 252. iam ab anno Heraclii VI. λαβόντες αἰχμαλωσίαν πολλὴν, καὶ λάφυρα πολλὰ, καὶ χρήματα ὑπέστρεψαν, *collecta captivorum multitudine, ſpoliis etiam ampliſſimis, & pecuniarum vi aſportata, ſuas in Provincias redierunt*: ita ut Heraclius, eodem Theophane teſte *pag.* 253. in ſumma argenti inopia magnae Eccleſiae vaſa, & candelabra cudendis nummis uſurpaverit. Τὸν πλοῦτον εἶναι τὰ τῆς μάχης νεῦρα, multi veteres Scriptores dixerunt, quos recenſet Menagius in Diogene Laërt. *Segm.* 48. *Vit. Bionis*, qui dicere ſolebat τὸν πλοῦτον, νεῦρα πραγμάτων, *divitias eſſe nervos rerum*

169. Suidas in *v.* εὐλαβηθεὶς citat hunc iambum, & ut puto melius quam noſter Codex habet ηὐλαβ. pro εὐλαβ.

Οὐκ ηὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους
Non reformidaſti moleſtos morbos.

Ita vertit Aemilius Portus: ſed ἐνοχλοῦσαι νόσοι hic non modo *moleſti* ſunt morbi, ſed inteſtini ex civilibus diſſidiis orti, quos ſummo ſtudio componere curaverat Heraclius, priuſquam in Perſidem contenderet.

171. Hunc iambum, qui in Codice deſideratur, ſupplevimus ex Suida in *v.* τύχη. Cives Conſtantinopolitani in factiones diviſi, & inteſtinis diſſidiis diſtracti occaſionem Choſroae praebuerunt, ut facilius Imperium Romanum invaderet, & ab Hieroſolyma vivificum Sanctae Crucis Lignum in Perſidem aſportaret. Hanc quidem tantae calamitatis fuiſſe cauſſam cognoverunt ſtatim Byzantini, ac faſſi ſunt, apud quos multis etiam poſt annis haec fama perduravit. Siquidem in παραλλήλοις S. Ioh. Damaſceni *tom.* II. *pag.* 749. haec leguntur: Τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων συμβέβηκεν ἁμαρτημάτων· καύχημα καὶ δόξασμα παντὸς γένους Χριστιανῶν ὁ σωτήριος σταυρὸς, καὶ ἡ ζωηφόρος ἀνάστασις ὑπῆρχον, ἅτινα διὰ τὸ μεμιαμμένον Βενετοπράσινον ὄνομα, ὃ ἐπεθήκαμεν ἑαυτοῖς, καὶ ἐβδελύχθημεν ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ἁγιάσαντος ἡμᾶς τῷ θείῳ αὐτοῦ ὀνόματι, εἰς χεῖρας μεμιαμμένων παρεδόθησαν, καὶ ἐμιάνθησαν. *Gaudium, & gloria univerſi Chriſtianorum generis, ſalutaris Crux, necnon vivifica reſurrectio erant, quae, cum propter a nobis ſumptam profanam Venetorum, Praſinorumque nuncupationem abominabiles nos Chriſto conſtituerimus, cuius divino nomine ſancti facti eramus, in manus impurorum hominum tradita, pollutaque fuerunt.* Ac paullo poſt: Μάθωμεν .... τί τὸ αἴτιον τῆς καταλαβούσης ἡμᾶς ἀναρχίας, καὶ συγχύσεως .... ἐμολύναμεν γὰρ πρὸς τοῖς μυρίοις

εἰας ἡμῶν ἀνεσπάσατε, καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι τὴν ἁγίαν καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ σεβασμίαν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν ὡς καὶ μεταστάσιν ἐμιάναμεν ταύτης τὸν τίμιον σταυρὸν τὴν ζωὴν ἡμῶν. *Diſcamus ... quae cauſſa fuerit anarchiae, & confuſionis illius, quae nos occuparit ... ſexcentis enim ſceleribus, praeſertim vero civium noſtrorum effuſo cruore, ſanctam, & univerſo orbi venerandam Dei noſtri civitatem contaminavimus, ita ut pretioſa Crux, vita, inquam, noſtra alio captiva ducta ſit*. Haec placuit referre, quia ſaepe Piſida eadem, aut ſimilia repetit.

180. Confer *de Exped.* I. 51., *& ſeqq.*

181. Vide *ſupr.* v. 2., *&* 14., ubi plura de Perſarum purſolatria, quae occaſionem eos irridendi praebuit Maximo Tyrio, *Diſſert.* XXXVIII: Πέρσαι μὲν πῦρ ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκόρεστον, καὶ ἀδηφάγον· καὶ θύουσι Πέρσαι πυρὶ, ἐπιφοροῦντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν, ἐπιλέγοντες, πῦρ Δέσποτα ἔσθιε. *Ignem Perſae ſibi pro ſigno conſtituerunt, quotidianum hoc elementum, rem voracem, atque inſatiabilem. Quin etiam Igni ſacrum faciunt Perſae, Igni alimenta ſuppeditant, acclamantes; Comede, o Domine Ignis &c.*

185. *Epheſ. 2. 20. Superaedificati ſuper fundamentum ..., ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu*.

189. Choſroes Romanorum regiones non modo ſpoliare, ſed etiam igne vaſtare contendit; quod an ex animi ſui feritate, an ex vanae religionis principio factum fuerit, neſcio. Conſtat autem in more fuiſſe etiam apud veteres Perſas, ut agros, urbeſque incenderent; nam Xerxes, Herodoto teſte *lib.* VIII. *pag.* 474. totam Atticam conflagravit. Quod fuit in cauſſa, ut nuper laudatus Maximus Tyrius Perſas acriter reprehenderet his verbis: Τούτῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ἐρέτριαν ἀναλώσεως δεδώκατε, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς, καὶ τὰ Ἰώνων ἱερὰ, καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα. *Quippe, & Eretriam totam, ipſaſque Athenas, & Ionum ſacra, Graecorumque ſtatuas huic veſtro ſimulacro, & Deo devorandas obieciſtis*.

193. Νοούμενον eſt *quidquid mente concipitur, & ſub intelligentiam cadit*: opponitur autem τοῖς ὁρωμένοις, & αἰσθητοῖς, *rebus viſibilibus, & ſenſibilibus*. Itaque νοουμένη πύλη *porta intellectualis*, per quam egreſſus eſt Heraclius, vel eſt pietas, vel ſapientia, vel tandem Deus, quo duce, & comite a recto itinere aberrare non potuit.

200. Alludit ad diem natalem Imperii, qui dies τὰ γενέθλιον ſimpliciter dici ſolebat, & magna omnium ordinum ſolemnitate celebrabatur: unde γενέθλιον ἱππικὸν, & γενεθλιακὴ θεωρία, natalitii ludi Circenſes, & natalitia ſpectacula a Theophane *pag.* 191., *&* 195. memorantur, quae in diem XI. Maii incidebant.

202. Saepe Heraclium, ut athletam repraeſentat, ac nullibi ſane apertius, quam hic, & in ſequentibus iambis. Itaque inducit Heraclium, & Choſroam veluti inter ſe certantes in curſu. Theatrum, ſive Circus eſt terra univerſa, ſpectatores ſunt omnium urbium cives; iudex eſt Deus. Huc faciunt, quae diximus *ſupr.* v. 51.

204. Ut ſummum athletam fuiſſe Heraclium demonſtret, quinque curſuum, vel certaminum victoriam ei tribuit; ut enim antiquitatum Scriptores tradunt, illi inter athletas habebantur peritiſſimi, qui πεντάθλῳ *quinque certaminum generibus* decertaſſent, videlicet curſu, ſaltu, diſco, iaculo, lucta; ac proinde πεντάθλοι, ſive quod idem eſt *Quinquertionis* laus tam inſignis apud veteres fuit, ut qui in illis quinque exercitationibus eminerent, πένταθλοι, vel *Quinquertiones* dicerentur. Quae quidem laus tam late potuit, ut qui aliquo virtutum genere praeſtarent, translatitie πένταθλοι appellarentur. Quod de Democrito dictum refert Diogenes Laërtius *lib.* IX. 37: Ὡς πεντάθλῳ ἔοικεν ὁ φιλόσοφος· καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος. *Hic philoſophus ſimilis eſt quinque certaminum victori: & erat revera in philoſophia Pentathlus*.

205. Ἀντιγόνων, hinc inde ſtimulo, vel flagello incitans equos, ut in multis antiquis monumentis repraeſentantur aurigae.

206. Παραβάτην recte vocat Choſroam, tum quod legis violatorem *parabatam* vocabant Graeci; ut obſervavimus *de Exped.* II. 289. cum quod in curribus, quibus utebantur veteres, non modo in bello, ſed etiam in ſpectaculis, duobus erat locus, ſcilicet ἡνιόχῳ *aurigae*, & ὁπλίτῃ, vel παραβάτῃ *militi*, vel *parabatae*: unde huiuſmodi currus δίφροι dicebantur, ut aperte interpretatur Euſtathius in Homerum *Iliad.* L. 262. *edit. Florent. pag.* 890: Δίφρος, τόπος τοῦ ἅρματος, ὁ δύο χωροῦντας φέρων· διὸ καὶ δίφρος λέγεται, ὡς οἱονεὶ διφόρος, καὶ τροπῇ καὶ συγκοπῇ δίφρος. *Diphrus locus eſt currus, qui fert duos memoratos; ideoque dicitur δίφρος; quaſi διφόρος, ferens duos, uniuſque litterae mutatione, ac ſyncope δίφρος*. Adeſis *ibid.* Commentaria P. Politi, & Schefferum *de re vehic. vet.* I. 7. *pag.* 71. Iure autem, meritoque primo ſenſu *Parabata* dici potuit Choſroes, qui non modo Mauricii Imp. filius vocari voluit, ſed etiam religionis Chriſtianae veritatem fateri; vel agnoſcere non dubitavit: ut enim narrat Theophylactus Simocatta, Choſroes Romanorum beneficiis devinctus ὁμολογεῖ μέγιστον εἶναι ἁπάντων Θεὸν, τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον, καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπολύτῳ τῷ στόματι τὴν πάλαι θρησκείαν ὀβελίζει, *Deum Chriſtum, qui a Romanis coleretur, honorareturque, omnium eſſe potentiſſimum confitetur, atque libero ore veterem ſuperſtitionem condemnat*.

207. Διφροστάτης, ut patet ex iis, quae nuper dicta ſunt, idem ac ἡνίοχος *auriga*, quod ille ſtaret in ſumma, & anteriori parte diphri, & poſt eum eſſet parabata, vel paraebata, ideſt vir armatus, qui e diphro eſſet pugnaturus: ita tamen ut utriſque eſſet locus in eadem parte anteriori, cum eſſet dimicandum, ut apparet ex Selinuntinorum nummis apud Goltzium *de re nummar. tom.* IV., in quo duo ſtant in diphrum inclinati, quorum alter

alter eſt ὁπλίτης *armatus* cum intenſo ad ictum arcu, alter vero eſt ἡνίοχος *auriga*, qui habenas regit, & equos impellit.

212. Vide *ſupr. v.* 202.

212. Hoc non intelligo de urbe CPoli, in quam poſt ſeptem annorum bellum triumphator, Perſis ſubactis, ingreſſus eſt Heraclius, ut eſt in Theophane *pag.* 275., ſed de omnibus civitatibus, per quas pertranſibat Imperator, antequam in urbem ſe recepiſſet.

216. Vide *ſupr. v.* 202. Βραβευτὴς *deſignator*, & *ludorum praefectus*, qui etiam dictus invenitur ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης, ἀγώνων διαθέτης, ἄθλων ἐπιμελητὴς, στεφανίτης, ἐπόπτης, quibus nominibus ſaepe a Patribus Deus bene certantibus diſtribuens praemia appellatur. Confer *Theſ. Eccl.* Sviceri. Ego autem puncta apponenda eſſe, & βραβεϋτὴς ſcribendum eſſe cenſeo, ut, ſoluta diphthongo, ſpondaei loco, quem metri ratio non admittit, habeatur iambus.

217. Παγκράτης νικηφόρος, qui in omni athletico certamine victor evadit: peraeque ac ſi Heraclium vocet πένταθλον. Vide *ſupr. v.* 204.

218. Imaginem ἀχειροποίητον, de qua plura *de Exped.* I. 140., *& ſeqq.*

221. Succurrit illud Homericum *Odyſſ.* IX. 14.

Τί πρῶτον· τί δ᾽ ἔπειτα· τί δ᾽ ὑστάτιον καταλέξω;
Quid primum, quid deinde, quid ultimum narrabo?

226. Codex habet ὄμβρον reclamante metro.

238. Piſida, ut videtur, haec ſcribebat, Heraclio in Perſide adhuc agente, nec dum Perſico bello penitus confecto: qua de re ait, ſe dubium & haerentem abſtinere ab exornandis iis, quae nondum ſatis clare, & diſtincte ab Imperatore geſta fuiſſe ferebantur, donec idem ipſe Imperator redux in urbem, res ut erant geſtae, ea qua pollebat dicendi facultate, ſingulatim enarraret:

λύων τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.

ADNOTATIONES IN SECUNDAM ACROASIM.

Verſ. 1. Recte in fine ſuperioris Acroaſeos dixit ſe velle, tamquam in pelago immenſo natantem Heraclii geſta percurrere: nam vere curſim, & raptim nunc ea attingit, quae memoratu digniora ei videbantur. Itaque haec Acroaſis eſt quaedam ἀνακεφαλαίωσις, & ſummaria deſcriptio rerum memorabilium, quas geſſit Heraclius. Continet autem octo ſupra decem annorum hiſtoriam, videlicet a die, quo Heraclius ex Africa contra Phocam Conſtantinopolim venit, ad diem, quo Choſroa occiſo, & pace cum Perſis compoſita, in urbem victor revertebatur. Poëta ἀποστροφῇ Romam compellans, ut de virtute Heraclii iudicium ferat, ad parallela Plutarchi videtur reſpicere, de quibus *ſupr. v.* 110.

5. Phoca apud hiſtoricos Byzantinos, ut tyrannus, peſtis, malum, & ſi quid peius in hominem obgeri poteſt, paſſim audit. Fuit autem, ſi Cedreno fides eſt *Tom.* I. *pag.* 404., οἰνοβαρὴς, αἱμοχαρὴς, καὶ πρὸς γυναῖκας ἐπτοημένος, βεβαρὸς, καὶ θρασὺς ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀσυμπαθὴς, καὶ θηριώδης τὸν τρόπον, καὶ αἱρετικὸς, *vinoſus, ſanguinarius, mulieroſus, rigidus, in dicendo ferox, a miſeratione alienus, moribus feris, haereticus.* Confer, quae contra eumdem Phocam congerit Theophylactus Simocatta in Dialogo, quem ſuae praemiſit hiſtoriae.

7. Theophanes *pag.* 243. de Phoca ad regnum aſſumpto ita: Τῶν δήμων εὐφημούντων τὸν τύραννον, ἀναγορεύεται τὸ κακόν· καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προσχηματίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορὰ, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα. *Factionibus acclamantibus tyrannum, pernicies, & imperii clades renunciatur: ita tyrannus ſceptrorum dominus ſalutatur, calamitas felicitatis iura obtinet, & Romanorum ingentes aerumnae ſumunt exordium.*

9. Caedes immaniſſimas a Phoca in cives commiſſas narrat Theophanes *pag.* 245., *&* 246., & Theophylactus Simoc. *pag.* 210., *& ſeqq.*

11. Tres fuerunt ſorores Gorgones dictae, Meduſa, Stheno, Euryale, angues pro capillis habentes, & unico oculo viciſſim utentes, quae quotquot aſpiciebant, ut mythologis viſum eſt, in ſaxa vertebant. Vide Palaephatium 32.

12. Cur αὐτὰς non αὐτὸν? Num Piſida oſtendere voluit, Phocam non unius tantum Gorgonis, ſed omnium virus habuiſſe collectum? Atque adeo, num aliqua honoris ſignificatione mortuum Principem, quamvis deterrimum hoſtem Imperii, proſequi voluit, ita ut αὐτὰς pro αὐτὸν dixerit, loquens de Phoca, ut ſaepe ὑμᾶς pro σὲ, & ὑμῖν pro σοὶ dicit de Heraclio?

14. Heraclius CPolim appulit cum navibus, e quarum malis, veluti flammulae, hinc inde erant appenſae Virginis Mariae imagines; cui rei aperte hic alludit Piſida, qui teſtis etiam citatur a Theophane *pag.* 250: Ἦκεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα καστελλώμενα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια, καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, καθὼς ὁ Πισίδιος Γεώργιος λέγει. *Heraclius venit ex Africa cum navibus turritis, in quarum malis arculae, & Dei matris imagines erant appenſae, prout Georgius Piſida narrat.* Hinc corrigendus Cedrenus, qui cum pene ad verbum Theophanem tranſcribat, hic ab eo diſcedens ait, Heraclium Conſtantinopolim appuliſſe, ἐπιφερόμενον τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ferentem ſecum Servatoris noſtri Ieſu Chriſti imaginem nullo manus miniſterio factam. Vide *de Exped.* I. 140.

17. Perſeus, ut eſt in fabulis, Meduſam Gorgonem interemit, eiuſque caput abſciſſum in Aegide collocavit; cuius ope poſtea Andromedam ſaxo appenſam, & ceto marino monſtro expoſitam libe-

liberavit. Sed Heraclius aliquam Virginis Mariae imaginem miraculis claram, ut videtur, habuit, qua ut Gorgone Perſeus, in praeſentibus periculis utebatur. Vide *infr. v. 91.*

20. Heſionem filiam a patre Laomedonte, qui erat Rex Troiae, ceto ſimiliter expoſitam, ut Neptuni placaretur ira, & ab Hercule deinde liberatam fuiſſe, narrant Mythologi. Iidem fabulantur Herculem indignatum, quod praeſtantiſſimos equos divino ſemine procreatos ob huiuſmodi beneficium ſibi promiſſos non dediſſet, Regem obtruncaſſe.

27. Γνωστικὸς ἔχει τόπος, qui moralem ſenſum in fabulis quaerit.

30. Forſan melius ἄλλων.

32. Δι' ἡμᾶς ſcilicet ϛοιχουμένως, quaſi diceret, *obſervatos cives*. Codex habebat τύχης cum οι ſuperpoſito.

34. Τὰ τοῦ δήμου θρέμματα cum dicit, aperte factionum, in quas tota CPolitana civitas erat diviſa, miram inſolentiam, audaciam, & temeritatem deſignat. Quatuor fuiſſe in ludis Circenſibus factiones ex quatuor coloribus, quibus diſtinguebantur appellatae, *Praſina*, *Veneta*, *Ruſſata*, *Albata*, norunt omnes eruditi. Sed Praſinae, & Venetae potiſſimum mentio fit apud hiſtoricos. Quae autem, quantaque fuerit civium CPolit. inſania in ſuis partibus fovendis, & quam gravia ſaepe inde exorta diſſidia, & inteſtina bella, cum maximo urbis incommodo, & Imperatorum periculo, docet Procopius, qui I. 29. *de Bell. Perſico* funeſtiſſimam ſeditionem ex factionum contentione Byzantii exortam deſcribit, & *Hiſt. Arcan. cap.* 7. earumdem factionum licentiam abunde enarrat. Verum qua auctoritate fretus Roſinus *Antiquit. Rom.* V. 5. adfirmet, poſt ſeditionem illam Byzantinam, in qua ſupra triginta hominum millia trucidata ſunt, factionum nomina abolita fuiſſe, plane neſcio. Praeterquam quod enim Procopius id non tradit, patet ex omnibus Scriptoribus Byzantinis factionum nomina, & poteſtates multis poſt Iuſtinianum temporibus perduraſſe. Ac Veneti quidem, & Praſini ſub Impp. Mauricio, & Phoca ſaepe tumultus excitarunt, & de rerum ſumma decertarunt. Vide Theophanem, Conſtantinum Porphyrog., & Codinum.

36. Factionum inſaniam ita deſcribit Procopius *de Bell. Perſic.* I. 29: Φύεται μὲν οὖν αὐτοῖς τὸ ἐς τοὺς πέλας ἔχθος αἰτίαν οὐκ ἔχον, μένει δὲ ἀτελεύτητον ἐς τὸν πάντα αἰῶνα, οὐδὲ κήδει, οὐδὲ συγγενείᾳ, οὐδὲ φιλίας θεσμῷ εἶκον· ἢν καὶ ἀδελφοὶ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτό γε οἱ ἐς τὰ χρώματα ταῦτα φιλονεικοῦντες διάφοροι εἶεν . . . ὥστε οὐκ ἔχω ἄλλο τι ἔγωγε τοῦτο εἰπεῖν ἢ ψυχῆς νόσημα. *Alter ab altero nulla iniuria provocati odium inter ſe ſuſcipiunt adeo inexpiabile, ut licet germanitatis, aut alio huiuſmodi vinculo iuncti ſint, qui colorum iſtorum diverſis invicem ſtudiis diſſident, nulli tamen neceſſitudini, non conſanguinitati, non legibus amicitiae concedat . . . ut illud ego verius, nequeam appellare, quam animi morbum.*

41. Alluſio eſt ad nomen Galeni, Medici celeberrimi, quam in verſione, detracto velo allegoriae, denudavimus: Si enim ad verbum reddantur voces ἰατρὸς κυρίως γαλήνης *vere tranquillitatis medicus*, omnis ſenſus concinnitas perit, quae ex duplici vocis γαλήνης ſignificatione oritur.

42. Ἀταξίαν, ordinis defectum, ut morbum peſtilentiſſimum deſcribit *de Exped.* II. 291

Οὕτω γὰρ οὐδὲν, ὡς ἀταξίας νόσος, κ. τ. λ.

Neque aliter intelligenda ſunt, quae leguntur a *v.* 49. ad *v.* 62. *de Bell. Abar.* Ἀρτηρίας ἀτάκτους, arteriae non una, nec recta pulſatione conſtantes, ſed quarum inaequalis eſt pulſus, formicanti conſimilis, qui Graecis μυρμηκίζων dicitur. Confer, quae dicit Poëta in laudem Sergii *in princ. Hexaem.*

45. Haec omnia ſecundum medicam ſcientiam dicta ſunt, ac facili negotio quis poſſit ea cum Galeni ſcriptis conferre. Τόνοι σύφοντες, ſunt remedia, quae ex vi adſtringenti nervos, & fibras intendunt; quidquid enim deiectas vires reficit τόνος a Galeno vocatur. At Piſida dum haec medico more tractat, Heraclii manſuetudinem Phocae feritati apponere intelligit: nam vere hic *ſectiones*, & *amputationes* ſunt caedes, & *remedia adſtringentia* ſunt carceres, quibus utebatur immaniſſimus Phoca, cuius tanta fuit in cives crudelitas, teſte Theophane *pag.* 244., ὥστε, ὁπηνίκα Ἡράκλειος ἐβασίλευσεν, ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐποιήσατο εἰς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐκ πάσης τῆς πληθύος τῆς ὀρθώσης ἐπὶ τῆς τυραννίδος Μαυρικίου μετὰ Φωκᾶ οὐχ εὗρεν στρατιώτας δύο ἀνδρῶν· ὥστε οἱ τὸν τύραννον προστησάμενοι ἐπὶ αὐτῷ ἀπολώλεισαν, *ut cum Heraclius Imp. creatus accuratam militum recenſionem ageret, de univerſa multitudine, quae in illa Phocae adverſus Mauricium rebellione adfuerat, duos tantum homines ſuperſtites reperiret: adeo illi ipſi, qui tyrannum evexerant, ſub ipſo demum ad internecionem deleti ſunt*. Quod idem Theophanes repetit *pag.* 245. At Heraclius contra pacis ſtudio ductus omnium amorem ſibi conciliare ſategit, & humanitatis, ac clementiae vi civium animos inteſtinis odiis flagrantes compeſcuit: quod quidem Piſida ſatis clare explanavit in ea concione, in qua Heraclium alloquentem milites inducit *de Exped.* II. 92.

46. Similia *in princ. Hexaëm.* in laudem Sergii.

48. Non obſcure, neque ineleganter, ut videtur, imitatus eſt celeberrimum apologum, quo Menenius Agrippa ad plebem in urbem revocandam uſus eſt: ſicuti enim, aiebat ille, corpus humanum, ſi artus inter ſe diſcordent, paullatim conficitur, ita reſpublica, niſi ordinum ſumma ſit conſenſio, diſcordia perit, concordia valet. Vid. *Livium* II 32., & Dionyſ. Halic. VI. 86., qui Menenium ita exorſum narrat: Ἔοικέ πως ἀνθρωπείῳ σώματι ἡ πόλις· σύνθετον γὰρ, καὶ ἐκ πολλῶν μερῶν ἐστιν ἑκάτερον. *Reſpublica quodammodo humani corporis ſimilis videtur: utrumque enim eſt compoſitum, & conſtat ex multis partibus*. Vere autem Piſida cum

cum Platone conſentit, qui in *Timaeo pag.* 70. de partibus humani corporis loquens, rationem in capite, tamquam in ſumma arce, collocatam eſſe dicit, affectuum autem ſedem in inferiore parte ventris, tamquam in praeſepe ſitam eſſe definit.

53. Novum verbum, quod a voce φάτνη *ſtabulum*, vel *praeſepe* Piſida confinxit. Praeſtat locum Platonis, ad quem reſpicit Poëta, hic ſubiicere: Τὸ δὲ τῶν σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς .... τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν, καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα, ὡς θρέμμα ἄγριον. *Iam vero eam animae partem, quae eſculenta, & poculenta cupit .... inter praecordia, & eum terminum, qui ad umbilicum eſt, Dii collocarunt, veluti praeſepe, in omni hoc loco corporis nutritioni architectati, & illam ibidem animae vim, veluti ferum animal, illigarunt.*

56. Δημαγωγὸς eſt is, cuius auctoritati, & conſiliis populus obſequitur. Cum δημαγωγοῦν ταγμάτων τρόπους compoſuiſſe dicit, *factionum capita flexiſſe* adfirmat.

57. Vide *ſupr. v.* 48.

61. Φύσις dictum ὑπερβολικῶς, *tota humana natura*; hoc eſt, cui rei conficiendae quaecumque humani ingenii vires impares fuiſſent.

64. Nihil in Hiſtoricis Byzantinis ea de re ſcriptum invenio. Vide *ſupr. Acroaſ.* I. *v.* 97.

67. Perſtat in allegoria a medica facultate deſumpta, de qua *ſupr. v.* 41. ἐκχερσόω, *exſicco*, *penitus emundo*; quod fit in vulneribus, ut ſanentur. Οἰκοδεσπότου δίκην, non ſaevi tyranni inclementia, ſed boni patris familias affectu.

70. Ὠμότης *cruditas* ex vitio humorum, vel ex defectu caloris; qua hic exprimitur in animis civium inſita ab exemplo Phocae crudelitas; nam ὠμότης per metaphoram eſt *crudelitas*.

71. Hunc locum illuſtrat Theophanes *p.* 248: Οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους· ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. *Perſae extra urbem tyrannidem in Romanos exercebant; ſed Phocas interius domeſticum accendebat bellum, idque crudelius, civibus interfectis, & in carcerem detruſis.* Τὰ νέφη τῆς Θρᾴκης ſunt Abares, qui cum ſaepe in Romanas Provincias tentaſſent irrumpere, tandem Thraciam ſuperiorem occuparunt, ut copioſe diſſeruimus in principio *de Bell. Abar.*, & ad *v.* 275., ubi quid ſimile habet noſter Georgius, dicens:

Τὸ γὰρ κακὸν φύσημα τῆς Θρᾴκης ὅλης
Χειμῶνα πολλῶν ἐκ νεφῶν συνημμένον
Ἤγειρεν ἡμῖν.

73. Paullulum diverſe haec eadem narrat Poëta *de Bell. Abar. v.* 297., *& ſeqq.* varias Barbarorum nationes enumerans, qui

Γλωσσῶν ἔχοντες καὶ τόπων μερίσματα,
Καὶ χωρὶς ὄντες, καὶ μακρὰν συνημμένοι

de evertenda CPoli conſilium inierant. Atque *ibid.* 304. poëtica libertate non Χάρυβδιν, ſed Σκύλλαν σύντροφον appellat.

76. *Ibid. v.* 297. inter Barbaros Scythis, ideſt Abaribus, coniunctos Sclavos recenſet: ſed quos ibi Σθλάβους, hic Σκλάβους appellat. Horum autem Barbarorum multitudo conſcenſis monoxulis, vel trabariis navigiis per fretum Ceratinum urbem diripere aggreſſa dicitur; ut enim *ibid.* Noſter ait *v.* 512:

Σθλάβον τε πλῆθη Βουλγάροις μεμιγμένα
Ἔμιξε τὴν γῆν τῆς θαλάττης τὴν μάχην.

79. Vide *v.* 592., *& ſeqq.*

80. Per Charybdim Abares, per Scyllam Sclavos, per Gorgonem demum Perſas intelligit, qui Sarbaro Duce occupata Chalcedone, dum Abares ex parte boreali CPolim oppugnare tentarent, ipſi ex parte meridionali ſe eamdem regiam urbem aggreſſuros eſſe convenerant. Vide *ibid. v.* 496:

Τοῖς δ᾽ αὖγε Πέρσαις ἐστρατευμένοις πέραν.

91. Sequentium verſuum ſenſum non ſatis apertum ſic accipio. Cum Heraclius civium diſſidentes animos in unum coaleſcere feciſſet, de reprimendis Abaribus cogitavit, ac ſaepe voluiſſet ope divina, & Virginis Mariae patrocinio fretus ad pacta ſervanda eos compellere; ſed cum in eo eſſet, ut Abaribus arma inferret, Sclavis ex alia parte Romanam ditionem vaſtantibus, contra ipſos occurrere, & ab incepto deſiſtere cogebatur. Itaque Charybdis, ut ſupra, eſt Abarum natio; Lupi ſunt Sclavi, vel Perſae: at Gorgon hic non eſt monſtrum, ſed imago Virginis Mariae, cuius ope Heraclius iam antea tyrannum Phocam devicerat. Confer *ſupr. v.* 12., *& ſeqq.*, & omnia erunt, ni fallor, plana, & difficultatibus expedita.

97. Τρικυμίαν δίκην fuit bellum Abaricum; namque uno eodemque tempore contra tres hoſtes Abares, Sclavos, & Perſas dimicandum fuit Conſtantinopolitanis.

101. Anno XI. imperii ſui Heraclius pacem cum Chagano Abarum Duce compoſuit, ut contra Choſroam arma moveret, qui ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ οὐκ ἔτι ἐν τοῖς καθεστῶσιν εἶναι ἠδύνατο· τότε Ἡράκλειος ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν, καὶ μετὰ τῶν Ἀβάρων εἰρηνεύσας, ὡς ἐνόμιζεν, μετήνεγκεν τὰ στρατεύματα τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ διενοεῖτο τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ κατὰ Περσίδος χωρῆσαι, *victoriis elatus ſuis intra iuſti, & aequi limites ultra ſe continere nequibat. Tunc Heraclius divino ardore incitatus, pace ut putabat cum Abaribus compoſita, exercitus ſuos ab Europa in Aſiam tranſtulit, invadendaeque Perſidis Deo opitulante conſilium cepit.* Ita Theophanes *pag.* 251.

103. Anno Heraclii XI. exeunte, hieme autem appetente, Heraclius in oram Aſiaticam Byzantio oppoſitam ſeceſſit, ubi uſque ad diem quartum menſis Aprilis ſequentis anni commoratus eſt. Tunc enim τελέσας τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ἐκίνησεν κατὰ Περσίδος, *ſolemnitate Paſchali peracta, in Perſidem perrexit.* Theoph. *pag.* 253.

110. Du-Can-

110. Du-Cangius *CPol. Chriſt. lib.* IV. *c.* 13. Palatia ſuburbana Impp. recenſens, Palatium Chalcedonis, & Suburbanum Chalcedonis nominat. Heraclius in ſuburbanum conceſſit, cuius deſcriptionem nobis reliquit Sozomenus *lib.* VIII. *c.* 17. Atque id plane eſt ſuburbanum, quod paucis ab hinc annis Sarbarus Perſici exercitus Dux armis, & igne vaſtaverat: nam Chronico Alexandrino teſte *pag.* 896. cum Chalcedonem ille acceſſiſſet, πάντα τὰ προάστεια καὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκους, *ſuburbana omnia, & ſacras aedes* incendit. Certe Heraeum Palatium, quod erat trans fretum celeberrimum ſuburbanum, hic non deſignat Piſida, qui *de Exped.* I. 157. dicit Heraclium, cum conſcenſa navi in Perſidem iret, Haereum praeternavigaſſe.

112. Reſpicit opinor ad feſta Brumalia, quae Kalendis Ianuariis incipiebant, & magna cum ſolemnitate celebrabantur a civibus, & Imperatoribus: etenim per eos dies erant ludi Circenſes, convivia, & largitiones publicae. Videſis Du-Cangium *Lex. Gr. v.* βρουμάλια, & *Lex. Lat. v. Bruma*, & *CP. Chriſt. lib.* II. *c.* 6. *pag.* 138., & Conſtantinum Porphyrog. *de Caeremon. Aulae Byzant. lib.* II. *c.* 18. Cum igitur per totum fere hibernum tempus feriari ſolerent Byzantini, idcirco dicit, καὶ μάλιστα χειμῶνος ὄντος.

115. De exploratoribus, & ſpeculatoribus diſertiſſime agit Ezech. Spanhemius *de praeſtantia Numiſm. lib.* 2. *pag.* 334. Ad rem autem Suidas *v.* Ἐξπλωράτωρες. Ἔργον τούτοις τὸ ἀκριβάζεσθαι, τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις, καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα. *Horum munus erat accurate inquirere, quiſnam eſſet rerum ſtatus, & quaenam conſilia contra Romanos agitarentur a Perſis, eaque, cum cognoviſſent, ad Imperatorem referre.*

121. Metri gratia adde articulum, & lege τὰς δίατ.

125. Non dubito, quae de garrulis tradit, iuxta mentem Plutarchi dixiſſe, qui aureo libello περὶ ἀδολεσχίας *pag.* 503. ſic ſcribit: Οὐδὲν οὕτως ἡ φύσις ἐρυμνῶς κεχαράκωκε τῶν παρ' ἡμῖν, ὡς τὴν γλῶτταν, βαλομένη φραγμὸν πρὸ αὐτῆς τῶν ὀδόντας, ἵν' ἐὰν ἐντὸς κατατείνοντος ἡνία σιγαλόεντα τοῦ λογισμοῦ μὴ ὑπακούῃ, μηδ' ἀνέλκηται, δήγμασιν αὐτῆς κατέχωμεν τὴν ἀκρασίαν αἱμάττοντες. *Nullum noſtrorum membrorum natura perinde atque linguam vallo coercuit, poſitis ante eam praeſidii loco dentibus: ut ſi ratione intus ſilentii fraena premente, obedire nolens proſiliet, morſibus eam lancinantes eius compeſceremus intemperantiam.*

128. Φίλτρον poſitum ἐμφατικῶς pro amoris magna vi: philtra enim ſunt amoris illecebrae, quibus, per vim, quis ad amandum allicitur. Scite S. Gregorius Nazianz. inter Carmina Nicobuli patris ad filium uſus eſt hac voce ad pietatem, qua ſe invicem proſequuntur nati, & parentes, exprimendam, φίλτρῳ μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνας τε, *nam philtro natura patres cum prole ligavit.*

130. Euripides in *Belleroph. v.* 49:

Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες ...
Εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾷν φιλεῖ.
Quod ſe minores iudicant, ideo invident:
Illuſtriora livor infeſtus petit.

Similiter Pindarus *Nem. Od.* VIII. *v.* 37:

Ἅπτεται δ' ἐσθλῶν ἀεὶ,
Χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.
Attingit vero bonos ſemper invidia,
Cum deterioribus vero non contendit.

ubi ſcite Scholiaſtes, ὁ γὰρ φθόνος εἰς καλὰ βαίνει.

133. Heraclium Eliae comparat, qui Domino iubente in vallem Carith ſeceſſit, ibique totus orationi, & contemplationi vacavit. *Reg.* III. 17.

138. Vide *de Exped.* II. 44., *& ſeqq.*

139. Alludit ad exercitia militaria, quae deſcribit *ibid.* a *v.* 121. ad *v.* 162.

144. Quod praeſtitum fuit a Theophane, qui Heraclii longa itinera, labores, & bella feliciter geſta copioſe narrat.

152. Heraclius, cum primum expeditionem in Choſroam ſuſcepit, Perſis obviam factus eſt ad fines Ciliciae, ubi mons Taurus exſurgens vaſte ſatis attollitur, & perpetuo iugo per totam Aſiam extenditur. Itaque αἱ κλεῖς idem ſunt, ac Pylae Ciliciae, de quibus vide *de Exped.* II. 10. Eas Theophanes *pag.* 258. τὰς εἰς Περσίδα ἀγούσας κλεισούρας, *montium anguſtias, quibus ad Perſiam eſt iter,* appellat.

154. Delectum exercitus, quem indicat Poëta, deſcriptum invenies *ibid. v.* 55., *& ſeqq.*

157. Forſan pro ἔτει legendum ἔτι. Orationis vim in Heraclio ad miraculum uſque extollit Piſida *de Exped.* II. 170. Hic autem magno ſaltu a militum delectu; quem Heraclius inſtituit in prima expeditione, ad ea, quae idem Imp. cis transque Euphratem geſſit, in ſecunda leviter attingenda excurrit. De tranſitu Euphratis, deque iis, quae inſequente Perſarum Duce Sarbaro acta ſunt, fuſe Theophanes *pag.* 262.

160. Obſcura plane ſunt, quae in quinque ſequentibus verſibus continentur. Forſan aut mendum, aut hiatus cubat in textu. Vocem τὴν δραστικὴν ad συμφορᾶς eſſe referendam non dubito. Scio enim ſaepe δραστικὸς cum genitivo coniungi, & τὴν δραστικὴν συμφορᾶς idem eſſe ac τὴν δραστικὴν δύναμιν τῆς συμφορᾶς, vel τὴν δραστικὴν συμφοράν. Sed quid tamen ſignificat, ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τῆδ' ὁ βίος, & quod hoc ſit genus ſyntaxeos, prorſus me latet. Novi Graecos τῆσδε pro τῆς γῆς, & τοῦδε pro τοῦ κόσμου ponere aliquando, ac fortaſſe pro τῆδ' ὁ βίος legendum eſt τοῦδε βίου. Verum quid inde? fortaſſe moralem ſenſum poſſis elicere, *tamquam vita huius mundi ſit calamitatum acceſſio.* Sed quomodo haec inter ſe cohaereant, non video. Quale autem eſt infortunium, quae eſt magna calamitas, quae poſt tranſitum Euphratis,

tis, & μετ' ἔργον ἡμαρτόνων accidit Heraclio? Certe Theophanes, qui haec accurate deſcribit, Heraclium Euphrate tranſmiſſo ad Saram flumen conſtitiſſe, ibique viriliter pugnaſſe, & plurima vulnera accepiſſe narrat; ait enim *pag.*263. πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο. Verum ſi demus, hanc eſſe calamitatem, de qua conqueritur Noſter, quomodo quae ſequuntur *v.* 171., *&* 172. explicabimus? Aperte enim, ut mihi videtur de aliqua urbe ab Heraclio everſa, non de vulneribus eidem inflictis, ibi ſermo eſt. Quantum igitur colligere poſſum, Piſida aliquam ex illis Aſſyriae civitatibus deſignat, in quibus Chriſtiana religio quondam florebat, quam cum Heraclius a Choſroae tyrannide oppreſſam, & impietatibus profanatam deprehendiſſet, ſolo aequandam eſſe ſtatuit. Porro hanc coniecturam ſecuti ita vertimus. Qui melius ſapit, melius iudicabit.

167. Darartaſis Meſopotamiae civitas cum urbe Dara non eſt confundenda. Daras enim, quae Procopio teſte *de Bell. Perſ.* 10. diſtabat Niſibi ſtadiis C. minus duobus, a limite autem utriuſque Imperii circiter XXVII. ex pago urbs munitiſſima facta eſt ab Anaſtaſio Imp., & Anaſtaſiopolis dicta, ut narrat Evagrius lib. III. 37. Darartaſis autem, ut Piſida infra teſtatur, ab Artaſere condita, Choſroae, aliorumque Perſidos Regum, qui Artaſeri ſucceſſerunt, regia ſedes fuit. Haec prope Tigrim flumen ſita erat, & ſi Theophanis valet auctoritas, XXV. millibus a Chteſiphonte diſtabat. Sed animadvertendum, Piſidam metro nomen urbis, ceteroquin Barbarum, accommodaſſe; quam enim ipſe *Darartesim* vocat, Daſtagerda a Theophane, ab auctore Chronici Paſchalis *pag.*399. *Daſtagerchoſaris*, a Cedreno autem *Dyſtagerda* appellatur. At Piſida Artaxerxis, vel Artaxaris nomen in Artaſerem commutavit, atque ita ex duabus vocibus Perſicis unam Graeco more inflexam effinxit, hoc eſt, *Darartaſim*, quaſi diceret *Daram Artaſeris*.

172. Ut ſaepius ad aurigationes, quae in ludis Circenſibus fiebant, ἀλληγορίζει. Nam καμπτὴρ, a κάμπτω *flecto*, eſt *flexus*, quem circa metam Circi, vel hippodromi facere ſolebant aurigae, iterum, iterumque a carcere excurrentes, eodemque revertentes.

173. Hic eſt Artaxerxes, vel Artaxeres, gregarius miles Perſa, qui occiſo Artabano IV. Rege Parthorum ultimo, primus antiquum Perſarum in Oriente imperium, quod in Dario finierat, renovavit, Romae imperante Alexandro Mammeae. Plura de eo Herodianus *lib.* VI., & Agathias *lib.* IV. Novum autem hoc regnum ab anno Chriſti 226., vel 227. ad annum uſque 632., vel 645. duravit: mira enim eſt in hoc Perſici regni fine ſtabiliendo Scriptorum diſſenſio, quorum opiniones ad examen revocat, & expendit cl. Aſſemanus *Biblioth. Orient. tom.* III. *part.* I. *pag.* 425. Regum poſt renovatum imperium Perſicum genealogiam, & hiſtoriam obiter deſcripſit Agathias in fine *lib.* IV., qui tamen ea, quae refert, ἐκ τῶν Περσικῶν βιβλίων μεταληφθέντα *ex Perſicis archivis deſumpta eſſe*, adfirmat. Verum cum ille ſuam narrationem ad Choſroam I. uſque deducat, cuius obitus ad ann. 579. refertur, ſi quis poſteriorum Regum ſeriem noſſe cupiat, laudatum virum Ioſ. Simonem Aſſemanium adeat *loc. cit.*, qui ex Syris Scriptoribus eamdem chronologiam ad Iezdegerdem uſque perſequitur, atque hunc ipſum ultimum fuiſſe Perſarum Regem contra Theophanem, a quo Rex alter, Hormiſda, vel Hormizanes, vel Hormiſdates nomine, poſt Iezdegerdem ſufficitur, ſatis evincit.

175. Agathias *lib.* II. *pag.* 64: Ἀρταξάρης γάρ τις τοὔνομα, Πέρσης ἀνὴρ, ἄδοξος μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἀτιμίσατος, ἄλλως δὲ μεγαλουργὸς καὶ δραστήριος, καὶ δεινὸς κινῆσαι τὰ καθεστῶτα, ξυνομότας ἀγείρας, καὶ ἐπιθέμενος, Ἀρτάβανον μὲν ἀναιρεῖ τὸν βασιλέα· ἑαυτῷ δὲ περιθεὶς τὴν κίδαριν, καὶ τὴν Παρθικὴν δύναμιν καταλύσας, αὖθις τοῖς Πέρσαις τὴν σφετέραν ἀνεσώσατο βασιλείαν.

178. Hanc Piſidae ſupputationem cum chronologia Agathiae, & Aſſemani conciliare tentaveram, ſed irritus omnis conatus fuit. Nam quomodocumque hanc LXXVI. annorum periodum expendas, quam, ut videtur, Auctores ſibi coaevos ſecutus ſtatuit Noſter, nullatenus convenire deprehendes. Siquidem ille huiuſce ſanguinariae periodi curſum ad annum uſque 628. protrahit, quo Choſroes a iuniore filio Siroa eſt interemptus, ut patet ex ſequenti verſu 199. Ex toto enim huius poëmatis contextu apparet, haec ſcripſiſſe Piſidam, ſtatim ac nuntium de caede Choſroae Conſtantinopolim adlatum eſt. Itaque ſi annum ſeptuageſimum ſextum ante mortem Choſroae exactum inquiras, in annum Dominicum incides 551., qui fuit regni Choſroae ſenioris vigeſimus ſecundus; hunc enim aiunt tenuiſſe regnum annos XLVIII. At Seniori ſucceſſit Hormiſdas, vel Hormiſdates filius, Hormiſdae autem Choſroes iunior, quorum ille annos XII., hic vero XXXVIII. regnaſſe fertur. Horum igitur trium Regum tantummodo ſucceſſione LXXVI. annorum periodus abſolvitur. Cur igitur Piſida ſanguinariorum Regum catenam multiplici nodo intextam nobis repraeſentat, qui mutuis ſe caedibus interfecerint, ἐξ αἱμάτων αὖθις αἱμάτων γόνον? ſed neque illud verum eſt, hoſce tres Reges a filiis fuiſſe occiſos: nam Choſroes ſenior, Agathia teſte *pag.* 140. moerore confectus, quod a Mauricio Imp. circumventus, victuſque fuiſſet, in regiis palatiis Cteſiphontis καταλύει τὸν βίον *exceſſit e vita*. Num igitur dicendum eſt, non in diem, quo Choſroes iunior mortuus eſt, ſed in eum, quo natus eſt, Piſidanam periodum, de qua agitur, deſinere, atque ita prorſus intelligenda eſſe, quae leguntur *verſu* 198., *&* 199:

Ἕως πληθυνθεὶς εἰς ἀμέτρητον χύσιν
Ἔσκηψεν ὠσθεὶς εἰς βυθὸν τὸν Χοσρόην.

Sed neque hac habita temporum ratione Piſidae deſcri-

Digitized by Google

deſcriptio convenit cum iis, quae de ceteris Perſarum Regibus narrantur. Quare ſtatuendum putamus, vel nondum ſatis explorata eſſe, quae circa Regum Perſarum genealogiam ſcriptis mandarunt cum Graeci, tum Syri Scriptores, vel Piſidam non ad rectam hiſtoricae veritatis normam, ſed ex poëtici ingenii liberiore iudicio, & facultate ſuam ſanguinariam catenam confinxiſſe, ut omnium odium in Perſas, eorumque dominationem facilius converteret.

186. Ἐμφραγὴ idem ac ἐμφραγμὸς, *obſtructio*: hic autem metaphorice pro *caede*.

188. Non inſcite Perſae, ut Phariſaei in Evangelio, γεννήματα ἐχιδνῶν *genimina viperarum* appellantur, ex veterum Auctorum traditione, qua viperae ferebantur ore coire, feminae voluptatis dulcedine maris caput praecidere, & fetus matris uterum erodere: quae quam falſa ſint, hodie nemo ignorat.

190. Κλῆρον *hereditatem* intelligo eſſe vindictam ex nuper allata veterum Philoſophorum opinione, quam iuvabit ex Herodoto *lib.* III. *pag.* 202. hic proferre: Ἔχιδναι ἐπεὰν θορνύωνται κατὰ ζευγέα, καὶ ἐν αὐτῇ ᾖ ὁ ἔρσην τῇ ἐκποιήσει, ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν, ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα οὐκ ἀνίει, πρὶν διαφάγῃ· ὁ μὲν δὴ ἔρσην ἀποθνήσκει τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ· ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοιήνδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γονέϊ τιμωρέοντα ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἐόντα τὰ τέκνα διεσθίει τὴν μήτραν· διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς, οὕτω μὲν ἔκδυσιν ποιέεται. *Viperae cum agitantur libidine, & per paria coeunt, femina collum maris in emittenda genitura comprehendit, & innexa non prius dimittit, quam devoraverit. Femina vero talem luit maſculo poenam, quod fetus, dum adhuc intra ventrem ſunt, patrem ulciſcentes uterum ambedunt, eiuſque alvo ambeſa, ita partum faciunt.*

193. Vide *ſupr. v.* 184.

194. Notiſſima ſunt Iocaſtae flagitia, quae cum poſt Laii mariti necem Oedipo filio nupſiſſet, & ex eo Polynicem, & Eteoclem genuiſſet, ſibi manus intulit. Videſis Diod. Sic. *Hiſt. lib.* IV., Senecam *in Oedipo*, & Hyginum *n.* LXVI.

197. Ἐκεῖνος, Artaſer, vel Artaxares, vel Artaxerſes. Πόλιν Darartaſim, vel Daſtagerdam.

200. In omnibus Perſarum templis erant Magi cuſtodiae ignis deſtinati. Vide *ſupr. Acroaſ.* I. *v.* 23. ubi de templo Gazaci, in quo erat ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων *carbonum impoſtura*.

204. Theophanes a *pag.* 267. ad *pag.* 269. Choſroam metu perculſum, Daſtagerd relicta, amne Tigride traiecto, ultra Cteſiphontem fugiſſe narrat: unde Heraclius vere, ut fulmen, nullo obſiſtente, ubique victor, Daſtagerdam ſpe citius occupavit.

205. Σχηματουργήσας φόβον, incutiens timorem bellico apparatu, & incendiis, quibus Perſidem late vaſtabat Heraclius, οὐχ ἑκὼν, ut idem Imperator teſte Theophane *pag.* 270. Choſroae ſcripſit, πυρπολῶν τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθεὶς, *non lubens Perſidem devaſtans, ſed ab eo coactus*.

207. Καθ᾽ αὐτοῦ, pro καθ᾽ ἑαυτοῦ, ut alibi ὑμᾶς, & ὑμῖν, pro σε, & σοί.

212. Plurima Choſroae palatia memorantur in Theophane ab Heraclio everſa, quae Perſice nomine diſtinguuntur. Non longe a Daſtagerd, ut videtur, erat palatium *Bebdarch* nuncupatum, de quo ita *pag.* 268: Ὁ βασιλεὺς ἐπῆλθεν εἰς ἄλλο παλάτιον τὸ ἐπιλεγόμενον Βεβδαρὰχ· καὶ τοῦτο καταστρέψαντες, καὶ πυρὶ παραδόντες εὐχαρίστουν τῷ Θεῷ. *Imperator ad alind palatium Bebarach nomine pervenit, eoque everſo, & igne devaſtato, milites Deo gratias referebant.* At paullopoſt idem Theophanes, enumeratis ingentibus divitiis, quae in Daſtagerdae palatiis inventae ſunt, ait: Ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων ἐν Δασταγέρδ . . . καὶ καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια, κτίσματα ὑπέρτιμα ὄντα, καὶ θαυμαστὰ, καὶ καταπληκτικὰ, ἅπερ ἕως ἐδάφους καθεῖλεν· ἵνα μάθῃ Χοσρόης, οἷον πόνον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων ἐρημωμένων παρ᾽ αὐτοῦ καὶ πυρπολουμένων. *Imperator feſto luminum in Daſtagerd celebrato . . . diruit Choſroae palatia, aedificia ſane ſumptuoſa, admiratione digna, & ſtupendae ſtructurae, eaque cuncta ſolo tenus adaequavit: ut quam, deſolatis, & ferro flammiſque vaſtatis Romanorum urbibus, triſtitiam incolis ingeſſiſſet, Choſroes coniectaretur.*

224. Eleganter per proſopopoeiam ignem gaudentem inducit, quod ab impio Perſarum cultu fuerit liberatus, debitum Deo honorem ſibi praeſtari aegre ferentem. Ita *ſupr. Acroaſ.* I. *v.* 6., & *ſeqq.* Solem, & Lunam eadem de cauſſa geſtire, ac laetari iubebat. Simile autem eſt illud Paulli *Rom.* VIII. 21: *Quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertate gloriae filiorum Dei &c.*

227. *De Exped. Acroaſ.* III. *v.* 5. ita de Luna libenter paſſa defectum:

Ἀεὶ γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον ἐκλείπειν θέλει,
Ἤπερ προλάμπειν δυσσεβοῖς τιμωμένη.

230. Eo frigidior nobis videbatur huius poëmatii concluſio, quod Choſroes non igne combuſtus periit. Miſerum genus mortis, quod ſubiit, ita narrat Theophanes *pag.* 272: Πάντα ἐχθρὸν αὐτοῦ ὑβρίζοντα, καὶ τύπτοντα, καὶ ἐμπτύοντα αὐτὸν ὁ Σιρόης ἀπέστελεν· ἐν πέντε δὲ ἡμέραις τοῦτο ποιήσαντες ἐκέλευσε τοῦτον τόξοις ἀνελεῖν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἐν δεινοῖς παρέδωκε τὴν πονηρὰν αὐτοῦ ψυχήν. *Omnem eius inimicum, qui iniuriis, verberibus, & ſputis laceſſeret, ad eum miſit Siroes. His per dies quinque in hunc modum perpetratis, iuſſit ſagittis confodi; atque ita ſenſim per lenta, & dura tormenta nefandam animam exhalavit.* Sed ut videtur Piſida intentus in laudanda potiſſimum pietate Heraclii illud prae ceteris commendat, quod Perſarum πυρεῖα ubique ſubverterit Imperator, ut alibi dictum eſt. Tanta enim fuit Perſarum in ignem religio, ut etiam Regum palatia πυρεῖα dicerentur, quod nullum eſſet ſine templo palatium. Quare ut id obiter moneam, corrigenda eſt Porti verſio in Suida, qui auctores de Heraclio ſcribentes *in voce* πυρεῖον ver-

verba, ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις καθῄρει, καὶ τὰ πυρεῖα διέφθειρε τῶν Περσῶν, ita vertit, *Heraclius vero & urbes demolitus eſt, & ſpeculas Perſarum*. Nam πυρεῖα non ſunt *ſpeculae*, nec turres, e quibus ignis accenderetur, ſed plane templa igni ſacra. Minus aberravit a vero, ſed rem tamen non attigit Scacchius *Miroth.* II. 48., qui hoc teſtimonio uſus eſt Suidae, ut probaret, πυρεῖον *ſignificare ignium receptaculum ad ſuffumigationes, quod apud nos thuribulum, & thymiaterium dici poteſt*. Sed ut ad Piſidam redeamus, certum eſt, cum hic reſpicere ad ſtupendae ſtructurae palatium, quod Choſroes habuit Daſtagerdae, Heraclius autem funditus delevit, atque incendit, quod ibi, impio cultu, ignis una ſimul cum Choſroa adoraretur, ut paullo ante *v.* 220. innuimus ex Theophane. Nam πυρεῖον templum, vel palatium ignis erectum Daſtagerdae, quae Regum Perſidos ſedes fuit, longe aliis ſumptuoſius, ac nobilius fuiſſe non eſt dubitandum; quamvis Cedrenus de palatio Gazaci, ut adnotavimus ſupra *Acroaſ.* I. *v.* 23. tam magnifice ſcripſerit, ut nihil maius excogitari poſſe credas. Ibi enim fuit illud caelum arte elaboratum, in quo Choſroae ſimulacrum ſtabat, & ex quo pluviae, & tonitrua edebantur, ut ſtultus ille Rex πυρσολάτρης *ignicola* Deo ſe parem faceret. Verum, ſive quod Cedrenus ait de Gazaco ad Daſtagerdam transferendum eſt, ſive palatio Gazaci omnino ſimile fuiſſe Daſtagerdae palatium concedendum eſt. Coronidis loco addam opportune teſtimonium Tzetzae *Chiliad.* III. 66. ea omnia confirmantis, quae hactenus de Heraclio dicta ſunt; nam & is de Choſroae palatiis incenſis agit, & hoc ipſum *Heracliados* poëmation innuens Piſidam citat:

Χοσρόης ἄναξ ἦν Περσῶν ἐν χρόνοις Ἡρακλείου
Τοῖς ἀνακτόροις τοῖς αὐτοῦ τοῖς περὶ τὴν Περσίδα
Ἐν ταῖς ὀροφαῖς οὐρανὸν ἔχων τεχνουργηθέντα,
Ἐξ οὗ βρονταί, καὶ κεραυνοί, μηχανητοί τε ὄμβροι,
Ἐστιωμένων πρέσβεων, ἐρρήγνυντο πρὸς θάμβος.
Ἑπτὰ δὲ χρόνους πολεμῶν Ἡράκλειος τοῖς Πέρσαις,
Σκάπτων Περσίδα σύμπασαν, καὶ πυρπολῶν, καὶ καίων,
Καὶ τὸν πυρφόρον οὐρανὸν κατέκαυσεν ἐκεῖνον
Σὺν τοῖς Χοσρόου σύμπασιν, οἷς εἶπον, ἀνακτόροις.
Καὶ πῦρ Περσῶν κατέσβεσεν, ὅπερ εἰς σέβας εἶχον,
Ἐκ κεραυνοῦ μὲν ἀναφθὲν ὑπὸ Περσέως πάλαι,
Λυχνοκαΐαις δὲ πυρσοῖς τοῖς διαδεδόχοις
Καὶ συνεχέσι δὲ πυραῖς μεγάλαις λαβροτάταις
Ἐπιμελῶς τηρούμενον μέχρι τοῦ τότε χρόνου,
Ὑφ' Ἡρακλείου δὲ σβεσθὲν, μέγα πένθος Περσίδι.
Οἱ χρονικοὶ ταῦτά φασι, καὶ σὺν αὐτοῖς Πισίδης.
Ἐμνήσθην δέ που καὶ αὐτὸς οὐρανοῦ ἐκείνου,
Ἰάμβους γράψας εἰς ναὸν, ὧν τοὺς πολλοὺς ἐάσω.
Τοὺς δὲ ἐντεῦθεν λέξαιμι, κλέμμα σοι γεγονέναι.
    Καί τις πρὸς αὐτὸν οὐρανὸς τοῦ Χοσρόου.
    Μηχανοτευχὴς ἐξ ὑπόμβρων τὰς δρόσους.
    Γέρον Συρακούσιε νῦν γεωμέτρα,
    Ὁ γῆν ἀνασπῶν μηχανῇ τῇ τρισπάστῳ,
    Βοῶν, ὅπῃ βῶ, καὶ σαλεύσω τὴν χθόνα,
    Ἔα ἀποσπᾶν γῆς ἀσαλεύτους ὅρους.
    Ἡττῶ γυναικὸς μηχαναῖς εὐμηχάνοις.

Choſroes rex erat Perſarum, temporibus Heraclii,
In palatiis ſuis circa Perſidem
In laquearibus caelum habens fabricatum,
Ex quo tonitrua, & fulmina, machinatique imbres
Convivio exceptis legatis erumpebant ad ſtuporem.
Septem autem annis bellans Heraclius cum Perſis,
Fodiens Perſidem univerſam & igne vaſtans, & incendens,
Etiam igniferum caelum exceſſit illud
Cum univerſis Choſroae, quae dixi, palatiis.
Atque ignem Perſarum extinxit, quem in veneratione habebant,
Ex fulmine quidem accenſum a Perſeo olim,
Luminarium ardentium facibus ſemper ſuccedentibus,
Et continuis pyris, magnis, vehementiſſimis
Studioſe ſervatum uſque tunc temporis,
Ab Heraclio autem extinctum; quod fuit magnus luctus Perſidi.
Chronici haec tradunt, & cum ipſis Piſida.
Memini autem alicubi etiam ipſe caeli illius,
Iambos cum ſcripſiſſem in templum; ex quibus multos dimitto:
Hos autem hic dixerim, furti inſtar ut tibi ſint.
    Et quoddam ipſi templo caelum Choſroae additur.
    Machinaris enim in ipſum ex imbribus rores.
    Senex Syracuſie nunc geometra,
    Qui terram evellebas machina triſpato,
    Clamabaſque, quocumque vado, & commovebo terram,
    Sine avellere immotos terrae terminos,
    Et dic, *Vincere mulieris machinis bene fabricatis.*

Haec autem ita reddenda eſſe, & a verſione Paulli Laciſii, quae in *Corpore Poetarum Graecorum* legitur, paulliſper eſſe recedendum, ſenſus ipſe mihi videbatur ſuadere. Vide *ſupr. Acroaſ.* I. *v.* 23.

ΕΞΑΗ-

ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ

HEXAEMERON

SEU

DE OPERE SEX DIERUM.

M O N I T U M.

GEorgii Piſidae nomen longae nimis oblivioni damnatum tandem ex editione *Hexaëmeri*, vel poematis de opere ſex dierum, quam ſaeculo xvi. exeunte Fridericus Morellius adornavit, factum eſſe celebre, ac tum primum prope orbi litterario innotuiſſe ſciunt omnes viri eruditi, idque nos in Praefatione enucleatius declaravimus. Hoc ipſum autem opus, etſi omnium primum typis editum fuit, primi tamen loci ſedem occupare noluimus, ea potiſſimum ratione ducti, quod non videatur a noſtro Auctore ante alia poemata conſcriptum. Etenim de prima, & ſecunda Heraclii expeditione, quas praemiſimus Acroaſes, Georgium noſtrum, antequam *Hexaëmeron* edidiſſet, iam habuiſſe confectas ex eo conici poſſe cenſemus, quod in fine huiuſce poematis verſu 1867. legitur. Ibi enim ipſe Patriarcham Sergium ita pro Heraclio orantem inducit:

[illegible]
[illegible]
Ita enim ſuae fidei trophaea obtinebit,
Poſt ſecundam ab hoſtibus relatam victoriam.

Quod quidem anno I. C. DCXXIII. eveniſſe conſtat. Cum igitur ſuas in Choſroam expeditiones Heraclius confeciſſet, quando Piſida *Hexaëmeron* vulgavit, iure meritoque, ut temporum ſervaretur ordo, quae de illis agunt poemata, prima in ſede erant collocanda; atque hic omnino ſuus locus erat Hexaëmero tribuendus. Nemini autem dubium eſſe poteſt, eum, quem multa pietate inſignem nobis repraeſentat in principio, & in fine ſuae Coſmopoeiae Piſida, fuiſſe Sergium Patriarcham CPolitanum: is enim eo tempore clarus vivebat, quo Heraclius Perſas devicit, necdum ſuam de una in Chriſto voluntate impiam ſententiam protulerat, ſed ſuis tantum amicis clanculum aperuerat. Magnam quippe ſui ſpem dederat Sergius, cum ad Patriarchatum, Thoma ſanctiſſimo viro defuncto, promotus eſt; ipſum enim optimum Antiſtitem futurum eſſe praedixerat B. Theodorus Siceota, qui Eleuſio teſte apud Surium *in vita Theodori die 22. Aprilis* Conſtantinopolitanos ob Thomae mortem moerentes ita ſolatus eſt: *Nolite modicae fidei homines, & puſillanimes dolere, & conqueri; qui enim futurus eſt Patriarcha non minus nos diliget*, ac deinde ad Sergium converſus, *confirma*, inquit, *te, & robuſtus ſis, atque viriliter age: Deo enim confiſus ſpero adminiſtrationem tuam & diuturnam, & praeclaram fore*. Merito igitur ille dignus habitus eſt a Georgio Piſida, qui tantis laudibus exornaretur, cum nondum inſtar Saul in peius mutatus Monothelitarum dux, & anteſignanus eſſet factus, ſed omni virtutum genere conſpiciendus exſiſteret. Certe Piſida a Sergio ſe edoctum, & myſticis doctrinis eruditum ſtatim oſtendit in principio poematis: ita enim eum adloquitur *v.* 32:

[illegible]
[illegible]
Venio tibi adlaturus inculti cordis
Fructus cultos, & irrigatos tuo rore &c.

Eumdem autem multa pietate clarum, & mira precum vi pollentem demonſtrat in fine, ubi illum tacite, atque ex intimo cordis receſſu, non articulate, & diſtincte orantem inducit; eo quod ex abſtinentia, & ieiuniis verba proferre nequiret, *v.* 1880:

[illegible]
[illegible]
Haec Patriarcha inclamat, & dicit,
Quamvis vocem habeat attenuatam ieiuniis.

Sed plura alibi de Sergio dicenda occurrent.

Nunc his rebus breviter conſtitutis, tria ſunt, quae nobis conſideranda proponimus, ut operi Piſidano claritas affundatur. I. Qui vel ante, vel poſt Piſidam in Hexaëmeron ſcripſerint? II. Quomodo Piſida in Hexaëmeron ſcripſerit? III. Contra quem Piſida Hexaëmeron ſcripſerit?

I.

Qui ante, vel poſt Piſidam in Hexaëmeron ſcripſerint?

DE opificio mundi, quo ſane nihil poteſt eſſe nec diſpoſitius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem, nec maius ad molem, mirum quot omni aetate celeberrimi viri exſtiterint, qui conſulto ſcriberent, aut admiratione tanti operis capti, aut ſapientiae ſtudio inflammati. Nec enim referre quis valeat, quaecumque ab antiquis Philoſophis, & Poetis de Theogoniis, de Chao, de primis rerum principiis, de materia, de elementis, ingenioſe ne magis dicam, an nugaciter, ſolerter ne, an inſipienter excogitata hinc inde ſunt tradita: unde veluti ex Alpibus fluvii, tot de prima mundi origine, & conſtitutione ſunt enatae ſententiae, & in varias, multiplicesque ſectarum, academiarumque diviſiones ſunt propagatae. At vero illi dum multa animi contentione, ut plurimum ſapere viderentur, contendebant, ut nihil tandem ſaperent effecerunt: *Vani quippe homines ſunt, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei*. Sap. 13.

Nos igitur veterum Poëtarum, Philoſophorumque commenta libenter omittimus: neque enim Orpheum laudabimus, qui teſte Suida [illegible] *Tractatus de cognitione Dei* reliquit, quique, ut nonnullis placet, myſticae doctrinae inter veteres primus, quamvis Lino poſterior, habendus eſt magiſter; non Linum ipſum, cuius auditor fuit Orpheus, memorabimus, qui de mundi origine diſſerens, omnia in momento creata eſſe dixit; non Muſaeum Orphei diſcipulum, qui [illegible] *vitae praecepta* ex eodem fonte, & principio deducta verſuum fere quatuor millibus ſcripſit; non Thamyridem muſicum, cantoremque forma praeſtantiſſimum, quem [illegible] *mundi creationem quinque millibus verſuum* ſcripſiſſe tradit Tzetzes *Chiliad.* VII. 108.; non Abarim Scytham, quem [illegible] *Theogoniam ſoluta oratione* litteris mandaſſe teſtatur Suidas; non Heſiodum Aſcraeum, cuius exſtat [illegible], necnon aliud celeberrimum poema, cui titulus [illegible]; non Antimachum Aegyptium Heliopolitanum, qui eodem Suida auctore [illegible], *verſibus heroicis* 3780. *Coſmopoeiam* concluſit; non Ovidium, cuius *Metamorphoſeων* libri omnium manibus teruntur; non denique primae, ac barbaricae, elegantiorisque inde ſequutae philoſophiae auctores nominabimus: verum illos tantummodo praeſtantes viros, qui in creatione mundi enarranda Moſem ſibi ducem elegerunt, recenſendos putamus, ut quae Piſidae mens fuerit in hoc poemate ſcribendo, clarius eluceſcat. Cum vero maxima ſit huiuſmodi Scriptorum copia, neque ullus fere ſit ex SS. Patribus, & veteribus Scriptoribus, qui in Geneſim aut fuſe, aut carptim aliqua non ſit commentatus, nobis quidem in animo non eſt ea ſingula referre: praeſertim cum de illis longum catalogum retexere ſupervacaneum videri poſſit, poſt multam in hoc negotio inſumptam operam a Sixto Senenſi, & longe felicius, accuratiusque a Iacobo Le-Longio. Igitur de Scriptoribus Eccleſiaſticis dumtaxat, qui uſque ad ſaeculum XIII. in *Hexaëmeron* ea mente potiſſimum ſcripſerunt, ut Ethnicorum impietatem, Haereticorumque deliramenta refutarent, nonnulla leviter attingere e re fore putavimus; atque ut lectorum commoditati, & ipſius tractationis claritati

inſerviremus, Auctorum nomina, & ſcripta in tres claſſes, ordine chronologico ubique ſervato, digeſſimus, eos in deperditos, ineditos, & editos diſtinguentes. Neque actum nos agere quiſquam dixerit: quamvis enim Sixtus Senenſis, Guilelmus Cave, Caſimirus Oudinus, & Iacobus Le-Longius in ſuis quidem laborioſis, iiſdemque exquiſitiſſimis Commentariis omnia Eccleſiaſticorum Scriptorum opera complexi fuiſſe videantur; nemo tamen, quotquot in *Hexaëmeron* ſcripſerunt, ita in unum omnes contulit, ut quae fuerit eorum mens, in hiſce elucubrationibus conficiendis pateret, quod nos praeſtitiſſe confidimus. Itaque ſi aliqua inde utilitas erit legentibus, diligentiam noſtram probatum iri ſperamus.

CLASSIS I.

Variorum Auctorum Commentarii in Hexaëmeron deperditi.

[illegible], ſive [illegible], *parva geneſis*, opus apocryphum, cuius fragmentum exſtare in duobus Codicibus Mſs. Bibliothecae Vindobonenſis teſtatur Lambecius in *Comment. lib.I. pag.* 28. Eruditiſſimus Vir Albertus Fabricius in *Cod. Pſeudep. Vet. Teſt. Tom.I. p.*849. varia loca collegit ex ſcriptis S. Hieronymi, Zonarae, Georgii Syncelli, Glycae, & Georgii Cedreni, in quibus *de creationis operibus* ſecundum *parvae* Geneſeos auctoritatem fit ſermo.

Papias Aſianus, ab Anaſtaſio Sinaita *Contemplat. Anagog. lib.VII.* [illegible] dictus, *vir clariſſimus Hierapolitanus, qui diſcipulus fuit Apoſtoli, qui ſupra pectus recubuit*, ſcripſit in *Hexaëmeron*, ipſo Anaſtaſio teſte, omnia ad Chriſtum deflectens. Hoc autem opus eſſe [illegible] *oraculorum divinorum explanationem*, quam Papiam confeciſſe plures teſtantur, non videtur dubitandum, cum S. Irenaeus *lib. V. cap.*33. nil aliud praeter quinque explanationum libros ſcripſiſſe Papiam ſubnotet.

S. Iuſtinus Martyr, Philoſophus Chriſtianus, qui claruit anno 140., ſcripſit [illegible] *Commentarios in Hexaëmeron*, e quibus nonnulla loca ſervata leguntur in *lib.VII. Contemplat.* Anaſtaſii Sinaitae, quae quidem Graece edidit Ioh. Erneſtus Grabius in Spicilegio Patrum *tom.II pag.* 195.

S. Pantaenus, quem alii Palaeſtinum, alii Alexandrinum, alii denique Siculum faciunt, eo quod *Apis Sicula* a S. Clemente *Strom. lib. I.*, qui eum habuit magiſtrum, dictus inveniatur, vir ſane clariſſimus, e Stoico Chriſtianus Philoſophus factus, qui obiit anno 213. ſcripſit, Anaſtaſio Sinaita teſte *lib.I.*, aliquid de *Hexaëmero*, ita tamen ut omnia ad Chriſtum, & Eccleſiam referret.

S. Clemens patria Alexandrinus, ſeu, ut malunt alii, Athenienſis, qui floruit circa finem ſecundi ſaeculi, [illegible], ut ait Theodoretus *Haeret. fab. lib.I. c.*6., [illegible], *vir ſanctus, & qui doctrinae copia omnibus antecelluit*, ſcripſit ad mentem ſui praeceptoris S. Pantaeni *Hypotypoſeων libros VIII.*, & [illegible], *quod unus idemque ſit Deus veteris, & novi Teſtamenti*, & *Commentarium in Geneſim*, & *de providentia librum*; quae omnia intercidiſſe dolendum eſt.

Rhodon ex Aſia oriundus, qui claruit circa an. 189. ſcripſit *Commentarium in Hexaëmeron*. De eo S. Hieronymus *in Catalogo Script.* ſic loquitur: *Rhodon Tatiani auditor temporibus Commodi, & Severi in Hexaëmeron elegantes tractatus ſcripſit.*

S. Irenaeus, Smyrna ut videtur oriundus, S. Polycarpi diſcipulus, Eccleſiae Lugdunenſis Epiſcopus, qui claruit ſaeculo III. ineunte, ſcripſit, ut quibuſdam placuit, tempore Photii, librum [illegible] *de natura univerſi*. Verum idem Photius Cod. XLVIII. hanc opinionem refellit, ut mox dicemus.

Candidus, S. Maximi aequalis, qui claruit an. 196. ſcripſit *tractatum in Hexaëmeron*, teſte Euſebio Caeſarienſi *lib.V. Hiſt. Eccleſ.*, & S. Hieronymo *de Script. Eccleſ. cap.*28., ac primus quidem omnium, ſi Nicephorum audis. Sed ne unum Philonem Iudaeum commemorem, de quo ſuo loco erit dicendum, patet idem argumentum ab aliis fuiſſe tractatum.

Apion, qui male apud Rufinum Appius vocatur, Graecae facundiae profeſſor, qui floruit circa an. 200. ſcripſit *in Hexaëmeron*, teſte Euſebio, & Hieronymo. Vide Fabricium *Bibl. Gr. lib. V. cap.*1.

Caius Presbyter, & Epiſcopus Gentium ordinatus, qui ſaeculo III. ineunte florebat, ſcripſit librum [illegible] *de univerſo*, vel [illegible] *de natura univerſi*, hiſce diverſis titulis inſcriptum, ut teſtatur Photius Cod. XLVIII., qui Ioſepho, Iuſtino Martyri, & Irenaeo dicit a quibuſdam fuiſſe tributum; ſed revera Caii eſſe contendit, aut ſi mavis Caium eiuſdem argumenti librum confeciſſe adfirmat: ipſe enim Caius in fine alterius operis ſui, qui *Labyrinthus* erat inſcriptus, auctorem libri *de natura univerſi* aperte ſe dixerat. Verum cum in tractatu, quem legit Photius, non ſatis clare indicaretur, quid de hac re ſentiendum eſſet, non audet adſerere, idemne ſit liber, an alter. Illud autem pro certo tradit, totum in eo fuiſſe auctorem, ut probaret, Platonem ſecum pugnare: quo teſtimonio nituntur, qui hunc tractatum S. Hippolyto adſcribi malunt.

S. Hippolytus, Portus Romani Epiſcopus, S. Irenaei diſcipulus, & Doctor Eccleſiae [illegible] *dulciſſimus, & bene animatus*, ut in S. Ioh. Chryſoſtomo *Hom. de Pſeudoproph.* dicitur, qui Martyr occubuit anno 235., ſcripſit [illegible], *in Hexaëmeron, & in ea, quae poſt Hexaëmeron*. Quae multum erudite ad id probandum diſputantur, videſis in Stephano le Moynio *in notis ad varia Sacra pag.* 969., in Fabricio *pag.*80. *Op. S. Hippolyti*, in Cave *ad Hippolytum*, & *in Hiſt. Litter.* Gallorum, atque Francorum a PP. Benedictinis nuper edita *tom. I. part. I. pag.* 372.. S. Hippolyto etiam liber *de natura univerſi* tribuitur, ut ſupra in *Caio* indicatum eſt.

Methodius, Eubulius dictus, primum Patarenorum, deinde Tyri Epiſcopus, qui ſaeculo III. exeunte vixit, ſcripſit [illegible] *de rebus creatis*. Deperditi operis ſpecimen nobis conſervavit Photius in Cod. CCXXXV. Hunc librum, contra id, quod Cave cenſuit, quid diverſum fuiſſe arbitramur a Commentariis *in Geneſim*, quos inter Methodii ſcripta recenſet S. Hieronymus: nam ex excerptis Photii, qui alioquin diligens eſt in notandis librorum titulis, quos legit, colligitur, tractatum *de rebus creatis* non ad Commentariorum, ſed potius Dialogi, vel Apologiae formam fuiſſe conſcriptum.

Euſebius Emeſſenus, qui circa annum 360. mortuus eſt, ſcripſit *de operibus ſex dierum congruenter litterae, miſſis allegoriis*: quod diſerte teſtatur Anaſtaſius Sinaita *lib.VII.* In Catalogo librorum Syrorum Ebed-Ieſu Metropolitae Sobenſis, quem poſt Abrahamum Ecchellenſem recudendum curavit Ioſ. Simon Aſſemanius in Bibl. Orient. *tom. III. pag.* 44. recenſentur *Quaeſtiones Euſebii in vetus Teſtamentum*, quas eſſe opus ab Anaſtaſio laudatum forſan credendum eſt.

Theophilus, Alexandriae Epiſcopus, qui ſaeculo IV. labente floruit, ſcripſit Gennadio teſte *de Script. cap.*33. *adverſus Origenem unum, & grande volumen*. Quod opus ab eo fuiſſe confectum, ut Origenem erroris argueret, qui Creationis hiſtoriam per allegorias interpretatus eſt, non eſt dubitandum. Aperte enim Anaſtaſius *loc. cit.* teſtatur Theophilum unum fuiſſe ex iis, qui ſua ſcripta *de ſex Dei operibus* ad litteram expoſuerunt, ut Origenis laborem vanum fuiſſe oſtenderent.

Heliodorus, Presbyter Pictavienſis, qui claruit anno 340. ſcripſit librum unum *de naturis rerum exordialium*, in quo oſtendebat unum eſſe principium, nec quidquam coaeternum Deo. Gennadius *de Script. cap.* 6. Vide *Hiſt. litter. Gallorum, & Franc. tom.I. part.*2. *pag.*190.

Phil

Philo a S. Epiphanio Carpaſiae Epiſcopus ordinatus, qui circa finem ſaeculi IV. floruit, videtur aliquid ſcripſiſſe in *Hexaëmeron*. Fidem facit Coſmas Indico-Pleuſta, a quo *pag.* 330. ita citatur: [illegible], *Philonis Carpathii Epiſcopi in Hexaëmeron*.

Ammonius, genere Aegyptius, Monachus Alexandrinus, qui ut Cave putavit ſaeculo IV. exeunte vixit, ſcripſit *Enarrationes in opus ſex dierum*, quas commendat Anaſtaſius *in prologo Homil. Anagog.* ipſum Ammonium, quem etiam in Hodego *pag.* 278. laudat, probatiſſimum Eccleſiae Alexandrinae [illegible] appellans.

Q. Aurelius Prudentius Clemens, genere Hiſpanus, Poeta Chriſtianus, qui claruit anno 405. ſcripſit more Graecorum *Commentarium de fabrica mundi uſque ad praevaricationem primi hominis*, cuius meminit Gennadius *cap.* 13.

Theodorus Syrus, Antiochenus, S. Ioh. Chryſoſtomi primum amicus, Mopſueſtiae in Cilicia Epiſcopus, qui obiit anno 428. ſcripſit *Commentarium in Hexaëmeron*, ſive [illegible] ſeptem tomis diſtributam, ut ait Photius Cod. XXXVIII. Eiuſdem opera e Graeca in Syriacam linguam olim fuiſſe converſa teſtatur Liberatus in Breviario *cap.* 10. Verſionis autem auctorem fuiſſe Ibam Edeſſenum Epiſcopum patet ex Actione 2. Concilii Chalcedonenſis. Vide Aſſemanium Bibl. Oriental. *tom. III. pag.* 30.

Salvianus, Coloniae Agrippinae natus, Eccleſiae Maſſilienſis Presbyter, qui claruit anno 440. ſcripſit *librum unum in Hexaëmeron, in modum Graecorum verſu compoſitum*, Gennadio teſte *cap.* 67. In veteri Ms. Corbeienſi pro *verſu* eſt *quaſi verſuum*, quae lectio valde obſcura eſt. Hoc Salviani opus Anonymus quidam in Tillemontio *tom. XVI. pag.* 193. de Tertulliano diſſerens fieri poſſe ſuſpicatur, ut hoc ſit *poema de Geneſi*, quod inter opera Tertulliano adſcripta numeratur.

Moſes Bar-Cepha, Iacobita Syrus, Epiſcopus Moſul, qui claruit circa finem ſaeculi IX. ſcripſit *Hexaëmeron* Syriace. Vide Aſſemanium Bibl. Orient. *tom. II. pag.* 127. Eum floruiſſe circa annum 480., & S. Ioh. Chryſoſtomo [illegible] fuiſſe addubitat Card. Bona in Analectis Liturgico-Sacris a D. Roberto Sala ad calcem *Epiſtolarum Select.* eiuſdem Cardinalis nuper editis.

B. Anſelmus, Auguſtae Praetoriae natus, Abbas Beccenſis primum, poſtea Cantuarienſis in Anglia Epiſcopus, qui obiit anno 1109. ſcripſit *librum unum in Hexaëmeron*, ſi Trithemio id adſerenti in Chronico Hirſaug. credimus, & Sixto Senenſi, qui Trithemium eſt ſecutus, quod a Scriptorum Eccleſiaſticorum nomenclatoribus non eſt obſervatum. In antiquioribus S. Anſelmi editionibus exſtant libri duo *de imagine mundi*, ad quos reſpexiſſe Trithemium facile eſt credere. Ceterum hoſce etiam libros *de imagine mundi* a ſua editione operum S. Anſelmi excluſit P. D. Gabriel Gerberonius, quod cuius ſint, ſatis non conſtet: ut enim ipſe in principio *tom. I.* animadvertit ex titulis diverſorum Codicum, variis Auctoribus tribuuntur. P. Echard *tom. I. pag.* 232. *de Script. Ord. Praedicat.* hoc unum ex duabus antea ineditis epiſtolis evincit, auctorem eſſe quemdam *Honorium* appellatum, ſive ille ſit Monachus Anglus, ut placet Theophilo Raynaudo, ſive Auguſtodunenſis, ut Labbaeus contendit.

Arnulphus Gallus, Monachus Bellovacenſis, Lanfranci diſcipulus, Epiſcopus Roffenſis, qui obiit anno 1124. ſcripſit *de operibus ſex dierum libros duos*, teſte le Longio *tom. II. pag.* 616., qui Poſſevinum ſecutus eſt in *Append. Sacr. tom. I. pag.* 514. Verum quae a Poſſevino tribuuntur Arnulpho ad Arnaldum Bonaevallis in Carnotenſi Epiſcopatu Abbatem, ſub cuius nomine prodierunt, pertinere iamdiu exploratum eſt.

Honorius Auguſtodunenſis Eccleſiae Presbyter, qui claruit anno 1130. ſcripſit *Neocoſmon de primis ſex diebus*: vide le Longium *ibid. pag.* 781. Neocoſmon Honorii idem opus eſſe ac *Synopſim mundi*, ſive libros *de imagine mundi*, qui inter opera S. Anſelmi olim recenſebantur, quique variis Auctoribus ſunt affICti, ut dictum eſt ſupra in *S. Anſelmo*, dicendumque erit in *Guilelmo de Conchis*, non videtur eſſe amplius dubitandum.

Bartholomaeus de Luca, per ſyncopem *Tholomaeus*, Lucae in Etruria natus, S. Thomae Aquinatis diſcipulus, & ſocius, qui ſaeculo XIII. labente florebat, ſcripſit *Hexaëmeron*, quod tamen quale ſit, & ubi ſit, adſequi ſe non potuiſſe fatetur P. Echard *tom. I. pag.* 543.

Zachaeus Surenſis, ideſt e Sura Babyloniae urbe, ſcripſit *admirabilem mundi demonſtrationem*, Syriace, teſte Ebed-Ieſu in Catalogo Librorum Syrorum apud Aſſemanium Bibl. Orient. *tom. III. pag.* 232.

Deperditorum Auctorum Claſſem claudam illud referens, quod ad rem noſtram de quodam Tyrrheno ait Suidas in v. [illegible], qui ſex dierum opificium pro lubitu ſuo fabuloſe eſt interpretatus, ita tamen ut Moſis hiſtoriam ſe legiſſe clariſſime demonſtret. [illegible] *Apud eos* (*Tyrrhenos*) *vir peritus hiſtoriam ſcripſit, in qua ait opificem rerum omnium Deum duodecim annorum millia univerſi huius creationi impendiſſe, reſque omnes in domos duodecim ita dictas diſtribuiſſe; ac primo quidem millenario feciſſe caelum, & terram: altero feciſſe firmamentum illud, quod apparet, idque caelum vocaſſe: tertio mare, & aquas omnes, quae ſunt in terra: quarto luminaria magna, Solem, & Lunam, itemque ſtellas: quinto omnem animam volucrum, & reptilium, & quadrupedum in aëre, terra, & aqua degentium. Videntur igitur primi ſex millenarii ante formationem hominis praeteriiſſe, & reliquos ſex millenarios duraturum eſſe genus hominum: ut ſit univerſum conſummationis tempus duodecim millium annorum.*

CLASSIS II.

Variorum Auctorum Commentarii in Hexaëmeron nondum editi, quos tamen in Bibliothecis MSS. adſervari compertum eſt.

Ariſtobulus Hebraeus, Philoſophus Peripateticus, quem laudat Clemens Alexandrinus *Strom. lib. I., & V.*, necnon Euſebius *Praep. Evang. lib. XIII. cap.* 12. *Commentarios explanationum in Moſem ad Ptolemaeum Philometorem*, olim exaravit, atque edidit. Utrum hic Ariſtobulus ille fuerit, de quo fit mentio in libro II. Machab. I. 10. diſputant Critici, inter quos praecipue conſulendi Ioſ. Scaliger in notis ad Euſebii Chronicon, & Ioſ. Potterus in *loc. cit. Strom.* S. Clementis *lib. V.* Putarunt nonnulli Commentarios Ariſtobuli haberi Florentiae in Codice Bibliothecae Mediceae, & Mantuae exſtare in alio Codice apud Patres Benedictinos: ingens enim eius opus Graeca lingua ſcriptum utrobique latere olim teſtatus eſt Buxtorfius *pag.* 33. ad librum Coſri, quod & Philonem ipſum tam doctrina, & praeſtantia, quam ipſa etiam forma ſuperaret, neque aliud quam idoneum interpretem exſpectaret.

S. Epiphanius, genere Palaeſtinus, Salaminae, vel Conſtantiae in Cypro Epiſcopus, vir eruditiſſimus, qui ſaeculo quarto labente claruit, ſcripſit in *Hexaëmeron*, Anaſtaſio Sinaita teſte *lib. VII.*, a quo verbis, & factis ſanctiſſimus vocatur. In Codice Ms. Theologico-Graeco LXXXIX. Bibl. Vindob. exſtat opus S. Epiphanii hoc titulo, *Recenſio viginti duorum operum Hexaëmeri creationis mundi*, ut videre eſt in Lambecio *lib. III. pag.* 196. Oudinus Petavium ſecutus putat, hoc opus ad Epiphanium iuniorem, qui ſaeculo IX. vixit, pertinere. Ego ſane

nihil

nihil temere ſtatuere velim : ſed cum ab Anaſtaſio citetur S. Epiphanii neſcio quod ſcriptum in Hexaëmeron, inquirendum cenſeo diligentius, an illud eſſe poſſit memorata *Recenſio operum &c.*

Victorinus in confinio Graeciae natus, Petavionenſis in Pannonia Epiſcopus, & Martyr, qui floruit circa annum 290. ſcripſit tractatum *de fabrica mundi*, quem apud ſe habuiſſe ex vetuſto Codice tranſcriptum teſtatus eſt Guilelmus Cave, quemque inſeruit ad an. 290. ſuae hiſtoriae litterariae. Recte autem intellexit id aliud non eſſe, quam quoddam *ἀποσπασμάτιον* ex Commentariis, quos S. Martyrem ſcripſiſſe in Geneſim ferunt.

Iacobus Sapiens, vel Magnus dictus, civis & Epiſcopus Niſibenſis, qui obiit anno 338., ſcripſiſſe dicitur *Hexaëmeron*, vel *Hiſtoriam creationis, & rerum creatarum ad Conſtantinum* Syriace, quam extare in Biblioth. Lugduno Batava num. 87., & in Colbertina n. 2148., teſtantur Cave, & le Longius. Verum Cl. Viro Ioſ. Simonio Aſſemanio primum addubitatum eſt opera omnia, quae Iacobo Niſibenſi a Gennadio tribuerentur, Iacobo potius Sarugenſi eſſe adiudicanda: cum autem poſtea intellexiſſet revera extare quoſdam Codices, qui Iacobi Niſibeni *Sermones* continerent, ſententiam ſuam ingenue retractavit. Laudatos Sermones ex Codice Armenico Latinos factos nuper edidit Vir eccleſiaſtica eruditione, & morum probitate ſpectatiſſimus Nicolaus Antonellius, nuper Cardinalis factus, ex quibus tamen non probatur, Iacobum Niſibenſem *de mundi creatione* ſcripſiſſe. Contra vero cum Aſſemanius teſtetur ad calcem Codicis Nitrienſis XIII ſub nomine Iacobi Sarugenſis venire Sermonem mutilum *de opere ſex dierum*, iam non erit dubitandum, cui ſit opus in Hexaemeron adſcribendum. Conſulat Bibliothecam Orient. *tom. I. pag.* 23., 339., *&* 488., qui plura de hac re noſſe velit: atque inde intelliget, alium etiam extitiſſe Iacobum Edeſſae Epiſcopum, *Commentatorem librorum* appellatum, qui cum Niſibeno, & Sarugenſi paſſim confunditur, quique, ut Aſſemanio placet Bibl. Orient. *tom. II. pag.* 295., *hiſtoriam creationis ad Conſtantinum*, quam ſuperius memoravimus, ſcripſit, & Abulpharagio teſte in Hexaemeron pariter Commentarios edidit.

Andreae Archiepiſcopi Lundenſis ante annos 450. clari *Hexaëmeron* Ms. Carmine heroico memorat Stephanius in notis ad Saxonem Grammaticum *pag.* 11.

Auxilius, cuius patria ignoratur, qui tamen ſaeculo IX. labente vixit, quique a Papa Formoſo fuit ordinatus, ſcripſit *Capita* 137. *in Hexaëmeron*: ſi tamen ille Auxilius, cui haec Capita in Codice Ms. Bibliothecae Caſinenſis adſcribuntur, unus idemque eſt, ac ille, quem laudamus, de quo videnda Hiſt. Litter. Gallorum, atque Franc. *tom. VI. pag.* 326 Huius operis nulla certe mentio apud Scriptorum Eccleſiaſticorum nomenclatores, & ne in Dupinio quidem, etſi de hoc Auctore fuſe diſſerat, ſaec. IX. *pag.* 527.

Emmanuel, Doctor Syrus, qui ſaeculo IX. exeunte vixit, ſcripſit librum *de opere ſex dierum*, carminibus Syriacis, ut teſtatur Ebed-Ieſu in Catalogo librorum Syrorum apud Aſſemanium Bibl. Orient. *tom. II. pag.* 499., & *tom. III. pag.* 177., qui Codicem in Bibl. Vatic. extantem deſcribit, in quo omnia, quae Emmanuel ſcripſit, continentur. Ex recenſione autem Capitum, quae ibidem legitur, Emmanuelem eadem via, quam Piſida tenuit, inſtitiſſe dignoſcitur: ab utriſque enim idem argumentum eodem fere modo tractatum eſt.

S. Odo Gallus, Abbas Cluniacenſis, & Monaſticae diſciplinae in Galliis reſtitutor, qui obiit anno 942., ſcripſit opus, cui titulus: *Occupationes*, in quatuor libros diviſum, quorum primus agit *de opificio Dei*, ſive *de opere ſex dierum*, ſecundus *de creatione hominis &c.* Libellos hoſce extare Mſſ. in Bibliothecis Cluniacenſi, & Carmelit. Excalceat., & S. Iuliani Turonenſis teſtantur Auctores Hiſt. Litt. Gallorum *tom. VI. pag.* 245.

Niceta Serron, Heracleae Ponti in Thracia Metropolita, qui claruit anno 1077., reliquit *Collectionem expoſitionum* ex pluribus Scriptoribus in *Hexaëmeron*. Citatur hoc opus inter Codices Bibliothecae Seguerianae *pag.* 18. Verum in Bibliotheca Coisliniana, quae olim fuit Segueriana, non alius eſt Codex continens Nicetae Serronis opera, quam CXC. in quo eſt *Collectio* mutila in *Pſalterium* ex SS. Patribus, quae tamen integra edita fuit a P. Balthaſare Corderio in *Catena Patrum*.

Guillelmus de Conchis, ex Oppido huius nominis Dioeceſis Eboicenſis in Neuſtria ſic appellatus, non Monachus, ut Poſſevinus ait in *Appar. Sacr. tom. I.*, ſed ſaecularis, vir ſua aetate inſignis, qui claruit an. 1150. ſcripſit, ſi fides eidem Poſſevino, quem exſcripſit Oudinus, *libros triginta ſuper opere ſex dierum*. Verum P. Echard *tom. I. pag.* 235. validis argumentis probat deceptum eſſe Poſſevinum, opuſque ab eo citatum eſſe Vincentii *Bellovacenſis* dicti, de quo in tertia Claſſe verba faciemus. Guillelmum de Conchis tamen hiſce ſimilia ſcripſiſſe laudatus P. Echard ex Codice a ſe viſo in Victorina n. 769. teſtatur, ſcilicet: *Tractatum Philoſophiae in particulas IV. diviſum, de cauſſa rerum, ſive de Deo; de caelo, ac de ſphaera; de aëre, & de zonis; de terra, & homine &c.*, ex quibus ſane operibus multa ad utilitatem ſuam contraxit Vincentius, qui Guillelmum ipſum, a quo ea ſumebat, nominat: unde error Poſſevini natus eſt.

Simon Magiſter, & Logotheta, qui claruit an. 1170. ſcripſit *in mundi opificium ex Geneſi, & Chronicis opus collectum*. Codicem haec ipſa continentem fuiſſe olim adſervatum in Bibliotheca Meſſanenſi S. Salvatoris teſtatur Poſſevinus. Sed de hoc Auctore conſulendus Oudinus ad an. 1150. *pag.* 1305.

Robertus Scriba, Anglus, Coenobii Bridlentonenſis Praeſes, qui claruit anno 1190. ſcripſit *de operibus ſex dierum librum unum*. Hunc Codicem extare in Bibl. Collegiorum Oxon. colligitur ex Catalogo n. 5105.

Salomon, ex Chalata Mediae urbe oriundus, Epiſcopus Baſſorae, qui anno 1222. vivebat, fecit librum *Spicilegii*, *Apis* inſcriptum, in quo *de creatione mundi, & operibus ſex dierum* pro ingenio ſuo diſputat; ut videre eſt in Aſſemanii Bibl. Orient. *tom. III. pag.* 311., qui huius operis ſpecimen edidit ex duplici Codice Syriaco in Bibliotheca Vatic. adſervato.

Gregorius Bar-Hebraeus, qui & Abulpharagius appellatur, Scriptorum Iacobitarum facile princeps, qui obiit anno 1286., ſcripſit Theologiam, cui titulus, *Candelabrum Sanctorum de fundamentis Eccleſiaſticis*, quod opus cum in XII. Fundamenta ſit diviſum, *de natura universi, de conditu mundi, & de opere ſex dierum* agit in ſecundo. Arabice ſcriptum extare in Bibl. regia Pariſienſi teſtatur Renaudotius *tom. II. Libr. Orient.*, quod tamen ex Catalogo eiuſdem Bibliothecae non liquet. Extat autem Syriace in Bibliotheca Medicea Palatina, & in Vaticana. Vide Aſſemanii Bibl. Orient. *tom. III. pag.* 287., qui diſertiſſime de Abulpharagio loquitur.

Ebed-Ieſu, hoc eſt *Servus Ieſu*, Metropolita Sobae, & Armeniae, cognomento Bar-Bricha, ideſt *Filius Benedicti*, gente Chaldaeus, ſecta Neſtorianus, qui ſaeculo XIII. exeunte vixit, praeter alia, quae in ſuo Catalogo Librorum Syrorum ſe compoſuiſſe canit, ſcripſit librum *Margaritae* de veritate Religionis Chriſtianae, cuius excerpta ex Codice Vaticano habes in Aſſemanio Bibl. Orient. *tom. III. pag.* 352. In hoc opere Sobenſis Metropolita, qui iubente ſuae gentis Patriarcha illud ſe ſuſcepiſſe dicit, plura *de Deo mundi creatore, de Trinitate, & de Chriſto* in morem Piſidae diſputantur.

R. Iuda filius Moſis, filius Halaovva ſcripſit tractatulum *de operibus ſex dierum*, quem extare in Bibliotheca Urbino-Vaticana n. XIII., XXXVIII., & XLII. teſtis eſt ex Bartoloccio le Longius *tom. II. pag.* 807. Verum hi Codices in Catalogo Codicum Mſſ. Hebraicorum Bibliothecae Apoſtolicae Vaticanae, quem nuper ediderunt in lucem Stephanus Evodius, & Ioſ. Simon Aſſemanius, diverſum inter ſe titulum exhibent: ibi enim ita legitur. Codex XIII. I. *R. Iudae fil. Moſis fil. Danielis Romani* Portae, *ſive tractatus Philoſophici ex Sacra Scriptura*, *ex qui-*

Digitized by G

ex quibus tamen nonniſi fragmentum tribus paginis comprehenſum in hoc Codice reperias. Codex xxxviii. *Einſdem tractatus Philoſophici tres, quorum primus tractat* de opere ſex dierum. Codex xliii. 2. *Aben Raſciad*, *ſive Averrois liber* de ſubſtantia caelorum, *ſive* Orbis caeleſtis, *ex Latino idiomate in Hebraicum a R. Iuda fil. Moſis fil. Danielis converſus*. Editores Catalogi Vaticani obſervarunt hunc Iudam in Codicibus praeferre nomen *Romani*, & *Philoſophi*, ac proinde male Bartoloccium duos Iudas ex uno feciſſe. Varia quidem opera eiuſdem R. Iudae Romani & Philoſophi nuncupati in eodem Catalogo Vaticano recenſentur, quorum e numero eſt, *Commentum ſuper opere Geneſeos*, ſive *creationis*, in fine mutilum, Cod. Palatino-Vat. cxci. 12., & *Expoſitio in ſectionem in principio* Philoſophica. quae priora quinque capita Geneſeos complectitur, Cod. Urbino Vat. cxxc. 2. Utrum haec omnia unum ſint cum tractatibus ſupra enumeratis, alius viderit.

Opus in principio, *de operibus ſex dierum* Hebraice. Librum ita inſcriptum exſtare in Bibliotheca Vaticana num. 1295. ex Bartoloccio teſtatur le Longius *tom. II. pag.* 1046. Opus a Bartoloccio citatum eſſe *tractatum Cabbaliſticum* Anonymi *in tres libros diſtributum*, quorum tertius *hiſtoriam de creatione*, vel *de operibus ſex dierum* continet, non eſt dubitandum. Invenitur in Catalogo Vatic. relatus hic liber inter Codices Palatino-Vatic. ad numerum cxcii. Nec mirum tantam eſſe numerorum varietatem, cum poſt Bartoloccium Codicum ordinem in Bibliotheca Vat. fuiſſe immutatum conſtet.

Explanationem ſex dierum creationis ex Ambroſio, Auguſtino, aliiſque exſtare in Bibliotheca S. Germani a Pratis Cod. ccc. adfirmat le Longius *ibid.*, & plures Codices, Commentarios Rabbinicos *in Geneſim* continentes, laudantur in Catalogo Vaticano.

CLASSIS III.

Variorum Auctorum Commentarii in Hexaëmeron typis editi.

Philo Iudaeus, patria Alexandrinus, ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, ut in Ioſephi Antiquitatibus xviii. 10. appellatur, qui claruit anno Chriſti 40., ſcripſit περὶ τῆς Μωϋσέως κοσμοποιΐας *de mundi opificio*, necnon Νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν Ἑξαήμερον, *Sacrarum legum allegorias poſt ſex dierum opus*. Habes haec omnia in editionibus operum Philonis.

Theophilus Antiochenus, ſextus ab Apoſtolis Eccleſiae Antiochenſis Epiſcopus, qui ſaeculo ſecundo labente floruit, ſcripſit *ad Autolycum libros tres*, in quibus potiſſimum probat, Moſis hiſtoriam eſſe antiquiſſimam, & veriſſimam, ſed in ſecundo *de Dei operibus* agit diſertiſſime. Pluries editos Theophili libros iterum luci donavit Ioh. Chriſtophorus Wolfius Gr. Lat. *Hamburgi* 1724. *in* 12.

Origenes Alexandrinus, ob multam in ſcribendo inſumptam operam χαλκέντερος, & *adamantius* dictus, plane ſtupendae eruditionis vir, qui obiit anno 254., ſcripſit *in Geneſim Tomos*, *Homilias*, *Scholia*. *Tomos*, ſive Commentarios ad *Hexaëmeri* explanationem fuiſſe omnino elaboratos, deducitur ex fragmentis, quae P. Carolus la Rue collegit, & in principio tomi ſecundi praefixit in nitidiſſima editione operum Origenis, quam Clementi XII. Pontifici vere Maximo dicavit. Ipſum autem Origenem ab omnibus Patribus fuiſſe poſtea reiectum conſtat, eo quod allegoriarum ſtudio abreptus vim intulerit Scripturae: *neque enim*, ut ait Anaſtaſius Sinaita *lib. vii. contemplat.*, *caelum ſenſile*, *neque terram*, *neque aquas*, *neque plantas vere plantas*, *neque ſtellas vere ſtellas*, *neque quidquam aliud convenienter litterae intellexit*. Quod iam antea in Origene reprehenderat S. Baſilius *Homil. III. in Hexaëm.* 9.

Euſebius, Pamphilus dictus, patria Palaeſtinus, vir pietate, & eruditione celeberrimus, qui ſaeculo tertio exeunte, & ineunte quarto vixit, plura ut omnes norunt ſcripſit pro re Chriſtiana, ſed libros xv. προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς *praeparationis Evangelicae* ea videtur mente confeciſſe, ut Moſaicae hiſtoriae veritatem contra Philoſophos Ethnicos vindicaret. Exſtant editi hi libri cura Franciſci Vigeri, *Pariſiis* 1628. *in fol.*

Lucius Caecilius Lactantius, Firmio natus, ob ſtili elegantiam *Cicero Chriſtianus* appellatus, qui claruit circa annum 320., ſcripſit *divinarum inſtitutionum libros* vii., librum unum *de ira Dei*, & librum alterum *de opificio Dei*. Lactantii opera, quae omnia mundi creationem, gubernationemque reſpiciunt, iam ſaepe recuſa iterum prodierunt cura Nic. Lenglet du Freſnoy, *Lutetiae Pariſiorum* 1748. *tom. II. in* 4.

S. Euſtathius, ex Side Pamphiliae, Epiſcopus Antiochenus, ἀνὴρ ἐν ὁμολογίᾳ καὶ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν, *confeſſione clarus*, & *religione pius*, ut in S. Athanaſio *Epiſt. ad Solit.*; qui claruit circa an. 325., ſcripſiſſe fertur εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὑπόμνημα *in Hexaëmeron Commentarium*, quem primum edidit Leo Allatius cum locupletiſſimis adnotationibus, *Lugduni* 1629. *in* 4. S. Euſtathio tamen hunc Commentarium abiudicant critici viri Tillemontius *tom. VII. Hiſt. Eccleſ.*, Natalis Alexander *ſaec. IV.*, Cave, & Oudinus ad annum 325., & Fabricius *lib. V. cap.* 21., qui omnes male conſutarum ex alienis ſcriptis fabularum compilationem eſſe conſentiunt.

Iuvencus Presbyter Hiſpanus, quem ut Poetam non ignobilem laudant antiqui, recentioreſque Auctores, ſcripſit circa annum 340. *librum in Geneſim*. Edidit hunc primus in lucem Edmundus Martene *Vet. Script. tom. IX. pag.* 15.

S. Athanaſius, Archiepiſcopus Alexandrinus, orthodoxae doctrinae iudex, ac vindex acerrimus, qui ſaeculo IV. currente floruit, ſcripſit λόγον κατὰ Ἑλλήνων *Orationem contra Graecos*. S. Hieronymus *de Script.* memorat duos *contra Gentes* libros, quos tamen exploratum eſt non eſſe ab illis diverſos, quorum alter, ut dictum eſt, *contra Gentes*, alter *de Incarnatione* inſcribitur. Qua ratione S. Athanaſium inter Auctores de opificio mundi agentes recenſeamus, ii plane ſentiunt, qui aurea haec tanti Doctoris ſcripta legerunt. Mira enim ille eloquentiae vi opera creationis exornat, omnipotentiam Dei depraedicat, & Gentium ſtultitiam, Manichaeorumque impietatem exagitat: adeo ut ceteris aliis in hoc argumenti genere pertractando videatur antecellere. Exſtant in primo tomo editionis Pariſienſis a PP. Benedictinis S. Mauri comparatae an. 1698. *in fol.*

S. Ephraemus Syrus, ὁ θαυμάσιος καὶ ἀξιομνημόνευτος ἀνήρ, Niſibiae in Meſopotamia natus, Eccleſiae Edeſſenae Diaconus, qui obiit anno 378. ſcripſit *Explanationem in Geneſim*, quae primum prodiit Syriace, & Latine, *Romae ex typographia Vaticana* 1737. *in fol.* S. Ephraemum inter Scriptores *de Hexaëmero* bene adnumeratum iri putavimus, quia tota eius in Geneſim explanatio circa *opera ſex dierum* verſatur, ac paſſim ab aliis Auctoribus idem argumentum tractantibus citatur.

S. Baſilius Magnus, Cappadox, Caeſareae civis, & Epiſcopus, ἄριστος ἐν πᾶσι τοῖς αὐτοῦ λόγοις, *in omnibus ſuis libris praeſtantiſſimus*, ut Photius ait Cod. CXLI., qui obiit anno 378., ſcripſit *Homilias IX. in Hexaëmeron* multa admiratione dignas, ut verbis utar Suidae in *v.* Βασίλειος. Quas Homilias accuratiſſime, elegantiſſimeque olim fuiſſe ab Euſtathio latine redditas teſtis eſt Caſſiodorus *Divin. Lect. cap. I. pag.* 445. Sed de hac in vertendo elegantia non omnium idem eſt iudicium. *Hexaëmeron* Baſilii interpretatus eſt etiam Dionyſius Exiguus, una cum duabus Homiliis *de creatione hominis*, quae a nonnullis eidem Baſilio ſunt adtributae, ab aliis vero eiuſdem fratri S. Gregorio Nyſſeno. Exſtant etiam aliae *Hexaëmeri* Baſiliani verſiones, quas inter celebrior eſt illa Johannis Argyropuli Byzantini, quae habetur inter opera S. Baſilii edita Baſileae 1565. a Godefrido Filmanno recognita. Laudatae Homiliae habentur in principio tomi I. editionis Maurinae, *Pariſiis* 1721. *fol.*

S. Ambro-

Google

S. Ambroſius, origine Romanus, ortu Gallus, Epiſcopus Mediolanenſis, qui obiit anno 397., ſcripſit in *Hexaëmeron*, ſive *de operibus ſex dierum*; nihil aliud pene agens, quam ut quae Baſilius in *IX. Homilias diſtinxerat*, *in VI. libros* contraheret, & Latina redderet. Baſilium enim, & Ambroſium legenti patet, hunc eſſe alterum plane ſequutum, interpretiſque potius, quam auctoris munere fuiſſe perfunctum; ita ut alter alteri lucem affundat. Exſtant S. Ambroſii libri VI. inter eius opera edita a Benedictinis Maurinis *Pariſiis* 1686. *tom. I. in fol.*

S. Gregorius, S. Baſilii Magni frater, natu minor, Nyſſae in Cappadocia Epiſcopus, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ πάσης ἐνδόξου παιδείας ἀνάπλεως, *Vir*, teſte Suida in *v.* Γρηγόριος, *eloquentiſſimus, omnique doctrina refertus*, qui ſaeculo IV. exeunte mortuus eſt, ſcripſit Ἀπολογητικὸν περὶ τῆς Ἑξαημέρου *explicationem apologeticam in Hexaëmeron* ad Petrum Sebaſtenum Epiſcopum fratrem ſuum, quam non ſatis firmis rationibus ſuſpicatur Oudinus ei eſſe adfictam. Scripſit etiam Homilias, vel Orationes *de opificio hominis*, & in ea Scripturae verba *faciamus hominem ad imaginem noſtram*. Exſtant haec omnia in operum *tom. I.* editionis Pariſienſis 1638.

S. Gregorius, Arianzi natus, Epiſcopus Nazianzenus, qui κατ' ἐξοχὴν Theologus dictus eſt, obiit an. 389. Eius Oratio XXXIV., quae eſt ſecunda *de Theologia*, continet explicationem operum Dei: atque in ea plura deprehenduntur, quae Piſida videtur imitatus. Exſtat inter opera impreſſa *Coloniae* 1690. *tom. I. pag.* 536. Nec multum ab Hexaemero Piſidae differt, ſi argumenti vim ſpectes, eiuſdem Gregorii Carmen heroicum, cui titulus Ἀπόῤῥητα, ἢ περὶ ἀρχῶν, *arcana, ſive de principiis*.

Nemeſius ex Philoſopho, ut fertur, Epiſcopus Emeſenus factus, ſaeculo IV. exeunte claruit; S. Gregorii Nazianzeni, ut videtur, aequalis, & amicus fuit; ſcripſit librum *de natura hominis*, qui poſt varias editiones prodiit iterum in lucem recognitus, & notis illuſtratus Gr. Lat. *Oxonii* 1671. *in 8.*

S. Iohannes, ob miram qua pollebat, eloquentiam *Chryſoſtomus* appellatus, Antiochiae ad Orontem fluvium natus, & Conſtantinopoleos Archiepiſcopus poſtea factus, qui obiit anno 407., ſcripſit *in Geneſim Homilias LXVII.*, quarum primae XII. *de opere ſex dierum* agunt. Exſtant in *tomo III.* editionis Maurinae.

Anonymi Auctoris, qui tamen circa initium ſaeculi V. videtur claruiſſe, *Carmen heroicum de Divina providentia*, eadem fere methodo, qua uſus eſt Piſida, agit de creatione mundi, de providentia, de Incarnatione, &c. Hoc opus quondam fuit adſcriptum S. Proſpero Aquitano; ſed tantum abeſt, ut ſit illius ſanctiſſimi viri, qui S. Auguſtini nomen, & doctrinam tutiſſimam de gratia ſtrenue propugnavit adverſus Pelagianos, ut potius a Pelagiano quodam compoſitum exiſtiment omnes eruditi. Exſtat in editione operum S. Proſperi, *Pariſiis* 1711. *in fol.*

Severianus, Gabalorum in Syria Epiſcopus, S. Iohannis Chryſoſtomi primum amicus, mox aemulus, atque etiam inimicus, qui floruit circa annum 401., ſcripſit εἰς τὴν κοσμοποιΐαν *de creatione mundi Orationes ſex*. Eas eſſe decerptas *ex XIV. in Geneſim concionibus*, quas Alexius Braſſicanus *Tranſlat. in Salvianum an.* 1530. teſtatus eſt exſtare in Bibliotheca Vindobonenſi inter alia Severiani opera, recte forſan coniecit Guilelmus Cave, ſed illae quidem XIV. Conciones nec a Lambecio, nec a Neſſel memorantur. Orationes autem de creatione mundi leguntur inter opera S. Iohannis Chryſoſtomi *tom. VI. pag.* 436. editionis Maurinae.

S. Auguſtinus Afer, Tagaſtae natus, Epiſcopus Hipponenſis, qui obiit anno 430., ſcripſit *de Geneſi contra Manichaeos libros duos*, & *de Geneſi ad litteram librum*, quem *imperfectum* inſcribi voluit, & *de Geneſi ad litteram libros XII.* Quae mens ſanctiſſimo, doctiſſimoque viro fuerit in hiſce libris varie de eadem re conſcribendis, ipſe teſtatum reliquit *in lib. I. Retract. cap.* 18., & *lib. II. cap.* 24. Exſtant autem omnes in praeſtantiſſima editione Pariſienſi PP. Congregationis S. Mauri *tom. I.*, & *III.*

Euſtathius ſuperius memoratus in Baſilio, qui Diaconus invenitur dictus in Cod. Colbertino, ut adſerit doctiſſimus Iulianus Garnier in *tom. I.* operum S. Baſilii *pag* 631., claruit circa annum 440., fuitque Poetae Sedulii aequalis. Exſtat eius verſio e Graeco in Latinum *IX. Sermonum, vel Homiliarum S. Baſilii in principium Geneſeos* a Caſſiodoro *cap. I. de divinis lectionibus* multum laudata ſub hoc titulo, *Euſtathii in Hexaëmeron S. Baſilii latina metaphraſis*: ut videre eſt ad calcem *tom. I.* operum S. Baſilii editionis Maurinae.

Dracontius, ut pluribus placet, Hiſpanus, Presbyter certe Toletanus, qui claruit anno 440., ſcripſit *Carmen heroicum in Hexaëmeron*, cuius variae ſunt editiones, ac prima quidem Pariſienſis anni 1560. Vide infra in *Eugenio*.

Claudius Marius Victor, male a multis pro Victorino Afro acceptus, Rhetor Maſſilienſis, qui obiit ante annum 450., ſcripſit *libros tres Carminum*, ſive *Commentariorum in Geneſim*, qui ſeorſim ſunt editi, & exſtant etiam in Bibliothecis Patrum. Hoc Poëmation piae mentis ſtudio elaboratum, ſed parvi ponderis ſententiis ſuffultum declaravit Gennadius *de Script. cap.* 60.

S. Hilarius, Gallus, Epiſcopus Arelatenſis, qui medio ſaeculo V. obiit, ſcripſiſſe fertur *Carmen heroicum in prima capita Geneſeos*. Omnium primus Sixtus Senenſis Hilario Arelatenſi hoc opuſculum adtribuit, quod etiam Hilario Pictavienſi eſt adſcriptum. At P. Queſnellius Sixtum Senenſem ſequutus idem Carmen, de quo loquimur, edidit ad calcem operum S. Leonis *tom. II. pag.* 771. ſub nomine Hilarii Arelatenſis. Verum neque Arelatenſi, neque Pictavienſi convenire obſervatum eſt a PP. Benedictinis *in Hiſt. Litt. Gallorum tom. II. pag.* 172.

Alcimus Ecdicius Avitus, Gallus, Archiepiſcopus Viennenſis, Poeta non inelegans, qui obiit anno 523. ſcripſit *in tria priora capita Geneſeos de initio mundi*, & *primorum parentum creatione librum unum*, qui primus eſt ex quinque, quibus conſtat Poema *de origine mundi* inſcriptum. Opera, quae exſtant Aviti, iam primum prodiere cura Iac. Sirmondi, *Pariſiis* 1643., & habentur in *tom. II. operum* eiuſdem Sirmondi. Inter deperdita vero Cave recenſet *Homiliarum librum unum de mundi principio*. Hanc notitiam ipſum male hauſiſſe ex S. Gregorio Turonenſi *Hiſt. lib. II. cap.* 34. oſtendunt PP. Benedictini *in Hiſt. Litt. Gallorum tom. III. pag.* 132. *Homiliar* enim quid ſeiunctum, ac diviſum eſſe adfirmant a *tractatu de principio mundi*.

Theodoritus, natione Syrus, domo Antiochenus, ac Cyri Epiſcopus, qui obiit anno 457., ſcripſit Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων *Graecarum affectionum curationem*, in XII. Sermones diſtinctam, quorum ſecundus agit *de principio*, III. de Angelis, IV. de materia, & mundo, V. de natura hominis, VI. de providentia Dei. Exſtant inter eius opera edita a Sirmondo, *Pariſiis tom. IV. pag.* 461.

Coſmas Aegyptius Alexandrinus, primum mercator, poſtea Monachus, ob peragratas Indicas regiones *Indicopleuſtes* dictus, qui anno circiter 535. floruit, ſcripſit Χριστιανικὴν τοπογραφίαν *Chriſtianam topographiam*, quam edidit doctiſſimus P. de Montefaucon *in Collect. nova Patrum tom. II. pag.* 113. Coſmam Aegyptium inter Scriptores *de Hexaëmero* iure adnumeramus: nihil enim aliud eſt *Chriſtiana topographia*, quam diſertiſſima quaedam creationis explicatio, & Moſis contra Gentes Apologia.

Zacharias, profeſſione Scholaſticus, ſive Rhetor, Mitilenenſis Metropolita, qui claruit circa annum 540. ſcripſit *Dialogum contra Ammonii diſcipulum*, qui male cum Ariſtotele Platonem conciliare ſtudens mundi aeternitatem adſerebat. Hic liber editus fuit Gr. Lat. *Lipſiae* 1654., & cum *Origenis philocalia*, *Pariſiis* 1619. *in 4.*

Iunilius Epiſcopus, Africanus, qui claruit circa annum 550., ſcripſiſſe ferebatur *in tria priora capita Geneſeos*,

neſeos, ſive *in Hexaëmeron Commentarios*, qui inter Bedae opera, cuius revera ſunt, recenſentur. Prodierunt ſub nomine Iunilii, *Baſileae* 1536. *in* 4., & alibi. Vide infra *Beda*.

Eugenius Hiſpanus, Eccleſiae Toletanae Epiſcopus, huius nominis ſecundus, qui florebat circa annum 550. Dracontii libellos in *Hexaëmeron* recenſuit, auxit, adeoque expolivit, ut teſte Ildefonſo *cap.* 14. pulchrius de manu corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videantur Auctoris. Addidit etiam Eugenius *de diei ſeptimi opere Carmen heroicum*, quod Dracontius imperfectum reliquerat, editumque eſt in lucem ab Iac. Sirmondo *Pariſiis* 1619. *in* 4., & habetur etiam inter eiuſdem Sirmondi opera *tom. II.*

Iohannes, a Scriptorum copia, & laboris contentione Philoponus dictus, genere Alexandrinus, arte Grammaticus, qui ſaeculo VI. labente vivebat, ſcripſit [illegible], *Commentariorum in Moſaicam mundi creationem libros VII.*, qui prodierunt Gr. Lat. cum verſione Balthaſaris Corderii, *Viennae* 1630. *in* 4. De hoc opere, eiuſque auctore plura dicenda erunt inferius.

Georgius Piſida, cuius opera illuſtrare conamur, hic venit recenſendus. Quae ad eius vitam ſpectant, habes in principio, quae vero ad Poematis in *Hexaëmeron* explanationem faciunt, ſuis paſſim ſubiecta locis invenies.

Anaſtaſius Sinaita, Presbyter & Monachus celeberrimus, qui alius eſt a duobus Anaſtaſiis Epiſcopis Antiochenis, quique claruit medio ſaeculo VII. a Graecis recentioribus [illegible] dictus, ſcripſit [illegible] *anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron libros XII.*, quorum ultimus dumtaxat editus eſt Graece *Londini* 1682. *in* 4. cum verſione Andreae Dacerii: priores autem XI. exſtant latine redditi in Bibliothecis Patrum, & manuſcripti adſervantur in Biblioth. Regia Pariſienſi, & Bavarica, &c. Vide Fabricium egregie de hoc Anaſtaſio diſſerentem *Bibl. Graec. lib. V. cap.* 34., & 35.

S. Iſidorus, Hiſpalenſis dictus, qui ſaeculo VII. ineunte florebat, ſcripſit librum *de natura rerum*, ſive *de mundo ad Siſeburum Viſigothorum Regem*. Exſtat inter eius opera edita cura Ioh. Griao, *Matriti* 1599. In hoc tractatu, non ut ceteri Eccleſiaſtici Scriptores contra Haereticos dimicat, ſed more tantum Scholaſtico ſuam de mundo, eiuſque partibus opinionem exponit, quam tamen SS. Patrum auctoritate paſſim confirmat: ita ut ſi quae ibi leguntur, cum iis, quae in *Etymologicorum libris XI.*, *XII.*, & ſequentibus, conferas, atque coniungas, quae fuerit tum temporis in Occidente philoſophandi ratio plane intelligas, eamque a Philoſophorum Orientalium doctrina parum differre plane fateberis.

B. Flaccus Alcuinus, ſive Albinus, Anglus, in Provincia Eboracenſi natus, litterarum in Gallia poſt Carolum Magnum inſtaurator, Coenobii Sanmartiniani Turonenſis Abbas, qui obiit anno 804., ſcripſit *Interrogationes, & reſponſiones quaeſtionum in Geneſim*, quas Sigulfo fratri ſuo dicavit, ut ipſe teſtatur in epiſtola quaeſtionibus praepoſita, necnon ſuper illud Geneſeos *faciamus hominem &c.* Quae duo opuſcula exſtant in principio operum Alcuini ab Andrea Quercetano editorum.

Remigius Monachus Coenobii S. Germani Antiſſiodorenſis, Ordin. S. Benedicti, qui poſt ann. 882. a Fulcone Archiep. Remenſi ad ſcholam ibi regendam evocatus eſt, ſcripſit *Expoſitionem ſuper Geneſim*, quae edita eſt in *Theſ. Anecd. Bern. Pezii Tom. IV. part. I. col.* I.

Beda Venerabilis, Anglus, Monachus Benedictinus Ingyrvenſis, qui floruit circa initium VIII. ſaeculi, ſcripſit *Hexaëmeron*, & *in Geneſim expoſitionem*. Utrumque opus exſtat in tomo IV. editionis Colon. 1688 Scripſit etiam *in principium Geneſeos uſque ad nativitatem Iſaac, & Iſmaelis eiectionem libros tres*, quos Cave teſtatur eſſe Mſs. Lambethae in Bibliotheca Archiepiſcopali, eorumque primam partem *Expoſitionem in Hexaëmeron continentem*, eam eſſe, quae ſub Iunilii nomine in Orthodoxographis, & in prioribus Bibliothecae Patrum editionibus prodiit. Integros tres libros ex Codice Lambethano edidit H. Warthanus *Londini* 1693 *in* 4. Emendatiores autem poſtea recudit Edmundus Martene *in Theſauro Anecd. tom. V. pag* 115.

Angelomus Monachus, & Diaconus Luxovienſis, Ordinis S. Benedicti, qui floruit anno 825., ſcripſit *Commentarium* in Geneſim, ubi plura *de opere ſex dierum*. Exſtat in Theſauro anecd. P. Bernardi Pezii *tom. I. p.* 45. De Angelomo fuſe agunt PP. Benedictini in *Hiſt. litt. Gallorum tom. V. pag.* 136.

Fridugiſius Anglus, Alcuini diſcipulus, & aſſecla, eiuſque in praefectura Coenobii Turonenſis S. Martini ſucceſſor, qui obiit anno 834., ſcripſit *Epiſtolam*, ſive *Tractatum de nihilo, & tenebris &c.* Vide modo laudatam *Hiſt. litt. tom. IV. pag.* 514.

Wandelbertus Monachus, & Diaconus Prumienſis Monaſterii, itemque Rhetor, & Poeta ſaeculo IX. labente clarus, ſcripſit metrice *libellum de creatione mundi*, quam Patres Congregationis S. Mauri, qui Hiſtoriam Litterariam Galliae contexunt, perperam ineditum pronunciant *tom. V. pag.* 382. Exſtat enim in nova editione *Spicilegii Lucae d'Achery tom. II. pag* 62.

Rabanus Maurus, Moguntiae natus, Alcuini diſcipulus, Abbas primum Fuldenſis, poſtea Archiepiſcopus Moguntinus, qui obiit anno 856. ſcripſit libros XXII. *de univerſo*, ieiune quidem, & grammaticorum more elaboratos, ſed S. Scripturae explanandae ſtudio exaratos; itemque *Commentarios in Geneſim*. Exſtant in collectione operum Rabani *Coloniae Agrippinae* 1627. editorum.

Hildebertus Gallus, Monachus Cluniacenſis, & Epiſcopus Cenomanenſis, qui obiit anno 1135. ſcripſit Elegiaco Carmine *de operibus ſex dierum*, & Carmine heroico *de ordine mundi*. Utrumque Poemation exſtat inter eius opera edita, ſtudio Antonii Beaugendrei, *Pariſiis* 1708., ſed videſis etiam Leyſerum in Hiſtoria Poetarum medii aevi *pag.* 391., & 398.

Arnaldus, Bonaevallis in Valle Carnotenſi Abbas, S. Bernardi aequalis, eique in primis carus, qui vixit circa annum 1140., ſcripſit *Tractatum de operibus ſex dierum*, quem male Arnulpho Bellovacenſi a quibuſdam fuiſſe adſcriptum adnotavimus ſupra in *Arnulpho Claſſe I.*

Hugo Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, qui claruit circa annum 1140., ſcripſit *Tractatum in Hexaëmeron*, cuius fragmentum edidit ex Ms. Rotomagenſi Edmundus Martene *Anecd. tom. V. pag.* 1002.

Petrus Abaelardus, natione Gallus, Abbas Rugienſis, vir famoſiſſimus, qui obiit anno 1142., ſcripſit *Expoſitionem in Geneſim*, ſcilicet *opus ſex dierum*, quod publici iuris fecit idem Martene *Anecd. tom. V pag.* 1136.

Vincentius Burgundus, Bellovacenſis dictus, quod in Monaſterio Fratrum Ordinis Praedicatorum Bellovacenſium vixerit, atque obierit, qui claruit anno 1240., ſcripſit *Speculum naturale*, ſive *de dictis innumerabilium Auctorum tam Chriſtianorum, quam Gentilium in Hexaëmeron* volumen ingens XXXII. magnis libris diviſum. Editum fuit *Speculum*, *Venetiis* 1591. *in fol.* Multa de Vincentio in Sixti Senenſis Bibl. Sancta *pag.* 489., & in Bibliotheca PP. Praedicatorum *tom. I. pag.* 212.

R. Moſes Maiemonides, Cordubenſis, Moſes Aegyptius etiam a ſuis dictus, vir inter Iudaeos celeberrimus, qui ſaeculo XII. currente claruit, ſcripſit Arabice opus hoc titulo, *Sepher More Nevuchim*, ideſt, *Liber director perplexorum*, cuius tertia pars agit *de opere ſex dierum*. Hunc librum Maiemonidis, de quo dictum eſt, quod Plinius olim de Diodoro Siculo adfirmavit, primum inter ſuos deſiiſſe nugari, tamquam Iudaicis ſuperſtitionibus contrarium Hebraei Galli comburendum curaverunt, ſervarunt Hiſpani. Redditus primum fuit ex Arabica in Hebraicam linguam a R. Samuele fil. Iudae Aben Tibbon, qui Maiemonidis diſcipulus fuit, ac paullo poſt in Latinum translatus. Exſtat Hebraice inter opera eiuſdem R. Moſis edita *Amſtelodami*

anno mundi 5461., ideſt Chriſti 1701. *fol.*, & Latinus iterum factus ab Iohanne Buxtorno iuniore editus eſt *Baſileae* 1629. *in* 4.

R. Meir fil. Todros, Levita, Iudaeus Toletanus, qui obiit anno 1244. ſcripſit *Hortum palatii*, *librum cabaliſticum ad ſectionem Bereſcit* interpretandam, cum Commentario R. Sem Tob, & R. Iacob Bar-Todros. Francofurti ad Rhenum fuiſſe excuſum teſtatur le Longius *tom. II. pag.* 856., *&* 937.

S. Bonaventura Etruſcus, S. Rom. Eccleſiae Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis, qui obiit anno 1274. ſcripſiſſe fertur *Expoſitionem*, ſive *Sermones XVIII. in Hexaëmeron*, qui prodierunt *Romae* 1588. *in* 8. Verum qui nuper novam operum S. Bonaventurae editionem procuravit, in Diatriba quam praepoſuit tomo primo Venetiis edito 1751. ſuppoſititios hos Commentarios iudicat, indignoſque, praeſertim ob barbariem ſtili, qui tanto Doctori tribuantur.

R. Levi fil. Gerſchoim, vel Gerſonis, qui ſaeculo XIII. labente vivebat, ſcripſit *Librum Praeliorum Dei*, in ſex partes diviſum, in quo agitur philoſophice de rebus ad fidem ſpectantibus. Sexta pars huius libri, qui fuit impreſſus *Rivae Tridenti* 1560. *in fol.*, tractat *de creatione mundi*, *& utrum mundus fuerit aeternus*. Vide Bartoloccium *Vit. celebr. Rabbinorum*. Adſervatur Ms. hic liber in Bibl. Urbino-Vatic. inter Codices Hebraeos num. XXVIII.

II.

Quomodo Piſida de Hexaëmero ſcripſerit?

Hi ſunt igitur Auctores Eccleſiaſtici, qui in *Hexaëmeron* uſque ad ſaeculum XIII ſcripſerunt, quos ideo collegimus, ut facilius qui velit ea, quae Piſida profert in hanc rem, cum aliorum Commentariis conferre, poſſit. De ſingulis quidem diſputationem inſtituere noſtrum non erat: verum hoc unum hic obſervandum putamus, quotquot huic rei pertractandae animum, mentemque adplicuerunt, ſive *de Hexaëmero*, ac *operibus ſex dierum*, ſive *de mundo*, *de natura univerſi*, *de opificio Dei*, *de fabrica mundi*, *&* *de creatione* ſuos libros inſcripſerunt, illuc omnes intendiſſe, ut Gentium errores circa mundi originem refutarent, Dei providentiam ſtatuerent, aſtrologorum inſana deliramenta confunderent, reſurrectionem mortuorum poſt ultimum iudicium adſtruerent, & Domini noſtri Ieſu Chriſti incarnationem in Hiſtoria Moſaica fuiſſe adumbratam oſtenderent: unde iure, meritoque inter Scriptores, qui pro Chriſtianae religionis veritate pugnarunt, una cum Georgio Piſida ſunt accenſendi.

Iamvero quae fuerunt SS. Patrum placita, & ſententiae in Moſis enarratione de ortu mundi exponenda, paullo diligentius inquirendum eſt: quamvis enim a plurimis clariſſimis viris id erui poſſet, ac praeſertim a P. Nicolao le Nourry *in Apparatu ad Bibl. Max. Patrum*, a P. Balto *Defenſe des SS. Peres accuſés de Platoniſme*, ab Ioh. Franc. Buddeo *in Iſagoge Hiſt. Theol. tom. I. pag.* 478., *&* *tom. II pag.* 802., & ab Iacobo Bruckero *in Hiſt. Crit. Philoſ. tom. II. pag.* 189., *&* *tom. III. pag.* 278., qui omnes ex inſtituto de primorum Chriſtianorum in Philoſophiam ſtudio diſſerunt; nonnulla tamen hic attingere neceſſarium eſſe ducimus, ut quid ſibi voluerit Piſida in ſuo Hexaëmero ſcribendo fiat apertum, quod ſane primum legenti eius Poëma non ſatis liquet. Neminem igitur Eccleſiaſticis imbutum antiquitatibus latere poteſt, veteres Chriſtianos contemptui habuiſſe quaecumque ab Ethnicis Philoſophis circa res creatas diſputabantur, eorumque placita, tamquam nugas, & ſenum deliria non ſolum neglexiſſe, verum etiam ſumma animi contentione refutaſſe, & veluti fabulas riſu excipiendas traduxiſſe. Quod quidem optimo conſilio ab illis eſſe factum ex eorum ſcriptis dignoſcitur, vel quia futiles eſſe, & nullis firmis innixas fundamentis Philoſophorum ſententias intelligebant; vel quia falſas, inter ſe plerumque pugnantes, impiaſque, & Moſis imprimis ſanctiſſimis effatis contrarias eſſe ſentiebant; vel ea tandem de cauſſa, quod Chriſtianis viris dedecere arbitrarentur, terrena ſapere, qui tantum caeleſtia inquirere deberent. Propterea ſane apud eos Philoſophi dicebantur, qui divinas res animo colebant; adeo ut firmiſſimum ſit illud, quod a pluribus eſt obſervatum, veterum Chriſtianorum Philoſophiam idem plane eſſe, ac Theologiam. Quod apertiſſime declaravit S. Clemens Alexandrinus *Strom. lib. VI. pag.* 768. dicens: φιλόσοφοι λέγονται παρ' ἡμῖν μὲν οἱ σοφίας ἐρῶντες, τῆς τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ καὶ διδασκάλου, τουτέστι γνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *Philoſophi apud nos quidem vocantur, qui ſapientiam illius amant, qui rerum omnium eſt opifex, & magiſter, hoc eſt Filii Dei cognitionem.* Praeclariſſimum autem eſt ad rem noſtram S. Baſilii teſtimonium, qui *Hom. IX. in Hexaëmeron* de figura terrae nonnulla attingens, faſſuſque ſe nihil poſſe adfirmare, quia Moſes ea de re nullum verbum fecerit, inquit, Ἆρα οὖν ἐπειδὴ ἀτιμότερα ἡγήσομαι τῆς μωρανθείσης σοφίας τὰ τοῦ πνεύματος λόγια; ἢ μᾶλλον δοξάσω τὸν μὴ ἀπασχολήσαντα τὸν νοῦν ἡμῶν ἐπὶ τὰ μάταια, ἀλλὰ πάντα εἰς οἰκοδομὴν καὶ καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν γραφῆναι οἰκονομήσαντα; *num ideo quaeſo Spiritus Sancti eloquia cenſuero infatuata ſapientia viliora? nonne ei potius gloriam dedero, qui mentem noſtram in rerum vanarum occupatione non detinuit, ſed omnia ad aedificationem, perfectionemque animarum noſtrarum conſcribi ſanxit?*

Nihilo tamen minus SS. Patres terrenae etiam Philoſophiae operam aliquatenus dediſſe, eamque collaudaſſe, tum ex diſertiſſimis contra Ethnicos conſcriptis Apologiis, cum ex eorum variis doctiſſimis Commentariis, aliiſque praeclaris teſtimoniis evincitur. Et quod ad eorum circa Philoſophiam inſtituta ſpectat, Eclecticae Platonicae Scholae placita, quae ſub finem ſaeculi ſecundi, & initio tertii Potamone, vel potius Ammonio Sacca auctore, Alexandriae coepit clareſcere, & exinde per totum orbem facta eſt celeberrima, eos ſequutos eſſe multorum fuit ſententia, quae plane ab aliorum quoque non multum differt opinione, quibus eos meros putoſque fuiſſe Platonicos placuit adſerere. Utrumque tamen eſſe falſum, ſi recta lance rem perpendere velimus, fateri non dubitabimus: fieri enim haud potuit, ut ſanctiſſimi viri, qui omnem Gentium Philoſophiam damnabant, illam ſibi potiſſimum ſectam probandam ſuſceperint, qua nulla umquam peſtilentior, & Chriſtiano nomini infenſior fuit. Norunt enim omnes, ab impio, & Chriſti transfuga Ammonio, eiuſque in Alexandrina Schola ſucceſſoribus Plotino, Porphyrio, Iamblicho, Iuliano Apoſtata, Proclo, aliiſque, in Chriſtianae religionis fraudem, & perniciem, dolis, mendaciis, praeſtigiis, & calumniis undique congeſtis, ipſam fuiſſe vaferrime adornatam. Cum enim nequiſſimi homines impares ſe eſſe ſentirent ad vim veritatis refellendam, hinc inde collectis Aegyptiorum, Chaldaeorumque, Platonis, & Ariſtotelis ſententiis, iiſdemque inter ſe conciliatis, quinetiam ex Chriſtianorum doctrina nonnullis avulſis, & in ſuum penum comportatis, ac veluti abtorto collo adductis, novum ſyſtema conflarunt; ita tamen ut Ethnicae Philoſophiae integra ſemper maneret auctoritas: atque tum demum hoc immane monſtrum Platoni ſubiecerunt, eiuſque nomine venditarunt, ut fucum facerent Chriſtianis; Platonem enim eum eſſe, quem Chriſtiani ex Philoſophis minus aſpernarentur, probe illi ſane cognoverant.

At vero Eclecticos fuiſſe Patres, Doctoreſque Chriſtianos, quatenus neminem prorſus ex antiquis Philoſophis ſequendum ſibi fas eſſe duxerint, in rebus Phyſicis enucleandis, ipſe quoque libenter adfirmaverim; Eclecticae autem Sectae Alexandrinae nomen dediſſe, quibus argumentis probari poſſit plane non video, cum ſatis ex adverſo conſtet in ipſam acriter inſurrexiſſe, & valide pugnaſſe, multaque tandem cum laude victoriam eſſe conſecutos. Platonicos autem eos dicere non dubitaverim, ſi id unum, qui eos Platonicos vocant, intelligant; ſcilicet Patrum iudicio ex omnibus Philoſophis Platonem meliorem de Deo ſententiam fovif-

foviſſe, & ſanius, ſobriuſque de divinis rebus eſſe philoſophatum; eo quod ſuam doctrinam ex Hebraeis ipſum hauſiſſe crederent. Unde etiam factum eſſe non negaverim, ut quaedam Platonis placita, pluresque rerum praecipue metaphyſicarum notiones, nimis etiam fortaſſe confidenter, ad utilitatem ſuam converterint, non ut Eclecticorum Platonicorum deliria adprobarent, vel eorum fallaciis conſentirent, ſed ut hominum captui, vel potius genio ſaeculi ſe accommodarent, quod quidem innoxie, & laudabiliter ſe facere crediderunt; ut enim S. Auguſtinus ait *lib. VIII. cap. 10. de Civit. Dei*, cum Platone ſaepe videbantur Chriſtiani ſentire, quia Plato a Chriſtianis viſus eſt minus diſcedere. *Haec cauſſa eſt, cur illos ceteris praeferamus; quia cum alii Philoſophi ingenia ſua, ſtudiaque contriverint in requirendis rerum cauſſis, & quinam eſſet modus diſcendi, atque vivendi: iſti Deo cognito reppererunt ubi eſſet cauſſa conſtitutae univerſitatis, & lux percipiendae veritatis, & fons bibendae felicitatis. Sive ergo iſti Platonici, ſive quicumque alii quarumlibet Gentium Philoſophi de Deo iſta ſentiunt, nobiſcum ſentiunt. Sed ideo cum Platonicis magis placuit hanc cauſſam agere, quia eorum ſunt litterae notiores &c.* Ceterum ne Platoni quidem Patres peperciſſe patet ex locis quamplurimis, quos P. Baltus collegit integro libro id unum profeſſus, ut a crimine Platoniſmi Patres vindicaret. Nos igitur de veterum Chriſtianorum Philoſophia e re nata diſſerentes, cum magna uſque ad noſtram aetatem maximos inter viros extiterint diſſidia, & contentiones variae, his quidem Platoniſmo reos Patres incuſantibus, illis vero defendentibus, nullo plane negotio tantam litem diiudicatum iri exiſtimamus. Patres enim ex Commentariis, quos ſcriptis commendatos reliquerunt, Platonicos paſſim videri, negandum non eſſe putamus: quamvis enim ſexcenta ſint teſtimonia, quibuſcum probare quis poſſet, eos nulli ſectae, & ne Platonicae quidem fuiſſe addictos, extant tamen ſexcenta alia, ex quibus eos Platoniſmum ſapere poſſit evinci. Ea eſt igitur, ut nobis quidem videtur, inter Eclecticos Platonicos Alexandrinos, & Patres Platoniſmum redolentes ſatis clara, & evidens differentia, quod illi non alia mente in Gentilium Philoſophiam ex Evangelica doctrina deſumpta quaedam ſemina inſperſerant, niſi ut hac praetenta pietatis ſpecie Chriſtianos facilius deciperent, ſeipſos autem in ſuis magis, magiſque confirmarent erroribus: Patres autem contra cum ſolam Chriſti ſapientiam amplecterentur, eam tantummodo tuebantur firmiſſime; ſed phraſes, locutiones, quandoque etiam placita quaedam Eclecticorum uſurpare, prout ferebat occaſio, non ſunt dedignati, vel quia fraudem ſubeſſe non ſentirent, vel quia modus ille loquendi in rebus philoſophicis invaluiſſet. Itaque Patrum ſcripta quicumque legenda ſuſceperit, ſi cutem, ut ita dicam, coloremque tantum ſpectet, Platonicos ipſos iudicabit; ſi autem re melius conſiderata ſuccum & ſanguinem inquirat, Chriſtianos tantum inveniet. Animus igitur, non verborum ſonus, mens, non litterae in Patrum lectione ſunt perpendendae. Hoc autem facile ex eorumdem teſtimoniis confirmarem, ſed ut lectorum ſatietati occurratur, unus tantummodo ex S. Clemente Alexandrino in medium producam, qui cum ex Schola Alexandrina profectus ſit, & quo ſe nomine Eclecticum vocari velit, apertiſſime declaret, rem totam conficit, atque demonſtrat. Φιλοσοφίαν δὲ οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε, ἢ Ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ Ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί· ὅσα δὲ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀποτεμόμενοι παρεχάραξαν, ταῦτα οὐκ ἄν ποτε θεῖα εἴποιμ' ἄν. *Philoſophiam autem non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream, & Ariſtotelicam, ſed quaecumque ab his ſectis recte dicta ſunt, quae docent iuſtitiam cum recta ſcientia, hoc totum Eclecticum*, ſive Selectum, *dico Philoſophiam; quae cumque vero humanis ratiocinationibus procuſa malam notam referunt, ea numquam divina dixerim*. Strom. *lib. I. p. 338.*

Iam vero hiſce de Patrum Philoſophia univerſim ſumpta delibatis, quae Pitidae ſcriptis illuſtrandis nonnihil conferre poſſunt, quam ipſi de rebus phyſicis notionem habuerint, nunc videamus: quod erat potiſſimum nobis *de Hexaëmero* loquentibus conſiderandum. Ac primum fatear, me non invitum in eorum ſententiam venire, qui Phyſicam, vel naturalem Philoſophiam a Patribus fuiſſe prorſus neglectam contendunt, quod ſibi probandum ſuſcepit Buddeus in Iſagoge *Hiſt. Theol. tom. I. cap. 3. pag. 502.* & Bruckerus in *Hiſt. Crit. Philoſ. tom. III. pag. 356.* Nec quiſquam id nos concedere mirabitur, cum Patres ipſos habeamus confitentes. Porro cum ipſi cognoviſſent, quam impia, & quam ἄθεα Gentiles Philoſophi, qui de mundi ortu, de Dei providentia, de ſtellis, de animae immortalitate, deque omnibus tum mundanis, cum caeleſtibus rebus curioſius inquirebant, venditarent, nec quidquam ipſi in ſacris litteris invenirent, quod ad rerum cauſſas, & origines detegendas praeberet aditum, libentiſſime totam hanc ſcientiam, tamquam vaniſſimam repudiarunt, illud animo recolentes; quod Paullus *I. Cor. 3. 19.* definivit, ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ, *Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum*. Legat qui velit Patrum in *Hexaëmeron* Commentarios, omneſque in hoc unum conſentire deprehendet, ut de rebus naturalibus nimis curioſas inveſtigationes contemnerent, & Gentilium deliramenta longis diſputationibus refellerent. Equidem cum plurimum eos omnes demirer, qui Apologias pro Chriſtianis, primis Eccleſiae ſaeculis, contra Philoſophorum ſubtiles nugas, & ſophiſmata ſcripſerunt, unum tamen hic laudatum prae ceteris volo Euſebium Caeſarienſem, qui magno & quidem laborioſo volumine *praeparationis Evangelicae* hanc rem luculentiſſime pertractavit: [illegible]

Itaque nil mirum ſi Patres exilium argumentorum vi freti a quaeſtionibus phyſicis brevi ſe expediverint: quamvis ſi partium ſtudio depoſito, leves quidem Patrum interpretationes cum immanibus, ac portentoſis quorumdam veterum, necnon recentiorum de mundi exordio Commentis conferamus, dubium videri poſſit, ſuamne imbecillitatem fatentis ingenue laudanda ſit potius modeſtia, an audacter ſuam perſpicaciam iactantis damnanda temeritas? Sed cauſſas, quibus Patres in rebus phyſicis minus acuti eſſe videantur, has eſſe reor: I. Quod ut antea dictum eſt, ab erroribus, quos Ethnici Scriptores de mundi creatione differentes propugnabant, quam longiſſime abhorrerent: II. Quod rerum naturalium ſtudium iam tum minus in honore eſſet apud cuiuſcumque ſectae Philoſophos, & de rebus tantummodo aut ad mentem, aut ad mores ſpectantibus diſputationes inirentur: III. Quod Chriſtiani praeſertim Evangelicae doctrinae radiis illuſtrati nihil ſanctius haberent, quam omnia ad quamdam religionis normam adducere, & res quaſcumque ad ſenſum moralem inflectere: IV. Quod ipſis etiam nihil eſſet antiquius, quam ut Moſem ſequerentur, & Hebraicam tantummodo Philoſophiam amplecterentur. Atque hoſce quidem puto eſſe quatuor veluti Canones, quibus Patrum ſcripta [illegible] legi, & defendi poſſunt. Rem totam complexus eſt nuper laudatus Euſebius Caeſarienſis, qui cum nugas, & diſſidia Graecorum Philoſophorum detexiſſet, & quam merito Chriſtiani Hebraicae doctrinae inhaererent, oſtendiſſet, ita *lib. XV. cap. 61.* confidenter concludit: [illegible] *Nonne igitur tibi nos horum omnium inito iudicio, & ratione perſpecta a tam inani curioſitate rerum prorſus inutilium, & ſententiarum erroribus videmur merito diſceſſiſſe? nihilque iure de dictis nos eſſe ſollicitos? cum nullum fructum, nullam*

 utili-

utilitatem , nihil quod ad boni poſſeſſionem conferat , ipſis ineſſe videamus : & unam illam , quae rerum omnium conditorem Deum ſpectat , pietatem amplectamur , caſtaeque vitae ſtudio , ceterarumque Deo placentium virtutum cultu , omnipotentis Dei gratiam inire ſatagamus?

Ceterum fatendum eſt , eam eſſe Patrum in ſuis ſententiis circa mundi creationem , & ordinem exponendis , gracilitatem , tenuitatemque , ut ex eorum in *Hexaëmeron* Commentariis , quid ſibi voluerint , vix interdum intelligatur ; obſcura enim , implexa , & ſtrigoſa ſunt , quae ex Moſe ad litteram interpretari nobis reliquerunt . Nec ea quidem , quae ad explicandam Hebraeorum ſententiam circa mundi ſyſtema , erudite , ut ſolet , congeſſit Calmetius *in Praef. libri Eccleſiaſtici* , ſatis affundunt luminis ad Patrum mentem adſequendam . Coſmas Monachus Aegyptius , *Indicopleuſtes* dictus , in opere *de Topographia Chriſtiana* , cum ex inſtituto agat de Phyſiologia Chriſtianorum , clarius videtur rem aperuiſſe , ſed totus , nimiuſque in eo eſt , ut contra Gentium Philoſophos frigidis ratiunculis evincat terrae figuram non eſſe ſphaericam , ſed in rectanguli formam complanatam . Ridendum hoc rurſus veniet cum quid Piſida ea de re ſenſerit , obſervabimus? Ille enim videtur a Coſma eſſe quaedam mutuatum : ſed qui haec noſſe velit , noſtras in Hexaëmeron adnotationes adeat , ſupervacaneum enim eſſet , ſi quae alibi volentibus patent , hic etiam congeſta reperirentur .

Nihil aliud igitur certi ex Patribus , qui [illegible] attigerunt , erui poſſe cenſeo , niſi hoc unum , quod Moſis hiſtoriam acerrime ſemper propugnarunt , totiſque viribus contenderunt , ut Philoſophos mundi aeternitatem adſerentes refellerent : in hoc enim uno vere ſunt uberes & clari , & eloquentiae , & doctrinae laude commendandi . Non illis ſane curae fuit , Moſaicum ſyſtema propriis ingeniis accommodare , quae noſtrorum temporum eſt inſania ; legimus enim alios , qui Moſem pro atomis ſtare dicerent , alios qui Platonicum , alios qui Peripateticum , alios qui Carteſianum , alios denique qui Newtonianum facerent , ut videre eſt in Comenio , Balero , Dickinſonio , Burneto , Wiſtonio , aliiſque hac aetate delirantibus Philoſophis , qui quidquid ex humano fluxit ingenio , [illegible] Scriptori conſentaneum iudicare non dubitarunt : de qua re Alphonſus Nicolaius nova quadam dicendi ratione nuper diſputavit in ſua Geneſeos explanatione Florentiae edita . Sed Patres de inveſtigandis rerum cauſis , & naturis parum ſtudioſi , illud firmum , certumque habuerunt , Moſem nullibi Philoſophum agere , & in iis , quae mundi conſtitutionem ſpectant , & hominum ingenia maxime torquent , non in rerum principiis deſignandis , definiendiſque tempus terere ; ſed iis omnibus , quae levitatem quamdam ſapiunt , omiſſis , potius [illegible] *deſcendere* , & demittere ſe , & noſtrarum mentium captui ſe attemperare . Quod S. Iohannes Chryſoſtomus , ut de aliis taceam , paſſim teſtatur in ſuis Homiliis *in I cap. Geneſ:* [illegible] *demittit ſe , & ſecundum humanam conſuetudinem haec omnia loquitur beatus ille Propheta . Homil. iv. 3.*

Quaecumque igitur illuc non tendunt , ut vel Deum mundi conditorem manifeſtent , vel hominis erga Deum inde orta officia declarent , tamquam vanas , & nullius momenti quaeſtiunculas ſicco pede Patres pertranſiiſſe legenti patebit . Nihilominus de animalibus , & de plantis fere omnes libentius ſcriptitaſſe nonnulla , compertum eſt . Cuius rei eam eſſe rationem puto , quod quaſi ſolemne eſſet ex Hebraicae Philoſophiae inſtituto de Zoologia , & Phytologia diſſerere , ſumpto forſan uſque a Salomone exemplo , *qui diſputavit a cedro , quae eſt in Libano , uſque ad hyſſopum , quae egreditur de pariete ; & diſſeruit de iumentis , & volucribus , & reptilibus , & piſcibus &c. III. Reg. 4. 33.* Opinionem noſtram confirmat totum caput ſeptimum libri XI. *Praeparationis Evangelicae* , in quo Euſebius refert , quae fuerit naturalis Hebraeorum Philoſophia . Ac ſpecimen quidem huiuſmodi Phyſiologiae Chriſtianae exhibet , ut eſt a Buddeo obſervatum , [illegible] : *Phyſiologus de cuiuſcumque generis ferarum , & volucrum natura* , qui exſtat inter opera S. Epiphanii *tom II. pag. 189.* cum notis , & verſione Gonſali Ponce de Leon , qui multum , ſed fruſtra adlaborat , ut tabellas , quae in hoc opuſculo leguntur , defendat . Scatet enim totum ineptis interpretationibus , & alluſionibus a proprietate animalium deductis , & ad theologicos ſenſus detortis . Quo ſane vitio laborant omnium Patrum ſcripta , qui in eodem argumento tractando verſati ſunt . Niſi enim pietatis ſtudium ſuſpicias , nihil aliud fortaſſe in eis invenies , quod demirere : quippe omnia in huiuſmodi Commentariis non aurincis ſtatera , ſed quadam populari trutina examinata deprehenduntur .

Haec autem , quae de SS. Patrum Philoſophia hactenus dicta ſunt , etiam de Piſidae Philoſophia eſſe dicta facile ſentiet quicumque a ſequenti poëmate legendo non detinebitur . In variis enim Piſidae poematiis , & praeſertim in *Hexaëmero* quatuor illa faciliime dignoſcuntur , quae Patribus [illegible] eſſe communia nuper obſervavimus . Ipſe enim I. a placitis Platonicorum non alienum ſe demonſtrat : II. adverſus Philoſophos aeternitatem mundi adſtruentes validiſſime pugnat , atque in hoc unum , tamquam ad ſcopum , totas vires ſuas intendit : III. De plantis , ac de animalibus frigidiuſcule quidem , ſed tamen fuſiſſime tractat : IV. Omnia non quod Philoſophi eſt officium , ſevero iudicio perpendit , & rimatur , ſed contra per nugaculas interpretationes a vulgaribus fabulis petitas ad theologicas , myſticaſque ſignificationes deflectit . Quae quidem quatuor , veluti praecipuos Philoſophiae Piſidanae characteres hic indicaſſe ſufficiat ; plura enim , quae rem faciant apertiorem , in adnotationibus ſumus adlaturi .

Sed unum adhuc , antequam ad alia progrediamur , animadvertendum praecipue putamus , Piſidam in ea incidiſſe tempora , quibus Philoſophia Eclectico-Platonica , cum omnium mentes tamdiu occupaſſet , ſeſeque ad ſummum honoris , & famae gradum extuliſſet , e faſtigio tandem deiecta , & deturbata aemulae Ariſtotelicae locum cedere , ſibique quoddam veluti aſylum intra Monachorum clauſtra quaerere coacta eſt ; quod ſaeculo VI. exeunte , & ineunte VII. contigiſſe in comperto eſt . Odium enim , quod antea in Peripateticam Philoſophiam multorum errorum late vagantium cauſſa ſuſceperant Chriſtiani , ſenſim deferbuit , ac poſtea adeo reſtinctum eſt , ut ipſa primum ex humo caput extollere potuerit , ac ſumptis paullatim viribus , odioque iam in admirationem converſo , tyrannidem auſa ſit occupare , qua ſemel potita ſaevum , violentumque imperium per varias rerum vices fere ad noſtra uſque tempora retinuit . Nihilo tamen ſecius Piſida Ariſtotelicam doctrinam non tam preſſe ſequitur , ac probat , ut ipſum Ariſtotelicum quis iure nominet : non ſemel enim Stagiritam , eiuſque in rebus Phyſicis opiniones refutat , ut videre eſt *verſ.* 574. cum de grandine agit ; quamvis non meliora iis , quae damnat , ipſe de ſuo nobis obtrudat . Patet autem , ſe potius Platonicum profiteri , nec niſi invitum Ariſtotelicae ſcholae decretis interdum ſe accomodare . Quod ſane occurrendi ſtudio ſui temporis Philoſophis feciſſe non dubitaverim adfirmare ; eo quod ille noſſet , quantum ii , qui Ariſtotelem ſequebantur , ſuis ingeniis , ac viribus fiderent , quas novas pro lubitu quiſque ſuo ſententias in controverſiis etiam Eccleſiaſticis ſibi fingerent , & quam callide aliis ſua ſophiſmata venditare ſatagerent . Quibus accedit , quod Ariſtoteles inter eos , qui pro mundi aeternitate pugnabant , princeps , & coryphaeus a Chriſtianis haberetur .

III.

Contra quem Piſida Hexaëmeron ſcripſerit.

GUilelmus Cave, Caſimirus Oudinus, aliique Georgium Piſidam Poema *de opere ſex dierum* contra Iohannem Grammaticum, cognomento Philoponum, ſub Procli nomine adumbratum, ſcripſiſſe, adeo pro certo habuerunt, ut *Hexaëmeron* idem opus eſſe exiſtimaverint cum alio Poemate, quod Nicephorus *lib. XVIII.* 48. tradit a Piſida fuiſſe contra eumdem Philoponum exaratum. Sed praeterquamquod iambi, quibus Nicephorus ait Piſidam in Philoponum inſurrexiſſe ad Poema *contra Severum*, non autem huc plane ſpectant, ut in *Praefatione* demonſtravimus; nobis totum id ex aliis etiam argumentis minus verum ſtatim viſum eſt; quare operae pretium nos eſſe facturos putavimus, ſi rem ipſam paullo attentius conſideraremus. Sed niſi ea, quae ad Proclum, Philoponum, & Piſidam attinent, ſedulo perpendamus, fieri neutiquam poterit, ut aliquid certi inde eruatur. Ac de Proclo quidem, qui, quod eſſet ex Platonicae Alexandrinae Academiae ſucceſſione, *Diadochus* dictus eſt, ſingula enarrare longum eſſet, neque id res noſtra patitur. Conſulat qui velit Ioh. Albertum Fabricium *Bibl. Graec. lib. V. part. 4. pag.* 455., & Iac. Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. tom. II. pag.* 318., qui de eius vita, & ſcriptis multa eruditionis copia diſſerunt. Unum eſt quod modo intereſt adnotare, Procli nomen fuiſſe Chriſtianis omnibus odioſum, eo quod homo impius e ſchola Alexandrina profectus, & Porphyrii exemplum ſecutus, Chriſtianam religionem impudentiſſime exagitaverit. Cuius rei teſtem Suidam dabo opportune, ita de Proclo loquentem: [illegible] *Hic eſt ille Proclus, qui ſecundus a Porphyrio impuram, & petulantem linguam in Chriſtianos acuit. Adverſus hunc Iohannes cognomento Philoponus ſcripſit, qui argumenta eius XVIII. admirabili dexteritate refutavit, eumque vel in Graecis diſciplinis, quarum peritia ſe iactabat, indoctum, & exiguo iudicio praeditum oſtendit.* Quidam crediderunt Proclum hiſce XVIII. argumentis omnia Chriſtianorum dogmata impugnaſſe, ſed alii rectius putarunt omnem vim ſuam in id unum intendiſſe, ut mundum eſſe aeternum demonſtraret. Procli [illegible], ſi qui alii ex Chriſtianis refutarunt, idipſum maxime praeſtitit Philoponus, & quidam [illegible], ut nuper laudatus Suidas adfirmat. Exſtant etiam nunc Philoponi [illegible], *adverſus Procli pro aeternitate mundi argumenta duodeviginti ſolutiones*, cum graece, tum latine editae, ex quibus plane liquet, Proclum ſua XVIII. contra Chriſtianos argumenta ea tantum mente direxiſſe, ut mundum aeternum adſereret, Philoponum autem pro re Chriſtiana pugnantem Procli argumenta refutaſſe. Ac Philoponum quidem hac in re a Proclo diſſentientem oſtendunt etiam, qui eius exſtant [illegible], *Commentariorum in Moſaicam mundi creationem libri VII.*, qui prodierunt graece, & latine ex verſione Balthaſaris Corderii, *Viennae Auſtriae* 1630., atque iterum prodituri erant, ſi quod meditabatur, Bibliothecae Patrum ſupplementum abſolvere potuiſſet vir doctiſſimus Petrus Lambecius: novam enim huius operis editionem ex eodem Codice Vindobonenſi, quo uſus erat Corderius, ſe daturum promiſerat *lib. I. pag.* 138. eo quod ipſum Corderium interpretis munere male functum putaret, cuius quidem vel incuriam, vel inſcitiam in Graecis vertendis notat etiam Iohan. Bapt. Cotelerius *in notis ad Mon. Eccleſ. Graecae tom. III.*, ubi eum ſaepe, & turpiter peccaſſe demonſtrat. Itaque in hiſce Commentariorum libris, quos praecipue contra Theodorum Mopſueſtiae Epiſcopum Philoponus ſcripſit, mundum creatum a Deo ſecundum Sanctae Scripturae oracula probare contendit. Neque enim tantum in ſuis ſcriptis Ariſtotelem, ut quibuſdam placuit adſerere, defendit, quantum Proclum damnat, quod Platonem male intellexerit, & captioſis ſyllogiſmis ex ipſius Platonis doctrina voluerit inferre mundum fuiſſe aeternum. Vere enim Philoponus in maxime adfirmat, Platonem, cuius armis pugnare videbatur Proclus, non ex theologica ſubtilitate omnia ſcripſiſſe, ſed poeticarum fabularum conſuetudinem ſaepe ſequutum, non ea, quae ſentiebat, ob populi Athenienſis metum, dixiſſe. Quare patet Philoponum in longe diverſam a Proclo ſententiam abiiſſe, cum eum etiam in hiſce Commentariis aperte impugnaverit. Ac Photius quidem acris ingenii iudex, iam tum a priſcis temporibus Philoponi Hexaemeron legerat, & ab omni labe purum invenit. [illegible], inquit Cod. XLIII., [illegible] *Legimus Iohannem Philoponum in Hexaëmeron, quo in libro purus eſt, & clarus, ſeque ipſe dicendi modo evincit: atque Baſilio Magno plurimum ſorte conſentit.* Quod ſuum ſane iudicium Photius confirmat Cod. CCXL., in quo nonnulla excerpta ex opere Philoponi profert, quibus evincit, ipſum eo reſpexiſſe, ut oſtenderet mundi ortum apud Moſem rebus adparentibus reſpondere. Rectiſſime autem Photium iudicaſſe ſentiet quicumque Philoponi Commentarios leget: totum enim in eo occupatum inveniet, ut demonſtret, Moſem non argutas quaeſtiones ſibi propoſuiſſe ut ſcriberet, ſed homines voluiſſe ad Dei notitiam adducere, & animis rudibus, nec quidquam aliud praeter ea quae adparent intelligentibus, divinam cognitionem inſtillare: unde hoc unum omnibus in Moſe proponit inſpiciendum *Comment. lib. II.* [illegible] *inquiratur ſolum, anne rebus adparentibus Moſes ſcripſerit conſentanea?*

Igitur nulla hactenus videtur eſſe ratio, qua dici poſſit, Georgium Piſidam ſub Procli nomine Iohannem Philoponum ſuis iambis in *Hexaëmeron* laceſſiſſe, cum Piſida aperte Proclum petat, & Philoponus in eumdem Proclum, ut patet, calamum ſtrinxerit. Verum propius haec ſunt inſpicienda, ne laudibus, quibus Philoponum nuper commendatum vidimus, ipſi nos decipi videamur. Quare Philoponus iam non cum Proclo, ſed cum Piſida conferendus eſt, ut quid uterque praeſtiterit dignoſcatur. At vero ſi quis in hoc examine inſtituendo longius ſe detineri aegre fert, properet ad alia; nihil enim moramur faſtidioſos, gratiam fortaſſe inituri cum humanioribus viris, quibus plura a re noſtra non aliena, & nondum bene a quoquam expenſa, atque diiudicata hic reperire non diſplicebit: praeſertim cum nonnulla etiam, quae ad Poemation Piſidae *contra Severum* illuſtrandum alibi dicenda eſſent, in anteceſſum hic dare nos cogat argumenti affinitas, & ratio. Quotquot igitur de Philopono, & Georgio Piſida ſcripſerunt, eos aetate ſuppares, & ſibi invicem contrarios fuiſſe tradiderunt. Verum cum uterque eorum de iiſdem rebus, atque ut ex librorum plane titulis iudicare quis poſſit, eodem ſpiritu ducti ſcripſiſſe videantur, mecum ipſe mirabar, quomodo haec inter ſe poſſent convenire. Scimus enim Philoponum ſupra memoratos *Commentarios de creatione mundi*, necnon *contra Procli argumenta duodeviginti ſolutiones* edidiſſe, itemque librum alterum [illegible] *contra Severum* Antiochenum, quem Suidas in [illegible] memorat. Atqui etiam Georgius Piſida *de creatione mundi* contra Proclum, itemque *contra Severum* ſcripſit, & ipſum tamen omnes unum Philoponum ſuis iambis petere conſentiunt. Quid quod tam Philoponus, quam Piſida ſua in *Hexaëmeron*, & *contra Severum* ſcripta Sergio Conſtantinopolitano Patriarchae dicaſſe feruntur? Aut quis intelligat, quod Nicephorus teſtatur, ad defendendam Monophyſitarum haereſim librum edidiſſe Philoponum, & tamen Severum, qui eorumdem Monophyſitarum

poſt

poſt Eutychem alter parens fuit ; impugnaſſe? Quae quidem omnia inveſtiganda, & quantum in nobis eſt maiore in luce ponenda eſſe cenſemus.

Ac primum quidem qua aetate Philoponus vixerit, videndum eſt. Qua in re nihil certius adferri poſſe putamus, quam quod Photius Cod. XXIV. adſerit, ſe legiſſe [illegible], *actis diſputationis initae coram Iohanne regiae urbis Epiſcopo, Iuſtino imperante, inter Cononem, & Eugenium Tritheitas, & Paullum, & Stephanum, qui & ipſi de numero haeſitantium erant*. At Philoponus Tritheitarum auctor habitus eſt, & coram Iohanne Scholaſtico iudicatus eſt, eiuſque impia doctrina primum refutata: igitur circa annum DLXV. florebat Philoponus, quo tempore Iohannes Scholaſticus thronum C.Politanum occupabat. Verum alio ſolent inniti argumento, qui Philoponi aetatem uſque ad VII. ſaeculum putant eſſe protrahendam. Quod quidem, ut nobis videtur, ſatis leve eſt, nec cum ceteris, quae de eo narrantur, conveniens. Vulgata ſane eſt de Bibliothecae Alexandrinae miſerrima clade, & combuſtione hiſtoriola, quam narrat Abulpharagius. Alexandria enim a Saracenis Amro duce expugnata, quae omnis eruditionis, ac imprimis Philoſophiae fuit ſedes ampliſſima, quaeque innumeras una ſimul collectas Bibliothecas complectebatur, Iohannes Philoponus petiit, ut libri philoſophici, quotquot ſane in regiis gazis, & bibliothecis reperirentur, ſibi concederentur. Amrus ea de re ad Calipham Omarum ſibi ſcribendum eſſe dixit, tulitque ab Omaro celeberrimum reſponſum, *quod ad libros, quorum mentionem feciſti, ſi in illis continetur quod cum libro Dei*, Corano ſcilicet, *conveniat, in libro Dei eſt, quod ſufficiat abſque illis: quod ſi in iis fuerit, quod libro Dei repugnet, neutiquam eſt illis nobis opus. Iube igitur e medio tolli*. Iuſſit ergo Amrus eos diſpergi per balnea Alexandriae, atque in illis calefaciendis comburi. *Ita ſpatio ſemeſtri*, concludit Abulpharagius *Hiſt. Dynaſt. pag. 114, conſumpti ſunt. Audi quid factum ſit, & mirere &c.* Abulpharagii teſtimonium recipere, eique ſubſcribere non dubitarunt viri clariſſimi Pocokius *Specim. Hiſt. Arabum pag. 165.*, Renaudotius *Hiſt. Patriarch. Alexandr. pag. 170.*, Fabricius *Bibl. Gr. tom. IX. pag. 359.*, Bruckerus *Philoſ. Crit. tom. III. pag. 20., & 530.*, aliique plures. At ſi hoc verum ſit, Philoponus poſt annum Chriſti 641. adhuc vivebat; eo enim anno Saracenicis copiis inſtructus Dux Amrus Alexandriam occupavit. Id tamen pace tantorum virorum fieri non potuiſſe credimus; quia nimis in longum tempus vitam ſuam protraxiſſe Philoponum dicendum eſſet. Certe ſi coram Iohanne Scholaſtico, qui ab anno DLXIV. ad annum DLXVII. urbis regiae fuit Patriarcha contra Philoponum inſtituta eſt diſputatio, eius nomen iamdiu celebre eſſe factum, atque in Academia Alexandrina tantum laudis, & famae ſibi comparaſſe, ut errorum ſuorum domi foriſque haberet aſſeclas, & adminiſtros, fatendum eſt. Demus igitur Philoponum, tum cum de eius doctrina diſputatum eſt annos ad quadraginta eſſe natum, idque paullo ante obitum Iohannis Scholaſtici contigiſſe, ſeptuaginta quatuor adhuc anni ſuperſunt, antequam ad tempora Saracenicae in Africam invaſionis, quae anno DCXLI. facta eſt, deveniamus. Itaque hac habita ratione ſupputandi ultra decimumquartum ſupra centeſimum annum Philoponus vixiſſet. Difficultatem ſenſit Bruckerus *loc. cit.*, verum contractis primae aetatis, quam nos Philopono tribuimus temporibus, octogenario maiorem ipſum tantum facit, cumque inter Philoſophos [illegible] adnumerat.

Sed ne temere videamur a clariſſimis viris diſſentire, argumenta, quae opinionem noſtram confirmare poſſunt, in medium proferantur. Arabicis, & Syriacis primum Scriptoribus non eſſe nimis fidendum iamdiu obſervatum eſt a multis: illi enim neque rerum delectu, neque limato iudicio in rebus externis exponendis uſi ſunt, & magnum quid ſaepe ſe feciſſe putarunt, ſi incredibilia potius quam vera narrarent. Abulpharagium ipſum hac labe immunem eſſe nemo dixerit; atque in eo, quod ad Philoponum ſpectat, non bene ſibi conſtare patet, ni fallimur, ex *Specimine Chronici Syriaci*, quod ſaepe laudatus Ioſ. Simonius Aſſemanius, a quo plurima huiuſmodi petunt, & expectant quotquot ſunt rerum antiquarum amatores, edidit *Bibl. Orient. tom. II. pag. 328.* Ibi enim haec ad rem noſtram Gregorius Bar-Hebraeus, qui & Abulpharagius dictus eſt, ſcribit. *His itidem annis innotuit haereſis Tritheitarum, quorum parens exſtitit Iohannes Aſcuſnaghes, quod* Utris-fundum *recte interpreteris. Is porro Samuelis Petri Syri ex Rheſina in Meſopotamia docti viri diſcipulus fuit, qui per viginti annos Conſtantinopoli univerſam Graecorum eruditionem didicit. Eo magiſtro ſuo extincto, Iohannes eius cathedram occupavit: quumque aliquando ad Imperatorem intromiſſus, ab eodem de ſua religione rogaretur; unam, reſpondit, Chriſti verbi incarnati naturam profiteor, in Trinitate vero ſecundum numerum perſonarum naturas, eſſentias, & Deitates tres eſſe ſuppono. Quamobrem ab Imperatore exſilio mulctatus fuit. Scribit autem Iohannes Aſiae, nos eius cauſſa fuiſſe praecipue infamatos: quandoquidem ille ex nobis, & non ex Dyophyſitis ſe eſſe profeſſus eſt. Per haec tempora Imperatrix Theodora quemdam ex filia nepotem habebat Athanaſium nomine, qui apud Amutium Monachum Edeſſenum, & Sergium Presbyterum, qui Orthodoxorum Patriarcha fuit, educatus eſt. Hic ſimiliter Chalcedonenſium communione reiectis in eorum haereſim offendit, cum eſſet ſimplex frater, habuitque in errore ſocios Cononem Tarſenſem, & Eugenium ex Seleucia Iſauriae, ſed & Iohannes Grammaticus, cognomento Philoponus, Alexandrinus, quum Eccleſiaſtica eruditione clareſcere coepiſſet, poſtremo eamdem opinionem amplexus eſt. Exinceps populus noſter in duas factiones ſciſſus eſt, atque ex noſtris quamplurimi Chalcedonenſibus adhaeſere, quum dicerent: potius utique eſt nobis cum illis duas, quam cum iſtis quatuor naturas admittere. Demum cum Iohannes* Utris-fundus *a Magno Theodoſio reprehenſus in ſuo errore perſiſteret, ab Eccleſia eiicitur, & paullo poſt moritur. Tunc vero Athanaſius Monachus demonſtrationes ab* Utris-fundo *compoſitas in unum compingens volumen, Alexandriam tranſmiſit ad Iohannem Grammaticum, qui & Philoponus, qui de ea opinione tractatum conſcripſit, & ad Athanaſium miſit. Re cognita Alexandrini librum ſimul & Auctorem condemnarunt. Ceterum cum Tritheitae eam ob cauſſam omnium in ſe odium concitatum animadverterent, Imperatori ſupplicarunt, ut ipſorum cauſa publico iudicio diſceptaretur. Id vero Patriarchae Chalcedonenſium commiſſum fuit, ſimulque cautum, ne in ea diſputatione Patrum Dyophyſitarum teſtimonia adhiberet, ſed Severi tantum, ac Theodoſii, atque Anthemi. A Patriarcha itaque citati Diacrinomeni, illi videlicet noſtri, qui unam in Chriſto naturam confitentur, conſtituta die adfuerunt. Adfuere pariter & eorum adverſarii; & illorum quidem, nempe Tritheitarum partes tuebantur praecipue Conon, & Eugenius. Pro Orthodoxis ſtabant Iohannes Aſiae, & Paulus Sergii Patriarchae poſtea ſucceſſor. Quatriduo coram Patriarcha Chalcedonenſium diſceptatum eſt &c.* Haec Abulpharagius; poſt quae, Aſſemanno teſte, pergit referre, convictis ea diſputatione Tritheitis, haereſim quoque eiuſmodi extinctam fuiſſe. Totum hoc [illegible] licet ſatis longum exſcribendum nobis fuit: multa enim inde erui poſſunt, unde veritas confirmetur. Interea, ut mihi plane videtur, patet Iuſtiniani, & Theodorae Auguſtae temporibus Iohannem Philoponum vixiſſe, ac tum etiam iamdiu ex ephebis exceſſiſſe, cum diſertiſſime dicatur, quod *Eccleſiaſtica eruditione clareſcere coepiſſet*, & ad eum Athanaſius Theodorae Auguſtae nepos Iohannis *Utris-fundi* ſcripta, tamquam ad cauſſae Patronum miſerit, atque inde iudicium contra Tritheitas, quorum cauſſam Philoponus ipſe Athanaſio ſuadente tutatus eſt ſcripto, ſit enatum. Si autem haec vera ſunt, quis credat, quae alibi de Philoponi colloquio cum Amro Saracenorum Duce idem narrat Abulpharagius?

Qs

Quis non videt, quam male haec conveniant cum hiſtoria de Bibliotheca Alexandrina ipſo Philopono reclamante combuſta? Eſto Philoponum, cum Theodora Augusta deceſſit e vivis, anno ſcilicet DXLVIII. triginta non amplius annis fuiſſe natum, ipſumque eodem anno, quo Bibliothecae Alexandrinae fatum, ſcilicet DCXLI. contigit, obiiſſe, quis hoc credat, ultra vigeſimum ſupra centeſimum eum vitam protraxiſſe?

Noſtra igitur de Philoponi vita ſententia eſt, eum circa ſaeculi V finem eſſe natum, neque ad VII. initium potuiſſe pervenire. Ac prima quidem aetate, ni fallimur, elegantioribus litteris ille incubuit, eaque ſcripſit, quae Grammaticam, & eruditionem ſpectant, unde *Grammaticus* eſt appellatus, quo nomine ſaepe eum vocat, & reprehendit Simplicius *de caelo*. Tum vero cum ab Ammonio Hermea, Procli diſcipulo, Peripateticiſmi amorem hauſiſſet, ea omnia in Ariſtotelem, & Platonem ſcripſiſſe putamus, quae edita nunc quoque extant, quaeque diligentiſſime recenſentur a Fabricio *Bibl. Gr. tom. IX. pag.* 363. Interea cum magnae illae turbae in Eccleſia Dei a Severo Patriarcha Antiocheno excitatae late fervérent, neque minus in Oriente quam in Occidente, quo Severus ipſe Antiochia eiectus ſe contulerat, Monophyſitarum lues teterrima ſerperet; tum quidem Philoponum, qui in Academia Alexandrina ad magnam nominis celebritatem veniſſet, & Severum ipſum in Aegypto latitantem noſſe potuit, eccleſiaſticis quaeſtionibus, ut veriſimillimum eſt, ſe immiſcere coepit: quod etiam eo libentius feciſſe putandum eſt, quia quae Monophyſitae contra Synodum Chalcedonenſem obiiciebant, cum doctrina Ariſtotelis, quem ſibi potiſſimum magiſtrum habebat, & commendabat aliis, melius conveniren. Unde tamen ipſe in Eccleſiaſtica eruditione *clareſcere primum coeperit*, ut Abulpharagius ait, divinare licet, adfirmare non poſſumus. Nihilominus coniecturam facimus, eum a libro [illegible] auſpicatum eſſe. Quem librum non amplius exſtantem quondam ſcripſiſſe Iohannem Philoponum nemo animadvertit, ne ipſe quidem Graecae eruditionis promus condus Ioh. Albertus Fabricius, qui mira quadam diligentia omnia eiuſdem auctoris opera enumerat. Creditum enim eſt omnino, tractatum [illegible] nihil aliud eſſe, quam [illegible], de quibus ſupra diſputatum eſt. Verum non ita ſe habere rem, teſtis nobis eſt ipſe Philoponus, qui in prooemio ſuae Coſmogoniae aperte adſerit [illegible] ſcripſiſſe, ut iam antea editum [illegible] librum defenderet: ita enim ait, [illegible] *Ingens quidem a me de mundi generatione multis elucubrationibus confectus eſt liber*, [illegible] *ſed multi idcirco contra nos tacite turbas excitarunt, & exprobrarunt, quod extraneis rationibus in hoc argumenti genere uſi ſimus*: unde ſequitur, ſe velle ſecundum Moſem, quod ſuperius adnotavimus, eadem de re diſſerere. Hinc primum adparet, non bene ſtatim inter Chriſtianos audiviſſe nomen Philoponi, cum ipſe de rebus ſacris agere eſt aggreſſus: ac non vanam quidem fuiſſe ſuſpicionem eventus declaravit. Plura enim poſtea Iohannes Grammaticus, quem Photius Cod. LV. [illegible], quam [illegible], *amentem potius quam laboris amantem* velit appellare, a catholicis doctrinis abhorrentia auſus eſt effutire. Unde eius impietatem ſaepe carpit, & damnat idem Photius Cod. XXI., XXIII., LV., & LXXV., & Nicephorus *lib. XVIII. a cap.* 46. ad 50. Et quidem merito: nam Eccleſiaſticis diſputationibus profanus homo auſus ſe immiſcere, & ut videtur Severi ſententiam primum amplexus, cum eo ſimul contra Patres Chalcedonenſes pugnavit; tum vero novo errorum aeſtu abreptus contra Severum ipſum, unaque contra Orthodoxos inſurrexit: ut enim teſtatur Photius Cod. LV. calamum impudenter ſtrinxit, [illegible], *adverſus ſacram, & oecumenicam quartam Synodum*; itemque alium edidit libellum [illegible] *adverſus ea, quae de SS. Trinitate* docuit in Sermone Catechetico Iohannes Scholaſticus Patriarcha Conſtantinopolitanus. Atque huius quidem generis fuit ſcriptum, cui titulum Philoponus fecit, [illegible], *Arbiter* ſententiarum [illegible] *de unione naturarum* in Chriſto, in quo quid ab omnibus ſentiendum eſſet, audacter ſtatuebat. His etiam accedit impium opus in plures tomos diſtinctum [illegible] de reſurrectione, in quo Photio iudice Cod. XXI. [illegible], *corporum reſurrectionem ſubvertit, & multa inconſiderate laſtat*. Igitur errorum capita, in quibus ille obſtinatus obduruit, tum ex Photio, tum ex Nicephoro haec fuiſſe colligitur: primum quod contra SS. Patrum auctoritatem, quos irridebat, novam de reſurrectione mortuorum ſententiam ipſe ſomnians, deliranſque in mundum invexerit; adeout cum Theodoſius Monachus, nec non tres e ſuis aſſeclis Conon, Eugenius, & Themiſtius acriter impugnaverint, atque a fide Chriſtiana diſceſſiſſe adfirmaverint: ſecundo autem, quod contra quartam Synodum impudenter ſcripſerit, & Orationem Catecheticam, quam Iohannes Scholaſticus habuit pro certo dogmate de Sancta, & conſubſtantiali Trinitate, ipſe quodam libello proſcindere non erubuerit, tres naturas in SS. Trinitate profitendas eſſe adfirmans: unde factum eſt, ut Paullus, & Stephanus, eius item ſocii, ab eo diſceſſerint. Itaque in falſas opiniones, erroreſque turbulentos delatus quidem eſt; verum cum neque aperte ſe prodere, neque prorſus latere vellet, ſibi cohaerentia non ſcripſit, & modo quidem aliquid ſanum, purumque ſuis in ſcriptis edidit, modo vero ſuum virus argumentorum ſubtilitatibus, & fallaciis emollitum effudit, ut quid ſibi voluerit, non plane conſtet. Animadverterat hoc iamdiu Photius, qui Cod. LXXV. *adeo putidum, & imbecillem in ſuis argumentis* declarat, ut ne *umbratili quidem veritatis ſpecie propria potuerit adverſus pios ſophiſmata colorare*: nec minus eius fraudulentum ingenium detegit, ei vitio vertens, quod aliena ſe ipſa ſibi vindicaverit, atque adeo corruperit, *ut quod germanum erat in ipſis auctoribus, ac maſculum, ab ipſo depravatum periret*; & quamvis SS. Patrum teſtimonia proferat, *ut Gregorii, Baſilii, &c., ea tamen eſſe, quae cauſſam ipſius impiam, quam habet propoſitam, minime promoveant*. Ex hac igitur Philoponi malitia, ſubleſta fide, & fraudolentia, quibus praeſertim artibus nihil ſolemne ſemper fuit tum antiquis, tum recentioribus Haereticis, factum putamus, ut alia in lucem ille ediderit, quae ſuſpicionem erroris ab ſeipſo amoverent, alia vero, quae eius mentem a recta fide non alienam per inanes quoſdam dolos, argutulaſque fallacias detegerent. Fidem faciunt eius ſcripta: neque enim alia de cauſa, ut videtur, *contra Proclum* ſcripſit, niſi ut ſe ab eo diſſentire in re ſumma oſtenderet; aut *Coſmogoniam* ſecundum Moſem contra Theodorum Mopſueſtenum explicavit, niſi ut quae in libro *de generatione mundi* inaniter diſſeruerat, caſtigaret: nec alia tandem mente contra Severum ſcripſit, niſi ut iam ſibi non amplius faventem ab uno in alterum errorem traheret. Omnium ſane Orthodoxorum Scriptorum conſentiens vox eſt, Philoponum a Catholicorum Fide deſciviſſe, quod Suidas fatetur. Quamvis autem ea omnia, quibus Chriſtianam doctrinam impugnavit, interciderint, exſtant tamen libri [illegible] quaedam laciniae *in Act. X. Conc. Conſtantinopolitani III*, & in Nicephoro *lib. XVIII. cap.* 47., necnon fragmenta nonnulla in S. Iohanne Damaſceno *de Haereſibus*, quae iamdiu Cotelerius *tom. I. Monum. pag.* 309. ediderat, poſtea vero recuſa nobis donavit vir cl. P. Le-Quienius *in nova edit. operum* Damaſceni *tom. I. pag.* 101., e quibus ſane colligitur, quam iure Photius de Philopono dixerit, quod [illegible], [illegible] *nugas vendit, & audax eſt*, & quam recte hunc Philoponi librum Anaſtaſius Antiochenus non [illegible], ſed [illegible] malue-

maluerit appellare, ut teſtatur S. Maximus *tom. II. Opp. pag.* 124., nihil enim loquar de *Summa doctrinae* Philoponi, quam in Codice Syriaco Vaticano contineri adfirmat Aſſemanius in Diſſert. *de Monophyſ. tom. II.* Bibl. Orient. praepoſita. Illud autem rem aperte demonſtrat, Philoponum vix, ac ne vix quidem latere potuiſſe, dum vixit; quod cum iamdiu obiiſſet, cum aliis Haereticis tandem damnatus fuit. In Concilio enim Conſtantinopoli habito anno DCLXXXI. lecta fuit Synodica Sophronii Archiepiſcopi Hieroſolymitani, in qua dicitur, [illegible] .... [illegible] .... [illegible], *ſuper omnes ſit & Severus anathema .... Theodoſius quoque Alexandrinus, ... Iohannes Grammaticus, cognomento Philoponus, ideſt ſtudioſus, vel potius mataeoponus, ſcilicet nugator, Conon quoque, & Eugenius, qui ſunt triplicis Deitatis ter maledicti propugnatores.* Atque haec de doctrina, & deliramentis Philoponi dixiſſe ſufficiat, ne faſtidium lectoribus creemus. Illud tamen adhuc obſervabimus, ab omnibus Eccleſiaſticis Scriptoribus, ut rem certam, & indubiam, eſſe traditum, quod Johan. Philoponus haereſeos Tritheitarum parens fuerit. Solus autem Abulpharagius Iohannem Aſchuſnaghem, vel *Utris-fundum*, eius ſectae auctorem facit; niſi Abulpharagio Leontium Byzantinum adiungere velimus, qui in libro *de Sectis Act. V.* Tritheitarum ſectam a Philopono potius inſtauratam, quam conſtitutam videtur adſerere: ait enim, *adhuc agente Byzantii Theodoſio denuo natum eſt dogma Tritheitarum, cuius ſectae*, ſcilicet renovatae, *princeps Philoponus exſtitit.* Sed demus, ſi placet, hanc gloriam Abulpharagio, ut Syrus homo hanc putidam ſententiam in mundum primus invexerit: Philoponus certe fuit ille, qui eam acriter tutatus eſt, & variis ſcriptis confirmavit, unde ipſe Tritheitarum princeps ſemper eſt habitus, & in Hiſtoria Eccleſiaſtica Dionyſii Patriarchae apud Aſſemanium Bibl. Orient. *tom. II. pag.* 80. *huius haereſeos Director* vocatur.

Sed ut illuc, unde diſceſſimus, redeamus, ſi ex allatis patet, Philoponum iam grandem natu fuiſſe, cum coepit clareſcere Eccleſiaſtica eruditione; antea enim in grammaticis, & philoſophicis rebus diu multumque verſatus fuit, quis hoc adſerat, eum qui iam aetate provectus in iudicium coram Iohanne Scholaſtico ante annum DLXVII. vocatus fuit, ad annum uſque quadrageſimum primum ſupra ſexcenteſimum poſtea pervenide? At ſiqui nobiſcum convenire nolint docti viri, plane reponent, id aliter fieri non potuiſſe, ſi verum eſt Iohannem Philoponum ſuam Coſmopoeiam, Sergio Patriarcha CPolitano hortante, ſuſcepiſſe, eique abſolutam nuncupaſſe: nam Sergius quidem anno DCX. Thomae in Archiepiſcopatu ſucceſſit: unde qui ei ſuum opus inſcripſit, eo ſaltem anno vivebat; & ſi tunc vivebat, etiam ad annum DCXLI. potuit pervenire. At nos nodum ſolvere ſi poſſimus experiamur. Ut noſtra quidem eſt ſententia, ille Sergius, qui Philopono auctor & ſuaſor fuit, ut in *Hexaëmeron* ſcriberet, Patriarcha CPolitanus Thomae ſucceſſor non fuit, ſed huius nominis alter Sergius, qui Patriarcha quidem fuit, ſed Antiochenus, & quidem Monophyſita, vel Iacobita. Qui CPolitanum eum faciunt, nituntur auctoritate tituli, quem praeſeferre dicunt *Commentarios in Coſmogoniam* eiuſdem Philoponi cura Patris Corderii editos, quos Sergio Patriarchae CPolitano volunt eſſe inſcriptos. Verum Corderius nullibi dixit eos Sergio CPolitano nuncupaſſe: ac ſi dixiſſet, iudicio potius ſuo, quam Codicis Vindobonenſis auctoritate fretus id adfirmaſſet: cum ipſum Codicem, quem exſcripſerat, titulo caruiſſe nobis teſtatum reliquerit doctiſſimus Lambecius in *Comment. Bibl. Caeſ. lib. I. pag.* 139. *Notandum eſt*, ait, *Corderium in prima hac iſtius operis editione impreſſa nonnullis locis aberraſſe, ut vel ex ipſo titulo videre eſt, qui vulgo ſic legitur,* [illegible] *Ms.* *At in ipſo Codice Ms. inſcriptio libri primi haec eſt:* [illegible], *unde ſequitur, titulum totius operis generalem, qui ibi nunc deeſt, ita olim conceptum fuiſſe:* [illegible]. Itaque ſi neque libri titulus Sergium CPolitanum nominat, neque Corderius id adfirmat; videtur enim potius, quis iſte fuerit Sergius, in ſua brevi Praefatione dubitaſſe, totum inde deductum argumentum corruit. Nam in prooemio Philoponus Sergium quemdam plane adloquitur, ſed Patriarcham CPolitanum eum non vocat; ita enim ait: [illegible]. *Tu Sergi, caput mihi maxime venerandum, necnon Pontificum Deo ſacrificantium maximum ornamentum, frequens me urſiſti admonendo, & tantum non cogendo, ut quidquid poſſem ad hanc rem conferrem. Conſors autem huius ſtudii erat ille non minus pietate, quam genere illuſtris Athanaſius, qui tamquam catulus leo, ad virtutem una cum ſuo alumno cucurrit: mens enim dicendi ſtudio, & exercitatione ſenilis facta venerabilem reddit iuventutem.* Ex quibus Philoponi verbis mox etiam nonnulla eruemus, quae noſtram opinionem confirmabunt. Sed quid hic dicemus de Photio, qui Cod. LXXV. ita habet? [illegible], *lectus eſt a me Iohannes Philoponus in Hexaëmeron. Dedicat ille librum Sergio Conſtantinopolitano, cuius ſuaſu ſe laborem ſuſcepiſſe praefatur.* Diſertiſſimum, ut videtur, Photii teſtimonium reiicere, temeritatis plena res eſſet; verum ne Photium quidem Sergio, quem Philoponus laudat, Conſtantinopolitani Patriarchae titulum dediſſe, ſed librariorum incuria mendum in textum irrepſiſſe confidenter adfirmamus, quod inferius probabimus.

Sed maior adhuc difficultas ex ipſius Philoponi ſcriptis oritur. Ipſe enim videtur ſatis perſpicue *in Comment. ad lib. IV. Phyſic.* [illegible], qua aetate vixerit, prorſus definire. En verba: [illegible]. *Dicimus praeſentem iam eſſe annum, menſem, & diem: annum quidem Diocletiani* 333., *Chriſti* 617. *menſem Pachon, Maium, diem decimam.* Hoc teſtimonio, ut patet, ſententia noſtra de Philoponi vita, quem ſaeculi VII. initia non attigiſſe dicimus, apertiſſime refutatur. Verum hic quoque mendum irrepſiſſe facile quiſque cognoſcebitur, ſi ex alio eiuſdem Philoponi teſtimonio ita rem ſe non habere cognoſcet. In libro enim [illegible] ad argumentum XVI. 4. ſic ait: [illegible], *nam & nunc noſtris hiſce temporibus anno* 245. *Diocletiani, Chriſti* 529. *in uno eodemque ſigno Tauri, licet non in eodem gradu omnes ſeptem planetae fuerunt.* Certe vel in ſuperiori teſtimonio textus eſt corruptus, vel idem Philoponus ſcribebat anno 529., & anno 617., ſed quis hoc ſibi ſuadeat? Difficultatem animadvertit vir perſpicaciſſimus Fabricius *Bibl. Gr. tom IX. pag.* 363., fere enim centum annorum ſuberat differentia; ſed cum ipſe etiam hiſtoriam de Bibliothecae Alexandrinae combuſtione, quam Philoponi temporibus obtigiſſe refert Abulpharagius, recepiſſet, maluit primum quam ſecundum ex allatis teſtimoniis adprobare, cum tamen primum reiicere, & ſecundum potius amplecti debuiſſet. Quare verſionem, quam de ſuo proponit, ut Philoponum cum Philopono conciliet, non admittimus; ea enim verba [illegible], paullo laxius accipi vult, atque ita reddi oportere monet, *nam & longe a noſtris temporibus anno &c.* Sed patet Philoponum de ſuis temporibus, non de *longe* tranſactis, ut Fabricius autumat, loqui. Ac multo ſane facilius erat de veritate

textus

textus in primo teſtimonio dubitare; in quo cum per litteras, vel elementa numerum ſignificantia tantummodo annus aerae Diocletiani exprimatur, nullo ſane negotio fieri potuit, ut vel ab amanuenſibus ν pro α fingeretur, vel ab exſcriptoribus α in ν converteretur, quod plane non videtur dubitandum.

His igitur conſtitutis, iam tandem quis ſit ille Sergius, cui Philoponus opus ſuum in *Hexaëmeron* nuncupavit, videamus. Profecto, ni fallimur, is ille eſt, quem Iacobitae Orientis impio Severo Antiochenae Sedis invaſori ſucceſſorem deſignarunt. Equidem ſcio legi in *Hiſt. Patriarch. Alexandr.*, quod Severo Theophanes quidam in Patriarchatu Antiocheno ſucceſſerit; verum, ut bene animadvertit Le-Quienius *tom. II. p. 1317. Orient. Chriſt.*, Theophanem, vel Theophilum illum ignorant rerum Iacobitarum Orientales Scriptores, quibus ſane maior fides adhibenda eſt, cum de ſuis rebus ſcribunt. Dionyſius enim Telmarenſis Iacobitarum Patriarcha in *Chronico*, Dionyſius item Barſalibi *in Catalogo Patriarch. Antioch. Iacobiticae ſectae*, necnon Bar-Hebraeus, ſive Abulpharagius in *Chronico*, hi, inquam, omnes, quae eſt Syrorum hiſtoricorum familia, non Theophanem, ſed Sergium ponunt Severi proximum ſucceſſorem, quem a Iohanne Anazarbi Epiſcopo ordinatum fuiſſe tradunt. Nimis longum eſſet ſingulorum referre teſtimonia, quae ſi quis velit attentius conſiderare, adeat in rebus Syriacis virum periſſimum Ioſ. Simonem Aſſemanium in Bibl. Orient. *tom. II. pag. 322.*, a cuius iudicio diſcedendum non eſſe recte ſtatuit nuper laudatus Le-Quienius. Ille igitur, quem laudat Philoponus, Sergius quidam fuit ex urbe Tela, ſive Conſtantina in Oſroëne, Presbyter quondam Coenobii Holae, hoc eſt *Arenae*, cognomento Beth-Charta dictus. De eo agit Aſſemanius *loc. cit.*, monetque opportune ſub eo floruiſſe Iacobitarum principem, & inſtitutorem Iacobum Zangalum, Iohannem Euphemiae, Iohannem alterum Tritheitarum parentem, ſcilicet *Utris-fundum*, Athanaſium Theodorae Auguſtae ex filia nepotem, Cononem Tharſenſem, Eugenium Seleuciae in Iſauria, Iohannem Grammaticum, cognomento Philoponum, Theodorum Edeſſae Epiſcopum, & Iulianum Epiſcopum, qui Nubas, Aethiopaſque Monophyſiſmo infecit. Hunc ipſum eſſe Sergium illum, cui Severum ſcripſiſſe refert B. Eulogius Archiepiſcopus Alexandriae apud Photium Cod. CCXXX. libenter dixerim; Severo enim hominem ſucceſſiſſe, qui ei aliqua familiaritate antea coniunctus fuiſſet, veroſimillimum puto: eumdemque plane eſſe reor ac illum, qui Concilii CPolit. III. *Act. IV. Grammaticus* vocatur, & ad quem ſcripſiſſe Severus dicitur: [illegible]. *Item eiuſdem Severi ad Sergium Grammaticum, ubi ait: quoniam igitur unus eſt operans, una eſt etiam eius operatio, & motio operaria, vel operatoria.* Cuius ſane vel epiſtolae, vel libri ad Sergium fit mentio etiam in Hiſtoria Eccleſiaſtica Dionyſii Patriarchae apud Aſſemanium *tom. II. pag. 81.*, & in Catalogo Bibliothecae Coisliniana *pag. 55.* Crediderim igitur Sergium, Syrum hominem, unum ex Severi aſſeclis primum fuiſſe, atque ex eorum numero, qui Conſtantinopoli degebant, ut Graecorum eruditionem addiſcerent, ac profiterentur. Certe ex relata ſuperius Abulpharagii narratione colligitur Syros habuiſſe in urbe regia quam iam veluti Academiam, vel Scholam, in qua Graecis litteris vacabant, ut ſe Imperatoribus commendarent, ſuoſque errores facilius defenderent, ac propugnarent. Certe Samuel Petrus ex Meſopotamia, qui Iohannem *Utris-fundum* habuit diſcipulum, in ea Academia profeſſus eſt, eoque mortuo ipſe *Iohannes Utris-fundus cathedram eius ſtatim occupavit*. An multum a vero erraret, qui huic Academiae quondam praefuiſſe diceret Antiochum, natione item Syrum, qui ad tantam eloquentiae famam venit, ut auro onuſtus in patriam redierit? atque Antiochum poſt excepiſſe Severianum Gabalorum Epiſcopum, qui etiam divitias ingentes dicendi arte ibi comparavit Conſtantinopoli, atque ex eadem Schola fuiſſe Theodorum Mopſueſtenum, Theodoritum, Neſtorium, Severum, alioſque Syros, quos quidem ingenii, & linguae laudibus claruiſſe Conſtantinopoli, teſtatur Hiſtoria Eccleſiaſtica; ut quae fuerit Doctorum in illa Academia ſucceſſio ex doctrinae traditione dignoſcatur? Quid ſi deinde dicamus, Sergium Iohanni *Utris-fundo* ſucceſſiſſe, poſtquam hic in exſilium eſt actus, *eo quod in Trinitate ſecundum numerum perſonarum naturas, eſſentias, & deitates tres ſupputaverit*? Quid ſi *Grammaticus* ea de cauſſa eſt dictus, quod humanas litteras in regia urbe traderet? Quid tandem ſi *Grammatici* titulo eum decorare ſtuduerunt Syri, ut quae inter ipſum & Grammaticum Philoponum neceſſitudo, & ſtudiorum aemulatio intercederet, intelligeretur? Equidem fateor, plura eſſe, quae me in hanc ſententiam non invitum trahant.

Verum quis dicet, unde amicitiae, & cognationis coniunctio inter Sergium, & Philoponum deducitur? Ecquae potuit inter Alexandrinum Philoſophum, & Patriarcham Antiochenum eſſe ſtudiorum, & ſententiarum ſocietas, & communio? Hoſpitem & plane rudem in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſe dicat oportet, quicumque ignoret, Severum Antiochia profugum Alexandriam veniſſe, unaque ſimul cum eo magnam Haereticorum colluviem illuc confluxiſſe: unde tot mala in Aegypto attentata, tot tumultus excitati, religio violata, Patrum fides repudiata, error receptus, & Monophyſiſmus in Occidente aeque, ac in Oriente tandem ſtabilitus. Nec ullum plane dubium eſt, arctiſſimae unionis, quae poſtea ſubſecuta eſt inter Iacobitas Orientales, & Occidentales, fuiſſe auctorem Severum, qui Byzantio primum, & deinde Alexandria fugere, & ex urbe una in aliam migrare coactus, modo latens, modo prodiens in publicum, & Monaſteria diverſa pertranſiens, anno tandem DXXX., vel ut aliis placet DXLII., mortuus eſt, cuius morte peſtifero etiam monſtro mundus liberatus eſt. Eo igitur opinor tempore, litterarum, & eruditionis laude clari vivebant, Alexandriae quidem Iohannes Philoponus, Conſtantinopoli vero Sergius Grammaticus, inter quos ex ſtudiorum, ſententiarumque affinitate, & pari in Synodum Chalcedonenſem odio mutuam quamdam benevolentiam, amicitiamque eſſe initam non temere coniicimus. Interea Sergius ab Anazarbi Epiſcopo ordinatus, & Monophyſitis faventibus Patriarcha Antiochenus factus, Iohannem Philoponum, qui Severum ſibi non faventem ſcriptis laceſſiverat, ſuo & Athanaſii Theodorae Auguſtae nepotis nomine hortatus eſt, ut librum in Hexaëmeron iuxta Moſis ſententiam ſcriberet; ut eorum uterque videretur a ſana doctrina non eſſe alienus.

Haereticorum omnium, ac praeſertim Severianorum errores, cauſſamque defendiſſe Theodoram Iuſtiniani Imperatoris uxorem, (propudioſam plane feminam, quidquid dicant, qui mentiendi, & calumniandi prurigine Procopium abreptum putant) conſtat evidenter ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, Procopio *Anecd. cap. X., & ſeqq.*, Evagrio *lib. IV. cap. 10.*, Anaſtaſio in *S. Silverio*, Victore Tunnenſi *ad Conſulatum Baſilii*, qui eam paſſim ob avaritiam, ſtupra, & haereſim proſcindunt. Hanc utique omnes ſceleſti, facinoroſi omnes habebant vindicem, & patronam. Illa magno Eccleſiae malo a poſtribulo ad thronum evecta, & Iuſtiniano nupta, tam miſere eius ingenium dementavit, ut omnis criminis reus a Procopio agatur. Ceterum illa ſimulandi artifex ingenioſiſſima omnia ſua facinora celare ſtudebat, quaeque male acta eſſent, & invidiam creare poſſent, in Iuſtinianum reiiciebat. In hoc tamen uno ſemper conſtans fuit, ut Haereticis faveret: cum enim Imperator Concilii Chalcedonenſis decreta firma eſſe ſemper voluiſſe appareat, ipſa autem contra

rectae

rectae fidei ſemper fuit infenſa. Unum Evagrium teſtem adhibeam, qui de veris, aut ex adverſo ſimulatis inter Theodoram, & Iuſtinianum ſtudiis ſic ait: [illegible] *Quemadmodum Iuſtinianus Epiſcopis, qui Chalcedone in unum convenerant, & decretis ab illis editis valde conſtanter adhaeſit: ſic Theodora eius coniux illis, qui unam in Chriſto naturam adſerebant. Sive igitur ita revera ſentirent, ſive dedita opera ſic inter ſe conveniſſent, nemo tamen alteri cedebat.* Sed qui plura velit, adeat Procopium, qui ſceleratae feminae mentem, moreſque detegit. Nimirum qui ea legerit, non mirabitur, S. Sabam noluiſſe orare Deum pro ſobole, quam Theodora vehementer deſiderabat. Negavit enim ſanctus vir, ut refert S. Cyrillus Schythopolitanus in vita S. Sabae apud Cotelerium *Monum. Gr. tom. III.* ſe id umquam eſſe facturum: [illegible] *ne eius quoque filii Severi dogmata guſtarent, & peius quam ſub Anaſtaſio factum eſt, Eccleſiam perturbarent.* Igitur Theodora Severianorum dolos, machinaſque contra Orthodoxos inſtructas dirigebat. Ipſa plane eo devenit inſaniae, & potentiae, ut pro arbitratu ſuo, quos vellet, Sacerdotes, & Epiſcopos crearet, quod diſerte teſtatur Procopius *Anecd. cap. XVII.* dicens: [illegible] *Magiſtratus, & Sacerdotes creabat, id etiam atque etiam ſatagens, & curans, ne vir quiſquam probus, ac integer dignitates obtineret, qui ei data fide non eſſet obtemperaturus.* Plenae autem ſunt hiſtoriae, quae Byzantii Anthimum, Alexandriae Theodoſium, Monophyſitas ambos, eam foviſſe teſtantur, & Severum Antiochenae Eccleſiae invaſorem reſtituendum curaſſe, omneſque Syros Monophyſitas habuiſſe cariſſimos aperiſſime conſitentur. Ecquis hic tandem dubitabit adfirmare, defuncto Severo Sergium Grammaticum, ipſa Theodora iubente, fuiſſe ſuffectum a Severianis, qui tantam ſuorum errorum haberent adiutricem, & adminiſtram; praeſertim cum plurimum iam auctoritate polleret in Oriente Iacobus Zanzalus, vel Baradaeus dictus, qui Severi diſcipulus fuit, & Iacobitarum ſectam conſtituit? Narrat enim Severus Makaffaeus Aſchuminenſis in Aegypto Epiſcopus in *Hiſtoria Arabica Patriarcharum Alexandriae*, quam Renaudotius latine redditam, & in compendium redactam edidit, Iacobitas Orientis, cum Severum Antiochenum Patriarcham obiiſſe audiviſſent, Iuſtiniani Imp. metu a ſubrogando altero, qui ei ſuccederet, aliquantulum abſtinuiſſe; ubi autem intellexerunt, Alexandrinos erroris ſui ſocios, ſucceſſorem Theodoſio deſignaſſe, ſibi quoque ſtatim Patriarcham elegiſſe Theophanem, quem eſſe ipſum Sergium, de quo agimus, ex Scriptorum Syrorum auctoritate ſuperius demonſtravimus. Illud autem cognomentum Monophyſitas indidiſſe Sergio, tum cum Patriarcha eſt factus, ut ipſum honeſtarent magna laude, & tamquam *a Deo monſtratum* dicerent, non abs re forſan eſſet iudicare. Vide Aſſemanium *tom. II. pag. 70., & 323.*

Atque haec quidem omnia etiam cum Abulpharagii narratione convenire deprehendet, qui narrationem ipſam nonnullis animadverſionibus munitam, & caſtigatam nunc relegere non recuſabit: ibi enim aperte dicitur, *Per haec tempora*, ſcilicet quando Iuſtinianus exſilio mulctavit Iohannem Aſchuſnaghem, vel Utris-fundum, *Imperatricem Theodoram habuiſſe ex filia nepotem Athanaſium nomine, qui apud Amantium Monachum, & Sergium Presbyterum, qui Orthodoxorum Patriarcha fuit, educatus eſt.* Theodoram Auguſtam nullos ex Iuſtiniano liberos ſuſcepiſſe teſtantur Hiſtorici, atque ex eo, quod ex vita S. Sabae relatum eſt, clarius patet. Quos igitur habuit filios, ex nefario contubernio ortos eſſe ante conciliatas cum Iuſtiniano nuptias certum eſt. Filiam ei fuiſſe anonymam, quae mater fuit Anaſtaſii, adfirmat Procopius *cap. IV., & V.*, cuius auctoritate nititur Carolus Du-Freſne *Hiſt. Byzant. lib. I. p. 95.* Anaſtaſii nomen in Athanaſium a Scriptore Syro mutatum fuiſſe, orta mihi ſtatim ſuſpicio: quamvis enim Procopius diſertiſſime adfirmet, Anaſtaſium Iohanninae Beliſarii filiae deſponſatum fuiſſe, Abulpharagius vero ipſum Monachum fuiſſe tradat, utrumque tamen fieri potuiſſe crediderim: nam Theodora extincta, quae, ut idem Procopius habet, contra ius faſque [illegible], & non ſine rumore per vim proſtratae clanculum pudicitiae, Anaſtaſium Iohanninae iunxerat, Antonina Iohanninae mater [illegible] *ſpreto deſponſo Theodorae nepote, filiam ab eius amore per vim abduxit*; quo facto Anaſtaſium in Coenobium ſeceſſiſſe valde probabile mihi videtur. Hic igitur Anaſtaſius, vel Athanaſius *apud Amantium Monachum, & Sergium Presbyterum, qui Orthodoxorum Patriarcha fuit, educatus eſt.* En ille Sergius Grammaticus prodit, de quo diſputamus, quique *Orthodoxorum Patriarcha* a Scriptore Monophyſita dicitur factus, quia ſeipſos Orthodoxos, nos autem Acatholicos vocare conſueverunt omnes Iacobitae. Iam vero clarius patet, qua de cauſſa ille fuerit ad Patriarchatum evectus. Theodoram Auguſtam ſibi devinxerat, cuius nepotem erudiverat. *Hic ſimiliter*, ſcilicet Anaſtaſius, vel Athanaſius, ut ſequitur Abulpharagius, *Chalcedonenſium communione relicta, in eam haereſim offendit, quum eſſet ſimplex frater, habuitque in errore ſocios Cononem Tharſenſem, & Eugenium ex Seleucia Iſauriae.* Patet nepotem Theodorae Anaſtaſium, vel Athanaſium, & Sergium eius magiſtrum aeque fuiſſe infenſos, ac Theodoram ipſam, Concilii Chalcedonenſis decretis, nec non utroſque Tritheitis faviſſe, pro quibus ſteterunt Conon, & Eugenius in diſputatione habita coram Iohanne Scholaſtico, ut confirmat Photius Cod. XXIV. *Sed & Iohannes Grammaticus*, addit Abulpharagius, *cum eccleſiaſtica conditione clareſcere coepiſſet, poſtremo eamdem opinionem amplexus eſt.* En Philoponus emergit, qui tertius eſt erroris ſocius, & adſertor. *Exinceps populus noſter parvus in duas factiones ſciſſus eſt.* Pervulgata res eſt Monophyſitas inter ſe eſſe diviſos, eoſque qui Tritheiſmi notam, ut Paullus, & Stephanus, effugerunt, [illegible] *Haeſitantes* fuiſſe appellatos, qua de re videndus praeter Photium Cod. XXIII. Nicephorus *lib. XVIII. cap. 47*: *Tunc vero Athanaſius Monachus demonſtrationes ab Utris fundo compoſitas tranſmiſit ad Iohannem Grammaticum, qui de ea opinione tractatum conſcripſit, & ad Athanaſium miſit.* Athanaſium, vel ſi placet Anaſtaſium Theodorae Auguſtae nepotem, Sergii diſcipulum, vides hic, lector, errori aperte faventem, & Philopono cauſſam commendantem, ipſumque Philoponum rem ſerio tractantem, & pro Tritheiſmo ſcribentem, ut Photio quidem viſum eſt ieiune, & exiliter, ſed ut Nicephorus *cap. 45.* cenſuit, acute, & ingenioſe; ait enim [illegible] *cum plures libros difficiles, quos refellere non ita facile ſit, contra Synodum quartam edidiſſe.* Utrum autem ille tractatus, de quo Abulpharagius loquitur, fuerit liber [illegible] *Arbiter* inſcriptus, vel alter contra Severianos exaratus, prorſus me latet. Equidem ſcio, Suidam teſtatum reliquiſſe Philoponum etiam *contra Severum* ſcripſiſſe; quod ſane mirum videri neutiquam poteſt: quamvis enim primum cum Severo in Synodo Chalcedonenſi damnanda libens conſenſerit, multum deinde ab eius ſententia diſceſſit. Nam Severus quidem *unam ex duabus in Chriſto naturam poſt unionem* adſtruebat; Philoponus autem cum tres naturas in SS. Trinitate conſtanter adſereret, & in Chriſto unam ex duabus admitteret, Tritheiſmum, quod ad Trinitatem ſpectat, profitebatur, & quaternitatem in Incarnatione inducebat. Atque ex hoc linguae, & mentis diſſidio orta eſt illa diſputatio coram Iohanne Scholaſtico, de qua Abulpharagius hic agit, & ſchiſma inter Severianos ipſos

factum

Digitized by Google

factum eſt, aliis quidem cum Philopono, aliis autem cum Severo deſipere volentibus, nullis autem prorſus ex ipſis Patrum Chalcedonenſium decreta, ut par erat, adprobantibus. Ac Philoponus quidem contra Acephalos, qui Severi aſſeclae fuerunt, aliud etiam opus edidit, quod exſtat in Bibliotheca Vindob. hoc titulo: Ἰωάννου Γραμματικοῦ κατὰ τῶν Ἀκεφάλων κεφάλαια ιζ΄. *Iohannis Grammatici contra Acephalos capita XVII.*, quorum primum incipit, teſte Lambecio *lib. IV. pag.* 215: Εἰ ὁ λέγων τὸν Θεὸν, μόνον τὸν Χριστὸν, μανιχαΐζει, ἢ ὁ λέγων μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, παυλιανίζει, ἢ ὁ λέγων Θεὸν τέλειον τὸν Χριστὸν, ἄνθρωπον δὲ ἀτελῆ, Ἀπολιναρίζει. *Qui dicit Deum, ſolum Chriſtum, manichaizat, & qui dicit ſolum hominem Chriſtum, paulianizat, & qui dicit Chriſtum Deum quidem perfectum, hominem autem imperfectum, apollinarizat.* Nec ſane hic liber *contra Acephalos* cum Διαιτητῇ eſt confundendus; patet enim κεφάλαια opus fuiſſe a Διαιτητῇ diſtinctum, cum κεφαλαίων memoriam fecerit ipſe Philoponus in libro Διαιτητῇ. Ceterum tam certum eſt, inter Philoponum, & Severum ortas fuiſſe ſimultates, ut etiam Severus contra Philoponum ſcripſerit, ut colligitur ex Cod. VIII. Bibliothecae Coiſlinianae a Montfauconio editae *pag.* 53.; ibi enim inter opera Severi *Sermones, ſeu libri contra Iohannem Grammaticum* recenſentur. Sed quid deinde factum eſſe dicat Abulpharagius, videamus. *Alexandrinos librum, & auctorem condemnaſſe, Tritheitas vero Imperatori ſupplicaſſe, ut eorum cauſſa publico iudicio diſceptaretur, atque id Patriarchae Chalcedonenſium commiſſum fuiſſe.* Patriarcham Chalcedonenſem tacita quadam irriſione a Scriptore Monophyſita hic vocari Iohannem Scholaſticum non eſt dubitandum: maluit enim Abulpharagius ipſum ab iudicis officio, quo in ea diſputatione functus eſt, Chalcedonenſem, quam a dignitatis munere, quo fruebatur, Conſtantinopolitanum nominare. *Conſtituta die abfuiſſe*, ſubiungit, *Diacrinomenos*, quos ſuos vocat, *unam in Chriſto naturam confitentes, eorumque pariter adverſarios, qui Tritheitarum partes tuebantur, praecipue Cononem, & Eugenium; at pro Orthodoxis*, ſcilicet Monophyſitis Haeſitantibus, *ſtetiſſe Iohannem Aſiae*, cuius loco Photius Cod. XXIX. habet Stephanum, *& Paullum Sergii Patriarchae poſtea ſucceſſorem; tum demum quatriduo coram Patriarcha Chalcedonenſium diſceptatum fuiſſe.* Haec omnia cum iis, quae refert Photius, adamuſſim conveniunt; iiſdem enim rebus variis in locis Cod. XXIII., XXIV., LV., & LXXV. enarratis ita de Philoponi libro concludit: Τοιαῦτα μὲν κατ' αὐτῆς ματαιολογῶν, ἢ θρασυνόμενος· ἐν τμήμασι δὲ τέσσαρσι πᾶσαν τὴν κατ' αὐτῆς κωμῳδίαν, οὐδὲν πιστὸν, ἢ διανοίας ἄξιον ἔχουσαν, *ac tales quidem hic Scriptor nugas contra hanc Synodum audacter blaterans, quatuor partibus totam comoediam adverſus ipſam abſolvit, re nulla fide digna, atque adeo ſanae mentis edita.* Nihil aliud igitur in tota Abulpharagii narratione obſervandum reſtat, niſi id, quod ſatis aperte in fine indicat, Paullum ex τῶν διακρινομένων numero Sergio, de quo ſermo eſt, in Patriarchatu Antiocheno ſucceſſiſſe: quod bene convenit cum iis, quae narrant ceteri Syri Scriptores, ut videre eſt in Aſſemanio *tom. II. pag.* 325., *&* 329., & in Le-Quienio *tom. II. pag.* 1358., ubi Iacobitarum Patriarcharum ſeriem deſcribit. Paullus enim cognomento Bet-Uchame, genere Alexandrinus, a Iacobo Zanzalo, vel ut aliis melius placet, a Thoma Edeſſae Epiſcopo in Patriarcham Antiochenum eſt ordinatus, poſtquam ex Aegypto, eo quod ibi Alexandrinam Sedem ambiret, diſcedere coactus eſt ab Athanaſio, vel Anaſtaſio Theodorae nepote; unde etiam deducitur, novam eſſe factam inter Monophyſitas diviſionem, ipſumque Paullum neque Athanaſio, neque Philopono, aliiſque Tritheitis adhaeſiſſe, ſed in tertiam abiiſſe ſententiam, quae tamen Catholicis non adriſit; quare ipſe cuiuſdam peculiaris ſectae auctor habitus eſt, quae *Paullianitarum* dicta eſt, ut narrat Timotheus Presbyter Conſtantinopolitanus *in opuſc. de receptione haereticorum* apud Cotelerium *Monum. Eccleſ. Graec. tom. III. pag.* 411.

Abulpharagio, quem cum Photio, ceteriſque hiſtoricis invenimus conſentientem, adſtipulatur ipſe Iohannes Grammaticus, qui, ut ſuperius eſt adnotatum, in Prooemio ad librum in *Hexaëmeron* Athanaſium, vel Anaſtaſium Theodorae nepotem laudat. Neque enim alius eſſe potuit ὁ γενναῖος τε, καὶ οὐχ ἧττον τὴν εὐσέβειαν ἢ τὸ γένος Ἀθανάσιος, *non minus pietate, quam genere illuſtris Athanaſius.* Quo quidem argumento firmiter evincitur, amicitiae, & benevolentiae vinculis Sergium, Athanaſium, & Philoponum inter ſe fuiſſe coniunctos. Cum autem Philoponus dicat κοινωνὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ἦν ὁ Ἀθανάσιος, recte quis inde colligat, Athanaſium ipſum, dum Commentarios in *Hexaëmeron* ſcribebat Philoponus, ei adſtitiſſe, eiuſque animum impuliſſe, ut huiuſmodi ſcriptionis genere ſuſcepto morem gereret Sergio: cum enim ſe, eodem Sergio iubente, opus ſuſcepiſſe teſtatus eſſet, ſtatim ſubiunxit, κοινωνὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ὁ γενναῖος Ἀθανάσιος, οἷα σκύμνος τῷ σῷ εἰς ἀρετὴν θρέμματι συμπροθέων, quae Corderius ita vertit: *conſors autem huius ſtudii erat ille illuſtris Athanaſius, qui tamquam catulus leo ad virtutem una cum ſuo alumno cucurrit.* Itaque Athanaſius tum temporis Alexandriam apud Philoponum diverterat: quod quidem coniunctionis, & amicitiae plane ſingularis inter Philoponum ipſum, Athanaſium, & Sergium, maximum eſt teſtimonium. Atque id fortaſſe ipſius Sergii cura factum eſt, ut cum hic ad Patriarchatum ſe evectum videret, diſcipulum Athanaſium ei, quem omnium ſtudiorum ſimilitudine ſibi devinctum eſſe noverat, commendaret. Porro Athanaſium non ſemel in Aegyptum commigraſſe, atque ibi ſua auctoritate turbas excitaſſe conſtat ex eo, quod de Paullo Sergii ſucceſſore nuper diximus, quem opera Athanaſii ex Aegypto fuiſſe expulſum omnes de rebus Syris Scriptores adfirmant. Igitur, ni fallimur, Philoponus uno eodemque tempore Sergium, & Athanaſium commendatos voluit, ut & Praeceptoris, & diſcipuli una ſimul iniret gratiam. Non enim Corderii verſionem recipiendam omnino putamus, quae talem ſenſum exhibet, ut Philoponi potius, quam Sergii diſcipulus videatur extitiſſe Athanaſius: ſed ea verba οἷα σκύμνος τῷ σῷ εἰς ἀρετὴν θρέμματι συμπροθέων, ſic interpretamur: *qui tanquam catulus leo una tecum, qui ipſum enutriſti, ad virtutem alacriter currit.* Quae interpretatio, & ſenſum auctoris forſan exprimit ſincerius, & ea, quae hactenus dicta ſunt, mirifice confirmat.

Iam vero, ni fallor, patet Philoponum Sergio, non plane Conſtantinopolitano, ſed Antiocheno Patriarchae, ſuam Coſmogoniam nuncupaſſe, qui quidem Severo a Monophyſitis, quorum multum intererat habere in illa ſede erroris ſocium, & fautorem, ſucceſſor eſt conſtitutus. Natus autem eſt hic Sergius, ut iam ſuperius indicatum eſt, Telae, quae Meſopotamiae eſt urbs antiquiſſima. Telam, Antipolim quondam dictam, a Conſtantio Imp. anno CCCL. fuiſſe inſtauratam, & *Conſtantinam* ab eius nomine dictam, teſtis eſt auctor Chronici Edeſſeni apud Aſſemanium Biblioth. Orient. *tom. I. pag.* 293., *&* 396., a quo erraſſe Dionyſium Iacobitarum Patriarcham in ſuo Chronico ſcribentem, Telam a Conſtantino Imp. *Conſtantinopolim* vocatam fuiſſe, optime eſt obſervatum. Utrum autem Tela eadem ſit urbs, quae in Notitia imperii *Niſibena Conſtantina*, & a Stephano, & Suida *Nicephorium* appellatur, noſtrum non eſt hic inveſtigare. Sufficit enim, ut noſtrae coniecturae ſit locus, urbem quondam fuiſſe in Meſopotamia, quae *Conſtantina* diceretur, & Sergii Patriarchae Antiocheni, Severi ſucceſſoris, fuerit patria. Quid autem hic dicemus de Photio, qui Cod. LXXV. hunc Sergium, cui Philoponus ſcripſit, *Conſtantinopolitanum* appellat? Num in errorem, quo Dionyſius deceptus eſt, incidiſſe dixerim? Parcius de viro tam acri ingenio praedito iudicandum exiſtimo, & exſcriptorum oſcitantiae τὸ παρόραμα tribuendum eſſe non dubito. Quid enim facilius, quam ut illi Σεργίῳ τῷ Κωνσταντ. in Codicibus exaratum invenerint, & nominis celebritate abducti τῷ Κωνσταντινουπόλεως pro τῷ Κωνσταντίνης legerint? Praeterquam-

quamquod illud etiam obſervandum eſt, Sergium, de quo diſputatur, non Conſtantinopolitanum Patriarcham a Photio appellari, ſed Conſtant. dumtaxat [illegible], qua ſane appellatione idem Photius videtur alterum Sergium a Patriarcha Conſtantinopolitano diverſum ſatis diſerte indigitaſſe. Igitur ſi tot conie&cturas, & quidem non leves, reſpuendas non eſſe quis bonus fatebitur, dabit illud certe, Sergium Philoponi a Sergio Piſidae eſſe diſtinguendum. Illum enim *Beth-Charſam*, *Grammaticum*, *Telenſem*, vel Conſtantinienſem, ideſt ex urbe Conſtantina, quae *Mauzelat* etiam a Syris dicta eſt, *Antiochenum Patriarcham*, *Monophyſitam* tandem, ſi velit, vocabit; alterum vero *Conſtantinopolitanum*, & Monothelitam tantum appellandum eſſe nemo prorſus ignorat. An hic adhuc aliquis velit dubitare, quis ſit ille Sergius, quem Philoponus [illegible], *Pontificum, qui Deo ſacra faciunt, magnum ornamentum*, vocat? At nos rem confectam, atque demonſtratam eſſe exiſtimamus.

Igitur ut ea, quae ex plurimis argumentis, & conie&cturis dilatata hactenus ſcripta ſunt, in unum contrahantur, dicam Philoponum, ut mihi quidem videtur, circa finem ſaeculi v. natum, paullo poſt initam coram Iohanne Scholaſtico diſputationem obiiſſe: adeout uſque ad ſaeculi vi. finem vitam producere nequiverit; Severum Antiochenum, & Theodoſium Alexandrinum Patriarcham, eorumque proximos ſucceſſores, qui Eutychianum virus in Monophyſiſmum converterant, cognoviſſe, ut eorumdem erroribus non recte obſtitiſſe, ſed vario ſcriptionum genere eos in ſuam ſententiam trahere ſtuduiſſe; Theodorae Auguſtae gratiam, & patrocinium, ea, qua proſequutus eſt benevolentia, & veneratione nepotem Anaſtaſium, vel Athanaſium, & nepotis magiſtrum Sergium Grammaticum ſibi conciliaſſe; ac proinde Severum ipſum Antiochenum, Theodoſium Alexandrinum, Anthimum CPolitanum Patriarchas, Iacobum Baradaeum cognomento Zanzalum, Cononem & Eugenium, Stephanum & Paullum, & Themiſtium cognomento Calonymum, alioſque plures Monophyſitas tum temporis celeberrimos habuiſſe coaevos, qui omnes, cum intra ſaeculi vi fines mortem obierint, nullo modo concedendum erit, quod Abulpharagius ſui obitus alibi refert, eumdem Philoponum uſque ad Bibliothecae Alexandrinae combuſtionem fuiſſe ſuperſtitem. Ceteris quidem auctoribus aliquanto rectius Philoponi aetatem circumſcripſit Nicephorus *lib. xviii. cap.* 48. Ait enim Georgium Piſi iam *circa tempora Philoponi vixiſſe, ſed eo longe iuniorem fuiſſe*, [illegible]. Quamvis enim [illegible] *coaevum* ſignificet, non ita tamen eam vocem eſſe accipiendam, quaſi aetas aetati omnino reſponderet, oſtendit Nicephorus ſubiungens, [illegible]. Natus eſt enim forſan Piſida, quando obiit Philoponus. Ac Nicephorus quidem clarius etiam Philoponi aetatem deſignaſſet, ſi qua par erat religione, & fide Timothei Presbyteri CPolitani verba omnia retinuiſſet. Hic enim in libello *de recept. haeretic.* apud Cotelerium *Monum. vet. tom. III. pag.* 415., quem libellum Nicephorus pene totum tranſcripſit, ut legentibus patet, cum Philoponi ſententiam circa reſurrectionem retuliſſet, [illegible], ſubiungit, [illegible]. *Conon vero, quique cum ipſo ſunt, quemadmodum diximus, licet prius laudaſſent Commentarios, in quibus haec dogmata tradidit, ipſumque Philoponum ſuperſtitem & mortuum, per, atque extra ſcripta beatum praedicaſſent, demum eumdem illum, ipſiuſque ſcripta repudiarunt*. Igitur, ſi Conon, qui in diſputatione coram Iohanne Scholaſtico ſteterat pro Philopono, ipſumque ante, & poſt mortem laudaverat, contra eumdem cum ſuis aſſeclis tandem pugnavit, atque haec nonniſi circa annum mlxxx. evenire potuerunt, quis non videt, Philoponum circa eumdem annum, quo ea diſputatio habita eſt, obiiſſe? Sed Nicephorus, cum ſecum ſtatuiſſet Philoponum Piſidae coaetaneum facere, & Timotheum ſuae opinioni non favere cognoviſſet, ea verba reticuit, e quibus conſtat Philoponum, tum cum Conon, quique cum ipſo erant vere Philoponi aequales, ab eo diſceſſerunt, iam fuiſſe mortuum: illud tamen ingenue faſſus eſt, Piſidam fuiſſe Philopono *longe iuniorem*, quo ſe dubium in vera Philoponi aetate ſtabilienda haeſiſſe demonſtravit. Verum praeter ceteros auctores, qui circa tempus, quo Philoponus floruit, dubitarunt, omittendus ſane non eſt vir de Hiſtoria Eccleſiaſtica benemeritus Dominicus Manſius, qui ad annum 535 § 78. *Annal.* Baronii haec contra Pagium, qui fere ad finem uſque ſaeculi vi. Philoponum vixiſſe adfirmaverat, acute adnotavit: *De Iohanne ipſo Philopono ea, quae hic a Pagio ſcribuntur, an veritati cohaereant, ambigo. Eumdem enim puto cum Iohanne Grammatico, contra quem libros ſaltem tres ſcripſiſſe Severum Antiochenum ex Cod. Ms. Bibl. Coisliniana pag.* 53. *diximus. Porro ſi Severus Antiochenus Epiſcopus contra eum ſcripſit, iam dogmata ſparſiſſe ſua paullo poſt annum* 20. *circiter ſaeculi ſexti reputandus eſſet; vix autem credibile eſt illum iam tunc non iuvenem, utpote iam doctorem haereſeos, vitam ad finem uſque huius ſaeculi produxiſſe &c.* Multo autem ante Manſium Voſſius *de Philoſoph. ſectis cap.* 17., *&* 18. novo argumento in ſuſpicionem adductus rem ut certam definiverat; loquens enim de Simplicio, quem ſub Iuſtiniano Imp. floruiſſe conſtat, haec addit: *Simplicius ſaepe acriter invehitur in Philoponum, quod oſtendit fuiſſe vel iuniorem, vel aequalem Philopono. Ut errent, qui ex Nicephori lib. xviii. 47. colligunt, vixiſſe ſub Phoca, hoc eſt circa annum ſexcenteſimum*. Verum nihil plane in hac re clarius, aut firmius afferri poteſt, quam quod ipſe Philoponus, ut ſuperius demonſtravimus contra Fabricium, de ſe teſtatum reliquit, ſcilicet tum cum contra Proclum ſcriberet, annum fuiſſe Diocletiani ccxlv., Chriſti dxxix. Ac Philoponi quidem auctoritatem, qua nulla gravior, videtur confirmare Elmacinus, qui Renaudotio teſte *Hiſt. Alexandr. pag.* 135. dicit Iohannem Grammaticum cognomine Philoponum, vixiſſe ſub Timotheo iuniore, huius nominis tertio Patriarcha Alexandrino, qui cum Pontificatum, vitamque amiſiſſet anno 536. Theodoſium illum habuit ſucceſſorem, qui a Gaianitarum factione, pro qua ſtetiſſe videtur Philoponus, exturbatus fuit, & Conſtantinopolim, Theodora iubente, accitus Philopono, & Tritheitis obſtitit: quod ſane innuit Leontius *de ſectis Act.* 5. dicens: *adhuc agente Byzantii Theodoſio, denuo natum eſt dogma Tritheitarum, cuius ſectae princeps Philoponus extitit*.

Cum igitur ex tot congeſtis argumentis manifeſtum ſit, Philoponum haec circa tempora vixiſſe, mirum nobis videbatur, cl. virum Ioſ. Simonem Aſſemanium, qui haec omnia plane noſſet, nec errorem, in quem plurimi Scriptores delati erant, evitaſſe, nec Abulpharagium ſecum pugnantem deprehendiſſe: praeſertim cum ipſe *tom. II. pag.* 411. loquens de Aba, vel Mar-Aba Primate Orientis, qui anno Graecorum 832., Chriſti 552. mortuus eſt, ita de eo Abulpharagium in Chronico habere animadverterit: *praeterea ferunt Neſtoriani Abam cum Iohanne quoque Grammatico Tritheita converſatum eſſe, ab eoque doctrinam hauſiſſe*. Quinam igitur fieri potuit, ut idem Philoponus & ſaeculo vi. labente vixerit, & Eliae Iacobitarum Patriarchae, Sanctique Iohannis Damaſceni, qui ſaeculo viii. ineunte floruerunt, aetate fuerit aequalis, ut idem Aſſemanius alibi *tom. II. pag.* 94. videtur adſerere? Verum quis veritatem ſe expiſcatum eſſe pro certo gloriabitur in tanta rerum, & ſcriptorum inconſtantia, & varietate, qui, ut bene Renaudotius *in Hiſt. Alex. pag.* 142. animadvertit, *non ſemel res multis annis tranſactas uno ſpiritu effundunt, tamquam una eademque temporis intercapedine accidiſſent*? Sed unum adhuc, antequam Aſſemanium dimittam, obſervandum mihi eſſe puto, ne videar, ea quae meae non

favent

ſavent ſententiae, ſilentio voluiſſe tacitus praeterire. Ille enim Sergium, de quo Abulpharagius loquitur in memorata ſaepius narratione, eum eſſe ſtatuit, qui ſectam fecit, ut habet Timotheus Presbyter *de recept.* [illegible] *Qui Sergium Petri ſectantur. Praeter haec decima ſexta fuit ſecta illa Sergii, quae a Petri factione receſſit, propriamque familiam conſtituit.* Fateor me neſcire, qua de cauſſa vir doctiſſimus voluerit *Sergium*, quem Abulpharagius *Orthodoxorum Patriarcham* vocat, cum *Sergio Petri* confundere; cum idem Abulpharagius hoſce duos Sergios diſtinguat, illumque Antiochenum Patriarcham faciat, alterum vero Edeſſae Epiſcopum. Unde autem *Sergius Petri* iſte ſit dictus, ſatis patet ex allato teſtimonio Timothei Presb., videlicet quia a Petri Callinicenſis Iacobitarum Patriarchae IV. ſecta diſceſſit, & ut Abulpharagius addit, *in eius ſcripta inſurrexit, & Armenius eſt nuncupatus.* Novae ſiquidem haereſeos, & ludicrarum ſuperſtitionum auctorem in tota Armenia extitiſſe hunc *Sergium Petri* conſtat ex Cotelerio, apud quem plura vere ridicula leguntur de eius cane Artziburio, pro cuius morte ſolemne ieiunium eſt inſtitutum apud Armenos, quorum defenſionem contra Graecos ab hoc ieiunio abhorrentes fruſtra videtur ſuſcepiſſe idem Aſſemanius *Kalend. Eccl. univerſae tom. VI. pag.* 580. Concludam igitur ex nominum forſan ſimilitudine factum, ut cum plures Iohannes Grammatici, de quibus videndus Fabricius *Bibl. Gr. lib. V. part. V. pag.* 360., necnon plures Sergii, ut demonſtrat Aſſemanius *loc. cit.*, extiterint, quae ſingulis convenirent, viri de re litteraria meritiſſimi dignoſcere haud facile potuerint. Quamquam quod ad Bibliothecae Alexandrinae hiſtoriam ſpectat, ut mea quidem eſt opinio, Abulpharagius ſuopte ingenio commentus eſt Philoponum, quantum potuit, ea ne periret obtitiſſe; cum enim nullus plane vir eruditionis, & doctrinae laude inſignis ei ſuccurreret ob eam rem commendandus, poſthabita temporum ratione Philoponum nominavit. Gratulor autem mecum hic ſentire Aſſemanium ipſum, qui nuper in libro IV. ſuae *Bibl. Iuris Orient. pag.* 79. aperte teſtatus eſt, *Abulpharagii* de Philopono *narrationem inter Arabicas fabulas eſſe amandandam.*

Haec omnia eo fuſius, ac plenius diſcutienda eſſe cenſuimus, tum quia aliquam utilitatem continere putamus; tum quia inde aperte evinci credimus, Sergium, cui Philoponus ſuam Coſmogoniam inſcripſit, eum non eſſe Sergium, quem ſuis in Hexaemeron iambis exornat Piſida. Verum quid tandem, inquies? Scripſitne Georgius contra Iohannem Philoponum? Utique ſi tu ea, quae hactenus ſunt diſputata, conceſſeris, ego Piſidam ſuis iambis inſectari Philoponum fatebor, & cum occaſio dabitur, clarius confirmabo. Sed hic etiam ſatis firmiter, ut mihi videtur, ſtatui poteſt, Georgium Piſidam in *Hexaëmero* Philoponum petere; quamvis enim Philoponus Proclum confutarit, & Commentarios in *Hexaëmeron* a Chriſtianis placitis non alienos ſcripſerit, in utroque tamen opere elaborando philoſophicis potius ſubtilitatibus, & e ratione petitis argumentis, quam S. Scripturae auctoritatibus dimicare voluiſſe conſtat. Quod plane cum Piſidae neutiquam placeret, & tamen Philoponi odioſum nomen adhuc vigere, eiuſque ſcripta perlegi, & in honore eſſe videret, arduum ſane hoc opus eſt adgreſſus, quo mundi opificium verſiculis non inelegantibus concluſit, & Proclum nulla argumentorum vi, ſed ſolo Sanctae Scripturae pondere obruendum eſſe demonſtravit. Proclum enim in principio, non Philoponum, ut quibuſdam viſum eſt, exagitat Piſida; Philoponum autem ipſum, non ut Chriſtianum decet reſpondiſſe Proclo, tacitus innuit. Magnam autem fuiſſe famam, quam tunc quoque Philoponus obtinebat, elucet, quod nullibi eum nominat, quamvis eius doctrinam, ſcriptaque paſſim carpat, & irrideat. Vanam enim Sophiſtarum ſcientiam, qua clarpit Philoponus, ſaepe damnat, & Gentium ſpretis in rerum natura inveſtiganda diſputationibus, has habet praecipuas philoſophandi regulas, ut ſacrorum Bibliorum oracula ſemper, & ꞇ̔ νέα ſequatur; quae humanam excedunt intelligentiam, curioſus non inquirat; quaeque oculis ſubiecta patent, pia animi voluntate ad myſticum ſenſum deflectat. Ceterum ibi apertius Philoponum mordet, ubi reſurrectionem mortuorum ſecundum SS. Patrum ſententiam firmiter aſtruit, duaſque naturas in Verbo Dei non confuſas, neque permixtas iuxta Concilii Chalcedonenſis decreta conſtanter aſſeverat: namque contra haec dogmata praecipue peccaſſe Philoponum non eſt dubitandum. Haec autem quamvis ſatis eſſe perſpicua videantur, ſi quis malit Piſidam non hic urgere Philoponum, qui, ut demonſtratum eſt ſuperius, iamdiu deceſſerat e vivis, ſed quemvis alium nobis ignotum ex Monophyſitarum, & Severianorum familia, qui Severi, Philoponi, & Acephalorum placita, & ſcripta pluris aeſtimaret, facile patiar: neque enim certe deerant etiam tunc temporis magni nominis viri, qui Eutychis, & Severi famam, doctrinamque contra Catholicos defenderent; quod quidem ex ipſius Piſidae poematiis apparet clariſſime. Porro nec temere damnandum putarem, qui ſtatueret eum, contra quem *Hexaëmeron* ſcriptum eſt, vel in quem Piſida intendit digitum, cum rectam de Incarnatione doctrinam proponit, fuiſſe Paulum, cognomento *Monoculum*, Armeniae Epiſcopum, de quo plura dicenda erunt in poemate *contra Severum*. Sed ut, quid in hac re certius mihi videatur eſſe, hic tandem declarem; Piſida ea mente *Hexaëmeron* conſcripſit, ut una ſimul omnia Chriſtianorum dogmata complecteretur, & omnes Haereticorum errores, qui tunc temporis vigebant, refelleret: adeout non ſatis tutum ſit decernere, contra quem praecipue ſcripſerit.

Sed iam ſatis ſuperque de Philopono, eiuſque aetate, & ſcriptis, de Sergio Patriarcha Antiocheno, deque iis omnibus, quae Piſidae *Hexaëmeron* illuſtrare poſſunt, diſputatum eſt. Unum adhuc reſtat, quod videamus, videlicet quem ipſe Piſida ſibi propoſuerit ducem in hoc opere imitandum; qua de re in dubitationem quis facile venire poſſit, cum ei alter alterum conſtituat. Vidimus ſane *in Praefatione*, ex quibuſdam Codicibus Bibliothecae regiae Pariſienſis, & ex altero Vaticano num. 1281. patere, quod hi Piſidae verſus S. Cyrillo Alexandrino fuerint quondam tributi: id autem ea de cauſſa factum eſt, quia forſan viſum eſt aliquibus imperitis ſecundum ſententiam Cyrilli ſcripſiſſe Piſidam. Ex Codice autem CCCLX. Bibliothecae regiae Taurinenſis liquet, creditum quondam fuiſſe, quod Piſida ſic tam fideliter S. Baſilium ſequutus, ut ad illius Hexaëmeron illuſtrandum hoſce iambos Commentarii veluti loco adinvenerit. Verum nihil in Cyrillo invenies, quod in rem ſuam traxiſſe dicas Georgium Piſidam; niſi forte velis eum ſcripſiſſe ad mentem Cyrilli, qui ſuis in Glaphyris in *Geneſim* probandum ſuſcepit, per omnia Moſis ſcripta myſterium Chriſti figurate ſignificari: quippe in hoc unum ſe reſpexiſſe teſtatus eſt in *Proemio*, [illegible] *Tendente nobis oratione ad Chriſti myſterium, & ipſum habente pro fine; ſiquidem verum eſt, quod finis legum, & Prophetarum Chriſtus eſt.* Huc autem intendiſſe etiam Piſidam patet ex iis, quos paſſim a rebus phyſicis elicit myſticos ſenſus, atque ex plurimis, quae coronidis loco ſubiungit, de diſpenſatione, & miraculis Chriſti, apertius evincitur. Verum quis ea de cauſſa Cyrillum potius, quam alios Patres, qui idem ſenſerunt, ſequutum eſſe Piſidam dixerit? Nonne, Anaſtaſio teſte *Anagog. contempl. lib. 1., & 7., Philo, Papias, S. Irenaeus, S. Iuſtinus Martyr, Ammonius Monachus, Pantaenus Alexandrinus, & S. Clemens Stromateus, & eorum aſſeclae, quorum e numero ſunt*

duo

duo Cappadoces Gregorii, totum Hexaëmeron de Chriſto, & Eccleſia intellexerunt? Rectius ſane iudicaverit, qui Piſidam S. Baſilii veſtigiis inſtitiſſe ſtatuat; multa enim ille ſuis Iambis conſtrinxit, quae fuſius enarrata in Homiliis eiuſdem Baſilii deprehenduntur, quod erit diligentius expendendum in adnotationibus; ut ſatis belle poſſit Piſidae convenire id, quod de Philopono adfirmavit Photius Cod. XLIII ἐν πολλοῖς χρῆσιν ἐν τοῖς πλείοσι Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, *& cum Baſilio Magno plurimum fere conſentiens*. Ceterum neutrum ex duobus laudatis Patribus ob oculos habuiſſe Piſidam, ſed alia quadam via incedere ei placuiſſe non dubitabunt adſerere, qui ſtatim oculos in illos verſiculos defixerint, quibuſcum ſuum poema exorditur, eoſdemque ſaepe interponens tandem concludit:

> Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
> Ἡ δημιουργὸς, ἡ σοφὴ παντουργία.

O quam magnificata eſt in tuis ſapientibus operibus tua creatrix, & ſapiens omnipotentia! Ecquis enim hic non recordetur Davidis dicentis *Pſal.* XCI: Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε· σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! nimis profundae factae ſunt cogitationes tuae*. Et *Pſal.* CIII: Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine: omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione*, vel *creatione tua*. Itaque ſi quis dicat Piſidam ſecutum eſſe potius Davidem, quam quemvis alium, recte id quidem adfirmare videbitur; ex hiſce enim Pſalmis ſuum intercalare deſumpſit; ac Pſalmus quidem CIII. de eodem argumento prorſus agit, unde recte inſcribitur ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, *de conſtitutione mundi*, cuius quidem Pſalmi quamdam eſſe prope paraphraſim totum Piſidae Hexaemeron facile intelliget quiſquis utrumque comparabit. Verum ſi quod ſentio mihi fas ſit dicere, Salomonem tantummodo imitatus eſt Piſida, qui ex eo, quod omnia, quae ſub caelo ſunt, fluxa eſſe, inania, & perpetuae mutationi obnoxia conſtet, contra vero nihil eſſe ſtabile, & firmum praeter Deum appareat, invictis argumentis concludit, totam hominis ſcientiam in eo ſitam eſſe oportere, ut eum, qui ex ſuis operibus ſemper idem, immutabilis, aeternus, omnipotenſque manifeſtatur, unum Deum agnoſcat, & quem ille miſit Filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Servatorem omnium. Totum autem id recte convenit cum iis, quae in libris vulgo Sapientialibus dictis continentur. Infinitum plane eſſet id, quod aſſeruimus, rationibus, & exemplis velle confirmare; unum tamen caput ſeptimum libri *Sapientiae* id ſatis evincit. Cum autem ea, quae in libris Salomonis ſcripta leguntur, cum Philoſophia Socratis concordare in comperto ſit omnibus, Piſida vero in Schola Eclectico-Platonica fuerit altus, atque educatus, mirum ſane non eſt, ſi ex Platonis doctrina Moſaicam de mundo narrationem ita explanaverit, ut tota haec *de opificio Dei* pertractatio nihil aliud eſſe quibuſdam videri poſſit, quam dialogorum, qui *Timaeus*, & *Timaeus Locrus* inſcribuntur, quaedam expoſitio ad Chriſtianum ſenſum adtemperata. Sed conferant Piſidae, & Platonis ſcripta ii, quibus eſt otium: nos enim, ne longius evagetur oratio, vela iam tandem contrahentes hoc unum contenti erimus indicaſſe; ita Piſidam in operibus Dei explicandis ſe geſſiſſe, ut, Salomone non invito, Moſem, a quo ceteroquin ne latum quidem unguem diſcedit, cum Platone quodammodo voluerit conciliare: cuius plane rei iudicium penes lectorem eſto.

TOT

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ Η ΚΟΣΜΟΥΡΓΙΑ.

EIUSDEM
HEXAEMERON SIVE COSMOPOEIA.

Ὦ Παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου λόγου
Καὶ γλῶσσα, καὶ νοῦς, καὶ τροφὴ, καὶ καρδία·
Τὰ ῥεῖθρα τῶν σῶν οὐρανοδρόμων λόγων
Εἰς τὴν ἄνικμον ἐμβαλοῦ μου καρδίαν.
Αὐχμοῦ γὰρ ἤδη τοῦ καταχθέντος ζόφου
Ἄφωνον εἶχον ἐξ ἀνάγκης τὸ στόμα,
Τῆς τοῦ λόγου σάλπιγγος ἐμπεφραγμένης·
Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς ἀθυμίας νέφος
Χειμῶνα γεννᾷ, καὶ νοημάτων ζάλην,
Καὶ συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον,
Καὶ νύκτα ποιεῖ γνωστικῆς ἀβλεψίας,
Καὶ τοῦ λογισμοῦ συνθολοῖ τοὺς ἀστέρας·
Ἔσω δὲ πᾶσαν τὴν ἀχλὺν τῶν φροντίδων,
Καὶ τὴν ὁμίχλην τῶν φρενῶν ἐπιστρέφει,
Καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφει,
Δι' ἧς τὰ μικρὰ τοῦ λόγου κινήματα
Ὁ νοῦς θεωρεῖ γνωστικῶν ἐξ ὀργάνων.
Ἐπεὶ δὲ τῇ σῇ φωτοκόσμῳ λαμπάδι
Παρῆλθεν ἡ νὺξ, καὶ τὸ πνεῦμά σου φθάσαν
Τὰ τοῦ λογισμοῦ ἀντεφύσησεν νέφη,
Ἔλαμψε δ' ἡμῖν τὸ πρὸς εἰρήνην σέλας·
» Ἀεὶ γὰρ ἡμᾶς τοῖς νοήμασι τρέφεις,
» Καὶ ψυχαγωγεῖς ἀσθενοῦντας τοὺς λόγους·
» Ὑπὲρ φύσιν δὲ ψηλαφᾷς τὰ τοῦ βάθους,
» Καὶ τῶν φρενῶν τὴν γνῶσιν ἠτονημένην
» Τῷ σῷ καθαίρεις γνωστικῷ καθαρσίῳ·
» Καὶ τῷ σοφῷ σου, καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
» Τὰ νεῦρα θάλπεις τῶν γραφῶν, καὶ τοὺς τόνους,
» Ζητῶν τὰ κρυπτὰ ταῖς γραφαῖς τῶν δογμάτων·
» Καὶ τῷ προσηνεῖ καὶ γαληνῷ σου λόγῳ
» Μυρμηκιῶντας ἐξεγείρεις τοὺς λόγους·
Ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας
Καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου·

Οὐκ

VERSIO FRIDERICI MORELLII.

Invocatio ad Patriarcham Sergium.

OMnis operis, verbique celebrantis Deum,
O lingua menſque, pabulumque, & corculũ,
Fluenta ſermonum polos penetrantium
Infunde in aridum meum pectulculum:
Squallore nam caliginis, quae me obruit,
Os vocis expers redditum plane eſt mihi,
Orationis flexilis obducta tuba.
Ac nil perinde ut anxii animi nubilum
Imbres ciet, fluctuſque mentibus graves,
Occultat & ſolem eloquentiae aureum,
Noctemque gignit mentis ignorantia,
Rationis etiam turbat aſtra lucida:
Aſt intus omnem mentis, animique horridam
Nubem, profundas, ac tenebras contrahit:
Agitque retro rimulam dioptricam,
Qua perſpicit rationis alta mens graves
Commotiones, organis ſcientiae.
At lampade tua illuminante orbem undique
Cum pulſa nox eſt, ſpiritus tuus celer
Opaca curarum fugavit nubila;
Nobis refulſit interim pacis iubar:
» Tu namque dictis nos alis ſemper tuis,
» Orationes recreaſque languidas,
» Et ima palpas arte quam mirabili,
» Tuoque noſtras expias purgamine
» Caliginoſas notiones mentium;
» Doctiſſimoque pharmaco facundiae
» Nervos, tonoſque temperas ſcribentium;
» Quos vis habere firmitatem Dogmatum;
» Tuaque leni dictione dulciter
» Orationum languidam vim ſuſcitas.
En cordis inculti offero fructus tibi,
Fructus tui roris rigatos flumine:

Sergii ſapientia.

Nec

VERSIO EDITORIS.

Verſ. 1. O TU, cuius lingua, mens, & cor cuiuſcumque divini operis, & ſermonis vi repletum eſt, atque innutritum, tuae per caelum excurrentis eloquentiae fluvios in aridum meum cor infunde: quandoquidem ex inductae caliginis ſqualore tam valide mihi obſtructum eſt os, ut ſermonis tuba impedita vocem nequeat amplius emittere. Porro nihil adeo ad hiemem, tempeſtatemque cogitationum ciendam, ſolemque eloquentiae obtenebrandum eſt aptum, ut ex animi perturbatione obortae nebulae, quae multae ignorantiae noctem inducunt menti, rationiſque clarum ſidus perturbant: intus vero in animum tot curarum nubes, & tenebras ingerit, ut dioptricum foramen, per quod rationis metus, & exigua molimina, intellectualium organorum ope, mens intuetur, penitus intercludatur. Quoniam vero tuae lampadis mundum illuminantis ſplendore pulſa nox eſt, tuuſque ſpiritus praeveniens contrario flatu a ratione diſiecit nubila, nobiſque interea illuxit pacis iubar: (nos enim de tuae mentis ubertate ſemper alimur, & debiles ſermones noſtri recreantur; nam tu in ima pervadis, & quae ſunt magis abſcondita praeter naturam palpas, infirma mentium acies tuae intelligentiae cathartico emundas, ſcriptionum nervos, fibraſque tui ſapientis eloquii pharmaco demulces, dogmatum vim in ipſis ſcripturis requirens, tuique ſermonis lenitate, ac ſuavitate febricitantes ſermones facis aſſurgere:) en venio tibi adlaturus inculti mei cordis fructus, tuo rore irrigatos, & eductos. Fieri enim non poterat, ut aſper, horrenſque rubis animus ex ſeipſo ſpicam portaret uberem:

niſi

Οὐκ ἂν γὰρ εἰκὸς, τὴν βάτων πεφυρμένην
Ψυχὴν γεωργεῖν εὐφορώτατον στάχυν,
Εἰ μὴ φθάσας σὺ τῶν ἀκανθώδεις ῥύπους
Ἀπέλλες, ἢ καθεῖλες, ἢ τομωτάτῳ
Τῆς σῆς προσευχῆς ἐξεχέρσωσας ξίφει.
Ἀλλ' ὦ γεωργὲ τῶν πετρῶν καὶ τῶν βάτων,
Σπείρεις γὰρ αὐτὸς κατὰ πέτρας πολλάκις,
Καὶ τεκνοποιεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς λίθους,
Φύειν τε καρποὺς ἀξιοῖς καὶ τὰς βάτους,
Καὶ πτηνὸν οὐδὲν τὸν σὸν ἔνθεον σπόρον
Ἐκ τῶν ἀδήλων βόσκεται πετασμάτων·
Ἄρδευσον ἡμᾶς τῇ ῥοῇ τῶν δακρύων,
Ἴσως γένοιτο τέκνον ἐκ στείρας πάλιν,
Καὶ καρπὸς ἔμφρων ἐξ ἀκάρπου καρδίας.
Ἐπεὶ δὲ φεύγεις τοὺς ἐπαίνους καὶ ψόγους,
Πρὸς τὸν σκόπον τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω,
Τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις.
Πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία,
Φλέβες δὲ πολλαὶ τῶν ἀδήλων ὀμμάτων,
Δι' ὧν ὁ Δαβὶδ πᾶσαν ἀρδεύει φρένα,
Ταύτης τὰ ῥεῖθρα τῆς γραφῆς ἀναβρύων.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ δημιουργὸς, καὶ σοφὴ παντουργία.
Ὢ πλουσίων ἄβυσσος ἐννοημάτων,
Βοῶσα τοῖς θέλουσιν ἀντλῆσαι λόγους,
Ὅσους λαβεῖν χωροῦσιν, οὐχ ὅσους ἔχεις.
Ἀλλ' ὦ σοφιστὰ Πρόκλε τῶν κάτω λόγων,
Ὢ πολλὰ βροντῶν ἐκ νεφῶν λοξοδρόμων,
Ὢ πτωχόκομπος τῶν νοημάτων σάλος,
Ὢ πολλὰ τολμῶν εἰς ἀΐδιον κτίσιν,
„Διδοὺς δὲ ποινὰς εἰς ἀπλήρωτον κρίσιν,
Ἄκουε μικρῶν συλλαβῶν κράτος μέγα.
Καὶ πρίν σε γὰρ λέγουσι ταῦτα θαυμάσαι
Τοῖς ὠσὶν ἐκλείψαντα τῶν λόγους μόνον·
Τὸ τῶν νοημάτων γὰρ ἐκφρᾶσαι βάθος,
Εἰπὼν, ἀπειπὼν, ἀστατῶν ἀπετράπης,
Θάλπων τὸν ὄγκον εἰς κενὰς ὑποσχέσεις.
Οὐκ ἠγνόεις γὰρ δεινὸς ὢν λογογράφος,
Ὡς εἴγε κἂν κώνωπα τολμήσῃς φράσαι,
Αὐτός σε νύξας ἐκφοβήσῃ, σαλπίσας.
Καὶ μηδὲν ἡμῖν, ὡς ἀκόμψοις, κομπάσῃς·
Εἰ ταῦτα φράζει Πρόκλος, ὀκνεῖ καὶ τρέμει·
Πίστις

Nec fas rubis, ut obſoletus ſordidis
Animus feracem maxime ſegetem colat:
Niſi ante ſpinarum notas avelleres, *Sergii planct.*
Aut amputares, enſe vel rigidiſſimo
Precationis fervidae reſcinderes.
O cultor alte, rupiumque, & ſentium:
Nam ſeminas in ſaxa perſaepe aſpera,
Silicesque duros parere cogis liberos,
Dumoſque ſilveſtres iubes fructum edere:
Nec ales ulla ſemen hoc ſanctum tuum
Rapiens volatu praepeti depaſcitur:
Nos irrigato lacrimarum flumine,
Tum forte prolem denuo ſterilis dabit,
Gignentque fructum infructuoſa pectora.
Sed quando laudes, turpia ut fugis probra,
Iam metam ad ipſam dirigo nutum meum
Tuis ſagittis fretus omnino ſacris.
Orationis eſt quidem fons unicus, *Davidis laus.*
At plurimae venae abditorum luminum,
Per quas rigat Propheta mentes regius,
Huiuſce ſtillans orationis flumina
O quanta, quamque ampla eſt tuorum operum Deus,
Induſtria opifex omnium, mundi parens!
O divitum ingens notionum abyſſus, haec
Haurire cupidis verba dia perſonans.
Quantum valent, ut hauriant, non quantum habes!
Sophiſta Procle fabularum inanium *Contra Proclum.*
Multum intonans e flexuoſis nubibus,
O notionum pauperum, & tumentium
Procella in aeternam creaturam procax,
„Poenaſque ſolvis haud data ſententia,
Exilium audi ſyllabarum quanta vis:
Namque ante dicunt iſta miratum eſſe te
Tantum prementem dictiones auribus:
Nam cogitatorum altitudinem eloqui,
Aiens, negans, animo vacillans, abnuis,
Fovens tumorem inanibus dictis tuum.
Nec neſcius es, o ſcriptor aſtutiſſime,
Ut ſi modo auſis de culice quid dicere,
Hic ipſe te pungendo terreret fremens:
Nobis ſuperbeque haud ſuperbis nil feras,
Si tale quid dicat Proclus, cunctans tremit;
Fides

niſi tu cito accurrens ſpinoſas ſordes amputaſſes, avulſiſſes, & acutiſſimo tuarum precum gladio funditus eradicaſſes. Age vero, o petrarum, ruborumque agricola, quandoquidem ſaepe inter petras ſeminas, & ad filios pariendos cogis lapides, atque ad fructus edendos dumeta compellis; nec avis ulla ex occulto volitans tuum divinum ſemen rapit, aut depaſcit, tuarum lacrimarum rore nos irrigato: tum forte rurſus ex ſterili naſcetur filius, atque ex infructifero corde fructus ſapientiae germinabit. Verum cum tu laudes, tamquam probra, effugias, non amplius moror, tuiſque myſticis incitatus, fretuſque ſtimulis ad ſcopum animum intendo.

51. Unus profecto eſt fons orationis, quo David ad loquendum uſus eſt; ſed multae ſunt venae oculis imperviae, per quas ille omnium mentes irrigat, talium verborum effundens flumina: *O quam rerum, Deus, a te ſapienter creatarum, mundique totius admirandum opus magnificatum eſt!*

57. O divitum abyſſus ſcientiarum, quae ſermones ex te volentibus haurire clamas, quos poſſunt, non quos contines, ut hauriant!

60. Aſt, o Procle, docte terrenos ſermones, tu qui altum e flexuoſis nubibus crepans tonas, quique inſtar turbinis miſere excogitatas, tumenteſque proiicis ampullas, audeſque nimis pervicaciter pro rerum aeternitate pugnare, cuius quidem tuae audaciae iam nunc ante expletum iudicium poenas luis, audi paucarum ſyllabarum quanta ſit vis, & potentia. Aiunt enim, te quoque haec ipſa primum fuiſſe admiratum, quamvis auribus tantummodo commiſſas has voces reliqueris, nec ultra tranſire volueris. Quippe tuarum cogitationum profunditatem, aiens, negans, animo vacillans, vaniſque promiſſionibus tuam ſuperbiam fovens, patefacere recuſaſti: neque enim ignorabas, cum verſutiſſimus eſſes ſcriptor, quod ſi vel paullulum de culice auderes blaterare, ipſe te ſuo aculeo, ſibiloque exterruiſſet. Nec tu nos tamquam incultos glorioſus aſperneris. Si de hiſce rebus diſſerit Proclus, haeret profecto, atque intremiſcit;

Πίστις δὲ θαῤῥεῖ καὶ λαλεῖν καὶ συγγράφειν.
Ἀλλ' ὦ σοφιστὰ τῶν ξενοτρόπων λόγων
Ἄκουε Πρόκλε, μηδὲ κομπάσῃς, ὅτι
Σοῦ τὴν ἀφορμὴν τοῦ σκοποῦ δεδωκότος,
Σιγῶσι Πρόκλοι, καὶ λαλοῦσιν ἀγρόται.
Ὦ τὴν ἀπεξαίρετον, ἣν ἔχεις, φύσιν
Κρύψας ὁμίχλῃ, καὶ περιστείλας γνόφῳ,
Ὅπως μάθωμεν πῶς ἂν κεκρυμμένη
Ἐκ τῶν ἑαυτῆς φαίνεται ποιημάτων.
Ὦ τὴν ἀεικίνητον οὐρανοῦ στέγην
Τῷ σφαιρομόρφῳ τῶν σοφῶν εἰλημάτων
Ὕψει πλατύνας, καὶ τοσαύτῃ συντάσει
Βάθρον τεθεικὼς μηδαμοῦ πεπηγμένον.
Ὦ δέῤῥιν ὥσπερ ἐξαπλώσας τὸν πόλον·
Ὁ σὸς γὰρ Ὀρφεὺς τὴν θεόφθογγον λύραν
Κρούων ὁ Δαβὶδ δέῤῥιν εἶπε τὸν πόλον.
Ὡς ἐκταθείσης πρὸς τὰ μήκη καὶ βάθη
Τῆς ἁπλότητος τῶν ἐν ὕψει σωμάτων.
Εἰ καὶ καπνοῦ δὲ τοῦτον ἰνδάλσεις ἔχειν
Προβλεπτική τις εἶπεν ὀξυδερκία,
Κατεμβατεύσαις τῆς φορᾶς τῶν ὀμμάτων
Πρὸς τὴν ἀμυδρὰν τῆς ῥοπῆς θεωρίαν.
Ἢ σφαῖραν ἡμίτμητον ἀψῖδος δίκην
Ὑψωμένην ἄνωθεν, ἢ κυρτωμένην,
Ἢ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν κάτω φερομένην.
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ γνωστικῶν κυλισμάτων,
Κάτωθεν ἄλλη φαίνεται κεκρυμμένη·
Ὅπως ἔχῃ στήριγμα τὴν ἐν σοὶ βάσιν
Εἰς βάθρον ἀστήρικτον ἐστηριγμένην.
Ἄνω γὰρ αἴρεται καὶ βαθύνεται κάτω,
Ἐκτείνεται δὲ πρὸς τὸ χάσμα τοῦ πλάτους,
Ἴσας δὲ κύκλῳ τὰς ἀποστάσεις ἔχει·
Ἑστὼς δὲ φεύγει, καὶ ἀστάτως φερομένη·
Στάσιν δὲ τὴν κίνησιν ἀῤῥήτως ἔχει.
Τρέχει δὲ τῷ σύμπαντι τὴν ἐναντίαν,
Μήπως τὸ συγκάμμα τῶν ἐλασμάτων
Ὤθημα τάχους ἐκραγῇ τῇ συντάσει·
Ἐν τοῖς ἐναντίοις γὰρ εἰκότως δρόμοις
Ἡ τοῦ τάχους σύννευσις ἀντωθουμένη
Παρακρατεῖ τὸ σφίγμα τῶν κυλισμάτων,
„ Εἰς τὴν κατ' εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσιν·
Μήπως καταχθῇ τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης

Ἐν

Fides at audet ſcribere, & firme loqui.
Tu qui peregrinos temere fundis ſonos,
Attende Procle: ne inſolenter dictites,
Dum tu aſſequendi occaſionem das ſcopi,
Silere Proclos, ruſticanos at loqui.
Natura cunctis, ſumme Deus, incognita — *Initium Coſmopoeiae.*
Quam nube caeca condis, & caligine,
Ut hinc ſciamus, cum uſque ſit recondita,
Tamen patere operationibus ſuis.
Tu mobilem ſemper poli concham ardui — *Caelum.*
Caeleſtium pulchre rotundata orbium
Extendis altitudine: atque eiuſmodi
Intenſione ſtabilis haud ſedem gravem.
Tu pellis inſtar explicaviſti polum, — *Firmamentum.*
Namque tuus Orpheus fila contrectans lyrae
Deum canentis, nuncupat pellem Polum.
Quod longa porrecta in ſpatia, profundaque
Subtilitas ſit corporum caeleſtium:
Quamquam aſſerat ſpeciem hunc habere fumidam
Acuta perſpicacis animadverſio,
Dum luminum converſio per inania
Obiectum obit ſpectationis abditae:
Sive hunc bipartitum globum inſtar fornicis
Surſum elevatum, aut eminentem praedicet,
Seu verſus ipſum orbem infimum labi putet:
Namque ex volutionibus notis ſupra,
Spectatur altera inferius abſcondita:
Firmamen ut habeat baſim, quae in te ſita eſt,
In ſede, fixo quae caret fundamine;
Conſurgit ut ſupra, premitur infra polus,
Porrigiturque ad latitudinis cavum;
At circulo pares habet diſtantias,
Ac ſtans fugit, fugienſque firmus permanet,
Et motionem, ceu quietem, mirum habet.
Contrario motu cietur, quam orbis hic,
Ne occurſus iſte complicatorum orbium
Contentioſo diſſipetur impetu:
Nam curſibus contrariis par maxime eſt,
Velocitatis nutus, ubi renititur,
Obſiſtat ut revolutionum vinculum,
„ Vi corporum recta ire connitentium:
Ne deferatur motionis magna vis

Per

---

tremiſcit: fides vero audet, & loqui, & ſcribere confidenter. Audi, inquam, peregrinarum doctrinarum Sophiſta Procle, neque iactes, quod cum tu huiuſce argumenti dederis occaſionem, Procli taceant, loquantur ruſtici.

81. O qui tuam, Deus, naturam nulli inveſtigandam multam inter caliginem, tenebraſque involvis, ut inde ediſcamus ipſam, quamvis abſconditam, ex ſuis tamen operibus eſſe manifeſtam, tu caeli numquam quieſcentis tectum in altum extendiſti, & ſapienter in ſphaerae formam conſtructum concluſiſti, nec ad tantam caeli complexionem coercendam, ſuſtentandamque fundamentum ullum ex qualibet parte ſubieciſti. Tu pellis inſtar expandiſti caelum: tuus enim Orpheus David pulſans divina loquentem lyram, pellem vocavit caelum, quod ea, quae ſurſum ſunt corpora, per longum, & profundum ſpatium ſimplici ratione diſpoſita cernantur: quamvis ipſum caelum fumi quamdam ſpeciem praeſeferre quidam ex Prophetis multum perſpicax aſſerit, eo quod fruſtra connitatur oculus ad rei tam obſcurae, ac perniciter ſe volventis contemplationem pervenire. Eſt etiam, qui dicat eſſe caelum dimidiatam ſphaeram inſtar fornicis ſurſum elevatam, & in convexum adductam, atque in partem inferiorem tendentem: ex iis enim, quos ſurſum fieri mente comprehendimus circulares motus, aliam eſſe deorſum dimidiam ſphaerae partem abſconditam videtur deduci; ita ut totius ſphaerae fulcimentum ſit illa, quae in te eſt, Deus, baſis, ſuper fundamentum, quod caret firmitate, firmata: ſurſum enim attollitur, ac deorſum premitur, & in latum diduci, atque extendi nititur, & circulo aequales ſervat diſtantias: atque adeo ſtans fugit, fugienſque permanet, ſtatumque ſuum ineloquibiliter habet in motu. Currit, & curſum huic rerum univerſitati tenet contrarium, ne ſi omnia una impulſa vi in eamdem ferrentur partem, caeleſtia corpora vi impulſionis abrepta in ipſa contentione cederent, & faticentia diſrumperentur. Contrariis vero circumferri curſibus optime convenit, quia velocitas unius, alterius velocitati ex niſu oppoſito reſiſtens circularium revolutionum vinculum conſtringit, ex vi proiectionis in rectam temperatum; ne tanta

T curſus

Ἐν τῇ κινήσει τῶν τομῶν καταδρέμων·
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεσφιγμένον
Τοῖς ἀνθελιγμοῖς συγκρατεῖται τοῦ τάχους,
Βάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ.
Ἔστι δὲ πασῶν ἀκροτήτων ἀκρότης,
Ὅρος δὲ πάντων ἐστὶ τῶν ὁρισμάτων·
Ἀφίσταται δὲ τῶν ἀφεστώτων ὅλων·
Οὐδὲν δὲ τούτου μέτρον, ὡς ἀμετρία.
Ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐκπλαγέντες ὡς μέγαν,
Ὡς εὐρὺν, ὡς ἄπειρον, ὡς ἐπηρμένον,
Μύθοις ἔπλαττον, ὡς Ἀτλαντικοῖς πόνοις,
Μακρῶν ὑποστήριγμα κιόνων ἔχει·
Ἴσως τὰ μακρὰ τῆς ἀδηλίας βάθη
Στύλων ἀβάθρων ἐκτυποῦντες ἐμφάσει.
Μέγας γάρ ἐστιν, ὡς Θεοῦ μικρὸς θρόνος·
Ἡβᾷ δὲ γηρῶν, καὶ παρακμὴν οὐκ ἔχει,
Ἕως ὁ πηγνὺς αὐτὸν εἱλίξει λόγος.
Στολίζεται δὲ τὸν χιτῶνα τὸν μέγαν,
Τὸν ἀέρα κλωσθέντα κερκίδι ξένῃ·
Χυτὸν, διαυγῆ, λεπτὸν, ἠραιωμένον,
Εἰς πᾶσαν εἰσδύνοντα σωματουργίαν.
Προέρχεται δὲ νυμφικῶς ἐστεμμένος,
Λαβὼν διαυγεῖς μαργαρίτας ἀστέρας.
Ἔχει δὲ πρὸς τὰ στέρνα λυχνίτην ἕνα,
Ὡς πῦρ ἀποστίλβοντα πρὸς τὴν ἡμέραν·
Ἄλλον δὲ λευκόπυρσον, ὡς πρὸς τοὺς πόδας,
Δεικνύντα λευκὴν πανταχοῦ τὴν ἑσπέραν·
Φρουρεῖ δὲ πᾶσαν, ὡς ἐν εἱρκτῇ, τὴν φύσιν·
Τηρεῖ δὲ τὰ στοιχεῖα φραγμώσας ὅλα·
Κόλπος δὲ παντὸς γίνεται κινουμένου,
Φθάνει δὲ πᾶν κίνημα, συγκινῶν ὅλα·
Στιγμὴν δὲ τὴν γῆν, ὥσπερ ἐν μέσῳ, φέρει.
Ἐπ' οὐδενὸς δὲ πήγματος πεπηγμένος,
Τὸ κοσμαγωγὸν ἀντερείδει κεντρίον·
Σινδεῖ δὲ τὴν ἄβυσσον, ὡς ἐν σπαργάνοις·
Κυκλοῖ δὲ τὴν σύμπασαν, ὡς ἐν δικτύῳ·
Σφίγγει δὲ πάντα σοι μόνῳ κρατούμενα·
Καὶ τὸν τοσοῦτον ὄγκον ἐγκλείσας ἔσω,
Ἔξωθεν αὐτὸς τῷ πλάτει συσφίγγεται·
Μετρουμένη γὰρ οὐρανῶν ἀμετρία
Ὡς πρὸς σὲ στιγμὴ γίνεται στενουμένη,
„ Ὡς δημιουργὸν, ὡς κτίσαντα πᾶν σοφῶς.

Ὦ μη-

Per inanitatem circulorum obeuntium:
Sed haereat, quaſi vinculo adſtrictus polus,
Pernicitatis involutionibus,
Baſi vaganti, & lationi immobili.
Polus omnium eſt extremitatum ſummitas, *Caeli poetica deſcriptio.*
Ac terminorum terminus plane omnium:
Abſcedit a cunctis procul diſtantibus,
Immenſitaſque ſola menſura illius.
Hinc obſtupentes plurimi, ingentem velut,
Et latum, & immenſum, elevatumque altius,
Finxere ut hic Atlanticis laboribus
Ingentium fulcrum columnarum occupet:
Obſcuritatis forſitan voragine
Sub talium expreſſa columnarum typo.
Ingens enim eſt, veluti Dei parvus thronus:
Pubes ſeneſcenti eſt, vigor nec deficit,
Dum ſermo pollens hunc ciet qui condidit.
Velatus ille eſt maximo velamine,
Nempe aeris, radio novo qui textus eſt: *Aer.*
Hic fuſilis, tenuis, refulgens, rarus eſt,
Penetrans in omnem corporum molem illico,
Procedit ergo ſplendida ornatus toga,
Ut margaritas clara geſtans ſidera: *Stellae.*
At pectori adiunctum unicum lychnitem habet, *Sol.*
Ut flamma, ſplendentem diurna ad tempora;
Candore fulgentem alterum, quaſi ad pedes, *Luna.*
Ubique candidum indicantem veſperum.
Ut carcere omne continet rerum genus:
Elementa ſervat cuncta, cingitque aggere: *Elementa.*
Sinuſque motu praeditorum eſt omnium,
Antevenit omnem cuncta motum concitans,
Punctique tellurem inſtar in medio gerit: *Terra.*
Nullaque firma in ſede ſtabilitus, tamen
Cinctum orbe centrum parte ab omni ſuſtinet:
Convolvit idem abyſſum, ut in cunabulis: *Mare.*
Circumdat omnem, rete ceu quodam, plagam;
Coercet omnia, quae Deus ſolus regis,
Tantamque molem arcens ſuis amplexibus,
Arctatur extra, latitudo qua patet:
Immenſitas namque orbium caeleſtium
Dimenſa tecum eſt punctum in anguſto ſitum;
„ Qui res creaſti, & condidiſti maximus.

Sum-

curſus vehementia caelum ipſum per inane, ubi circumobeuntia corpora diſcurrunt, dilabatur, ſed veluti quodam vinculo, quamvis ex adverſa vi, compreſſum detineatur, atque ex contrario revolutionum renixu, baſi *caelo ſcilicet* currente, & iis, quae circumferuntur, *ſcilicet aſtris, vel terra*, quieſcentibus, coerceatur.

121. At vero caelum eſt omnium ſummitatum ſummitas, omniumque terminorum terminus, ab iis, quae plus a nobis diſtant, diſtans longiſſime; cuius nulla eſt aptior menſura, quam ipſa incommenſurabilitas. Hinc factum eſt, ut quidam ſtupore tantae rei capti, caeli magnitudinem, latitudinem, immenſitatem, altitudinemque infinitam conſiderantes fabulam finxerint, quae eſt de Atlanticis laboribus, quaſi ingentium columnarum habeat fulcimentum: ea fortaſſe ratione, ut tam obſcurae, atque incompertae rei ingentem profunditatem immenſarum columnarum typo indigitarent. Ingens enim illud eſt, tamquam parvus Dei thronus. Seneſcens iuveneſcit; nec illi vigor deficit, deficietque, quamdiu a Verbo, a quo eſt conditum, contorquebitur. Magnum, quod induit, veſtimentum, totum eſt ex aere admirandi pectinis ope contextum, ipſumque eſt fluidum, pellucidum, tenue, rarum, omnemque molem corpoream intus penetrans. Procedit autem ornatum, tamquam ſponſus, lucida ſidera pro margaritis aſſumens: ac in medio quidem pectore unum lychnitem habet, qui velut ignis rutilat per dies, alterum vero ſubalbicanti fulgore praeditum quaſi ad pedes gerit, quo candidas ubique noctes facit. Quaecumque ſunt creata, velut quodam incluſa clauſtro, continet, ac tuetur, omniaque elementa ſervat, & coercet: atque adeo fit omnium ſe moventium ſinus, cumque omnem motum antevertat, omnia tamen ſimul commovet. Terram, veluti punctum, in medio gerit; cumque ipſum nulla in ſtabilitate ſit firmatum, mundi tamen cardines, & centrum hinc inde ſuſtinet. Abyſſum veluti faſciis conſtringit, & terram veluti retibus circumdat. Quaecumque tibi, Deus, tantummodo obtemperant, coercet caelum, cumque tantam rerum molem intus includat, & intorqueat, ipſum tamen vaſtis ſpatiis exterius concluditur. Quae eſt enim maxima caelorum immenſurabilitas, nil aliud eſt, quam punctum anguſtiis undique circumſcriptum, tecum dimenſa, & comparata, qui rerum omnium es opifex, & mundum ſapientiſſime condidiſti.

160. O hu-

Ὦ μηχανουργὲ τῆς πολυτρόπου στέγης,
Διαγράφεις γὰρ πᾶσαν, ὡς θέλεις, φύσιν
Τῇ σῇ διόπτρᾳ, καὶ στεγάζεις τοὺς κάτω,
Καὶ τοὺς περιοίκους, ὡς ὑπαίθριον σκέπῃ,
Διαφλέγων μὲν, καὶ πυρῶν τὸν αἰθέρα·
Πλὴν μὴ φλογίζων τῇ πυρώσει τὴν κτίσιν,
Ἀλλ' ὡς δοκεῖ σοι πᾶσαν ἁρμόζων φύσιν.
Ὦ τὰς ἀδήλους οὐσίας τῶν ἀγγέλων,
Ἢ πνεῦμα δεικνὺς, ἢ πυρίστομον φλόγα,
Τὸ θερμὸν αὐτῶν, καὶ θοὸν διαγράφων·
Ἢ τετραμόρφῳ σχηματίζων εἰκόνι,
Τὸ στερρὸν αὐτῶν ζωγραφῶν, καὶ ποικίλον·
Ἢ πλῆθος αὐτῶν ἐξανοίγων ὀμμάτων,
Ὡς καὶ τὸ σὸν φῶς ἐμφανέστερον βλέπειν,
Καὶ μὴ λαθεῖν τι τῶν κάτω κινουμένων.
Σοὶ γὰρ φέρουσιν ὕμνον, ὡς νικηφόρῳ,
Χερουβὶμ, ἀρχαὶ, καὶ θρόνων στρατεύματα,
Καὶ πᾶς Σεραφὶμ εἰς ἀκίνητον τάχος
Ἑστὼς πτεροῦται, καὶ πεπηγμένος τρέχει·
Καὶ ταῖς δυσὶ μὲν τὴν προσώπου τοῦ θέαν
Σκέπει πτέρυξι, ταῖς δυσὶ δὲ τοὺς πόδας,
Καὶ ταῖς δυσὶ πρὸς ὕψος ἵπταται μέγα.
Καὶ τὸ τρισαυγὲς τῆς ἁγιστείας σέλας
Εἰς ἓν συναρμόζουσι κύριον σέβας·
Δεικνύντες ἐντρανῶς τῇ διαιρέσει,
Καὶ τῇ συνάψει τοῦ θεορρύτου λόγου
Διαιρετὰς μὲν τὰς ὑποστάσεις σέβειν,
Ἡνωμένως δὲ προσκυνεῖν τὴν οὐσίαν·
Ἐκφαντικῇ θρανοῦντες ὀρθοδοξίᾳ,
Τὴν υἱότητα τοῦ λόγου σαρκουμένου
Εἰς ἀλλόφυλον μὴ ῥυῆναι τετράδα·
Ἀλλ' ἓν πρόσωπον, καὶ θεαρχίαν μίαν,
Πρὸ σαρκὸς ὑμνεῖν, καὶ μετὰ σαρκὸς λόγον,
Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπόν τε καὶ Θεὸν φύσει,
Μὴ προσθέσει χυθέντα, μὴ διαιρέσει
Τομὴν παθόντα, μὴ ξανέντα συγχύσει,
Διπλοῦν τὸν ἁπλοῦν, μηδαμοῦ πεφυρμένον,
„ Χριστὸς γὰρ ἐστιν ἡ διπλῆ μόνη φύσις.
Ὦ πρὸς τὸ κάλλος τῶν ἐν ὕψει σωμάτων
Λειμῶνα πολλῶν ἐμφυτεύσας ἀστέρων,
Καὶ νύκτα κοσμῶν, καὶ στολίζων ἡμέραν·

Καὶ

Summe artifex multiplicis adeo tegminis,
Naturam enim deſcribis omnem, ceu liber,
Tua dioptra, contegiſque infra abditos, Climata varia.
Atque accolas, hoc ſubdiali umbraculo:
Cremas quidem, uriſque ignibus clarum aethera,
At minime conſumis calore condita,
Imo ut placet rem quamque rite collocas.
Tu perbeatas Angelorum eſſentias, Angeli.
Vel ſpiritum indicas, vel ora flammea,
Vim fervidam pingens, acutamque his datam:
Vel quadriformae imaginis fingis nota,
Dum robur, ac diverſitatem harum exprimis:
Aut luminum expandis numerum in his maximum,
Lucem ut tuam poſſint videre apertius,
Et lateat ipſas, quod cietur hic nihil.
Nam hymnos canunt tibi, Imperatori ſuo,
Cherubim, Poteſtates, Tronorum exercitus;
Seraphimque cunctus celeritate immobili
Stans advolat, fixuſque pernix curſitat:
Binis, & alis velat adſpectum ſuum,
Aliſque geminis protegit pedes ſuos,
At alteris binis in altum tollitur.
Aptantque Numinis iubar ter lucidum Trinitatis myſterium praefiguratio.
Ad unicam venerationem principem.
Sicque evidenter indicant, dum dividunt,
Iunguntque Verbum, quod fluit divinitus,
Hypoſtaſes dividuae honorandas quidem,
Subſtantiam at ſolam eſſe adorandam unicam:
Plana docentes, recta & in Deum fide,
In carne filium editum, Verbum ſacrum,
Extraneam haud quaternionem admittere;
Perſonam at unam, principatum unum Dei,
Verbum ante carnem colere, poſt carnem quoque,
Simul Dei natura, & hominis praeditum:
Non auctione fuſum, & indiviſum ea
Partitione, a mixtione liberum:
Idem eſt duplex, ſimplexque, purum maxime,
„ Nam Chriſtus eſt natura duplex & unica.
Tu pulchritudine orbium caeleſtium
Quamplurimorum ſiderum pratum ſeris, Stellae,
Ornas tenebras, & diem velo induis, Luna, & Sol.

Lucem-

---

160. O huiuſce varie ſe vertentis tecti Artifex admirabilis! Tu enim omnem naturam, ut vis, tua dioptra deſcribis, & definis, eoſque, qui ſunt deorſum, habitantque circum, hoc ſubdiali umbraculo ut vis contegis: quamvis enim aethera circuminflammes, & incendas, ex illa tamen accenſione res creatae non comburuntur; ſed omnium rerum naturam, prout tibi placet, contra temperas, & moderaris.

167. Tu nobis latentes Angelorum eſſentias, aut ſpiritum, aut igniloquam flammam eſſe demonſtras, ut fervidam, agilemque ipſorum naturam deſcribas: aut ſub quadriformis imaginis ſpecie illos repraeſentas, ut eorum varietatem, firmitatemque depictam exhibeas; aut ingentem oculorum numerum in ipſis adaperis, tam ut tuam lucem manifeſtius ipſi videant, cum ut nihil eorum ipſos lateat, quae deorſum fiunt, & moventur. Tibi enim Cherubim, Principatus, Thronorumque exercitus, tamquam victori, concinunt hymnos; omniſque Seraphim in ſua immobili velocitate ſtans volat, & firmus currit: ſinguli enim, cum alis duabus ſui vultus aſpectum tegunt, & duabus pedes, duabus adhuc alteris in altum extolluntur longiſſime: illudque ſanctitatis iubar trina coruſcans luce in unum coniungunt, unum venerantes Dominum. Ex qua Verbi a Deo fluentis diviſione, & coniunctione clariſſime demonſtrant, ſeiunctim quidem ipſos venerari hypoſtaſes, coniunctim vero adorare ſubſtantiam: atque orthodoxa explanatione declarant Filium Verbum eſse incarnatum, & ad extraneam quaternitatem non eſse diſtractum. Unam enim perſonam, & unum Dei principatum tam ante, quam poſt aſſumptam carnem in Verbo depraedicant, ipſum quidem hominem & Deum natura, quod neque ex adiunctione eſt diffuſum, neque ex diviſione partitionem paſſum, neque ex confuſione converſum: idemque duplex & ſimplex, atque ab omni commixtione immune: nam Chriſtus eſt natura duplex unica.

198. Tu quo maior eſſet caeleſtium corporum pulchritudo, multis ex ſideribus pratum conſeviſti. Tu noctem ornas, tu ſtola veſtis diem. Tu lucem reddis puram; & nigram facis veſperam. Ignem tu fecundas, & in aquam ſeminas: quae duo ſunt pauperum communes theſauri.

T 2

204. Tu

Καὶ φῶς καθαίρεις, καὶ μελαίνεις ἑσπέραν,
Καὶ πῦρ γεωργεῖς, καὶ καταςπείρεις ὕδωρ,
Τὰ κοινὰ τοῖς χρῄζουσι θησαυρίσματα.
Ὢ λεπτόσωμον ἐκχέων τὸν ἀέρα·
Πρὸς γὰρ τὸν αὐτὸν ἐπανέρχομαι πάλιν,
Καὶ μᾶλλον αὐτὸν νῦν λαλῶν ἀναπνέω·
Τὸν πανταχοῦ ῥέοντα, καὶ πεπηγμένον,
Τὸν εὐτάλαντον τῆς πνοῆς ζυγοστάτην,
Τὸν ἄφθονον ῥοῦν, τὴν ἀνάργυρον δόσιν·
Οὐ πλούσιος γὰρ, οὐ δυνάστης ἁρπάσει
Πνοῆς περιττῆς ἐξ ἐκείνου σύρματι·
Ἀλλ᾽ εἰς ὅλους προχεῖ τὴν ἴσην χάριν,
Καὶ πᾶσιν ἁπλοῦς φαίνεται, καὶ ποικίλος,
Τομαῖς ἀτμήτοις, εἰσροαῖς ἀσυγχύτοις·
Ἐν τῷ μερίζειν τὰς πνοὰς ἡνωμένος,
Ἐν τῷ προχεῖσθαι πανταχοῦ συμπηγμένος.
Ὢ τὸν γίγαντα τοῦτον ἥλιον κτίσας·
Σφύζω γὰρ αὐτῷ προσλαλῆσαι καὶ πάλιν,
Βλέπων ἀπλήστως καὶ γράφων τὸν ἥλιον,
Τὸ κοινὸν ὄμμα, τὴν πανόπτειαν κόρην·
Τὸ παντρόφον πῦρ, τὸν ὑπὸ γῆς μὲν ἑσπέρας,
Ὑπὲρ δὲ τὴν γῆν ἐργάτην τῆς ἡμέρας·
Τὸ κοσμικὸν κάτοπτρον, ἢ τοὐναντίον
Τὸν ὀπτικὸν σπινθῆρα, τὸν τῶν ὀμμάτων
Ἔκλαμψιν, ἢ πρόσλαμψιν, ἢ ξένην φύσιν
Ἐν εἰσαγωγαῖς ἐκδοχὰς πεποιημένην.
Οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῆς φορᾶς ἀπεκρύβη·
Ἀρκεῖ δὲ πᾶσι τῇ ῥοπῇ τῆς ἀκτῖνος·
Φθάνει δὲ μέχρι τοῦ βάθους τῶν τερμάτων·
Φωτὸς δὲ πηγὰς κοσμοκινήτους ἔχει·
Ἔστι δὲ κοινὸς ἐργοπαίκτης τῶν κάτω.
Τρέχει δὲ τῷ σύμπαντι τὴν ἐναντίαν·
Ὅπως ἀκλινὴς τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης
Ἐξ ἀντιπλευρῶν σφίγγεται καταδρόμων·
Καὶ μὴ ῥαγῇ τὸ σφίγμα τῶν κυλισμάτων,
Ἐν τῇ κατ᾽ εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσει.
Ἀλλ᾽ ὥσπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεστιγμένος
Τοῖς ἀνθελιγμοῖς συγκρατεῖται τοῦ τάχους,
Βάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ.
Εἰ μὴ γὰρ ἦν εὔτακτος, ἀλλ᾽ ἐξετρέπετο,
Τὸν κόσμον εἶχεν ἐν ῥοπῇ καταφλέγειν.

Ὢ τὸν

Lucemque luſtras, veſperumque atrum facis,
Ignem excolis, ſemenque in undas coniicis;
Opes egenis, quas recondis omnibus. Lux.
Subtile corpus, aerem, tu diſſipas, Ignis, & aqu.
Ad hunc enim revertor ipſe identidem,
Quem dum loquor reſpiro nunc vel maxime, Aër.
Qui cum ſe ubique fundat, eſt fixus tamen:
Spiraminiſque libripens iuſtiſſimus:
Fluxus perennis, munus argento haud datum:
Non dives, aut quantumlibet princeps potens,
Aurae amplioris percipere tractum queat.
Effundit in cunctos ſuam aeque gratiam:
Tum ſingulis ſimplex patet, tum multiplex,
Reciſus integer eſt, fluitat haud turbide:
Coniunctus in diſpertiendis flatibus:
Concretus, & ſtans undequaque profluit.
Titana Solem tu creaſti maximum:
Nam me iuvat cum Sole rurſus colloqui, Sol.
Avide intuens, notiſque ſignans hoc iubar:
Commune lumen, pervidentem omnia oculum.
Hic altor ignis omnium, qui veſperum,
Cum ſubter eſt terram facit, ſupra at diem.
Hic orbis eſt ſpeculum, vel e contrario,
Scintilla viſus, ſplendor unde luminum,
Vel fulgor emicans procul, peregrina vel
Utcunque res inducta, viſum perficit.
Nil motioni eſt illius reconditum,
Eſtque omnibus ſua lampas irradians ſatis.
Et ad profundum extremitatum praevenit,
Luciſque fontes orbe concitos habet
Communis eſt hortator opificum omnium:
Verſatur at curſu polo contrario,
Immotus ut ſic lationis impetus
Decurſibus prematur adverſis ſibi:
Ne vinculum volutionum corruat
Intenſione, quae fit in rectum, orbium:
Sed ceu implicatus colligante vinculo,
Pernicitatis ſtringitur retinaculis,
Baſi vagante, motione non vaga:
Nam niſi maneret ſtabilis, at diverteret,
Incendio flagraret orbis illico.

Tu

---

204. Tu aërem, ſubtile illud corpus, circum effundis: iuvat enim ad hunc redire, quem ipſum dum loquor, reſpiro largius, quique in omnem partem fluit. nec tamen dilabitur, & aequa lance ſpiritum ponderat, & dividit, nullique invidendus quaquaverſus effluit, nec comparatur argento: neque enim princeps, aut dives quiſquam ex ipſo quid minimum ultra id, quod ſufficit, valeat arripere: in omnes enim aeque diffundit ſuam gratiam, & omnibus idem ſimplex, & varius videtur, in ſuis diviſionibus non diviſus, in ſuis fluxibus non confuſus, in partiendis ſpiritibus unitus, inque ſe circumeffundendo coniunctus.

217. Tu Solem, immanem hunc gigantem, creaſti: de hoc enim iterum loqui mihi geſtit animus, quo in videndo, deſcribendoque ſatiari non poſſum. Ille communis omnium eſt oculus, & omnia proſpiciens pupilla. Ille omnium altor eſt ignis, qui cum ſub terra eſt, praeſtat noctem, & cum ſuper terram, diem. Ille aut mundi eſt ſpeculum, ex quo omnia reflexa conſpiciuntur, aut contra ſcintillarum ex oculis emanantium receptaculum; adeo ut radios oculis aut immittat, aut excipiat: vel tandem quaedam eſt altera rerum natura, quae id unum praeſtat, ut obiecta introducantur, & excipiantur. Pervadit enim omnia, neque illi quidquam eſt abſconditum, & ſua radiorum vibratione omnibus ſufficit. Ille pertingit uſque ad extremitatem abyſſi, habetque lucis fontes perennes, qui mundi molem agitant, ſeque illi immiſcent. Ille quotquot ſunt hic deorſum ad opus excitat. At curſum tenet orbi terrae contrarium, ut caeli ipſius numquam declinantis impetus vehementiſſimus a corporibus ex adverſo latere decurrentibus comprimatur, & circulorum vinculum ex proiectorum ad rectam tendentium vi non diſrumpatur; ſed quaſi in unam, eamdemque ſocietatis conſenſionem ex oppoſito conſtrictus, ab ipſo contrario velocitatis niſu, baſi *ſcilicet caelo* currente, & ea quae fertur, *ſcilicet terra*, quieſcente, detineatur. Niſi enim hunc ordinem ſervaret, ſed ab ipſo diverteret, quacumque ſe paullum vergeret, inclinaretque, mundus ſtatim conflagraretur.

242. Tu

Ὃς τὴν ἀμυδρὰν τῆς σελήνης λαμπάδα
Ἐκ τοῦ πυραυγοῦς ζωπυρήσας ἡλίου·
Κιχρᾷ γὰρ αὐτῇ γλαυκὸν ἐξ αὐτοῦ σέλας·
Οὐκ οἶδα πῶς λέγουσιν, ἀλλ' ὅμως τάχα
Οὐχ ὡς δεηθεὶς φαύσεως ἀλλοτρίας,
(Τὸ φῶς γὰρ αὐτὸς καὶ πρὸ ἡλίου βρύεις·)
Ἀλλ' ὥστε ῥυθμὸν ἐντεθῆναι τῇ κτίσει
Καλῆς ἀνάγκης, καὶ σοφῆς ἐξουσίας·
Καὶ τὴν μὲν ὥσπερ ἐνδεῆ τῆς λαμπάδος,
Τὰς ὑγροποιοὺς ἀντιλήψεις εἰσάγειν·
Διψᾷ γὰρ ὑγρᾶς συμπλοκῆς ἡ θερμότης·
Τὸν δὲ ζέοντα τῆς φλογὸς διεκχύσει
Τὰς ἐντεθείσας ἐκνοτίζειν ἰκμάδας·
Ὅπως γένηται μίξις, ὥσπερ ἐν γάμῳ,
Καὶ συζυγέντων πρὸς τὸ τίκτειν τῶν δύο,
Εὔτεκνα δείξῃ τῶν σπαρέντων τὰ βρέφη,
Λαβοῦσα θερμὸν ἡ σελήνη νυμφίον.
Ὃς μηδὲν ἐχθρὸν, μηδὲ πρὸς μάχην κτίσας,
Ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς οἰκοδεσπότης πατὴρ
Εἰρηνοποιῶν τὰς ἐναντίας φύσεις,
Τάξιν τε δεικνὺς τῆς ἀτάκτου τετράδος·
Ὅπως ὁ κόσμος οὗτος, ὡς οἶκος μέγας,
Ἄρρηκτος ἵσταιτ', τετάρων κριῶν δίκην,
Λαβὼν ὑποστήριξιν ἀντωθουμένην·
Οὕτως συνάπτεις τὰς ἀσυμβάτους φύσεις,
Πείθεις δὲ ταύτας ἐν συνοικίᾳ μένειν,
Εἰς ἓν θέλημα συμπνοίᾳ τῆς μάχης,
Ὡς λοιπὸν αὐταῖς κοινὸν εἶναι τὸν δρόμον,
„Καὶ τὰς συνήθεις ἐκτελεῖν λειτουργίας.
Καὶ τὴν μὲν ἔργον ἀερόστημον πλέκειν,
Ὕφασμα λεπτὸν εἰς ἀναπνοὴν βίου.
Τὴν δ' αὖ πυρὸς νήθουσαν ἀρραγεῖς μίτους,
Χιτῶνα ποιεῖν εἰς τὸ θάλπειν τὴν φύσιν·
Τὴν δ' αὖ φέρειν ἔνομβρον ἐξ ὕδατος ὕδωρ,
Μήπως τὸ θερμὸν φθαρτικῶς ὑπερβρίσῃ·
Τὴν γῆν δὲ ποιεῖν εὐπρεπῆ τὴν οἰκίαν,
Καὶ πάντας ἡμᾶς ἑστιᾶν καθ' ἡμέραν·
Οὕτως ὑπὲρ νοῦν εἰργάσω τὰς οὐσίας,
Ἐν τῇ δοκήσει τῆς μάχης, ἡνωμένας.
Καὶ τοῦ θέρους μὲν ἡ φλογώδης ἀκμότης
Οὐκ εὐθὺς εἰς χειμῶνα τὴν θέρμην τρέπει,
(Αἱ

Tu Lunae opacam lampada orbe in infimo — Luna.
Accendis, inſtauraſque Solis ignibus:
Nam commodat Sol lumen huic radiis ſuis,
Nec ſat ſcio, qui id aſſerant, forſan tamen,
Non tamquam egeres mutuato lumine:
Siquidem ante Solem lumen infundis tuum;
Sed conditis ut rebus hunc modulum inderes,
Pulchrae neceſſitatis, & docti imperii,
Ut indiga almae lampadis Phoebi ſoror
Induceret perceptiones humidas:
Humore namque gaudet adiuncto calor,
At fervidus vigore Phoebus aureo
Expromat inſitos vapores illius:
Ut mixtio haec par ſit iugali vinculo,
Cum copulantur duo creandi gratia; — Lunae nuptiae cum Sole.
Fetuſque pulchros edat e laetis ſatis,
Sponſum calentem Luna coniungens ſibi.
Hoſtile nil pugnaxque condidit Deus: — Elementa.
Sed quaſi ſorores genitor, & rector domus,
Concordia ligat, repugnant quae ſibi,
Quaternionis ordinem edens diſparis:
Ut univerſus mundus hic, magna ut domus,
Quatuor arietum perſtet infractus modo:
Firmamine aſſumpto, quod undique nititur.
Res iungis ita, natura quarum diſſidet,
Suades & illas domicilia coniungere,
Hoc praelio adſpirante nutum ad unicum,
Ut reliqua communis ſit his concurſio,
„Suumque munus rite praeſtent ſingulae:
Et haec quidem contexat aëreum hoc opus, — Aër.
Subtile ſtamen, vitae ad almum ſpiritum.
At ignis haec natura fila valida net, — Ignis.
Tunicamque conficit fovenda ad corpora.
Producere alia imbres ſolet largos aquae, — Aqua.
Fervore nimio ne cremetur cetera.
Ac terra demum aedes decoras efficit, — Terra.
Et in dies nobis parat convivia.
Sic altius, quam mens capiat, eſſentias
Pugnare quae videntur, una colligas.
Aeſtatis etenim flammeus vigor ſuum — Quatuor anni tempora.
Fervorem in hiemem frigidam haud mutat cito,
(Nam

---

242. Tu Lunae obſcuram lampadem ex Solis ignitis radiis accendiſti: ex Sole enim ipſa ſuum glaucum mutuari ſplendorem ferunt; quod quamvis qua ratione dicant, neſciam, non quo plane te quiſquam audeat alienae illuminationis indigum notare, cum ipſe ante Solem lucem effuderis; ſed potius putent, te quemdam illius pulchrae neceſſitatis, ſapientiſque poteſtatis modulum, & rythmum, quo res creatae conſtant, te voluiſſe conſtituere: adeo ut ſicut Luna indiget ſolaris lampadis calore, ita illa in ipſum ſuae humidae ſubſtantiae quaedam veluti mutua ſubſidia immittat, quod enim calidum eſt humidi coniunctionem expetit: ac Sol contra, qui totus fervens eſt, ſua flammarum effuſione inditos Lunae vapores exprimat: unde quaedam fiat commixtio, tamquam in connubio, & duobus ad pariendum coeuntibus, ex utriuſque ſemine felices enaſcantur liberi, eo quod Luna calidum ſibi ſponſum acceperit.

259. Tu nil ſibi inimicum, nil inter ſe dimicans creaſti: ſed quod prudentis eſt patrisfamilias, contrarias naturas, tamquam ſorores, pacis vinculo colligaſti, & in diſcordi ipſarum quaternione ordinem, concordiamque ineſſe feciſti; ut mundus ille univerſus, magnae domus inſtar, immotus ſtaret, & quatuor pene arietum vi hinc inde quaſſatus non cederet, ſed ex ipſa rerum contentione ſuam caperet firmitatem. Ita ſane diſſentientes naturas ſociaſti, atque unum idemque contubernium inire feciſti, in unam conſpirante voluntatem earumdem diſſenſione, ut omnium tandem communis ſit curſus, & finis, omneſque ſuo rite fungantur miniſterio. Altera enim ex ipſis naturis aereum hoc ſtamen nectit, tenuemque telam intendit, quam ducimus ſpiritu: altera vero ſimili opere non dirumpenda fila ex igne deducit, veſtemque componit ad fovendam naturam comparatam: haec aquam pluviam, cum opus eſt, de more demittit abundanter, ne nimius calor noceat, & comburat: terra vero bene ornatum exhibet domicilium, nobiſque omnibus quotidie inſtruit convivia. Quo ſane modo ultra id, quod humana mens aſſequi poſſit, ſpecie inter ſe pugnantes eſſentias cohibuiſti, unaque ſimul coniunxiſti.

281. Quid illud? quod aeſtatis igneus fervor calorem ſuum in hiemem ſtatim non convertit; nam repentinae rerum quarumlibet mutationes ſunt noxiae; ſed ad primum autumnum, quamdamque mediam temperiem inclinat, paulla-

(Αἱ γὰρ μετάρσεις βλαπτικαὶ τῶν ἀθρόων)
Ἀλλ᾽ εἰς τὸ μετόπωρον τε καὶ κρᾶσιν μέσην
Τῷ μαλθακῷ τὴν ψύξιν ἠρέμα τρέφει.
Κἀντεῦθεν εὐθὺς οὐ πρὸς ἄκρατον ζέσιν,
Ἀλλ᾽ εἰς ἔαρ μέτεισι, καὶ λεληθότως
Τὸν κρυμὸν ὠθεῖ, καὶ τὸ καῦμα συλλέγει.
Καὶ ταῦτα δρῶσιν ἐξ ἀμοιβαίου δρόμου,
Κόραις ὁμοίως συγχορευούσαις ἅμα,
Καὶ συμβαλούσαις τῶν ἑαυτῶν δακτύλους,
Ὅπως χορὸν πλέξωσιν εὐρύθμου βίου.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ παντοποιὸς ἐμφανῶς ἐξουσία.
Χειμῶνος ὥρα· καὶ τὰ δένδρα συντόμως
Ἐκ τῆς πυράγρας τοῦ κρύους μαραίνεται,
Φθίνει τὸ κάλλος, ἀσθενοῦσιν οἱ κλάδοι,
Ἐκρεῖ τὸ φύλλον, ὥσπερ ἐκ νεκροῦ τρίχες.
Καὶ μικρὸν ὕστερον τὴν φθορὰν ἀποξέει,
Καὶ κάλλος αὖθις καὶ νέας τρίχας φύει,
Βλαστὰς τὸ κάλλος, καὶ τὰ φύλλα τὰς τρίχας,
Καὶ τῶν ἀδήλων ἐξεγείρεται τάφων
Πρὸς τὴν συνήθη τοῦ γένους ἀνάστασιν.
Θέρους ὁ καιρός· οὐκ ἔχω λέγειν, ὅπως
Ἐκεῖνος οὕτως ὁ φλογώδης ἥλιος
Ἐν ταυτότητι τοῦ χρόνου καὶ τοῦ τρόπου
Πῇ μὲν μελαίνει τὰς χρόας ὑποφλέγων,
Πῇ δ᾽ αὖ γε λευκὰ δεικνύει τὰ σώματα.
Καὶ ξηρὰ μὲν δρᾷ τῶν σπαρέντων τὰ βρέφη,
Ὑγρὰς δὲ ποιεῖ τῶν ὀπῶν τὰς ἰκμάδας·
Κιρνᾷ γὰρ αὐτὰς τῷ πρὸς ἀέρα δρόμῳ,
Καὶ θερμὸν ὑγρῷ συμπλέκει ὁδοιπόρῳ,
Ὅπως κερασθῇ τῇ μεσαζούσῃ χύσει
Ἡ τῶν ἐν αὐταῖς ποιοτήτων ἀκρότης·
Καὶ μήτε φλέξῃ δραστικῶς ἡ θερμότης,
Ὑγρᾶς ἐν αὐτῇ μὴ παρούσης ἰκμάδος·
Μήτε πρὸς ἄκραν ἐξολισθήσῃ χύσιν,
Τῆς ὑγρότητος ἡ φορὰ μονουμένη·
Ἀλλ᾽ ὥσπερ εἰς ἓν ἔργον ἐργάται δύο,
Τέγγει μὲν ἰκμὰς, καὶ παραβάλλει τὴν πόαν,
Καὶ τῆς ὀπώρας ὠμὰ τίκτει τὰ βρέφη,
Ἐν οἷς τὰ πολλὰ λεπτὰ τείνει σπαρτία,
Μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης,
Καὶ θλῖψιν ἕξει τῇ δέσει τοῦ σφίγματος.
Κἀντεῦθεν ἰκμὰς τῆς ὀπώρας ἐκπέσῃ.

Ἐπεὶ

(Nam ſummitates, cum repentinae, nocent)
Sed temperatum ad tempus, autumnum & gravem,
Senſim rigorem nutricat dulcedine.
Nec frigore a duro, calorem ad fervidum,
At floridum ver primum adit, placide amovens
Brumam rigentem, ut mox calores ingerat.
Atque haec viciſſim agunt reciproca via,
Inſtar puellarum choros agitantium,
Digitoſque conferentium inter ſe ſuos,
Vitae decorae ut choream agant pulcherrimam:
O quanta, quamque ampla eſt tuorum operum, Deus,
Opifex poteſtas haec, palam oculiſque omnium!
Bruma rigente, arbuſta ſtirpeſque ocius — Hiems.
Penetrabili uſtae frigore, areſcunt, decor
Recedit, infirmi labaſcunt ramuli,
Cadunt folia, tamquam cadaveri pili.
Poſt paullulum labem cluunt iſtam arbores, — Ver.
Reddunt venuſtatem, comas gignunt novas,
Baccis decus ineſt, folia ſunt velut comae:
Haec abditis quaſi e ſepulcris prodeunt,
Generis ſui aſſuetam ad reviviſcentiam.
Aeſtatis ecce tempus inſtat, nec ſcio — Aeſtas.
Quonam modo Sol ille flammis lucidus,
Momento eodem temporis, curſu & pari,
Hic inficit nigrore vultus, quos cremat,
Idem alibi rurſus alba corpora indicat:
Idem, aridi fetus ſatorum ut ſint, facit;
Reddit liquorum idem vapores humidos:
Hos namque miſcet curſibus per aërem,
Viaeque comes udo calens adiungitur;
Ut temperatum miſceatur in modum,
Haec qualitatum ſummitas, quae ipſis ineſt:
Ne rapide adurat omnia immodicus calor,
Cum nullus adſit intus uvidus vapor:
Neu humoribus redundet iſte neutiquam
Curſus liquore deſtitutus humido.
At veluti bini ad unicum artifices opus,
Vapor quidem humectat, paritque gramina,
Et gignit autumni aſperos fetus gravis: — Autumni.
In queis levia quam plurima involucra ſunt
Ne vel gravetur tener, & infirmus liquor,
Nimis aut prematur arctiore vinculo,
Atque inde pomi ſuccus omnis excidat:

Nam

paullatimque frigus quibuſdam delinimentis emollit, & temperat: tum vero non ſtatim hiems ad ſummum caloris aeſtum, ſed ad veris benignitatem tranſit; ſenſimque algorem fugans congregat ardorem. Atque haec alterno curſu praeſtant *quatuor anni tempora*, veluti puellae una ſimul ducentes choreas, ſeque inter ſuos conferentes digitos, ut iucundae vitae choros intexant.

293. O quam rerum Deus a te ſapienter creatarum mirabilis illa omnium effectrix poteſtas evidenter magnificata eſt! En hiemis tempeſtas: ſtatimque urenti frigoris forcipe tactae marceſcunt arbores, perit forma, flacceſcunt rami, decidunt folia, ut in mortuo capilli: at mox iſta tabes abraditur, & rurſus redit forma, & novae redeunt comae; formam enim dant germina, & comas folia: atque ex occultis ſepulcris omnia ad aſſuetam ſui generis inſtaurationem excitantur. Aeſtatis ecce tempus: aſt ego nequeam explicare, quomodo igneus hic Sol identitate temporis, & curſus, alibi nigros colores urendo inducat, alibi vero contra alba notet corpora: hic ſata, ſatorumque fetus exſiccet, & illic humificos, liquenteſque faciat ſuccos. Siquidem ſuo per aërem curſu alterum altero commiſcet, & humido, quod habet comitem in via, ſiccum coniungit: ut quae in utriſque eſt ſumma qualitatum vis, & poteſtas media quadam ratione temperetur, ne calor nimia ſua efficacia comburat, ſi humidi vapores una ſimul coniuncti non adſint: itemque ne in nimiam effuſionem excurrat ac defluat humor, ſi deſtituatur calore. Sed cum duo ſint veluti artifices ad opus unum intenti, humidum quidem irrigat, & efficit germen, fetuſque autumnales adhuc immaturos parit, quos circum multis tendit funiculis, ne molles ſucci graventur, aut ex vi compreſſionis adeo conſtringantur, ut inde humor pomi excidat. Quoniam vero quidquid germinat, neceſſe eſt, ut dureſcat, & ut ſuccorum vis contra molliatur, haec duo praeſtat intercedens unus calor, qui inexplicabili quodam modo emol-

Ἐπεὶ δὲ δεῖται πήξεως μὲν ἡ χλόη,
Χαυνώσεως δὲ τῶν ὀπῶν ἡ στερρότης,
Θέρμη συναντήσασα ταῖς δυσὶ μία,
Χαυνῶσα, καὶ σφίγξασα τῷ ξένῳ λόγῳ,
Πληροῖ τὸ λεῖπον δωρεαῖς ἐναντίαις.
Καὶ τῇ χλοῇ μὲν ῥίζαν ἑδραίαν φύει.
Λεπτῇ δὲ χυλώσασα τῶν ὀπὺς ζέσει,
Τὴν βρῶσιν ὡς ἔνσαρκον ἀρτύει δρόσῳ.
Ὡς καὶ παρ' ἡμῖν ὠμότητα καρδίας
Σπινθὴρ νοητῦ προσβαλόντος ἡλίου,
Θάλπει, μαλάττει, καὶ τρέφει, καὶ τρίβει,
Καὶ καρπὸν ἐντίθησιν ἐξ ἀκαρπίας.
Ὦ τετράπωλον ὥσπερ ἅρματος θέσιν,
Στοιχεῖα τάττων, ἡνιοχῶν δὲ τῶν χρόνες
Ἐν ἑπτακύκλοις ἡμερῶν ἀνδρομοις·
Διεξάγων δὲ τῷ βίῳ τὸν ἄξονα
Ῥυθμῷ συνήθει, καὶ τροχῷ βεβηκότι·
Καὶ συμφυλάττων τὰς συνεκτικὰς θύρας;
Μήπως ὄχημα τῆ συνήθους ἐκδράμῃ,
Καὶ σκύλμα πέμψῃ, καὶ ταράξῃ τὴν θέαν,
Δημοφθόροιτε λύσιν ἐμβάλῃ μάχης.
Ἀλλ' ὥστε πάντων ταυτὸν εἶναι τὸν δρόμον,
Καὶ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοδέσποτον βλέπειν,
Κοινὴν δὲ δούλην πᾶσαν εἶναι σοι κτίσιν·
Καὶ μήτε συνδεθεῖσαν εἰς λύσιν τρέχειν·
Μήδ' αὖ παρελθεῖν τῶν πεπηγμένους ὅρους,
(Εἰ μὴ μόνος σὺ τὴν τροπὴν ἀπεργάσῃ,
Καὶ γὰρ συνειδὼς προσκοπῶν τὸ συμφέρον·)
Τῶν σῶν μεγίστων ἐργοχείρων τὴν κτίσιν·
Μήτε τρέπεσθαι πᾶν γένος, καὶ συγχύσεις
Ταῖς κοσμολέθροις ἐκτροπαῖς παρεισάγειν·
Μήδ' αὖ μένειν ἄτρεπτον, ἀλλ' ἔχειν ὅρους
Τρεπτῆς ἀνάγκης, μὴ λαθοῦσα τῷ χρόνῳ,
Θεὸς νομισθῇ τοῖς ὁρῶσιν ἡ κτίσις.
Τίς γὰρ σελήνην, ἢ τὸν ἥλιον βλέπων
Ὀφθαλμιῶντας τῇ πρὸς ἔκλειψιν νόσῳ,
Οὐκ εὐθὺς ἔγνω τῇ διδασκάλῳ φύσει,
Ὡς οὐκ ἂν ἠλλάξαντο φωστῆρες γνόφον,
Εἰ μὴ παθητικαῖς ἐζοφοῦντο λαμπάσιν;
Ἢ τίς τὸν αὐτὸν ἐννοήσας ἀστέρα,
Καὶ φωσφόρον γνοὺς καὶ σκοπήσας ἕσπερον,
Οὐκ οἶδεν αὐτὸν ἐργάτην διπλοδρόμων,
Κήρυκα νυκτὸς, καὶ προφήτην ἡμέρας;

Τίς

Nam gramen eſt concretionis indigens,
At mollitudinis liquorum firmitas.
Ergo duobus unus occurrens calor,
Laxans, & aſtringens modo dictu novo,
Quod deficit, donis replet contrariis:
Herbae quidem radicem adhaerentem creat,
Fervore mox tenui liquores condiens,
Ut carneum ſuavem cibum rore apparat.
Ut accidit, cum cordibus duriſſimis
Scintilla Solis mentium ſupervenit,
Quae fovet & emollit, alit & corroborat,
Ex ſterilitate fructum, amoenumque inſerit.
Tu quadriugi currus modo aptas quatuor
Elementa, curſus aſt habenis ſuſtines,
Septem dierum convolutis orbibus: Hebdomadae.
Vitae ſed axem vertis humanae citum
Menſura eadem, fluctuante nec rota.
Repagulorum limites ſervas ratos,
Excurrat ut ne vehiculum orbitam ſuam,
Lacerumque fiat, turbet aut ſpectaculum,
Aut concitet pugnae aſperae cladem horridam:
At curſus omnium ordinatus rite ſit,
Et nil ſub aſpectum cadat iuris ſui:
Naturaque omnis condita uni ſerviat,
Nec vincta, ſolvi vinculis poſſit ſuis,
Neu tranſiliat umquam datos fines ſibi,
(Niſi tu ipſe commutationis auctor es,
Nam quid iuvent offenſiones proſpicis;)
Manuum tuarum opus, quae opifices maximae:
Neve omne mutari genus, & inducere
Turbas ruinis orbis ingentes queat:
Nec rurſus immotum maneat, at limites
Neceſſitatis occupet, ne temporis
Lapſu aeſtimetur res creata quis Deus. Omnia praeter Deum finita, & mutabilia.
Lunam quis almum lumen, aut Solis videns
Defectionis ſubiici laboribus, Solis & Lunae eclipsis.
Natura ab optima magiſtra haud percipit,
His luminibus ullas tenebras non fore
Ni inducerent eas patibiles lampades?
Quiſve unum & idem ſidus acri lumine,
Modo Phoſphorum, modo Veſperum ſi perſpicit, Lucifer.
Hoc neſciat binorum opificem curſuum,
Lucis prophetam noctis eſſe nuncium?

Quis

---

emollit, & conſtringit, atque ex donis contrariis opus implet, ac perficit; ipſe enim herbae radicem terrae haerentem indit, & tenui quodam ardore ſuccos eliquans rore conditum cibum, quaſi carneum, parat. Non ſecus, ac nobis contingit, cum deſuper irradiantis intellectualis Solis ſcintilla cordis noſtri cruditatem fovet, emollit, excoquit, nutrit, fructumque ex infructifero corde educit.

338. Tu quadriugi currus inſtar elementa diſponis, auriganſque tempora in ſeptem dierum recurrentes circulos reducis, axemque humanae vitae, eodem ſemper modulo ſervato, & rotis numquam imminutis torques, & impellis. Tu ex iiſdem ſolidis portis conſtanter progrederis, ne umquam currus extra aſſuetum iter excurrat, atque inde negotium faceſſat, orbiſque ſpectaculum turbet, excitaque ad populi perniciem pugna diſſolutionem immittat; ſed rerum omnium rite ordinatus ſit curſus, & nihil ſui poteſtatem habere conſpiciatur, & quaecumque res creata tibi late ſerviat: cumque omnia ſint inter ſe vinculo colligata ad ſolutionem non properent, ſed contra quidquid eſt creatum, tuarumque manuum opus eſt maximum, intra ſtatutos terminos conſiſtat, (niſi forte tu ſolus mutationem induxeris, qui ſolus quid ſit utile a longe cognoſcis;) atque ita neque rerum univerſitas tota immutetur, neque mundo exitialibus ſubverſionibus inductis confuſiones creat; nec tamen eadem ſemper invariabilis maneat, ſed neceſſariae mutationis terminos habeat: ne lapſu temporis, haec ignorantes, & videntes homines Deum putarent eſſe creaturam.

360. Ecquis enim Lunam, aut Solem videns, caecutientes defectionis morbo, illud ſtatim natura magiſtra non intelligat, quod lucem cum tenebris non immutarent, niſi vi caligarent, eo quod eae ſint lampades paſſionibus obnoxiae? Aut quis unum intuens ſidus, idemque apertiſſime ſentiens eſſe Phoſphorum, & Veſperum, duplicem illud habere

Τίς τὸν μέγιστον οὐρανὸν τοῦτον βλέπων,
Καὶ τὴν ἀκίνητον, ἣν ἔχει βίαν,
Τῶν ἀστέρων τε τῶν συνεκτικωτάτων,
Νῦν μὲν βορείας, νῦν δὲ κινήσεις νότῳ
Ἐν ἐκδρομῇ ποιοῦντας, ἢ μεταστάσει·
Ἢ τὴν ἄβυσσον τοῦ χυθέντος ἀέρος,
Ψυχρουμένην νῦν καὶ πάλιν πυρουμένην,
Καὶ προσβολὰς πάσχουσαν ἠναγκασμένας,
Οὐ τὴν ἄτρεπτον ἐννοήσας οὐσίαν,
Δούλην νομίζει τὴν ἀεὶ τρεπτὴν κτίσιν;
Τίς βρασμὸν, ἢ χάλαζαν, ἢ χύσιν ζόφου,
Ἢ πῦρ καταχθὲν, ἢ βραχεῖσαν αἰθάλην,
Ἢ γῆν τρέμουσαν, καὶ παρειμένην βλέπων,
Οὐκ οἶδε δούλην τὴν κλονουμένην κτίσιν;
Τίς τὴν θάλασσαν ἀστατοῦσαν προσβλέπων,
Οὐκ οἶδεν αὐτὴν δραπέτου τινὸς δίκην,
Φεύγουσαν ἔξω, καὶ κρατουμένην ἔσω;
Ἢ πολλάκις ζέουσα τῇ ψυχρᾷ ζέσει,
Καὶ ταῖς ἀτάκτοις προσβολαῖς τῶν ῥευμάτων,
Ὅλην ἑαυτὴν, οἷα μαινὰς ἀγρία,
Τῇ γῇ περικρούσασα, καὶ θυμουμένη,
Θρασύνεται μὲν, καὶ πλατύνει τὸ στόμα,
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ τὸν ἀφρὸν ἐκπτύει,
Καὶ συμπέφυρται πρὸς τὰ χείλη τῷ σάλῳ·
Κρουνοὺς δὲ πολλῶν ἐκπιοῦσα ῥευμάτων,
Ἄπεπτον ἅλμην ἐκ βάθους ἐρεύγεται.
Τῇ πλησμονῇ δὲ τῆς μέθης ταράττεται,
Ῥῆξαι τε τὰς κλεῖς, καὶ διαδρᾶσαι θέλει·
Ἀνθέλκεται δὲ, καὶ φοβεῖται, καὶ μένει,
Καὶ τὰς ἐνύδρους οὐ παρέρχεται θύρας,
Ἀλλ' εἰς ἑαυτὴν ὑπτίως ἀνατρέχει,
Ὡς οἷα δούλη τῶν τριχῶν κρατουμένη.
Μαστίζεται γὰρ συμφερόντως ἡ κτίσις,
Ὅπως ἀπληγοὶ σωφρονισθῶμεν φόβῳ,
Φειδοῖ προνοίας τοῦ τεχνίτου τῶν ὅλων,
Καὶ συσταλῶμεν, ὡς φοβήτρῳ παιδία,
Ἢ καὶ τὰ μικρὰ τῶν κυνῶν τετυμμένα,
Τὸ τῶν λεόντων σωφρονίζουσι θράσος.
Ὦ μέχρι παντὸς ἐνδιδοὺς ὑπερθέσεις
Τὰς ἐκπροθέσμους τῶν χρεῶν προθεσμίας·
Ὁδοστατῶν δὲ τὴν ἁμαρτίαν φόβῳ,
Βίας τε ποιῶν εἰς τὸ σῶσαι τὸν βίον,

Καὶ

Quis maximum hunc caeli ambitum circumſpicit, Caeli, & ſiderum converſiones, atque affectiones variae.
Rapidiſſimam converſionemque illius,
Tum ſiderum quaeque ampliora lumina,
Cum nunc ad Aquilonem, iam ad Auſtralem plagam,
Excurſione aut tranſitu flectunt iter:
Aut aëris perfuſi abyſſum maximam, Zonae.
Hic frigore gelidam, calore hic torridam,
Incurſionibus, & coactis ſubditam,
Eſſentiam immutabilem animo cogitans:
Quod ſemper immutatur, haud ſervum aeſtimet?
Quis grandinem, aut aeſtum, vel atrum nubilum, Venti, grando, nubes, fulmen, pluviae, terraemotus.
Igneſque iaculatos, favillamque madidam,
Terram trementem, mox remiſſamve intuens,
Ignoret eſſe ſubditum tam agitabile?
Quis tot procellis concitum mare aſpicit, Mare.
Nec cernit illud, more fugitivi viri,
Extra refugiens, ac retentum intra alveum?
Hoc, ſaepius fervore aduſtum frigido,
Ac turbulentis fluctuum concurſibus,
Quaſi Maenas inſana, & furens, toto impetu
Circumfluum allidit ſolo, iraque aeſtuans,
Audentius dilatat os, vaſti aequoris,
Et miſcet undas murmure, & ſpumam exſpuit,
Labriſque circum funditur viridi ſalo:
Ac fluminum pleraſque ſcatebras hauriens,
Salſuginem crudam e profundo proiicit:
Turbatum at ingluvie ſuae temulentiae
Effringere obices tentat, atque excurrere:
Sed truditur, ſiſtitque perculſum metu,
Nec uda vero tranſit undarum oſtia.
At labitur retro ſupinis fluctibus,
Ut famula, quae ſuis retrahitur crinibus:
Siquidem eſt coercitio creaturae utilis,
Quo verberibus abſque inſtruamur territi:
(Quae providentiae venia opificis Dei eſt)
Et cohibeamur, pueri ut a larva ſolent,
Seu verberati parvuli flagro canes,
Audaciam feram leonum comprimunt.
Tu das moras longiſſimas ad debiti Dei miſericordia.
Solutionem praeſtituto tempori:
Obſiſtis omni crimine formidine:
Incolumis ut ſit vita. vim fieri ſinis:

Nec

---

bere curſum non deprehendat; unde fit nuncius noctis, & propheta diei? Quis hoc maximum caelum videns, & quam habet continui motus vehementiam; necnon aſtra, quae ſunt ceteris longe maiora, nunc tamen ad Boream, & nunc ad Auſtrum vel excurrendo, vel tranſeundo iter deflectere ſentiens; & hanc circumfuſi aëris abyſsum modo frigefactam, & modo ignitam, necnon tot vehementes affectiones in ſeipſa pati coactam, cognoſcens; quis haec, inquam, videns, animoque immutabilem eſſentiam recogitans, Deo ſervam creaturam, quae ſemper mutatur, non eſse arbitrabitur? Quis caeli procellas, quis grandinem, & nubium caliginem, ignemque deorſum adactum, & humidas ſcintillas, necnon terram trementem, & claudicantem videns, adeo exagitatam creaturam Deo eſse ſervam non noverit? Quis maris inſtabilitatem cum viderit, ipſum fugitivo ſervo, extra fugienti, & intus retento, ſimilem eſse non intelligat? Saepe enim frigido fervore fervens, & tumultuoſo undarum impetu percitum, totum ſe, velut inſana Maenas, terrae circumallidit, ipſamque furens quatit, turgetque audacter, & os dilatat, altumque mugit, & ſpumam exſpuens uſque ad labra ſe aſpergit ſalo: cumque decurrentes multorum fluminum rivos ebiberit, ex imo ventre crudos adhuc ſuos ſalſos fluctus eructat; ſed nimia ingluvie, & temulentia laborans turbatur, & claustra tentat effringere, atque evadere: verum retrahitur, terreturque, & manet, neque ultra aquarum portas progreditur, ſed in ſeipſum inverſum, reſupinumque relabitur, tamquam ſerva comis retracta. Ita ad maximam utilitatem noſtram creatura caeditur, ac flagellatur, ut nos a verberibus immunes, quae quidem omnium opificis eſt venia, & providentia, ſolo corrigamur timore, & ut pueri ſolent, terriculamentis coerceamur: quemadmodum catuli tenelli flagris caeſi leonum audaciam conterunt.

407. Tu ultra praeſtitutam ſolvendis debitis diem das moras longiſſimas: tu metum incutiens obſiſtis peccatis: tu vim propemodum facis, ut ſervetur vita, nec ſtatim iudicas, ubi nos erraſſe contingat. Interea caeditur creatura,

Καὶ μὴ δικάζειν συντόμως, ὁπηνίκα
Σφαλῶμεν ἡμεῖς. ἡ κτίσις δὲ τύπτεται,
Πειρᾷ τε πάγχυ τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων,
Ἀλλοτρίῳ μώλωπι τραυματισμένη.
Ὡς ἐν μετάρσει λοιμικῆς ἀρρωστίας
Ἄλλων ἐχόντων τὴν τομὴν τῶν τραυμάτων
Ὁ τοῦ πάθους κίνδυνος εἰς ἄλλους τρέχει.
Καὶ γίνομαι νῦν τῶν φρενῶν ἐν ἐκστάσει,
Πῶς ὁ κριτὴς δίκαια θεσπίζων ὅλοις,
Προσωποληπτεῖ, καὶ φιλανθρώπῳ κρίσει,
Ἄλλου σφαλέντος, ἄλλον ἕλκει πρὸς δίκην.
Καὶ πῶς ὁ κρίνων τοῖς δικάζουσι κρίσιν,
Ἢ δῶρα λαμβάνοντο ἐγκαλῶν μέγα,
Αὐτὸς δὲ δῶρα λαμβάνειν ἐπείγεται,
Πτωχοὺς ὑπουργοὺς ἀξιοχρέους ἔχων·
(Ὡς εἴ τις εἴποι πιστικοὺς δομεστίκους·)
Ἐξ ὧν ἀπαιτεῖ καὶ προδοῦναι τὴν δίκην.
Στέργει δ' αὐτούς, μὴ φοβούμενος ψόγον·
Καὶ λαμβάνει θέλημα χρυσίου πλέον·
Ἄρτῳ δὲ μικρῷ τοὺς νόμους βιάζεται·
Ὑφέλκεται δὲ καὶ στεναγμοῖς, εἰ λάβοι·
Ψυχρῷ δὲ πεισθεὶς θέλγεται ποτηρίῳ.
Καὶ λῆμμα θερμὸν δακρύων πορίζεται·
Καὶ μέχρι λεπτοῦ πολλάκις κατέρχεται,
Ζητῶν ἀφορμὴν εἰς τὸ κλέψαι τὴν δίκην.
Σχίζει δὲ πολλὰς συγγραφὰς ὑπευθύνους,
Τόμους δὲ σαθροῖ μυρίων χειρογράφων,
Τοῖς ἀφιεμένοις δαψιλῶς ὑπογράφει,
Τὰς ὑποθήκας, καίπερ οὔσας ἐνδίκους,
Γοργῶς ἀκυροῖ, καὶ χαράττει συντόμως,
Αὐτὸς κατ' αὐτόν, ὡς θέλει, ψηφίζεται·
Νόμους σαλεύει, μὴ φοβούμενος νόμους·
Λύει τὰ δεσμὰ τῶν ὑπευθύνων ὅλων·
Λῃστὰς δικαιοῖ, σπένδεται κατακρίτοις·
Πόρναις ὁμιλεῖ, τοῖς τελώναις συμμίγει·
Εἰ δὲ προσκύψῃ ψαλμὸν ἐκ Δαβὶδ μάθοι,
Εἴωθε ποιεῖν καὶ φονεῖς ἀναιτίους,
Καὶ ἐκλύτους τῶν κακῶν ἐγκλημάτων,
Εἰ καὶ παρανόμους, ἐννόμους ὁρίζεται·
Οὐκ ἐν βαφῇ γὰρ ὁ κριτὴς μελανοδόχου,
Ἀλλ' αἱματώσας τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους,
Βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει.
Ὦ τόξα τείνων εἰς τὸ πλῆξαι πολλάκις,
Περικρατεῖς δὲ τὴν βολὴν ὑπηργμένην·

Τοῦ

Nec iudicas rigide, quibuſcumque accidit
Errare nos horis: opus ſed conditum
Patitur, meorum & criminum poenas luit.
Dum vulneratur vulnere alieno gravi:
Ut peſtilentis cum viget morbi lues,
Quamvis in aliis ulcerum eſt ſummus dolor,
Contagio graſſatur eadem ad ceteros.
Nunc rapior extra me, ſtupetque mens mihi,
Uti ille iudex, qui ſtatuit aequa omnibus,
Acceptor eſt perſonae, & hominum gratia,
Cum peccet unus, plectat alium eius loco:
Quove is modo, qui iudicantes iudicat,
Acerrimeque punit avidos munerum,
Feſtinet ipſe oblata dona ſumere,
Cui creditores ſunt miniſtri pauperes,
(Ut quis domeſticos fideles dixerit:)
Poſcitque ut illi iuſque faſque negligant:
Exſultat inde, nec veretur dedecus:
Auro voluntatem aeſtimat contra bonam:
Paniſque fruſto legibus vim infert ſuis:
Attrahitur & ſuſpiriis, ſi acceperit:
Lenitur undae frigidoque poculo:
Vectigal etiam lacrimae calidae capit:
Perſaepe ad uſque rem puſillam devenit,
Occaſionem, fallat ut ius, quaeritans:
Pleraſque ſcindit ſyngraphas obnoxias:
Chirographorum mille confundit tomos:
Et liberatis cautionem amplam notat,
Iuſtiſſimorum pacta certa pignorum
Facit irrita illico, notatque ſedulo,
Ac ipſe per ſe ſtatuit ut decreta vult:
Infringit ac leges, timere quas nequit:
Et omnium ſolvit reorum vincula:
Fureſque iuſtificat, placidus eſt impiis:
Scorta alloquitur, & publicanos diligit:
Quin Davidis ſi concini hymnos audiat,
Puros & inſontes, vel homicidas facit:
Idemque diluit nefanda crimina:
Conſtituit improbos probos inter viros:
Non atro enim liquore iudex maximus,
Cruore tingens at ſuos digitos rubro,
Exarat iſto regias notas modo.
Tu intendis arcum ſaepe, quo ferias malos,
Aſt impetum teli volantis ſuſtines:

Nam

Operum miſericordiae vis maxima.

Pauperes quam Deo cari.

Dei patientia erga peccatores.

---

ta, meorumque criminum poenas luit ex alieno vulnere ſauciata; ut fit, cum ſerpit peſtilentia; aliis quidem ſecantur ulcera, & in alios tranſit morbi periculum.

418. Atque hic mens ſtupet mihi, quomodo iudex, qui iuſta in omnibus decernit, perſonarum eſt acceptor, & pro ſuae miſericordiae modulo, cum unus peccet, alterum trahat ad poenam! & quomodo qui iudicat iudicantes iuſtitiam, improbatque acriter accipientes munera, ipſe tamen ad dona accipienda adducitur, habetque pro miniſtris ſatis idoneis pauperes, ut recte quis eos fideles illius domeſticos appellet, a quibus expetit, ut vel ipſam iuſtitiam prodant! Gaudet in ipſis, nec vituperari timet. At vero voluntatem magis quam aurum accipit, & pro parvo pane vim infert legibus; quin etiam ſuſpiriis trahitur, ſi velit accipere; & aquae frigidae poculo, ſi ei placuerit demulcetur; nec calidae lacrimae munus reſpuit, & ad res viliſſimas plerumque deſcendit, quaerens occaſionem, ut ſe iuſtitiae ſubducat. Multas autem ſcindit condemnationis ſyngraphas, & mille chirographorum volumina ſinit marceſcere; quibus autem dimittit, liberaliter ſubſcribit. Hypothecas quamvis iuſtiſſimas auctoritate ſua facit irritas, & ſtatim reſcribit; ac prout vult ipſe per ſe ſolus decernit. Leges infringit, nec timet leges. Eorum omnium, qui peccatis ſunt obnoxii, vincula ſolvit, iuſtificat latrones, pro damnatis offertur, meretrices alloquitur, cum publicanis diverſatur, ac ſiquis, quod in Pſalmo Davidis ſcriptum eſt, intelligat, ſolet etiam homicidas facere inſontes, & liberare ab omni horrendo crimine, atque ex ipſis legum violatoribus facere iuſtos. Non enim ille iudex utitur atramento, ſed ſuos cruentans digitos rubro colore, ut Imperatorum mos eſt, ſubſcribit.

455. Tu

Τοῦ γὰρ βέλους μὲν εὐθετίζεις τὴν τάσιν,
Ἀργὸς δὲ γίνῃ πρὸς τὸ βάλλειν τοξότης·
Καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντείνας, πάλιν
Χαλᾷς τὸ κέντρον, καὶ μεθέλκεις τὸν τόνον,
Καὶ τῇ δοκήσει σχηματίζεις τὸν φόβον,
Καὶ τῆς ἀπειλῆς ζωγραφεῖς τὴν εἰκόνα·
Ἕως φοβηθεὶς πρὸς τὸ πλῆκτρον ὁ βλέπων
Κλίνῃ τὰ νῶτα, καὶ προκύψας εἰς γόνυ,
Καὶ τῷ φόβῳ τὸ σῶμα συστείλας ὅλον,
Φύγῃ τὸ τραῦμα τῆς βολῆς κινουμένης·
Εἰ μὲν δοκεῖ γὰρ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπειν,
Ἑτοιμότερον γίνεται τῷ τοξότῃ.
Εἰ δ' αὖ μεταστῇ τοῦ κακοῦ μεταιχμίου,
(Μεταίχμιον δὲ τῆς μάχης ἁμαρτία)
Παρατρέπει τὸ πλῆκτρον εἰς τοὐναντίον.
Θέλει γὰρ οὕτως ἀστοχεῖν ὁ τοξότης·
Καὶ πλάττεται μὲν τῷ δοκεῖν τὸν ὀργίλον,
Ἅπαξ δὲ πλήττει, καὶ παραινεῖ πολλάκις,
Φόβοις, ἀπειλαῖς, ἐντροπαῖς, ἐνυπνίοις·
Στοργῇ κολάζων· δεῖ γὰρ εἶναι τῇ φύσει
Καὶ τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ σωτηρίαν,
Ὃς πρὸς τὸ σώζειν μηχανᾶται ποικίλα,
Καὶ ψυχοκερδὴς γίνεται πλουτοκράτης,
Καὶ τοῖς λαβεῖν θέλουσιν, οὐρανοπράτης·
Καὶ μαργαρίτας εὐδοκεῖ προτιθέναι,
Οὓς οὐκ ἀπωστράκωσαν Ἰνδικοὶ σάλοι,
Ἀλλ' αἱ πενιχραὶ τοῦ βίου περιστάσεις.
» Πτωχοὺς ἔχοντας οὐσίαν κεκρυμμένην·
» Τιμῆς πενιχρᾶς· πλὴν ἀποκρότους ὅλους·
» Ὑπὲρ δὲ τὸν σμάραγδον ἐξηλβωμένους·
» Προὔθηκε τοῖς θέλουσιν ὀρφανὰ βρέφη,
» Γέροντας ἄλλους, καὶ νοσοῦντας, καὶ ξένους,
» Καὶ πορφύραν, καὶ βύσσον ἐστολισμένους
» Εἰς ἀγγέλους δὲ προξενοῦντας ἀξίας.
Φρικτοὺς δὲ σοὶ δείκνυσιν ἄνθρακας λάλους.
Εἴπερ λαλοῦσιν ὄντες ἠνθρακωμένοι·
Στικτοὺς, ἐρυθροὺς, ὡς τὸ πῦρ ἐξημμένους,
Τὸ φῶς ὑπαυγάζοντας ἐκ τῶν τραυμάτων·
Τιμῆς βραχείας, τοὺς ὑπερτίμους λίθους,
Ὅλους ἑτοίμους εἰς προσθήκην στεμμάτων.
Ὧν αἱ τακεῖσαι τῶν μελῶν ἀναβράσεις
Στίλβουσι μᾶλλον, ἢ τὸ πῦρ ἐξ ἀνθράκων,
Εἰς

Nam intenſionem dum paras arcus tuî,
Tardus ſagittarius es, ubi iactu eſt opus.
Rurſus frequenter tendis arcus cornua,
Tum ſpiculum laxas, retrahis & miſſile:
Opinione inſers ſupervacuos metus,
Minitationis exprimiſque imaginem:
Donec metu exanimatus hoc telum videns,
Sua terga vertat, provolutus ad genu,
Ac prae timore comprimens artus ſuos,
Declinet ictum concitatae cuſpidis.
Adverſa nam tela intueri ſi lubet,
Paratus ad vulnus ſagittifero tum erit:
Sive catus a media receſſerit via,
(Peccatum at interſtitium habetur praelii)
Avertit in contrarium iaculum leve.
Nam ſponte is arcipotens aberrat a ſcopo,
Ac ſimulat, ut credatur ira concitus:
Sed percutit ſemel, monetque ſaepius
Terroribus, minis, pudore, inſomniis:
Amore caſtigans, minas etenim Dei
Par eſt ſalubres eſſe natura ſua:
Dum multa molitur ſalutem ut conferat,
Lucrator animorum, ac opum fit venditor,
Venditque caelum comparare optantibus.
Quin margaritas huic placet proponere,
Non quas procellae concreant concha Indicae, Divitiae, quibus caelum comparatur.
Anguſta vitae ſed ferunt pericula.
» Inopes, habentes abſconditam ſubſtantiam,
» Viles lapillos, & tamen duriſſimos,
» Magis nitentes, vel ſmaragdo lucido:
» Ipſe orphanos exponit, & volentibus
» Praefert ſenes, aegroſque, praefert hoſpites,
» Quique induuntur purpura, & byſſo ſimul,
» Et Angelorum ad dignitatem evehunt.
Truces, loquaceſque indicat carbunculos.
(Siquidem loquuntur, igne cum ſint torridi)
Punctis rubentes, igneos, ac flammeos,
Lumine cicatricum micantes aureo:
Pretii lapillos parvi, & immenſi tamen
Plane paratos ad corollarum decus:
Queis tabidi artus, aeſtibuſque fervidi
Multo magis quam flamma prunarum nitent,
Re-

455. Tu ſaepe arcum tendis, ut ferias, & iam adactum retines telum; nam iaculum quidem verum in iaciendo ſis tardus ſagittarius: nec ſemel illud evenit, ut arcum intendas, ac deinde relaxes ſpiculum; tenſamque chordam remittas, & ſpecie tantum terrorem incutias, minarumque praeferas tantummodo imaginem: ut qui paratum videt ſpiculum, ſua terga inclinet exterritus, & procidat in genua, totoque prae metu contracto corpore imminentis ictus vulnus evitet. Si enim contra ſagittas adhuc intueri praeſumpſerit, ſagittarii vulneribus ſtatim fiet obnoxius: verum ſi ab iniquitatis medio diſceſſerit (quippe medium pugnae eſt peccatum) alibi convertit iaculum ſagittarius. Vult enim ipſe a ſcopo aberrare, & quamvis ſe ſpecie iratum ſimulet, vix ſemel ferit, ac ſaepius monet, qua terrens, minitanſque, qua pudore nos ſuffundens, & inſomniis exagitans, amore nos puniens. Oportet enim, ut ipſa Dei comminatio ſua natura ſalutarem praeſtet effectum, cum tot tamque varias ille teneat ad ſervandos homines vias, & tot divitias diſpenſet, ut fiat lucrator animarum, & iis, qui volunt accipere, libenter caelum divendat. Bonum quippe ducit margaritas proponere, non quae Indicos inter ſcopulos teſtis obductae generantur, ſed quae ex vitae triſtibus calamitatibus conflantur, pauperes ſcilicet habentes abſconditas divitias, parvi ut quidem videtur pretii lapillos, ſed tamen duriſſimos, nitidioreſque ſmaragdis: idem iis omnibus, qui harum rerum cupidi ſunt, etiam proponit pupillos, & orphanos, ſenes, infirmos, & hoſpites, necnon eos, qui purpurea, & byſſina ſtola induti ad Angelorum dignitatem ceteros adducunt. Atque illic tibi oſtendit ignitos, loquaceſque carbunculos (vere enim loquuntur, cum ſunt accenſi) inter diſtinctos punctis, rubentes, & aeque ac ignis ardentes, lucemque emittentes ex vulneribus; parvi quidem ut videtur pretii lapillos, & tamen inaeſtimabiles, qui omnes ornandis coronis ſunt deſtinati, quique ex liquatis, & aduſtis artubus, in conſpectu regni ſemper viventium thronorum plus nitent, quam ignis ex carbonibus: eo quod ſibi exſcindi, amputarique mortalia non timuerint, & tyranni audaciam non expalluerint.

Εἰς βασιλείαν τῶν ἀειζώων θρόνων,
Τῶν μήτε θνητῶν ἐκκοπὴν δεδοικότων,
Μήτε θρασὺν τύραννον ἐπτοημένων.
Ὦ τῆς σοφῆς μάστιγος· ὦ πλούτου βάθος·
Ὦ χρηστότης ἄπληστος· ἐξ ἑνὸς φόβου,
Τοὺς μὲν καθαίρει, καὶ πρὸ καιροῦ τῆς δίκης
Καθαρτικὸν πῦρ ἐμβαλοῦσα, τὴν νόσον·
Ἡμᾶς δὲ νύττει συμφορᾷ διδασκάλῳ,
Καὶ μισθὸν ἡμῖν ἐκ νόσου τεχνάζεται·
Καὶ τὴν δοκοῦσαν τοῦ βίου τιμωρίαν,
Κοινὴν ἀφορμὴν ἐκτελεῖ σωτηρίας.
Ὦ γῆς ὑποστήριγμα τορνεύων ὕδωρ,
Ἰσῶν δὲ τὴν βρίθουσαν ἀστάτῳ βάσει·
Ἢ βάθρον αὐτῇ προχέων τὸν ἀέρα·
Οὐκ οἶδα ποίαν ἑδράζων ἄλλην βάσιν,
Ποῖον δὲ ταύτῃ δημιουργῶν πυθμένα,
Ὡς μὴ δεηθῇ τοῦ μετ' αὐτὸν πυθμένος.
Σειραῖς δὲ μᾶλλον ἠγνοημέναις ὅλοις,
Ποιῶν κρεμαστὴν τὴν πάνορμον ὁλκάδα·
Ἡ γῆ γὰρ ὁλκάς ἐστιν εἰς ὕδωρ τάχα,
Ἑστῶσα, καὶ φέρουσα τὴν οἰκουμένην·
Ψάμμον δὲ τεῖχος τῇ θαλάσσῃ συλλέγων,
Καὶ λεπτὸν ἀντίφραγμα τῇ ζάλῃ πλέκων·
Κτίζων δὲ βροντήν, ἀστραπῇ δὲ θεσπίσας,
Ἐκ τῶν ἐνύγρων ἐκτρέχειν πυρεκβόλων·
Ὦ τὰς ἀτμώδεις οὐσίας θησαυρίσας,
Ἐκ τῶν ἀδήλων, ὡς ἐπίστασαι, πόρων·
Αὖθις δὲ ταύτας ἐκχέων ἐν Ἐξόδῳ,
Ὅταν χαρίζῃ τὰς πνοὰς τοῖς οἰκέταις.
Ὦ τοῦ κεραυνοῦ τὴν ὁδὸν περιτρέπων,
Ἀναστρέφων δὲ τὴν ἄνω φορὰν κάτω,
Χέων δὲ τὴν ἄβυσσον ἐκ βάθους ἄνω,
Ὅταν προβάλλῃ σοὺς ἀναγκαίους φόβους,
Καὶ τῷ φόβῳ δρᾷς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας.
Ὦ πῦρ φλογίζον τῇ χαλάζῃ συμπλέκων,
Ὅταν ξενουργοῖς συμφορὰς Αἰγυπτίοις·
Καὶ μήτε πυρσοῖς ἐξατμίζων τὴν δρόσον,
Μήτ' αὖ γε τεφρῶν τῇ χαλάζῃ τὴν φλόγα·
Ἀλλ' ὡς βραβευτής, καὶ σταθμίζων τὴν πάλην,
Καὶ σύνθημα πέμπων, καὶ μεσάζων τὴν μάχην.
Ὦ τὰς ἐπάλξεις τῶν νεφῶν, καὶ σοὺς λόφους
Κρεμῶν ἐν ὕψει, καὶ μεθέλκων ἐν βάθει·
Καὶ πῆ μὲν ἐκ γῆς, εἰ θέλεις, μετάρσιον
Ὕδωρ

Regnum ad Thronorum perpetim viventium,
Ubi confident, qui tempſerint mortalia,
Vultum tyranni nec feri trepidaverint.
Prudens flagellum, immenſitas o copiae!
Bonitas inexhauſta! unica ex formidine
Hos purgat, atque tempus ante Iudicii
In morbum, ut ignem in expiantem, coniicit:
Caſtigat at nos hoc magiſtro miſeriae.
Mercedem, & ex morbi dolore praeparat:
Si quae putatur mulcta vitae, poenaque,
Ut cauſſa ſit, praeſtat, ſalutis publicae.
Fundamen undas tu rotundaſti Soli,
Variabili at fulcro gravatum ſuſtines:
Et fundis in firmaminis locum aëra,
Aut me latet quamnam alteram ſtatuas baſim,
Qualimve fundum moliaris ponderi,
Ut non opus ſit praeter hoc fundo altero.
Vel potius ignotis catenis penſilem,
Reddis vehendis commodam navem omnibus.
Nam navis eſt Tellus, ſupernatans aquis,
Et ſtans, & orbis domicilia ſecum evehens.
Ripis arenam congregas, muros Maris,
Obſtaculum infirmum, procellis dans ſali.
Tonitru creas, clarumque ſtatuis fulgetrum,
Fontibus ignis humidis excurrere.
Tu flaminum condis leves eſſentias,
Et promis ex abſconditis meatibus:
Effundis auras rurſus, ut docet Exodus,
Illas miniſtris largiens ultro tuis.
Curſum retorques fulminis in aliam plagam,
Surſumque tendentem impetum deorſum trahis.
Extollis a profundo abyſſum alta ad loca:
Quando ubi neceſſe eſt territas pavoribus
Flagitium ut omne comprimas formidine.
Tu grandini perfundis ignem flammeum,
Dum Aegyptiis clades novas das cladibus:
Nec facibus exhauris vaporem roſcidum,
Nec grandinis vi torridam flammam obruis:
Sed ut arbiter pugnae, vices qui temperat,
Et pacis idem medius, & certaminis.
Tu nubium turres, & altos aggeres
Appendis in ſublimi, & infra deiicis:
Nunc ſi velis, tellure ab infima trahis
Excel-

Per tribulationes peccata expiantur.

Terrae baſis.

Arenae maris.

Tonitrua, & fulgura.

Ventorum cauſſae ignotae.

Fulmina.

Grando.

Nubes, & pluviae.

---

fuerint. O ſapiens flagellum! o divitiarum abyſſus! o bonitas inexhauſta! quae ſolo timore huiuſmodi fortes viros emundat, ante ipſum tempus iudicii morbum in illos, quaſi expiantem ignem immittens; nos vero calamitate magiſtra percutiens excitat, & ex infirmitate mercedem nobis adornat; atque ita praeſtat, ut quae videtur eſſe poena vitae, fiat communis ſalutis occaſio!

508. Tu aquam ad terrae ſuſtentaculum circum tornaſti; terram enim, quamvis ſit gravis, ſupra hanc inſtabilem baſim fundaſti, vel aerem ipſi pro fundamine circumaffudiſti. Equidem neſcio quam aliam ei ſtatueris baſim, quodve aliud fundamentum ipſi affinxeris, ut alio non indigeat praeter hoc ipſum fundamento; niſi potius ignotis catenis circumundique appenſam late portuoſam navim ipſam eſſe volueris. Terra enim fortaſſe navis eſt innatans aquis, quae quidem ſtet, & dorſo geſtet orbem univerſum.

518. Tu arenam inſtar muri congregas in mari, atque huiuſmodi leve ſepimentum contra procellas opponis. Tu creas tonitru, tu fulgetrae das leges, ut ex ignivomis vaporibus erumpens excurrat. Tu ventorum eſſentias ex occultis nobis meatibus, quos ipſe bene noſti, in unum theſaurum congregas, ac poſtea, ut eſt in Exodo, effundis ipſas, cum tuis vis famulis ventorum gratiam elargiri. Tu per incertum iter circumagis fulmen; tu quae ſurſum efferuntur, deprimis deorſum, & ea, quae ſunt deorſum, attenuata ſurſum attollis, quando terrores inicis ad ſalutem neceſſarios, & facis, ut metu exſcindatur peccatum. Tu ignem ardentem commiſces grandini; quando novas calamitates vis parere Aegyptiis: nec tamen igne humiditatem abſumi, aut grandine flammam extingui permittis; ſed tamquam arbiter, & moderator certaminis, & ſignum das tuba, & certamen dirimis. Tu nubium turres, & pro-

 pugna-

Ὕδωρ ἀνέλκων, τῇ δὲ διψώσαν πάλιν
Τὴν γῆν ποτίζων, καὶ δροσίζων εὐθέτως
Τὴν ξηρότητα ταῖς ἐνύγροις ἰκμάσι·
Μήπως ὑποκλάσασα τῇ ξηρᾷ ζέσει
Στεῖρα προέλθη πρὸς γονὴν τῶν σπερμάτων.
Σὺ τὰς ῥεύσας, ὡς κελεύεις, ἐκχύσεις,
Ποιεῖς ὁμοίας τοῖς ἀποσκλήροις λίθοις,
Ἃς οὔτε χειμὼν, οὔτε καύματος ζέσις,
Εἴργει τυπῶσαι πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον·
Πῆ μὲν γὰρ αὐτὰς, οἷα πετραίας πάγας,
Χειμὼν ἀπεσκλήρωσε, πῆ δὲ καὶ θέρος
Στερρὰς ἀφῆκε τῆς χαλάζης τῶν λίθους.
Τίς τὰς ἀφορμὰς τῶν ἀποῤῥήτων λόγων,
Ταύτης ἀπηκρίβωσε τῆς λιθουργίας;
Ποῖον θρασυνθὲν τὸ Σταγειρίτου στόμα
Τοὺς τῆς χαλάζης ἐξερεύγεται λόγους;
Ὡς ἥλιος μὲν ὑγρὸν ἁρπάσας πάχος,
Καὶ πρὸς τὰ κοῖλα τῶν νεφῶν ὀρύγματα
Τὴν ψῦξιν ἐνθεὶς, καὶ περιστείλας ὅλην
Τῆς ψυχρότητος ἐν βάθει τὴν ἰκμάδα
Λιθοῖ τὸ χαῦνον, καὶ παχύνει τὴν φύσιν,
Κἀντεῦθεν ἡ χάλαζα μαρμαρουμένη
Δίκην κυλίνδρων χεῖται λιθοδρόμων.
Ὁ δ᾽ αὖγε χειμὼν ψυχρότητος ἐκτάσει,
Νάρκωσιν ἐνθεὶς τῆς ῥοῆς τῇ συστάσει,
Χεῖσθαι μὲν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ χαυνουμένην,
Σφίγγων δὲ καὶ στῶν δείκνυσι πεπηγμένην.
Ὢ συλλογισμῶν εὐόλισθα κύματα·
Καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἀθυρμάτων,
Τὰ λεπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην.
Ὢ πομφόλυξ σφύζουσα καὶ φυσωμένη,
Καὶ πνευματοῦσα τῶν ἐνογκώδεις λόγους,
Ἣν ὡς ἄβαθρον καὶ διάῤῥυτον κτίσιν,
Ψεκὰς συνιστᾷ, καὶ σταγὼν ἀνατρέπει.
Εἰ συστρέφει γὰρ τῶν πάγους ἡ ψυχρότης,
Καὶ ταῦτα ποιεῖ τοῦ θέρους ἡ θερμότης·
Πόθεν συνῆλθον εἰς συνεργίαν μίαν,
Ἐναντίως ἔχοντες ἐργάται δύο;
Ποῖαι δὲ χῶναι, καὶ χύλιστραι, καὶ στρόφοι,
Τὴν ψῦξιν ἐσφαίρωσαν εἰς ῥυτὴν λίθον;
Πόθεν δὲ καὶ φλὸξ τῇ βροχῇ μεμιγμένη,
Καὶ ταῖς φιλέχθροις συστροφαῖς εἰλημένη,

Ἄλωσιν

Excelſam aquam : nunc aridam terram rigas
Humore largo, commodis valde imbribus :
Ut ſiccitas undis liqueſcit humidis,
Ne ardore fracta, & ſterilis illa reddita,
Ad ſeminum conceptionem prodeat.
Tu, cum imperas, effuſiones imbrium
Pares ſilicibus efficis duriſſimis,
Quas nulla hiems, nec fervor aeſtus maximi
Fingi vetat nutum ad voluntatis tuae :
Nam mox aquas, ut gelida ſaxa frigore
Ignava bruma indurat; aeſtas at modo
Lapides rigentes grandinis iacit horridae.
Cauſſas ſacrorum oraculorum rite quis
Examinavit in hoc opere lapidario?
Audacius quale os Stagiritae ſophi
De grandinis vi orationis evomit?
Ut Sol vaporem ad ſe humidum cum traxerit,
Et concavis in nubium meatibus
Frigus pruinoſum inferens, totam obtegit
Rigoris expirationem in infimo
In ſaxa mollem vertit, induratque rem :
Hinc grando rigidi marmoris vires habens
Diffunditur veluti cylindri ſaxei.
Iam frigoris contenſione hiems fera
Torpore fluminis indito compagini,
Non rarefactum fluere tunc illud ſinit,
At contrahens, ſtringenſque concretum indicat.
O ſyllogiſmorum vagos fluctus nimis!
Structura inanis ludicrorum infantium,
Dum colligunt paleas, ut aedificent caſas!
O bulla ſaliens, & tumore turgida,
Quae ſpiritu ampullata verba inflat levi:
Hanc veluti rem fragilem, caducamque illico
Effingit una ſtilla, guttaque diſiicit!
Si frigus aſtringit gelata haec marmora,
Idemque ſiccae praeſtat aeſtatis calor,
Quaeſo unde ad unicam actionem diſpares,
Ac ſibi repugnantes opifices currerent?
Quae infundibula, quae machinae verſatiles
Frigus rotundarent in udum ſcrupulum?
Et unde flamma mixta madidis imbribus,
Atque involucris acta tam diſcordibus,

Non

Aqua Dei nutu in grandinem convertitur.

Ariſtotelis de grandinis generatione ſententia refellitur.

Aeſtatis, & hiemis tempore grandines cur generentur, male [illegible] Ariſtoteles.

pugnacula, ut vis, in altum ſuſpendis, & infra ſubmittis; & nunc, ſi tibi placet, aquam adtrahis ſurſum, nunc vero ſitientem terram irrigas, & opportune, quaſi rore immiſſo temperas humoribus ſiccitatem : ne aeſtu intus conſumpta ſterilis tandem gignendis ſeminibus evadat.

545. Tu defluentium imbrium effuſiones, ſi iuſſeris, duris lapidibus ſimiles facis : cum nec hiems, nec aeſtatis fervor queat cohibere, ne ad tuae voluntatis nutum efformentur : modo enim imbres ipſos, ut lapideos globos indurat hiems, modo vero etiam aeſtas rigentis grandinis ſaxa iaculatur. Quis unquam lapidarium hoc opus tam bene perpendit, ut arcanae doctrinae ſenſum ſit aſſecutus? Quam confidenter Stagirita ſuum os adaperit, & de grandine ſermones eructat? Ait enim, Solem humidis attractis moleculis, & in cavis nubium receſſibus iniecto frigore, tanta intus incluſum vaporem frigiditate comprimere, ut quod natura eſt fluxum, lapideſcat, & fiat durum : tum vero grandinem marmoream factam in lapideos per aerem excurrentes cylindros diffundi : ac poſtea hiemem ſui frigoris intenſione torporem quemdam concretae grandini, dum ea labitur, immittere, nec ſinere, ut diffluat, ac diſſolvatur; quinimo tam arcte conſtringere, atque hinc inde trahere, ut compacta videatur. O vagos ſyllogiſmorum fluctus! & debile aedificium ludentium puerorum, qui leves paleas ad caſas aedificandas colligunt! O bulla levis, & flatu diſtenta, tumidos ſermones, & ampullas proiciens, quae tamen, cum res ſit infirma, & fluxa, ſicuti ſtilla conflatur, gutta etiam deſtruitur! Si enim frigoris vis concretiones grandinis adſtringit, atque contorquet, idemque praeſtat aeſtivus calor, quinam fit, ut in unum opus concurrant ſibi ex adverſo oppoſiti artifices duo? Quae autem ſunt fuſoriae, quae ad liquandum aptae machinae, aut qui torni frigidam materiam in ſphaerae formam rotundant, atque in fuſiles lapides convertunt? Unde fit, ut flamma humido immixta, & contrariis inter ſe viribus contorta excidium non patiatur, cum haec duo invicem ſe deſtruant? At vero ſi forte ille Stagirita acti ſuae mentis acie,

ſubti-

Ἀλώσεως ὀ πέπονθεν ἀλληλοφθόρον;
Εἰ δ' αὖθις ἢ τὸν ὀξυκίνητον στρέφων,
Ἢ πνεῦμα λεπτὸν εἰς ἀνάπτυξιν λόγου,
Εἰπεῖν τι πιστὸν τῶν ἀποκρύφων μάθοι,
Καὶ τοῦτο τῆς σῆς δέσποτα · προμηθείας ·
Ὡς μὴ τὸ μῆκος, ἢ τὸ κάλλος τοῦ πλάτους
Μόνον σκοπήσας ἐκπλαγῇ τῶν κτισμάτων ·
Ἀλλ' ὥστε μᾶλλον τῇ νοήσει τοῦ βάθους
Πρὸς ὕψος ἀρθεὶς, γνωστικῶς σε θαυμάσῃ.
Ἀλλ' εἰπὲ λοιπὸν τῷ Σταγειρίτῃ Πλάτων,
Καὶ τὸν μαθητὴν πεῖσον, εἰ πείσεις λέγων,
Ἐκ τῶν ἄνω κάτελθε, καὶ λάλει κάτω.
Μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει,
Ὥσπερ νεοττὸς αἰετοῦ, καὶ μὴ θέλων,
Αὖθις κατέλθῃς, μὴ φέρων τὸν ἥλιον.
Ἀλλ' ὦ παρ' ἡμῖν ἐμφανῶς κεκρυμμένε,
Καὶ φῶς μὲν οἰκῶν, τοῖς δὲ τὴν σὴν οὐσίαν
Ζητοῦσι, πολλὴν ἀντιπέμπων ἑσπέραν,
Ὡς συγκαλύπτων οὐ μόνον τὴν σὴν φύσιν,
Ἐν συστολῇ δὲ δεικνύων καὶ τὴν κτίσιν ·
Ὅπως ἐάν τις ἐξερευνῆσαι λόγῳ
Τὴν σὴν ἀνεξεύρητον οὐσίαν θέλῃ,
Πρότερον λάβοι κάλυμμα τὴν συγγενῆ κτίσιν,
Καὶ τὴν ὁμίχλην ἐκπλαγεὶς ὑποστρέφοι.
Ὦ τὴν ἀνερμήνευτον ἐξοχὴν ἔχων,
Δεικνὺς δὲ σαυτὸν ἐν κατόπτρῳ τῇ κτίσει,
Ὅπως ἕκαστος ἐκμαθεῖν ἐπειγμένος,
Τὰς σὰς δι' αὐτῆς, ὡς ἐφικτὸν, ἐμφάσεις,
Μὴ τῶν ὑπὲρ νοῦν εὐθέως ζητεῖ λόγους ·
Ἀλλ' ὡς νέος τις ἐκδοθεὶς διδασκάλῳ,
Καὶ πρὸς τὰ πεζὰ ταῦτα γράμματα τρέχων
Τέως τυπωθῇ τοῖς κάτω μαθήμασι,
Προσκαρτερήσας τῇ σχολῇ τῶν κτισμάτων ·
Καὶ συλλαβὰς μὲν ἐμφρόνως τὰς οὐσίας,
Τὰς εἰς ἑαυτὰς συντεθείσας ἐκμάθῃ ·
Τὰς ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐκθέσεις,
Ὡς τῶν χρόνων εὔστικτα σημεῖα, ξέσῃ ·
Ὅταν δὲ πᾶσαν τὴν προπαιδείαν μάθῃ,
Καὶ ταῖς καθολικαῖς ἐντριβῇ προσῳδίαις,
Πήξῃ τε τὸν νοῦν εἰς τὰ τοῦ λόγου μέρη,
Καὶ ῥητορεύων ἐκφράσῃ τὰ κτίσματα,
Τοῖς κοσμικοῖς δὲ πᾶσιν ἐντύχῃ νόμοις,
Καὶ τῶν παλαιῶν μὴ ἀνατρέπων ὅρους,

Εἰς

Non patitur inde everſionem mutuam?
Sin rurſus aciem mentis intendens ſuae
Arguto & ingenio explicans ſententiam,
Proferre diſcat credibile quid in abditis,
Sane hoc tuae opus eſt providentiae, Deus:
Ut neutiquam longique latique hoc decus
Rerum ſtupeſcat conditarum cogitans,
Magis, at magiſque intelligens profunda, te
Evectus ad ſumma, agnitum mirans colat.
Suggere quod eſt reliquum Stagiritae Plato,
Et hoc alumno, ſi potes, perſuadeas;
Deſcende ab altis, & loquere ſummiſſius,
Ne audacia elatus ſuperbae mentis, ut
Aquilae ferocis pullus, invitus quoque
Labaris infra denuo, Solem haud ferens.
At tu, qui apud nos & lates, clare & pates,
Lumen quidem habitas, ſed tuam quaerentibus
Eſſentiam, caliginem caecam iniicis,
Cum non tegas modo tui vim numinis,
Anguſte at oſtendas creatum quidquid eſt:
Ut ſi quis indagare ratione audeat
A nemine inventam tuam ſubſtantiam,
Velum creati ſumat operis antea,
Et nubila horreſcens, retro mox commeet.
Tu effabilem nulli obtines praeſtantiam,
Teque velut in ſpeculo indicas re in condita,
Ut quiſque diſcendi avidior mortalium
Tui per ipſam imagines, quantum licet,
Non altiores mente rationes petat:
Sed traditus puer, ut magiſtello ſuo
Ad litterarum primulas currit notas:
Haec interim doctus rudimenta infima,
Se ſe applicet ſtudio creatorum omnium;
Ac ſyllabas ſolerter, ut ſubſtantias,
In ſe invicem perdiſcat annexas probe:
At Solis, & Lunae poſitiones, velut
Diſtincta rite puncta ſignet temporum:
Et quando doctrinae haec ſciet primordia,
Communiores ac tenebit regulas,
Eritque mens affixa particulis in his
Sermonis, oratorie ac res exprimet:
Legumque mundi evadat hinc peritior:
Nec terminos tranſiliat antiquiſſimos,

Noviſ-

Iocus in Ariſtotelem.

Dei cognitio, quam difficilis.

Via, quae ducit ad Theognoſiam.

Puerilis inſtitutionis cum inſtitutione divina comparatio.

ſubtilique ingenio ad explicandos rerum ſenſus converſo quid rectum, ac fidei conſentaneum dicere de arcanis addidicit, hoc ipſum, Domine, tuae providentiae eſt opus; ne ea, qua mundus conſtat, longitudinis, & latitudinis admirabili forma perſpecta, ſtupore perculſus in creaturis defigeretur, ſed potius ex infimarum rerum cognitione ad ſuperiores evectus teipſum noſceret, atque admiraretur. Ceterum, quae deinde ſequuntur, Stagiritae tu dixeris Plato, tuumque diſcipulum, ſi queas ſuadere, ſuadeas, illud clamans: *deſcende caelo, & terrena loquere*, ne nimia audacia in aërem elatus, ut aquilae pullus, vel nolens cogaris rurſus deſcendere, non valens Solis radios ſuſtinere.

597. Sed, quam mirabiliter, Deus, hic pates, & es abſconditus! Tu lucem inhabitas, & iis, qui tuam eſſentiam inquirunt, multam noctem offundis, utpote qui non ſolum tuam naturam contegas, ſed in compendio etiam oſtendas res creatas: ut ſi quis tuam non inveſtigabilem eſſentiam ſcrutari ſermonibus contendat, ſtatim in ipſis rebus creatis moleſtum ſibi, obtentum eſſe velum ſentiat, ac proinde tanta caligine exterritus ab incoepto deſiſtat. Tu ineffabilem habes excellentiam, teque ipſum tamquam in ſpeculo per res creatas manifeſtas; ut tui imaginem per ipſas addiſcere unuſquiſque coactus, non ultra id, quod humana mens patitur, ſubliniores ſtatim rationes inquirat, ſed veluti adoleſcens quiſpiam traditus magiſtro, ad haec prima terreſtrium litterarum rudimenta ſe conferat, donec illis, quae deorſum traduntur, diſciplinis informetur, rerum creatarum ſtudio per otium incumbens: ac tum ſyllabas, videlicet, quomodo ſubſtantiae coaleſcant, & componantur, prudens addiſcat; poſitioneſque Solis, & Lunae, quae ſunt temporum rite diſtincta ſigna, percalleat. Cum autem haec prima rudimenta didicerit, & in generalibus accentuum praeceptis fuerit verſatus, ad orationis partes animum convertens defigat, ac veluti orator factus de rebus

Εἰς ἐξετάξεις ἐχολήθη τὰς νέας·
Καὶ πολλὰ πράξας, καὶ προκόψας εἰσβάλοι
Ταῖς εἰσαγωγαῖς τῆς ἄνω θεωρίας·
Καὶ τὴν ἐκεῖ σύνταξιν εἰς φρένας λάβοι,
Τὴν τῶν μεγίστων πραγμάτων παιδεύτριαν.
Τότε προβαίνων ἐντελέστερον μάθοι,
Ὡς οὐδὲν ἔγνω πλὴν σκιᾶς κεκρυμμένης·
Οὕτω τι λοιπὸν ὥσπερ ἐξ ἀγνωσίας,
Τὸ Γνῶθι σαυτὸν εἰς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐνδιατρίβων φύσει,
Τέως ἑαυτῷ συλλαλήσοι, καὶ μάθοι.
Πόθεν παρήχθη μηδὲν ὢν πρὸ τοῦ βίου,
Καὶ πῶς τὰ μικρὰ τοῦ σπόρου προβλήματα
Ἐν τοῖς μερισμοῖς τῶν τοσούτων ὀργάνων
Παρεντεθέντα, πῇ μὲν ὀμμάτων θέσεις,
Πῇ δὲ φλέβας τίκτουσι, πῇ δὲ συνδέσεις
Τῶν ἐντέρων πλέκουσι, καὶ χεῖρας πάλιν
Φύουσι, καὶ σπείρουσι τοῖς ποσὶ βάσιν;
Καὶ πῶς μερισθὲν εἰς τομὰς πολυτρόπους
Τὸ τοῦ σπόρου σύστημα ποικίλῳ τρόπῳ
Μίαν καθιστᾷ τῶν μελῶν τὴν οὐσίαν;
Πόθεν δὲ πηγὰς αἱμάτων ἐπισάγει,
Τάσιν δὲ νεύρων ἐμφύει τῷ σώματι,
Κτίζει δὲ πλευράς, ὡραΐζει δὲ τρίχας;
Σφίγγει δὲ ταρσούς, καὶ μερίζει δακτύλους·
Χαυνοῖ δὲ γλῶτταν εἰς τὸ συστρέφειν λόγους,
Καὶ πλῆκτρον εἶναι τοῦ λαλοῦντος ὀργάνου·
Παρακρατεῖ δὲ σπονδύλοις τὸν αὐχένα,
Μήπως ὄλισθον τῇ περιστροφῇ πάθοι·
Ῥιζοῖ δὲ πυκνὰς τῶν ὀδόντων τὰς μύλας,
Ὅπως ἀλεσθῇ πρὸς τροφὴν τὰ σιτία;
Καὶ πῶς φυτουργεῖ τὴν πυρώδη καρδίαν,
Σπινθῆρος ἔνδον μηδενὸς πεφυκότος,
Ἣν ἐν μέσῳ τέθεικεν· ὥσπερ οἱ τρόπιν
Πηγνύοντες, ἀντίπλευρα βάλλουσι ξύλα,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν, εἰς τὸ σῶσαι τὸ σκάφος;
Πόθεν δὲ μορφοῖ, καὶ τυποῖ τὴν εἰκόνα,
Καὶ κάλλος ἐντίθησιν ἐξ ἀμορφίας;
Ποίους δὲ κόλπους μητρικοὺς ὑποτρέχων,
Πῇ μὲν τὸ θῆλυ σχηματίζει τῇ πλάσει·
Πῇ δὲ προβάλλει σωματώσεις ἀρρένων;
Πόθεν δὲ πηγὰς τοῖς κυήμασι βρύει,

Καὶ

Noviſque ſtudeat conſtitutis legibus;
Tum multa peragens, ac progreſſus longius
Speculationi altae viam faciat ſibi;
Atque ordinem concipiat animo eius loci,
Hunc maximarum ceu magiſtrum rerum habens.
Perfectius cognoſcat inde, & plenius,
Nil ante caecam praeter umbram noſſe ſe:
Dumtaxat ita, quaſi ex mera ignorantia,
Se noſcat ipſum, mentis & ſpectet bona,
Noſtraeque naturae immorans mortalium,
Secum loquatur, cogitetque talia.
Productus unde eſt, qui ante vitam nil erat?
Qui vero iactus tam puſilli ſeminis
Eſt inſitus tot artuum compagibus?
Ubinam duorum luminum ſedes ſita eſt?
Quonam modo gignuntur hinc venae tot &
Connexiones viſcerum, atque ambae manus
Naſcuntur; hoc ſatu, ut pedum fulcra edita?
Qui diſtributa plurima in loca ſeminis
Natura viſque, ultro & citro, variis modis
Compingit unicam artuum ſubſtantiam?
Qua rupe fontes elicit tot ſanguinis,
Molemque fetuum inſerit per corpora;
Coſtaſque fingit, & capillis dat decus,
Taloſque conſtringit, manum in digitos ſecat:
Linguam relaxat, quo ſonos contorqueat
Orationis, garruli ut plectrum organi:
At vertebris cervicis onus hoc ſuſtinet,
Converſione quo minus lapſum ferat:
Denſas & ori dentium ſtabilit molas,
Ut nutrientia conterantur tritica?
Quive igneum praecordiis cor conſerit,
Intus favilla nulla quamvis emicet?
Hocque indidit medio; carinam figere
Ut qui volunt, in tranſtra lignea aſtruunt
Hinc inde, quo ſervetur incolumis ratis.
Aſt unde formae imaginem pulchram exprimit,
Et pulchritudinem dat informi prius?
Qualeſve maternos ſinus indagat, ut
Modo his figuram feminae effingat, modo
Robuſta fundat maſculorum corpora:
Et unde fontes irrigandis fetibus,

Et

Ipſius cognitio quam neceſſaria.

De procreatione hominis, & fabrica corporis humani.

Quomodo ex ſemine tot ac tam variae corporis partes efformentur?

Sanguis.

Nervi.

Coſtae, & capilli.

Pedum plantae, & digiti.

Lingua.

Vertebrae.

Dentes.

Cor.

Similitudo, & forma corporis.

Unde ex eodem ſemine mares, & feminae generantur?

Unde alatur fetus?

---

bus creatis eloquenter diſſerat, omneſque mundi leges aſſequi contendat, verum ne quid minimum ab antiquis terminis deflectens novis ſtatutis vacet: cum autem multa praeſtiterit, ac multum in ipſis profecerit, tum tandem divinae contemplationis inſtitutionibus ſe committat, & illius caeleſtis loci, ubi maximarum rerum traduntur diſciplinae, ſyntaxim ideſt ordinem, complexionemque animo concipiat. Tum denique quo magis proceſſerit, nihil ſe praeter umbras obſcuriſſimas animo comprehendiſſe melius, perfectiuſque cognoſcet: atque ita tandem ex ipſa rerum ignoratione excitatus illud *Noſce teipſum* conſiderandum ſibi ſumat, & in noſtra natura examinanda multum immoretur, uſquedum ſecum ipſe colloquens diſcat.

636. Unde nam ille, qui antequam vitam acciperet, nil erat, productus eſt? Et quomodo parvae proiecti ſeminis partes in tot organos diviſae, hic quidem oculorum ſedes, illic venas pariunt: qua inteſtinorum ligamenta conſerunt, qua manus producunt, qua pedum baſim generant? Et quomodo cum ſit in tot diverſas regiones, & modo tam vario diviſa ſeminis maſſa, unam tamen conſtituit membrorum ſubſtantiam? Et unde rivos ſanguinis derivat? nervos inſerit, atque intendit corpori? coſtas efformat? comas venuſtat? pedum, & manuum palmas conſtringit, & digitos inter ſe diſcriminat? unde laxam, fungoſamque facit linguam, ut ad verba contorquenda ſit apta, & fiat plectrum organi, quo utimur ad loquendum? unde cervicem flexibilibus vertebris regit, ne dum ipſa circumvertitur, corruat? & dentium conſervas molas imis radicibus firmat, ut quibus alimur, cibi conterantur? Quomodo igneam vim inſerit cordi, cum tamen ei nulla ſit inſita ignea ſcintilla; ipſumque in medio poſitum ſtipat utrimque; non aliter ac qui carinam ita contexunt, ut hinc inde, atque ex utroque latere ligna ad cymbae firmitatem committant. Quinam parentum formam, & ſimilitudinem in nobis exprimit? & quomodo id, quod erat informe, reddit venuſtum? Quomodo vero ita maternos ſinus pervadit, ut hic femineum ſexum effingat, ac repraeſentet, illic maſculam potentiam

Καὶ τοῦ γάλακτος τῶν ἀγωγοὺς εἰσάγει;
Καὶ πῶς ὁμοίως τοῖς φυτοῖς ἡ θερμότης,
Αὔξει τὸ σῶμα τῶν ἀνήβων ὀργάνων,
Καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται·
Ἄνθη δὲ βάλλει τοῖς ἐφήβοις τὰς τρίχας,
Καὶ τὴν πρόσοψιν ὡραΐζει τῇ χλόῃ,
Ὀργᾷ δὲ καρποὺς ἐξενεγκεῖν ἡ ζέσις·
Ἕως ἂν ἔλθῃ τῆς παρακμῆς ὁ χρόνος,
Ὃ τὴν ὀπώραν ἐκπιάζων τῶν νέων·
Μαραίνεται γὰρ εὐθέως ἡ θερμότης·
Λευκαίνεται δὲ τῶν γερόντων ὁ στάχυς·
Καρηβαρεῖ δὲ καὶ δοκεῖ κεκυφέναι,
Τῇ γῇ προσνένευκε, καὶ βρίθει κάτω·
Τὸν γὰρ θερισμὸν γειτνιῶντα προσβλέπει.
Εἰ τὴν καθ' ἡμᾶς σαρκικὴν λάβοι λύραν,
Καὶ γνῷ τὸν εἱρμὸν τῶν μελῶν, καὶ τῶν τόνους,
Καὶ τὴν ἄηχον ἐκφυγὼν ἀφωνίαν,
Εἰπεῖν δυνηθῇ τὴν κάτω μελῳδίαν.
Καὶ πῶς τὸ ῥευστὸν τοῦ σπόρου παχύνεται,
Καὶ σάρκα ποιεῖ, καὶ πάλιν σκληρύνεται,
Καὶ νεῦρα καὶ σύμπηξιν ὀστῶν πλέκει·
Ἢ πηλίκον δοχεῖον ἡ μνήμη φέρει,
Ἐν ᾧ φυλάττει τὰς δοχὰς τῶν πραγμάτων.
Εἴποι δὲ πῶς ἔμπρακτος ἡ φύσις τρέχει
Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν θρεπτικὰς λειτουργίας·
Ὡς ἄν δέ τις δέσποινα τῆς οἰκουργίας
Κινεῖ πρὸς ἔργα τῶν ἑαυτῆς ἐργάτας,
Καὶ τῶν ὀρεκτικοὺς μὲν ὀξύνει πόρους,
Τοὺς ἑλκτικοὺς δὲ πάντας ἰθύνει τόνους·
Βάλλει δὲ κλεῖθρα ταῖς καθελκτικαῖς πύλαις,
Ἕως λαβοῦσα καιρὸν ἀλλοιώσεως
Ἐξαιματώσῃ τὰς τροφὰς ἡ θερμότης,
Καὶ τὴν ἀποκρίνουσαν ὠθήσῃ θύραν.
Καὶ πᾶν περιττὸν ἐκφορήσῃ φορτίον.
Ἢ πῶς ἐναργεῖς ἀντιλήψεις εἰσάγει
Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν ποικίλας διακρίσεις,
Ἀφήν, ἄκουσμα, γεῦσιν, ὄσφρησιν, θέαν;
Καὶ ταῖς ἀφαῖς μὲν τῷ δικαστῇ δακτύλῳ
Ζυγοστατεῖ τὸ χαῦνον ἐκ τἀναντίου·
Στενὰς δὲ ποιεῖ τῆς ἀκοῆς εἰσόδους,
Καὶ κοχλιοειδεῖς τὰς θύρας ἐργάζεται·
Ὡς ἂν κατ' εἱρμὸν εἰσρέωσιν οἱ κτύποι,
Καὶ

Et unde dulcis rivulos lactis trahit? *Quae origo lactis?*
Et qui ſit ut pariter calor plantis datus *Unde calor, a quo tum corpora, tum plantae habent incrementa?*
Impuberum molem organorum adaugeat,
Accretiones corporis dans partibus:
Floreſque puberibus pilorum addit loco: *Pueritia.*
Et gramine aſpectum vireſcente decorat,
Fervorque fructus cogitur profundere, *Virilitas.*
Donec vigorem aetas ſenilis auferat. *Senectus.*
Haec quae iuventutis cito autumnum terit:
Flacceſcit iſte nam calor velocius.
Ariſta canos at ſeneſcentum induit,
Caput labaſcit, nutat, atque flectitur,
Inclinat & humi, praegravante pondere,
Appetere meſſis proſpicit dum tempora.
Si ſumat iſtam carneam noſtram lyram, *Corporis harmonia lyrae comparata.*
Et carminum cognoſcet, & numerum, & modos,
Ac deſerens mutum ſuum ſilentium
Enunciet noſtram infimam melodiam:
Quo ſeminis vis fluxa concreſcat modo,
Carnemque generet, duraque evadat iterum, *Caro.*
Nervoſque iungat, oſſaque annectat ſimul: *Nervi, & oſſa.*
Aut quantulam memoria cellulam occupet, *Memoria.*
Conſervat ubi, quas percipit, rerum notas.
Tum referat ut natura currit ſedula
Ad apta nobis nutriendis munia,
Matrona veluti, quae familiae praeſidet,
Urget miniſtros officia quoſque ad ſua:
Partim appetentes haec meatus incitat, *Unde appetitus ad alimenta?*
Partim attrahentes dirigit cunctos tonos:
Adhibetque portis clauſtra deducentibus,
Donec cibi mutationis tempore *Digeſtio.*
Fervor alimenta mutet ipſa in ſanguinem, *Sanguis.*
Simul atque portam excretionis truſerit, *Excrementa.*
Onus, & ſupervacuum foras proiecerit.
Perceptiones qui efficaces inferat, *Quomodo per ſenſus perceptiones fiant?*
Ad ſenſuum tot iudicia noſtris data
Nerviſque, & oculis, naribus, linguae, auribus.
Hinc tactibus, digito quidem aequo iudice, *Tactus.*
Examinat molle a ſuo contrario.
Auditionis tranſitus arctos facit, *Auditus.*
Et flexuoſas machinatur ianuas,
Fluant in aures ordinis ſerie, ut ſoni,
Ne

---

tentiam producat? unde fontes nutriendis fetibus elicit, & lactis alveos deducit? & quomodo calor, peraeque ac in plantis, teneros organos in impubi corpore adauget, & incrementa dat membris? iis autem, qui pubertatem attingunt, comas, quaſi quoſdam floſculos, adiungit, & quadam viriditate decorat vultum? ac tum ſanguinis fervor ad edendos fructus intumeſcit; uſquedum tempus vigorem adimens adveniat, & iuventutis autumnum e membris exprimat, atque depellat: cito enim deficit calor, & ſtatim ſenum matura ariſta albeſcit, quae capite demiſſo nutare, & inclinata deorſum vergere videtur; ſentit enim vicinam eſſe meſſem.

681. Profecto ſiquis hanc noſtrae carnis bene temperatam lyram velut prae manibus ſumat, & quae ſit membrorum continuitas, & intenſio dignoſcat, tum plane dimiſſo ſilentio de hac terrena melodia aliquid poterit eloqui. Tum dicat, quomodo ſeminis effluxus modo ita denſatur, ut pingueſaciat carnem, modo vero ita dureſcit, ut nervos, & oſſium concretiones effingat. Dicat, quale ſit memoriae receptaculum, ubi ſuſceptae rerum ideae ſervantur? & quomodo tanta efficacia accurrat natura ad officia praeſtanda, quae nobis alendis ſunt neceſſaria? & veluti Domina, quae quidquid domi agitur, videt, & moderatur, ſingulos operarios ad ſuum opus inſtigat; atque hic quidem ut appetitum exacuat, omnes attrahentes muſculos dirigit, atque diſtendit, & deprimentes occluſis portis obſtruit, donec ad cibi alterationem, commutationemque ſumpto tempore opportuno, calor alimenta in ſanguinem convertat, ac tunc ipſa excretoriam portam impellat, & omne ſupervacaneum pondus exoneret.

701. Aut dicat, quomodo, ut de iis, quae in nobis tam varia ratione fiunt, perceptiones iudicemus, natura ipſa nobis tam valida ſubſidia, tactum, auditum, guſtum, olfactum, viſumque miniſtret? Ac tactu quidem, & digiti iudicio, molle a ſuo contrario ipſa diſcernat? Auditui vero tranſitum anguſtum praeſeat, & oſtium cochleae inſtar adornet, ut rite, atque ordine ſervato vibrationes ſonorae in aures ſe immittant, & interni meatus non diſtringantur, ſi ſor-

Καὶ μὴ καταπλήξωσι τὼν ἔσω πόρους,
Ἤχοις ἀτάκτοις ἐμπεσόντες οἱ ψόφοι·
Σαρκοῖ δὲ καὶ τὴν γλῶτταν ἠραιωμένην·
Δέον γὰρ αὐτὴν δέρμα συμφῶδες γ᾽ ἔχειν
Πρὸς τὰς ἀνακλάσεις τε τῶν ἐδεσμάτων,
Καὶ τὰς ἑτοίμας ἀντιλήψεις τῶν πόρων,
Δι᾽ ὧν λαβοῦσα τὰς τροφὰς ἡ χαυνότης
Πρὸς πᾶν τὸ ῥευστὸν εὐδιακρίτως μένει.
Πόθεν δὲ καὶ σύριγγας εὐπόρους ἔχει,
Ὀσφραντικῆς ὄχημα, καὶ βιοτρόφου
Πνοῆς ἀγωγούς· ὧν φραγέντων ἐκ πάθους
Ἀγωνιᾷ τὸ ζῶον, ὡς ἐν ἀγχόνῃ,
Ἢ καὶ διαπνεῖν ἐκβιάζει τὸ στόμα.
Μιμουμένη δὲ τὰς ἐν οὐρανῷ θέσεις,
Φωστῆρας ἀντέθηκεν ὀφθαλμοὺς δύο,
Ὅπως ἔχοιμεν ταῖς βολαῖς τῶν ὀμμάτων,
Τὸν ἀέρα πλήττοντες, ὡς οἱ τοξόται,
Φῶς φωτὶ σύρειν, ὡς τὸ πῦρ ἐξ ἀνθράκων;
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ τῆς κεφαλῆς ἀκροστέγων
Νεύροιν διατρήσασα σωλῆνος δίκην
Καὶ πνεῦμα φωτὸς ἐμβαλοῦσα τῷ πόρῳ,
Τοῖς μὲν χιτῶσι συγκαλύπτει τὰς κόρας,
Ὡς εἴ τις οἴκοι συμφυλάττει παρθένους·
Ὀπὴν δὲ μικρὰν ἐξανοίγει τῷ πόρῳ,
Ὅπως τὸ πνεῦμα τῶν ὀχετῶν διατρέχον,
Μήτε στενωθῇ, τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης,
Καὶ πνευματώσῃ, καὶ σκοτώσῃ τὴν θέαν,
Καὶ τὰς ἐπιχύσεις προσπλάσῃ ταῖς ὄψεσι·
Μή δ᾽ αὖ ταράξῃ καὶ θολώσῃ τὰς κόρας,
Ὁρμαῖς ἀπλέτοις ἐκχυθὲν πρὸς τὸ πλάτος.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ γνῶσις ἡ δύσφραστος, ἡ τοῖς ἀγράφοις
Λόγοις ἀπαγγέλλουσα τὸν θεῖον γνόφον·
Καὶ νῦν ἔφεσται τῆς ζοφώδους καρδίας,
Δᾳδοῦχον εἶναι τὴν ῥοπὴν τῶν ὀμμάτων,
Εἴπερ δι᾽ αὐτῶν ἐμβαλοῦσα τὼν ῥύπους,
Πάλιν δι᾽ αὐτῶν ἐκβάλῃ τὰ δάκρυα,
Τὰς εἰσόδους πλύνασα ταῖς διεξόδοις.
Εἰ τῶν λαβυρίνθους δὲ τῶν λόγων φράσῃ
Ὁ τῶν ἀδήλων οὐσιῶν ζυγοστάτης,
Καὶ πῶς ὁ νοῦς συνέστι πηλίνῳ βάρει,

Καὶ

Ne forte laedantur meatus intimi,
Si pulſibus graviſſimis ſoni irruant.
Et ſpongioſa carne linguam contegit.
Nam pelle molli praeditam eſſe oportuit,
Refractionem ad eſculentorum omnium: Guſtus.
Atque ut meatus apprehendant commode,
Fungoſa per quos laxitas capiens cibos,
Diiudicat pulchre liquores quoslibet.
Aſt unde tam amplas fiſtulas hoc obtinet
Vehiculum odoratus, meat qua ſpiritus Odoratus.
Vitalis aurae: morbo & illis ſi accidat
Ut obſtruantur, ceu laqueo animal angitur,
Aut cogitur animam per os effundere?
Imitata caeli haec vis ſitus, hos luminum
Orbes duos obiecit, inſtar ſiderum, Viſus.
Poſſemus eiaculatione ut orbium
Aere repercuſſo, ſagittantes velut,
Haurire lucem e luce, ut ignem ex torribus.
At capitis a nervis duobus extimis
Facto canalis in modum foramine
Tranſmittit hoc lucis meatu ſpiritum:
Tunicisque veſtit pupulas molliſſimis,
Ac ſi domi quis virgines cuſtodiat. Pupillae.
Foramen anguſtum aperit at meatui,
Ut ſpiritus qui e rivulis effunditur,
Non comprimatur, ſi via huic praecluſa ſit
Neu obnubilet, viſus hebetet, aut lucidos,
Aut lumina obducat nigra caligine:
Neu turbet aciem flatus hic, aut inquinet
Effuſus impetu, via latiſſima.
O quanta quamque ampla eſt tuorum operum, Deus,
Notitia inexplicabilis, ſermonibus
Quae non notatis praedicat nubem ſacram:
Et nunc datum, ut caliginoſis cordibus
Haec luminum vis praeferat claram facem:
Sed enim per oculos cum notas turpes trahat, Per oculos cordis contaminatio, & expiatio.
Rurſus per ipſos lacrimas fundit pias,
Egreſſione ut eluat, quae ingreſſa ſunt.
Si porro labyrinthos latentes explicet
Oraculorum, eſſentiarum libripens,
Subtilium: qui mens lutoſo ponderi

Adhae-

ſi forte tumultuarie in ipſos voces, & ſoni confuſi irrumperent. Linguam vero raram, & mollem carneis papillis eppleat: opus eſt enim ipſam fungoſa quadam membrana contegi, ut preſſa cibos mandendo verſet, atque remittat, donec paratos meatus expleat, ac recreet, per quos ipſa laxata alimentis exceptis, quidquid deglutit, probat atque diſcernit. Dicat & unde odoratus vehiculum patulas illas fiſtulas, vel alveos, per quos vitae ſuſtentator ſpiritus adducitur, ſibi comparavit; quibus ſi forte ex aliquo morbo contingat, ut obſtruantur, omne animal veluti laqueo ſuffocatum miſere laborat, atque ore uti cogitur ad reſpirandum? Quinam autem perinde, ac ſi natura caeli poſitiones eſſet imitata, tamquam duo luminaria, duos nobis in fronte oculos ſibi invicem reſpondentes poſuit; ut nos inde radios emittentes, & aerem ſagittariorum more ferientes, lucem cum luce implicatam, atque conſertam, velut ignem ex carbonibus adtrahere poſſemus. Quippe a ſumma regione cerebri nervis duobus protenſis, ex inſtar tubi perforatis, luciſque ſpiritu, & potentia circa deductos alveos iniecta, ſub geminis tunicis, veluti ſi quis domi cuſtodiat virgines, pupillas abſcondit, parvumque in ipſis foramen, quo fiat tranſitus, adaperit: ne lucis ſpiritus per alveos decurrens, ſi forte obſtructum iter inveniat, coarctetur, atque intumeſcat, viſumque obtenebret, & nimia ſuffuſione oculis officiat: atque ut contra, ſi via ſit patens, & aperta, effraenata licentia quaquaverſus non ſe effundat, & pupillas turbet, atque divexet.

739. O quam rerum, Deus, a te ſapienter creatarum magna eſt, atque inexplicabilis ſcientia, quae non ſcriptis ſermonibus divinam caliginem manifeſtat! Et nunc illud nobis feliciter contingit, ut oculorum acies cordi facem praeferant, atque inde tenebras expellant; quamvis enim per oculos ſordes cor contrahat, rurſus per ipſos lacrimas emittit, per id, quod exit, quod intrat, lavans.

746. At vero ſi occultarum eſſentiarum ſcrutator tot rerum labyrinthos, & implexas rationes valet explicare, dicat: quomodo mens luteo inhaereat corpori, & ſpiritus coeno coniunctus permaneat? Et quomodo cum ipſe ſit imma-

Contemplatio animae cum corpore quam sit dramalis explicatio.

Καὶ πνεῦμα πηλῷ καρτερῶς συμμέμικται·
Καὶ πῶς ἐν ὕλῃ τὴν ἀΰλίαν ἔχει,
Εἰ μηδὲν αὐτὸν ὑλικὸν περιγράφει.
Ἢ πῶς μέγιστον ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔχει,
Καὶ τῶν ἀδήλων ὀπτικὸν ἔχει κέρας·
Καὶ νῦν μὲν εἰς γῆν ταῖς ἐνεργείαις μένει,
Νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν ἅλλεται τὸν αἰθέρα·
Καὶ πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἥλιον φθάσας,
Τὰς γὰρ ἄνω τε καὶ κάτω ζητεῖ φύσεις·
Καὶ ταῖς μὲν ἀρκεῖ, τὰς δὲ συμμέτρως βλέπει,
Τῶν δὲ στοχασμοῖς ἐννοεῖ τὰς εἰκόνας.
Καὶ τὴν ὄρεξιν μηδαμοῦ στῆσαι θέλων
Ἐφέλκεται μὲν τῆς ἁπάντων αἰτίας,
Καὶ τὴν ἐκείνης γνῶσιν ἀθρῆσαι θέλει·
Καὶ πολλὰ κάμνει, καὶ τὸν ἔσχατον πόλον
Δοκεῖ παρελθεῖν· ἀλλ' ἐκεῖ μύει μόνον,
Εἰ καὶ διαυγοῦς εὐπορήσει καρδίας.
Ὅταν δὲ τούτους τῶν πολυπλόκους μίτους
Λύσῃ σχολάζων, καὶ βαθεῖαν, καὶ φράσῃ,
Ὅπως ὁ κρυπτὸς τῶν φρενῶν ὁδοστάτης,
Ὁ ψυχοκλέπτης, ὁ φθορεὺς τῆς καρδίας,
Ὁ τοῦ σκότους ἔπαρσις, ὁ πρῶτος δράκων,
Ἔξωθεν ἔνδον ἡδονὰς παρεισάγει.
Σπείρων λογισμοὺς εἰς γονὴν ἁμαρτίας.
Ἢ πῶς τυραννεῖ, καὶ μεταίρει τὴν φύσιν,
Εἰς θηρὸς φύσιν τῶν παθῶν δουλείᾳ.
Καὶ πτηνὰ μὲν δείκνυσι τὰς κούφας φρένας,
Σῦς δὲ πόρνους, καὶ λύκους τῶν ἅρπαγας,
Σφῆκας δὲ πλήκτας, θυμικοὺς δὲ παρδάλεις·
Ποιεῖ δὲ τῶν κόλακας ἀθλίους κύνας,
Σαίνειν δοκοῦντας, καὶ δάκνειν ἠπειγμένους.
Ὄφεις δὲ πικροὺς ἐκτελεῖ τῶν βασκάνους,
Ἰὸν ἐνθεὶς τῇ κακῇ περιπλοκῇ·
Θήγει δὲ πικρὰ καὶ τὰ τοῦ τύφου βέλη·
Βάπτει γὰρ αὐτὰ ψυχοφθόρῳ φαρμάκῳ
Τιμῆς ἀτίμου, πτώσεως ἐπηρμένης,
Ὄγκου ταπεινοῦ, δυσκλεοῦς ἀδοξίας,
Θρήνῳ γελῶντι τὴν σκιὰν τοῦ παιγνίου.
Εἰδωλολατρείαν δὲ τοῖς φιλαργύροις
Τὴν ῥίζαν ἐντίθησι τῶν κακῶν ὅλων·
Ἢ κἂν κορεσθῇ μᾶλλον, οὐκ ἔχει κόρον,

Ἀλλ'

Adhaereat, coenoque functus ſpiritus.
Qui libera concretione in mole ſit,
Si nulla materie eum complectitur.
Quive oculus animi maximus ſit initus,
Ut eius acies penetret abditiſſima:
At nunc humi eſt affixus actionibus,
Tollens modo ſe ſalit in oras aetheris:
Praepetibus ac pennis volans Solem anteit,
Indagat & ſuperas, & imas quaſque res:
Hic ſufficit ſane, has mediocriter videt,
Ac ceterarum imagines ſignis capit,
Et appetitum ſiſtere haud uſquam volens,
Attrahitur ad cauſſam omnium excelſiſſimam,
Atque illius notitiam habere percupit;
Multum laborat, ac poli altum verticem,
Praetergredi putat: ſed ibi perſtringitur,
Sit perſpicaci corde quamvis praeditus.
Aſt involuta haec quando fila ſolverit,
Unum hoc ſtudens, ſcrutatus alte, & dixerit
Abſtruſus ut graſſator ille mentium,
Praedoque animorum, cordis humani lues,
Elatio caliginis, primus Draco,
Intro ferat ductas voluptates foris;
Et cogitatus ſerit, ut hinc culpam creet.
Ibidem tyrannum ſe gerens, hominem trahit
Affectionum ad ſervitutem, ut belluam.
Hic mobiles mentes videri aves facit,
Sues adulteros, rapaces ut lupos,
Veſpaſque violentas, furentes pardales,
Et ſannıones mutat in foedos canes,
Qui blandientes impetunt morſu aſpero:
At lividos ex lividis angues parit,
Fundens venenum fictione peſſima;
Acuitque acerba tela faſtus turgidi:
Nam tingit illas inflante mentes pharmaco,
Lapſu elevato, honore valde ignobili,
Humili tumore, gloriaque ingloria,
Ridente luctu ludicri umbram tam levem,
Idololatriam auri avaris inſerit,
Originem primam malorum, & cladium:
Satiata quae affatim, ſatietatem haud capit,

Tabe-

[illegible]

Mentis levitas.

Adulterium, & furtum.

Violentia, & ira

Adulatio.

Avaritia.

immaterialis, in materia tamen verſetur, quandoquidem nulla materia circumſcribitur? aut unde eſt vis illa maxima, qua animi oculus ad occulta quaeque perſcrutanda vividam adhibet facultatem; modo vero in terram totis viribus defigitur, modo vero in aerem ipſum aſcendit, & velox elatus, ipſumque Solem praetergreſſus, terreſtres caeleſteſque inquirit naturas: atque ex hiſce quidem alias potis eſt explorare, alias mediocriter perviſet, aliarum autem imagines quaſdam tantum per conjecturas animo comprehendit? Sed cum eam, qua flagrat ſciendi cupiditate, nuſquam valeat cohibere, ad rerum omnium cauſſam trahitur, ejuſque cognitionem ſibi perſpectam habere deſiderat. Idcirco multum allaborat, & ultimum uſque polum videtur tranſcendere: verum deſtituitur viribus, ac ſolum ibi nutat oculis, & caecutit, quamvis multa luce abundet in corde.

767. Quando autem hujuſmodi meditationibus vacans hos multum implicatos nodos ſolverit, reſque in imo latentes exhauſerit, tunc dicat, quomodo occultus ille mentium humanarum graſſator, animarum latro, cordis corruptor, tenebrarum ſuſcitator, primus ille draco, extra petitas intus inferat voluptates, turpeſque cogitationes ſeminet in corde ad generationem peccati? aut quomodo ſaevam adeo tyrannidem gerat, ut naturam contra naturam in belluinam transferat paſſionum ſervitutem? Nam qui levi ſunt mente, volucres, qui adulteri porcos, qui fures lupos eſſe demonſtrat; itemque ex percuſſoribus veſpas, & ex iracundis pardales repraeſentat; ſcurraſque mutat in foedos canes, qui dum videntur cauda velle blandiri, morſus infligunt: ex invidis vero atros ſerpentes facit, quibus malignae fictionis venenum inſpirat. Idem etiam ſaeva ambitionis tela exacuit, quae letali pharmaco per ipſum infecta, animos inficit, & vel ignobilem quemdam honorem, quo lapſu quis ruat graviore, vel inferum quemdam animi tumorem, quo turpem quis gloriam aſſequatur, inſibilant; atque adeo ludicram ſcenam riſu ſimul & lacrimis excipiendam exhibet. Idem avaris idololatriam malorum omnium radicem inſerit, quae cum ſe uſque ad ſatietatem expleverit, ſatietatem non capit, magiſque ſuum exacuit appetitum, intuſque adhuc uritur deſiderio, & quo magis

ſe ingur-

Ἀλλ' ὡς ὀρέξεις τήκεται ἡ φλεγμονὰς,
Τῇ πλησμονῇ διψῶσα, καὶ τῇ προσθέσει
Τὸν βρασμὸν ἐξάπτουσα τῆς χρυσῆς μέθης.
Ἢ πῶς τοσοῦτον καὶ πόσον ἔχει κράτος,
Ὡς μὴ μόνον τὸ σῶμα, βαρβάρου δίκην,
Ἀντιστρατεύειν πρὸς μάχην τοῦ πνεύματος·
Ἤδη δὲ κἀυτῆς ἅπτεται τῆς καρδίας,
Καὶ δουλαγωγεῖ τὴν ἐλευθέραν φύσιν,
Καὶ τὰς ἐν ἡμῖν αὐτοδεσπότους φρένας
Ἐν αἰχμαλώτῳ συμφορᾷ περιτρέπει.
Πείθει δὲ πολλὰ, καὶ τὰ λοιπὰ συμπνέειν·
Ἑλίσσεται γὰρ λοξοειδῶς, ὡς ὄφις,
Ἔστι δὲ δεινὸν ἐν φρονήσει θηρίον·
Στιχοδρομεῖ δὲ τὴν κάτω φορὰν τρέχων·
Κεχρημένος γὰρ, ὡς ποσὶ, τῇ κοιλίᾳ,
Λείχων δὲ τὸν χοῦν τοῖς λύκων τάχα τρόποις,
Καὶ γαστριμάργῳ τῶν παθῶν ἐμβιβάζει
Καὶ τὸ συμπέρασμα τῆς ἁμαρτίας,
Πρὸς ὃν ἕκαστος γεῦσιν ἡδέως τρέχει.
Καὶ συγκεράσας ἡδονῇ τὴν πικρίαν
Μελικράτῳ φθείρει με δηλητηρίῳ.
Σύμβουλος ἐχθρὸς, καὶ κατήγορος φίλος,
Σφαγεὺς προσηνὴς, καὶ φονεὺς συνεργάτης,
Πλάνων ὁδηγὸς, εὐμενὴς ὁδοστάτης,
Ἄσπονδος, εὐπρόσδεκτος, εὐπειθὴς δράκων·
Θέλγει γὰρ ἡμᾶς, μηδενὸς προκειμένου·
Κάλλος παριστᾷ, μηδενὸς κινουμένου·
Πρόσωπα μορφοῖ, ζωγραφεῖ διαπλάσεις,
Τὸν νοῦν ἐρευνᾷ, ψηλαφᾷ τοὺς δακτύλους,
Γέλωτα ποιεῖ, συμβιβάζει τὸ στόμα·
Καὶ τῇ δοκήσει δι' ἀφανοῦς ἁμαρτίας
Ἔμπρακτον ὠδίνησε τὴν ἁμαρτίαν.
Οὐκ ἀγνοῶν γὰρ τῶν ἐκείνου φασμάτων
Τὸ δυσπαθὲς φρόνημα, καὶ τοῦτο πλέον
Θλίβει με καὶ δάκνει με, καρκίνου δίκην,
Φεύγοντα καὶ πράττοντα τὴν ἁμαρτίαν.
Πλὴν τὸν γέροντα τοῦτον ἀῤῥήτως ὄφιν,
Τὸ τοῦ σκότους κάτοπτρον, ἡ θεία κρίσις
Προὔθηκεν ἡμῖν, εἴγε τοὺς κατ' εἰκόνα
Γραφέντας ἡμῖν μὴ χαράξομεν τύπους·
Ὅπως ἔχωμεν αὐτὸν ἀντὶ παιγνίου,
Παίζοντες εἰς δράκοντα, κἂν χάνῃ μέγα.

Πολλοὶ

Tabeſcit at libidinum tota aeſtibus,
Expletione, & auctione alens ſitim,
Temulentiae flammam aureae accendit magis.
Tum qui ſit hac vi praeditus, lapſus polo,
Ut non modo iſtud corpus, hoſtem ut barbarum,
Cum ſpiritu committat adverſo agmine;
At dirus alma mancipet praecordia,
In ſervitutem liberam naturam agat,
Menteſque, iuris quae ſui ſubigat ſibi,
Captivitate affligat ac miſerrima:
Hinc ſuadet aggredi facinora pleraque;
Nam tortuoſa, ceu Draco, irrepit via,
In intimiſque ſenſibus trux bellua eſt,
Ingreditur & ſolo, infimum carpens iter:
Alvi miniſterio pedum loco utitur,
Lingens luporum more ſueto pulverem:
Intemperante affectionum incendio
Studet facinus ad umbilicum ducere,
Ad quem cibum avidus quiſque curſitat libens;
Miſcetque amarorem voluptati aſperum,
Mulſo venenoſo parans mihi necem:
Patronus infeſtus, benignus proditor,
Iugulum petens blande, enecans quos adiuvat,
Dux in via fallens, benevolus ac latro,
Et perfidus, gratuſque & eloquens Draco;
Namque allicit nos, praemio nullo dato;
Formae exhibet decus, nec ulla mota res;
Larvas figurat, ſpectra fingit inania,
Scrutatur animum, tangit & digitos manus,
Riſum excitat, labellaque oris comprimit;
Et opinione delitentis criminis,
Crimen reapſe noxium mox parturit.
Iam illuſionum Daemonis non neſcium,
Propoſiti iniqui, ac peſſimi, tanto magis
Me pungit, ac mordet: rubens cancer velut,
Quod flagitium & averſer, & praeſtem tamen,
Niſi ſi vetuſtum anguem hunc inaudito modo,
Caliginis ſpeculum, Dei ſententia
Nobis ob oculos poſuit, ut ſiquidem notas
Ad imaginem ſacram editas non tollimus,
Habeamus ipſum ludibrii tamquam loco,
Anguemque ludamus, licet hiatum paret.

Pleri-

Diaboli tyrannis in ſpiritum.

Diaboli vafrities, & fraudes.

Illuſiones Diaboli, & tentationes.

ſe ingurgitaverit, plus ſitit, atque ex ipſa ſuperingeſti auri intemperantia aeſtuantis ebrietatis incendium magis inflammat.

794. Dicat & hoc, quomodo qui quondam caelo decidit, tantum habeat potentiae, ut inſtar barbari tyranni non modo corpus contra ſpiritum in bello committat, ſed ipſo etiam corde potietur, & quod eſt ſua natura liberum in ſervitutem trahat, noſtraſque mentes, quae ſui ſunt iuris in miſeram captivitatem adducat: ac primum quidem nos ſuadet, tum vero in omne ſcelerum genus impellit: nam ſe tortuoſis ſpiris, velut anguis, intorquet, & mirae calliditatis eſt beſtia, quae per alternos greſſus ſe inflectens graditur (ventre enim utitur, tamquam pedibus, ad incedendum), ac luporum forſitan more terram lingens, per incontinentem aeſtuantium paſſionum libidinem ad peccati conſummationem impellit, cuius guſtu ac ſuavitate unuſquiſque illectus trahitur; ac tum quidem amari neſcio quid voluptatibus immiſcens melle medicatum venenum mihi morituro propinat. At quis huius draconis malitiam penitus agnoverit? qui in conſiliis dandis eſt inimicus, & in accuſando amicus? qui blande iugulat, & quos adiuvat, mactat? quibus ſe ducem praebet, fallit; quos amat, adgreditur? qui fidem ſervare neſcit, nec minus ſe comem, dignumque qui excipiatur, fideſque habeatur, oſtentat? Nos enim allicit, nec quidquam proponit: pulchritudinis ſpeciem exhibet, nec quidquam admovet. Larvas figurat, pingit imagines, mentem pervadit, digitos contrectat, riſum excitat, labra labris conſerit, & tandem ementiti peccati obtentu rerum reapſe parturit peccatum. Verum ego non ſum plane neſcius, quam eius ſit in illudendo pervicax ingenium, atque ex hoc ipſo magis magiſque me, velut cancer, premit, & mordet, fugientem, & tamen peccata committentem. Atqui non aliam ob cauſam antiquum hunc ineloquibiliter ſerpentem, tenebrarum ſpeculum, nobis ante oculos poſuit Dei iudicium, niſi ut ſculptas in nobis ſecundum eius imaginem notas non deleamus, ac proinde ipſum ludibrio nobis habeamus, draconi illudentes,

quam-

Πολλοὶ γὰρ αὐτοῦ τὴν ἐπηρμένην φρένα,
Καὶ τὴν ἄφυκτον ἐν μάχαις ἀϋλίαν,
Ὕλην ἔχοντες σαρκικῶν βαρημάτων,
Καὶ τῇ γεώδει συμπεφυρμένοι κόνει,
Ἤμβλυναν, ἀπέστρεψαν, ὥσπερ ἀσπίδες,
Τὰ σαθρὰ πρὸς γῆν ἀντιπίπτοντες βέλη.
Εἰ ταῦτα πάντα πρὸς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῶν δοκούντων εὐτελῶν καὶ συντρόφων,
Τὸν σφυγμὸν εὑρὼν, τὴν διάγνωσιν φέρει·
Ἢ καὶ προκόπτων θεῖον ὄργανον λάβοι,
Φωνὴ βοῶντος εἰς ἐρήμους καρδίας·
Ἢ τῇ πυράγρᾳ τοῦ Χερουβὶμ ἐγγίσας,
Λάβοι παρ' αὐτοῦ τοῦ λόγου τὸν ἄνθρακα·
Ἢ τὸν πυραυγῆ δίφρον, ἢ τοὺς ἐμφλόγους
Ἵππους ἐλαύνων, οὐρανοῦ ὁδὸν δράμοι,
Ἱππεὺς δὲ δειχθῇ τοῦ βίου μετάρσιος,
Τῆς σαρκὸς αὐτὸν μὴ κατασπώσης κάτω.
Ἢ πῦρ κατάξῃ, καὶ κρεμάσει τὴν δρόσον,
Ἕλκων, μεθέλκων, ἀντιβάλλων τὰς φύσεις·
Φράξει δὲ πίστει τῶν λεόντων τὸ στόμα,
Δρόσον δὲ δείξει τῆς καμίνου τὴν φλόγα·
Ἢ καὶ πατάξει Νεῖλον εἰς αἷμα τρέπων,
Πείσει δὲ λάμπειν ἐν ζόφῳ τὸν ἥλιον·
„Τοῖς μὲν γὰρ ἦν φῶς· τοῖς δὲ δύσμορφον σκότος·
Σχίσει δὲ τὴν ἄβυσσον εἰς τρίβον ξένην,
Στῦλον δὲ δείξει νυκτὸς ἔμπυρον σέλας·
Ἄρτους δὲ σίτου μὴ προκειμένου πλάσει,
Λιμὸν δὲ θάλψει τῇ βροχῇ τῶν ὀρνέων,
Πηγὰς δὲ πέτραν ἐκβαλεῖν ἀναγκάσει·
Τείνει δὲ χεῖρας εἰς τροπὴν ἐναντίων,
Τοῦ σταυροειδοῦς συμβόλου τὴν εἰκόνα·
Ἴδοι δὲ πυρσῷ μὴ φλογιωθεῖσαν βάτον,
Τὰ κρυπτὰ τοῦ μέλλοντος εἰκονίσματα·
Τότε προσκύψας, ὡς ὁ Μωσῆς, ἐμφόβως,
Καὶ καπνὸν εὑρὼν ἐν θυέλλῃ, καὶ γνόφον,
Καὶ πρὸς τὸ ῥῆγμα τῆς ὀπῆς ἀνηγμένος,
Μόλις τὰ κρυπτὰ τῶν ὀπισθίων μέρη
Θεοῦ σκοπήσει, καὶ πλέον μηδὲν βλέπων,
Πλέον ποθήσει τὸν κεκρυμμένον πόθον·
Ἀργοὶ γὰρ εἰσὶ τῶν ἐρώντων οἱ πόθοι,
Εἰ συντόμως τύχωσι τοῦ ποθουμένου.
Καὶ πᾶς ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν,

Ὅσον

Plerique enim mentem ſuperbam, & aſperam, — *Martyrum, & Sanctorum nobis propoſita exempla.*
In praelioque invulnerabilem illius
Vim molis expertem, gravati his artubus,
Ac terreo contemperati pulvere,
Retudere graviter, perinde ac ſi ſcuta
Repellerent humi ſagittas irritas.
Si ſingula haec ſpectanda proponat ſibi, — *Dei cognitio tam difficilis, ut ne ullo quidem ſanctitatis gradu excellens vir eam aſſequi poſſit.*
Et vilium, ac vulgarium mortalibus
Victoria habita, notionem praedicet,
Vel promovens gradum, organum capiat ſacrum, — *Neque per fidem.*
Vox clamitantis cordis in vaſtis locis:
Aut forcipi ſi ſe Cherubinae admovens, — *Neque per donum prophetiae, quod habuit Ifaias.*
Sermonis almi ſumat hinc carbunculum.
Aut flammeum currum, igneoſque equos trahens, — *Neque per ſpiritum.*
Iter polorum currere arduum volet,
Equeſque vita appareat ſublimior,
Carne hunc deorſum dimovere neſcia.
Deducat ignem, rorem & appendat ſupra, — *Neque per miracula, quae Deus operatus eſt per Eliam.*
Cunctas trahens, vel diſtrahens, mutanſve res; — *Vel per Danielem.*
Obturet ac fide os leonum audacium,
Rorem eſſe monſtret ignem in ardenti pyra; — *Vel per Moſem.*
Nilumve feriat, ſanguine immutans aquas, — *Nili aqua in ſanguinem conversa.*
Et ſuadeat fulgere Solem in nubilo, — *Tenebrae ſuper Aegyptum.*
„Lux namque erat hiſce, & denſus horror alteris;
Ac dividat abyſſum in ſtupendam ſemitam: — *Tranſitus per mare.*
Praeſtet columnam noctis igneam facem, — *Columna ignis per noctem.*
Panemque fingat frugibus nullis datis; — *Manna.*
Compeſcat & famem imbre demiſſo alitum; — *Coturnices.*
Ac flumen undae fluere cogat e petra; — *Aqua de petra erumpens.*
Intendet aut palmas ad hoſtium fugam, — *Manus extenſae in cladem hoſtium, & in ſymbolum Crucis.*
Imaginem exprimens ſalutaris Crucis;
Cernatque magno incendio haud uſtum rubum; — *Rubus incombuſtus.*
Abſtruſa ſigna eventuum praenuncia:
Tandem procumbens prae metu, Moſis modo,
Cum invenerit fumum in procella, nubeque
Et ad foraminis profectus terminum,
Latentia aegre poſterarum partium
Dei intuebitur, nihilque ultra videns,
Deſiderabit cupidius, quod abditum eſt:
Nam amantium ſunt languidi cupidines,
Quando cito optatis frui conceditur.
Iam quiſquis ipſam eſſentiam quaerit Dei, — *Dei eſſentia imperſcrutabilis.*

Quan-

---

quamvis immani hiatu fauces ille diducat; nam multi ſuperbam eius mentem, & nullo modo aſſequendam in bello eiuſdem immaterialem ſubſtantiam, quamvis materiali carnis pondere gravati, & terreſtri coeno commixti contuderunt, atque everterunt, tamquam ſcuta, quae immiſſa tela in terram irrita remitterent.

839. Verum eſto, ut quis haec omnia ſe habere perſpecta, & rerum, quae viliores videntur, & una ſimul nobiſcum ſunt natae, ac enutritae, intimam rationem tam bene noſse arbitretur, ut de iiſdem poſſit ferre iudicium. Eſto, ut ulterius proficiens divinum organum tractandum ſumat, fiatque vox cordis clamantis in deſertis; vel etiam ad Cherubim forcipem accedens ſumat ab ipſo divini ſermonis carbonem; vel potius igne ſplendentem currum inſcendens, & igneos equos exagitans per caeli vias excurrat, & eques appareat hac terrena vita excelſior factus; adeo ut ne carnis quidem pondus deprimat ipſum deorſum: eſto, ut etiam ignem in terram deducat, & aquam in altum ſuſpendat; quo vult res trahat, ac diſtrahat, omnemque naturae ordinem ſubvertat: leonum ora per fidem obſtruat: ignem fornacis eſſe rorem oſtendat: Nilum percutiat, & aquam in ſanguinem convertat: Solem inter tenebras ſplendere ſuadeat, (ſcimus enim aliis affulſiſſe lucem, & aliis offuſas fuiſſe horrendas tenebras): dividat abyſſum in ſtupendam ſemitam: oſtendat columnam eſſe igneam facem per noctem: panes non dato frumento componat: avium pluvia famem compeſcat: cogat fontes e petra erumpere: manus extendat ad fugandos hoſtes, crucis ſigni exprimens imaginem: rubum igne incombuſtum, id quod erat futurum arcana quadam ratione ſignificantem, videat: ac tum denique prae metu procidens ut Moſes, cum nihil ſe praeter fumum, & caliginem inter procellas oſtendiſſe ſenſerit, ad imum foramen petrae admiſſus introſpiciet, & poſteriora Dei vix intuebitur: neque aliud quidquam videns eo magis deſiderio deſiderabit abſcondita videre. Sua enim deſideria langueſcere ſentiunt amantes, ſi quod deſiderant, ſtatim aſſequantur. At vero quiſquis eſſentiam Dei inveſtigat, quo magis ſpectat,

X: magis

Ὅσον θεωρεῖ, τοσοῦτον συμμύει·
Εἰ γάρ τις εἰς ἄβυσσον ἀπλήστως κόρας,
Ἢ καὶ πυραυγῆ δίσκον ἡλίου βλέπων,
Ὅσον θεωρῇ, καὶ κόρας ἀμβλυώσεται·
„ Οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι
„ Ἀσκαρδαμυκτὶ προσβλέπειν τὸν ἥλιον·
Ποῖος παρόπτης εὐτονήσει τοῦ βλέπειν,
Τὸν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡλίου φωτὸς πόρον;
Ἀλλ' ὦ παρὼν πόρρωθεν ἑδραίῳ τάχει,
Ὁ πᾶσι γνωστὸς καὶ δυσεύρετος μένων,
Καὶ πᾶσι ληπτὸς, καὶ κρατεῖσθαι μὴ θέλων·
Πᾶσι γὰρ ὢν ἄγνωστος, ἐγνώσθης ὅλοις
Ἐξ ὧν ἐνεργεῖς εἰς τὸ πάντας σε βλέπειν.
Ὅσον γὰρ ἐν σοὶ τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας,
Ἐν ἀκαταλήπτοις ἐξοχαῖς στενοστάλῃ,
Τοσοῦτον ἡμῖν τὴν ἐνέργειαν βλέπειν
Τὴν σὴν ἐφῆκας, οὐκ ἐν ἀγγέλοις μόνον,
Οἷς τὰς πυραυγεῖς ἐμφυτεύσας οὐσίας,
Ὕλην ἄϋλον μυστικῶς ἀπειργάσω·
Ἀλλ' εἴ τις ἡμᾶς οὐσιῶν ὑψηλοτέρα
Λέληθε τάξις οὐρανοῖς, ἐν αἰθέρι,
Ἐν παντὶ κόσμῳ, τῷ τε νῦν ὁρωμένῳ;
Καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν, εἰ θέλεις·
Χωρεῖ γὰρ εἰς πῦρ, εἰς ὕδωρ, εἰς ἀέρα,
Εἰς γῆν, ἐν ἄστροις, ἐν φυτοῖς, ἐν ὀρνέοις,
Εἰς πᾶν τὸ νηκτὸν, εἰς τὸν ἕρποντα στόλον,
Εἰς πάντα χόρτον, εἰς τὸν ἄνθρωπον πλέον,
Δι' ὃν τοσαῦτα, καὶ μεθ' ὃν παρατρέχει,
Ἡ σὴ γὰρ ἀκτὶς μηδαμοῦ χωρουμένη
Εἰς πάντα χωρεῖ μηδαμοῦ στενουμένη·
Οὐ τῶν μεγίστων οὖσα τεχνῖτις μόνον,
Ὁμοῦ δὲ πάντων ἀρρήκτως δεδραγμένη·
Ἴθυνον ἡμᾶς, ἔνθα τῆς κοσμουργίας
Τῆς σῆς ἔνεστιν ἱστορεῖν τὰς ἐμφάσεις.
Τίς γὰρ θεωρῶν μῆλον, ἢ βαφὴν ῥόδου,
Οὐκ εὐθὺς ἔγνω τῆς βαφῆς τὸν ἐργάτην;
Ἢ ποῖος εἰς ὄσφρησιν ἐλθὼν βαλσάμου,
Οὐ σὲ προεισέπνευσε βαλσάμου πλέον;
Τίς κέδρον ὑψοῖ, καὶ πλατύνει τοὺς κλάδους,
Καὶ πικρὸν ἐντίθησι τῷ ξύλῳ μύρον;
Τίς νάρδον ἕψει, καὶ μυρίζων τὴν πόαν,
Ἀρωματίζειν ἐκβιάζει τὸν στάχυν;

Πόθεν

Quanto acrius ſpectet, magis conniveat.
Proinde, ſi ſpectator avidus lumina
Dum iactat in voraginem, aut Solis iubar,
Quanto inſpicit magis, hoc magis perſtringitur:
„ Solem cuique namque difficillimum
„ Eſt irretorto contueri lumine:
Quae perſpicaciſſima videre mens queat
Solaris huius luminis fontem abditum?
Tu qui eminus praeſto es celeritate ſtabili,
Et cognitus cunctis, & inventu arduus,
Qui percipi a cunctis potes, nec vis capi:
Nam nemini perceptus, omnibus agnitus
Tuis operibus, queis ubique cerneris;
Nam quanta magnitudo naturae tuae eſt,
Quae incomprehenſa arctatur excellentia,
Huc uſque nobis actionem cernere
Tuam ſinis: nec Angelis ſolum in tuis, Quam late pateat divina operatio.
Queis igneas ſubſtantias indens, facis
Materiem ab omni mole mire liberam.
Sed ſi quis ordo eſſentiis ſublimior
Globis in aethereis poliſque nos latet
In quaque mundi parte, qui nunc cernitur,
Quive ante fuerat, poſtque erit, ſi ſic voles,
Namque exit in flammam, atque aquam, tum in aërem,
Terramque: in aſtris, ſtirpibuſque, avibuſque ineſt:
Itque in natantium, & genus repentium,
In omne gramen: denique in hominem magis,
Ob quem iſta, poſt quem tanta currunt ſedulo.
Radius tuus ſed enim, locus quem non capit,
Pervadit omnia, nec premitur anguſtiis:
Neque maximarum eſt artifex rerum modo,
At cuncta ſimul amplectitur firmiſſime;
Nos dirige iſto, quo tui opifici licet
Orbis figuras ſciſcitari ſplendidas.
Nam ecquis, videt dum poma, pictas vel roſas, De plantis. Mala, & roſae.
Non illico agnoſcit coloris opificem?
Quis ſuave olens dum nare ducit balſamum, Balſamum.
Non te ante odoratur magis quam balſamum?
Cedrum quis attollit, quis eius porrigit Cedrus.
Baccas, & unguentum acre ligno coniicit?
Quis Nardum inungit, delibuto & gramine Nardus.
Aroma ſpicam cogit almam fundere?

Aſt

---

magis in ipſo ſpectando connivet. Etenim ſi, cum quis plus nimio immotas in lucis abyſſum pupillas tenens igneum Solis diſcum contempletur, quo magis intuetur, eo magis ſuum hebetat viſum; oculis enim ita intentis, & firmis Solem aſpicere, ut numquam dimoveas aciem, datum eſt nemini: quae ſit mens in rebus omnibus luſtrandis adeo perſpicax, quae fontem ipſum ſolaris lucis poſſit intueri?

903. Tu igitur Deus, qui ades a longe velocitate immobili, quique omnibus es cognitus, & difficilis inventu manes; tu, quem omnes poſſunt capere, & teneri non vis, quique omnibus es ignotus, & tamen omnibus notum te feciſti in iis, quae per te facta ſunt, ut in te omnes intueantur: quamvis enim tuae eſſentiae magnitudo omni incomprehenſibili excellentia ſit circumſcripta; nihilominus tantum nobis facultatis dediſti, ut operationes tuas dignoſceremus: atque id non ſolum in Angelis, quibus igneas ſubſtantias indidiſti, materiem immaterialem mirabiliter edormans; ſed in alio quocumque ſubſtantiarum genere, ſi forte etiam quis eſt Angelicis ſubſtantiis ordo ſublimior, quem nos lateat, in caelis, in aethere, atque in omni mundo, tam in eo, quem nunc videmus, quam in eo, qui ante hunc ipſum fuit, aut poſt ipſum erit, ſi velis: tua enim potentia penetrat in mare, in aquam, in aerem, in terram, in aſtra, in plantas, in aves, in omne natantium, & repentium genus, in omnem herbam virentem, & magis adhuc in hominem, per quem, & poſt quem praetercurrunt haec omnia: quamvis enim tuae lucis radius nuſquam moveatur, omnia tamen pervadit, & locorum anguſtiis non premitur; nec ſolum maximarum rerum eſt artifex, ſed omnia ſimul invincibiliter coniuncta facit conſiſtere: Tu inquam, Deus, nos dirigas, quatenus licet, quae a te facta in hoc mundo apparent, enarrare.

909. Nam quis malorum, aut roſae colorem intuens, quis ſit coloris artifex, ſtatim non noverit? aut quis odorem ſentiens balſami, non te prius ipſo balſamo ſpirans, redanſque deguſtaverit? Quis cedrum attollit, eiuſque ramos extendit, & amarum quoddam unguentum imponit ligno? Quis nardum excoquit, & delibuto unguentis frutice aroma.

Πόθεν δὲ φοίνιξ ἐν καταξήροις τόποις
  Καρποὺς μελιῤῥεῖ τῶν ἐνικμῶν βοτρύων;
Τίς καὶ τὰ κίτρα ταῖς ἀκάνθαις ὁπλίσας
  Σιδηρῶσεν αὐτοῖς αὐτοχάλκευτα ξίφη;
Τίς σπαργανοῖ τὰ τέκνα τῶν φυτῶν ὅλα,
  Καὶ τοῖς μὲν ἐντίθησιν ὀστώδη βάσιν,
  Οἷς ἐστιν ἐκτὸς ἀσθενὴς ἡ γυμνότης·
  Τοῖς δὲ προβάλλει στῤῥὸν ἔξωθεν δέρας,
  Οἷς ἐστιν ἐντὸς εὐπαθὴς ἡ χαυνότης;
Τίς τῷ λέοντι θάρσος, ἢ τῇ δορκάδι
  Δρόμους ἐνῆκεν ἀντιφάρμακον φόβου;
Τίς ταῦρον ἐκράτυνεν ὥσπερ ἐργάτην
  Ἀροτριᾷν μέλλοντα; τίς τῶν ὀρνέων
  Τὴν γλῶτταν ἐτόρνωσεν ὀργάνου δίκην;
  Ὡς καὶ νομίζειν τοὺς κενοὺς μυθογράφους,
  Εἶναι παρ' αὐτοῖς γνωστικὴν ὁμιλίαν;
Πόθεν δὲ καὶ γρὺψ εὐσθενὴς λαβὼν κράτος,
  Καὶ βοῦν ἀνασπῶν ἐξ ἑτοίμου ἁρπάγων;
  Καὶ πτηνὸς, ἔρπει, καὶ βαδίζει τετράπους;
Τίς τὰς καμήλους, καίπερ οὔσας ὀργίλους,
  Ἔπεισε μητρὸς μὴ μιαίνεσθαι γάμοις;
  Καὶ κτῆνος οὕτω βράζον εἰς λάγνον πάθος,
  Πρὸς τὴν ἄθεσμον μῖξιν ἐγκρατὲς μένον,
  Πέρσας ἐλέγχει τοὺς θολοῦντας τὸν βίον;
Ποίους ὁρισμοὺς ἐκμαθὼν Ἱπποκράτους,
  Τετρωμένος δίκταμνον ἐμφαγὼν τράγος,
  Τὸν ἰὸν εὐθὺς τῶν βελῶν ἀποπτύει;
Ποῖος Γαληνὸς ἱεράκων τὴν νόσον
  Ὀπῷ καθαίρει πικροφύλλου θριδάκων,
  Ἀχλὺν δι' αὐτοῦ ὀπτικὴν ἀποξέων;
Καὶ πάρδαλις μὲν λύθρον αἰγὸς ἀγρίας
  Πίνει νοσοῦσα, καὶ καθαίρει τὴν νόσον.
Ὑγροῖς δὲ φύλλοις ἐκ δρυὸς καθαρσίοις,
  Χυμοὺς κάμηλος ἐξεμεῖ κεκαυμένους.
Χλωρὰν δὲ τὴν ἄγρωστιν εἰ φάγοι κύων,
  Χολῆς μελαίνης ἐξερεύγεται πάθος.
  Λύκοι δὲ τὴν γῆν, οἱ λαγοὶ δὲ κανθάρους,
  Λέων πιθήκους, οἱ δὲ κύκνοι βατράχους,
  Τράγοι δὲ τὴν ἄπεπτον ἀσκαμμωνίαν
  Δαπνοῦντες, ἐκπτύουσι τὴν ἀπεψίαν·
  Ἀσκληπιοῦ δὲ τοῦ νόθου Θεοῦ δίχα,
  Τρώγων πελαργὸς, οὐ νοσήσει, τοὺς ὄφεις.

Aſt unde Palma arentibus nata in plagis, *Palma.*
  Mel fundit in fructus, racemoſque uvidos? *Mala citria.*
Quis mala Citria muniens tot ſpiculis, *Fructuum varietas.*
  Aptavit ipſis arma naturalia?
Quis ſtirpium fetus recentes obtegit?
  Ac his quidem indit nuclei baſim oſſeam,
  Queis nuditas extra imbecilla eſt ſcilicet:
  Aliiſque duram opponit exterius cutim,
  Queis intus eſt mollities delicatior? *De animalium proprietate, & ſolertia.*
Ecquis Leoni audaciam, timido aut Damae *Leo, & Dorcas timidi.*
  Curſus timoris remedium tutum exhibet? *Taurus robuſtus.*
Tauro quis ut opifici dedit robur, ſolum
  Vertat ut aratro? quiſve linguam garrulis
  Velut organum formavit Avibus tinnulum? *Avium colloquia.*
  Ut inde reatur fabulatores novi
  Ipſas habere cognitos vocum ſonos?
Aſt unde, quaeſo, maximis Gryps viribus *Gryphi vires.*
  Bovem unguibus rapidiſſimis alte elevans,
  Aleſque volat, & quadrupes greſſus movet?
Quiſnam Camelos, aeſtuent ita licet, *Cameli continentia.*
  Perſuaſit ut parentis haud ſe polluant
  Contactibus? Libidinoſum ergo hoc pecus,
  Dum temperat conſtanter a Venere impia
  Perſas nefandae impuritatis arguit.
Decreta quaenam didicit a Coo ſene, *Caper ſibi medetur dictamno.*
  Ut ſaucius Caper ferus Dictamnum edat,
  Et ſic ſagittarum venenum reſpuat?
Ecquis Galenus Accipitrum vulnera *Accipiter lactuca.*
  Lactucae amaris purgat e liquoribus,
  Caliginoſam luminum his nubem auferens?
At Pardalis ferae cruorem haurit Caprae *Pardalis cruore caprae.*
  Vexata morbo: ſic medetur & ſibi.
Sed uvidis Quercus ſacratae frondibus *Camelus quercus foliis.*
  Uſtos Camelus mox ſapores evomit.
At viride gramen ſi Canis guſtaverit, *Canis gramine.*
  Depellit atrae bilis aegritudinem.
  Ravi at Lupi terram; Lepuſque Cantharos; *Lupus terra, Lepus cantharis, Leo ſimiis, Cycnus ranis, Hoedi ſcammonia.*
  Leoque Simias; Olor Ranunculos;
  Haedique difficilem cum edunt Scammoniam,
  Cibo hoc dolores cruditatis leniunt.
  Et abſque falſo numine Aeſculapii
  Angues vorando ſana fit Ciconia. *Ciconia ſerpentibus.*

Πόθεν

Unde

---

aromatis ſuavitatem cogit ſpicam effundere? Unde palma in aridis locis melle conditos fructus, & humidis implicatos racemis producit? Quis mala citria ſpinis armavit, & gladiis non elaboratis arte inſtruxit? Quis plantarum omnium fetus faſciis tam vario modo involvit? atque aliis quidem fragilem extra nuditatem praeferentibus oſſeam intus baſim includit; aliis vero cedente laxitate intus praeditis durum extra tegumentum obtendit?

926. Quis indidit leoni audaciam, & curſum dedit dorcadi, ut eſſet contra timorem remedium? Quis tauro, ut qui labores perferre, & terram aratro ſcindere deberet, tantam dedit virium firmitatem? Quis avium linguam tam concinne inſtar organi efformavit, ut vani fabulatores intellectualia inter ſe colloquia eos habere arbitrentur? Unde vero gryphus tantum roboris accepit, ut bovem repente abreptum unguibus ſurſum attollat? & quomodo idem & ales volat, & incedit quadrupes? Quis camelos quamvis furentes, cum matre ne coeant, & polluantur, perſuaſit? adeout hoc pecudum genus alioquin aeſtuans libidine, & tamen ab illicito ſe temperans concubitu, Perſarum incontinentiam, magnum vitae dedecus, redarguat?

941. Quos aphoriſmos Hippocratis didicit caprea, ut ſaucia dictamnum edat, atque ita teli venenum exſpuat? Quiſnam Galenus, ſucco ex amaris lactucae foliis expreſſo, accipitrum morbum ſanat, & offuſam oculis caliginem abradit? Sic etiam pardalis, cum aegrotat, ſilveſtris capreae cruorem bibit, & morbo liberatur. Sic & camelus humidis quercus foliis ſe purgat, atque inde ſiccos humores evomit. Canis vero ſi viride gramen comedat, atrae bilis affectionem depellit: atque ita lupi depaſcentes terram, lepores ſcarabaeos, ſimias leo, ranas cycni, & crudam ſcammoniam hirci, quidquid non eſt coctum in ſtomacho, emittunt: ac ſine Aeſculapio fabuloſo numine, ſi angues comedat ciconia, non aegrotat corpore.

Unde

Πόθεν κατώβλεψ πυρσὸν ἔμφυτον πνέων,
Ἐκ ῥινὸς ἐμφύσημα πυρφορούμενος,
Κάτω τὸ ῥεῦμα τῆς πνοῆς ἀντιστρέφει·
Πόρρω δὲ πέμπει τὴν φορὰν, ὡς τοξότης;
Αἰτναίαν ὥσπερ καὶ καταρρύτην φλόγα,
Δίκην κεραυνοῦ πυρσοβολῶν ἀτμίδα;
Εἰ μὴ δὲ θεσμὸν εἶχε συγκεκυφέναι,
Καὶ τῆς φλογὸς τὸ βρᾶσμα συγκινεῖν κάτω,
Τὴν γῆν βαρύνειν εἶχεν ἂν τοῖς λειψάνοις.
Πόθεν δὲ τὰ προὔχοντα τῶν ζώων γένη
Ἐκ τῶν δοκούντων μετρίων φαυλίζεται;
Καὶ πᾶς μὲν ἵππος σκυτομάστιγα τρέμει,
Οἴστρῳ δὲ φεύγει ταῦρος ἐκπεπληγμένος·
Φοβεῖ δὲ τὸν λέοντα τυπτηθεὶς κύων.
Ἡμᾶς δὲ κώνωψ εὐτελὴς διαστρέφει.
Δάκνων, προσαυλῶν, ἐξυπνίζων πολλάκις:
Καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι τὸ κράτος·
Τὰ μικρὰ γρυλλίζοντα τῶν χοίρων βρέφη.
Καὶ μικρὸς ὕλλος ὑγροχέρσῳ θηρίῳ
Φθορὰν ἐφιστᾷ τῇ τομῇ τῶν ἠπάτων·
Λάθρα γὰρ αὐτῷ προσβαλὼν κεχηνότι,
Διατρέχει τὰ σπλάγχνα, σωλῆνος δίκην,
Τεμὼν δὲ κρυπτὴν ἐξ ὀπισθίου θύραν
Φονεὺς διαδρὰς οἴχεται σεσωσμένος.
Ἄλλη δέ τις πέφυκεν ὀρνέου φύσις,
Ἣ τοὺς ὀδόντας βόσκεται τοῦ θηρίου,
Καὶ τοῖς περιττοῖς ἑστιᾶται λειψάνοις·
Στοργὴν δὲ δεικνῦσα γνησίαν φίλου,
Καὶ τῆς τραπέζης τὴν τροφὴν αἰδουμένη,
Ὅταν τὸν ὕλλον γειτνιῶντα προσβλέπῃ,
Κράζει, πτεροῦται, τοῖς ποσὶ περιτρέχει,
Κνήθει δὲ τοῖς ὄνυξι, καὶ πρὸ τοῦ φόνου
Κῆρυξ ὀλέθρου γίνεται ζωηφόρος·
Καὶ τῶν τραπεζῶν ἐξελέγχει τοὺς φίλους,
Μὴ συμμαχοῦντας εἰς ἀνάγκην τοῖς φίλοις·
Ἐχρῆν γὰρ, οἶμαι, τὰς ἐν ὀγκώσει φύσεις
Ἐκ τῶν ἀμυδρῶν συμμαχεῖσθαι σωμάτων·
Ὡς μή τις αὐτῶν τὰς ἐπάρσεις προσβλέπων,
Πάθοι λεληθὼς δυσσεβοῦς ὑποψίας·
Ὃ καὶ πέπονθεν ἡ κατ' Αἴγυπτον μέθη,
Οὐ τοῖς μεγίστοις ἠπατημένη μόνον,
Ἀλλ' ἄχρι φαύλων ἑρπετῶν καὶ θηρίων,
Τῆς δυσσεβείας ἐκπιοῦσα τὸν σάλον.

Οἷς

Unde at Catoblepas anhelans vim igneam,
A nare flatum torrida emittens ferum,
Incendit flumen ſolum verſus iacit:
Iaculatur ac telum procul, tamquam arciger,
Aetnaeam ut ardere rapidam flammam putes,
Fulminibus, & pares vaporum turbines?
Ut niſi iuberetur gerere pronum caput,
Flammaeque fervidos ciere infra globos,
Terram cadaveribus premi contingeret.
Iam qui genera praeſtantiora animalium
Terrentur a re viliori qualibet?
Formidat omnis Equus flagelli verbera,
Oeſtroque perculſus fugam Taurus capit:
Terret Leonem verberatus & canis:
At nos Culex viliſſimus torquet male,
Mordens, ſtrepenſque, ſaepius ſomno excitans:
Sicut Elephantum territant ferociam
Ipſi pupilli grunnientes Porculi.
At parvus Hyllus terrae alumno & fluminis
Necem ſtruit, fervenſque concidit iecur:
Nam clanculum irrepens in os eius potens,
Per viſcera excurrit cavi tubi modo,
Fidenſque poſticum latenter oſtium,
Hoſtis fuga ſuae ſaluti conſulit.
Eſt alia item natura avis percallida,
Quae in dentibus depaſcitur monſtri iſtius,
Ex reliquiis epulans opimis belluae,
Et certi amici quis ſit affectus docens,
Menſaeque honorem, & gratiam tribuens cibis,
Quando intuetur Hyllum adeſſe proxime,
Clangit, ſtrepitque alis, pedibus & profilit,
Et unguibus corradit, anteque impetum,
Praeco necis, ſalutis idemque auctor eſt:
Sicque arguit menſarum opiparum aſſeclas,
Non adiuvantes, cum neceſſitas iubet.
Namque arbitror decebat immanes feras
Exilia haec corpuſcula ſibi adſciſcere,
Ne forte quis, dum immanitatem harum videt,
In notiones incidat ſenſim impias:
Aegyptiorum ut accidit temulentiae,
Quae non modo his deluſa fuit ingentibus,
Sed vilibus reptilibus, ac foedis feris,
Totum ſalum impietatis horrendae ebibens:

Ab

Catoblepas naribus efflans ignem.

Equum terret flagellum, oeſtrum taurum, canis leonem, culex hominem, porcorum grunnitus elephantem.

Ichneumon Crocodilum occidit.

Trochilus Crocodili amicus.

Contra Idololatriam.

959. Unde catoblepas inſitam flammam efflans, & urentem nare ſpiritum effundens, ignita effluvia deorſum intorquet, & ſuum virus, quod Aetnaeam ac fluidam flammam diceres, inſtar ſagittarii longe iaculatur, ac velut fulmen igneos vapores emittit: adeout niſi ea lex ſit, ut prono incedat capite, & flammae incendium deorſum moveat, terra circum premeretur cadaveribus? Unde autem, quae ceteris praeſtant animalia, rebus ut nobis videtur modicis terrentur? Omnis quidem equus frenum, & flagellum timet: oeſtro percitus taurus fugit: canis, qui ſenſerit verbera, terret leonem: nos vero miſere contorquet vilis culex, & morſu ſibiloque ſaepe excitat a ſomno: & elephantorum robur quatit porcorum recenter natorum grunnitus.

977. Quid parvus hyllus? qui terra, & aqua gaudentem belluam *Crocodilum* exſectis inteſtinis interficit? clam enim in os hiantis irrepit, eiuſque viſceribus tamquam per tubum immiſſus peragratis, poſticam eiuſdem ſecretam partem ſecans, interſector fugit, & ſalvus evadit? Sed contra eſt avis cuiuſdam tam diverſa natura, ut in eiuſdem belluae dentibus paſcatur, & ex reliquiis, quae ibi ſuperſunt, convivetur: ut autem ſuae ſincerae amicitiae, & ingenui amoris ei faciat fidem, & quanto in honore habeat cibum, & menſam ſibi paratam demonſtret, ubi primum hyllum appropinquantem videt, obſtrepit, alis plaudit, pedibus circumcurſitat, ſcalpit unguibus, & ante necem fit imminentis cladis praeco ſalutaris: atque ita menſarum amicos, cum opus eſt, amicis non auxiliantes redarguit. Ego vero, neceſſarium puto fuiſſe, ut animalium naturae, quae mole corporis ceteris antecellunt, ab exilibus corpuſculis opem ſentirent; ne quis illorum proceritatem videns, & iſta ignorans in impiam aliquam ſuſpicionem caderet: quod temulentae Aegypto contigit, quae non modo maximis beſtiis, ſed vilibus etiam reptilibus, & feris ho-

norem

Οἷς καὶ μαθητεύσαντες Ἑβραῖοι πάλαι
Τὸν αὐτὸν ἐζήλωσαν ἐν κακοῖς βίον,
Καὶ μέχρι μυίας ἐκθειοῦντες τὴν κτίσιν.
Τίς καὶ τὰ κήτη τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους
Ἐν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἀβύσσου συλλέγει·
Μήπως ἐπιφρυάξαντα ταῖς λεωφόροις
Ὁδοστατήσῃ καὶ ταράξῃ τὰ σκάφη;
Καὶ τίς τὸν ἰχθὺν τὸν βραχὺν τὸν ναυκράτην
Ποιεῖ τρεχουσῶν ὁλκάδων ἀντιστάτην,
Καὶ πλωτὸν εὐόλισθον ἀνταίρει στόλον,
Καὶ ταῖς πνεούσαις ἀντιτάττεται βίαις·
Πτέρυξ γὰρ αὐτὸν πρὸς τὰ τοῦ στέρνου μέσα,
Κυκλοῖ περιπτύξασα κυμβάλου δίκην·
Ἣν ταῖς θεούσαις ἀντερείδων ὁλκάσιν,
Ἱστᾷ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ῥεῦμα, κἂν τρέχῃ,
Καὶ κυρτὸν ἀφρὸν ἀντεπικλᾷ τοῦ σάλου·
Ἕως μαχαίραις ἢ ξυροῖς τεθηγμένοις
Τέμῃ τὸν ἰχθὺν τεχνικὸς βυθοδρόμος,
Ἁλσί τε τοῦτον ἐμβαλὼν ἐξικμάσει·
Καὶ γίνεται κλεὶς μητρικῶν σπαραγμάτων,
Ὅτι σφαδάζει, καὶ προπηδῆσαι θέλει,
Καὶ τοῖς ὀλίσθοις ἐκραγῆναι τὸ βρέφος.
Πόθεν δὲ διττούς, ὥσπερ ἡ τρυγών, γάμους
Τοῦ Πορφυρίωνος ἡ φύσις βδελύττεται;
Ὃς καὶ παρ' ἡμῖν εἰ σκοπήσοι μαχλάδα,
Λιμῷ τὸ σῶμα τήκεται τεθλιμμένος·
Θέλων δὲ μηδὲ τὴν θέαν βλέπειν,
Ἄλλῳ σιωπῇ σωφρονίζει τὸν βίον;
Τίς τεκνοποιεῖν δεικνύει τὴν ἔγχελυν
Ἄμοιρον οὖσαν καὶ σπορᾶς ἀλλοτρίας;
Ἢ τῶν ἑαυτῆς ἀντιπλευρίων ξυσμάτων
Τὰ τμήματα σπείρουσα πετραίοις πάγοις,
Φύει τὰ τέκνα τῇ κυήσει τῇ ξένῃ,
Καὶ πλευρομήτρα γίνεται θαλαττία;
Καὶ μὴ λαλοῦσα δογματίζει τῇ φύσει,
Ὡς οὐδὲν ἐξήμαρτε Μωσῆς, εἰ λέγει,
Πλευρὰν γενέσθαι τοῦ βίου λοχευτρίαν;
Οὐ συγχύσεις γὰρ ἐγκαλεῖν ἀσυμφόρους
Τῷ συντελεστῇ τῶν ἀμηχάνων θέμις·
Ὑμνητέον δὲ μᾶλλον αὐτόν, ἡνίκα
Ἐκ τῶν παρὰ φύσιν δημιουργεῖ τὴν φύσιν·
Καὶ τοῦτο ποιεῖ δεῖγμα τῆς ἐξουσίας,

Ἄϋλος

Ab hiſque docta Hebraea gens malo ſuo,
Vitae ſtudens vitia aemulari peſſimae,
Res conſecravit muſcam ad unam conditas: Cete.
Orcas quis, haec portenta maris, alta ut iuga,
In vaſtitate immenſi abyſſi continet;
Ne ſi impetu ferrentur in latas vias,
Naves morarentur, vel alio traderent? Remora.
Quiſve remoram piſcem puſillum in aequore
Statuit carinis obvium currentibus?
Hic claſſi in altum vela danti opponitur,
Spirantibuſque auris reſiſtit graviter.
Siquidem ala media parte pectoris ſita
Hunc verſat, & quaſi cymbalum circumplicat,
Quam navibus quando obiicit currentibus,
Arcet aquilones, fluctuum & curſum impedit:
Spumamque collidit procellis turgidam,
Mucronibus donec, novaculiſque cum
Peritus urinator incautum ſecet,
Et ſalibus iniectum vaporibus privet.
Hinc fit medela matribus, quas vellicat
Infans in alvo contineri qui nequit,
Sed proſilire vult, ruenſque illabitur. Porphyrio.
Unde at ſecundas, veluti turtur, nuptias
Natura Purpureonis odit maxime:
Ut ſi quam apud nos hic lupam conſpexerit,
Corpus ſuum inedia ſinat tabeſcere?
Meretricis hic dum vitat aſpectum quoque,
Docto inſtruit vitam ſuo ſilentio. Anguilla.
Quis procreare lubricam anguillam docet
Matricis expertem, & carentem ſemine?
Quae proximorum ſcrupulorum lateribus
Strigmenta duris inſerit dum cautibus,
Natos ſatu & conceptu inaudite creat,
Et latere gignens in mari producitur?
Sic vel tacens naturam eo facto admonet,
Magnum nihil Moyſem aberraſſe, hoc cum ait,
Vitae eſſe coſtam procreatricem viri.
Namque impares confuſiones carpere
In arduarum rerum opifice, eſſet nefas.
Hunc laudibus celebrare ſed magis decet,
Cum perficit naturam ab adverſis ei;
Ac praebet hoc potentiae ſpecimen ſuae,

Simplex-

---

norem decepta tribuit, ut totum impietatis ſalum exſorbuiſse viſa ſit: quodque etiam Hebraeis quondam evenit, qui ab Aegyptiis edocti, ipſorumque vitam in malis aemulati, res creatas omnes, ne muſca quidem excepta, deificarunt.

1005. Ecquis Cete immania, maris portenta, in deſertis abyſſi congregat, ne ſi forte emergerent, & qua patet gentibus iter, proſilirent, navium curſum aut impediant, aut turbent? Quis remoram, parvum admodum piſciculum, talem praeſtitit, ut currentibus navigiis obſiſtat, & cito praeterlabentem per aequor claſsem diſtrahat, & ſpirantibus ventis opponatur? Pinna enim, quam media parte pectoris gerit, velut cymbalum, circumagitur ac volvitur, donec in properantes naves illam infigit, ac tum ventos, & maris fluxum, ruant licet, ſiſtit, tumenteſque undas undis refractas compeſcit; donec peritus urinator enſe aut cultro acuto piſcem ſecet, & in ſalem coniectum exſiccet: tunc enim matribus utero laborantibus inſervit, & ad uteri convulſionis fit quaedam clavis, cum intus exſultat, & exilire contendit, atque ex lubrico erumpere nititur fetus. Unde Porphyrio, ut columba, ſecundas nuptias averſatur? atque adeo eſt pudicus, ut ſi ſcortum apud nos viderit, fame confectus toto corpore contabeſcat, cumque foedum ſpectaculum nolit videre, ſilet, ſilenſque ſatis diſerte vitam impudicam reprehendit? Quis procreandi modum anguillae oſtendit, quae cum matrice careat, & expers ſit ſeminis, quaedam ſtrigmenta utrimque e ſuis lateribus abraſa inter lapidoſos ſcopulos ſeminat, atque hoc inuſitato conceptionis modo filios producit, & fit marina lateripara? Siquidem etiamſi anguilla non ſit natura ad loquendum comparata, aperte tamen teſtatur, Moſem non erraſſe, cum dixit, coſtam fuiſse vitae parentem. Impium enim eſſet, eum qui quae fieri non poſsunt videntur facit, tamquam inutiles miſcentem confuſiones, reprehendere; cum contra ſummis potius laudibus ſit efferendus, quod ex contrariis naturae

Ἄϋλος ὢν ἔνυλον δὲ κτίζει φύσιν,
Καὶ ἄτρεπτος ὢν τρεπτὸν δὲ ποιεῖ βίον.
Τίς ἐνδιδύσκει τὴν χελώνην ὀστράκῳ,
Καὶ τὴν ταπεινόσωμον ἐστεγασμένην
Δείκνυσιν ἐντὸς οἰκίας φορουμένην;
Τίς ἐμφυτεύσας τῷ διαυγεῖ λαμπύρῳ
Σπινθῆρα λευκὸν, ἑρπετὸν ποιεῖ σέλας,
Τὸν αὐτὸν ἕρπειν καὶ πτεροῦσθαι θεσπίσας;
Ποίαις δὲ πηγαῖς, ἢ βυθοῖς κεκρυμμένοις
Ἀρᾷ σαλαμάνδρα τὰς καμίνους αἰθάλην;
Τίς ἐντέθεικε τοῖς πυριγόνοις φρένας,
Διακριτήν τε τοῦ μαθεῖν τὸ συμφέρον;
Ἐκ τῆς ῥοπῆς γὰρ τοῦ πυρὸς παρηγμένοι
Περιτρέχουσιν, ὡς νεοττοὶ, τὴν φλόγα
Θηλὴν ἔχοντες, καὶ τροφὴν τὴν λαμπάδα,
Καὶ τὴν ἑαυτῶν πυρφόρον μαιευτρίαν
Ἀεὶ ποθοῦσι· καὶ τὸ παμφάγον στόμα
Μόνον παρ' αὐτοῖς γίνεται ζωοτρόφον.
Τίς τεκνοποιοὺς δεικνύει τοὺς κανθάρους,
Τῶν πρὸς τὸ τίκτειν οὐκ ἐχόντων ὀργάνων;
Οἱ συλλεγέντες κόπρον ἠμελημένην,
Σφαιροῦσιν αὐτὴν εἰσβαλόντος ἡλίου,
Ἕως πυρωθεὶς τῶν κυλίνδρων ὁ στρόφος,
Ἐγκυμονήσει τὴν σπορὰν τῇ κοπρίᾳ·
Οὕτως τὸ λοιπὸν ἐξ ἀμήτορος τόκου
Γονὴν νεουργήσουσιν ὠδῖνος ξένην.
Ἅπερ παρελθὼν ὁ θρασὺς μυθογράφος·
Τῷ Πορφυρίῳ γλῶσσα μὲν τεθηγμένη,
Γνώμης δὲ φύσις ἀστατεῖν εἰθισμένη·
Μύθοις ἐπεσκίρτησεν ἠπατημένοις,
Λειμῶνας εὑρὼν, καὶ θερίζων τὰς βάτους·
Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ταῦτα μᾶλλον θαυμάσαι,
Καὶ παγκρατὲς τὸ θεῖον ὑμνῆσαι κράτος,
Πῶς καὶ δι' αὐτῶν ἔρχεται τῶν ἐσχάτων.
Καὶ μὴ Θεοῦ μίμημα τολμῆσαι λέγειν,
Τοὺς κοπρομόχθους, καὶ δυσώδεις κανθάρους·
Ἐφ' οἷς δοκοῦσιν ἐκ ποδῶν ἀντιστρόφων,
Τὴν σφαιροειδῆ κόπρον ἀντισυστρέφειν,
Καὶ πρᾶγμα ποιεῖν τῶν ἄνω κυλισμάτων,
Καὶ σχηματουργεῖν κρατὸς ἐκ κοπρίας.
Ὢ νοῦς ἀμυδρὸς, ὢ θρασύστομος βία·
Εἰ τῷ Θεῷ μὲν εἷς ὑφέστηκε πόλος.
Τῷ κανθάρῳ δὲ γίνεται καθ' ἡμέραν.

Τίς

Simplexque naturam creat non ſimplicem,
Vitam & fovet mutabilem immutabilis. Teſtudo.
Teſtudinem quis hac cava concha induit,
Et corpore exili admodum circumdatam,
Intra domum oſtendit vagari propriam? Cicindela.
Quis noctilucae ſplendidae clara inſita
Scintillula, volaticam lucem efficit,
Praeſtans idem animal reptile, ac volatile? Salamandra.
Queis fontibus, vel abditis receſſibus
Vertit caminos ſalamandra in pulverem? Pyrauſtae.
Quis flammae alumnis indidit vim mentis hanc,
Peritiamque iudicandi, quid iuvet?
Nam prodeuntes ignis ex fornacibus,
Pulli ut recentes, advolant flaminae igneae,
Pro mamma habentes & cibo accenſam facem,
Atque obſtetricem torridum focum expetunt:
Ignis voraciſque, omne quod conſumit, os,
In his modo altor fit, parenſque animalculis. Scarabaei.
Fecunditatem cantharorum quis docet,
Deſint ut inſtrumenta proli his commoda?
Qui colligentes ſtercus abiectiſſimum,
Illud rotundant, quando Sol radios iacit,
Quouſque globus accenditur cylindricus,
In ſterquilinio concipitque ſemina:
Proinde ſic, fetu ſine parente edito,
Prolem creant uteri dolore liberi.
Quae praeteriit is fabulator maximus,
(Nam Porphyrio acuta eſt quidem lingua oppido In Porphyrium.
Aſt eius ingenium minime conſtat ſibi:)
Ad fabulas accurrit inſtructas dolo,
Et prata nactus aſperos metit rubos.
Mirari at ipſum talia aequius fuit,
Laudando ſummam Numinis potentiam,
Extrema quod pertingat ad faſtigia;
At non Dei ſimulacra temere dicere,
Hos ſtercore infectos, olentes cantharos,
In quo videntur pedibus incurvis ſuis
Stercus globoſum ultro citroque volvere,
Superorum obire & orbium negotium,
Et fingere aethereos globos de ſtercore.
O mens tenebricoſa, oſque plenum audaciae!
Siquidem Deo ſedes polorum eſt unica,
At ſcarabaeo nova in dies fit ſingulos.

Quis

---

rae naturam creat. Quippe hoc adhuc ſuae potentiae ſignum praebere nobis voluit; cum enim ipſe ſit immaterialis materialem naturam creat, cumque mutabilis non ſit, mutabiles ac varias vivendi rationes facit.

1046. Quis teſta induit teſtudinem, & incluſum exile corpus docuit intra ſuam domum circumferre? Quis relucenti lampyro candidam quamdam indidit ſcintillam, quis facit reptilem lucem, vel ut idem animal repat, & volet? Quibus autem fontibus, aut quibus abditis gurgitibus ſalamandra ardentes caminos in fuliginem reſolvit? Quis pyrigonis tantum mentis indidit atque iudicii, ut quod ſit ipſis utile dignoſcant? namque in momento ab igne producti curſitant, ut pulli, ad mammam, quae ipſis eſt flamma, & ad alimentum, quod eſt ignis: atque ita cum ſemper ſuam igniferam obſtetricem adpetant, illud evenit, ut quod rerum omnium eſt vorago, fiat ipſis alimentum vitae. Quis procreandi modum oſtendit cantharis, cum ipſis deſint inſtrumenta ad pariendum accomodata? qui viliſſimum ſtercus colligentes, ipſum Sole irradiante ſphaericam in figuram conformant; uſquedum rotundatae pilae inflammantur, & quaſi concoctae in ſterquilinio fecundantur: ac tum demum edito ſine matre partu, ea ratione prolem illi renovant, nec uteri ſentiunt dolores. Quae quidem audax ille fabulator Porphyrius tacitus praeteriens (nam lingua ei ſane erat acuta, ſed ingenium ex conſuetudine ſemper varium) ad fabulas plenas fallaciis confugit, & cum prata offendiſſet, ſentes, & ſpinas ex ipſis maluit, quam flores, colligere. Haec enim ipſa potius admirari ille debuiſſet, & ſummam Dei omnipotentiam laudare, quae uſque ad haec infima deſcenderit: numquam autem tantum audere, ut in ſtercore laborantes, ac foetidos ſcarabaeos Deum imitari diceret, atque (eo quia averſis pedibus, & contrariam in partem fimum provoluere, & conglobare cernantur), in ſupernorum orbium opere ipſos verſari, & caelorum fabricam in ſtercore repraeſentari aſſereret. O mentis caecitatem! o oris inſanam audaciam! ſcilicet unum tantum caelum eſt a Deo in rerum natura productum, at ſcarabaeus novum procreat quotidie.

1087. Quis

Τίς ἀσπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ,
Φυλῆς παρ' αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄρρενος,
Σκιὰν προδεικνὺς γνωστικῆς ἀφθεγξίας;
Οἱ τοῦ γάλακτος ἐμφραγέντων τῶν πόρων·
Μόνοι γὰρ ἐμβλύζουσιν ὀρνίθων γάλα·
Τὸν μηρὸν ἐκτεμόντες ᾑματωμένοις
Γάλακτος ὁλκοῖς ζωπυροῦσι τὰ βρέφη.
Καί μοι δοκεῖ τὸν γῦπα σεμνύνειν πλέον,
Τῇ συμπαθείᾳ τῆς γονῆς τετμημένον,
Ἢ τὸν μέγιστον εἰς ἀσέλγειαν Δία,
Τμηθέντα μηρὸν εἰς γονὴν ὀλεθρίαν.
Τίς τῶν πελεκάνων ἀντὶ λόγχης τὸ στόμα,
Ξένοις διωργάνωσε μακροακοντίοις,
Καὶ χάσμα τούτοις ἐξανοίγει παμφάγον
Πρὸς τὰς ἀπλήστους ἁρπαγὰς τῶν ἰχθύων;
Ποίᾳ δὲ δεινότητι τὰς κόγχας, ὅταν
Ἐν τοῖς ἑαυτῶν συσταλῶσιν ὀστρέοις,
Τέχνῃ διαστέλλουσιν ἠκριβωμένῃ;
Συνημμένας γὰρ τὰς πτυχὰς τῶν ὀστράκων,
Ἀμηχάνως ἔχοντες εἰς λύσιν φέρειν,
Χαλῶσιν αὐτὰς εἰς τὸ πῦρ τῶν ἐντέρων,
Λύσει δὲ τάχει τῶν πτυχῶν ἡ στερρότης,
Τῇ θερμότητι τῶν ἔσω χαυνουμένη·
Θᾶττον δὲ τὰς πρὶν ἐξεμοῦντες συνδέσεις,
Γυμνῇ διαρπάζουσι τὰς σάρκας μάχῃ,
Τὴν ὀστρακώδη μὴ φορέσας ἀσπίδα.
Τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης,
Ἔπεισεν ὄρνιν προλογεῖν τὴν εὐφρόνην·
Καὶ μὴ παρόντα προσβλέπειν τὸν ἥλιον,
Καὶ τοὺς ἐνύπνους ἐξυπνίζειν ἐργάτας;
Θεὸς δὲ ποῖος τῶν Ὁμήρου πλασμάτων
Γῆρας ξέει φοίνικος ἐκπυρουμένου,
Λυγρῷ δὲ τὸν γέροντα τεφρώσας τάφῳ,
Ζῶντα προβάλλει τοῦ τάφου τὰ λείψανα;
Ἑλληνικοῖς Ἕλληνες εἴξαντες λόγοις,
Πείθεσθε λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβειν.
Τίς μαντικοὺς δίδωσι τοῖς πτηνοῖς δρόμους;
Μαντεύεται γὰρ ὑετοὺς ἐν αἰθρίᾳ
Τῆς μακρογήρου τῆς κορώνης τὸ στόμα.
Πρὸ τοῦ δὲ πνεῦσαι, τὰς πνοὰς προδεικνύει
Αἴθυια κολπώσασα τὸ πτηνὸν νέφος.
Ἶβις δὲ ποίων εὐπορεῖ διδασκάλων;
Καὶ τοῦ Γαληνοῦ δείκνυται σοφωτέρα;

Τῆς

Vultures.
Quis ſemine educit ſine ullo vultures,
Queis maſculam natura prolem non dedit,
Umbram docentis indicans ſilentii?
Hi porro lactis opertis fontibus,
(Soli alituum enim lac feruntur fundere)
Crus diſſecantes, ſanguine aſperſis ſuo
E tractibus lactis ſuum reparant genus.
Hinc autumo venerabilem mage vulturem,
Dum prolis affectu ſuae ſe diſſecat,
Quam maximum iſtorum Iovem in libidinem,
Dum prolem ad impiam ſibi excidit ſemur.
Pelicani.
Quis lanceae inſtar ora pelicanis dedit,
Inſtructa miris maximiſque ſpiculis,
Atque his hiatum pandit omnivorum, utilem
Ad tot rapinas piſcium, quos glutiunt?
Iam quali acumine praediti hi ſunt alites,
Dum comprimunt conchas ſimul cum tegmine,
Dein arte ſubtiliſſima illas dividunt?
At enim cohaerentes ſibi teſtas bene,
Cum neſciant ſolutione frangere,
Conchas relaxant in calorem viſcerum:
Sic concoquendo dura teſta ſolvitur,
Fervore mollita repente carnibus:
Ac protinus nexus ſolutos evomunt,
Praedantur & nudo eſculenta praelio,
Teſtacei ſcuti privata tegmine.
Gallus gallinaceus.
Quis lucis alitem ſonantem intra domum
Perſuaſit horas noctis ut ſubduceret,
Et praevideret Sole nondum orto iubar,
Somno ſepultos opifices ut ſuſcitet?
Phoenix.
Quis porro Homeri e fictionibus Deus
Phoenicis abradit ſenectam uſti rogo,
Atque arido condens ſenem buſto alitem,
Vivas ſepulcri reliquias mox exhibet?
Graii inde graiis cedite ergo fabulis,
Pie & reviviſcentiam modo credite.
Cornix.
Praedictionum quis avibus dedit modos?
Divinat imbres tempore in ſudo humidos
Cornicis os, viridis ſenecta cui diu eſt.
Mergus.
Et antequam aura ſpiret, eius praeſcia eſt
Denſum fulica dum curvat alarum ſinum.
Ibis.
Quales at Ibis nigra doctores habet?
Quae ipſo Galeno in hoc videtur doctior,

Quod

1087. Quis ſatos ſine ſemine vultures educit in lucem, cum marium non ſit inter ipſos genus? ut ineffabilis comprehenſionis quoddam ſpecimen & levem quamdam umbram proderet? Quippe cum lactis alveos occluſos ipſi gerant, (lac enim Soli inter aves effundunt) ſibi femur ſcindunt, & ſanguineo lactis defluxu fetus ſuos reſocillant. Quare maior, ut mihi videtur, habenda eſt veneratio vulturi prolis ſuae commiſeratione ſeipſum diſſecanti, quam Iovi, laſcivia quidem maximo, qui prolem daturus mundo exitialem ſibi femur abſcidit. Quis Pelicanis inſtar lanceae os conformavit, & longis novi generis ſpiculis inſtruxit? Quis omnivoras eorum fauces ad inexpletas piſcium rapinas tanto hiatu diducit? Quae vero ipſorum eſt ſolertia, ut conchas, quae ſuis teſtis comprimuntur, arte exquiſitiſſima divellant? cum enim geminas valvas firmiter unitas ad reſolutionem adducere nequeant, igne viſcerum ipſas relaxant: quo fit, ut valvarum firmitas interno calore emollita ſolutionem patiatur; ac tum illi, quae nuper erant colligata evomentes nuda pugna carnes diripiunt, teſtaceo ſcuto iam non amplius muniti. Quis magnae vocis alitem contignationibus incluſum noctis horas indicare, & nondum adparentem Solem proſpicere, & ſopitos artifices excitare edocuit? Quis autem ex iis, quos Homerus effinxit Deos, ab exuſta Phoenice abradit ſenectam? eamque ſenem factam ardentem ſuper tumulum redigit in cineres, ac mox vivam ex ipſius tumuli reliquiis educit? Graecanicis, Graii, ſi ceſſiſtis fabulis, quidni iam tandem ad reſurrectionem colendam adducamini? Quis divinandi praecepta avibus tradidit? vere enim longaeva cornix ſub dio crocitans pluvias praedicit, & mergus umbrantes alas ſinuans, priuſquam aura ſpiret, ventos praenunciat.

1128. Quos autem ſibi comparavit magiſtros Ibis, quae ipſo Galeno ſapientior apparet? Ipſa enim, ubi inue

alvi

Τῆς γὰρ κάτωθεν ἐμφραγείσης ἐξόδου,
Ἀμηχανοῦσα πῶς ἀνοίξει τὴν θύραν,
Τὸν μακρὸν ἐκτείνασα λοξῶς αὐχένα,
Σίφωνα γοργὸν τεκτονοῦσα τὸ στόμα,
Καὶ χυλὸν ἅλμης ἐμβαλοῦσα τοῖς ἔσω,
Τὰ ξηρὰ ῥευστοῖς ἐξεφόρτωσεν βάρη.
Τίς ἀσπόρῳ σὺν γῦπας ἐξάγει τόκῳ
Φυλῆς γὰρ αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄρρενος;
Οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσαν παρθένον
Δεικνύοντες αὐτὴν, ὡς ἐφικτὸν ὀρνέῳ·
Ἔδει γὰρ εἶμαι τοῦ τοσούτου θαύματος
Ἔχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις καὶ τὴν φύσιν·
Ὡς μήτε δόξῃ καινοτομεῖσθαι τόκῳ,
Μήτε πρὸς ἄκρον ἱστορεῖν τὰ τοῦ τόκου·
Οὐ γὰρ μένουσιν, ὡς ἐκείνη, παρθένοι,
Ὅταν τὸ τεχθὲν εἰς διέξοδον δράμῃ,
Ῥήξῃ τὰ κλεῖθρα, καὶ παρέλθῃ τὰς θύρας.
Εἰ δ' αὖγε καὶ τίκτουσιν ὀρνίθων γένη,
Ἐγκυμονοῦντα τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος·
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ τεκοῦσα παρθένος
Τὸ πιστὸν ἕξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου,
Ἐκ ζωοποιοῦ πνεύματος πληρουμένη;
Οὕτω τι συμπέπτωκε κἂν τοῖς ὀρνέοις
Αἴνιγμα πιστὸν πρὸς τὸ τίκτειν ἀσπόρως:
Ποῖος δὲ Φοίβου μαντικώτατος τρίπους
Τὸν μῦν διδάσκει τὸν τυφλὸν, τὸν παμφάγον,
Ἐν τοῖς λαβυρινθίοις ὄντα τῶν ὀρυγμάτων,
Φράττειν πρὸ καιροῦ τῆς φορᾶς τῶν πνευμάτων
Τὰς ἀντιλόξους τῶν ὀπῶν διεξόδους,
Ἄλλας δὲ ποιεῖν ἀντιπνευσθείσας, ὅπου
Τὸ χῶμα τῆς γῆς τὰς πνοὰς ἀποκρύψαι.
Ποῖος δὲ Νηρεὺς τοῖς ἐχίνοις ἐν σάλοις
Προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βυθῷ κόρας,
Ὅπως φυγόντες πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης
Εἰς τὴν γαλήνην προσστρυφῶσι τῶν λίθων;
Τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφὴν, τὴν ἐργάτιν,
Γεωμετρεῖν ἔπεισε, καὶ τριωρόφους
Οἴκους ἐγείρειν ἐξ ἀγώνων κτισμάτων;
Ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' ὀρθίας
Γραμμῆς διευθύνεσθαι, ἀλλ' ἐγκαρσίας,
Μήπως ὀλισθήσωσιν οἱ κάτω πόδες
Ἐκ τῶν ἄνωθεν φορτικῶν βαρημάτων·

Λίναι

Quod clauſus eſt quoties meatus infimus,
Incerta quo pacto referet hanc ianuam,
Oblongum in obliquum latus collum exſerit,
Siphunculi in modum ſuum roſtrum ſtruens,
Salſumque fundens viſceri ſuccum intimo,
Ita arida his fluxis onera trudit foras.
Quis ſemine edidit ſine ullo vultures,
Ubi feminae omnes, maſculum nullum genus? — *Vultures feminae.*
Hi virginem noſtram gerentem lampada
Praeſeferunt, quantum alitis natura fert.
Oportuit ſed enim iſtius miraculi
Naturam imagines habere abſconditas,
Ut nec novata appareat partu hoc; neque
Arcana prorſus detegat partus ſacri:
Nam virgines intactae, ut illa, non manent,
Fetuſque maturo meandi tempore
Sua clauſtra conſtringit, foreſque tranſilit.
At ſi parere ſic conſtat illos alites,
Uterumque ferre flamine euri percitos:
Cur non magis, quae Virgo partum pepererit,
Faciet fidem nullo editae prolis ſatu,
Vitalis aurae plena cum eſſet Spiritu?
Natura ſic propoſuit in volucribus
Aenigma partus credibile ſine ſemine.
Clari tripes quis fatidicus Apollinis
Murem helluonem, luminibus orbum edocet, — *Erinaceus terreſtris.*
Cum latuit in labyrinthiis meatibus,
Occludere, antequam irruat venti impetus;
Foraminum cubilis oppoſitas vias,
Aliaſque conſtruere ſcrobes contrarias,
Telluris agger flamina ut coërceat?
Quis vero echinis pelagicis Nereus dedit — *Echinus marinus.*
In faece praeſcias futuri pupulas,
Uti ante turbinem procellae agili fuga,
Rapiant lapillos pondere ut ſtent firmius?
Quis mellis opifici liquentis optimae
Geometriam exercere ſuaſit, ac domos — *Apum geometria.*
Tectis tribus, ſexangulares condere?
Et fiſtulas non lineis dirigere
Rectis, at obliqua via, flexo ordine:
Ne forte labantur pedes uſquam infimi
Ex ſarcinis ſuperis, quibus pondus grave eſt:

Sed

alvi exitus ei eſt praepeditus, neſcia quomodo clauſum oſtium aperiat, longum oblique extendit collum, & ſyphonis in modum ore ſtatim accomodato, ſalſum humorem iniicit in viſcera, ac tum ſiccum ventris onus proluta exonerat. Quis ſatos ſine ſemine vultures educit in lucem, cum marium genus inter ipſos non inveniatur? adeo ut ipſi virginem, quae mundo attulit lucem, quoad avis poteſt referre, indigitaverint? Ut enim rei tam admirandae obſcurum aliquod ſignum ipſa in natura exſiſteret, opinor oportuit: itaut neque haec ipſa natura tam ſtupendo partu innovata, neque eiuſdem partus myſteria adamuſſim explanare videretur. Non enim vultures, ut illa, remanent virgines, cum fetus exierit, clauſtra perruperit, & extra portas evaſerit. At vero ſi avium eſt genus, qui vento ſpirante concipiant; quidni quae peperit Virgo maiorem ſibi fidem comparabit, quod ſine ſemine genuerit, cum Spiritu vivificante fuerit repleta? Ita igitur natura quamdam proprietatem vel avibus indidit, quae aenigmatici partus ſine ſemine, nobis faceret fidem.

1154. Quis vero tripus ipſo Phoebi tripode in vaticinando tutior murem caecum, & omnivorum, atque inter cavernarum labyrinthos degentem edocuit, ut antequam ventus irrumpat, obliquorum foraminum exitus praecludat, & alios contra oppoſitos aperiat, ut terrae aggeribus venti cohibeantur? Ecquis Nereus marinis echinis dedit in imo maris fundo tam providas pupillas, ut tempeſtatem ante tempeſtatem fugientis lapillorum ope in tutum ſe recipiant?

1165. Quis apem, ſapientem opificem, ad geometriam adduxit, ut trium contignationum domus ad hexagoni formam exſtruat, & cellas non per rectam, ſed per obliquam lineam producens contexat; tum ut infima aedificii pars ex ſuperingeſti oneris ſarcina preſſa non labaſcat; cum ut ex aequali ſibi reſpondentium laterum poſitione obliqui

operis

Εἶναι δὲ μᾶλλον τὰς παραλλήλους θέσεις
Τῶν ἀντιλόξων κτισμάτων ἐρείσματα·
Ὡς καὶ τὸν οἶκον ἱστάναι βεβηκότα,
Καὶ μηδὲν ὑγρὸν ἐκπεσεῖν τῆς ἰκμάδος.
Γεωμετρῶν ἐντεῦθεν Εὐκλείδη σκόπει,
Καὶ σχῆμα μηδὲν γραμματικὸν παρεξίσῃς,
Μήπω σε κέντρον τῆς σοφῆς διδασκάλου
Πλήξῃ μελίττης, καὶ μαθεῖν ἀναγκάσῃ.
Τίς τὰς ἀράχνας λεπτοδακτύλους πλάτας
Νήθειν διδάσκει, καὶ πρὸς ἔργα τὰς μίτους
Ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐντέρων ἀναπτύειν;
Ποίᾳ δὲ τέχνῃ γραμμικῇ πρὸς τὰς βάσεις
Βάλλουσιν ἀρχὰς, καὶ περιτείνουσι δέσεις·
Μέσῳ δὲ κέντρῳ τὰς ἐπάρσεις τῶν μίτων
Κύκλους ἀπαρτίζουσιν ἠκριβωμένους·
Καὶ τῇ μεταξὺ τοῦ κενοῦ διαστάσει,
Στύλους ὑφαρμόζουσιν ἀντισωθέντας·
Ὅπως τὸ μηχάνημα τῆς λεπτουργίας,
Ὡς ἐξ ἀράχνης συντεθὲν, μὴ συμπέσῃ,
Ὃς διττὸν ἔργον ἐξ ἑνὸς ποιεῖ μίτου,
Λίνα πρὸς ἄγραν, καὶ πρὸς οἴκησιν στέγην;
Ὃν ἐκπεπλήσθω πᾶς τις ἀφρόνως λέγων
Ὕλην ἄναρχον· εἰ γὰρ ὕλην οὐκ ἔχων
Σκώληξ ὑφαίνει· τὴν μὲν ὕλην δευτέραν,
Πρωτογενεῖς δὲ τὰς ἀράχνας λεκτέον·
Ὡς τῶν ὑλῶν ἀρχιτέκτονας μίτων.
Κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
Εἰς αὔραν ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας;
Ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πυκτίδα
Τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν·
Καὶ τοῦτον οἶδα θαυμάσαι πολλῷ πλέον
Ἤ γ' Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν.
Ποίῳ δὲ κώνωψ εὐπορήσας ὀργάνῳ,
Φωνὴν ἔχει σάλπιγγος; ἢ ποίῳ λόγῳ
Ἐν σμικρότητι συντεθεὶς ἀμηχάνῳ
Μόρφωσιν ἔχει, καὶ πτερόμορφος φέρει
Στόμα, τράχηλον, ὄμμα, κοιλίαν, πόδας,
Καὶ τὰς ἀδήλους τῶν ἔσω ἐμπλάσεις,
Ἃς οὐκ ἀφῆκε ψηλαφᾶν ἡ λεπτότης;
Οὐ γὰρ τοσοῦτον τῶν μεγίστων ἡ φύσις,
Ὅσον τὰ μικρὰ ταῦτα τῶν ἀμηχάνων
Τὴν πανσθενῆ δείκνυσι μηχανουργίαν·

Πόσῳ

Sed paribus ut ſpatiis locati limites
Sint fornicatarum aedium ſtabilimina;
Quo ulla ſtet firmata rectis arcubus,
Et nectaris nil dulcis excidat foras:
Geometriam tractans vide Euclide hoc opus,
Nullam at figuram linearem detrahas,
Ne aculeus magiſtrae Apis doctiſſimae
Te pungat, addiſcas ut invitus licet.
Quis araneos ſubtilibus digitis creat,
Et nere docet, & fila ad opificium ſuum
Ex viſcerum receſſibus refundere?
Qua linearie arte firmas ad baſes
Fundamina iaciunt, ſtruuntque vincula:
Medioque puncto dirigentes ſtamina,
Induſtria edunt circulos mirabili;
Et interordinio hoc inanis tramitis
Contrarias ſibi columnas comparant;
Subtilis operis pulchra ne molitio
Ab araneo fabricata tandem corruat,
Qui ex unico duplex opus filo efficit,
Ac veluti rete fila ſunt, tectum, & domus.
Hunc erubeſcat, temere quiſquis dictitat,
Materiem initium non habere: nam carens
Si vermis hac, texit, ſecundam certe eam,
Aevo at priores dicere eſt araneos,
Filorum opifices materiae inhaerentium.
Quo more cycnus inſtitutus eſt novo
Venire ad auram muſici modulaminis?
Hic dum tabellam aligeram in aëra explicat,
Laetum per ipſum perficit mire melos.
Mirabilior hinc mi videtur Orpheo,
Qui fabuloſam concrepat teſtudinem.
Quale at culex eſt nactus organum ſibi,
Edat tubae ut ſonum? vel inimitabili
In parvitate compoſitus, aliquam tamen
Formam obtineat, & aliger cuncta haec gerat,
Os, collum, & oculos, viſcera, & citos pedes,
Formaſque inaſpectabiles intrinſecus,
Quas tenuitas mira haud ſinit contingere?
Proinde non tam maximarum quamlibet
Natura rerum, quam puſillarum, docet
Induſtriae molitionem maximae.

Cycni cantus.

Culicis mirabilis fabrica.

Acce-

operis ſtructura fulciatur, atque ut tota domus fiet firmas, & ne gutta quidem liquidi humoris excidat? Huic operi conſiderando, geometriae profeſſor Euclides, accede: ſed ne minimum quidem figuram, lineolamque audeas evadere, ne ſuo te pungat aculeo apis, docta ſane magiſtra, atque ex ipſa cogitis addiſcere. Quis araneos exilibus digitis inſtructos, & nere docuit, & neceſſaria ad opus fila e propriis viſceribus egerere? Qua linearum ſcientia imbuti ortus telae ad firmas baſes proiiciunt, & protenſas colligant: tum vero in medio centro denſiora fila exacti circuli in modum perfecto opificio agglomerant, & interiectis ſpatiis fulcra, vel ſtilos tranſverſarios ſupponunt; ne operis tam tenuis machina, ut quae ab araneo ſit confecta, corruat: duplex enim ex uno filo opus conficit, *videlicet* retia ad venandum, & domum ad habitandum? Hunc, quiſquis materiem eſſe ſine principio ſtulte aſſerit, hunc inquam intuens erubeſcat: ſi enim vermis in ſeipſo non habens materiem, telas intexit; primum quidem in tempore exſtitiſſe araneos, qui ex materialibus fila opus conficiunt, deinde vero materiem, procul dubio erit aſſirmandum.

1198. Quae nova autem ratio cycnum erudivit, ut ad dulces muſicae modulos edendos in auras prodeat? alis enim in modum tabellae expanſis ſuavem quandam, & novam melodiam in auras effundit? Cuius ego magis, quam Orphei fabuloſam lyram pulſantis admiratione ſentio me affici. Quo vero culex praeditus eſt organo, ut tubae ſonum emittat? aut qua ratione cum ea conſtet corporis tenuitate, ut id fieri haud potuiſſe videatur, ſuam tamen habet formam, & ore, collo, oculis, ventre, pedibus inſtructus volat, & intus latentes inteſtinorum complexiones gerit, quae quidem omnia ſunt adeo exilia, ut ea contrectare non liceat? Quippe non tantum in rebus maximis; quantum in hisce minimis, quae fieri non potuiſſe videntur, artificis omnipotentia demonſtratur.

1214. Pro.

Digitized by Google

Πρόελθε μύρμηξ σιτοκλέπτης, ἐργάτης,
Τὸν κόκκον ἡμίτμητον ἐγκλείων κάτω,
Μήπως νοτισθῇ, καὶ σαπῇ ταῖς ἰκμάσι,
Καὶ φθαρτικὴν κάτωθεν ἀνθήσῃ χλόην.
Ὅταν δὲ πυκναὶ τῶν νεφῶν αἱ συγχύσεις
Τοῖς ἐργομόχθοις ἀντιπνεύσωσιν πόνοις·
Πόθεν σε μάντιν τοῦ Ζαμόλξιδος πλέον
Ἕκαστος οἶδεν εὐσυνόπτως ἀγρότης;
Ὅτε προδεικνὺς αἰθρίας πεπηγμένης
Τὸν σῖτον ἕλκεις ἐξ ἐνύγρου πυθμένος
Εἰς ἄξυλον πῦρ, εἰς τὸν ἥλιον φέρων·
Ὅπως πυρωθεὶς ταῖς βολαῖς ταῖς ἐμφλόγοις,
Ὡς ἄρτος ὀπτὸς εὑρεθῇ πεφρυγμένος.
Οὐ γὰρ τοσαύτης ἦν ὁ μύρμηξ φροντίδος,
Ὡς ῥυθμὸν εὑρεῖν γνωστικῆς ἀβλεψίας·
Εἰ μή τις ἦν πρόνοια, μὴ φρονεῖν μέγα,
Τοὺς τῶν ἐν ἄστροις αἰτιῶν ζυγοστάτας·
Ἀλλ' ὥστε καὶ μύρμηκα θαυμάζειν, ὅπως
Χειμῶνα δηλοῖ, καὶ προμηνύει θέρος.
Τίς ποικίλην δίδωσι τοῖς ᾠοῖς φύσιν,
Μικροῖς δὲ τὰ στοιχεῖα δεικνύει τύποις,
Τὸ λεπτὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν ὡς ἀέρα,
Τὸ ξανθὸν ὡς πῦρ, καὶ τὸ λευκὸν ὡς ὕδωρ,
Τὸ σκληρὸν ὡς γῆν· ἀπογαιοῖ γὰρ ἡ φύσις
Ἔξωθεν αὐτὸ, γῆς μεσοκλέρου δίκην·
Ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν ἐκλύσαι τόνους,
Μηδ' αὖγε τοὺς ἔσωθεν ἀμβλῦναι πόρους·
Ἔσω γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ μήτρας καὶ σπόρου,
Στιγμή τις ἐμπέφυκεν ἡματωμένη,
Δι' ἧς ἐκεῖσε σωματοῖ τὰ ποικίλα
Εἰς σάρκας, εἰς ὀστοῦν, εἰς πτερῶν χύσιν.
Ὅπως ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι
Τὸν χρυσὸν ὡς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ πορφύραν,
Τὰς πολυμόρφους συνθέσεις τῶν χρωμάτων,
Ὅλας ἀσυγχύτους τε καὶ μεμιγμένας;
Τίς ἐκστρατεύει παγκοινὴ τὴν ἀκρίδα;
Ἔθνος πτερωτὸν εἰς φθορὰν Αἰγυπτίων,
„Τὸ πτηνὸν ὅπλον εἰς ἀνάμνησιν φόβου,
Βέλος νεφῶδες ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Λόγχην ἑτοίμην, αὐτοκίνητον ξίφος,
Πυκνὴν φάλαγγα μυριόστομον ξίφος,

Πηδη-

Accede iam huc formica frumenti rapax,
Operaria, abſcondens humi grana in duo
Partita ne quam uliginem, aut cariem trahant,
Aut noxium a radice gramen pullulet:
At quando caelo denſa nubium agmina
Adverſa tantis imminent laboribus,
Unde melius, quam ipſi Zamolxidis Magi,
Vir ruſticanus quiſque novit te indice?
Quumque indicas ſerena certo tempora,
Frumentaque expromis cavis ex uvidis,
Ignem ad carentem ſudibus, ad Solis facem:
Quo accenſa radiis grana ſparſa fervidis,
Ceu triticum frictum, parata & toſta ſint:
Nam mentis haud formica tantae erat capax,
Ut praevidendi modulum haberet cognitum:
Ni praevidens quae mens foret, ſibi ut minus
Praeſumerent, qui ſidera alta examinant;
Mirentur at formicam, uti animal tantulum
Aeſtatis ac brumae aſperae praenuncium eſt.
Quis diſparem ovis praebuit naturam, & his
In parvulis elementa monſtravit typis?
Membranam eis tenuem inſerens, tamquam aera,
Vitellum, ut ignem; album liquorem, veluti aquam;
Ut terra, quod durum eſt; fecit natura enim
Extra quod eſt, telluris ut medium globum:
Foris ut reſolvi ſepta firma non queant,
Neque rurſus obtundi meatus intimi;
Nam intra vitellum ſemen & matrix ineſt,
Sanguinea quaedam gutta ſemper palpitans,
Cuius ope membra eduntur illhaec pleraque
Carneſque, & alae, & oſſium compagines.
Pavone viſo quis parum mirabitur
Sapphirum in auro innexum, & in gemmantibus
Alis, ſmaragdo purpuram viridi inſitam,
Varios colores ſeminatos undique,
Mixtos citra confuſionem ſplendide?
Quis nam in aciem educit locuſtarum agmina
Aligera, collecta in neces Aegyptias?
„Telum volatile excitans formidinem,
Ut nubilum telum ſagittarii abditi,
Iaculum paratum, haſtamque motam vi ſua;
Denſam catervam, centicipitemque gladium;

Salienſ-

Formicae ſedulitas.

Formicae praeſagia.

Ovorum cum mundo comparatio.

Pavonis plumae.

Locuſtarum exercitus, & pugnae.

1214. Prodeas, o formica frumentirapax, operaria, quae granum ſemiſectum humi recondis, ne ex humoribus madeſiat, & putreſcat, corruptumque ex ima parte viride germen emittat. Sed unde cum in aere denſantur nubes, ut contra ſata improbo labore exculta conſpirent, ipſo Zamolxide te meliorem, formica, vatem faciliime norunt agricolae? & cum contra ſtabilem aëris ſerenitatem es praedictura, ex humentibus cavernis frumentum educis, & ad ignem ſine ligno, videlicet ad Solem, expandis, ut ignitis radiis torrefactum, fricti panis in modum, toſtum, excoctumque inveniatur? At enim tanta plane non erat formicae ſedulitas, & ingenium, ut rerum, quae neque mens humana poteſt pervidere, modum rationemque deprehenderet: niſi quaedam eſſet Providentia, quae monitos eos vellet, qui rerum cauſas in aſtris ſpeculantur, ne altum ſapiant, ſed formicam potius demirentur, quae ut hiemem demonſtrat, ita aeſtatem praenunciat. Quis maris, & feminae variam naturam miniſtrat ovis? Quis parvas quaſdam elementorum in ipſis exprimit imagines? pars enim illa ſubtilis, ova circumamplectens, aërem; pars lutea ignem, pars alba aquam; & pars dura terram referre videtur: ut enim eſt dura introrſum terra, ita natura comparatum eſt, ut terrea quadam cruſta extrorſum ova contegantur; ne protenſi funiculi exterius diſſolvantur, & interni meatus intercludantur: intus enim pro matrice, & ſemine ſanguineum quoddam punctum ineſt, quo ſaliente diverſae partes corporantur, & variae illae ſubſtantiae in carnes, in oſſa, & in alas convertuntur.

1245. Quomodo pavonem quis videns, aurum ſapphiro intextum, pennaſque purpureas ſmaragdo diſtinctas non admirabitur, & tot colorum multiformes ſpecies una ſimul immixtas, nec tamen confuſas non obſtupeſcit? Quis in aciem inſtruit omnia abſumentem locuſtam, in Aegyptiorum cladem alatam gentem, volans telum ad renovandos metus, nubem telorum non adparente ſagittario, haſtam late protentam, & ſua ſe vi moventem gladium, denſam

phalan-

Πεδητικὴν ἔπαλξιν ἀστάτου μάχης·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, ἀλλὰ πλήττει, καὶ τρέχει·
Ἕρπουσα πορθεῖ, καὶ κλοπῇ πτερουμένη,
Δοκεῖ δὲ φεύγειν, καὶ παλίνδρομος μένει,
Φθείρει πρὸ καιροῦ, καὶ θερίζει πρὸ χρόνου,
Τήκει τὰ δένδρα, καὶ μαραίνει τὴν πόαν,
Ὠμὴν ἀμέλγει τῶν ὀπῶν τὴν ἰκμάδα,
Τρυγᾷ τὰ φύλλα, τὴν τρυγὴν δὲ βόσκεται·
Καὶ συλλέγει τὰ κῶλα, καὶ τείνει πάλιν,
Ὥσπερ τὰ νεῦρα τῶν βελῶν οἱ τοξόται·
Καὶ τραυματοῖ τὸ σῶμα τῶν ἐναντίων,
Τοῖς ἀντιλόξοις τῶν σκελῶν ἀκοντίοις.
Καὶ μή τις ἡμᾶς κομπορρήμων φαυλίσοι
Ὡς πρὸς τὰ μικρὰ, καὶ σχεδὸν τετμημένα,
Κινοῦντας εἰκῆ τοῦ λόγου τὸν ἄξονα.
Εἰ γάρ τις οἶκον ὡραϊσμένον βλέπων
Μορφαῖς ἀπαστράπτοντα κεχρυσωμέναις,
Ἡρμοσμένον δὲ καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλοις,
Καὶ τῇ πενιχρᾷ συμπλοκῇ τῶν ὀστράκων,
Σὺν τοῖς μεγίστοις καὶ τὰ μικρὰ θαυμάσει,
Στέργων ἅπαντα, καὶ κροτῶν τὸν ἐργάτην.
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον. τοῦ παντεργάτου λόγου,
Μύρμηκα, καὶ κώνωπα; καὶ τὴν ἀκρίδα,
Τὰ πάντα θαυμάσειεν ἔργα σὺν φόβῳ;
Πῶς ἡ χαμερπὴς καὶ τοσαύτη σμικρότης
Τυχεῖν τοσαύτης ἠξιώθη φροντίδος,
Ὡς καὶ φρόνησιν ἐντεθῆναι καὶ κράτος,
Ἰσχνῇ, ταπεινῇ, καὶ στενῇ διαπλάσει;
Καὶ πῶς τὸ φρικτὸν οὐχ ὑπεστάλη κράτος
Ἔργοις τοσαύτοις προσβαλεῖν λεπτουργίαν;
Πόθεν ταὼς πρόεισιν ὡραῖος πάλιν,
Ὄρνις διαυγὴς καὶ κατάστερος φύσει,
Τὴν πορφύραν πτερωτὸς ἠμφιεσμένος·
Ἐξ ἧς ἀλαζὼν καὶ τυφώδης τὴν θέαν,
Μόνος διάττει τῶν ἀπάντων ὀρνίθων·
Ἡ γ' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων,
Πολλὴν χύσιν ἔμιξεν αὐτοῦ χρωμάτων;
Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα Σηρικῶν νόμος
Πείθει τὰ λαμπρόκλωστα νήματα πλέκειν,
Ἃ τῇ βαφῇ χρωσθέντα τῆς ἁλουργίδος,
Χαυνοῖ τὸν ὄγκον τῶν κρατούντων ἐμφρόνως;
Μνήμη γὰρ αὐτοὺς εὐλαβῶς ὑποτρέχει,
Ὅτι

Salienſque praeſidium inquieti praelii;
Locuſta enim non ſtat, feritque, & curſitat,
Vaſtatque repens, pervolitat omnia loca,
Fugaſque ſimulat, reciproca & ſiſtit via;
Ac perimit ante tempus, ante diem metit;
Arbuſta marcere, & rigere herbas facit;
Crudum liquorum exſugit humorem omnium;
Vindemiat folia, ac vorat vindemiam;
Cadavera modo congregat, modo diſſipat,
Nervos ſagittarum ut ſagittipotens ſolet;
Et hoſtium corpus ſuorum vulnerat,
Haſtilibus crurum recurvorum horridis.
Nec ullus ideo nos blatero derideat,
Quod ad haec minuta, maximeque exilia,
Sermonis axem inaniter convertimus.
Si quiſpiam domum ſuperbam viderit,
Imagines in qua renident aureae,
Ferroque conſtructam, trabibus & ligneis,
Ac paupere laterum applicata fabrica,
Mirabitur minuta cum magnis ſimul,
Et cuncta laudans opifici applaudet bono:
At quanto magis is Verbi opificis omnium
In culice, formica, & locuſta parvula,
Suſpiciet opera tanta cum formidine?
Quo pacto humi quae abiecta ſerpit parvitas,
Honorata tanta providentia Dei eſt,
Ut inderetur robur, & prudentia,
Gracili, puſillae, arctaeque molis beſtiae?
Et qui Dei vis non remiſit ſe prius,
Quam iungeret ſubtile opus tantis bonis?
Aſt unde procedit iterum pavo elegans,
Ales micans, ſtellaſque natura gerens,
Amictus aliger rubente purpura,
Pandit ſuperbus mira qua ſpectacula,
Ac ſolus inter alites cunctos ſalit;
Hinc illaboratae figurae & inſitae
Miſcent colorum varietatem plurimam?
Iam qualis eſt lex ſericis quae vermibus,
Praeclara ſuadet vellera haec contexere;
Quae ſi colore tincta fuerint purpurae,
Cohibent tumorem callide omnem principum?
Nam memoria ipſis ſuggerit, mentem & ſubit,
Quod

Omnia opera Dei aeque admiranda.

Privata domus cum maxima mundi fabrica comparata.

Pavonis ſuperbia.

Bombycis conſideratio.

Regum faſtum deprimit.

---

phalangem, innumeris oribus inſtructum enſem, & inſtabilis pugnae deſultorium propugnaculum? Non enim firmo pede ſtare novit locuſta, ſed ferit, & currit; cum repit, vaſtat; cum volat, ſtridore terret: videtur fugere, & recurrens ſiſtitur: ante tempus agros vaſtat, ante opportunitatem fruges metit: arbores tabeſcere, herbas facit marceſcere: crudos adhuc ſuccos emulget: folia vindemiat, & vindemiae fructus depaſcitur. Quin etiam modo ſuos artus contrahit, modo extendit, ut ſagittarii telorum nervos ſolent, & crurum recurvis ſpiculis hoſtium corpora ſauciat.

1268. Num quis me buccis inflatis crepans hic irriſerit, quod ad tam parva, & propemodum ad vilia inſecta orationis curſum inconſultus converterim? Etenim ſi, cum quis bene ornatam domum videt, aureis quidem renidentem imaginibus, ſed tamen ferro, & lignis compoſitam, & ex vili teſtarum congerie compactam, maiora ſimul, & parva quaeque admiratur, & ſingulis delectatus artificem laudat: cur rerum omnium opificis Verbi opera ſingula, formicam *inquam*, culicem, & locuſtam non demirabitur tremens, neque obſtupeſcet, quomodo haec tam prodigioſa humi repentium parvitas tantam ſit conſecuta Providentiae dignitatem, ut gracili, puſillo, & anguſto corpori indita ſit prudentia, & robur: & quomodo tremenda Dei poteſtas ab hac operis tenuitate ceteris maximis operibus adiungenda ſe non ſubduxerit?

1286. Unde procedit iterum formoſus pavo, avis tota refulgens, & ſtellis ornatus, alaſque indutus purpura, qua ſuperbus; & tumens aſpectu, ſolus omnes ceteras volucres antecellit? Et unde haec purpura, quae nullo labore fuit parata, & confecta, tanta colorum varietate ipſum diſtinxit?

1293. Quae vero lex vermi inter feras ſuadet, ut egregio opere deducta fila intexat, quae cum ſunt infecta colore purpureo, regum ſapientium faſtum temperant? tacite enim ipſis recurrit in mentem, cum ſtolae amplitudinem, ſplendo-

Ὅτι πρὸ αὐτῶν τῆς στολῆς ἡ λαμπρότης
Σκώληκος ἦν ἔνδυμα, καὶ φθαρτὴ σκέπη.
Ὅς τῇ καθ' ἡμᾶς μαρτυρεῖ ἀναστάσει,
Θνήσκει μὲν ἔνδον τῶν ἑαυτοῦ μνημάτων,
Τὸν αὐτὸν οἶκον καὶ ταφὴν δεδεγμένος·
Σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν σαρκίου
Σαπέντος ἢ ῥυέντος, ἢ τετηγμένου,
Χρόνῳ καλοῦντος ἐκ φθορᾶς ὑποστρέφει,
Καὶ τὴν πάλαι μόρφωσιν ἀῤῥήτως φύει,
Ἐν τῷ περιττεύσαντι μικρῷ λειψάνῳ,
Πρὸς τὴν ἀπ' ἀρχῆς σωματούμενος πλάσιν.
Κατηγορεῖ δὲ πυκνὰ τῶν πλανωμένων,
Καὶ ζῶν ἐλέγχει τὴν πικρὰν ἀπιστίαν,
Εἰ μηδὲ τοῖς σκώληξιν ὡς διδασκάλοις
Πειθοῦσα λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβει.
Ποίου γὰρ ἂν τύχωσι συγγνώμης λόγου
Οἱ τοῖς ἑαυτῶν ψηλαφῶντες δακτύλοις
Σκώληκα νεκρὸν ἐκ ταφῆς ὁδοιπόρον,
Βλέποντες ἢ μύοντες εἰς ἀβλεψίαν,
Τὴν πίστιν ἀντιστρέψαντες εἰς ἀπιστίαν;
Πόθεν χελιδὼν ἐξ ὀμμάτων θέας
Τριήμερος πρόεισιν ὀμματωμένη,
Πόαν περιτρίψασα ταῖς κόραις μίαν;
Ἣν οὐκ ἀκόμψως καὶ χελιδόνιον λέγειν
Κριταὶ παλαιῶν δογμάτων ἐθέσπισαν,
Τὴν ἀξίαν λαβοῦσαν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Καὶ τῷ θέρει μὲν ὡς λύρα ῥυθμίζεται·
Ὅταν δὲ χειμὼν εἰσβάλῃ, συστέλλεται,
Καὶ δένδρον εὑρεῖν οἰκίαν τεχνάζεται,
Καὶ σπαργανοῦται συντεθεῖσα τῷ ξύλῳ,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐκδιδύσκεται σκέπην,
Αὖθις δὲ ταύτην ἀμφιέννυται νέαν,
Ὡς οἷα νεκρὸς ἐκ ταφῆς ἀνηγμένη·
Ἔαρ γὰρ αὐτῇ τὴν ἀνάστασιν φέρει·
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ λαλεῖ καθ' ἡμέραν·
Εἴπερ τίς ἐστι καὶ παρ' ὀρνέοις λόγος·
Ἄνθρωπε τιμᾶν τὴν ἀνάστασιν μάθε,
Λάλον θεωρῶν ἐκ ταφῆς χελιδόνα.
Τίς τὸν σπαρέντα σῖτον ἐκ τῶν ἐγκάτων
Τῆς γῆς ἀνιστᾷ, καὶ τὸν ὥσπερ ἐν τάφῳ
Φθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει;
Οὐ τοῖς σοφισταῖς ὡς δοκεῖ τῶν πλασμάτων,
Ὕπαρξιν ἄλλου τὴν φθορὰν ἄλλου λέγειν·

Οὐδ'

Quod ante veſtis huius ornatus fuit
Bombycis indumentum, amictuſque fragilis.
Hic quoque reviviſcentiae fidem facit,
Dum mortem obit ſuo in ſepulcro conditus,
Idem domicilium eligens tumulum ſibi:
Ac ferme iam toto ſuo corpuſculo
Putri, fluente, & tabe conſumpto mala,
Vocante ab orco ſuſcitatur tempore:
Tum priſtinam (mirum) ſibi formam parit
In parvulis ſuis reliquiis corporis,
Membrorum & effigiem priori habet parem.
Sic plurimos errore captos arguit,
Vita & fructus convincit infidum genus:
Siquidem minus, vel vermibus doctoribus,
Credat colendam ſibi reviviſcentiam;
Quem conſequi veniae queant illi modum,
Qui propriis tangunt ſuae digitis manus
Demortuum vermem, e ſepulcro qui redit;
Et intuentur id, niſi ita conniveant,
Incredulam ac mentem gerunt pro credula?
Et unde hirundo oculis privata lucidis,
Tribus diebus prodit oculis praedita?
Herbam exprimendo ſingularem pupulis:
Eam Chelidoniam, neque abſurde, iubent
Veteres vocari iudices qui dogmatum,
Ex rebus aeſtimationem, quae capit;
Aeſtate certe haec, ceu lyrae ſonum refert.
Bruma at recurrente premitur, tectum ſubit,
Et arbore inventa ſibi fabricat domum,
Ac faſciata ſternitur ligni aſſulis,
Tandemque velamen leve alarum exuit,
Rurſuſque amicitur novo iſto tegmine,
Quaſi mortua e buſto reducta, & poſtuma:
(Ver namque ut ad vitam redeat illa efficit,)
Garritque multum, dictitans totos dies,
(Sermonis uſus ſiquis eſt volucribus)
Mortalis homo colas reviviſcentiam,
Qui cernis a tumulo loquacem hirundinem.
Frugem ſatam quis intimo terrae e ſinu
Educit, & quaſi in ſepulcro conditum,
Et putre granum mille ſpicis ampliat?
Non ut ſophiſtae fabulatores ferunt,
Unius ortum, alterius obitum exſiſtere;

Nec

Teſtis eſt reſurrectionis.

Hirundinis proprietates.

Reſurrectionem praedicat.

Frumentum poſt putrefactionem germinans reſurrectionem aſtruit.

ſplendoremque, vermis antea fuiſſe amictum, & corruptibile integumentum. Sed idem noſtrae reſurrectionis eſt teſtis: quippe in ſuo monumento clauſus, una ſimul domo & ſepulcro exceptus, moritur: ubi vero iam fere totum id, quod ei erat carneum, computruit, & tabefactum effluxit, tum opportuno revocatus tempore ex corruptione revertitur, & in priſtinam formam mirabiliter aſſurgit, parvis iis reliquiis, quae ſuperfuerunt, in eundem quem habuit a principio corporis habitum collectis, atque coniunctis. Atque ita non ſemel eos, qui erroribus detinentur, incuſat, & reviviſcens impiam illorum incredulitatem redarguit, quod ne vermibus quidem magiſtris ad reſurrectionem colendam adduci valeant. Quam enim veniae rationem illi conſequantur, qui propriis ſuis digitis mortuum profecto vermem, & tamen e ſepulcro remeantem contrectant, atque id apertiſſime videntes, vel potius conniventes ne videant, fidei argumenta ad infidelitatem ſuam confirmandam convertunt? Unde oculorum luce privata hirundo, tribus exactis diebus oculata exſiſtit, cum ſuis pupillis bene attritam quamdam herbam ingeſſerit? quam illi veteres rerum iudices non inſcite Chelidoniam vocari ſanxerunt, quaſi a re ipſa nominis dignitatem accepiſſet. Et unde eadem avis aeſtatis tempore, velut lyra, ſonos modulatur, cum autem hiems ingruit, contrahitur, & arborem ſtudet invenire, quae ei domum praeſtet; namque arboris trunco incluſa faſciis veluti quibuſdam involvitur: ibi plumatam veſtem exuit, quam mox renovatam induit, tamquam mortua quaedam e ſepulcro excitata. Ver enim illi reviviſcentiam adfert, ac tum ipſa multum inclamat, & (ſi quis eſt etiam avibus ſermonis uſus) quotidie illud videtur repetere: *O homo, cum e ſepulcro loquentem hirundinem videas exire, reſurrectionem colere addiſcito.* Quis ſatum frumentum ex terrae ſinu facit adſurgere, & granum veluti in ſepulcro corruptum mille ſpicis onuſtum educit? Certe non ut fabuloſis ſophiſtis placet adſerere, *corruptio unius fit alterius exſiſtentia*; nec ex equi putrefactione, ut ipſi dicunt, veſpae,

neque

Οὐδ᾽ ὡς λέγουσιν ἐκ μὲν ἵππου σκήνους
Σφηκῶν κύησιν, ἐξ ὄνου δὲ κανθάρων,
Βοὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργάτιν·
Ἡ τοῦ γένους γὰρ ταυτότης οὐκ ἠλλάγη.
Ἀλλ᾽ αὐτὸς οὗτος τοῦ φθαρέντος ὁ σπόρος
Πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν, ἀναστρέφει.
Τίς γὰρ παρ᾽ ἡμῖν τεκνοποιῶν σπερμάτων
Τὴν σῆψιν εἰς σύμπηξιν ὀστώδη πλέκει;
Εἰ μὴ σαπῇ γὰρ καὶ παρ᾽ ἡμῖν ὁ σπόρος,
Ὡς σῶμα νεκρὸν ἐνταφεὶς τῇ κοιλίᾳ,
Οὐ σωματοῦται τῇ κυήσει τὸ βρέφος,
Εἰς δέρμα καὶ νεύροισιν ὀργανούμενον.
Τίς οὖν τὸ τοῦ κτίσαντος οὐ φρίττει κράτος,
Εἰ καὶ τὸ πρῶτον καὶ πάλιν τὸ δεύτερον
Δείκνυσιν ἡμᾶς ἐκ φθορᾶς ζωουμένους;
Ἀλλ᾽ ἔστιν ἡμᾶς εὐσημοτάτας εἰκόνας,
Τῇ φωταγωγῷ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει,
Καὶ μέχρι δεῖξαι τῶν παρ᾽ ἡμῖν τραυμάτων,
Στῆσαι δὲ τῶν μώλωπας ἀντὶ μαρτύρων,
Ἠχητικῆς σάλπιγγος εὐστομωτέρους·
Ὅταν γὰρ ἰχὼρ σηπτικὸς παρεμπέσῃ,
Σύριγγα τίκτων ἐκ νομῆς πυρετρόφου
Οὐκ ἄν τις εὕροι τοῦ σεσηπότος μέλους
Τὴν ὥσπερ εἰπεῖν ἐκ μέρους ἀνάστασιν,
Εἰ μὴ ῥυῇ τὰ πρῶτα, καὶ λύσιν πάθῃ,
Ἢ παντελῆ σύντηξιν ἐκ φθορᾶς λάβῃ,
Τῆς ἔνδον αὐτοῦ σαρκὸς ἠφανισμένης·
Οὕτω γὰρ αὖθις γίνεται σεσωσμένος,
Πυρὶ στομωθείς, ἢ διαιρεθεὶς ξίφει,
Ἢ καὶ μελικράτῳ τε, καί τινι δρόσῳ
Πρὸς τὴν ἰασοῦσαν ἀρρήτως κρίσιν,
Στύφουσαν, ἢ ψύχουσαν, ἢ καθαρσίαν
Εὗρεν ἐκεῖνο τοῦ μέλους ἀνάστασιν;
Πῶς οὖν μελίκρατόν τε, καὶ πῦρ, καὶ ξίφος,
Καὶ μὴν ὀπός, καὶ ῥίζα, καὶ χοῦς, καὶ δρόσος,
Εἴργει τὸ ῥεῦμα, καὶ τὸ δέρμα συλλέγει,
Ἢ τὴν παλαιὰν σάρκα προσκαλούμενα,
Ἢ σῶμα προσπλάσαντα τῷ πάλαι νέον;
Ὁ δὲ πλάσας τὸ σῶμα μὴ συναρμόσει
Ῥυὲν τὸ σῶμα, κἂν σαπῇ κεχωσμένον,
Ἢ τὴν παλαιὰν δερματώσας οὐσίαν,
Ἢ τῷ φθαρέντι καὶ σαπέντι σαρκίῳ,
Χιτῶνα λεπτὸν ἐμβαλὼν ἀφθαρσίας;

Ποίας

Nec ceu arbitrantur ex equi cadavere
Veſpas oriri, aut ex aſello cantharos;
Apemque naſci de iuvenco ſedulam.
Nam forma non mutata generis permanet;
At ſemen eius, quod prius humi putruit,
Eſſentiam ad primam revertitur ſuam.
Quis ſeminum, cum liberis datur opera,
Corruptionem in oſſium vertit ſtruem?
Putreſcat & niſi ſemen hoc mortalium,
Exanime corpus ut tumulo uteri abditum,
Conceptione infantulus non fingitur,
His cum organis, nervis, & ornatu cutis.
Quis robur ergo conditoris non timet,
Cum primum id exemplum, hoc & alterum quoque,
Nos doceat a corruptione vivere?
Nobis at inſignes imagines licet,
In mortuorum erectione lucida,
Praeferre, noſtraque indicare vulnera;
Teſteſque vibices ibi producere,
Vocaliores vel tuba clariſſima:
Nam quando ſanies putris interlabitur,
Et fiſtulam parit igneo de pabulo,
Haud poſſit ullus invenire tabidi
Membri redintegrationem vividam,
Ni fluxerit primum, & victum corruat,
Planeque mortifica pereſum tabe ſit,
Ac prorſus intus putrefacta eius caro;
Sic ſanitati reſtituitur priſtinae,
Igne ſolidatus vel reciſus cuſpide,
Mulſive ſucco, vel liquore roſido;
Pro vi medendi abſcondita iſtis inſita,
Quae purget, aſtringat, vel etiam frigeret;
Nanciſcitur membri reviviſcentiam.
At quo modo ignis, mucro, mulſum, & liquor,
Radicula, aut pulvis, vel humor roſidus,
Fluxum coërcent, vel cutem conglutinant,
Aſcita veteri cum caro eſt carni recens,
Aut corpus effetum virens ſit ac novum?
Et fictor ille corporis, quare minus
Connectet ipſum putre, & aggeſtum ſolo,
Seu priſtinam pelle induat ſubſtantiam,
Seu marcido, vel flaccido corpuſculo
Aeternitatis donet exilem togam?

Qua

Hominis ex corruptione generatio reſurrectionem confirmat.

Noſtri corporis vulnera, & cicatrices fidem faciunt reſurrectionis.

Argumentum a minori ad majus.

---

neque ex aſino canthari, neque apes induſtriae ex bove enaſcuntur: generis enim identitas neutiquam immutatur, ſed vere ipſum rei quae computruit ſemen ad eamdem, quam habuit, ſubſtantiam revertitur. Quis noſtri genitalis ſeminis corruptionem in oſſeam compaginem adſtringit? niſi enim noſtrum quoque ſemen, velut mortuum corpus in ventre ſepultum, corrumpatur, non inde conceptus infans pelle, & nervis inſtructus prodiret:

1353. Ecquis igitur ſummi Conditoris potentiam non reformidet, cum uno & altero argumento e corruptione nos vivere ſit demonſtratum? Age vero ut quae late fulget mortuorum reſurrectio, adhuc magis confirmetur, eius rei manifeſtas ſimilitudines ex nobis ipſis etiam petamus, & noſtri ipſius corporis vulnera obſervanda proponamus, ipſaſque vibices ſonora tuba vocaliores teſtes proponamus. Cum enim putrida ſanies ex purulento vulnere fiſtulam generans obreperit, putrefacti membri quamdam, ut ita dicam, reſurrectionem aſſequi nemo poſſit; niſi priora exciderint, ac reſoluta effluxerint, & tabe prorſus abſumpta, eius partis carne intus exeſa, computruerint: tunc enim *infirmus*, ulcere aut ope ignis ſolidato, aut ope ferri exſecto, vel mulſo, vel aliquo roſcido humore adhibito, pro medicamentorum aut adſtringentium, aut refrigerantium, aut purgantium inexplicabili vi, & iudicio ſanus evadet, & illius membri reſurrectionem conſequetur. Quomodo igitur mulſum, ignis, & ferrum, itemque ſuccus, radix, pulvis, & humor roſcidus fluxum ſiſtit, & cutim agglutinat, vel quis haec veterem carnem evocent, vel novum corpus veteri adfingant: ille vero, qui corpus plaſmavit, corruptum corpus iterum componere non quiverit, quamvis putruerit humatum vel quia veterem ſubſtantiam pelle iterum veſtire, vel quia corrupto, & putri corpori ſubtile incorruptibilitatis indumentum ſuperimponere ei placuerit? Quam vero bonam ſpem obtinebimus, ſi medicis, qui

huiuſce

Ποίας δὲ καὶ τύχωμεν εὐελπιστίας,
Εἰ τοῖς ἰατροῖς τῆς γεώδους σαρκίου
Ἄγειν ἐῶμεν καὶ φέρειν τὰ σώματα,
Ὡς ἂν δοκῶσι, κἂν δοκῶσι χειρόνως,
Μηδὲν δὲ δῶμεν τῷ Γαληνῷ τῶν ὅλων
Ψυχῶν ἰατρῷ, πρὸς φιλάνθρωπον τέλος
Τὸ σῶμα νεκρώσαντι τῆς ἁμαρτίας,
Ὑπνωτικὸν δὲ φάρμακον δεδωκότι,
Ὅπως τὸ ῥευστὸν τῆς φθορᾶς ἀποξέσας
Ἄῤῥευστον ἡμῶν ἐξεγείρῃ τὴν φύσιν;
Ἢ πῶς ὁ τοῦ Μάνεντος ἐμμανὴς λόγος
Λυττᾷ καθ' ἡμῶν, καὶ λαλεῖ πεφυρμένα;
Ὡς εἴγε ταυτὸν ἐξεγείρεται πάλιν,
Τὸ σῶμα τοῦτο, καὶ φθαρήσεται πάλιν,
Χολὴν ἔχον, καὶ φλέγμα, καὶ λύσιν μάχης.
Καίπερ θεωρῶν τῶν ἑαυτοῦ τραυμάτων
Τὴν σηπτικὴν σύριγγα, τοὺς χυμοὺς ὅλους,
Ὡς πρὸς μάχην θήγουσαν ἀνθωπλισμένην,
Χολῆς μελαίνης, καὶ χολῆς ξανθοπλόκου,
Καὶ φλέγματος πρὸς αἷμα συμπεπλεγμένου,
Καὶ συῤῥεόντων, καὶ πεφυρμένων ὅλων,
Μάχην θεωρῶν, μὴ θεωρῶν τὴν λύσιν.
Καὶ μηδὲ τοῖς μώλωψι πεισθῆναι θέλων,
Ὡς καὶ σαπέντων ἐκ φθορᾶς τῶν ὀργάνων,
Ἄσηπτον αὐτοῖς ἀντεγείρεται δέρας,
Καὶ συμβιβασμὸς γίνεται τῶν σχισμάτων
Ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ὡς νομίζεται μάχης;
Ἢ πῶς φυλαχθῇ τὸ λογικῶς εἰρημένον,
Σύμπνοια καὶ σύῤῥοια τῶν ὅλων μία,
Εἴπερ τὸ σύμπνουν σχίσμα γίνεται μάχης;
Ἢ πῶς τὸ ῥευστὸν εὑρεθῇ πεπηγμένον,
Εἰ μὴ παρούσης τῆς ἀναγκαίας μάχης
Θάλψῃ τὸ φλέγμα τῆς χολῆς ἡ θερμότης,
Ἢ συγκερασθῇ θερμότητι ψυχρότης,
Ἢ ξηρότης ἔνικμον ἁρπάσῃ μάχην;
Οὐ κυρίως οὖν ἐστὶν ἡ μάχη μάχη,
Συνεκτικὴ δὲ μᾶλλον, ἢ τοὐναντίον
Χωριστικὴ πέφυκε τῶν ἡρμοσμένων·
Σφίγγουσα τὴν σύμπηξιν, ἄχρι τὴν δέσιν
Λύσῃ τὸ τοῦ σφίξαντος ἄῤῥητον κράτος.
Ὡς γάρ τις οἶκον δημιουργῆσαι θέλων
Καὶ σφῆνα πήξας σφαιροπιωθέντι στέγης,
Οἶδεν

Qua praediti igitur nos ſumus fiducia;
Si terreo hoc medentibus corpuſculo,
Artus agendos, & ferendos tradimus,
Quocumque libitum eſt, ſi vel in peius velint:
At nil Galeno demus illi maximo,
Qui curat animos, atque amore in nos ſuo
Peccato amicum corpus emori ſinit,
Et pharmacum nobis ſoporiferum exhibet;
Mortalitatis fluxum ut abradens genus,
Quae non fluat pereatve naturam excitet?
Iam qui Manetis ſermo furibundi viri
Exercet in nos rabiem, & infit talibus:
Si corpus iſtud denuo excitabitur,
Idem quoque rurſus fata mortis ſentiet,
Cum felle, phlegma, praelii modumque, habens:
Quamquam intuetur propiorum vulnerum,
Hanc fiſtulam putrem, liquores corporis,
Tamquam ad aciem inſtructam cientem maxime,
Cholera nigra, flavaque dimicantibus,
Fuſaque pituita cruore cum rubro:
Labantibus cunctiſque congeſtis ſimul,
Pugnam videt, non exitum certaminis:
Vibicibus nec ſtatuit ipſis fidere,
Ut putrefactis tabe totis artubus
Recens cutis renaſcitur, non putrida:
Et copulantur ſciſſa quae prius, invicem,
Ex praelio quo congredi haec ſecum autumat.
Aut qui probaretur, ratio quod dictitat,
Eſt omnium conſenſio, & confluxio,
Si pugna diſcors fuerit haec concordia?
Qui fluxa res concreta mox evaderet,
Praeſens niſi haec pugnae urgeat neceſſitas,
Bilis calore phlegma cum fovet ſuo:
Aut ni iſte fervor temperetur frigore,
Vel ſiccitas humoribus bellum inferat?
Non ergo vere praelium eſt hoc praelium,
Sed congregandi potius illud vim obtinet,
Quam diſgregandi rite quae connexa ſunt:
Concretionem arcens, quoad ligamina
Iſthaec ligantis robur ingens diſliget.
Ut architectari domum ſiquis velit,
Ille cuneum teſtudini tecti inſerens,
Nexum

Alterum de eadem re argumentum.

Manetem contra reſurrectionem argumentem refellit.

Humorum varietas corpus humanum non deſtruit, ſed ſervat.

Dei cum architecto comparatio.

huiuſce luteae carnis curam habent, noſtra corpora, ut ipſis placet, tractare, vel etiam in peius, ſi velint, trahere permittimus: nihil autem ei, qui omnium eſt Galenus, nihil animarum medico concedamus, qui pro ſua erga homines miſericordia corpus peccati dat morti, & ſoporiferum pharmacum praebet, ut quidquid eſt fluxum, atque corruptibile inde abradat, & ad naturam non fluxam, incorruptibilemque nos excitet?

394. Quae vero eſt Manetis inſania, qui tanta ſermonis rabie nos inceſſit, nec tamen ſibi conſtat, illud dicens: *Si hoc corpus excitabitur iterum, idipſum etiam iterum corrumpetur, cum habeat bilem, & phlegma, & conſequenter poſt pugnam diſſolutionem*. Nimirum haec ille: quamvis ſuorum vulnerum fiſtulam inſpiciens, qua putreſcente omnes humores corporis hinc inde ad pugnam cieri, atram bilem cum flava committi, phlegma cum ſanguine commiſceri, & haec omnia in unum confluere, atque confundi, veramque pugnam ſe vidiſſe plane poſſit, diſſolutionem autem, quam dicit, ſe vidiſſe nequeat affirmare. Sed ne vibices quidem tanti ſunt, ut ipſe perſuaderi velit: in quibus illud manifeſtum, quod ubi pars aliqua corruptis organis putruit, nova deſuper pellis educta illis obtenditur, atque ex ea, quae dicitur, & putatur eſſe pugna, ſit inter ipſos pax, & conciliatio. Quinam autem logicum illud effatum ſtaret: *Omnia in unum confluunt, atque conſpirant*, ſi ex ipſa rerum conſpiratione oriretur pugnae diſſidium? aut quomodo id, quod eſt fluidum, coagmentatum iri videremus, ſi neceſſaria hac intercedente pugna pituitoſam bilem calor non deliniret, aut frigidum calido non temperaretur, & ſiccum cum humido pugnam amice non iniret? Non vere igitur, & proprie pugna eſt pugna: ſed eſt quid ea, quae ſunt inter ſe congruentia, potius coniungens, quam dividens e contrario: eſt quid, inquam, rerum compaginem arctius conſtringens, uſquedum ineffabilis potentia illius, qui opus colligavit, operi vincula diſſolvat. Sicuti enim ſiquis domum caſtruxerit, & arcuatum fornicem infixo cuneo copulaverit,

Οἶδεν μόνος τὸ σφίγμα, καὶ λύει μόνος.
Οὕτως ὁ τὴν ἔνσαρκον οὐσίαν κτίσας,
Ὅταν δέοι τὸν οἶκον ἐλθεῖν εἰς λύσιν,
Οὐ φλέγμα κινεῖ, καὶ χολὴν πρὸς τὴν λύσιν,
Ὡς ἐνδεὴς ὢν ὑλικοῦ παρεγγύτου·
Ἀλλ' ἐκβαλὼν τὸν σφῆνα τὸν ψυχοκράτην,
Ὡς οἶδεν, ὡς ἔσφιγξε, καὶ λύει μόνος.
Ὅταν δὲ τὴν σύμπηξιν ἁρμόσαι θέλῃ·
Κτίσαι γὰρ αὖθις βούλεται τὴν οἰκίαν,
Πτῶσιν παθοῦσαν ἐξ ἀδήλων πνευμάτων·
Εἰ καὶ χολὴν καὶ φλέγμα, καὶ πνεῦμα λάβοι,
Ἄσβεστον ὥσπερ συμβιβάζων ὀστράκῳ·
Χυλοὶ γάρ εἰσι καὶ μέρη τοῦ κτίσματος·
Τὸν σφῆνα πήξας, ὥστε λῦσαι μηκέτι,
Ἄφθαρτον ἡμῶν ἐξεγείρει τὴν φύσιν.
Πλὴν ταῦτα πρὸς Μάνεντα τὸν μεμηνότα·
Ἡμεῖς γὰρ ἴσμεν, ὡς ἐναλλαγῆς δέον
Τὸ θνητὸν ἡμῶν τοῦτο προσλαβεῖν δέρας,
Ὃ σπείρεται μὲν ἐν φθορᾷ τεθαμμένον,
Ἀνίσταται δὲ τῆς φθορᾶς ἀντιστρόφως,
Ἄφθαρτον, ὡς ἔδοξε τῷ παντουργέτῃ.
Οὕτως ὁ πλάστης κἄν τε χυλῶσαι θέλῃ
Τὸ σῶμα τοῦτο, κἄν τε λεπτῦναι πλέον,
Ὅμως ἄσηπτον τῶν σαπέντων τὴν φύσιν,
Ὡς τραῦμα νεκρὸν, δερματοῖ καὶ συλλέγει.
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ σαρκῶσαι λόγος,
Γῆν γὰρ ἐρευνῶν, καὶ τὰ κύματα βλέπων,
Καὶ συλλέγων τὰ κῶλα τῶν κοιμωμένων.
Καὶ κἄν τις ὠμόσαρκον ἀνθρώπου κρέας
Ἰχθὺς σπαράξῃ, καὶ τὸν ἰχθὺν ἀγρότης,
Καὶ τοῦτον ἄρκτος, καὶ τὸ θηρίον κύνες,
Γῦπες δὲ τούτους, τῶν δὲ γῦπας οἱ τάφοι,
Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἀνθυποδράμοι φύσιν,
Εἰς ἀλλοφύλους ἀντικλώμενος ῥύσεις·
Ὅμως ἔσω πέφυκε τῶν ὁρισμάτων
Τῇ χειρὶ τοῦ κτίσαντος ἐσφραγισμένος.
Οὐκοῦν ἐάν τις χειρὸς εὐτελεστάτης
Τοὺς πενταχέρδους ἐξαπλώσας δακτύλους
Κριθὰς, ὀλύρας, κέγχρον, ἢ σῖτον λάβοι,
Ἢ πλῆθος ἁπλῶς ὀσπρίων πεφυρμένων,
Οἶδεν διακρίνειν καὶ μερίζειν εὐθέτως
Ἐκεῖνο, τοῦτο, καὶ συνάπτει τὰς φύσεις,

Καὶ

Nexum tenetque ſolus, & ſolvit ubi vult:
Sic carnis hanc qui condidit ſubſtantiam,
Cum deſtrui totam neceſſe ſit domum,
Non phlegma, nec bilem ciet ſolvens op...,
Ut artificis opera, & manu cuiuſdam egens:
Sed amovens cuneum, animi retinaculum,
Ut novit, ut ligavit, idem diruit:
Ac cum coagmentata vult componere,
(Nam denuo acdificare libet iſtam domum
Quae corruit vi flaminum latentium)
Si ſpiritum, bilem, atque pituitam capit,
Calcem quaſi addat fabricae teſtaceae.
At enim ſapores conditi operis membra ſunt:
Ita cuneum infigens, ut haud ſolvi queat,
Noſtram excitat naturam, & aeternam facit.
Haec in Manetem mente captum dixero:
Nam ſcimus immutationem conſequi
Mortale noſtrum corpus, & noſtram cutim,
Quae ſeminatur morte in atra condita,
Reſurgit at contrario morti modo,
Aeterna, ut opifici omnium viſum eſt Deo.
Sic conditor, ſeu corpus humore hoc velit
Exuberare, aut tenue gracileque reddere,
Non iam caducam fragilium naturam, uti
Emortuam plagam, cute obducens tegit:
Nam illi ſat eſt verbum, ereetur ut caro,
Qui viſcera indagat Soli, fluctus videt,
Et ſparſa membra congregat iacentium.
Seu piſcis artus hominis, & crudos rapit;
Ac ruſticanus poſtea piſcem vorat;
Atque urſus illum; tum canes hanc belluam,
Et vultur hos, ſepulcra vero vultures:
Tandemque in omne permeet rerum genus,
Iactatus in tot fluxiones exteras,
Intra ſuos tamen moratur terminos,
Signo notatus conditoris & manu.
Iam ſi quis infirmiſſima vel dextera,
In quinque ramos explicans digitos ſuos,
Far, hordeum, milium capiat, aut triticum,
Leguminumve multitudinem omnium,
Diſcernere, ac dividere novit optime
Hoc iſtud & ſociare naturas pares,

Adpo-

---

verit, ipſe ſolus novit, ubi ſit cunei nexus, & ipſe ſolus poteſt ſolvere: ita qui carnem condidit ſubſtantiam, cum contexta domus debet diſſolvi, non phlegma neque bilem ad diſſolvendum immittit, quaſi aliquo materiali adiutore ipſe indigeat; ſed cuneum, animae retinaculum, extrahit, atque prout ſolus novit, prout ſolus coniunxit, ſolus etiam diſſolvit. Cum autem molem ipſam coagmentare, atque connectere decernit, (vult enim iterum hanc domum aedificare, quae ex occulta ſpirituum vi acta eſt in ruinam) bilem, phlegma, & ſpiritum, ſi velit, aſſumet, atque ea una ſimul, velut calcem cum teſtis (nam etiam humores fabricae condendae ſunt partes neceſſariae) coniunget, atque ita cuneo intexto, ut nullo iam tempore poſſit exſolvi, incorruptibilem excitabit noſtram naturam.

1441. Atque haec in mente captum Manetem dixiſſe ſufficiat. Nos enim ipſi ſcimus oportere, ut haec noſtra mortalis caro immutetur, quae cum fuerit terrae tradita, ſeminatur in corruptione, & ex corruptione iterum reſurgit incorruptibilis, ut ei placet, qui omnia fecit. Itaque ſcire hoc noſtrum corpus velit Protoplaſta ſuccis abundare, ſive gracile ipſum reddere, putrefactorum artuum incorruptam naturam una ſimul colligit, ac velut emortuum vulnus obtegit pelle, & ſic agglutinat, ut non iam amplius putreſcat. Sufficit enim ei verbum, ut abducatur caro; quippe uno temporis momento terram pervadit, luſtrat undas maris, & ſtatim huc illuc ſparſa dormientium membra congregat. Quamvis autem crudas hominis carnes diſcerpſerit piſcis, & piſcator piſcem, hunc urſus, & belluam canes, atque canes vultures exederint, & ſepulcra vultures: adeout unus homo omnem prorſus naturam ſubierit, in quaslibet fluxarum rerum mutabiles formas diſtractus, attamen ipſe intra ſuos terminos conſiſtit, a ſigno quod ei manus Conditoris impreſſit ſemper dignoſcendus. Porro ſi quis viliſſima ſua manu protenta, & quinque digitorum explicatis iuncturis hordeum, olyram, milium & triticum, & aliud quodcumque leguminum genus ſimul commixtum ſumpſerit, optime alterum ab altero ſi velit diſtinguet, ac dividet, & diverſas rerum ſpecies coniungere, & ſuum

Z
genus

Καὶ ῥᾶστα συντίθησι πρὸς γένος γένος.
Πῶς καὶ λιθώδης ἐ συνήσει καρδία
Ἐν χειρὶ τοῦ κτίσαντος οὖσαν τὴν κτίσιν,
Ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς συνδραμεῖν ἀναστάσει,
Καὶ συγκομίζειν, ὥσπερ ἄλλος τῶν φόρους,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν τὰς φορὰς τῶν λειψάνων
Ἀρτηρίας, καὶ νεῦρα, σάρκας, καὶ φλέβας,
Καὶ παντὸς ἄρθρου συλλογὴν κεκρυμμένου,
Συνεισάγειν δὲ τὰς ἑκάστου λοιπάδας·
Εἰσὶ γὰρ ἄχει καὶ θριχὸς γεγραμμένοι·
Φέρειν τε πᾶσαν τὴν ἐσαπόγραφον φύσιν
Τῇ πρὸς τὸν αὐτῆς δεσπότην περιστάσει·
Ὅπως ὑφέξῃ τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις
Τοὺς συλλογισμοὺς τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων,
Καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῆς γεώδους καρδίας,
Σπόρου τε καρπὸν, καὶ στορᾶς ἀκαρπίαν,
Ζυγοῦ τε λεῖμμα, καὶ ῥοπῆς εὐσταθμίαν,
Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ψυχικὴν λειτουργίαν.
Οὕτως ἑαυτὸν ταῖς ἐνεργείαις ἔθου
Γνωστὸν παρ' ἡμῖν, καίπερ ὢν κεκρυμμένος·
Ὅσον γὰρ ἡμᾶς τῶν ὑπερτέρων νόων
Ὑπερβέβηκεν ἡ θεόπτης ἀκρότης,
Τοσοῦτον αὐτὰς αἱ μέσαι, καὶ τὰς μέσας
Τρίτη τις ἄλλη τάξις ἀρχικωτέρα,
Ἣ μᾶλλον ἐμπέφυκε τῇ πανομμάτῳ,
Καὶ τῇ πτερωτῇ τοῦ τάχους ἐπεκτάσει,
Ἣ πρὸς τὸ θεῖον ἀγχιγείτων ἀκρότης·
Ὅσον γὰρ ἐγγίζουσι, τὰς ἀποστάσεις
Ποιοῦσι μείζους, καὶ ξενοτρόπῳ λόγῳ
Τὰς προσθέσεις ἔχουσιν, ὡς ἀφαιρέσεις.
Εἰ γὰρ τὸ τῆς γῆς τοῦτο πῦρ ὁ προσβλέπων
Πόῤῥω μὲν ἴσως θέλγεται πρὸς τὴν θέαν,
Ἀφίσταται δὲ τῇ φλογὶ προσεγγίσας·
Πῶς πρὸς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῆς ἀφλεξίας,
Ὁ μᾶλλον ἐγγὺς, κἂν πέφυκεν ἄγγελος,
Μὴ μᾶλλον ἐκστῇ καὶ ἐξέστη τῷ φόβῳ,
Ἐν πυρσοφεγγεῖ καὶ θεοκρυφεῖ γνόφῳ,
Ἀφεγγὲς εὑρὼν καὶ τὸ πῦρ καὶ τὴν φλόγα;
Ἐντεῦθεν, ὡς ἔοικεν, ἐγγίζει πλέον
Ἡ τῶν Χερουβὶμ ὀμματόπλουτος φύσις,
Βλέπουσα, καὶ μύουσα τὸ βλέπειν πλέον.

Φρικτὸν

Adponit & genus ad genus facillime:
Cur non lapideum cor poteſt comprendere,
Ut Conditoris in manu locatum opus
Concurrat ad noſtram reviviſcentiam,
Et colligat, ceu quaeſtor aes tributaque,
Hinc inde particulas reliquiarum leves,
Arterias, nervoſque, carnem, & ſanguinem,
Et omne membri, quod latebat fruſtulum:
Adducat & partes reſiduas ſingulis,
Sunt namque ſignatae notis uſque ad pilum;
Naturam & omnem deferat ſcriptam ſuum
Ad principem, cum venit opportunitas:
Ut inſtigantibus Angelis reſpondeat,
De debitorum, & foenoris rationibus,
Cordiſque primitias ferat ficti ex humo,
Et ſeminis fructum ſterilitatem & ſati,
Libraeque defectum, aequitatem & ponderis,
Et omne plane munus animi, & ingenii.
Sic temetipſum operationibus tuis
Prodis, licet ſis abditus mortalibus:
Quantum anteit ſed enim altiorum mentium
Nos eminens, divinaque excellentia:
Tantum haſce mentes mediae, & in medio ſitae
Ordo ſuperior tertius, qui dignior,
Magiſque adhaeret ordini oculatiſſimo,
Et alati velocitate praedito,
Vicina Numini ſupremo ſummitas:
Nam quo propius abſunt, ſuas diſtantias
Remotiores indicant, more & novo
Acceſſionem ut deminutionem habent:
Etenim procul ſi terreum qui ignem aſpicit
Exhilarat aſpectu illius oculos ſuos,
Vicinus at flammae recedit ocyus:
Qui tandem ab igne non cremante Numinis,
Quo abeſſe propius Angelus quivis ſolet,
Non hoc magis ſtupeſcet attonitus metu,
In fulgida & ſacra Deo caligine,
Non lucidum ignem nactus & flammam ſimul?
Accedit illuc, ut videtur, proxime
Natura plena oculis Cherubin plurimis,
Dum cernit & connivet intuens nimis.

Nam

Extremum judicium.

Quomodo ſe Deus creaturis manifeſtet.

Deus flammae comparatur, ad eum nemo poteſt accedere.

---

genus ſuo generi referre facillime noſcet: *quod nemo negabit*. Quodnam igitur adeo lapideum cor erit, ut non intelligat, quomodo in manu Creatoris poſita creatura ad noſtram reſurrectionem concurrat? & quemadmodum alter vectigalia undique collecta in unum comportat, ita ipſa hinc inde cadaverum ſpolia, nervos, & arterias, carnes, & venas, omneſque articulorum juncturas in qualibet parte latentes colligat, & cuiuſvis hominis proprias reliquias contrahat, (ſunt enim omnia uſque ad capillum numerata) atque adeo omnem adnotatam naturam ad eum, qui ipſius naturae eſt Dominus, adferat opportune: ut Angelis urgentibus judicium ſubeat, & reddat rationem de debitis, & foenore? ita ut quae fuerint primitiae terreni cordis appareat, & quae fuerit ſeminis largitas, & fructus ſterilitas, necnon quae in dando fuerit aequitas lancis, & in reddendo ponderis defectus innoteſcat, adeoque omne prorſus animae expendatur miniſterium.

1486. Ita ſane te ipſum, Deus, quamvis ſis abſconditus, tuis operationibus cognoſcendum dediſti. Quantum enim ſublimiorum, atque divinitus inſpiratarum mentium altitudo nobis praeſtat, tantum ipſae mediis ſuperantur, & medius alter quidam tertius ordo principalior exſiſtit, qui magis ad illum ordinem accedit, cui vis ineſt oculorum tam maxima, & alarum pernicitas tam admirabilis, ut quam proxime ad divina adpropinquet. Sed quo tamen propius accedunt, maiores faciunt a ſcopo diſtantias: adeout ex admirabili quadam ratione idem ſit ipſis addere, ac de ſumma deducere. Si enim cum quis terreſtrem hunc ignem intuetur, aſpectu procul poſitus plane recreatur; ſi autem flammae propius acceſſerit, ſtatim recedit: quomodo qui ad illum incombuſtibilem ignem, ſit Angelus licet, cum magis acceſſerit, non eo magis reſiliet, ac prae metu procul diſcedet; cum inter rutilantem, & Deum tamen abſcondentem caliginem nihil aliud, quam luce carentem, & nullo modo conſpiciendum ignem, & flammam offenderit. Proinde, ut videtur, Cherubinorum tot oculis ditata natura magis adpropinquat, quia videns connivet, ut plus videat.

Φρικτὸν γὰρ ἐνέθηκε τῇ κτίσει φόβον
Ὁ πρῶτος εἰς γῆν ἐκπεσὼν ἑωσφόρος,
Βλέπων ἀμέτρως, καὶ παθὼν τὸ μὴ βλέπειν.
Ὡς μηδὲν εἶναι παντελῶς ἀνειμένον,
Ἢ τῆς πανάρκους καὶ σοφῆς ἐποψίας
Τοῦ δημιουργήσαντος ἐξηρτημένον·
Εἶναι δὲ πάντα πρός τι χρήσιμον τέλος,
Καὶ μέχρι χόρτου, καὶ φυτῶν, καὶ θηρίων,
Καὶ τῶν ἀφώνων τῆς θαλάσσης ἰχθύων,
Καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς ἐκφυέντων οἰωνῶν·
Φθάσαι δὲ μέχρι τῶν ἀποκρότων λίθων,
Τὴν συντομουργὸν τοῦ Θεοῦ λεπτουργίαν.
Εἴπερ νόσος μὲν ἐξελαύνεται λίθῳ,
Ἄλλος δὲ τὸν σίδηρον ἀνθέλκει λίθος,
Ἄλλοι δὲ πυρσοὺς ἐντανάπτουσι λίθοι,
Οὐκ οἶδα πῶς ἔσωθεν ἐξωθουμένους,
Καὶ τῶν κεραυνῶν ἄλλος ἀμβλύνει λίθος·
Καὶ πῦρ νόθον σβέννυσιν ἐξηρτημένος.
Οὐχ ὡς λίθος δρῶν, ἀλλ' ὅπως μάθῃς, ὅτε
Θεοῦ θέλοντος ὠφελοῦσι καὶ λίθοι.
Καὶ τὴν δι' αὐτοὺς ἐντροπὴν δεδοικότες,
Πειθώμεθ' ἡμεῖς ὠφελεῖν, κἂν ὡς λίθοι.
Εἴργει δὲ βῶλος αἱματόπτυστον χύσιν,
Πηλὸς δὲ σωτὴρ γίνεται δυσεντέροις·
Ἄνθος δὲ χόρτου πάσμα γίνεται πάθους·
Ὀπὸς δὲ ῥίζης φάρμακον καθαρσίου·
Σταγὼν δὲ κέδρου κνησμονὴν ἀποξέει·
Ἐπωφελὴς δὲ πικρότης ἀψινθίας,
Ὑπὲρ γλυκάζον εἰς στενὰς σκευὴν μέλι.
Καὶ τῶν βάτων δὲ τῶν ἀκάρπων οἱ κλάδοι,
Ἀποικίλως φύουσι τῶν Ἱπποκράτους·
Καὶ τῶν ἀκάρπους μὴ φοβουμένῳ νόμους
Ἐκ τῶν ἀκανθῶν γίνεται σωτηρία.
Καὶ τέφρα, καὶ χοῦς ὠφελοῦσι, καὶ τρίχες·
Τοῖς γὰρ παθοῦσιν ἐκ κρύους ἀβλεψίαν,
Καπνὸς Γαληνὸς γίνεται παρ' ἐλπίδα.
Νάρκη δὲ ναρκοῖ τὰς ἁφὰς τῶν ὀργάνων·
Ἔστι γὰρ ἐν δέοντι καὶ νάρκης χάρις.
Στέαρ δὲ φώκης φλεγμονὰς οἰδημάτων
Σβέννυσιν, ὥσπερ τὰς καμίνους ἡ δρόσος.
Καὶ συμφλεγέντων ἱπποκάμπων αἰθάλη,
Σφίγγει ῥεμβώσας ἐκρυεῖσαι τὰς τρίχας.

Τρυ-

Nam conditae rei horridum incuſſit metum
Qui primus excidit a polo iſtuc Lucifer,
Et plus videndi plus videns poenas luit.
Ut ſit rellictum & prorſus abiectum nihil,
Inſpectione aut deſtitutum provida,
Late & patente, mundi opificis optimi:
Aſt cuncta quemdam finem ad utilem data,
Ipſumque foenum, arbuſta, belluae quoque,
Mutique piſces, qui Salaciae incolae,
Volucreſque eodem gurgite enatae maris:
Quin rigida ſaxa praevenit ſummi Dei
Compendiarium, elegans, ſubtile opus.
Nam morbus aliquo lapide triſtis pellitur;
Aſt alius ad ſe pertrahit ferrum lapis;
Aliique ſilices ignis accendunt faces,
Quive, undeve excitas foris, plane haud ſcio.
At fulgurum frangit lapis quidam impetum:
Extinguit ignem appenſus externum lapis.
Nec vi id lapis praeſtat ſua; diſcas at hinc
Prodeſſe lapides, cum Deus vult maxime.
Nos propter ipſos hoc verentes dedecus
Iuvare diſcamus, pares ſaxis licet.
Iam gleba ſiſtit ſputa foeda ſanguinis:
Argilla remedium eſt ſalubre terminum:
Foenique flos ſparſus dolores mitigat:
Radicis at ſuccus vim habet cathartici:
Et gutta cedri detrahit pruriginem.
Abſinthii ſed amaror eſt valde utilis:
Mel leniter fuſum iuvat in anguſtiis.
Aſperrimorum ſentiumque ſurculi
Hippocratis ſimplicia gignunt remedia.
At ſterilium leges minus verentibus
Medicina ſunt ſpinae ſalubris maxime.
Iuvant ciniſque, & pulvis, & parvi pili:
Nam ſentienti caecitatem a frigore,
Fumus Galeni praeter omnem ſpem vice eſt.
Torpere ſed torpilla res tactas facit;
Nam cum eſt opus, torpedo confert gratiam.
At Phocae adeps plagas tumorum turgidas
Extinguit, uti dulcis caminos ros ſolet.
Fuligo aduſtorum hippocamporum nigra
Arctat capillos, ne trementes defluant.

Tur-

Dei providentia etiam ad res minimas ſe extendit.
De lapidum proprietatibus.
Magnes.
Pyrites.
Ceraunius.
Bolus Armenius.
Lutum.
Foenum Graecum.
Agarici radix.
Cedria.
Abſinthium.
Mel.
Roborum ſurculi.
Simplicia.
Spinae.
Cinis, pulvis, pili.
Fumaria herba.
Torpedo.
Adeps Phocae.
Hippocampus.

deat. Horrendam enim formidinem incuſſit creaturae, qui primus in terram excidit Lucifer, ob immodicum videndi deſiderium id paſſus, ut nihil prorſus videret.

1512. *At quis non videt*, ut nihil uſpiam adeo ſit vile, & abiectum, quod non ex aliqua ratione factum eſſe conſtet, quodque a Conditoris ſapientiſſimi inſpectione, & vigilantia, quae ad omnia late ſe extendit, non dependeat? itemque ut omnia ſint ad utilem quemdam finem deſtinata, herbiſque, & plantis, belluis, & mutis marinis piſcibus, atque e mari enatis avibus una ſimul collectis, & comprehenſis? quinetiam ut ad duros uſque lapides Dei opificium, quo res minutas tam polite tamque ſubtiliter effecit, devenerit? Eſt enim quidam lapis, quo morbus depellitur, & alter, qui ferrum adtrahit: & alii ſunt ſilices, qui neſcio quomodo intus excuſſi ignem extra poſitum accendunt. Eſt item alius lapis, qui fulmen retundit, & appenſus ſpurium ignem reſtinguit: quae quidem non per ſe praeſtat lapis, ſed ut inde diſcas, lapides etiam Deo volente aliquam utilitatem adferre, atque ideo nos rubore ſuffuſi iuvandis aliis, etiamſi lapides ſimus, libenter incumbamus. Eſt etiam Bolus, qui ſanguinis ſputa cohibet: & quoddam eſt lutum quo dyſſenterici ſanantur. Quid quod foeni flos violentos dolorum cruciatus ſedat, & ſuccus radicis purgandi vim habet, & cedri gutta pruriginem tollit? Abſinthii ſimiliter amaror, cum opus fuerit, dulci melle eſt utilior. Quinetiam ex iis, quos rubi infructiferi emittunt ſurculos, ſimplicia Hippocratis remedia enaſcuntur, & ubi nullas ſterilitatis leges quis extimuerit, vel ex ſpinis ipſis ſalutem prodire ſentiet. Cinis etiam, & pulvis, & pili iuvant: ii enim, qui ob frigus adeo oculis laborant, ut caecitatem patiantur fumum ſibi praeter ſpem Galenum eſſe experiuntur. Ac torpedo tactus organa facit torpeſcere, ſua enim ineſt, ubi eſt opus, etiam torpedini vis & gratia: & adeps Phocae tumorum inflammationes, ut ros caminos, extinguit; & uſtorum Hippocamporum fuligo male haerentes pilos, ne defluant, adſtringit. Quid quod turtur dentium dolores ſedat, ſi quod peritus pon-

derator

Τρυγὼν δὲ παύει τῶν ὀδόντων τοὺς κλόνους,
Ὡς ἐν ταλάντῳ τεχνικὸς ζυγοστάτης,
Τὸ κέντρον αὐτῆς ἐντεθῆσα τοῖς πόνοις,
Καὶ βρῶσις ἁπλῆ τοῦ σκάρου τῶν ἐντέρων
Εἴργει τὸ ῥεῦμα τῶν παρ' ἡμῖν ἐντέρων.
Ποθεὶς δὲ χυλὸς τῶν κωβιῶν πετροτρόφων
Ὄχημα γαστρὸς γίνεται πεφραγμένης.
Φθίσιν δὲ καὶ χίμετλα, καὶ τῶν σκορπίων
Φθάνει τὰ κέντρα, καὶ καταψύχει πόνους
Τοὺς λυσσοδήκτους, τοὺς δὲ καρκίνους ξέει
Καρκῖνος ἐλθὼν ἐκ βυθοῦ θαλαττίου·
Σοφίζεται δὲ καὶ πρὸς ἄγραν ὀστρέων·
Ψάμμον γὰρ αὐτοῖς ἐμβαλὼν χασμωμένοις,
Εἴργει συμπλῆσαι τὰς λαβὰς τῶν διπτύχων·
Ἀνεῳγμένων δὲ τῶν θυρῶν, ὁ τοῦ σάλου
Κλέπτης ἀνασπᾷ τὴν τροφὴν κεκρυμμένην.
Ἰχθὺς δὲ πνεύμων τοῖς σάλοις ἐμπνέων,
Ὧ μηδὲν ἐστιν ἐμφερὲς πρὸς ἰχθύας,
Ἄμορφος εἰκὼν, δυσδιάγνωστος θέα,
Ἄψυχος οὐκ ἔμψυχος, ἀλλ' εἰκῇ μόνον
Δοκῶν ἑαυτὸν ἐξαπλοῦν, καὶ συλλέγειν,
Τὰς δυσκαθέκτους τῶν ποδῶν ὑπερζέσεις,
Ὡς οὐδὲν ἄλλο, συντριβεὶς ἀποτρέπει.
Καὶ νεῦρα μὲν παθόντα συστολῆς βίᾳ
Λέοντος, ὡς λέγουσιν, εὐρύνει στέαρ.
Πάθους δὲ λύτρον αἷμα γίνεται τράγου,
Καὶ τοὺς κεράστας εὐλαβεῖται κανθάρους
Τὸ φλεκτικὸν πῦρ τοῦ τεταρταίου τρόμου.
Καὶ τῇ χνοώδει τῶν μυώπων αἰθάλῃ,
Τὸ τῶν μυώπων ἐξορίζεται πάθος.
Οὐ φείδεται γὰρ συλλαβῆς ὁμωνύμου,
Εἰς ζῆλον ἔργου συγκροτουμένη φύσις.
Εἰσὶ δὲ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης κοχλίαι
Μικροὶ, μεγίστων συμφορῶν εὐεργέται·
Ὧν εἰ τεφρώσας τὴν δορὰν τῶν ὀστράκων,
Ἀλφοὺς ἀναιρεῖς· εἰ δὲ συμπλέξας μέλι,
Τὴν ξηρὰν ὑγρῷ στοιχειώσας αἰθάλην·
Οἴδημα γαστρὸς, καὶ ποδῶν ἐπιρρύσεις,
Νεύρων δὲ πληγὰς, καὶ ζοφώσεις ὀμμάτων,
Καὶ τὴν πρὸ ῥινῶν αἱματόρροιαν σβέσεις·
Καὶ θαυμάσας τὸ θεῖον ὑμνήσεις κράτος,
Βαλὼν ἓν ἀντίφραγμα μυρίαις νόσοις.

Πόθεν

Turturque mitigat dolores dentium, Turtur marina.
Si, ut libripens perlitus in trutina facit,
Acumen inſerat ſuum doloribus.
Scarique ſimplex viſcerum comeſtio Scarus.
Gravem coercet fluxionem viſcerum:
Hauſtuſque ſuccus gobii ſaxatilis,
Ventris vehiculum, cuius obſtructum eſt iter. Gobius.
Tabemque & ulcera pernionum, & ſpicula
Saeva antevertit ſcorpionum, & frigerat Cancer.
Morſos cane a rabido, ſimul radit feros
Cancros marinus cancer exortus ſalo:
Edoctus ad praedam oſtreorum idem quoque eſt;
Hiantibus namque his arenam dum iniicit,
Ne comprimant patulas ſuas conchas vetat,
At ianuis laxis ſali iſte callidus
Fur allicit cibum in receſſibus abditum.
Et pulmo piſcis in maris ſpirans cavis, Pulmo.
Commune cui cum ceteris nil piſcibus:
Rudis figura, incognitum ſpectaculum,
Animo carens, vitaque, ſed leviter modo
Seſe explicans, & colligens mox per vices:
Diros pedum ardores calentium nimis,
Si conteratur, lenict pulcherrime.
Nervos at a contractione languidos,
Adeps leonis ampliare dicitur. Adeps leoninus.
Ac ſanguis hirci paſſione liberat: Sanguis hirci.
Et cantharos refugit reflexis cornibus Scarabaei cornuti.
Tremens febris quarta, flagranſque ignibus.
Subtili aſilorum favilla, qui labor Tabani.
In luſcioſis cernitur, levabitur:
Nam ſyllabae ambiguae minime vult parcere
Natura ad aemulationem operis ſe habens.
Sunt cochleae terrenae, & aequoris incolae Cochleae.
Ingentium cauſſae bonorum parvulae:
Nam ſi cinere teſtarum operieris cutem,
Albas notas delebis: at melle illitam
Siccam favillam ſi humido perſuderis,
Ventris tumorem, influxiones ac pedum,
Nervorum & ulcera, luminumque nubila,
Fluxumque ſiſtes ſanguinis de naribus:
Et praedicabis hinc Dei potentiam,
Dum mille morbis unicum obicem ſubiicis.

Aſt

---

derator facit in ſtatera, ipſa illuc, ubi doloris eſt ſedes, ſuum coniiciat aculeum? Quid quod ſimplex viſcerum ſcari comeſtio noſtrorum viſcerum fluxum coërcet, & ex gobiorum inter ſaxa latitantium ſucco confecta potio ventrem obſeratum aperit? Nec diverſa ratione phtiſim, perniones, & ſcorpionum ictus praevertit, itemque a cane rabioſo demorſos a dolore liberat, cancroſque e profundo maris prodiens excedit, atque abradit? Huius autem mira eſt etiam in praedandis oſtreis ſolertia; in ipſas enim, cum hiantes geminas valvas diducunt, arena iniecta prohibet, ne plicas amplius coniungant: ubi vero reſeratae ſunt portae, callidus iſte marinus latro intus abſconditum cibum diripit.

1567. Quid piſcis pulmo, qui ſalſos inter fluctus ſpirat, nec ullam tamen habet cum piſcibus ſimilitudinem; cuius forma eſt informis, & ſpecies nullo modo dignoſcenda, quique cum animatus necnon inanimatus eſſe, & temere tantum diſtendi, & contrahi videatur, impatibiles pedum uſtiones comminutus tam belle ſedat, ac depellit, ut nihil ſupra? Quid quod nervos violenter convulſos leonis adeps, ut ferunt, diſtendit? & ſanguis hircinus a mala affectione liberat? & frigidae quartanae adurens ignis ſcarabaeorum cornua quodammodo extimeſcens fugit? & myopum, hoc eſt *Tabanorum* in pulverem redacta fuligo, myopum, ideſt *Luſcioſorum* morbos exterminat? Neque enim vocis communionem refugit natura ad operis aemulationem concurrens.

1583. Sunt autem duo genera chochlearum: aliae enim ſunt terreſtres, aliae marinae: parvae quidem omnes, ſed quae in graviſſimis malis maxima conferunt beneficia. Si enim detractas teſtas in cinerem redegeris, vitiligines tolles: & ſi cum melle miſcueris; ita ut, quaſi duobus contrariis elementis inter ſe commiſſis, ſiccam fuliginem humido conſpergas, tumores ventris, fluxiones pedum, vulnera nervorum, caligines oculorum, & ſanguinis fluxum e naribus ſiſtes. Tum vero cum unum ſexcentis morbis obicem Deum poſuiſſe cognoveris, admiratione captus ipſius potentiam

Πόθεν δὲ, καὶ πῶς ταῦτα γίνεται θέλων
Εἰπεῖν, ἀτερμάτιστον ἀντλήσεις βάθος.
Καὶ τὴν ἀναγκαίαν γὰρ ὥσπερ φασὶ πόρων
Ὁ βλέννος ἄργει τὰς ἀκουσίας ῥύσεις.
Λύκου δὲ γλῶσσα προστεθεῖσα νηπίοις
Λύει τὰ κλεῖθρα τῆς ἀφώνου γλωσσίδος.
Λίθους δὲ τέττιξ τῶν ποδῶν περιγλύφει,
Ὀπτὸς λιθουργὸς εἰς ἀφαίρεσιν πόνου.
Καὶ ψυχρὸς ἰὸς θερμὸν ἔσβεσεν πάθος·
Ὀποῖς δὲ θερμοῖς ψυχρὸς ἔκλασεν πόνος.
Καὶ σὰρξ ἐχιδνῶν ἀντιφάρμακος δόσις,
Καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λωβωμένης·
Τὸν ῥοῦν γὰρ ἱστᾷ, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέει,
Καὶ σωματουργεῖ τὰς ῥεούσας εἰκόνας,
Μορφοῦσα τὰ πρόσωπα τῆς ἀμορφίας.
Καί που τινὲς λέγουσιν, ὡς φρικτοῦ πάθους
Εἰς λοιμὸν εἰσφρήσαντος ἐντρόμῳ ζέσει,
Πνέοντος αὔραν τοῦ νοσοῦντος ἐσχάτην,
Ἤδη παρ᾽ αὐτὰς τῆς ταφῆς τὰς εἰσόδους·
Τὸ κέντρον ἐνθεὶς ἐξ ἀδήλου σκορπίου,
Ἰῷ τὸν ἰὸν ἀντιτάξας πρὸς μάχην,
Ἤμβλυνεν, ἠμαύρωσε συγκράσει ξένῃ,
Ψύξιν βαλὼν ἄπληστον ἀκράτῳ ζέσει.
Οὕτως ἕκαστα συμφερόντως ἡ χάρις,
Καὶ πρός τι ῥυθμίσασα τῶν ἀναγκαίων,
Οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲ λεῖπον εἰσάγει,
Καὶ μέχρι φλοιῶν, καὶ τριχῶν, καὶ δακρύων,
Καὶ μέχρι πηλοῦ, καὶ καπνοῦ, καὶ κοπρίας·
Εἰ καὶ τὰ μὲν λέληθεν ἠγνοημένα,
Τὰ δὲ πρόδηλον εὗρε τὴν εὐχρηστίαν·
Ὡς πρός τι φαῦλα μηδαμῶς λοιπὸν λέγειν·
Ἀστεῖα πάντα, καὶ καλῶς εἰργασμένα.
Τίς γὰρ θεωρῶν βότρυν, οὐ καταπλάγῃ
Τὸν δόντα θερμὴν ὑγρότητα τῷ ξύλῳ;
Καὶ πῶς τὰ φύλλα τὰς ἑτοίμους εἰς ῥύσιν
Ῥάγας περιπτύσσουσι, μὴ βροχῆς βέλος
Πλήξῃ τὸ χαῦνον, ἢ φλογώδης ἡλίου
Θρύψασα θέρμη τὸν ὀπὸν ἐξικμάσῃ.
Τίς δέρμα ῥοιᾶς εὐδιαιρέτως σχίσας,
Καὶ τὴν θέσιν γνοὺς τῶν ἐνύγρων ἀνθράκων,
Καὶ πῶς ἑκάστῳ συντεθέντι γωνίᾳ

Φράττει

Aſt unde, quo pactove fiant talia,
Narrare ſi velis, profundum exhaurias:
Nam blennus internis meatibus, ut ferunt, *Blennus.*
Fluxus vetat, qui ſponte non evenerint.
Linguam at lupinam ſi applices infantibus, *Lingua lupi.*
Statim reſolves, clauſtra mutae lingulae.
Ruptos lapillos, fiſſionibus pedum, *Cicada marina.*
Lapidarius terret, dolorem ut mitiget.
Viruſque rigidum aeſtus calores comprimit, *Venenorum inter ſe contraria natura.*
Calido at liquori frigidus cedit dolor.
Ac pulpa echidnarum veneno opponitur, *Viperina caro.*
Carnemque mutilam aſtringit atque ſauciam:
Nam fluxionem ſiſtit, & ſaniem eluit,
Reſtaurat & corpus fluentum imaginum,
Deformitati reddat ut formae decus.
Et aſſerunt nonnulli in horrida lue *Scorpionis aculeus.*
Graſſante morbo, per tremores fervidos,
Agitante iam aegro ſpiritum vitae ultimum,
Portis in orci ipſis, ſepulcri & limine,
Si ſpiculum ignoti inferas tum ſcorpii,
Virus veneno praelio opponens fero,
Retundit enervatque mixtura nova
Cum maximum algorem calor tantus capit.
Ita ſingulas res gratia ipſa commode *Omnia ſecundum quid bona ſunt.*
Ad quidpiam adnectens eorum, quae iuvant,
Nihil redundans intromittit, nil minus:
Ad corticem uſque, vel pilos, vel lacrimas,
Lutum quoque ipſum, fumum, & olida ſtercora:
Quamquam haec quidem pleroſque mortales latent,
Aſt alia nota commodis ſatis ſuis.
Dumtaxat in rebus mali reliquum nihil,
Cum ſint venuſta, rite & effecta omnia.
Quis dum aſpicit pulchrum racemum, non ſtupens *De vite.*
Miratur humorem igneum ligno inditum?
Et ut folia, caduca grana fluxaque
Circum plicata veſtiant, vis ne imbrium
Laedat quod eſt tenerum, vel ardor flammeus
Solis perurat, aut liquores extrahat?
Quis malogranati cutem bene dividens, *De malo punico.*
Noſcenſque carbonum uvidorum ipſum ordinem,
Ut ſingulisque cellulis ſerie ſitis,

Sepes

---

tiam depraedicabis; ſi autem unde, aut quomodo haec fiant, velis explicare, vel tu profundi interminatam vaſtitatem haurire contenderes. Sic etiam ex meatibus, quos vocant neceſſarios, fluxus non ſponte venientes blennus coercet: lupi lingua infantibus adpoſita lingulae impedimenta ad loquendum ſolvit: cicada tolla pedum clavos lapideſque, mira in excidendis lapidibus artifex, circumſcalpit, & a morbi cruciatibus liberat: frigidum venenum calidas affectiones reſtinguit, & a calidis ſuccis frigidae domantur: caro viperina contra venena paratum eſt remedium, quae praeterea carnem hulceribus male affectam adſtringit; nam ſaniem ſiſtit, & ichorem abradit, & effluentes imagines ad formae ſpeciem informibus partibus revocatis, inſtaurat, ſolidatque. Quid quod, ut aiunt nonnulli, horrida graſſante lue, & in peſtilentiam cum fervidis tremoribus erumpente, ſi cum maxime laborat aeger, ut iam ultimum vitae ſpiritum, & ipſa ſepulcri limina ſubire videatur, tum ſcorpio ſuum aculeum in eius corpus clanculum infixerit, quaſi ad pugnam veneno contra venenum commiſſo, morbi vim ex hac ſtupenda commixtione, qua ſumma frigiditas ſummae caliditati opponitur, hebetat, atque obtundit?

1616. Ita ſane omnia ad quamdam utilitatem divina gratia comparavit, & ſecundum quid ſervata ratione tam apte conducibiliterque concinnavit, ut nihil quod ſit mancum, nihil quod redundet, inveneris, ne foliis quidem, capillis, & lachrimis, necnon luto, fimo, & ipſo ſtercore exceptis: quamvis alia ſunt, quae ignorata deliteſcunt, alia vero, quorum uſus, & commoditas eſt inventa atque detecta: unde eſſe quaedam, quae *ſecundum quid* conſiderata nullius ſint pretii, dicere iam amplius non liceat; cum omnia reapſe ſint venuſta, & pulcherrime confecta. Quis enim racemum videns, eum qui ligno calidum quemdam humorem indidit, ſtupens non admirabitur? & quomodo acinos ad incluſi liquoris effuſionem paratos folia circumplicent, ne vel pluviae telum id, quod in ipſis eſt tenerum, feriat, vel igneus Solis aeſtus ſuccos extorreat, atque exſiccet? Quis ubi mali punici coriaceum corticem bene in ſuas partes ſciderit, & uvidos intus carbunculos inſpexerit, quos ſingulos apte ſuis locis diſpoſitos

inter-

Φραγμὸς μεσάζει, καὶ μερίζει τῶν ὅρους
Ὑμὴν φλογώδης λεπτὰ τείνων σπαρτία·
Μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης,
Καὶ θλίψιν ἕξει τῇ δέσει τοῦ σφίγματος,
Κἀντεῦθεν ἰκμὰς τῆς ὀπώρας ἐκπέσῃ,
Σήψῃ τε κόκκος ἄλλος ἄλλον ἐκρέων·
Οὐ τὴν ὑπὲρ νοῦν ἐννοήσας αἰτίαν
Πρὸ τοῦ φαγεῖν ὕμνησε τὸν παντεργάτην;
Ὁ νοῦς γὰρ εὐθὺς, ὡς ταχύδρομος φύσει,
Ἀφεὶς τὸ θαῦμα πρὸς τὸν αἴτιον τρέχει.
Τίς ἐμφυτεύσας τοῦ βυθοῦ πηκτὸν γάλα,
Τὰς μαργαρίτας λευκοδέρμους ἐκτρέφει;
Πόθεν χλοάζει τὴν σμάραγδον ἡ φύσις
Εἰς πάντα καιρὸν, οὐ γὰρ εἰς ἔαρ μόνον;
Τίς ἄνθος ἐνέθηκε σαπφείρῳ λίθῳ;
Εἰ μηδὲν ἄνθος ἐν λίθῳ φυτεύεται;
Πόθεν πυραυγὴς ἡ βαφὴ τῶν ἀνθράκων
Εἰ ψυχρότητι πᾶσα πήγνυται λίθος;
Τίς ταῦτα ποιεῖ, καὶ συνιστᾷ, καὶ τρέπει,
Εἰ μὴ τὸ σὸν βούλημα, καὶ τὸ σὸν κράτος,
Τοῦ πάντα δρῶντος, ὡς δοκεῖ σοι, καὶ θέλεις;
Τὸ σὸν γὰρ εἰς ἄπειρον ἐκτείνας κράτος,
Φαίνῃ, καλύπτῃ, καὶ προέρχῃ, καὶ μένεις,
Στάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ,
Καὶ τὰς ἀμόρφους εἰδοποιῶν οὐσίας·
„ Ὕλην ἄυλον μυστικῶς ἀπειργάσω.
Αὐτὸς δὲ τοῦ σύμπαντος ἐξῃρημένος
Ὑπερτελὴς εἶ, καὶ γὰρ ἀρχὴν οὐκ ἔχεις·
Τέλους ἀπέστης, καὶ διέστης τοῦ μέσου,
Ἐκτὸς βεβηκὼς τῶν τριῶν· καὶ τῶν ὅλων
Ἐντὸς πεφυκὼς, τῶν ὅλων ἐκτὸς μένεις·
Πρόδηλος ὢν, ἄδηλος· οὐκ ἔχων ὅρους,
Ἀλλ' ὢν ὁρισμὸς τῶν ὁριζόντων ὅρων.
Ἄρχων ἀνάρχως, οὐ μετρούμενος χρόνῳ,
Ῥοπῇ δὲ ποιῶν ἀχρόνῳ τὰ τοῦ χρόνου.
Ὡς ἔντεχνος δὲ τῶν φρενῶν ἐπιστάτης,
Πᾶσάν τε πρᾶξιν τεχνολογεῖν ἠσκημένος,
Καὶ πᾶν ἰδὼν ὄνομά τε καὶ ῥῆμα ξένον,
Καὶ λεπτὸν ἄρθρον, καὶ μετοχὴν κεκρυμμένην·
Ἀντωνυμίαν δὲ πᾶσαν ἠκριβωμένος,
Προθέσει δὲ πάσῃ μέτρα δοὺς ἡρμοσμένα,
Τὸν

Sepes ſecatque, & ſeparat confinia:
Membrana laqueos parvulos tendit rubens,
Ne mollitudinem liquorum quid gravet:
Neu comprimatur vinculorum nexibus,
Atque inde mali ſuccus excidat tener:
Neve effluens granum alterum corrumperet:
Non altiorem mente cauſſam cogitans,
Prius cibum quam ſumat, opificem canit?
Mens namque natura ſua celerrima
Miraculum linquens, ad auctorem advolat.
Quis inſerens lac ſolidum in immenſo mari, *Margaritae.*
Albos lapillos, unioneſque educat?
Unde hunc virorem dat ſmaragdo maximum *Smaragdi.*
Natura ad omne tempus, haud ad ver modo?
Florem quis iniecit lapillo illi aureo
Sapphiro? an aliquis flos lapidibus gignitur? *Sapphirus.*
Unde igneus vigor, & color carbunculis? *Carbunculus.*
Denſatur omnis quippe lapis e frigore.
Quis auctor haec agit, coagmentat, movet? *Dei, eiuſque eſſentiae inveſtigatio.*
At non voluntas eſt tua, & robur tuum,
Qui cuncta praeſtas, ut videtur & libet; *Divina omnipotentia.*
Nam robur extendens in immenſum tuum, *Immenſitas.*
Aperis, tegis, procedis, & ſtas in loco, *Immutabilitas.*
Statione currente, & quietis curſibus:
Formanſque naturas figura, quae carent, *Rerum creatio.*
„ Materiem ab omni mole liberam facis.
Aſt ipſe natura univerſa exemptus es,
Fine ſuperior, ut qui cares initio: *Perfectio Dei.*
A fine abes, diſtas & a medio procul,
Extra recedens terminis illis tribus:
Cunctis at intus inſitus, es extra tamen; *Omnipraeſentia.*
Manifeſtus, haud obſcurus, abſque termino, *Deus non circumſcriptus omnia circumſcribit.*
Sed finis ipſos finientes terminos:
Nullo initio ordiens, nec ullo tempore, *Aeternitas Dei.*
Momento & abſque tempore facis tempora.
Ut arte praeditus magiſter mentium, *Dei comparatio cum magiſtro grammatices.*
Quique actionem omnem arte tractare eſt potis
Et omne cernens Nomen, & Verbum novum, *Partes orationis.*
Minutum & Articulum, latenſque Participes;
Pronomen omne examinans ſubtiliter,
Praepoſitioni omni ſuum adiungis modum;
Omnem-

---

intercedens vallum dirimit, & intra proprios terminos coercet, tenues tendente funiculos flammea membrana, ne molles ſucci graventur, aut ex vi compreſſionis adeo conſtringantur, ut inde humor exeat pomi, & diffluens acinus acinum corrumpat: quis, inquam, eſſe cauſſam humana mente longe ſublimiorem non ſentiet, & antequam comedat fructum, rerum omnium opificem non laudabit? quandoquidem mens, quae ſua natura eſt velociſſima, admiratione miſſa, ſtatim ad cauſſae cognitionem feſtinat?

1644. Quis concreti lactis copiam in profundum maris inſperſit, quo candida pelle amictae aluntur margaritae? Unde vireſcens ſmaragdorum natura? non enim ſolo veris tempore, ſed ſemper virent? Quis in ſapphiro, nitido lapillo, florem incluſit? anne flores in lapide plantantur? Unde carbunculorum igneus color? Nonne quilibet lapis coaleſcit ex frigore? Quis haec omnia facit, continet, & movet, niſi tua Deus voluntas, & tua potentia, qui omnia, ut tibi videtur & placet, exſequeris? Tu enim in infinitum tuam potentiam extendens, teipſum prodis, & abſcondis; progrederis & manes: dicerem ſtare quod currit, & quod fertur quieſcere. Tu forma carentibus ſubſtantiis dans formam, materiam materia expertem feciſti: tu ab hac rerum univerſitate procul ſemotus omnem excedis finem: tibi enim non eſt principium, & tam longe abes a fine, quam longe diſtas a medio, extra haec tria aequaliter conſtitutus: intra omnia quidem exſiſtis, & tamen extra omnia manes: manifeſtus idem, & occultus terminos non habes, ſed es terminus terminantium terminos; principium ſine principio; non dimenſus tempore, momento ſine tempore, quae ſunt temporis, faciens.

1669. Tu veluti peritus mentium inſtitutor, qui rebus omnibus rite explicandis, & arte tractandis ſit exercitatus, & quodcumque peregrinum nomen, quodcumque verbum, minutum quemvis articulum, latenſque participium noſcat perfectiſſime, itemque cuiuslibet pronominis vim, & uſum percalleat, & omni praepoſitioni, quae conveniunt,

Τὸν πάντα κόσμον εἰς ἐπίῤῥημα τρέπεις·	Omnemque mundum vertis ipſo Adverbio,
Εἰ μὴ τὸ σὸν συνῄδει ἀῤῥήτως κράτος,	Niſi ſi tuae eſſet conſcius potentiae;
Συζευκτικὸν σύνδεσμον ἐμβαλὼν ὅλοις·	Ac copulante vinculo cuncta colligas,
Ἀεὶ δὲ δεικνὺς τεχνικὰς ἐκτάσεις,	Porrectioneſque arte conſtantes docens,
Ἅπαντα γίνῃ πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον·	Producis omnia, ſicut acceptum tibi eſt.
Μέλλων, ἐνεστώς, παρατατικός, παρακείμενος,	Inſtans, Futurum, tum quod infectum eſt ſimul,
Σὺν τοῖς δὲ . . . . ἅμα	Quod ſubiacet, Perfectum, & Infinitum item,
Ἀόριστος, ὑπερσυντελικός· ἐγκλίσεις νέμων,	Oblitteratum iam; modos dein dividis,
Ὁριστικήν, ἀπαρέμφατον, εὐκτικὴν κλίσιν·	In Indicantem, Perpetuum, Optantem modum.
Εὐθὺς δὲ ταῦτα τῇ τέχνῃ τῇ ἀῤῥήτῳ·	Haec arte inexplicabili connexa ſunt.
Προστακτικῷ δὲ πάντα μορφώσας λόγῳ,	At Imperante dictione ad formam agens
Ὑποτακτικὴν σὺ δημιουργεῖς τὴν κτίσιν.	Cuncta, efficis tibi ſubditum quod conditum eſt.
Πάμμορφος ὤν, ἄμορφος· οὐκ ἔχων στάσιν,	Experſque formae, omnem induis: ſtatu cares,
Οὐκ ἴχνος, οὐ κίνησιν, οὐ γνωστὴν βάσιν·	Veſtigio, motu, atque greſſu cognito;
Πάντων γὰρ εἶ κίνησις, ἡ πάντων βάσις.	Namque omnium tu motio, & progreſſio es.
Ἁπλοῦς, μεθεκτός, πρῶτος, ἔσχατος, μέσος,	Simplexque, multiplexque, primus, infimus,
Ὑψηλός, εὐρύς, ἀπλατής, βαθύς, μέγας·	Mediuſque, & altus, latus, imus, magnus, &
Οὐδὲν δὲ τούτων, ἀλλ' ἐν ἀβάτοις ὅροις	Horum nihil, ſed inviis in terminis
Τῆς σῆς ἐπήχθης μυστικῆς ἐξουσίας.	Affixus es tuae abditae potentiae.
Ὁ πανταχοῦ μέν, οὐδαμοῦ δέ, καὶ πάλιν·	Ubique praeſens, nuſquam es & verſo ordine:
Καὶ πάντα καὶ ἕν· ταῦτα γὰρ συναπτέον·	Et omnia unumque es: licet enim haec iungere,
Μήπως ἐπαχθῇ ταῖς κατ' αἴσθησιν τύποις,	Ne forte formis ſubtrahatur ſenſuum
Τὸ ἓν μονωθέν· τῇ δὲ (πάντα) συνθέσει	Unum quod & ſolum eſt: at omnium ambitu
Δηλοῦντες αὐτὴν τὴν ἀπερίληπτον φύσιν·	Docemus hanc, quae non capitur, eſſentiam:
Αὖθις τὸν ὄγκον ἀκριβέστερον ὑπεξαιρούμενος·	Ac denuo accuratius diſtinguimus;
Μήπως τὰ πάντα γὰρ κακὴν ὑποψίαν,	Ne ſuſpicetur quis mali quid ob Omnia,
Καὶ δόξῃ εἱρμὸν τῇ ῥεούσῃ συνθέσει.	Serieſque ſit concretionis quae fluit.
Τὸ πανταχοῦ δὲ τὸν Θεὸν πεφυκέναι,	Nam, Ubique Deus eſt praepotens, cum dicitur
Τὸ μηδαμοῦ πρόσεστιν ἀντιπαρατεθέν,	Eſt nullibi, ex parte altera ſubiungitur:
Μήπως μερισθὲν τῇ διχῇ διαστάσει,	Ne patiatur duplici diſcrimine, ut
Τὸ μηδαμοῦ μὲν εἰς ἀνούσιον ῥέπει,	Quod nuſquam adeſt par ſit vacanti eſſentia,
Τὸ πανταχοῦ δὲ τοῖς μερισμοῖς ἁρμόσοι·	Sed ſingulis ubique partibus reſpondeat.
Ἀλλ' ἀντιφθόγγοις, ὡς ἂν εἴποι τις, λόγοις,	Dictiſque, ceu cunctis ſibi adverſantibus,
Τὸ πάντα καὶ ἕν, καὶ τὸ μηδαμοῦ πάλιν,	Et omnia, unumquemque, & quod eſt nuſquam retro,
Τῷ πανταχοῦ σφίγξαντες ἀντιφθεγγίᾳ·	Ubique nectentes reclamanti ſono,
Στεῤῥὸν τὸ βάθρον πήξομεν τῶν δογμάτων.	Sententiarum ſtabile fulcrum figimus.
Εἰ καὶ βάθος γὰρ ἐκβαθύνει σοι λόγου,	Quamquam altitudo orationis ſumma ſit,
Πρὸς ὕψος ἀρθεὶς ἐμφανίζειν οὐ θέλεις·	Elatus in ſublime non vis retegere:
Εἰ καὶ πρὸς ἄκρον ὕψος ἀρθῶσι φρένες,	Sin evehantur corda ad arcem altiſſimam,
Πρὸς ἄκρον αὐτὰς ἀνθυποστρέφεις βάθος,	Reducis ea profunditatem ad infimam;
Ὡς μήτε μῆκος σοῦ παρεκτείνειν βάθει,	Ut longitudo nulla ad imum hoc devolet,
Μήτε	Nec

Side notes: Ut verbum tempora. — Contrarium ſecundum modum. — Deus incorporeus. — Deus incomprehenſibilis, unum & omnia, ubique & nullibi. — Nulla eſt vis eloquentiae & ingenii, quae Deum aſſequi valeat. — Nulla menſura eſt . . .

——

. . . riunt, ſciat recte accommodare, mundum univerſum in adverbium convertis: & ne tuam ignoret ineffabilem potentiam, quaecumque in ipſo continentur, copulativa coniunctione revincis, cumque eadem mirabili artificio produci, & extendi facias, omnia tamen fiunt, prout placitum eſt tibi. Futurum, praeſens, imperfectum, praeteritum, unaque ſimul indefinitum, & plusquam perfectum, omne tibi ſubeſt tempus. Tu modos, indicativum, infinitivum, optativum, ut vis dividis, & omnia haec ſimul arte ineffabili coniungis: imperativum adhibes verbum, ſtatimque rebus indita forma ſubiectam tibi creaturam condis. Tu omnem habes formam, & cares forma: tu neque ſtas, neque incedis: tibi neque eſt motus, neque quam nos novimus, quies; nam omnium es motus, & omnium quies: tu ſimplex, & omnium particeps; tu primus & ultimus; tu medius & ſummus, latus & inextenſus; imus & maximus; & nihil horum tamen: ſed vere intra inacceſſos arcanae tuae potentiae terminos es concluſus. Tu ubique es, & nullibi, & contra: tu unum & omnia. Haec enim una ſimul coniungenda ſunt; ne ſi *unum* eſſet omni prorſus adiunctio deſtitutum noſtrorum ſenſuum perceptiones effugeret; cum contra ſimul addentes *omnia* Dei naturam, quam aſſequi nullo modo poſſumus, evidenter declaramus: vel, ut hoc ipſum adhuc enucleatius diſtinguamus, ne ſi *omnia* tantum dicamus, in malam ſuſpicionem quis veniat, quaſi res, quae ſane in fluxu perpetuo ſunt poſitae, per ſeipſas ſtare coniunctas, atque unitas velimus. Optime vero cum Deum *ubique* eſſe dicimus, *nullibi* etiam eſſe ſtatim e contrario adiicimus: ne ſi alterum ab altero ſeorſim ponatur, τὸ *nullibi* ad inexſiſtentiam arguendam detorqueatur, τὸ *ubique* vero ad exiſtentiam ſingulis loci partibus reſpondentem accommodetur: adeout contrariis inter ſe vocibus, & pugnantibus ex adverſo vocibus, quod clavum clavo trudere quis diceret, *unum* & *omnia*, *ubique* & *nullibi* contraria locutione conferentes firmiſſimum ſtruamus noſtris dogmatibus fundamentum.

(. . .) Quamvis enim omnis orationis vis in te uno, Deus, inveſtigando vertitur, tu in altum elatus non vis detegi; & quamvis ad ſummam caeli altitudinem ſe extollant mentes, ipſas in imum profundi ſubvertis: ut ne ulla quidem

Μήτε πλάτος σὸν ὕψος εἰς πέρας τρέχῃ,
Ἀλλ' εἰς ἄπειρα τῶν ἀπείρων ἡ χύσις
Χυθεῖσα, τῇ σῇ τέμνεται παρεκτάσει·
Ὡς, εἰ λέγειν χρή, καὶ τὰ μήπω πρὸς κτίσιν
Ἐλθόντα τῇ σῇ ζωπυρεῖσθαι προσθέσει.
Ἐφίστασαι γὰρ, καὶ παρὼν ἀφίστασαι,
Μένων δὲ φεύγεις, καὶ σκιᾶς λεπτῆς δίκην,
Ἐν τῷ κρατεῖσθαι πρὸς λαβὰς ὑπεκτρέχεις.
Οὕτω σε καὶ νῦν ἐξ ἀπληστίας πόθῳ
Μαθεῖν θελήσας καὶ τρυγῆσαι τῷ λόγῳ
Τὸν ἀμπελῶνα τῶν σοφῶν σου κτισμάτων,
Οὐκ οἶδα ποῖον βότρυν ἁρπάσας λάβω.
Τῇ ποικίλῃ γὰρ, καὶ σοφῇ θεωρίᾳ
Τὸν νοῦν μερίζω, καὶ στενοῦμαι, καὶ θέλων
Ἑλεῖν τὰ πρῶτα, κλέπτομαι τοῖς ἐσχάτοις,
Καὶ δυσκαθέκτοις ἀντιπίπτομαι σάλοις·
Ὡς οἱ πλέοντες ἐν βυθῷ θαλαττίῳ,
Ὅσον προκύπτει τῆς ἀβύσσου τὸ πλάτος,
Πάσχουσι μᾶλλον συστολὴν ἐν καρδίᾳ.
Εἰ καὶ κρότος γὰρ ἀστραπῆς διαδράμω,
Καὶ πτηνὸς ἀρθῶ, καὶ περάσω τὰς φύσεις·
Καὶ μᾶλλον ἀρθῶ, καὶ τὸν αἰθέρα σχίσας,
Τὰς κλεῖς ἀνοίξω, Πέτρος ὢν πεπλασμένος·
Καὶ τῇ τοσαύτῃ μὴ στενωθῇς ἐκτάσει,
Ὑπερβεβηκὼς οὐρανοὺς, ὕδωρ φθάσω,
Ἴσως ἄβυσσον ἐξ ἀβύσσου, καὶ πέρας
Ἀρχῇ συνάπτων, καὶ πέρας μηδὲν βλέπων·
Τότε προκύψας εἰς τὸν ἄκρον πυθμένα,
Καὶ συνθολωθεὶς πρὸς τὸ χάσμα τοῦ βάθους,
Ἰλιγγιῶ πάσχω, καὶ πλανῶμαι, καὶ πάλιν
Εἰς γῆν ὁ πηλὸς συστραφεὶς ὑποστρέφω·
Οὐδὲν γάρ εἰμι πλὴν γεώδης αἰθάλη,
Καὶ πηλὸς ἀργὸς, καὶ καταῤῥέπτος κόνις.
Πλὴν ποῖ πτερῶμαι; ποῖον αἰθέρα σχίσω;
Ἢ ποῖ πορευθεὶς, καὶ τὸν οὐρανὸν τρέχων
Εἰς πέμπτον ἀρθῶ τοῦ Σταγειρίτου πόλον;
Ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποίαν πύλην
Ἐκεῖνον ἐκκλείουσαν, καὶ ποίαν πάλιν;
Ζητῶν προκόπτω, ψηλαφῶν ὑποστρέφω·
Τὸ τῆς κάτω γῆς εἴπερ ἀθρήσω βάθος,
Καὶ μύριον πλέξαιμι τῷ βάθει βάθος,
Καὶ

Nec latitudo currat ad faſtigium:
At fluxus immenſorum ad immenſum patens
Porrectione ſcinditur fuſus tua.
Ut ſi loqui ita fas ſit; quae adhuc non condita,
Coniunctione tui excitentur Numinis.
Inſiſtis etenim, ac tum recedis, quando ades;
Manes, fugiſque exilis, atque umbrae in modum,
Dum detineris, prenſionem tum effugis:
Sic ergo inexpleto ſcientiae tui
Amore captus, vineam & deſiderans
Vindemiare conditum a te omnium,
Quem carpere hic malim racemum neſcio:
Nam diſpari ſpeculatione & utili
Mentem meam divido, premorque anguſtiis,
Ad primaque aſpirans, ab imis pertrahor,
Atque enato adverſis in undis aequoris:
Ut navigantibus in cavis pelagi abditis,
Quo latius protenditur vaſtum mare,
Tanto magis ſe contrahunt praecordia.
Nam fulgetri ſi more percurram impetu,
Et volucer attollar, penetrans ſingulas
Res quaſque, & altius ferar ſciſſo aethere,
Petrus recludam clavibus fictus modo;
Nec me haec in arctum extenſio redegerit,
Orbes polorum tranſiens, ſuperabo aquam,
Forſitan abyſſum ex ipſo abyſſo, & exitum
Iungens initio, ullum videns nec terminum.
Tum pronus incumbens ad imum gurgitem,
Et convolutus ad imum voraginis,
Vertigine aeſtuo, paloque vagus, & denuo
Ad humum reflecto limus ego curſum meum.
Nam quid ego ſum, ſcintilla niſi terrea,
Lutumque molle, aut pulvis inſidens humi?
At qua avolabo, quem ſecabove aethera?
Aut qua profectus aſtra feriam vertice,
Orbem actus in quintum Lycaei praeſidis?
Aut quemnam in alterum polum, aut quam ianuam,
Quae referat illum, aut quam alteram rurſus petam?
Procedo quaerens, refugio tangens manu:
Profunda terrae ſi infimae conſpexero,
Nectamque millenam altitudinem alteri,
Immen-

Piſidae in rerum creaturum contemplatione admiratio.

Eiuſdem, ac humanae cuiuſquam imbecillitas in caeleſtibus rebus inveſtigandis.

Eiuſdem [illegible] continuatio.

---

quidem longitudo tanta ſit, ut tuam profunditatem metiri, neque ulla latitudo, quae tuae altitudinis terminos valeat attingere; cum ea, quae in infinitum porriguntur immenſe diffuſa ſpatia, tua quaquaverſus ſe extendens praeſentia impleat, ac dividat: adeout, ſi fas eſt dicere, ea etiam, quae nondum creata ſunt, tui vicinitatem ſentiant, & ex acceſſione tuae divinitatis recreentur. Ades enim, & quo magis adſtas, diſtas longiſſime, manenſque fugis, & inſtar levis umbrae, cum quis in eo eſt, ut te capiat, e manu dilaberis. Ita ſane dum teipſum noſcere vehementiſſime cupio, & ope ſermonis rerum a te ſapienter creatarum vineam vindemiare contendo, quem primum ante alios racemum carpam, neſcio. Tanta eſt enim varietas, & ſapientia rerum, quae ſpectandae exhibentur, ut mihi ſpiritus in plurimas partes diſtractus plane deficiat: cum enim prima aſſequi aggredior, retrahor ab ultimis, atque inter indomitos fluctus hinc inde agitatus feror, atque illud mihi evenire ſentio, quod navigantibus per altum ſolet, quibus quo magis ante oculos exporrecta vaſtitas maris apparet, eo magis intus ipſis praecordia prae metu contrahuntur. Quamvis enim, ut rapidum fulgur excurram, & velut avis attollar, & ultra terram altius adhuc elatus aethera ſcindam, & alter Petrus factus, quae ſunt obſerata, clavibus recludam, & tanta curſus extenſione nihil defatigatus caelos ipſos inſcendam, ultra aquas evadam; illud mihi fortaſſe continget, ut abyſſum abyſſo, & initio finem, nullum omnino videns finem, coniungam: tum vero in profundum gurgitem cernuus incumbens, & tantae voraginis hiatu exterritus, & vertigine circumactus a ſpe decidam, animo miſere totus perturber, & ut par eſt, cum ſim limus, in terram praeceps iterum devolvar. Vere enim nihil aliud ſum ipſe, quam terreſtris maſsae quaedam fuligo, & molle lutum, & cinis tendens deorſum. Verum quonam volabo, quem aethera conabor ſcindere, aut quomodo per caelum excurrens uſque ad quintam Stagiritae ſphaeram ſublimis attollar? ac tum ex hac in aliam, itemque in aliam includentem illam, rurſuſque in aliam aſcendam? Nonne quo magis quaerendo progrediar, in modum caeci palpans retroceſserim? Porro ſi terrae huius infernae profunditatem perſpectam mihi habere contigerit, ſi centies & mil-

Καὶ γνῶ τὸ συμπέρασμα τῆς ἀπειρίας,
Καὶ τῆς ἐμῆς γῆς τῆς ἐμῆς μητρὸς μάθω,
Τὸν μακρὸν αὐτῆς πῶς συνέστειλεν πόδα·
Τότε προσελθὼν ταῖς ἀνωτέραις πύλαις,
Καὶ τὴν ἀνοικτόκλειστον ἐγκλείσω θύραν·
Ἀνοίγεται γὰρ, καὶ πλέον συστέλλεται·
Ἁπλουμένη δὲ, καὶ στενουμένη πλέον,
Χαλᾷ τὰ κλεῖθρα, καὶ φοβεῖ τὰς εἰσόδους,
Τοῖς εἰσβαλεῖν τολμῶσιν ἀντικειμένη·
Ἀλλ' ὦ τοσούτων ἀρχιτέκτον θαυμάτων,
Ὁ τὸν σὸν υἱὸν τὸν συνάφραστον λόγον,
Ἐκδοὺς δι' ἡμᾶς τοὺς ἀτάκτους οἰκέτας,
Εἰς λύτρον ἐχθροῖς υἱὸν ἠγαπημένον·
Ὅπως ἔχοντες, ὥσπερ οἱ κεχωσμένοι
Σκώληκες εἰς γῆν, ἐν τάφῳ τὰς οἰκίας·
Ἡ γῆ γὰρ ἡμῖν, ὡς ἐκείνοις, ἦν ὅλα,
Βία, τροφὴ, δίαιτα, καὶ ζωῆς τάφος·
Μὴ συγκατασπασθῶμεν ἐν ζόφῳ πάλιν,
Ἀλλ' εἰς ἀνάστασίν τε, καὶ νέαν πλάσιν,
Ἐλθὼν, ἐγείρῃ τὴν πεσοῦσαν εἰκόνα,
Καὶ τὰς ἀράχνας τῶν παθῶν ἀποξέσῃ,
Καὶ πάντα τὸν χοῦν ἐκτινάξῃ λεντίῳ·
Σπόγγῳ δὲ τὴν ῥύπωσιν ἐκμάξας ὅλην,
Βρίθουσαν εἰς γῆν πνευματώσῃ τὴν κόνιν.
Παρ' οὗ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὅλης,
Ἐκφανθὲν εἶδεν ἡ κτίσις σεβάσμιον·
Τὸν ἀρραβῶνα τῆς ἄνω κληρουχίας,
Τὸν ἄσχετον ῥοῦν τῶν καλῶν χαρισμάτων,
Τὸ ζωοποιὸν τῆς ἁγιστείας κράτος;
Τῆς υἱοθεσίας τὸ προάρχιον πέρας,
Τὸ καὶ μερίζον, καὶ διαιροῦν, ὡς θέλει,
Τὰς τῶν θεουργῶν δωρεῶν ἐπεκτάσεις·
Τὸ πᾶσι τοῖς ἄνω τε καὶ κάτω μύρον,
Τὸ χρῖσμα, καὶ χάρισμα τῶν τελουμένων,
Τὸ φθαρτικὸν σύστημα τῆς ἁμαρτίας,
Τὸ ζωτικὸν σύνταγμα τῆς ἀφθαρσίας,
Τὸ φλεκτικὸν φῶς, τὴν δροσίζουσαν φλόγα,
Τὸ τῆς χαρᾶς ὄχημα τῆς αἰωνίου,
Τὸ τῶν προφητῶν ὀπτικώτατον σέλας,
Τὸ πυρσόγλωσσον τῶν ἀποστόλων στόμα,
Τὸ τῆς πάλης ἄλειμμα τῆς τῶν μαρτύρων·
Τὸ συνδρομόν τε, καὶ σύνεκδρομον σέλας
Τῆς παμφεγγοῦς τοῦ λόγου θεαρχίας,
Τὸ

Immenſitatiſque modulum certum ſciam:
Diſcam at mea a terra, meaque matre, ubi
Longiſſimum pedem ſuum contraxerit:
Tum ad altiores promptus accedam fores,
Ac ianuam claudam, quae aperta clauſaque eſt.
Haec cum recluditur, magis tum clauditur;
Expanſa quippe, arctatur hoc ipſo amplius;
Et clauſtra laxat, ac timere aditus facit,
Opponiturque hanc ingredi tentantibus.
O machinator magne mirorum omnium,
Qui Filium Verbum, & tuum ore neſcium,
Ut tu, exprimi, tradis malis pro ſervulis,
Pretium hoſtibus, cariſſimum natum tibi:
Ne nos habentes, ceu obruti terrae aggere
Vermes ſepulcro conditas noſtras domos,
(Nam terra nobis, ſicut illis, tota erat
Vita, eſca, victus ratio, vitaeque tumulus:)
Nunc denuo abripiamur a caligine:
Sed ad reviviſcentiam atque opus novum
Reſtituat adventu ruentem imaginem,
Deiiciat atque paſſionum araneas,
Excutiat omnem linteoque pulverem,
Omneſque ſpongia eluens ſordes cava,
Tendentem humi cinerem afflet almo ſpiritu.
Totius a quo veritatis Spiritum
Inſigne Numen vidit id quod conditum:
Pignus ſupernae hereditatis inclitum,
Flumen bonorum munerum rapidiſſimum,
Et ſanctitatis vividum robur piae:
Adoptionis finis ante ſaecula:
Qui diſtribuit, ac dividit, velut placet,
Largitiones, quas Deus ſervat ſuis:
Qui fundit & ſuperis, & imis omnibus
Unguentum initiatorum, & almam gratiam:
Letifera peccato nefando factio:
Stipendium immortalitatis vividum:
Lumen cremans, & flamma rore turgida,
Perennis & iucunditatis vehiculum:
Iubar Prophetarum, ad videndum aptiſſimum:
Apoſtolorum os flammeis linguis micans:
Luctationis Martyrum verſutia:
Splendorque concurrens, & excurrens ſimul,
Sermonis alti principatus a Patre,
Par-

Oratio ad Deum pro operis concluſione, in qua incarnationis divinae myſteria, & beneficia in homines collata recenſentur.

Paſſio Chriſti reſurrectio noſtra.

Spiritus Sancti divinitas, & gratia per Ieſum Chriſtum manifeſtata.

Spiritus Sancti munia, dona, appellationes.

& millies hac ipſa profunditate duplicata immenſitatis terminos cognovero, & ubi terra, mea inquam mater, ſuos longe porrectos pedes contrahat, didicero: tum mihi ad ſupernas caeli portas accedenti continget, ut aperto-clauſam ianuam pulſando impellam. Aperitur enim, & magis occluditur: patet, & fit anguſtior: clauſtra relaxat, & adeuntes exterret in limine, temerario auſu ingredi conantibus ſemper oppoſita.

1766. Aſt o quae tua eſt potentia, & bonitas, Deus, qui haec tam admiranda condidiſti! Tu Filium tuum, ineffabile tecum Verbum, pro nobis iniquis tuis famulis in redemptionis pretium hoſtibus tradidiſti, Filium tuum, inquam, dilectiſſimum; ne nos habentes, tamquam vermes obruti terra, manſiones noſtras in ſepulcro, (terra enim nobis erat, ut illis, omnia, & vita, & cibus, domuſque, & poſt vitam tumulus:) una ſimul cum aliis abduceremur tenebris erroris; ſed ipſe adveniens ad reſurrectionem, novamque creaturam collapſam imaginem revocaret, paſſionum araneas inde abraderet, linteo omnem pulverem excuteret, ſpongia ſordes omnes abſtergeret, & deorſum praegravantem cinerem ſuo ſpiritu allevaret. *Tuum dico Filium*, per quem creatura totius veritatis Spiritum Sanctum vidit manifeſtum: *vidit* caeleſtis hereditatis pignus; bonorum chariſmatum flumen perenne; vivificum ſanctificationis robur; adoptionis ante principium exſiſtentem finem: *vidit* eum, qui prout vult dividit, & impertit donorum ex Deo operantium elargitiones; omnium, quae inferius ſunt, unguentum; initiatorum chriſma, & chariſma; letale pharmacum peccato, vitale immortalitatis remedium: *vidit* urentem lucem, & irrorantem flammam, aeterni gaudii vehiculum; & lumen clariſſimum, in quod videbant Prophetae, & igneum os, quo locuti ſunt Apoſtoli; & oleum paleſtrae, quo uncti ſunt Martyres: *vidit* una ſimul currens, & excurrens iubar ſummae Divinitatis Patris, & Verbi:

 vidit

Μήτε πλάτος σὸν ὕψος εἰς πέρας τρέχειν,
Ἀλλ' εἰς ἄπειρα τῶν ἀπείρων ἡ χύσις
Χυθεῖσα, τῇ σῇ τέμνεται παρεκτάσει·
Ὡς, εἰ λέγειν χρὴ, καὶ τὰ μήπω πρὸς κτίσιν
Ἐλθόντα τῇ σῇ ζωπυρεῖσθαι προσθέσει.
Ἐφίστασαι γὰρ, καὶ παρὼν ἀφίστασαι,
Μένων δὲ φεύγεις, καὶ σκιᾶς λεπτῆς δίκην,
Ἐν τῷ κρατεῖσθαι πρὸς λαβὰς ὑπεκτρέχεις.
Οὕτω σε καὶ νῦν ἐξ ἀπληστίας πόθῳ
Μαθεῖν θελήσας καὶ τρυγήσαι τῷ λόγῳ
Τὸν ἀμπελῶνα τῶν σοφῶν σε κτισμάτων,
Οὐκ οἶδα ποῖον βότρυν ἁρπάσας λάβω.
Τῇ ποικίλῃ γὰρ, καὶ σοφῇ θεωρίᾳ
Τὸν νοῦν μερίζω, καὶ στενοῦμαι, καὶ θέλων
Ἑλεῖν τὰ πρῶτα, κλέπτομαι τοῖς ἐσχάτοις,
Καὶ δυσκαθέκτοις ἀντιτήχομαι σάλοις·
Ὡς οἱ πλέοντες ἐν βυθῷ θαλαττίῳ,
Ὅσον προκύπτει τῆς ἀβύσσου τὸ πλάτος,
Πάσχουσι μᾶλλον συστολὴν ἐν καρδίᾳ.
Εἰ καὶ κρότος γὰρ ἀστραπῆς ἐξεδράμου,
Καὶ πτηνὸς ἀρθῶ, καὶ περάσω τὰς φύσεις·
Καὶ μᾶλλον ἀρθῶ, καὶ τὸν αἰθέρα σχίσας,
Τὰς κλεῖς ἀνοίξω, Πέτρος ὢν πεπλασμένος·
Καὶ τῇ τοσαύτῃ μὴ στενωθεὶς ἐκτάσει,
Ὑπερβεβηκὼς οὐρανοὺς, ὕδωρ φθάσω,
Ἴσως ἄβυσσον ἐξ ἀβύσσου, καὶ πέρας
Ἀρχῇ συνάπτων, καὶ πέρας μηδὲν βλέπων·
Τότε προκύψας εἰς τὸν ἄκρον πυθμένα,
Καὶ συνθολωθεὶς πρὸς τὸ χάσμα τοῦ βάθους,
Ἰλιγγιῶ πάσχω, καὶ κλονοῦμαι, καὶ πάλιν
Εἰς γῆν ὁ πηλὸς ἰσοσρεπὴς ὑποτρέχω·
Οὐδὲν γὰρ εἰμὶ πλὴν γεώδης αἰθάλη,
Καὶ πηλὸς ἀργὸς, καὶ καταῤῥέπτης κόνις.
Πλὴν ποῖ πτερῶμαι; ποῖον αἰθέρα σχίσω;
Ἢ ποῖ προελθὼν, καὶ τὸν οὐρανὸν τρέχων
Εἰς πέμπτον ἀρθῶ τοῦ Σταγειρίτου πόλον;
Ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποίαν πύλην
Ἐκεῖνον ἐγκλείουσα, καὶ ποίαν πάλιν;
Ζητῶν προκόπτω, ψηλαφῶν ὑποστρέφω·
Τὸ τῆς κάτω γῆς εἴπερ ἀθρήσω βάθος,
Καὶ μύριον πλέξαιμι τῷ βάθει βάθος,
Καὶ

Nec latitudo currat ad faſtigium:
At fluxus immenſorum ad immenſum patens
Porrectione ſcinditur fuſus tua.
Ut ſi loqui ita fas ſit; quae adhuc non condita,
Coniunctione tui excitentur Numinis.
Inſiſtis etenim, ac tum recedis, quando ades;
Manes, fugiſque exilis, atque umbrae in modum,
Dum detineris, prenſionem tum effugis.
Sic ergo inexpleto ſcientiae tui
Amore captus, vineam & deſiderans
Vindemiare conditum a te omnium,
Quem carpere hic malim racemum neſcio:
Nam diſpari ſpeculatione & utili
Mentem meam divido, premorque anguſtiis,
Ad primaque aſpirans, ab imis pertrahor,
Atque enato adverſis in undis aequoris:
Ut navigantibus in cavis pelagi abditis,
Quo latius protenditur vaſtum mare,
Tanto magis ſe contrahunt praecordia.
Nam fulgetri ſi more percurram impetu,
Et volucer attollar, penetrans ſingulas
Res quaſque, & altius ferar ſciſſo aethere,
Petrus recludam clavibus fictus modo:
Nec me haec in arctum extenſio redegerit,
Orbes polorum tranſiens, ſuperabo aquam,
Forſitan abyſſum ex ipſo abyſſo, & exitum
Iungens initio, ullum videns nec terminum.
Tum pronus incumbens ad imum gurgitem,
Et convolutus ad imum voraginis,
Vortigine aeſtuo, paloque vagus, & denuo
Ad humum reflecto limus ego curſum meum:
Nam quid ego ſum, ſcintilla niſi terrea,
Lutumque molle, aut pulvis inſidens humi?
At qua avolabo, quem ſecabove aethera?
Aut qua profectus aſtra feriam vertice,
Orbem actus in quintum Lycaei praeſidis?
Aut quemnam in alterum polum, aut quam ianuam,
Quae reſerat illum, aut quam alteram rurſus peram?
Procedo quaerens, refugio tangens manu:
Profunda terrae ſi inımae conſpexero,
Nectamque millenam altitudinem alteri,
Immen-

Fiſtae in rerum creatarum contemplatione admiratio.

Eiuſdem, ac hominis cuiuſque imbecillitas in caeleſtibus rebus inveſtigandis.

Eiuſdem ſuperioris continuatio.

quidem longitudo tanta ſit, ut tuam profunditatem metiri, neque ulla latitudo, quae tuae altitudinis terminos valeat attingere; cum ea, quae in infinitum porriguntur immenſe diffuſa ſpatia, tua quaquaverſus ſe extendens praeſentia impleat, ac dividat: adeout, ſi fas eſt dicere, ea etiam, quae nondum creata ſunt, tui vicinitatem ſentiant, & ex acceſſione tuae divinitatis recreentur. Ades enim, & quo magis adſtas, diſtas longiſſime, manenſque fugis, & instar levis umbrae, cum quis in eo eſt, ut te capiat, e manu dilaberis. Ita ſane dum teipſum noſcere vehementiſſime cupio, & ope ſermonis rerum a te ſapienter creatarum vineam vindemiare contendo, quem primum ante alios racemum carpam, noſcio. Tanta eſt enim varietas, & ſapientia rerum, quae ſpectandae exhibentur, ut mihi ſpiritus in plurimas partes diſtractus plane deficiat: cum enim prima aſſequi aggredior, retrahor ab ultimis, atque inter indomitos fluctus hinc inde agitatus feror, atque illud mihi evenire ſentio, quod navigantibus per altum ſolet, quibus quo magis ante oculos exporrecta vaſtitas maris apparet, eo magis intus ipſis praecordia prae metu contrahuntur. Quamvis enim, ut rapidum fulgur excurram, & velut avis attollar, & ultra terram altius adhuc elatus aethera ſcindam, & alter Petrus factus, quae ſunt obſerata, clavibus recludam, & tanta curſus extenſione nihil defatigatus caelos ipſos inſcendam, ultra aquas evadam; illud mihi fortaſſe continget, ut abyſſum abyſſo, & initio finem, nullum omnino videns finem, coniungam: tum vero in profundum gurgitem cernuus incumbens, & tantae voraginis hiatu exterritus, & vertigine circumactus a ſpe decidam, animo miſere totus perturber, & ut par eſt, cum ſim limus, in terram praeceps iterum devolvar. Vere enim nihil aliud ſum ipſe, quam terreſtris maſſae quaedam fuligo, & molle lutum, & cinis tendens deorſum. Verum quonam volabo, quem aethera conabor ſcindere, aut quomodo per caelum excurrens uſque ad quintam Stagiritae ſphaeram ſublimis attollar? ac tum ex hac in aliam, itemque in aliam includentem illam, rurſuſque in aliam aſcendam? Nonne quo magis quaerendo progrediar, in modum caeci palpans retroceſſerim? Porro ſi terrae huius infernae profunditatem perſpectam mihi habere contigerit, ſi centies & mil-

Καὶ γνῶ τὸ συμπέρασμα τῆς ἀπειρίας,
Καὶ τῆς ἐμῆς γῆς τῆς ἐμῆς μητρὸς μάθω,
Τὸν μακρὸν αὐτῆς ποῦ συνέστειλεν πόδα·
Τότε προσελθὼν ταῖς ὑψηλοτέραις πύλαις,
Καὶ τὴν ἀνοικτόκλειστον ἐγκλείσω θύραν·
Ἀνοίγεται γὰρ, καὶ πλέον συστέλλεται·
Ἁπλουμένη δὲ, καὶ στενουμένη πλέον,
Χαλᾷ τὰ κλεῖθρα, καὶ φοβεῖ τὰς εἰσόδους,
Τοῖς εἰσβαλεῖν τολμῶσιν ἀντικειμένη·
Ἀλλ' ὦ τοσούτων ἀρχιτέκτον θαυμάτων,
Ὁ τὸν σὸν υἱὸν τὸν ἀνέκφραστον λόγον,
Ἐκδοὺς δι' ἡμᾶς τοὺς ἀτάκτους οἰκέτας,
Εἰς λύτρον ἐχθροῖς υἱὸν ἠγαπημένον·
Ὅπως ἔχοντες, ὥσπερ οἱ κεχωσμένοι
Σκώληκες εἰς γῆν, ἐν τάφῳ τὰς οἰκίας·
Ἡ γῆ γὰρ ἡμῖν, ὡς ἐκείνοις, ἦν ὅλη,
Βίος, τροφὴ, δίαιτα, καὶ ζωῆς τάφος·
Μὴ συγκατασπασθῶμεν ἐν ζόφῳ πάλιν,
Ἀλλ' εἰς ἀνάστασίν τε, καὶ νέαν πλάσιν,
Ἐλθὼν, ἐγείρῃ τὴν πεσοῦσαν εἰκόνα,
Καὶ τὰς ἀράχνας τῶν παθῶν ἀποξέσῃ,
Καὶ πάντα τὸν χοῦν ἐκτινάξῃ λεντίῳ·
Σπόγγῳ δὲ τὴν ῥύπωσιν ἐκμάξας ὅλην,
Βρίθουσαν εἰς γῆν πνευματώσῃ τὴν κόνιν.
Παρ' οὗ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὅλης,
Ἐκφανθὲν οἶδεν ἡ κτίσις σεβάσμιον·
Τὸν ἀρραβῶνα τῆς ἄνω κληρουχίας,
Τὸν ἄσχετον ῥοῦν τῶν καλῶν χαρισμάτων,
Τὸ ζωοποιὸν τῆς ἁγιστείας κράτος,
Τῆς υἱοθεσίας τὸ προάρχιον πέρας,
Τὸ καὶ μερίζον, καὶ διαιροῦν, ὡς θέλει,
Τὰς τῶν θεουργῶν δωρεῶν ἐπιστάσεις·
Τὸ πᾶσι τοῖς ἄνω τε καὶ κάτω μύροις,
Τὸ χρῖσμα, καὶ χάρισμα τῶν τελουμένων,
Τὸ φθαρτικὸν σύστημα τῆς ἁμαρτίας,
Τὸ ζωτικὸν σύνταγμα τῆς ἀφθαρσίας,
Τὸ φλεκτικὸν φῶς, τὴν δροσίζουσαν φλόγα,
Τὸ τῆς χαρᾶς ὄχημα τῆς αἰωνίου,
Τὸ τῶν προφητῶν ὀπτικώτατον σέλας,
Τὸ πυρσόγλωσσον τῶν ἀποστόλων στόμα,
Τὸ τῆς πάλης ἄλειμμα τῆς τῶν μαρτύρων·
Τὸ συνδρομόν τε, καὶ συνεκδρομον σέλας
Τῆς πατροφεγγοῦς τοῦ λόγου θεαρχίας,

Τὸ

Immenſitatiſque modulum certum ſciam:
Diſcam at mea a terra, meaque matre, ubi
Longiſſimum pedem ſuum contraxerit:
Tum ad altiores promptus accedam fores,
Ac ianuam claudam, quae aperta clauſaque eſt.
Haec cum recluditur, magis tum clauditur:
Expanſa quippe, arctatur hoc ipſo amplius;
Et clauſtra laxat, ac timere aditus facit,
Opponiturque hanc ingredi tentantibus.
O machinator magne mirorum omnium,
Qui Filium Verbum, & tuum ore neſcium,
Ut tu, exprimi, tradis malis pro ſervulis,
Pretium hoſtibus, cariſſimum natum tibi:
Ne nos habentes, ceu obruti terrae aggere
Vermes ſepulcro conditas noſtras domos,
(Nam terra nobis, ſicut illis, tota erat
Vita, eſca, victus ratio, vitaeque tumulus:)
Nunc denuo abripiamur a caligine:
Sed ad reviviſcentiam atque opus novum
Reſtituat adventu ruentem imaginem,
Deiiciat atque paſſionum araneas,
Excutiat omnem linteoque pulverem,
Omneſque ſpongia eluens ſordes cava,
Tendentem humi cinerem afflet almo ſpiritu.
Totius a quo veritatis Spiritum
Inſigne Numen vidit id quod conditum:
Pignus ſupernae hereditatis inclitum,
Flumen bonorum munerum rapidiſſimum,
Et ſanctitatis vividum robur piae:
Adoptionis finis ante ſaecula:
Qui diſtribuit, ac dividit, velut placet,
Largitiones, quas Deus ſervat ſuis:
Qui fundit & ſuperis, & imis omnibus
Unguentum initiatorum, & almam gratiam:
Letifera peccato nefando factio:
Stipendium immortalitatis vividum:
Lumen cremans, & flamma rore turgida,
Perennis & iucunditatis vehiculum:
Iubae Prophetarum, ad videndum aptiſſimum:
Apoſtolorum os flammeis linguis micans:
Luctationis Martyrum verſutia:
Splendorque concurrens, & excurrens ſimul,
Sermonis alti principatus a Patre,

Par-

Oratio ad Deum pro operis concluſione, in qua Incarnationis divinae myſteria, & beneficia in homines collata recenſentur.

Paſſio Chriſti reſurrectio noſtra.

Spiritus Sancti divinitas, & gratia per Ieſum Chriſtum manifeſtata.

Spiritus Sancti munia, dona, appellationes.

& millies hac ipſa profunditate duplicata immenſitatis terminos cognovero, & ubi terra, mea inquam mater, ſuos longe porrectos pedes contrahat, didicero: tum mihi ad ſupernas caeli portas accedenti continget, ut aperto-clauſam ianuam pulſando impellam. Aperitur enim, & magis occluditur: patet, & fit anguſtior: clauſtra relaxat, & adeuntes exterret in limine, temerario auſu ingredi conantibus ſemper oppoſita.

1766. Aſt o quae tua eſt potentia, & bonitas, Deus, qui haec tam admiranda condidiſti! Tu Filium tuum, ineffabile tecum Verbum, pro nobis iniquis tuis famulis in redemptionis pretium hoſtibus tradidiſti, Filium tuum, inquam, dilectiſſimum; ne nos habentes, tamquam vermes obruti terra, manſiones noſtras in ſepulcro, (terra enim nobis erat, ut illis, omnia, & vita, & cibus, domuſque, & poſt vitam tumulus:) una ſimul cum aliis abduceremur tenebris erroris; ſed ipſe adveniens ad reſurrectionem, novamque creaturam collapſam imaginem revocaret, paſſionum araneas inde abraderet, linteo omnem pulverem excuteret, ſpongia ſordes omnes abſtergeret, & deorſum praegravantem cinerem ſuo ſpiritu allevaret. *Tuum dico Filium*, per quem creatura totius veritatis Spiritum Sanctum vidit manifeſtum: *vidit* caeleſtis hereditatis pignus; bonorum chariſmatum flumen perenne; vivificum ſanctificationis robur; adoptionis ante principium exſiſtentem finem: *vidit* eum, qui prout vult dividit, & impertit donorum ex Deo operantium elargitiones; omnium, quae inferius ſunt, unguentum, initiatorum chriſma, & chariſma; letale pharmacum peccato, vitale immortalitatis remedium: *vidit* urentem lucem, & irrorantem flammam, aeterni gaudii vehiculum; & lumen clariſſimum, in quod videbant Prophetae, & igneum os, quo locuti ſunt Apoſtoli; & oleum paleſtrae, quo uncti ſunt Martyres: *vidit* una ſimul currens, & excurrens iubar ſummae Divinitatis Patris, & Verbi:

A a *vidit*

Τὸ νυμφικὸν σφράγισμα τοῦ ξένου τόκου,
Ἡ μυστικὴ κλεὶς τῆς θεοδόχου πύλης,
Δι᾽ ἧς ἄσαρκος εἰσεληλυθὼς Λόγος
Ἐξῆλθεν ὢν ἔνσαρκος, ἐσφραγισμένην
Ἀφεὶς ἐκείνην, ὥσπερ εὗρε, τὴν θύραν.
Δι᾽ οὗ φάλαγξ μὲν δαιμόνων ἐλαύνεται,
Πεζεύεται δὲ τῆς θαλάσσης ἡ χύσις·
Ἀπεμάθη δὲ τῆς ῥοῆς ἡ χαυνότης,
Ἐκ τοῦ γεώδους οὐ βαρεῖται φορτίου·
Ἄρτοι δὲ πηγάζουσι μυριοτρόφοι
Ἐν πενταρίθμων ἐκχυθέντες κλασμάτων.
Ὕδωρ δὲ νέκταρ θαυματουργεῖται γάμοις,
Ἕτοιμος οἶνος ἐξ ἀδήλων βοτρύων·
Καινίζεται δὲ γεῦσιν, ὄσφρησιν, φύσιν,
Καὶ τρεῖς ὅρους ἤμειψεν ἐξ ἑνὸς λόγου.
Παρ᾽ ᾧ τελεσθεὶς καὶ τελώνης, εἰ θέλει,
Εὐαγγελιστὴς γίνεται θεογράφος.
Πόρνη δὲ ῥείθροις δακρύων βαπτίζεται,
Διδάσκουσα πῶς ἔνεστι κινδύνου δίχα
Λύτρου μεταχεῖν ἐξ ἀνάγκης δευτέρου.
Δι᾽ οὗ τὰ δεινὰ δουλαγωγεῖται πάθη,
Λοίδορος δὲ πικρὸς ἐξορίζεται βρόμος·
Σφίγγει δὲ χωλὸς τὰς ἀνάρθρους συνθέσεις·
Ἐκτείνεται δὲ συστολὴ παρειμένη·
Συστέλλεται δὲ δυσπαθοῦσα μακρότης·
Ξηραίνεται δὲ κρουνὸς αἱματοῤῥύτος,
Σφαγεὺς ἀγωγὸς, ἐμφραγεὶς τῷ κρασπέδῳ·
Κόνις δὲ τυφλῶν ὀμματοῖ θεωρίαν,
Τὸ πτύσμα τοῦ πλάσαντος εὐλαβουμένη·
Καὶ νεκρὸς ᾅδης γίνεται παρ᾽ ἐλπίδα,
Πλούτων πτωχὸς, καὶ σφαγεὺς ἐσφαγμένος·
Μαραίνεται γὰρ τῶν νεκρῶν ἀναπτύων,
Οὓς εἶχεν, ὃς ἔσφιγξε κολπώσας κάτω
Ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ψυχολέθροις ἀγκάλαις·
Ἕως τὸ σὸν γέννημα, τὸ ζωοφόρον,
Τὸ πατρικὸν φῶς, τὸ πρὸ ἡλίου σέλας,
Τὸ τῶν παλαιῶν ἡμερῶν νέον βρέφος,
Ἀνεῖλεν αὐτὸν, ἀντὶ λόγχης τῷ ξύλῳ.
Ἀλλ᾽ ὦ τοσούτων ἀρχιτέκτων θαυμάτων,
Ὁ πρὸς τὸ σὸν βούλημα τὰς ἄνω πύλας
Σφίγγων, ὅτε χρὴ, καὶ διανοίγων πάλιν,
Ὅταν προσδεηθῇ καὶ δοκῇ σοι συμφέρειν,
Καὶ νῦν παρὼν ἄνοιγε τὰς κάτω πύλας.

Πύλας

Partus ſigillum Virginis valde novi:
Arcana clavis ianuae Dei hoſpitis,
Qua carne liber ſermo poſtquam ingreſſus eſt;
Egreſſus inde ut carne veſtitus, notam
Signi relinquens ianuae, quae inerat prius:
Quo daemonum caterva truditur ferox: Chriſti miracula.
Calcatur & pedibus fluens ſalacia;
At mollitudo reſtituta flumini
A terreo neſcit gravari pondere.
Frumenta ſcaturiunt, & innumeros alunt,
E quinque panis affluentia fruſtulis.
At lympha nectar efficitur in nuptiis:
Vinum paratum de racemis abditis,
Naturam, odoratum, atque guſtatum innovans,
Sermone tres mutavit uno terminos.
Apud quem initiatus, exactor qui erat,
Evangeliſta, ſcriptor & ſacer fuit.
Meretrix fluentis lacrimarum tingitur:
Doctus licere extra metum periculi
Fieri lavacri compotem iterato ſacri,
Quo paſſiones mancipantur efferae;
Ac pravitatis horror exſulat procul.
Soluta claudus vincula conſtringit pedum;
Contractio remiſſa mox extenditur;
At longitudo nimia, & aegra aſtringitur,
Areſcit & foedi cruoris rivulus,
Occiſor, illex, impeditus fimbria;
Et pulvis in caecis figurat lumina,
Sputum Creatoris reverita maximi,
Succumbit Orcus praeter omnem ſpem neci;
Dis pauper eſt, caeſor cadit mortalium;
Is namque tabeſcit, vomit dum mortuos,
Quos obtinebat, implicabatque in ſinu,
Atque impiis ulnis, quibus animos necat:
Quouſque tu, Proles Dei, vitae dator,
Lumen paternum, antiquius Phoebo iubar,
Puer vetuſti temporis, natus modo,
Hunc ſuſtulit ligno, ut haſtae cuſpide.
Miraculorum tu Architecte maxime, Oratio Sergii Patriarchae pro Heraclio Imp., Urbis CP. conſervatione.
Qui ianuas ſummi tuo nutu aetheris,
Quando eſt opus claudis, recludis has item,
Quoties libet, ſentiſque id eſſe commodum;
Nunc inferas expande praeſens ianuas;

Val-

---

vidit ſtupendi partus nuptiale ſigillum, vel potius myſticam clavim portae, quae Deum excepit, quam Verbum ſubiit ſine carne, & ex qua exiens cum carne, ipſam ianuam, uti invenerat, bene obſignatam reliquit. *Tuum dico Filium*, per quem Daemonum phalanges fugantur; tumidi fluctus maris pedibus calcantur; nec terreſtri pondere preſſae undae fluentes ſubſidunt, panes multis alendis hominum millibus, veluti e fonte, e quinque ſolum fragmentis ſcatent abundanter; aqua ex miraculo fit nectar in nuptiis, ex incognitis racemis paratum vinum, novum exhibens guſtum odoratum, & ſubſtantiam; uno enim verbo trium qualitatum termini ſunt immutati. *Tuum dico Filium*, quo volente publicanus initiatus fit Evangeliſta, & Scriptor divinus; meretrix vero lacrimarum fontibus baptizatur, ſuo exemplo teſtata, qua ratione quis poſſit in neceſſitatibus uti altero lavacro ſine periculo. *Tuum dico Filium*, per quem ferae paſſiones adducuntur in ſervitutem, & amara conviciorum ſibila eliminantur: per quem, inquam, articulorum iuncturae diſſolutae adſtringuntur in debili; attracta membra extenduntur in claudo: cutis ex morbo diſtenta contrahitur; ſanguinis rivus, mortis adductor, fimbria impeditus exſiccatur: pulvis, reverita ſputum Creatoris, caecos illuminat, & Orcus praeter ſpem moritur, Dis fit pauper, & carnifex occiditur; tabeſcit enim ille coactus mortuos evomere: quos iamdiu retinebat, quoſque mortiferis ulnis amplexatus ad ſinum conſtrinxerat: donec qui ex te genitus eſt, ille dator vitae, ſplendor Patris, ante Solem nitens iubar, puer vetuſti temporis recens natus, ipſum non haſta, ſed ligno interfecit.

1838. O rerum adeo admirandarum artifex omnipotens, qui tuae voluntatis arbitrio, quando opus eſt, ianuas ſupernas claudis, itemque, ubi aliud praeſtare, atque conducere tibi videtur, ipſas recludis, adſis o nunc benignus, & haſce

Πύλας γὰρ ἡμεῖς κοσμικῶν οἰκητόρων
Ταύτην καλοῦμεν, ἣν ἐπύργωσας πόλιν·
Καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος,
Τὸν κοσμορύστην, τὸν διώκτην Περσίδος,
Μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τόπον.
Δεῖξον δὲ τὴν γῆν οὐρανὸν μιμουμένην,
Ἑνὸς κρατοῦντος ἡλίου καὶ τῶν κάτω·
Τὸν γὰρ φανέντα Περσικὸν κοσμοκτόνον,
Πρέπει γενέσθαι κοσμικὸν καὶ δεσπότην.
Ποίησον αὐτὸν σὺν ἱδρῶτας τῶν πόνων
Λουτρὸν καθαρμοῦ, καὶ στολὴν ἀφθαρσίας·
Αὔξησον αὐτῷ τοῦ φόβου σου τὸ κράτος·
Οὕτω γὰρ ἕξει πιστὰ νικητήρια
Νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας,
Ὡς σὺν ἀδόλως πυρπολήσας βαρβάρους.
Ῥίζωσον αὐτοῦ σὺν ἐπανθοῦντας κλάδους,
Εἰς ζῶντα καρπὸν κοσμικῆς εὐκαρπίας.
Ποίησον αὐτοὺς πατρὸς ἀπεικάσματα·
Οὕτω γὰρ αὐτοῖς διττὸν ἔσται τὸ κράτος,
Ὄξυνον αὐτοῖς τὰ ξίφη πρὸς βαρβάρους,
Ὅτι πρὸς ἡμᾶς βαρβαροῦνται τὰ ξίφη.
Ἔκτεινον αὐτοῖς εἰς τὸ σῶσαι τὰς φρένας·
Σύστειλον αὐτοῖς πᾶν ἐναντίον θράσος·
Πλάτυνον αὐτοῖς τὰς πρὸς εἰρήνην πύλας,
Στένωσον αὐτοῖς τὰς ἐπαχθεῖς φροντίδας.
Ὁ πατριάρχης ταῦτα κράζει καὶ λέγει,
Κἂν δεῖν ἰσχνόφωνος ἐξ ἀσιτίας,
Καὶ μὴ λαλῶν ἤχησεν ἔνδοθεν μέγα.
Τὴν γλῶτταν ἐνθεὶς εἰς τὸ πῦρ τῆς καρδίας,
Ἔκρυψεν αὐτὴν, καὶ στομοῦται μειζόνως·
Βοᾷ δὲ σιγῶν, ὡς ὁ Μωσέως φάρυγξ·
Ἀκούεται δὲ μὴ σαλεύων τὸ στόμα·
Τέγγει δὲ τὴν γῆν, καὶ δι' ὀμμάτων βρέχει,
Καὶ πυκνὰ νίφει τῇ φορᾷ τῶν δακρύων.
Ἔγνωμεν αὐτὸν, κἂν δοκῇ λεληθέναι·
Δῆλος γὰρ ἦν, τὸ βλέμμα χαυνώσας κάτω,
Καὶ σὺν λογισμοὺς πάντας ἐκτείνας ἄνω.
Ἀλλ' ὦ φονευτὰ τῶν παθῶν τῶν βαρβάρων·
Σφάττεις γὰρ αὐτὰ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ λόγου·
Τὸ τεῖχος ἡμῶν δεῖξον ὠχυρωμένον·
Τὰ γὰρ σὰ τέκνα τείχος εἶχον αἱ πόλεις·
Πύργω-

Valvas enim mundi incolarum dicimus
Hanc civitatem, quae tua eſt munita ope.
Concede ut imperium obtinet qui a te ſuum,
Mundi arbiter, qui ſubiugavit Perſida,
Vel liberavit potius ipſam Perſida,
Omnem gubernet ſubditam Soli plagam.
Oſtende terram imitarier caeli globos:
Sol unicus dominetur his ut infimis;
Nam Perſici qui viſus eſt domitor Soli,
Hunc imperatorem orbis eſſe convenit.
Fac ergo ſudores laborum ut ipſius
Puri lavacri ſint loco aeternae & ſtolae:
Timoris auge robur illi Numinis:
Inſignia hinc tuta auferet victoriae,
Referens ſecundam ab hoſtibus victoriam,
Ignobiles ut igne vaſtans Barbaros.
Fac ſtare virides ſurculos pro vividis
Fecunditatis ſaecularis fructibus:
Imagines fac Patris ut ſint optimi,
Nam ſic eos robur tuebitur duplex:
Acutiores redde eorum cuſpides,
In Barbaros ferocientes enſibus:
Intende mentes, quo ſaluti conſulant,
Et comprime omne robur adverſarium:
Expande & iiſdem ianuas paci ſacras,
Superba cordis ſenſa magni deprime.
Haec Patriarcha clamitatque, & dictitat, — *Sergii pietas commendatur.*
Ut balbus is ſit plurima ob ieiunia;
At non loquendo intus ſonum magnum dedit,
In cordis igne cum indidit linguam ſuam,
Hanc condidit, & reddita eſt vocalior,
Tacenſque clamat, guttur ut Moſis factum.
Attenditurque idem, licet non agitet os;
Largo imbre terram irrorat, atque oculis pluit;
Ningit frequenter lacrimarum cum impetu.
Hunc nos, latere etſi videtur, novimus:
Nam notus infra lumina abiiciens erat,
Cum ſenſa ſurſum animi elevaret omnia.
O paſſionum barbararum carnifex, — *Ad Sergium apoſtrophe.*
Siquidem has trucidas ore ſermonis ſacri,
Munita quam ſint noſtra monſtres moenia;
Sunt quippe liberi tui muri urbium:
Ex

& haſce infernas portas adaperi: omnium enim, quotquot terram incolunt, portas vocamus hanc urbem, tuis praeſidiis munitam. Tu des, ut ille, qui a te obtinuit imperium, qui mundum liberavit, debellavit Perſidem, vel potius ipſam Perſidem ſervavit, omnem late ſubiectam Soli regionem regat, & gubernet. Oſtende terram iam eſſe factam exemplar caeli: unus ut illic Sol, unus hic etiam omnia dominetur: convenit enim, ut qui Perſici mundi domitor apparuit, totius etiam mundi dominus evadat. Fac, ut laborum ſudoribus expiationis lavacrum, & ſtolam immortalitatis ſibi comparaverit. Tu vim in ipſo tui timoris adauge: ſic enim vere tuae fidei palmas obtinebit, qui habitus eſt dignus alteram referre ex hoſtibus victoriam, igne devaſtatis barbaris tibi ſervire detrectantibus. Tu ſuper efflorescentes eius ſurculos tam altis radicibus confirma, ut ad mundi felicitatem vivos fructus producant. Fac, ut ſint patris imagines; ſic enim illis inerit duplex potentia. Enſes eorum in barbaros exacue, cum contra nos barbaricis enſibus graſſantur. Mentes ipſorum dilata, ut rerum ſaluti conſulant, & omnem hoſtium audaciam comprime. Pacis ante ipſos portas expande, graveſque curas eis imminue. Haec ſunt, quae Patriarcha inclamans ait: quamvis enim vox illi ob abſtinentiam faucibus adhaeſerit, magnum tamen ipſe, vel nihil loquendo, edidit intus ſonum. Quippe quo magis ſuam linguam in igne cordis immergit, & abſcondit, ipſe redditur vocalior. Clamat enim, vel ſilens, ut Moſis guttur ſolebat, & longe auditur, quamvis ora ad loquendum non ſolvat. Terram autem larga oculorum pluvia, & crebra lacrimarum nive irrigat, atque humectat. Nos ipſum vidimus, quamvis in occulto latere putaret: vidimus manifeſte, cum deorſum oculos demitteret, & ſurſum omnes cogitationes ſuas extolleret.

1881. At o paſſionum barbararum interfector, quas tui ſermonis gladio mactas, oſtende quam valida, & bene munita ſint noſtrae urbis moenia; cum nulla alia moenia ceterae urbes habuerint praeter tuos filios. Tu ipſis alta

extrue

Πύργωσον αὐτοῖς τὰς ἐπάλξεις ἐκ λίθων,
Τὸν Χριστὸν ἀκρόγωνον ἐκβαλὼν λίθον.
Σύμπλεξον αὐτοῖς μαργαρείτας ἀφθόρους
Ἐκ δακρύων παγέντας, οὐκ ἐξ ὀστράκων.
Λάλει δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν·
Νυκτὸς γὰρ ἡμῖν οὐκ ἐγείρεται ζόφος.
Στόμωσον αὐτοὺς μυστικοῖς ἀκοντίοις·
Σύμπηξον αὐτοῖς σταυρομόρφους εἰκόνας·
Τεῖνον τὰ τόξα τῇ τάσει τῶν δακτύλων·
Πτέρωσον αὐτοῖς ψαλμοκίνητον βέλος·
Ποίησον αὐτοῖς ἐκ στεναγμῶν σφενδόνην·
Χάλκευσον αὐτοῖς ἠκονημένα ξίφη,
Τὸ πῦρ νοητῆς ἐκ πυράγρας ἁρπάσας,
Τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα πρὸς φυσῶν ἔχων.
Κάμψον δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα,
Καὶ πᾶσα Περσὶς ἀντικάμψει σοῦ πόδας,
Κλῖνον δι' αὐτοὺς εἰς τὸ βῆμα τὰ σκέλη,
Καὶ πάντας ἄρδην συμπατοῦσι βαρβάρους.
Τὰ νῶτά σου σύγκυψον εἰς τὴν γῆν κάτω,
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος εὐθέως ἐγείρεται.
Οὕτω γὰρ οἱ χυθέντες ἐξ ἁμαρτίας
Ὁλκοὶ φραγῶσι, καὶ μετ' εἰρήνης ὅλοι
Τὰ στυγνὰ τῆς γῆς ἐκπεράσομεν νέφη·
Μιᾷ δὲ φωνῇ πᾶν κεκράξεται στόμα.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τοῦ Θεοῦ τῶν κτισμάτων
Ἡ δημιουργὸς καὶ σοφὴ παντουργία.

Ex ſilicibus ſtrue alta propugnacula,
Chriſto angularis lapidis in loco ſito:
Adnecte & ipſis uniones inclitos,
Ex lacrimarum fonte, non concha editos;
Ob hos loquere Deo diebus ſingulis;
Nam haud excitatur nocte nobis nubilum.
Corrobora ipſos myſticis haſtilibus:
Compinge & ipſis cruciger as Imagines,
Arcuſque tenſione digitorum exſere.
Ipſis volet ſagitta pſalmos concinens:
Fundam effice his ex anxiis ſuſpiriis.
Ipſis acutas aere ſicas fabrica,
Rapto igne ficta mente ſola forcipe,
Ac ſpiritum effundens ſacris e follibus.
Inflecte cervicem Deo horum gratia,
Et cuncta Perſis ſubdita inclinat pedes:
Adiunge pro ipſis crura ſuggeſto tua,
A ſtirpe cunctos conterent mox Barbaros:
Tua terga curvato ſolum iuxta infimum,
Et mundus omnis erigetur illico:
Namque hoc modo rivi nefandi criminis
Claudentur, hincque parta amica pace nos
Tranſibimus telluris atra nubila:
Unaque voce os praedicabit omnium,
O quanta quamque ampla eſt tuorum operum, Deus,
Cauſſa omnium ſapiens, & opifex optima!

extrue ex lapidibus propugnacula, iacto primum angulari lapide Chriſto. Necte ipſis coronas incorruptibiles ex margaritis, quae lacrimis, non conchis generatae concreſcunt. Loquere pro ipſis Deo, loquere quotidie, nobiſque non excitabuntur noctis caligines. Inſtrue eos myſticis ſpiculis. & cruciformes imagines in illis imprime: arcus eorum intende, protendens digitos: fac ipſorum tela evolare, pſalmos concinens: pro fundis exhibe ſuſpiria. Cude ipſis gladios acutos, quibus forcipe mentis admoveas ignem, & pro follibus utaris ſpiritu divino. Flecte pro ipſis ante Deum cervicem, & tota contra Perſis inflectet pedes. Inclina pro ipſis genua ante ſuggeſtum tuum, ſtatimque omnes conterentur barbari. In imam terram dorſum tuum incurva, & mundus univerſus confeſtim erigetur. Sic enim ex peccato in nos derivati malorum torrentes occludentur: nos autem omnes parta pace ultra terrae denſiſſimas tenebras evolabimus, & uno omnium ore undique conclamabitur. O quam rerum Deus a te ſapienter creatarum, mundique totius admirandum opus magnificatum eſt!

ADNOTATIONES.

Κοσμουργίαν rectius quam Ἑξαήμερον inſcribi poſſe Poëma liquet ex ordine, quem ſequutus eſt Auctor: non enim ille ſex dierum opera ſingillatim explicare, ſed omnia ſimul complecti videtur voluiſſe; ita tamen ut a Moſis narratione numquam diſcedat. Itaque Piſida illa potiſſimum verba Geneſeos, *in principio creavit Deus caelum, & terram*, explananda, ut opinor, ſuſcepit, in quibus omnia, quae a Deo facta ſunt, continentur. Nec tamen inde concluſeris, Poëtam in eorum abiiſſe ſententiam, qui non ſex dierum intervallo, ſed omnia ſimul uno momento temporis a Deo creata fuiſſe cenſent, auctoritate freti, ut videtur Eccleſiaſtici, quo in libro legitur, *qui vivit in aeternum, creavit omnia ſimul*. Nam τὸ *ſimul* in Graeco textu exprimitur κοινῇ. Ἔκτισε πάντα κοινῇ, quaſi diceres, *creavit omnia quotquot ſunt una ſimul collecta*, nulla re creata excepta. Sed Piſida quamvis neque ſex dies enumeret, neque ſingulorum ſpatia diſtinguat, nihilominus ſatis aperte ea ratione, qua in enarrandis Dei operibus progreditur, oſtendit per dierum intervalla mundi fabricam fuiſſe abſolutam.

Verſ. 1. Ad myſticos ſenſus deducturus Piſida omnia, primo ipſo ſermonis exordio iacit ſemina doctrinae myſticae, quae in eo potiſſimum verſatur, ut mentem humanam a terrenis rebus divellat, & transferat ad divina. Eam autem vere eſſe Chriſtianorum ſcientiam, & philoſophiam, quae per myſticas, ut aiunt, contemplationes comparata ad Dei notitiam hominem adducit, videtur hic ſtatim definire; cuius quidem ſcientiae tres ſunt gradus conſtituti iis, qui in ea ſtudent proficere: ſcilicet καθαρισμὸς *cordis expiatio*, φωτισμὸς *mentis illuminatio*, τελείωσις *perfectio, & conſummatio*. Haec autem, quae ſunt praecipua myſticae doctrinae capita, & fundamenta, ad quae reſpexiſſe videtur Piſida, delibaſſe ſufficiat, ut quid ſibi voluerit intelligatur. Exinde enim ſe a mentis tenebris, quibus premebatur, a Sergio fuiſſe liberatum, & ad res ſacras tractandas, ut Chriſtianum decet, adductum fatetur. Ceterum obſervandum eſt, plura hic occurrere, quae cum ſcriptis Dionyſii vulgo Areopagitae nuncupati concordant. Quidquid enim de Deo, de perfectionibus divinis, de caeleſti Hierarchia, de Angelis legitur in Piſida, Pſeudo-Dionyſii more tractatum dignoſcitur. Unde colligas, I. ſaeculo VI. plane antiquiorem fuiſſe Areopagiticorum ſcriptorum auctorem, quemcumque eum fuiſſe exiſtimes, cum eum ſibi magiſtrum habuerit Piſida, & ad eius mentem de myſtica doctrina ſcripſerit: II. Libros Pſeudo-Dionyſianos non habuiſſe Piſidam pro fetu Severiani cuiuſdam, ut a nonnullis eſt addubitatum, ſed vere orthodoxi; quamvis Dionyſium ipſum in ſuas partes trahere, eiuſque auctoritate ſe munire ſaepe contenderint Monophyſitae. III. Piſidam ex hoc ipſo quod Pſeudo-Dionyſii veſtigiis inſiſtat, Platonicum ſe prodere; quae enim in Areopagiticis ſcriptis de ſublimi illa, ac ſupercaeleſti Theologia, inflato & turgido quodam dicendi genere expoſita leguntur, ab Eclecticorum Schola, & diſciplina parum differre, magnamque inter ipſorum auctorem & Proclum, ſi notionum, dictionumque vis ſpectetur, affinitatem intercedere; quamvis eorum mens fuerit plane diverſa, iam a Suidae temporibus in v. Διονύσιος ad noſtram uſque aetatem obſervatum eſt. Verum haec obiter de Pſeudo-Dionyſio dicta ſint: ſcimus enim pene ſexcentos doctiſſimos viros de eius aetate, & ſcriptis diſputaſſe. Qui autem ea velit melius noſſe, quae hic, & alibi per myſticos ſenſus exponit Piſida, adeat eiuſdem Pſeudo-Dionyſii ſcripta, ac praeſertim *tractatum de myſtica Theologia ad Timotheum*, & tractatui praefixam *Iſagogem* P. Corderii, in quibus ea omnia late explicantur.

2. Sergium, ut ſaepe, plurimis effert laudibus, quem de divinis, & caeleſtibus rebus non modo cogitare, & loqui, ut vellet, potuiſſe teſtatur; ſed alios etiam ſua doctrina, & pietate ad rerum ſacrarum cognitionem adduxiſſe, atque informaſſe exemplo ſui confirmat.

3. Οὐρανοδρόμοι λόγοι, *caelum pervadentes ſermones*, myſtici. Proclus Lycius, de quo plura infra οὐρανοδρόμον ſe dixiſſe videtur: exſtat enim in Bibliotheca Vindobon. libellus, qui *Uranodromus* inſcribitur, ſive σχόλιον Πρόκλου οὐρανοδρόμου. Vide Lambecium *lib. VII. pag. 87.*

4. Plura hic veniunt myſtica verba, quae cum ſcriptis Areopagiticis conferre poſſis. Ἄνικμον καρδίαν *aridum cor* habebat Piſida, ſcilicet non irrigatum divinae eloquentiae fontibus, quos in eum derivavit Sergius, ut ad Dei contemplationem ſe erigeret. Proinde ſuae mentis caecitatem deſcribens ait ſe antea fuiſſe occupatum αὐχμοῦ τοῦ κατασχόντος ζόφου, vel γνόφου, *ſiccitate, & ſqualore ingruentis caliginis*; eo quod ἀθυμίας νέφος *vilitatis, & ſocordiae nubes*, ideſt mentis perturbatio cogitationum tempeſtates ei excitaſſet: quae quidem nubes animo offuſa συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον *rationis Solem obtenebrat*, & νύκτα ποιεῖ γνωστικῆς ἀβλεψίας *noctem inducit menti, ut nihil videat in rebus divinis*. Γνωστικὴ ἀβλεψία proprie eſt inviſibilitas rerum divinarum, nam γνῶσις in S. Clementis Stromateon libris idem ſemper ſonat ac *Theologica diſciplina*, & γνωστικὸς idem ac *Theologus*. Certe Piſida hic expreſſit τὸν γνόφον ἀγνωσίας *caliginem ignoſcibilitatis*, de qua Dionyſius *in myſt. Theol. cap. 1., & 2., & epiſt. 1., & 5.*; ubi

ubi plura de γνόφῳ, ἀβλεψίᾳ, & ὁμίχλῃ Scholiis S. Maximi, & adnotationibus Corderii illuſtrata leguntur, quae ſupervacaneum eſſet hic referre. Ceterum ἀγνοίας, vel ἀγνωσίας ζόφος, γνόφος, σκότος, νέφος, νεφέλη, ἀχλὺς, ὁμίχλη pro eodem in Eccleſiaſticis Scriptoribus ſumuntur. Quid autem ſint, breviter S. Gregorius Nazianzenus *Carm. Iamb.* XV. definivit:

Σκότος δὲ τοῖς κακίστοις ἐκ Θεοῦ πεσεῖν.

Caligo quidnam eſt improbis? Labi a Deo.

Pro ἐμβαλεῖ Cod. 1126. habet ἐμβαλόν.

8. S. Iohannes Chryſoſt. *in princ. Hom.* VI. *in cap.* 1. *Geneſ.* Βούλομαι τῆς συνήθους ἅψασθαι διδασκαλίας, καὶ ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι· νέφος γὰρ ἀθυμίας ἐπελθὸν συνέχει, καὶ συνετάραξέ μου τὸν λογισμόν. *Volo ſolitam tractare doctrinam, & torpeo, & detrecto: mentem enim meam confudit, & conturbavit ſuperveniens triſtitiae nubes.* Et *lib.* III. *de Sacerdot.* Οὐδὲν γὰρ οὕτω καθαρότητα νοῦ, καὶ τὸ διειδὲς θολοῖ τῶν φρενῶν, ὡς θυμὸς ἄτακτος, *nihil enim ſic mentis puritatem, claritatemque obturbat, ut animi motus inordinatus*. Egregie hanc doctrinam de animi perturbatione explicat S. Baſilius *Homil. in Pſal.* 33.

14. Cod. Vat. 1126. ὑποστρέφει.

15. Operationes animae diſtinguit more Platonis, qui ut oſtenderet animam dupliciter agere, per ſeipſam ſcilicet τῷ λόγῳ *rationis ope*, & ὀργανικῶς *per ſenſus corporeos*, multis verborum ambagibus, & involucris rem ſimpliciſſimam involvit. Itaque ex ſententia Platonis anima alia eſt rationalis, alia irrationalis. Haec corpori inſervit, & ſaepe *animus* vocatur, illa mentem regit, & idem eſt ac *ſpiritus*. Rationalis autem animae facultates varie diſtinguuntur. Plato enim νοῦν *mentem*, & λόγον *rationem* ei tribuit: ac *mentis* quidem eſt percipere, & cogitare; *rationis* autem res animo perceptas, & comprehenſas pervidere, ac diiudicare. Haec omnia in *Theaeteto* multum obſcure tractantur, nec clarius explanata leguntur in Plotino *Ennead.* V. *lib.* 3. περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων *de ſubſtantiis cognoſcentibus*, & alibi, quae nos attingere neceſſarium duximus, ut Piſidae lux affundatur, qui ſaepe cum Platone loquitur. Atque iam patere putamus, quid ſit ὀπὴ τῆς διόπτρας *dioptrica rima*, ſcilicet *intellectus*, per quam γνωστικῶν ἐξ ὀργάνων *mentis organis* τὰ μικρὰ τοῦ λόγου κινήματα *ſubtilis rationis motus* quis contemplatur.

19. Cod. 1126. melius legit:

Παρῆλθεν ἡ νύξ· καὶ τὸ πνεῦμά σου νήφει.

Τὸ τῆς μερίμνης ἀντεφύσησε φθάσαν.

21. Decem ſequentes verſiculos ſupplevimus ex Cod. Vat. CLXVI. in quibus Piſida divinae eloquentiae ſcientiam arti medicae eleganter comparat, ſicuti enim una ex hiſce facultatibus medetur corpori, animi morbis occurrit altera. Iidem verſus leguntur in Cod. Bibl. regiae Taurinenſis, ſed interpolate, & multum mendoſe ſcripti, & poſt iambum 39. Ἀλλ' ὦ γεωργέ ... tranſpoſiti. Nonnullas tamen varias lectiones minime contemnendas inde petitas hic placet ſubiicere: *v.* 23. ἀσθενοῦντας τοῖς λόγοις: *v.* 24. ὑπερβολῆς γὰρ ψυχ. *v.* 29. ταῖς ἀκοαῖς τῶν δογμ. Poſt verſum autem 31. hi duo alii adduntur iambi:

Ἡ προσγραφὴ δὲ τῶν λαλέντων δραμάτων

Ἔργοις προσετυχῆς, καὶ θεότρωτος λόγος.

Legerem θεοτρεπὴς, nam quid ſignificet θεότρωτος non intelligo. Ceterum Piſida talem repraeſentat Sergium, qualem volebat Paullus Titum, ad quem *epiſt.* I. 2. ſcribebat: *Tu vero loquere, quae decent ſanam doctrinam, & doce ut ſint* ὑγιαίνοντες ἐν πίστει *ſani in fide*.

23. Ψυχαγωγεῖν, verbum myſticum, eſt *animam dirigere*, ac *ſpiritualiter inſtituere*: hinc ψυχαγωγεῖν ἀσθενοῦντας λόγοις eſt *animam vel ſpiritum ſermonibus indere*, ac veluti elumbes animare.

26. De expiatione, & purgatione, quae fit per preces ad Deum, & eſt primus myſticae ſcientiae gradus, videſis Dionyſium *de caeleſt. Hierarch.*

32. Sergium, quem medico nuper comparaverat, ad Evangelici agricolae munus, & ſimilitudinem transfert, orationis gladio peccatorum ſpinas, dumoſque abſcindentem, & amputantem. Vide S. Cyrillum Alex. *in Iohan. pag.* 387., & S. Ioh. Chryſoſtomum *Hom.* 11. *in cap.* 1. *Geneſ.*, quem imitatus eſt Piſida.

34. Cod. 1126. melius τῷ βάτῳ, & in verſu ſequenti ψυχῆς.

40. Idem Codex κατὰ πετρῶν. Matth. XIII. 9. *Alia autem* ſemina *ceciderunt in petroſa, & continuo exorta ſunt.*

41. Ibid. III. 9. *Quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahae.*

44. Ibid. XIII. 4. *Et venerunt volucres caeli, & comederunt ea.*

46. Reg. I. 2: 5. *Donec ſterilis peperit plurimos.* Et Eſdr. IV. 10. 46. *Quando ſterilis peperit filium.*

48. Καὶ ψόγους, melius ὡς ψόγους.

51. Poëta a laudibus Sergii expeditus ducem operis ſibi Davidem aſſumit, cuius ἐπιφώνημα celebratiſſimum, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, *quam magnificata ſunt opera tua, Domine*, de quo in Monito dictum eſt, non modo admiratur, ſed totius ſui Poëmatis veluti fundamentum iacit. Namque in eam, quae eſt omnium Patrum, ſententiam concurrens innuit, noſtrum non eſſe munus, ut vanis quaeſtionibus, & futilibus argumentis de iis, quae nullo modo adſequi poſſumus, diſputemus, & ea quae humanum captum ſuperant, inquirere velimus, ſed Dei tantum omnipotentiam, maieſtatemque in iis, quae mirabiliter condidit, obſtupeſcentes admiremur. Eloquentiſſime hoc argumentum pertractarunt omnes cum veteres tum recentiores Chriſtiani Scriptores: ſed nemini forſan melius

id

id ceſſit, quam Lactantio *de Divin. Inſtitut. lib.III. cap.19., & 20.*, quem videſis. Ceterum quam parum curioſi fuerint Patres in rerum naturalium cauſſis inveſtigandis, eo quia bene noverant poſt multas diſputationes nihil certi dictum fuiſſe ab iis, qui ſapientes haberentur, alibi demonſtravimus: qua in re Socratem, & Platonem plane ſequuti ſunt. Idcirco enim illi duo magni nominis in Philoſophia primaevis Chriſtianis cordatiores habiti ſunt, quia cum intelligerent rerum cauſſas non poſſe inveniri, ab eiuſmodi quaeſtionibus facile expediti, & tota pene Phyſica repudiata, eo ſe contulerunt, ut de virtute, atque officiis tantum diſputarent. Igitur Patres vanam illam ſcientiam merito contemnebant; ita tamen ut qui inde poterat decerpi unicus verae ſapientiae fructus, ſtudioſiſſime colligerent: καὶ γὰρ εἰ, dicebat S. Baſilius *Homil.1. in Hexaëm.*, καὶ τὴν φύσιν ἀγνοοῦμεν τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ τόγε ὁλοσχερῶς ὑποπῖπτον ἡμῶν τῇ αἰσθήσει τοσοῦτον ἔχει τὸ θαῦμα, ὥστε καὶ τὸν ὀξυδερκέστατον νοῦν ἐλάττονα ἀναφαίνεσθαι τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸ ἐξυμνηθῆναι αὐτὸ κατ' ἀξίαν ἐξισχῦσαι, ἢ τὸν ὀφειλόμενον ἔπαινον ἀποπληρῶσαι τῷ κτίσαντι. *Etſi enim eorum, quae facta ſunt, naturam ignoramus; ut certe quidquid omni ex parte ſub noſtros ſenſus cadit, tantum praeſefert admirationis, ut vel acutiſſima mens impar eſſe comperiatur, quae aut minimum quid eorum, quae in mundo ſunt, pro rei dignitate explicet, aut debitam laudem rependat Creatori.*

55. Cod. 1126. τοῦ Θεοῦ τῶν κτισμάτων.

56. Δημιουργὸν *opificem* Deum Plato vocavit. S. Iuſtinus M. *in Cohort. ad Graec. edit. Pariſ. pag.23.* Platoni aliud eſſe ποιητὴν, aliud δημιουργὸν obſervandum eſſe duxit: ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι οὐδὲ ποιητὴν αὐτὸν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ δημιουργὸν ὀνομάζει θεῶν, καίτοι πολλῆς διαφορᾶς ἐν τούτοις οὔσης κατὰ τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος δόξαν· ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ δημιουργὸς, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον. *Atque illud etiam neceſſarium, ut mihi videtur, animadvertere, non Creatorem illum a Platone, ſed opificem appellari Deorum; cum inter utrumque plurimum ſit, ipſius Platonis iudicio, diſcriminis. Creator enim nulla alia re indigens, ſua virtute, & poteſtate id quod fit, efficit; opifex vero accepta ex materia condendi facultate, opus ſuum conſtruit.* Hinc recte Piſida actum Creationis in Deo δημιουργὸν vocat. Invenitur autem paſſim in Scriptoribus Eccleſiaſticis dictus Deus δημιουργὸς, aeque ac ποιητὴς, κτίστης, τεχνίτης, *creator*, *factor*, *artifex*: quamvis differentiam ineſſe in hiſce variis denominationibus illi ſenſerint, & vocem δημιουργὸν alio ſenſu quam Platonico uſurpaverint. Totus fere dialogus Zachariae Mitylenenſis verſatur in explicando, quomodo Chriſtiani δημιουργὸν Deum appellent, & circa medium ita definit: ὥστε δημιουργός ἐστι καθ' ἡμᾶς μὲν ὁ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἐκ μηδενὸς μηδαμῶς ὄντος παραγαγὼν, καὶ τῷ εἴδει τὴν ἁρμόττουσαν ὕλην συναποτεχνησάμενος· ποιητὴν γὰρ τὸν Θεὸν ποιητὴν εἶναι φαμὲν, οὐ γὰρ δὴ μόνων σχημάτων· κατὰ δὲ τὸν ὑμέτερον λόγον δημιουργός ἐστιν ὁ τὴν ἀσχημάτιστον, καὶ ἀνείδεον ὕλην εἰς εἶδος καὶ σχῆμα μεταπλάττων· καὶ τῆς προτέρας ἀπαλλάττων ἀμορφίας καὶ ταραχῆς, καὶ τοῦ ἐνόντος φυρμοῦ. *Siquidem eum nos vocamus opificem, qui ſubſtantiam ipſam ex nihilo nullibi exſiſtente eduxit, & una cum forma congruentem materiem condidit. Subſtantiarum enim effectorem Deum dicimus, nec tantum figurarum. Vobis vero opifex eſt, qui ſine figura, & forma materiem in formam, & figuram refingit, & a priſtina deformitate, turba, & inquinamento vindicat.* Vide etiam S. Gregorium Nyſſenum *Orat. XII. contra Eunom. part. 2.* Παντουργία *vis omnia efficiens, rerum omnium effectrix operatio.* S. Cyrillus Alexand. *in Ioh. pag. 493.* habet τὸ παντουργικὸν, quod idem ſonat. Ἔχει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ θείας φύσεως τὸ παντουργικὸν, ὡς Θεὸς, καὶ εἰ πέφηνεν ἄνθρωπος. *Habet Dominus noſter Ieſus Chriſtus a divina natura vim omnia efficiendi, ut Deus, tametſi homo videatur.*

57. *Rom. II. 33. O altitudo divitiarum ſapientiae, & ſcientiae Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles viae eius! Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Et *ibid. XII. 3. Non plus ſapere, quam oportet ſapere; & unicuique ſicut Deus diviſit menſuram Fidei.* De temperantia in rebus divinis ſcrutandis omnes poſt Paullum SS. Patres praeclara tradiderunt. S. Cyrillus Alexandrinus in Proſphon. ad Imp. Theod. Οὐ ταῖς ὑπὲρ μέτρον ἀκριβείαις καταλύειν ἄξιον, ὅτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν. *Ea quae intelligentiam ſuperant, immoderata diligentia labefactare, & nimiis inquiſitionibus ſubiicere indignum eſt.*

60. Qua de cauſſa Sophiſtae nomen, quod iamdiu honoris titulus fuit, in hominum invidiam, & offenſionem inciderit, immenſa eruditionis copia demonſtravit P. Creſollius *in Theatro vet. Rhet. lib. I. cap.10. &c.* Contra Sophiſticen, (quae eſt ars cavillandi definita, unde Sophiſtae verſipelles, veteratores, deceptores dicti ſunt) SS. Patres omnes ſaepiſſime declamarunt; quippe Sophiſtae, quorum parens vere diabolus fuit, lingua, & ingenio abutentes, id unum curabant, ut ſubtilibus inventis, & eriſticis quaeſtionibus veritatem obtererent, & hominum mentes illuderent. Hinc iure Piſida Proclum exagitat, cuius vafrum, & inſanum ingenium in captionibus texendis, ſuperſtitionibus ſtabiliendis, & Sacris Scripturis aut contemnendis, aut ad ſenſum Philoſophiae Eclecticae Platonicae detorquendis notius eſt, quam dici oporteat. Σοφιστὴν τῶν κάτω λόγων *terreſtrium ſermonum Sophiſtam* ipſum appellat, quia omnium gentium deliramenta, ſuperſtitiones, ritus, & nomina, ſola Chriſtianorum, & Iudaeorum religione excepta, in unum temere conſla-

conflaverit, & quamvis ex Chriſtianorum doctrina plura fuerit ſuffuratus, nullibi tamen eos voluerit nominare. De Proclo videſis Fabricium *Bibl. Graec. vol.* VIII. *pag.* 456., & Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. tom.* II. *pag.* 318. *&c.* Ceterum Piſida aperte Proclum non Philoponum petit: Proclum enim contra Chriſtianos XVIII. argumentis pro aeternitate mundi pugnaſſe, cumque a Philopono fuiſſe confutatum *in Prolegom.* demonſtravimus. Nec dubium cuiquam eſſe poteſt Piſidam, qui de creatione mundi eſſet acturus, ad eadem duodeviginti ἐπιχειρήματα Procli reſpexiſſe: quare reiicienda eſt illa adnotatio, quae in Bibliothecis Patrum legitur margini adpoſita, *in Proclum, ſive Iohannem Philoponum, impium Tritheitam, Procli nomine invehitur*. De Sophiſtis, & Sophiſtico dicendi genere nonnulla dicenda erant, quia ſaepe Piſida ad Sophiſticam artem alludit. Qui plura cupit adeat Eunapium, & Philoſtratum in eorum Vitis, & Petrum Fabrum *in Comment. ad leg.* 1. *de iuſt., & iure*.

61. Procli in dicendo tumorem recte notat Piſida, qui inſpiratum, ac θεουργὸν ſe facere non erubuit. Sophiſtarum tanta fuit in dicendo arrogantia, & audacia, ut σιβίζειν *vatum more loqui*, ἐνθεάζειν *divino numine corripi*, & πνέειν *quid grandius ſpirare* dicerentur. Idem aliter, ſed eleganter exprimit Piſida dicens Proclum βροντᾶν *tonare* ἐκ νεφῶν λοξοδρόμων *e flexuoſis nubibus*. Τί μοι φιλοσοφήσεις, aiebat S.Gregorius Nazianz. *Orat.* XLII., περὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενος; *Quam rationem afferes de fulgetris, ac tonitruis, tu, inquam, qui e terra tonas, ac ne tenuiſſimis quidem veritatis igniculis fulges?* Sophiſtarum argutiae, ſtrophae, ambages, retia, λοξὰ ῥήματα dicebantur *tortuoſa, obliqua, perplexa verba*, quaſi Apollinis eſſent reſponſa, quae λοξὰ ſunt nuncupata, & ipſe Apollo Λοξίας dictus.

62. Πτωχόκομπος *miſere tumens*: πτωχαλαζόνα vocavit quemdam paupertatem cum faſtu coniungentem Alexis apud Athenaeum *lib.* VI., & Gorgias, teſte Ariſtotele *lib.* III. 2. *de arte Rhet.*, πτωχόμουσον adulatorem quemdam appellavit. Κομψεία eſt *orationis affectata elegantia*, quae ſtili Sophiſtici erat proprietas, unde ipſi Sophiſtae κομψοὶ *compti*, & *ſcituli* dicti. Recte S. Gregorius Nyſſenus *Orat.* XII. *in Eunom. part.* 2. κομψείαν τῶν σοφισμάτων haereticis tribuit, & vaniſſimis Sophiſtis, qui mellita oratione venenum impietatis condiebant. Ταῖς γὰρ κομψείαις τῶν σοφισμάτων τὸ φθοροποιὸν δόγμα οἷόν τινι μέλιτι καταχρίσαντες, *feſtivis argutiarum blandimentis dogma mortiferum, velut melle quodam illitum, cum in audientis animum ad fallendum infuderint &c.* κομπάζω *intumeſco, glorior*. Infra.

63. Morellius vertit *o procax in aeternam creaturam*, εἰς κτίσιν non *contra creaturam* reddendum puto, ſed *circa*: ſcilicet *o nimium audax in aſſerenda creatura aeterna*. Quis enim credat Piſidam vocaſſe Deum *aeternam creaturam*, quae invicem pugnant?

64. Suppletus ex Cod. Vat. MCXXVI.

65. Parvas ſyllabas, quarum vim expendendam proponit Proclo, non alias eſſe arbitror, quam verba Geneſeos *In principio creavit Deus caelum, & terram*. SS. Patres hoc ſolo Moſaicae narrationis initio putarunt eſſe confutandos Ethnicos, qui circa mundi originem delirarent. Praeclare S. Iohannes Chryſoſtomus *Hom.* 11. *in cap.* 1. *Geneſ.* Πάσας τὰς δίκην ζιζανίων ἐπιφυομένας αἱρέσεις τῇ ἐκκλησίᾳ κάτωθεν ἀνασπῶν διὰ τοῦ εἰπεῖν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· κἂν γὰρ Μανιχαῖος προσέλθῃ λέγων τὴν ὕλην προϋπάρχειν· κἂν Μαρκίων, κἂν Οὐαλεντῖνος, κἂν Ἑλλήνων παῖδες, λέγε πρὸς αὐτούς: ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· ἀλλ' οὐ πιστεύει τῇ γραφῇ· ἀποστράφηθι λοιπὸν αὐτὸν ὡς μαινόμενον καὶ ἐξεστηκότα κ. τ. λ. *Ille* Moſes *omnes haereſes, quae ſicut zizania pullulaturae erant in Eccleſia, eradicat per hoc, quod dicit*; In principio creavit Deus caelum, & terram. *Unde ſi Manichaeus ad te acceſſerit, dicens materiem praeexiſtere; ſi Marcion, ſi Valentinus, ſi Gentiles, dic illis*: In principio creavit Deus caelum, & terram. *Sed quid, ſi non credit quis Scripturae? Tu poſthac ipſum averſeris, velut furibundum, & mente captum &c.* Vide, quae ſequuntur, & S. Baſilium *in Hexaem. Hom.* I.

66. Proclum plura hauſiſſe e S. Scriptura, & Chriſtianorum doctrinas impie detortas in rem ſuam tranſtuliſſe, ut inſanum illud theurgicum ſyſtema conflaret, obſervatum eſt a multis, & ex eius ſcriptis patet. Quid quod eius hymnum in Solem Iohannes Keplerus *lib.* V. *cap.* 10. *Harmoniae mundi* putavit Chriſto poſſe convenire? Abſurdiſſima quidem ea res eſt. At ipſum Proclum theoremata Dionyſii vulgo Areopagitae ſibi vindicaſſe teſtatum reliquit Suidas in Διονύσιος. Verum non ad haec reſpexiſſe videtur Piſida, ſed ad aliquam in Geneſim explanationem, quam Proclus moliebatur: neque enim aliter quis intelligat ea verba, λέγουσί σε ταῦτα θαυμάσαι, *dicunt te iſthaec eſſe admiratum*, ideſt Sacras Scripturas. Quod clarius confirmat Poëta ſubiungens, Proclum ſaepe id promiſiſſe ſe facturum, ſed vanas eius promiſſiones fuiſſe εἰς κενὰς ὑποσχέσεις, eo quod incertus, & haerens ἄπων, ἀπείπων, ἀστατῶν non auſus ſit ſuam mentem aperire, ratuſque ſit rem ſibi melius eſſe ceſſuram, ſi taceret. Adde, quod infra *v.* 78. dicit Proclum praebuiſſe occaſionem ſcribendi de rebus a Deo creatis σοῦ τὴν ἀφορμὴν τοῦ σκοποῦ δεδωκότος. Unde evincitur, Piſidam contra ipſum Proclum, non contra Philoponum agere.

67. Procli inſaniam, qui Chriſtianorum ſapientiam contemneret, deridet. Sophiſtarum omnium mos fuit, ut tamquam aniles fabulas, quaecumque a Chriſtianis dicerentur, deſpicerent:

rent; unde S. Cyprianum *Coprianum*, quaſi *virum ſtercorarium* diceres, a κόπρος impudentiſſime vocabant. Vid. Lactantium *Divin. Inſtit. lib.* V. *pag.* 362. *edit. Lenglet.*

70. Ὄγκον, *faſtum*, & ambitionem Sophiſticam, quam ἀλαζονείαν *arrogantiam* frequentius dictam invenies, vexat Piſida. Ἀλαζοχαυνοφλυάρους *arrogantes, tumidoſque nugatores* uno verbo multa complexus Suida vocavit huiuſmodi thraſones. Ὑποσχέτης, vox Sophiſtica. Iſocrates in Panegyr. dixit quoſdam Rhetoras, quos vituperat, μεγάλας ὑποσχέσεις ποιεῖσθαι *magna promittere*, & quae ab aliis nondum eſſent excogitata ſe dicturos profiteri.

71. Δεινὸς λογογράφος, *verſutus ſcriptor*. Ita dicti in malam partem Sophiſtae. Recte Philoſtratus in Antipgonte δεινοὺς ῥήτορας, inquit, appellant, οὐκ εὔφημον ἐπωνυμίαν τιθέμενοι, *cognomen minus honeſtum eis imponentes*. Iidem Sophiſtae appellati ſunt λογογράφοι *ſcriptitantes*, λογοδαίδαλοι *orationis quaſi pictores*, γλωσσοτέχναι *artificioſe loquentes*.

72. Vide proverbium, *In pulicis morſu Deum invocat*. Eraſmus *Adag. Chil.* III. 4. Notiſſimus eſt Aeſopi apologus, quo culicem cum leone pugnantem, eumque vincentem facit, ut eos, qui magnos proſternunt, ſaepe a parvis ſuperari demonſtret.

74. S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* XXVII., quo ſpiritu ipſe ad loquendum duceretur declarans dicit: ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν κομψῶν τις καὶ ἡδέων ἐγώ, καὶ οἷος κολακείᾳ κλέπτειν τὴν εὔνοιαν, *non ego glorioſus quiſpiam, & laſciviens dictis, aut ita comparatus, ut hominum benevolentiam aſſentando captem*: & ad rem noſtram opportunius S. Iohannes Chryſoſtomus in *Pſal.* 144. Ἀλαζὼν μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐπὶ τοῖς μικροῖς κομπάζων, καὶ τῶν ὁμοδούλων ὑπερορῶν. *Eſt enim arrogans, qui propter res parvas ſe iactat, & conſervos deſpicit.*

76. In fidei defenſione ſe eſſe diſertum, & bono animo plenum gloriatur S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* XXXV. Οὐδὲ ἄλλοτε μὲν σιωπήσαντες· τοῦτο γὰρ μόνον ἡμεῖς ἀνδρικοί τε καὶ μεγαλόφρονες· νῦν δὲ καὶ μᾶλλον παῤῥησιαζόμενοι τὴν ἀλήθειαν· ἵνα μὴ τῇ ὑποστολῇ, καθὼς γέγραπται, τὸ μὴ εὐδοκεῖσθαι κατακριθῶμεν. *Numquam ſane tacituri ſumus: in hoc enim uno fortes, & magnanimi ſumus: nunc vero maiori quoque libertate loquimur, & fiducia de veritate; ne alioqui ob timiditatem, ut ſcriptum eſt, hac poena mulctemur, ut Deo minime placeamus*. S. Gregorius illud Paulli ad *Hebr.* X. 38. innuit: *Iuſtus autem meus ex fide vivit: quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animae meae*. Ad quem ſane locum etiam Piſida reſpexit. Ibi enim S. Paullus fidei vim magnifice exornat &c.

77. Σπερμολόγοι λόγοι *ſermones novi, peregrini, ac veluti ex malo ſemine nati*. Philoſophi Alexandrini, cum de Deo vellent more Chriſtianorum loqui, tumido, & inflato, & novo dicendi genere uſi ſunt, quod Piſida aeque, ac ceteri Eccleſiaſtici Scriptores, tamquam a ſana doctrina, & a Scripturis alienum damnant. Niceta *in Comment. ad Orat.* XLII. S. Gregorii Nazianzeni cum horum Philoſophorum verba, quibus in Dei contemplatione explicanda utebantur, retuliſſet; *Sed haec*, concludit, *Porphyrius, & Iamblichus, & ille prodigioſorum verborum architectus Proclus nugati ſunt*. Igitur ξένοι λόγοι idem ſonat ac Ethnici, & e Gentilium ſchola petiti, quos ſaepius ἐξωτερικοὺς, & τοὺς ἔξωθεν, *externos, profanos, ſaeculares* dictos a SS. Patribus invenies. Hinc puto Severianum Gabalorum Epiſcopum *in princ.* 1. *Orat. in Creationem* a ſuis auditoribus petiiſſe, ut quae dicturus eſſet, non tamquam peregrina reiicerent: ἀξιῶ μὴ . . . ὡς ἐχθρὸν ξενίζοντα ἐκβάλλειν τὸν λόγον, *rogo nequis inimicus, quaſi peregrinum reſpuat meum ſermonem*. In S. Iohan. Chryſoſt. operib. *tom.* VI. *pag.* 437.

78. Melius ἄκουε λοιπόν.

79. Scilicet illis XVIII. argumentis, quibus Proclus Mundum eſſe aeternum affirmabat.

80. Vid. Eraſmi Adagium *Chil.* II. 6. 45. ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος, *ruſticanum ne contempſeris oratorem*, & *ibid.* 7. 4. αἰσχρὸν σιωπᾶν, ubi illud, quod ferunt Ariſtotelem dixiſſe de Iſocrate αἰσχρὸν σιωπᾶν· Ἰσοκράτην δ᾽ ἐᾶν λέγειν. *Turpe eſt* Ariſtotelem *ſilere, & Iſocratem pati loqui*.

82. De ὁμίχλῃ, & γνόφῳ ſupra ad *verſ.* 4. ὁ θεῖος γνόφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ Θεὸς λέγεται· καὶ ἀοράτῳ γε ὄντι διὰ τὴν ὑπερέχουσαν φανότητα . . . ἐν τούτῳ γίνεται πᾶς ὁ Θεὸν γνῶναι, καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος, αὐτῷ τῷ μὴ ὁρᾶν, μηδὲ γινώσκειν; ἀληθῶς ἐν τῷ ὑπὲρ ὅρασιν καὶ γνῶσιν γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ γινώσκων, ὅτι μετὰ πάντα ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητά. *Divina caligo lux eſt inacceſſa, quam inhabitare Deus perhibetur, & cum quidem ſit inaſpectabilis, propter exuberantem luminis claritatem, ad hanc pertingit quiſquis Deum noſſe, ac videre meruit, eoque ipſo, quod neque videt, neque cognoſcit, in illo vere, qui viſionem, & cognitionem ſuperat, exſiſtit hoc ipſum ſciens, eum in omnibus tam ſenſilibus, quam intellectilibus exſiſtere*. Dionyſ. Areopag. *epiſt.* V. *Dorotheo*.

84. Μὴ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα περιεργαζώμεθα· ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἔργων ὁδηγούμενοι θαυμάζωμεν τὸν τεχνίτην· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησὶν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. *Ne humanis rationibus divina opera curioſius excutiamus, ſed ex operibus manuducti admiremur artificem: nam inviſibilia eius, inquit* S. Paullus Rom. I. 20. *ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur*. S. Iohan. Chryſoſt. *Homil.* II. *in Geneſ.*

85. Cod. 1126. σκέπην. Opera Dei enarrare aggreditur, quae in duas claſſes diviſa complectitur. Primum enim de caelo loquitur, & omnia quae in caelo fiunt, & continentur, exornat; ac deinde ad terram, & ad ea, quae profert terra, progreditur. *In principio creavit Deus caelum & terram*. Adeo obſcura ſunt, quae Piſida tra-

tradit de caelo, ut nondum videar eius mentem aſſecutus. Nonnulla igitur nos dicere neceſſitas cogit, ne videamur in arcto proſilire. De figura caeli apud Philoſophos magnum fuit diſſidium, quorum ſententias refert Plutarchus *lib.* II. *de placitis Philoſ.* Antiqui vero Chriſtiani fere omnes, cum preſſius Scripturae teſtimoniis inhaerere vellent, caelum non eſſe rotundum aſſerebant; cum enim Iſaiam XL. 22. de Deo dixiſſe animadvertiſſent: Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. *Qui ſtatuis caelum ſicut fornicem, & extendis quaſi tabernaculum ad habitandum*, ipſum caelum fornicatum, concameratumque fuiſſe a ſummo Opifice effectum dixerunt, atque adeo non ad aliam quam ad quadratam figuram conformatum crediderunt. Rati ſunt igitur quatuor veluti muris iuxta quatuor mundi partes caelum contineri, ipſumque contra rerum omnium univerſitatem intus amplecti, ac continere: ſuperne inſtar fornicis concludi, ac circumvolvi, inferne vero una cum terra quatuor ex partibus coniungi; ita ut terra eſſet caeli ipſius baſis, ac fundamentum: terram enim, nullibi quamvis firmatam, ſtare certo certius habebant, quoniam David *Pſal.* CIII. 5. dixerat: *Fundavit terram ſuper ſtabilitatem ſuam*: caelum autem terrae eſſe agglutinatum non dubitabant, quoniam Iob XXXVIII. 38. ex LXX. Interpretum verſione dixerat οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε· κέχυται δὲ ὥσπερ γῆ κονία· κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον. *Caelum vero in terram inclinavit: effuſa autem eſt, ſicut terra, calx. Conglutinavi autem ipſum quaſi lapide quadrum.* Igitur inſtar tabernaculi mundum factum eſſe arbitrati ſunt, cuius eſſet quaſi operculum ipſum caelum; διὰ τὸν οὐρανὸν ἐσκεπακέναι καθάπερ πῶμα τὰ ὕδατα σὺν τῇ γῇ, tenebras Moſem appellaſſe dicit Theophilus ad Autolycum *lib.* II. 18., *quia caelum inſtar operculi aquas cum terra obtexit*. Atque huiuſmodi quidem fuiſſe caelum, quod Deus condidit in principio, putabant, quod ſupremum, & inviſibile nominarunt: aliud vero inferius, & primo incluſum feciſſe Deum ſecunda die, quod firmamentum dixerunt, in quo ſtellae, & planetae diſcurrerent, ipſumque etiam non eſſe ſphaericum, ſed planum, & inſtar pellis extenſum, Davidis auctoritate ducti adfirmabant. Hoc portentum opinionis fuſe explicatum habes in Topographia Chriſtiana Coſmae Indicopleuſtae, quem mirum ſane eſt, & fuiſſe Aſtronomum, & ſimilia ſomniaſſe. Vide, quae in hanc rem blaterat *lib.* IV. *pag.* 186., & VII. *pag.* 296., teque a riſu, ſi potes, tempera, cum tabulas inſpexeris, quibus ille aſtrorum motus, & curſus iuxta traditum ſyſtema explanare contendit, Severianus Gabalorum Epiſcopus, qui a Coſma ſaepius citatur, ita eamdem ſententiam exponit: Ζητοῦμεν δὲ ποῦ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ ποῦ τρέχει τὴν νύκτα· κατὰ τοὺς ἔξω ὑπὸ τὴν γῆν. καθ' ἡμᾶς δὲ τοὺς σκηνὴν αὐτὸν λέγοντας, τί; . . . . νόμισον εἶναι καμάραν ἐπικειμένην· ἡ ἀνατολὴ ἐκεῖ ἐστι κατὰ τὸν τύπον· ἄρκτος ὧδε, μεσημβρία ἐκεῖ, δύσις ἐκεῖ· Ἥλιος ἀνατέλλων καὶ μέλλων δύνειν, οὐχ ὑπὸ γῆν δύνει· ἀλλ' ἐξελθὼν τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ τρέχει εἰς τὰ βόρρεια μέρη· ὥσπερ ὑπὸ τινὸς τοίχου κρυπτόμενος, μὴ συγχωρούντων τῶν ὑδάτων φαίνεσθαι αὐτοῦ τὸν δρόμον, καὶ τρέχει κατὰ βόρρεια μέρη, καὶ καταλαμβάνει τὴν ἀνατολήν. *Quaerimus autem, ubi Sol occidat, & ubi noctu currat: ſecundum exteros ſub terra, ſecundum nos autem, qui caelum tabernaculum eſſe dicimus, quidnam? . . . . Cogita ſuperpoſitum fornicem; oriens hic eſt, ut figura exprimitur, ſeptentrio vero illic; ex oppoſito meridies, illic occidens. Sol oriens cum in occaſum vergit, non ſub terra occidit; ſed egreſſus ad caeli fines partes Boreales percurrit, quaſi muro quodam occultatus, aquis non ſinentibus ut eius curſus appareat, curritque per partes Boreales, & ad orientem venit &c.* Severianus *Orat.* III. 5. *de creat. mundi*. Lepida certe, vel potius ridicula haec ſunt. Verum antiquis Patribus minus ea de re fuit conſenſus; quam enim illi formam terrae tribuebant, caelo quoque affinxerunt, cumque eam in longum, & latum tantummodo protenſam cenſerent, (neque enim Antipodas dari poſſe putabant) caelum etiam veluti tentorium deſuper expanſum arbitrabantur. Ipſos tamen rei difficultatem ſenſiſſe clare patet ex eorum Commentariis in Geneſim: omnes enim paucis ab hiſce quaeſtionibus ſeſe expediunt, illud ſaepe repetentes, ea non eſſe humanis rationibus perquirenda, quae *Deus, ut voluit fecit*. Ac S. Baſilius quidem, quamvis non multum ab aliis differat, tamen cum Philoſophorum opinionem retuliſſet de ſitu terrae, qui mediam orbis regionem obtinere dicerent, eam ſententiam non refutavit, ſed modeſte concluſit, τούτων δ' ἄν σοι δοκῇ τι πιθανὸν εἶναι τῶν εἰρημένων, ἐπὶ τὴν οὕτω ταῦτα διαταξαμένην τοῦ Θεοῦ σοφίαν μετάθες τὸ θαῦμα. *Iam ſi quid eorum quae dicta ſunt, probabile tibi videatur, ad Dei ſapientiam, quae haec ita ordinavit, admirationem transfer*. S. Hieronymus autem *in Comment. Epiſt. ad Ephef.* non dubitavit affirmare caelum eſſe rotundum, & in ſphaerae modum volvi, quia locum ſupra citatum Iſaiae ex Hebraeo aliter iam reddiderat: ait enim, *qui* ἡμισφαίριον *terris imminere caelum, & in ſimilitudinem ſphaerae eſſe caelum contendunt, abutuntur nomine fornicis, quod ſcilicet media pars ſphaerae terras operiat, tum in Hebraeo non fornicem, ſed tenuiſſimum pulverem legimus*. Rem clarius probavit Philoponus, qui *lib.* VI. *c.* 14. *de creat. mundi* ſphaericum eſſe caelum, itemque terram aſſerit, & Iobi teſtimonium de conglutinatione caeli cum terra ita explicat, ut demonſtret Scripturam cum Platone conſentire: εἰ γὰρ μηδεὶς κυβικὸν εἶναι τὸ τοῦ οὐρανοῦ σχῆμα νόμιμε, μηδὲ εἶναι δύναται, ἐπεὶ μηδὲ ἕδραν ἔχει, λείπεται διὰ τὴν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένην αἰτίαν· κύβον αὐτὸν μετὰ τῆς γῆς ὀνομάζειν τὸ λόγιον· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὸν ὅλον κόσμον, δι' ὃ καὶ ὁ Πλάτων τὸν κύβον ἀφώρισε

τῇ

τῇ γῇ, οὐ διὰ τὸ σχῆμα; ἀλλὰ διὰ τὸ στάσιμον. *Enimvero ſi nemo figuram caeli cubum eſſe cenſuit, neque etiam eſſe poſſit, cum nullam ſedem habeat, reſtat, ut propter dictam a nobis cauſſam, Scriptura ipſum una cum terra ſumptum ſic appellarit; quod idem eſt ac dicere totum mundum, & idcirco etiam Plato terrae cubum adtribuit, non propter figuram, ſed propter ſtabilitatem*, Ceterum Coſmae Indicopleuſtae tempore multum invaluiſſe inter Chriſtianos hanc de caeli, & terrae figura ſphaerica opinionem, ex eo patet, quod ille ſe ſcripſiſſe teſtetur, quia τινὲς Χριστιανίζειν νομιζόμενοι.... κατὰ τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ ὑπολαμβάνουσι, ἐκ τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν ἐκλείψεων πλανώμενοι. *Nonnulli, qui Chriſtianorum nomine cenſentur.... perinde atque exteri Philoſophi caelum ſphaerica forma eſſe opinantur, Solaribus, ac Lunaribus eclipſibus decepti*. In 2. *Prologo Topogr. Chriſt. pag.* 114. At quae iam tandem eſt Piſidae ſententia? Ille quidem non haec omnia ridicula admiſit; ſed non longe ab iis diſceſſit. Primo enim caelum a Firmamento diſtinguit. Caelum *v.* 85. οὐρανοῦ στέγην vocat, *caeli tectum*, eo quod ut dictum eſt, omnia ſuo ſinu complecteretur: Firmamentum autem πόλον nominat, ut diſtinctionem ſe inter utrumque poſuiſſe deſignet. Videtur tamen Coſmae opinionem circa caeli ſuperioris firmitatem non admiſiſſe; ipſum enim ἀκίνητον *ſemper mobile* appellat, ac tantum abeſt, ut terrae glutinatum faciat, ut contra nullum habere fundamentum, quo ſuſtentetur, adfirmet, βάθεσιν τεθεικὼς μηδαμοῦ πεπηγμένον, *nullibi firma, & compacta baſi conſtituta*. Aperte autem inſtar fornicis, vel tholi ſuperne eſſe factum, & ad latera protenſum, velut arcuatum opus, indicat; non enim ſphaericum, ſed in ſphaerae formam complanatum vocat *v.* 86., & 87. Τῷ σφαιρομόρφῳ ὕψει πλατύνας.

87. Cod. 1126. συστάσει.

89. *Pſal.* CIII. 2. Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, *Extendens caelum ſicut pellem*. Et Iſaias XL. 22. *Qui extendit velut nihilum caelos, & expandit eos, ſicut tabernaculum inhabitandum*. Firmamentum intelligit Piſida, quod in longa, & profunda, ideſt, lata ſpatia protractum dicit: atque id bene, ac quadam ſimplici ratione caeleſtium corporum motibus convenire decernit. Quae quomodo explicaverint Philoſophi Chriſtiani, videndum in Coſma Indicopleuſta, & ex adducto loco Severiani poteſt intelligi.

92. Cod. 1126. melius μήκη καὶ πλάτη.

94. De ſubſtantia caeli multum diſputatum eſt inter Philoſophos: alii enim eiuſdem eſſe naturae cum elementis arbitrati ſunt; alii vero caelum, vel igneum, & tenue, ac leve, alii vero terreum, & craſſum, ac ſolidum, veluti cryſtallum, fecerunt. Piſida videtur nihil voluiſſe pro certo affirmare: nihilominus S. Baſilii, & aliorum Patrum ſententiam innuit, nec tamen probat, qui Iſaiae verba LI. 6. ex LXX. Interpr. verſione: Ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη. *Quoniam caelum, ſicut fumum, firmatum eſt*; ita ſunt interpretati, ut eos refutarent, qui caelum cryſtallinum, ideſt ſolidum aſſererent. Ita enim S. Baſilius: Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν· τουτέστι λεπτὴν φύσιν, καὶ οὐ στερεὰν οὐδὲ παχεῖαν εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ σύστασιν ὑποστήσας. *Qui firmavit caelum quaſi fumum: hoc eſt, qui tenuem, non ſolidam, neque craſſam naturam, ad conſtituendam caeli ſubſtantiam condidit*. *Homil.* I. *in Hexaëm.* Fumus enim nullam habet firmitatem.

95. Προβλεπτικὴ ὀξυδερκία *in futuris proſpiciendis acuta oculorum facultas*. Ὀξυδερκὴς, acute cernens, ὀξυδερκέω, acute cerno non ſemel uſurpatum invenitur. Ὀξυδερκία, vel ὀξυδορκία nullibi memini me legere, quamvis hanc vocem habeant lexica.

96. Ut facile in maximis diſtantiis decipiatur oculus exemplis demonſtrat S. Baſilius *Homil.* IV. 9. Ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι ἡ ὄψις, ἐξίτηλος γινομένη, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ὁρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ. *Viſus in aëre conſumptus, exilis evadens, res oculis ſubiectas accurate apprehendere nequit*.

98. Refert ſententiam de figura caeli ſphaerica, quam prae ceteris exornat: dimidiam caeli ſphaeram, quam oculis videmus ſuperincumbentem, alterius partis ſubtus latentis eſſe indicium arguit: caeli rapidiſſime ſe moventis, ac nullibi conſiſtentis baſim Deum facit: caelum ipſum motu terrae contrario circumvolvi ſtatuit: cetera vero circa motum per antitheſes, quibus multum excellens eſt, exponit, ex contrario enim motu caeli, & planetarum fieri dicit, ut rerum ordo ſervetur: quia ſi omnia caeleſtia corpora una cum caelo in eamdem partem circumagerentur, cum nihil eſſet, quod motus vim, & impetum retardaret, ipſa vi, & impetu abrepta, nullo inter ſe ordine ſervato per inane deferrentur.

101. Cod. 1126. κινημάτων.

103. Idem Cod. ὅμως ἔχει.

105. Idem Cod. ἤρκται.

111. Ἐλάσματα vertunt Lexicographi *laminas ductiles*. Hic Piſidam puto ſumpſiſſe metaphoram ab aurigis, quaſi planetas, & aſtra in eamdem partem procurrentia comparet equis currui ſubiectis, qui uno rectore impelluntur, atque incitantur. Ἐλάσματα igitur, quod eſt ab ἐλαύνω, hic ſunt *corpora agitata, & impulſa*. Συγκίνημα τῶν ἐλασμάτων *incitatorum corporum concurſio*. Vide ultimos verſus Poëmatii de *Vanitate Vitae*, ubi mens humana aurigae aſſimilatur.

112. Cod. 1126. συστάσει.

116. Suppletus ex eodem Codice: & in Codice Vat. 121. legitur εἰς τὴν κάτωθεν. Verſus eſt plane neceſſarius ad Piſidae mentem aſſequendam: ſive enim malis εἰς τὴν κατ᾽ εὐθὺ, ſive εἰς τὴν κάτωθεν, conſtat ſemper Poëtam voluiſſe rationem aſſignare, cur ex vi contraria corpora

 caele-

caeleſtia obſtricta, ac devincta inter ſe conſiſtant; nam ex vi proiectionis per rectam lineam tendunt; tum vero alia vi ſuperveniente ſenſim cedere coguntur, & ad quemdam motum compoſitum inflecti, quae eſt generatio circuli.

120. Cod. 1126. συγκεράται.

121. Baſim puto caelos, vel orbes caeleſtes vocare, φορὰν vero *lationem* eſſe aſtra, quae fixa, & quieſcentia ſuis orbibus inhaerent, ipſis orbibus contrario motu ſe moventibus, ut placuit Ariſtoteli, qui *lib.* II. *c.*8. *de caelo* abſurdum eſſe declarans, vel orbes una ſimul moveri, & ſtellas, vel orbes quieſcere, & ſtellas moveri, ita concludit: ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἀμφότερα κινεῖσθαι εὔλογον, οὔτε τὸ ἄστρον μόνον, λείπεται τοὺς μὲν κύκλους κινεῖσθαι, τὰ δὲ ἄστρα ἠρεμεῖν, καὶ ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις φέρεσθαι. *Cum igitur neque utraque, neque ſtellam ſolum moveri conſentaneum ſit rationi, reſtat, orbes quidem moveri, ſtellas vero quieſcere, & infixas in ipſis orbibus ferri &c.* Igitur Piſida Ariſtotelis, ac Ptolemaei ſyſtema caeleſte non ſolum amplectitur, ſed etiam explicare contendit; verum, ut Poëtae licuit, multum obſcure. Morellius autem, ni fallimur, ſua verſione tenebras tenebris affudit. Primum caelum, quod Hebraei *Caelum Caeli*, & Ptolemaeus primum mobile vocavit, ex Oriente in Occidentem iugi, ac rapidiſſimo motu ferri Piſida decernit: Planetas in ſuis ſingulos orbibus infixos quieſcere, orbes autem ipſos, quos eſſe totidem caelos terrae concentricos idem Ptolemaeus aſſeruit, curſu contrario ex Occidente in Orientem deferri determinat: atque ex hac ipſa motus contrarietate inter primum caelum, & orbes inferiores, ita omnia temperari, ut ex diſcordia oriatur concordia, & mundi harmonia conſtituatur. Βάσιν etiam intelligere quis poſſit eſſe caelum, & φορὰν terram, quam ſtare, & in ipſo caelo quibuſdam veluti ponderibus libratam ſuſtineri fuit veterum, & praeſertim Chriſtianorum Philoſophorum communior opinio?

126. Elegantiſſimi ſunt, qui ſequuntur verſus, in quibus caelum poëtico more, Atlantis fabulam adumbrans, velut hominem repraeſentat.

126. Cod. 1126. ἐκπλαγέντες οἱ πάλαι.

129. De columnis Atlanticis vid. Ariſt. *lib. de Animal. motu c.* 3., & Phornutum *de nat. Deor. c.* 26. Multa praeterea apud Poëtas. Homerus *Odyſſ.* I. 52.

ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.
quique maris
Omnes profunditates novit. Suſtinet autem columnas ipſe
Longas, quae terramque, caelumque amplectuntur.

Atlantis metamorphoſim habes in Ovidio *lib.* IV. 554.

131. Cod. 1126. ἱμφάνης.

133. Senem etiam Poëtae finxerunt Atlantem, ſed qui ſuſtinendo oneri non deficeret. Virgilius *Aeneid.* IV. 246.

Atlantis duri, caelum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento
Praecipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Quid autem velit Piſida, cum caelum iuvenili ſenio virentem fingit, intelligitur ex S. Iohanne Chryſoſt. *Homil.* IV. *in* 1. *caput Geneſ.* Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, καὶ θαυμάσειεν, ὅτι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀκμαῖον διετήρησε τὸ κάλλος, καὶ ὅσῳ πρόεισιν ὁ χρόνος, τοσούτῳ καὶ τὸ κάλλος ἐπιτείνεται. *Quis non obſtupeſceret, atque admiraretur, quod firmamentum tanto tempore vigentem ſervet pulchritudinem, ſed quod quantum progreditur tempus, tantum augeatur & pulchritudo?*

134. Cod. 1126. Ἕως ὁ πῆξας. A Verbo, & per Verbum facta, & creata fuiſſe omnia a Deo communis eſt omnium Patrum ſententia, qui hoc potiſſimum in Geneſi explicanda contra Ethnicos probandum ſibi ſumpſerunt: *Verbo* enim *Domini caeli firmati ſunt*, *Pſalm.* XXXII. 6. Et *In principio erat Verbum .... omnia per ipſum facta ſunt*, *Iohan.* 1. Τοῦτον τὸν λόγον ἔχων ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν. *Hoc Verbo uſus eſt adminiſtro operum ſuorum, & per illud omnia condidit*, S. Theophilus *ad Autolyc. lib.* II. 10. Platonico tamen more ſe expreſſiſſe Piſidam patet ex *Timaeo Locro*: Δηλούμενος ὦν ἄριστον γέννημα ποιῆν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γενατὸν, οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω, ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, αἴποκα δήλετο αὐτὸν διαλύειν. *Quum Deus vellet pulcherrimum factum producere, hunc effecit Deum genitum* mundum *numquam corrumpendum ab alia cauſſa, praeterquam a Deo, qui ipſum compoſuit, ſi quando voluerit ipſum diſſolvere.* Ac deinde διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τῶν τοιούτων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη, δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν· φιλίαν τε ἔχει ἐκ τούτων, ὥς εἰς ταυτὸν αὐτῷ ξυνελθὸν, ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι. *Itaque ob eam cauſſam, & ab iis rebus numero quatuor mundi eſt corpus effectum, ea conſtructum proportione, qua dixi: ex quo ipſe ſeſe concordi quadam amicitia, & caritate complectitur, atque ita apte cohaeret, ut diſſolvi nullo modo queat, niſi ab eodem, a quo eſt colligatus.*

135. David dixit Deum eſſe amictum luce: *Amictus luce, ſicut veſtimento. Pſalm.* CIII. 2.

136. Aërem telae tenuiſſime intextae ſatis belle comparat Piſida. Eodem modo, ſed frigiduſcule, telae aequiparat pluviam Severianus *Homil.* III. 6. Ὥσπερ στήμονα λεπτὸν γυνὴ διανήσασα τέμνει τὸ ἔριον εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους ὄψεις, οὕτως τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς θαλάσσης εἰς σταγόνας, ὥσπερ νήματι κατατέμνων, οὕτως πέμπει τῇ γῇ. *Ut mulier ſubtile ſtamen nens, lanam diſpertit in multa, & diverſa fila, ſic immenſam maris altitudinem in ſtillas, quaſi fila dividens, ita in terram mittit.*

140. Ele-

140. Eleganter cum caelum ſtellis, tamquam margaritis, eſſe ornatum dixiſſet, Solem, & Lunam *lychnitas* vocat. Ludit enim in voce λύχνος lucerna, unde λυχνίτης *lychnites* gemma fulgentiſſima, de qua Aelianus *lib.* VIII. 22. *Var. Hiſt.*, & Pſellus *de Lapidibus* ſimilia narrant iis, quae leguntur in Luciano, ſi tamen Luciani eſt libellus *de Dea Syria*: λίθον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται· οὔνομα δὲ οἱ τῷ ἔργῳ ἡ συντυχίη· ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ὑπὸ δὲ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας, οἷον ὑπὸ λύχνοισι φαίνεται· ἐν ἡμέρῃ δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει· ἰδέην δὲ ἔχει κάρτα πυρώδεα. *Gemmam in capite fert, quae lychnis vocatur: nomen illi res ipſa dedit. Ab hac noctu fulgor multus coruſcat, ut ab ea tamquam a lucernis aedes tota reluceat. Interdiu ſplendor ille imbecillior eſt: ceterum ſpeciem habet valde igneam.*

143. Λευκόπυρτος, nova vox ad deſignandum lumen Lunae aptiſſima, λευκόπυρτος enim eſt *igne candens*, ut dicitur ferrum, quando eſt inflammatum.

146. Φραγμώσας, non a φράττω, ſed a φραγμόω derivavit Piſida. Elementorum diverſitatem, & concordiam indicat. Pervulgati ſunt verſus, quibus Ovidius *Metamorph. lib.* I. 15. elementa inter ſe pugnantia deſcribit, quae tamen Deus

Diſſociata locis concordi pace ligavit.

149. Στιγμὴ. Plinius *lib.* II. *c.* 68. *Hae tot portiones terrae, imo vero, ut plures tradidere, mundi punctus (neque enim eſt aliud terra in univerſo) haec eſt materia gloriae noſtrae, haec ſedes &c.* Simile eſt illud Senecae *lib.* I. *nat. quaeſt. in Prooem. Hoc eſt illud punctum, quod inter tot gentes ferro, & igni dividitur. O quam ridiculi ſunt mortales!*

151. Κέντρον κοσμαγωγὸν, *mundum fulciens, & ſuſtentans.* Puto caeli cardines, & polos intelligere, quibus inniti caelum veteres tradiderunt, vel axem mundi.

154. Cod. 1126. σοὶ κεντρύμενος μόνῳ.

158. Idem Cod. νυγμή.

161. Climatum diverſitatem deſignat. Confer S. Baſilium *Homil.* VI. 8.

163. Cod. 1126. εἰς ὑπαίθρια σκέπης.

167. Idem Cod. Καὶ τάς. Cum hic loquatur Poëta de Angelis poſt caelum, & in ipſo caelo, non ante caelum, & mundum conditum eos fuiſſe creatos videtur deſignare. Pro utraque ſane ſententia ſtant Patres, & Doctores ampliſſimi, neque enim in Moſis hiſtoria de eorum creatione proditum quidquam invenitur. Petavius, qui fuſe hanc quaeſtionem tractat *lib.* I. 15. de Angelis, illud recte tantum ſtatuit, neutri ex hiſce opinionibus certam Scripturae auctoritatem ſuffragari: nimis enim confidenter affirmat, eſſe omnino exploſam eorum ſententiam, qui Angelos cum mundo conditos dicunt. Et quidem ſi conſideremus Piſidam agere de Angelis, antequam de ſole, & ſideribus, hoc eſt de lucis creatione quidquam attingat, non temere inde deducemus, ipſum cum mundo productos credidiſſe, & a S. Auguſtino minime diſſentire, qui *lib.* XXII. 10. *contra Fauſtum*, & *lib.* II. 8. *de Geneſi ad litt.*, & *lib.* XI. 19. *de Civit. Dei*, Moſem ſub lucis nomine mentionem feciſſe Angelorum exiſtimavit. Vide, quae de Angelorum ſubſtantia diximus *ad verſum primum* I. *Acroaſeos*; atque inde patebit, cur ἀδήλους οὐσίας *incompertas ſubſtantias* eos vocet: nihil enim certi Patres ſtatuiſſe cognoverat, ut mox etiam obſervabimus.

168. Idem Cod. Πνεύματα, Δεικνύς; de huius verbi poteſtate acriter quondam diſputatum eſt inter Nic. Gudlingium, & Iac. Zimmermannum, dum uterque pro ſua ſententia pugnantes Platonis locum in Philebo *pag.* 23. *edit. Serrani* explicarent: Θεὸν τὸ μὲν ἄπειρον τῶν ὄντων δεῖξαι, τό τε πέρας, *Deum ex iis, quae ſunt, oſtendiſſe finitum, & infinitum.* Gudlingius enim τὸ δεῖξαι Platonis per τὸ παρήγαγεν *effudit, eduxit, emanare fecit*, reddendum eſſe affirmabat; Zimmermannus autem rectius contendebat eam eſſe vim τοῦ δεῖξαι, ut ſignificaret *creavit, fecit*, vel *ſpectandum exhibuit*. Videnda haec ſunt in Schelhornio *Amoenit. Litter. tom.* XII. *pag.* 481. At Piſida certe uſurpavit δεικνὺς pro ποιῶν; ſecutus eſt enim Davidem dicentem ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους κ. τ. λ., verum Platonico fortaſſe maluit uti verbo, quo ſe a difficultate expediret circa Angelorum naturam, de qua tam varie Patres locuti ſunt: nam ſi τὸ ποιῶν pro τὸ δεικνὺν adhibuiſſet, timendum fortaſſe erat, ne tunc temporis hominibus videretur Angelos feciſſe corporeos, quod ſane nolebat adfirmare. S. Gregorium Nazianzenum, ut puto, legerat dicentem *in fine Orat.* XXXV. Ποιεῖ γὰρ λέγεται τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· εἰ μὴ ποιεῖν μὲν ἐστὶ τὸ συντηρεῖν τῷ λόγῳ, καθ' ὃν ἐγένοντο .... πλὴν ἤτοι γε ἀσώματος ἔστω, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω· ὁρᾷς ὅπως ἰλιγγιῶμεν περὶ τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχομεν ὅποι προέλθωμεν; *Proditum eſt enim Angelos ſuos facere ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis: niſi forte hoc loco* facere *nihil aliud ſignificet, quam eadem, qua primum procreati ſunt ratione, tueri, ac conſervari .... ſed ſint plane incorporei, aut quam proxime ad hoc accedentes. Videſne, quomodo circa huiuſmodi ſermonem aeſtuemus, nec quo progrediamur, habeamus?* Et *Orat.* XLII. Εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον, καὶ ἀσώματον, εἴτε τινὰ φύσιν ἄλλην, ὅτι ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων ταῦτα, ὑποληπτέον. *Sive ſpiritus mente praeditos, ſive ignem tamquam materiae, & corporis expertem, ſive aliam quamdam naturam proxime ad eas, quas diximus, accedentem*, Angelos *exiſtimare oportet*. Πυρίστομον *igniloquum*, vel *os flammeum*.

169. Τὸ θερμὸν pro θερμότης, *calor, vis fervida*: & τομὸν pro τμητικὴ φύσις *vis actuoſa, ac ſubtilis*.

170. Τετράμορφος, Angelos quadriformes conſtituit. Patet Ezechielem eſſe ſecutum, qui *c.* I. 6.

mira-

mirabilem viſionem de Throno Dei deſcribens ſic de Cherubinis ait: *Et quatuor facies uni, & quatuor alae uni*. De quadruplici Angelorum forma conſulendi ſunt Commentatores in Ezechielem, & praeſertim Pradus, & Villalpandus, Bonfretius, & Calmetius. Vide etiam epiſtolam Photii 157., quae eſt eiuſdem argumenti explicatio.

172. Cod. 1126. πλῆθος αὐταῖς Ezechiel. I. 18. *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor*. Et *ibid.* x. 12. *Et omne corpus eorum, & colla, & manus, & pennae, & circuli, plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum*. Severianus *Orat.* II. *de creat. mundi*: Διὰ τοῦτο, ait, τὰ Χερουβεὶμ πλήρη ὀφθαλμῶν .... ἐπειδὴ ἡ σοφία πανταχόθεν βλέπει, πανταχόθεν ἀνεῳγμένον ἔχει τὸ ὄμμα. *Ideo Cherubim plena ſunt oculis .... quia ſapientia undique conſpicit, & undique apertis eſt oculis.*

173. De Angelorum intelligentia, & in homines miniſterio plura habet Pſeudo-Dionyſius, quae cum Piſida concordant.

175. Invictum argumentum ad Sanctiſſimae Trinitatis myſterium adſtruendum, quo omnes uſi ſunt Patres, elicit Piſida ex Iſaia VI. 2. *Seraphim ſtabant in circuitu eius: ſex alae uni, & ſex alae alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: & clamabant* Sanctus Sanctus Sanctus Dominus exercituum: *plena eſt omnis terra gloria eius*. Pro *Sabaoth*, vel *Domino exercituum*, Piſida habet παντόκρατορ. De Triſagio, quo ſibi obiectam fuiſſe Trinitatis imaginem oſtendit Heſaias, vid. Dionyſ. *de caeleſti Hierar. cap.* 7.

176. De tribus Angelorum Hierarchiis, quarum ſingulae tres ordines complectuntur, *ibid. cap.* 6.

177. De Seraphinis, eorumque appellatione *ibid. cap.* 7. Cur autem ipſi dicantur in motu conſiſtere εἰς ἀκίνητον τάχος *immobili velocitate*, late explanatur in Scholiis S. Maximi, Paraphraſi Pachimerae, & notis Corderii ad idem caput: ubi Seraphim triplicem habere mobilitatem, ſcilicet naturae, intelligentiae, & voluntatis dicuntur, eaque omnia, quae de illis tradita ſunt, ad Trinitatem ſignificandam rite referuntur.

179. Quid alae ſignificent in Seraphinis, & cur pedes obtegant, exſequitur Dionyſ. *cap.* 4., & Severianus *Orat.* II. ſic ſenſum aperit: Διὰ τί δὲ σκεπάζουσι τοὺς πόδας, καὶ τὴν κεφαλήν; ἐπειδὴ οὔτε ἀρχὴ εὑρίσκεται, οὔτε τέλος· ταῖς δὲ δυσὶ καλύπτουσι τὴν κεφαλὴν, ταῖς δυσὶ τοὺς πόδας· δηλονότι ταῖς μέσαις πτέρυξι πέτονται, οὐ ταῖς ἄνω, οὐ ταῖς κάτω· δεῖ γὰρ ἡμᾶς περὶ Θεοῦ λαλοῦντας τὰ μέσα λαλεῖν .... σκέπει δὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς πόδας, οὐχ ἵνα κρύψῃ, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ, ὅτι ἀνεξερεύνητα, ὅτι ἀκατάληπτα. *Cur autem pedes obtegunt, & caput? quia nec principium, nec finis reperitur: duabus tegunt caput, & duabus pedes: nempe duabus mediis alis volant, non ſuperioribus, nec inferioribus. Nos enim de Deo loquentes media tantum attingere oportet ... Tegunt autem caput, & pedes, non ut abſcondant, ſed ut doceant, haec eſſe inſcrutabilia, incomprehenſibilia.*

182. Τριφεγγὴς, *trina luce coruſcans*. Nova vox a τρὶς, & φέγγος, duriuſcula viſa eſt Morellio haec dicendi locutio τριφεγγὴς σέλας *trinae lucis iubar* de Trinitate: ac proinde legere maluiſſet, ut eſt in nonnullis Codd. μέλος pro σέλας: ſed nihil immutandum eſſe exiſtimo: ſatis enim aperta eſt mens Piſidae; alioquin ſenſus obſcurior evaderet. Ac S. Iohan. Damaſcenus *Carm. in Pentecoſt.* SS. Trinitatem τελεσιφεγγόφαντον φύσιν, *triplici ſplendore lucentem naturam*, & τρίφεγγον οὐσίαν *triplicis ſplendoris ſubſtantiam* vocat. Invenitur ſcriptum ἁγιαστεία, & ἁγιαστία *ſanctitas, ſanctificatio, ſancta ſanctorum.*

183. Ad rem S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XLII. Οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα, καὶ θεότητα. *Sed nimirum ſancta ſanctorum, quae etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus Sanctificationibus in unam Dominationem, & Deitatem coeuntibus, celebrantur.* Ad quae verba Commentator Niceta: *Ex eo enim quod tertio vocem illam* Sanctus *repetunt, tres perſonas indicant; ex eo autem quod ſemel dumtaxat* Domini *vocem ſubiungunt, unam Divinitatem declarant, quemadmodum & magnus Athanaſius docuit.*

184. Ἐυσύνοπτα, *evidenter, aperte*, pro ἐυσυνόπτως.

185. Cod. 1126. habet Θεοῤῥήτω· σύνεξις, a συνέχω, *complexio, coniunctio.*

186. Severum, & Philoponum, ceteroſque Monophyſitas aperte carpit Piſida, qui cum in Verbo duas naturas admittere recuſarent, duas autem hypoſtaſes in ipſo coaluiſſe acriter contenderent, quartam perſonam Sanctiſſimae Trinitati impudentiſſime affingebant. Sed haec, & quae ſequuntur, fuſius in Poëmatio contra Severum examinabimus.

187. Ἡνωμένως ab ἑνόω, *unitive coniunctim.*

189. Cod. 1126. τὴν ἁγιότητα, & in *v.* 192. μετὰ σάρκα.

197. Suppletus ex Cod. Vat. 1126., qui videtur ſenſum minus rectum continere: ſi enim dumtaxat quis dicat Chriſtum eſſe *duplicem unicam naturam*, quam propius acceſſerit Monophyſitis, qui ex duabus unam in Chriſto naturam aſſerebant. Unde mihi ſtatim iniectus eſt ſcrupulus amanuenſis malitia fuiſſe in hunc locum coniectum. Noluimus tamen reiicere; eo quod ſatis ſtet firma ſententia Piſidae, qui ex verſibus ſuperioribus, quid intelligat, declarat.

198. Cod. 1126. ἐν ὕψει κτισμάτων. Ποίων λειμώνων καὶ παραδείσων οὐκ ἂν εἴη τερπνότερον ἰδεῖν ἐν μέσῃ τῇ νυκτὶ τὸν οὐρανὸν κατεστεμμένον, καὶ καθάπερ τοῖς ἄνθεσι τῇ διαφορᾷ τῶν ἄστρων καλλωπιζόμενον, καὶ πολὺ τὸ φῶς εἰς τὴν γῆν αὐτοὺς καταπέμποντας; *Quibuſnam pratis, & hortis iucundius non fuerit ſpectare in media nocte caelum ſtellis diſtinctum, & ſtellarum*

larum varietate, quaſi floribus quibuſdam conſperſum, & ornatum, multum lucis ſuper terram effundere? S. Iohan. Chryſoſt. *Homil.* IV. *in cap.* I. *Geneſ.*

201. *Et diviſit lucem a tenebris: appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. Geneſ.* I. 4. Vide S. Baſilium *Homil.* II. 7. 8.

202. Πῦρ γεωργῶν. Ignem dicit Deum agricolari, vel excolere, ut eius utilitatem demonſtret, quaſi igneam ſubſtantiam Deus, veluti ſemen agricola, quaquaverſus effuderit. Ἀναγκαία τῷ παντὶ τοῦ πυρὸς ἡ οὐσία, οὐ μόνον πρὸς τὴν τῶν περιγείων οἰκονομίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν συμπλήρωσιν τοῦ παντός· κολοβὸν γὰρ ἂν ἦν τὸ ὅλον ἑνὶ τῷ μεγίστῳ καὶ κυριωτάτῳ πάντων ἐλλεῖπον. *Ignis ſubſtantia neceſſaria eſt univerſo, non ad conſtituendas ſolum terreſtres res, ſed ad univerſum etiam complendum: nam mutilum eſſet totum, ſi uno hoc maximo, & omnium opportuniſſimo elemento deſtitueretur.* S. Baſilius *Homil.* III. 5.

204. Λεπτόσωμος, *tenue corpus habens.* Sic eleganter Piſida vocat aërem, de quo S. Baſilius *Homil.* IV. 1. Ὀψόμεθα ἀέρα κεχυμένον, μαλακόν, καὶ ὑγρὸν τῇ φύσει, οἰκείαν μὲν καὶ διηνεκῆ τροφὴν τοῖς ἀναπνέουσι παρεχόμενον, ὑπείκοντα δὲ καὶ περισχιζόμενον τοῖς κινουμένοις δι' ἁπαλότητα, ὡς μηδὲν ἐμπόδιον εἶναι παρ' αὐτοῦ τοῖς ὁρμῶσιν, ἀεὶ πρὸς τὸ κατόπιν τῶν τεμνόντων αὐτὸν ἀντιπεριϊσταμένου ῥᾳδίως καὶ περιῤῥέοντος. *Contemplabimur diffuſum aërem, mollem, & ſuapte natura humidum, proprium, & perpetuum reſpirantibus alimentum ſuppeditantem, cedentem autem, & prae mollitia a corporibus motis ſeſe interſcindi ſinentem; nihil ut impedimenti ſit per ipſum meantibus: cum ad tergum ſemper eorum, qui ipſum findunt, recipiat ſe facile, ac diffluat.*

205. Aërem ſupra v. 135. caeli veſtem dixerat. Ἀνταπέρχομαι idem ac ἀπέρχομαι, *redeo, revertor.*

208. Εὐτάλαντος ex εὖ *bene*, & τάλαντον *libra*, *atque ponderans.*

209. Cod. 1126. τὸν ἄφθονον. S. Gregorium fortaſſe legerat Piſida eodem pene modo de aëre ſcribentem *Orat.* XXXIII. Τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον, καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίαις, οὐ τύχαις μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον· ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομήν, αὐταρκείᾳ περιλαμβανόμενον, καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον· τὸ τῆς πτηνῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἕδραν, τὴν ὡρῶν εὐκρασίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν; ἐν ᾧ τὰ σώματα, καὶ μεθ' οὗ λόγος; κ. τ. λ. *Quis aërem fudit, uberem, inquam, hunc & copioſum theſaurum, non pro cuiuſque dignitate, atque fortunis varie dimenſum, non finibus ullis incluſum, ac circumſcriptum, non pro aetatum ratione diſtributum, verum quod olim in manna contigit, quantum cuique ſat ſit, impertitum, atque aequabilitatis honore decoratum? Quis, inquam, hoc avium vehiculum, hanc ventorum ſedem, hoc inquam elementum, quo & anni partes temperantur, & animantur animantia, vel anima potius cum corpore conſervatur; in quo corpora, & in quo loquimur? &c.*

215. Idem Cod. τὰς ῥοὰς ἀνωμένας. Et in verſu ſequenti συμμεμιγμένας.

217. De ſole ſimilia habet idem S. Gregorius Nazianz. *ibid.*, a quo vocatur καλὸς ὡς νυμφίος, ταχὺς ὡς γίγας καὶ μέγας, *pulcher, ut ſponſus, magnus, ac celer ut gigas*: quod eſt in *Pſal.* XVIII. 6. *Exſultavit ut gigas ad currendam viam.*

220. Mundi pupillam πανοπτείαν *omnia intuentem* poëtica elegantia vocat ſolem. S. Baſilius *Homil.* VI. 1. Τῆς φύσεως ὀφθαλμὸν διαυγῆ *naturae oculum pellucidum* appellavit. Vocis πανοπτεία exempla alibi non inveni.

221. Cod. 1126. ὑπὸ γῆν, ἑσπέρας. *Gen.* I. 14. *Fiant luminaria in firmamento, & dividant diem, ac noctem.* Et *Pſal.* CIII. 23. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam.* S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XXXIV. Πῶς ἡμέρας δημιουργὸς ὑπὲρ γῆς, καὶ νυκτὸς ὑπὸ γῆν; *Quomodo diem procreat, cum ſupra terram eſt, ac noctem, cum ſub terra?* Vid. S. Baſil. *Homil.* VI. 3.

223. Varias opiniones attingit circa ſubſtantiam Solis, & viſionem, quae fit per ſolarium radiorum immiſſionem. Cum ſolem vocat κοσμικὸν κάτοπτρον, *mundi ſpeculum*, ſolarium radiorum ad oculos effuſionem, quam etiam πρόσλαμψιν appellat, intelligit; quae quidem fuit Empedoclis ſententia, a qua non multum diſſentiunt recentiores Philoſophi, qui viſionem eſſe plurium radiorum in retinam collectorum receptionem putant: cum autem ὀπτικὸν σπινθῆρα, *viſivam ſcintillam*, & τῶν ὀμμάτων ἔκλαμψιν *oculorum coruſcationem* nominat, radiorum ex oculis emiſſionem indicat iuxta Platonicos una cum Stoicis exiſtimantes ex oculis lucem emicare, quae una cum lumine externi aëris obiectum, quaſi manibus prehendat, ac tum in oculos ſe recipiat; ubi vero in pupilla inſederit, fieri viſionem, quae videndi ratio συναύγεια a Platone dicta eſt. Denique cum dicit ξένην φύσιν ποιουμένην ἐκδοχὰς, *extraneam naturam, quae introducta recipitur*, Epicureorum, & Peripateticorum ſententiam denotat, qui per incurrentes ſpecies corporeas, vel idola corporea, quae atomorum ex intimis corporibus avolantium eſſent quaedam effluxiones, nos videre autumabant. Haec omnia examinata accuratius invenies in Notis, & Diſſertationibus, quas novae editioni memorati libri *de placitis Philoſoph.* adiecit magnum Italiae decus Cl. Vir P. Eduardus Corſinius. Vide *ibid. lib.* IV. 13., & *lib.* II. 20.

227. Cod. 1126. τὴν φορὰν.

228. Idem Cod. τῇ ῥοῇ τῆς ἀκτῖνος. De vi ſolis infinita ſunt ea, quae dici poſſent; quae tamen quiſque tum in ſacris, cum in profanis Scriptoribus facile poſſit invenire. Conſentiunt Piſidae S. Baſilius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Iohan. Chryſoſtomus, & Euſtathius Antioch. in locis citatis.

230. Idem

230. Idem Cod. pro ἴχει melius βρύει. Solis virtutem eleganter expreſſit dicens habere fontes lucis κοσμοκινήτους *mundum agitantes*, ac *pervadentes*. Ecquid enim eſt, quod ſol non praeſtet, & operetur? Recte ab Homero ἀκάμας *indefatigatus*, τερψίμβροτος *delectans homines*, παμφανόων *omnia illuſtrans* eſt nuncupatus. Plinius *lib.* VI. 6. *Eorum medius ſol fertur .... hunc mundi eſſe totius animum ac planius mentem: hunc principale naturae regimen, ac numen credere decet, opera eius aeſtimantes.*

231. S. Iohan. Chryſoſt. *Homil.* VI. 3. Ἅμα τῷ ὄρθρῳ φανέντες, καὶ πάντας τὸ τῶν ἀνθρώπων φῦλον διεγείρει πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἔργων ἐπιτήδευσιν. *Simul, atque mane exortus fuerit, omne hominum genus ad ſuorum operum ſtudia excitat.*

232. Vide quae diximus ad verſum 98., & ſequentes: eadem enim, quae de motu caeli adfirmaverat, ad motum ſolis hic transfert; quippe eo libenter redit, ut probet, ita res a Deo eſſe conſtitutas, ut dum inter ſe pugnare videntur, ipſa tamen diſcordia colligatae in ſuo ordine ſingulae contineantur. Piſida non multum diſſentit ab opinione Empedoclis, qui teſte Plutarcho *de placitis Philoſoph. lib.* II. 23. Τὸν ἥλιον ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων. *Solem a continente ipſum ſphaera, atque a tropicis circulis prohiberi, ne recta uſque ad univerſi fines excurrat.* Quid ſi quis dicat in hiſce contrariis inter ſe caeli, ſolis, & aſtrorum motibus, converſionibuſque, quibus ſuum ſyſtema caeleſte videtur Piſida conſtituere, multum celebratas illas poſt Keplerum, & Newtonum attractionis leges imperita quaſi manu fuiſſe adumbratas, atque expreſſas? ac Piſidae στίγμα nihil aliud eſſe, quam recentiorum vim centripetam, & centrifugam? Citantur autem hi ſenarii ab Iſaacio Tzetze in Scholiis ad Lycophronem *v.* 1467.

236. Cod. 1126. pro τάσει, ςάσει.

237. Habes hunc ſenarium cum ſequenti ſupra *v.* 118.

238. Cod. 1126. συγκρατεῖται.

242. Fuere ex antiquis Philoſophis, qui lunam dicerent a ſole illuſtrari: alii, qui proprium, ſed ſubobſcurum lumen habere putarent: alii tandem, qui & proprium habere, itemque a ſole mutuari adfirmarent. Primam ex hiſce tribus ſententiis ſecutus Piſida, lunam vocat obſcuram lampadem, quam Deus igne ſolis accendit: quod tamen ipſe nonniſi cunctanter aſſeverat, veritus ſane, ne videretur a Scriptura diſcedere, in qua luna *luminare minus* eſt appellata. Vide S. Baſilium *Homil.* IV. 3., qui de lumine ſolis, & lunae eamdem prorſus habendam eſſe rationem fruſtra contendit; utraque ſcilicet luminaria eſſe veluti quaſdam lucernas, quae aliunde accenſae lumen hominibus adferant, & forte vicaria terram illuſtrent.

244. Cod. 1126. Κιχρᾶς.

247. Lucem primo die fuiſſe creatam, quarto autem productum ſolem cum legerent Patres in ſacris litteris; primo quidem die informem, & imperfectam lucem eſſe factam dixerunt, quarto vero die fuiſſe abſolutam, & conſummatam. S. Baſilius *Homil.* VI. 2. Τότε μὲν αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη· νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα, ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκευάσθη. *Tunc enim producta eſt ipſa lucis natura; nunc autem eſt ſolare illud corpus conditum, vehiculum ut ſit primogenitae illi luci.* Ibi videndum, quae ſit differentia inter φωτισμὸν *ſplendorem*, & φαῦσιν *illuminationem*.

248. Platoniſmum redolet, quod ait Piſida circa rythmum, vel harmoniam, quae inter id quod eſt neceſſarium, & id quod imperat neceſſitati, dignoſcitur. Plato in Timaeo *tom.* 3. *p.* 47. Δεῖ δὲ καὶ τὰ δι᾽ ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι· μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε κόσμου γένεσις, ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη· νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος, τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά δι᾽ ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ᾽ ἀρχὰς συνίστατο τόδε τὸ πᾶν. *Reſtat, ut illa, quae* neceſſitate *facta ſunt oratione perſequamur. Mixta enim fuit haec mundi creatio; ex* neceſſitate *nimirum, & intelligentiae coniunctione mundus genitus eſt. Quum igitur* mens, & intelligentia *Opificis* neceſſitate *ſuperior, illi imperaret, eamque parere cogeret, ut res quamplurimae naſcerentur, & ad optimum quemdam ſtatum adducerentur: in hunc omnino modum* neceſſitate *cedente ſapienti* mentis *illius imperio, conſtitutum eſt initio hoc univerſum.* Νοῦς itaque, vel ἐξουσία tam Platoni, quam Piſidae eſt Deus, prima efficiens cauſſa, quae mundum creavit, ἀνάγκη vero eſt ſive forma materiae impreſſa, ſive lex illa, qua res creatae ſuo quaeque explendo muneri ſunt deſtinatae; unde illa ῥυθμὸς, vel harmonia conſtituta eſt, qua omnia regi, ac temperari videmus, ut ibidem ait Plato. Id etiam apertius colligitur ex initio Dialogi, qui *Timaeus Locrus* inſcribitur. Luculentiſſime haec explicat Cicero *Acad. quaeſt. lib.* 1. *circa medium*, & Plutarchus *de plac. Philoſ. lib.* 1. *cap.* 26. Ceterum Piſida per Platonicas ambages illa verba expreſſit *Geneſ.* I. 16. *Fecit Deus luminare maius, ut praeeſſet diei*; & *Pſal.* CXXXVI. 7. *Qui fecit ſolem in poteſtatem diei, lucem, & ſtellas in poteſtatem noctis.*

251. Quae de luna, eiuſque humida qualitate dici ſolent, ac poſſent, videnda ſunt apud Phyſicos, & in Plutarcho *de facie in orbe lunae*, ubi praeter cetera, quae cum Piſida conſentiunt, haec ad rem noſtram: Αὐτῇ τῇ κράσει μὴ πυρώδη, μηδὲ αὐχμηρὰν, ἀλλὰ μαλακὴν καὶ ὑδρωπικήν· ξηρότητος μὲν γὰρ οὐδὲν ἀφικνεῖται πάθος ἐπ᾽ αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς, ὑγρότητος δὲ πολλὰ καὶ θηλύτητος. *Cum ipſius lunae temperies non ſit ignea, non ſqualida, ſed mollis, & aquoſa: nam ad nos a luna nulla pervenit*

nis ſiccitatis effectio ; multum vero humiditatis, & ſemineae ubertatis. Ariſtoteles tamen *de Hiſt. Animal. lib.*II. *cap.*2. eos irridet, qui lunae femineum ſexum tribuunt, quia luna decreſcente feminas ſanguinis profluvia habere contingat. Ὑγροποιὸς, *humectans, aquoſus*.

254. Cod. 1126. τῇ ὀροχύσει.

255. Graeci, ut conſtat ex Poëtis, dixere lunam ſolis filiam, & ſororem; Piſida facit uxorem. Non invitus aſſererem ex Plutarcho id expreſſum, qui in fine eiuſdem libri *de facie Lunae* ſic ait: Καὶ γὰρ τὴν αὐτὴν σελήνην ἔρωτι τοῦ ἡλίου περιπολεῖν ἀεὶ καὶ συγγίνεσθαι, ὀρεγομένην ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον. *Nam ipſam quoque lunam* dicunt, *amore ſolis aſſiduo revolvi, & cum eo coire, prolis concipiendae deſiderio*.

257. Cod. 1126. δεῖξῃ τῶν ἀστρωμάτων τὰ βρίθη.

259. De elementorum diſcordia, & concordia egregie S. Baſilius *Homil.*IV. 5., qui per eam, quam unumquodque elementum habet cum affini ſocietatem, contrario coniungi affirmat. Καὶ οὕτως γίνεται κύκλος, καὶ χορὸς ἐναρμόνιος συμφωνούντων πάντων, καὶ συστοιχούντων ἀλλήλοις. *Atque ita omnibus conſentientibus, ac mutuum quemdam ordinem inter ſe habentibus, circulus fit, ac mutuus chorus*. Vide Ariſtotelem *de Mundo cap.* V., & ea, quae ſupra ad *verſ.* 145.

262. Τετράς, *quaternio*, dictum de quatuor elementis.

263. Maximus Tyrius *Diſſert.*I. *in fin.* Οὐρανὸν μὲν, οἷον τεῖχός τι ἐληλαμένον ἐν κύκλῳ, ἄῤῥηκτον πάντα χρήματα ἐν ἑαυτῷ στέγον· τὴν δὲ, οἷον φρουρὰν καὶ δεσμὸν ἀλιτηρῶν σωμάτων. *Et caelum quidem validis compagibus muri ad inſtar circumcirca ſuſpenſum maneat, ut omnia amplexu ſuo continere poſſit: terra quaſi cuſtodia, & carcer noxiorum corporum ponatur &c.*

264. Κιόνων, *columnarum*; pro κρίων Morellius legendum putavit, quod ſenſum obſcurum inveniret; ſed nihil immutandum. Obſcuritatem tolles, ſi participium ἀντωθουμένων, quod eſt in verſu ſequenti poſitum, hyperbato Graecis familiariſſimo, repetas, & voci etiam οἶκος facias inſervire.

266. Melius οὕτω. De iis, quae ſequuntur circa concordem diſcordiam elementorum dictum eſt ad *verſ.* 145., & 259.

267. Cod. 1126. ταύτας περιθεὶς.

270. Suppletus ex Cod. 1126. S. Iohan. Chryſoſtomus *Homil.*VI. 5. Ἀλλ' ἕκαστον τῶν στοιχείων τοῖς ἐκείνοις ὅροις ἐμμένον οὐδέποτε ὑπερβαίνει τὸ οἰκεῖον μέτρον, ἀλλὰ τὴν διάταξιν τοῦ δεσπότου φυλάττει, τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν πληροῖ. *Verum elementa quaeque intra ſuos terminos manent, & numquam ſuam menſuram tranſgrediuntur; ſed diſpoſitionem, & ordinem cuſtodiunt, ſuumque opus faciunt*.

271. Melius ἔργον· ἔργον ἀερόστημον, *opus ex aëreo ſtamine confectum*. Vide ſupra *verſ.* 135.

274. Cod. 1126. εἰς τὸ θάλψαι.

275. Ἔνομβρος *pluvius*. Lexica habent ἔνομβρος, & ἐπομβρος.

281. Vide S. Baſilium *Homil.* VI. 8. egregie deſcribentem quatuor temporum ſucceſſionem. Ariſtoteles *de Mundo cap.*V. Τίς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀψευδὴς τάξις, ἤπερ ἣν φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως; ἡμέρας τε καὶ νύκτας εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ; *Ecquae vices tam ratae eſſe poſſunt, quam belle ſunt rerum omnium productrices anni tempeſtates temperatae, quae ordinem quaeque ſuum ſervantes aeſtates, hiemeſque adducunt, itemque noctes, & dies, quibus menſis, & annus conficitur*,

288. Cod. 1126. τὸ κρυμνόν.

290. Elegantiſſima comparatio, qua paſſim utuntur Philoſophi, & Poëtae. Vide Platonem in Timaeo *pag.*40., & Ariſtotelem *de Mundo cap.*VI. qui Deum facit chori coryphaeum, cui omnes res creatae accinunt. Recte autem Piſida anni partes comparat puellis, quae inter ſaltandum digitos conſerunt, ultima enim pars unius praecedentis fit prima pars, & initium alterius ſequentis; atque ita ſenſim ſibi invicem ſuccedunt. Proinde Graeci ſinguli anni tempora in tres partes dividebant: ſic ὀπώραν primum autumnum, & ultimam aeſtatem vocabant; μετοπώραν autumnum iam confirmatum, & adultum; φθινόπωρον tandem ultimum autumnum, & iam ſeneſcentem, ac primam hiemem. S. Gregorius Nazianzenus *Orat.*XII. pacis utilitatem demonſtrans, ſic ait: Ὧραι δὲ ἠρέμως κιρνάμεναι, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλαις ὑπεξιοῦσαι, καὶ τὸ τῶν ἄκρων ἀυστηρὸν τῇ μεσότητι τιθασσεύουσαι πρός τε ἡδονὴν ἅμα καὶ χρείαν ἐπιτηδείως εἰρήνῃ βραβεύονται. *Anni partes, cum placide inter ſe miſcentur, ſenſimque ſibi invicem cedunt, & ad hominum non ſolum uſum, & commoditatem, ſed etiam voluptatem, utriuſque extremi aſperitatem mediocritate mitigant, pace gubernantur*. Vide Maximi Tyrii *Diſſertat.* XXV. *pag.*255. *edit. Iohan. Daviſii*.

294. Παντοποιὸς *omnia efficiens*.

295. S. Baſilius *Homil.* VI. 8. quatuor anni tempora minus eleganter, quam Piſida, deſcribens, ſic de hieme: χειμὼν μὲν γίνεται .... ὥστε καταψύχεσθαι μὲν τὸν ἀέρα, πάσας δὲ τὰς ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις συνισταμένας περὶ ἡμᾶς, ὄμβρων τε αἰτίας, καὶ κρυμῶν καὶ νιφάδος ἀμυθήτου παρέχειν. *Fit hiems ... quamobrem refrigeratur aër, ac omnes humidae exhalationes circa nos coactae, imbrium, frigorumque, & nivium copioſiſſimarum cauſſa ſunt, & origo*.

296. Frigoris vim explicat per metaphoram deſumptam a forcipe, qua verſatur ignis: frigoris enim, & ignis prope idem ex diverſa cauſſa eſt effectus. Virgil. *Georg.* I. 93. *Boreae penetrabile frigus adurit*.

299. Μικρὸν ὕπω pro μικρὸν ὕστερον, *paulloposſt*. Veris deſcriptio ex S. Baſilio *ibid.* haec eſt: Καὶ γίνεται ἔαρ, πᾶσι μὲν φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγὸν, δένδρων δὲ τοῖς πλείστοις παρέχον τὴν ἀναβίωσιν, ζώοις δὲ χερσαίοις καὶ ἐνύδροις ἅπασι τὸ γένος φυλάσσον ἐκ τῆς τῶν ἐπιγινομένων διαδοχῆς. *Atque ver accedit*

omni-

omnibus quidem plantis germinandi auctor, arboribus vero plurimis reviviſcendi anſam praebens, omnibuſque animalibus, tum terreſtribus, tum aquatilibus per prolis ſucceſſionem genus aſſervans.

300. Cod. 1126. τρέχεις φύσει.

304. Aeſtatis deſcriptio, quam S. Baſilius *Ibid.* ſic exſequitur: Πρὸς θερινὰς τροπὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν ἄρκτον ἀπελαύνων ὁ ἥλιος τὰς μεγίστας ἡμῖν τῶν ἡμερῶν παρέχει· καὶ διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖστον προσομιλεῖν τῷ ἀέρι, αὐτόν τε καταφρύγει τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν καταξηραίνει, τοῖς δὲ σπέρμασιν ἐκ τούτου συνεργῶν πρὸς τὴν ἅδρυνσιν, καὶ τοὺς τῶν δένδρων καρποὺς κατεπείγων ἐπὶ τὴν πέψιν. *Ad ſolſtitium aeſtivum verſus ipſum ſeptemtrionem pergens ſol, dies nobis maximas adducit; & quoniam diutiſſime in aëre immoratur, torrefacit ipſum aërem capiti noſtro imminentem, & terram omnem exſiccat; hoc pacto, & ſeminum maturitatem iuvans, & arborum fructus ad concoctionem urgens.*

306. Cod. 1126. τοῦ τόπου, καὶ τοῦ χρόνου.

307. Quinque zonas, quae caelum tenent, indicat, ac praecipue torridam, cuius incolae, quoquoverſus illa per Aſiam, Africam, & Americam protenditur, nigrore quodam infecti conſpiciuntur: & temperatas, quas homines album praeferentes corpus habitant. Piſida merito ſtupet, quinam id fiat, & opportunam tamen cauſſam commonſtrat: nihil enim veroſimilius a recentioribus Philoſophis Wiſtono, Tourneminio, Torunſio, Albino, Bouſſonio, ac Maupertuiſio prolatum eſt circa colorum diverſitatem in corporibus humanis, quam quod veteres dixerunt, qui hoc totum ad ſolarium radiorum vim referebant.

309. Cod. 1126. τῶν σπερμάτων. Quae ſequuntur ad vim ſolis explicandam dicta ſunt, & ad varios demonſtrandos effectus, quos ignis, & aqua, aut, ut Phyſicis placet, ſiccum, & humidum, una ſimul coniunctae, & permixtae qualitates praeſtant. S. Baſilius *Homil.* III. 5. Οὐκοῦν ἀναγκαία μὲν τοῦ θερμοῦ ἡ κτίσις διὰ τὴν τῶν γινομένων σύστασιν καὶ διαμονήν· ἀναγκαία δὲ τοῦ ὑγροῦ ἡ δαψίλεια διὰ τὸ ἄπαυστον εἶναι καὶ ἀπαραίτητον τοῦ πυρὸς τὴν δαπάνην. *Neceſſaria igitur caloris creatio, ut ea, quae gignuntur, & coagmentari poſſint, & permanere: rurſus aquae abundantia erat perneceſſaria, quod vis ignis conſumens interquieſcere non queat, neque vitari.* Piſidae ſententiam iam antea nitidiſſime expreſſerat Ovidius *lib.* I. *Metam.* Nili fecunditatem deſcribens:

Quippe ubi temperiem ſumpſere, humorque, calorque,
Corripiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus:
Cumque ſit ignis aquae pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors diſcordia fetibus apta eſt.

Videndus Lactantius *Inſtit. Div. lib.* II. 10., qui haec duo elementa ignem, & aquam, alterum quaſi maſculinum, alterum quaſi femininum eſſe dicit.

311. Cod. Vat. 1126. habet κυρτᾶς γὰρ αὐτὸν, & deinde συμπλέκεις, quod rationi Proſodiae magis conſentaneum: quaſi Piſida ſolem alloquatur. Ac ſaepius quidem occurrit, ut Noſter a tertia perſona ſermonem transferat ad ſecundam. Veniebat etiam in mentem, ut pro ὁδοιπόρῳ legerem δορυφόρῳ, non enim dubito ὑγρὸν ὁδοιπόρον, vel δορυφόρον, *humorem comitem*, vel *ſatellitem* ſolis eſſe lunam, ac proinde horumce verſiculorum intelligentiam ex ſuperioribus 250., *& ſeqq.* omnino pendere.

318. Φορὰ τῆς ὑγρότητος idem, ut puto ac ὑγρότης vel *humor delatus, & attractus*. Morellius elicit ſenſum obſcurum, & menti Piſidae contrarium.

321. Pomiferum autumnum indicat, & quomodo ſiccum, & humidum ad plantarum germinationem concurrant, explanat. Similia habet S. Baſilius in *Homil.* V. 3., qui aeſtatis ad autumnum tranſitum ſic etiam deſcribit *Homil.* VI. 8. Ἐκ δὲ τούτων εἰκάζειν ἔστι τὴν ἐκ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐγγινομένην πύρωσιν τῷ ἀέρι, ὅση τίς ἐστι καὶ ποταπῶν ἀποτελεστικὴ συμπτωμάτων· ἐντεῦθεν διαδεξαμένη ἡμᾶς τοῦ μετοπώρου ἡ ὥρα, ὑποθραύει μὲν τοῦ πνίγους τὸ ὑπερβάλλον, κατὰ μικρὸν δὲ ὑφιεῖσα τῆς θέρμης, διὰ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν μεσότητος ἀβλαβῶς ἡμᾶς δι' ἑαυτῆς τῷ χειμῶνι προσάγει. *Quantus ſane ſit ardor, qui ex radiis ſolaribus aëri accedit, qualeſve caſus, & effectus producat, ex his coniectare licet. Hinc autumni tempus nos excipiens, infringit quidem nimium aeſtum: paullatim vero de calore remittens, ex ſe per temperaturae mediocritatem ad hiemem nos citra noxam deducit.*

325. Ὀπώρα vere eſt *autumnus*, ſed paſſim apud auctores ea vox ad fructus quoſcumque ſignificandos uſurpatur. Ita Anacreon. *Od.* XIV.

Διονύσιος δέ μοί τις
Φερέτω δ' ὥρην ὀπώρης.

333. Cod. 1126. ὄρθρον melius.

338. Τετραπῶλος θέσις idem ac τετραπωλία *quadriga*, quae vox eſt in Gloſſario veteri. Conſule elegantiſſimam deſcriptionem regiae ſolis in Ovid. *Metam. lib.* II., ex qua multa poſſent huc transferri. Ibidem habes nomina quatuor equorum ſolis currum trahentium:

. . . . *Pyroeis, Eous, & Aethon,*
Solis equi, quartuſque Phlegon. verſ. 153.

340. Ἑπτάκυκλος περίδρομος *ſeptem circulorum ambitus*, vox nova hebdomadum periodis deſignandis accomodata. Vide S. Baſilium *Homil.* II. 8.

343. Totus iam, & incumbit Piſida, ut ex ſolis, & lunae, aliarumque rerum creatarum ordine divinam providentiam patere demonſtret, ac proinde Idololatrarum dementiam tacitus reprehendat. Plato in Phaedone multis verbis evincit ea omnia, quae ſub oculorum viſum cadunt, eſſe fluxa, & quidquid eſt corporeum eſſe ſolubile. Hoc principio, quod tamen non tam Platonicum, qpam divinum, & ſacris litteris traditum

tum dixerim, uſi ſunt omnes SS. Patres ad gentium ſtultitiam detegendam, & refellendam inſaniam, qui ſideribus, & ceteris rebus creatis divinitatem tribuebant. Vide S. Baſilium *Homil.* I. 3., alioſque Patres, ac praecipue Lactantium, qui *lib.* II. 2. *Div. Inſt.* praeclare ad rem noſtram ſic ait Ethnicos redarguens; *Qui cum Dei opera mirarentur, ideſt caelum cum variis luminibus, terram cum campis, & montibus .... earum rerum admiratione obſtupefacti, & ipſius artificis obliti, quem videre non poterant, eius opera venerari, & colere coeperunt, ... quae cum videant divinis legibus obſequentia commodis, atque uſibus hominis perpetua neceſſitate famulari, tamen illa Deos exiſtimant.*

344. Vide quae ſupra ad *verſ.* 232.

346. Cod. 1126. δημοφθόρον φύσιν, *univerſo exitiale.*

348. Αὐτοδέσποτος *ſui iuris.* Philo allegoriarum ſcriptor, & Platonicus eximius, qui doctrinam de rerum varietate, & corruptione totis ſuis ſcriptis illuſtrat, cum in principio libri *de Monarchia* gentium ſtultitiam, quae ſidera, ſolem, & lunam, ut Deos venerabantur, reprehendiſſet, concludit: Πάντας τοὺς κατ' οὐρανὸν, ὡς αἰσθητοὺς ὑπενόησαν θεοὺς, οὐκ αὐτοκρατῆ νομιστέον, τὴν ὑπάρχων τάξιν εἰληχότας, ὑπευθύνους μὲν φύσει γεγονότας. *Omnes illos Deos, qui percipiuntur ſenſibus, ſui iuris eos eſſe putandum non eſt, nec habere poteſtatem propriam, ſed ſub praefectorum ordinem tenere, ſic natura factos, ut ſint obnoxii.*

349. Vide, quae Euſebius Caeſarienſis *Praep. Evang. lib.* XI. 32. dicit, ubi Platonicam philoſophiam cum Hebraica conciliat.

350. Cod. 1126. συντεθεῖσαν. S. Baſilius *Homil.* III. 5: Ἔδει δὲ μήτε στάσιν εἶναι πρὸς ἄλληλα, μήτε ἐν τῇ παντελεῖ τοῦ ἑτέρου ἐκλείψει ἀφορμὴν παρασχεθῆναι τῷ παντὶ πρὸς διάλυσιν. *Oportebat autem neque ſeditionem inter ſe eſſe, neque diſſolutionis dari occaſionem univerſo, ob integrum alterius defectum.* Sic de aquae, & ignis concordia.

354. Ἐργόχειρον *opus manuum. Pſal.* VIII. 4. *Videbo caelos tuos opera digitorum tuorum.*

355. Cod. 1126. παγγενοῦς.

356. Idem Cod. ἐπειςάγων κοσμόλεθρος *mundi pernicies.*

358. Vide, quae ſupra ad *verſ.* 248. de neceſſitate dicta ſunt.

359. Egregie Athenagoras *Legat. pro Chriſt.* 16. Οὐκ αἰτῶ τὴν ὕλην ἃ μὴ ἔχει· οὐδὲ παραλιπὼν τὸν Θεὸν, τὰ στοιχεῖα θεραπεύω, οἷς μηδὲν πλέον ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν ἔξεστιν. *Non ea peto a materia, quibus ipſa caret, nec relicto Deo elementa colo, quibus nihil amplius licet, quam quod iuſſa ſunt.* S. Baſilius *Homil.* VI. 2. ſic de ſole: Τὸ ὕδωρ συνήθροιστο ... ἡ γῆ συνεπλήρωτο ... ἥλιος δὲ οὔπω ἦν καὶ σελήνη· ἵνα μήτε φωτὸς ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τὸν ἥλιον ὀνομάσωσι, μήτε τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων δημιουργὸν οἱ τὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες ἡγήσωνται. *Collecta erat aqua ... terra erat referta ... necdum tamen erat ſol, neque luna: ne ſolem lucis auctorem, ac patrem appellarent, neve qui Deum ignorant, rerum e terra naſcentium ipſum arbitrarentur eſſe opificem.* Vid. S. Gregor. Nazianz. *Orat.* XXXIV.

360. Idem argumentum a rerum mutatione, inſtabilitate, atque corruptione deductum, quo Divinae providentiae neceſſitas in mundi gubernatione maxime elucet, & confirmatur, late proſequitur; ac primum probat ex eclipſibus ſolis, & lunae, quibus ſane evincitur neque ſolem, neque lunam αὐτοδεσπότους *ſui iuris* eſſe, ſed a nutu, & imperio Dei pendere.

363. Cod. 1126. melius φωστῆρας.

365. De lucifero ſic Plato *in Timaeo*: Ὁ γὰρ αὐτὸς, πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἁλίῳ. Τοσοῦτον ὁκόσον μὴ ὑπὸ τὰς αὐγὰς αὐτῶ ἀφανίζεσθαι· πόκα δὲ ἑῷος, αἴκα προαγῆται τῶ ἁλίω, καὶ προανατέλλῃ ποτ' ὄρθρον. *Idem enim aliquando veſperus eſt*, ideſt occiduus, *dum ſolem ſequitur, hactenus ut nobis conſpicuus ſit, ſole lucem ſuam abſcondente: aliquando Eous vocatur*, ideſt orientalis, *cum ſolem adventantem antecedit, & ſub diluculum prior oritur.* Lepide Statius *Thebaid. lib.* VI. *v.* 239., ut idem eſſe aſtrum oſtenderet, quod lucifer, & phoſphorus, necnon veſperus, & heſperus vocatur, luciferum ipſum equum mutare dixit ad diverſum iter diei, & noctis conficiendum:

Lucifer, & totidem lunae praeverterat ignes
Mutato nocturnus equo.

367. Cod. 1126. melius διπλόδρομον, *duplicem conficientem curſum.*

368. Anacreon. *Od.* XLIII. 11. cicadam vocat θέρεος γλυκὺν προφήτην, *aeſtatis dulcem prophetam.*

371. Συμπεριληπτικώτατος, *capacior, maioremque molem complectens.* Planetas intelligit, quae ſidera videntur magnitudine ſuperare.

378. Cod. 1126. ἀστράπτον φύσιν melius.

379. Βρασμὸν, quod eſt a βράζω, puto vocare aeris, & ventorum *procellas, turbines &c.* χάλαζα eſt *grando*; χύσις ζόφου ſunt *nebulae*, quas ita appellat, quia Ariſtoteles νεφέλην, & ὁμίχλην, nubem, & caliginem inter ſe differre dixit; πῦρ καταχθὲν eſt *fulmen*, αἰθάλη βραχεῖα, eſt *fulgetrum*, madida ſcintilla dictum, ex eiuſdem Ariſtotelis ſententia, qui meteoras omnes ex humidis, & ſiccis exhalationibus efformari definivit; γῆ τρέμουσα eſt *terraemotus.* Confer haec omnia, ſi velis, cum Ariſtotelis *lib.* I. *Meteorologicorum &c.*

383. Omnes fere SS. Patres Dei potentiam, & clementiam vehementer admirati ſunt, qui, conſtitutis terminis mari, fluctuum impetum ſuo nutu coërceat, & arenae vallo aquas a continenti diſcriminet. *Pſalm.* XCVIII. 10. *Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Vide S. Baſilium *Homil.* IV. 3.

384. Nullus fortaſſe ex Poëtis tum Graecis, cum Latinis tam concinne deſcripſit maris aeſtuantis

tis rabiem, quae fracta, & illiſa tandem quieſcit. Homerus *Iliad.* IV. 432. ſic

> Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
> Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
> Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται· ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.
> *In ponto quidem primum attollitur, ſed poſtea*
> *Ad terram fractus multum fremit, a ſummitate autem*
> *Turgidus exiſtens erigitur: exſpuitque maris ſpumam.*

Quibus Homeri verſibus aureos iſtos verſiculos praeferre non dubitaverim, quibus Piſida mare ut furentem Maenadem, vel ſervum e vinculis ſe ſurripere connitentem repraeſentat. Quid ſimile habet Methodius Epiſcopus Patarenſis *lib. de libero arbitrio*, qui horridam maris tempeſtatem praeter ſpem repente ſedatam dicit: Ἀλλὰ γὰρ ἅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς ἑαυτὴν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, θεῖόν τι πρόσταγμα πεφοβημένη· καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκων τι πρὸς τοῦ δεσπότου προστάττειν ἀναγκαζόμενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον πείθεται, ὃ δὲ πάσχει πράττειν μὴ θέλων, λέγειν τι οὐ τολμᾷ, ὑποθορύζει δὲ ἐν ἑαυτῷ θυμοῦντος πληρούμενος· οὕτω μοι πως ἐφαίνετο καὶ τὴν θάλασσαν ὥσπερεὶ θυμουμένην, καὶ ἐν ἑαυτῇ φρύττουσαν τὴν ὀργὴν κρατήσασθαι ἑαυτῆς, οὐ βουλομένην τῷ δεσπότῃ φανερὸν ποιῆσαι τὸν θυμόν. *Simul enim ac mare intumuit, iterum viceverſa fractum mare diſſolvebatur, ultra proprium locum non concedens, divino quodam, ut ſummatim dicam, iuſſu perterritum: & quemadmodum ſaepius ſervus quiſpiam, ſi invitus a Domino ad opus compellatur, imperio quidem ob metum obtemperat, at quod ſubit, cum nolens agat, palam effari non auſus ſub lingua immurmurat, iracundia exardens; ſic mihi quodammodo & mare videbatur: etſi enim ira efferbuerat, in ſemet iram continebat ſibi fraenos iniiciens, & furorem ſuum Domino manifeſtare nolens.*

387. Cod. 1126. τῶν πνευμάτων.

396. *Pſal.* CIII. 9. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque convertentur operire terram.* S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XXXIV. Πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντός; . . . πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν; *Qui fit, ut quamvis liberum, & ſolutum, finibus tamen ſuis conſiſtat? . . . qui fit, ut extollatur, & tamen loco ſuo ſe contineat, perinde ac vicinam terram reverita?*

401. Infinitam Dei bonitatem, & clementiam per longam digreſſionem admiratur, qui in rebus creatis coërcendis ſuae formidandae poteſtatis maieſtatem oſtendit, ut inde diſcamus, quam ſit eiuſdem ad noſtra ſcelera punienda parata iuſtitia.

404. *Sapient.* XII. 22. *Cum ergo das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiam tuam.*

406. Leones ignem, & galli cantum timere tradiderunt Ariſtoteles *de Anim.* IX. 44., Aelianus *Hiſt. Anim.* VII. 6., & Oppianus *de Venat.* IV., ſed nullibi memini me legere, quod ait Piſida a verberatis canibus terreri leones. Num haec quondam ars fuit cicuratoribus, & ferarum magiſtris, ut inſpectante leone, cuius ferociam vellent comprimere, catulos verberarent? Num canes Indici, & moloſſi hic deſignantur, a quibus in certamen adductis leones proſtratos fuiſſe legimus in Oppiano *de Venat.* I., in Aeliano VIII. 1., in Phile *de propriet. anim.* 34., & in Plutarcho *de ſolert. animalium*? Cod. 1126. pro θράσος habet κράτος.

407. Dei miſericordiam, longanimitatem, & patientiam multis coacervatis ex S. Scriptura petitis argumentis commendat. *Sapient.* II. 24. *Misereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter poenitentiam.* *Pſal.* VII. 12. *Deus iudex, iuſtus, fortis, & patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies?*

410. Καθ' ὑπερβολὴν opinor expreſſit illud *Ezech.* XXXIII. 11. *Nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius a via ſua, & vivat.*

413. Originale peccatum, quod, ut ait Apoſtolus *Rom.* V. 12., *per unum hominem intravit in mundum, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*, videtur Piſida adumbrare. Hinc recte contagii, ac peſtis utitur comparatione: illa enim originalis noxa, veluti quaedam peſtifera lues in nos ab Adam propagata eſt, atque transfuſa. Quae tamen cur ἀλλότριος μώλωψ alienum vulnus dicatur, diſertiſſime explicat S. Auguſtinus *de corrept., & grat.* 9. ſic definiens: *Peccata quidem iſta originalia ideo dicuntur aliena, quod ea ſinguli de parentibus trahant, ſed non ſine cauſſa dicuntur & noſtra, quia in illo uno omnes, ſicut dicit Apoſtolus, peccaverunt.* At Piſida aliena appellat, habitu reſpectu ad res irrationales, quae peccati originalis labem contraxiſſe videntur. Mentem Piſidae aperit S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* XLII., qui quot modis homo fuerit caſtigatus propter peccata, quae ex primi vitii radice pullularunt, ſic enumerat: Λόγῳ, νόμῳ, προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάσσης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν ἀνελπίστοις μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν. *Sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, ſignis e caelo, ſignis ex aere, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium inſperatis mutationibus, quae omnia eo tendebant, ut malitia contereretur.*

415. Cod. 1126. ὡς ἐν μεταβάσει.

416. Id. Cod. τὸν νυμῶν.

419. *Pſal.* CXVIII. 75. *Cognovi, Domine, quia aequitas iudicia tua.*

420. Iure quidem, & merito ſtupet divinae miſericordiae, & iuſtitiae contemplatione abreptus: *quam incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei?*

Rom. III. 33. Proinde καταχρηστικῶς, & ut infinitam ipſius miſericordiam demonſtret προσωπολήπτην *acceptorem perſonarum* vocat, qualis videlicet nobis videtur, cum arcana Dei temerario auſu ſcrutari contendimus. Certum enim eſt, Deum non προσωποληπτεῖν, non reſpicere in faciem, & in perſonas; quia *non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Act.* X. 34. Quippe nulla nobis inſunt merita, quorum rationem praetermiſiſſe dici poſſit, cum uni potius, quam alteri ſuam gratiam gratuite conferre velit, & poſſit.

421. Vetus eſt Epicureorum contra Divinam providentiam querela, quod & bonis male, & malis bene saepius accidat. Plato *in Theaeteto p.*177. ita rem ſatis recte definivit: Ἀγνοοῦσι ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν· οὐ γάρ ἐστιν ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε, καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ τὴν ἀδύνατον φεύγειν. *Ignorant iniuſtitiae poenam, quam minime ignorare decet; non enim ea eſt, quam putant, vulnera & caedes, quas res aliquando patiuntur etiam illi, qui nihil iniuſte agunt, ſed ea potius, quae evitari non poteſt.* Idem confirmat Seneca in libro, cui titulus: *Quare bonis viris mala accidant, cum ſit providentia.* SS. Patres luculentius, ac gravius hoc argumentum pertractarunt, ut Manichaeos confutarent, qui aliud boni, aliud mali exſtitiſſe principium ſtulte adfirmabant: non enim haec terra locus eſt, in quo Deus bones praemiis, & malos poenis pro merito quemque ſuo velit afficere; ſed haec in alia & tempora, & loca ſunt dilata.

422. *Pſal.*IX. 5. *Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.*

423. Cod.1126. Εἰ δῶρα λαμβάνειν, ἐγκαλῶ μέγα. *Deuter.* XXVII. 25. *Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam innocentis.*

424. Opera miſericordiae, & eleemoſynam ita commendat, ut videatur nimis exaeſtuare in ſermone, dictus Deum ad dona accipienda induci. Morellius certe mendum in Codice exſiſtere arbitratus eſt. Sed nullam nos invenimus variantem lectionem; unde ὑπερβολικῶς hic eſſe locutum Piſidam non dubitamus, ſicuti ſupra *v.* 420. eum Deum προσωπολήπτην appellavit. Eleganter autem pauperes Dei miniſtros, ac veluti quaeſtores vocat, qui in caeleſte aerarium, quidquid eis quis elargitur, comportent, iuxta illud *Matth.*VI. 20. *Theſaurizate vobis theſaurum in caelo.* Et Deum dicit dona accipere, quia ipſe Dominus teſtatus eſt *Matth.* XXV. 40. *Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis:* ad quae verba praeclare S. Cyprianus *de oper.*, *& eleemoſ. pag.* 245. exclamat: *Quid potuit nobis maius Chriſtus edicere? quomodo magis potuit iuſtitiae, ac miſericordiae noſtrae opera provocare, quam quod praeſtari dixit ſibi, quidquid egenti praeſtatur, & pauperi; & ſe dixit offendi, niſi egenti praeſtetur, & pauperi?* Vide S. Iohannem Chryſoſt. *Homil.* LV. 3.

427. Eleemoſynae vim ut exprimat, & quanto ſit in pretio apud Deum demonſtret, nimis fortaſſe exaeſtuat Poëta: verum non ineſt hic mendum, ut quidam putarunt. Cum enim dicit Deum velle, ut ſui miniſtri pauperes in ratione tenenda, & cauſſis agendis praevaricentur, & cum reis colludentes eorum excuſationes admittant, immenſitatem divinae miſericordiae erga eos, qui in pauperes ſunt liberales, declarat, ac Dei ipſius abſolutam, liberrimamque in ſuis beneficiis gratuite diſpenſandis potentiam manifeſtat: *cuius enim vult, miſeretur, & quem vult indurat. Rom.* IX. 18.

428. S. Petrus Chryſologus, qui de miſericordia, ieiunio, & eleemoſyna tam diſerte ſcripſit, illa verba *Matth.*XXV. 35. *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare*, ſic recte explanat in *Serm.* 14. *Non dixit Dominus eſurivit pauper, & dediſtis illi manducare; ſed ait: eſurivi ego, & dediſtis manducare mihi. Sibi datum aeſtimat, quod accepit; ſe manducare dicit, quod comedit pauper; quod bibit pauper ſibi teſtatur infuſum.*

429. Optime S. Gregorius Nazianz. *Orat.*XL. Οὐδὲν τῷ Θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσι ..... ἐνταῦθα ὁ προθυμότερος, πλουσιώτερος. *Nihil apud Deum magnum eſt, quod non pauper donare poſſit .... proinde qui promptior, idem quoque ditior.* S. Iohannes Chryſoſt. *Homil.*XXVII. 3. Ὁ γὰρ ἀγαθὸς δεσπότης οὐ τοῖς παρ' ἡμῶν γινομένοις προσέχειν εἴωθεν, ὡς τῇ ἔνδοθεν διανοίᾳ, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι ταῦτα διαπραττόμεθα, καὶ πρὸς ἐκείνην βλέπων ἢ ἀποδέχεται τὰ ὑφ' ἡμῶν γινόμενα, ἢ ἀποστρέφεται. *Bonus enim Dominus non conſuevit attendere ad ea, quae a nobis fiunt, ſed ad internam mentem, a qua ut haec faciamus impellimur, & ad hanc ſpectans vel adprobat ea, quae a nobis fiunt, vel averſatur.* Et *Homil.*LV. 4. *in Geneſ.* Τὸ τῆς ἐλεημοσύνης μέγεθος οὐκ ἐν τῷ πλήθει τῶν χρημάτων κρίνεται, ἀλλ' ἐν τῇ προθυμίᾳ τῶν διδόντων. *Eleemoſynae magnitudo non in copia pecuniarum, vel opum ſita eſt, ſed ex alacritate dantium iudicatur.*

430. Fruſtum panis ponit pro quavis re leviſſima, ut Dei benignitatem, & miſericordiam quam facile ſit demereri demonſtret. Huiuſmodi ſunt etiam, quae ſequuntur; dicit enim Deum ad ignoſcendum adduci calice aquae frigidae, ſuſpiriis, lacrimis: ſed notanda ea ſane eſt conditio, quam adiungit εἰ λάβῃ, *ſi velit accipere.* νόμους βιάζεται *vim infert legibus*; ſuperioris ſententiae in *verſ.* 427. contentae eſt explicatio, & confirmatio.

431. *Matth.* X. 42. *Et quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquae frigidae tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.* S. Iohannes Chryſoſt. ad haec verba *Homil.* XXVII. 3. Μή τι ψυχροῦ ποτηρίου εὐτελέστερον; ἀλλ' ἡ γνώμη τὸν μισθὸν αὐτῷ προξενεῖ. *Numquid poculo aquae frigidae vilius? Sed animus pius inde mercedem ſibi conciliat.* Vide S. Auguſtinum

in

in *Pſal.* CXXV. 11. 12., qui multis hanc ſententiam exornat: *Magna voluntas multum dedit*.

434. Μίχει λεπτοῦ ad quamcumque rem viliſſimam ſe deflectit. Sic de vidua, quae duo talenta tantum intulerat, dixit Ieſus *Marc.*XII. 43. *Amen dico vobis, quoniam vidua haec pauper plus omnibus miſit in gazophylacium*.

435. Κλέψαι τὴν δίκην *iuſtitiam furari*, in eodem ſenſu dictum, quo ſupra *verſ.*427. *iuſtitiam prodere*.

436. Ut adhuc plenius eleemoſynae vim demonſtret, ſyngraphas, vel cautiones, videlicet peccata, per quae nos ipſos Deo debitores conſtituimus, Deum reſcindere adfirmat. Confer parabolam de villico iniquitatis contra Phariſaeorum avaritiam, quem laudavit Dominus, quod prudenter feciſſet in cautione debitoribus remittenda. *Luc.*XVI. 1.

437. *Coloſſ.*II. 14. *Delens, quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis &c.*

438. Quibus Deus vult ignoſcere, liberaliter condonat δαψιλῶς ἀποχάζει, non ſtricto iure rationes repoſcit, quod vulgo *ſyndacari* dicitur.

443. Praeclare S. Auguſtinus *de peccat. meritis, & remiſſ. lib.*I. 3. expendens illud Prophetae *Pſalm.* CXLII. 2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens*, animadvertit: *Tales itaque nos futuros Dominus praevidens, quaedam ſalubria remedia contra reatum, & vincula peccatorum etiam poſt baptiſmum dare, ac valere dignatus eſt, opera ſcilicet miſericordiae, cum ait*: Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. *Luc.*VI. 37.

444. Λῃςὰς δικαιοῖ. *Rom.*IV. 5. *Credenti in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam*. Quem latet promiſſio a Domino Ieſu latroni facta? *Hodie mecum eris in Paradiſo*, *Luc.*XXIII. 43. Σπένδεται κατακρίτοις. *Rom.*V. 6. *Chriſtus pro impiis mortuus eſt*. Et *Petr.*I. 3. 18. *Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis &c.* πόρναις ὁμιλεῖ. *Luc.*VII. 39. *Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix, attulit alabaſtrum unguenti ... Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* τοῖς τελώναις συμμένει. *Luc.*XIX. 5. *Zachaee*, qui erat princeps publicanorum, *feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere ... & cum viderent, omnes murmurabant, quod ad hominem peccatorem divertiſſet*.

446. Senſus huius verſus, ut mihi videtur, obſcurus eſt, quem Morellius in ſua verſione non fecit clariorem: ille enim verbum μάθει referens ad Deum, & θρηνῆσαι pro *canere* vertens, ſententiam elicit duriuſculam. Equidem malim pronomen τὶς ſubintelligere verbo μάθει adiiciendum, & τὸ θρηνῆσαι reddere pro *exponere, iacere*: quaſi Piſida dicat, *ſi quis textum Davidici Pſalmi, prout iacet, intelligat, & verum inde ſenſum exſculpat*. Verum quis eſt Pſalmus, in quo David id, quod vult Piſida, ſignificat? Ego ſane coniicio eſſe ſexageſimum ſeptimum, qui crucem fixit omnibus tum veteribus, tum recentioribus interpretibus, de quo De-Muiſius in *Comment. eiuſdem Pſalmi* recte pronunciavit: *In hoc Pſalmo tot ferme ſunt ſcopuli, tot labyrinthi, quot verſus, quot verba*. Itaque Piſida voluit, opinor, indicare omnia, quae in illo Pſalmo continentur ad miſericordiam Dei, & gratiam Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti eſſe referenda. Vide Commentatores, & praeſertim S. Auguſtinum ad verſiculum 7. eiuſdem Pſalmi: *Qui educit vinctos in fortitudine; ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulcris*: non enim licet hic diutius immorari. Vide etiam *Pſal.* XV. 4. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*. Ceterùm quod Piſida in tribus ſequentibus verſiculis regio Pſalmiſtae attribuit, etiam nunc Sancta Eccleſia probat, & docet: ſingulis enim Sacerdotibus eam orationem legendam proponit, cuius eſt initium: *Deus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus iuſtos, & de immundis mundos, munda cor meum &c.* Egregie autem hoc argumentum proſequitur S. Proſper in Carmine *de Ingratis*, quod nuper luci redonavit clariſſimus, & de rebus Eccleſiaſticis optime meritus Petrus Franciſcus Fogginius:

Uſque adeo donum eſt, quod credimus, & data gratis
Gratia, non merita ditat mercede vocatos:
Nec iuſtorum operum diſcernit facta, ſed omnes
Sola ex immundis mundos facit, &c. Verſ.431.

448. Cod.1126. φοβερῶν ἐγκλ.

450. Μιλανδόχιον eſt Graecis *atramentarium*, arcula, in qua atramentum, vel potius rubramentum, & ſacrum encauſtum aſſervabatur, quo Imperatores Orientis aureas Bullas ſubſcribere ſolebant. Nota ſunt verba in aureis Bullis uſitata δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς *rubris litteris manu Imperatoris exarata*. Vide Nicetam in *Manuele Comneno lib.*I., & III. 4.

451. Sanguinis Ieſu Chriſti pretium infinitum, quo id quod perierat redemptum eſt, poëtice deſignat alludens minio; quo in ſcribendo utebantur Imperatores. S. Gregorius Nazianzen. *Orat.*IX. Δακτύλῳ Θεοῦ πάντες γεγράμμεθα, καὶ ἀναγνώσεται ἡμῖν βίβλος ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως. *Omnes Dei digito deſcripti ſumus, nobiſque in revelationis die liber aperietur*.

452. Cod. 1126. ἔγραφη.

453. Dei patientiam erga peccatores, ut poenitentiam agant, & ad ipſum convertantur, per allegoriam a ſagittario deſumptam deſcribit, iuxta illud *Pſal.* VII. 13. *Niſi converſi fueritis, arcum ſuum tetendit, & paravit illum*. S. Baſilius *Homil. in eumdem Pſal.* Ἀπειλητικὸς ὁ λόγος εἰς ἐπιστροφὴν ἐνάγων τοὺς βραδεῖς εἰς μετάνοιαν· οὐκ εὐθὺς ἀπειλεῖ τὰ τραύματα, καὶ τὰς πληγὰς καὶ τοὺς θανάτους· ἀλλὰ στίλβωσιν ὅπλων, καὶ οἱονεὶ παρασκευήν τινα πρὸς τὴν ἄμυναν ... τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου· οὐ πυρά τις ἦν ἡ διατείνουσα τὸ τόξον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ

κολα-

κολαστικὴ δύναμίς, ποτὲ μὲν ἐπιτεταμένη, ποτὲ δὲ ἀνειμένη· τῷ οὖν ἁμαρτάνοντι ἀπειλεῖ ὁ λόγος, ὅτι ἕτοιμα αὐτῷ ἐστι τὰ μέλλοντα εἰς κόλασιν ἀποκείμενα, ἐὰν ἐπιμένῃ ἐν ἁμαρτίᾳ, κ. τ. λ. *Minax eſt ille ſermo ad converſionem inducens tardos ad poenitentiam. Non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes; ſed armorum vibrationem, velut apparatum quemdam ad ultionem* .... arcum ſuum tetendit, & in eo paravit vaſa mortis. *Non nervus eſt quiſpiam, qui arcum tendet Dei, ſed puniendi potentia, quae aliquando intenſa eſt, aliquando vero remiſſa. Peccanti igitur Scriptura minatur futura ſupplicia ſibi praeparata eſſe, ſi in peccato permanſerit &c.* Vide noſtri Georgii *Acroaſim* I. *de exped. contra Perſas v.*90.

454. Cod. 1126. Παγκρατῶν δὲ τὴν βολὴν ἠκονημένην.

461. Ad rem S. Iohannes Chryſoſtomus *Homil.* XXV. 3. *in Geneſ.* Ἔθος γὰρ αὐτῷ ἀεὶ, ἐπειδὴ κήδεται τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, προλέγειν ἃς μέλλει ἐπάγειν τιμωρίας, διὰ τοῦτο μόνον, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ· εἴγε ἐπαγαγεῖν ἐβούλετο, οὐκ ἂν εἶπεν· ἀλλ' ἐπιτάδες προλέγει, ἵνα ἡμεῖς μαθόντες, καὶ τῷ φόβῳ σωφρονισθέντες μεταβάλωμεν αὐτοῦ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ ἀκύρους καταστήσωμεν· οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτὸν εὐφραίνει, ὡς ἡ ἐπιστροφὴ ἡ ἡμετέρα, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἐπάνοδος. *Semper enim mos eius eſt, quoniam noſtrae ſalutis curam agit, praedicere quas poenas ſit illaturus, ob hanc tantum cauſſam, ne inferat, quas ſi inferre vellet, neutiquam diceret: ſed ſtudioſe praedicit, ut cum nos didicerimus, timore emendatiores facti, avertamus ipſius indignationem, & ſententias irritas faciamus. Nihil enim eſt, quod ita illum exhilaret, ut converſio noſtra, & a peccato ad virtutem regreſſio.*

466. Cod. 1126. habet Ἑτοιμότρωτος, *ſtatim vulnerandus*, ex ἕτοιμος *promptus*, & τρωτὸς *vulnerabilis*.

468. Μεταίχμιον τῆς μάχης, pleonaſmus eſt; nam μεταίχμιον, quod eſt a μετὰ, & αἰχμῆς, idem prorſus ſignificat ac μεταίχμιον τῆς μάχης: videlicet *interſtitium*, vel *ſpatium* inter duas acies dimicantes poſitum. Siquidem peccatum eſt, quod hominem a Deo disiungit. S. Auguſtinus *lib.*I. 25. *de peccat. merit., & remiſſ. Peccata enim ſola ſeparant inter homines, & Deum, quae ſolvuntur Chriſti gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cum iuſtificat impium.*

475. Sic S. Gregorius Nazianzen. *Orat.* XLII. Adamum ex poena ad poenitentiam revocatum animadvertens concludit: Καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία· οὕτω γὰρ πείθομαι κολάζειν Θεόν. *Ita poena ipſa ceſſit in miſericordiam: ſic enim Deum inferre ſupplicia cenſeo.*

477. Ψυχοκερδὴς *lucrator animarum*, ex ψυχὴ, & κέρδος· πλουτοπράτης *divitiarum venditor*, ex πλοῦτος, & πράτης *venditor*. Sic in verſu ſequenti οὐρανοπράτης, *caeli venditor*, ex οὐρανὸς, & πράτης. Voces ingenioſe a Piſida confictae.

479. Hactenus quantum eleemoſyna, & poenitentia valeant ad divinam iuſtitiam demulcendam demonſtravit Piſida: nunc quid poſſint afflictiones, & calamitates ad miſericordiam Dei conſequendam oſtendit. Paupertas, tribulationes, martyria, & quaecumque adverſa Chriſtianis viris eveniunt, gemmas, & veras divitias appellat, quas Deus nobis exhibet, ut caeleſte regnum comparare poſſimus. Plenae ſunt Scripturae, pleni SS. Patrum libri diſertiſſimis in hanc rem teſtimoniis: *Quem enim diligit Dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Hebr.* XII. 6. Verſiculos aſteriſco notatos ſupplevimus ex Cod. 1126.

481. Margaritae in ſenſu myſtico ſunt ſancta Religionis myſteria. Piſida tamen videtur pro margaritis intellexiſſe tribulationes, quibus nos Deus corripit, & probat, iuxta illud Salomonis *Proverb.* XXV. 2. *Inauris aurea, & margarita fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.* Igitur margaritae a Deo nobis propoſitae ſunt calamitates, quibus ſubiici videntur pauperes, pupilli, & orphani, ſenes, infirmi, hoſpites, Sacerdotes, & Martyres, de quibus omnibus plura apud Patres. De margaritis, ſmaragdis, carbunculis &c. Vide infra *verſ.*1655.

487. Non eſt dubium Piſidam reſpexiſſe ad illud XXXI. 22. *Byſſus, & purpura indumentum eius*, quod de muliere forti dictum eſt. Verum Poëta aperte hic Sacerdotes, non Matronas deſignat. Levitae enim primitus purpura, & byſſo ante Arcam induti procedebant. Sacerdotum autem verum munus eſt, ut ſacris operantes quam propius ad Angelorum dignitatem accedant, ceteroſque Chriſtianos ad eumdem ſublimitatis gradum adducant. Vide S. Iohan. Chryſ. *de Sacerd. lib.*3. *in princ.* Adde, quod cum ἐστολισμένους *ſtola indutos* dicat, Sacerdotalem ſtolam manifeſte deſignat. Vide Vincentii Riccardi Notas ad *Orat.*VI. *S. Procli pag.*236. At Ioſ. Binghamus *Antiq. Eccl. lib.*XI. *cap.*11. pluribus verbis probat *Angelos Eccleſiae* antiquitus dictos fuiſſe Epiſcopos, cui non repugnabo. Ἀγγέλους autem pro ἀγγελικοὺς ſubſtantivum pro adiectivo poſuit Piſida, quod etiam alibi. Quae, & quam variae ſint myſticae byſſi, & purpurae ſignificationes, vide, ſi tanti res eſt, apud S. Scripturae Commentatores.

489. Martyres flammis combuſtos carbunculis comparat, & ἄνθρακας λάλους *facundos carbunculos* vocat, ut eorum invictam in fide Chriſti afferenda conſtantiam demonſtret. Ludit in voce ἄνθραξ, quae *carbonem*, *carbunculum* gemmam, & *carbunculum* ulcus ſignificat. De hac gemma videndus Theophraſtus *de lapid.* Principem ei locum inter gemmas tribuit Plinius *lib.* XXXVII. 7. *Principatum habent carbunculi a ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibuſdam apyroti vocati.* In ora editionis Morellianae, & in Cod. Vat. 1129. hic legitur περὶ ἱερᾶς νόσου, de morbo *ſacro*, vel *comitiali*. Editores Bibliothe-

bliothecae Patrum id animadvertentes ſic ex Piſida adnotarunt in margine : *Graecam inſcriptionem* de morbo ſacro *non capio ; malim de certaminibus , & praemiis Martyrum* . Si divinare liceat, putarem unum , vel duos verſiculos hic excidiſſe, in quibus aliud genus hominum anguſtiis oppreſſos deſcriberet , videlicet obaeratos , a quibus foeneratores ex menſtrua ratione uſuram repetebant ; adeout pro centum denariis ſingulis menſibus unus , ac toto anno duodecim denarii eis penderentur : quod genus uſurae *Centeſimas* vocarunt veteres . Suſpicionem movit locus Baſilii in *Homil. ad Pſal.* XIV. Ἑκατοστολόγοι , καὶ δεκατολόγοι τινὲς , φρικτὰ καὶ ἀκουσθῆναι ὀνόματα · μηνιαῖοι ἀπαιτηταὶ, ὥσπερ οἱ τὰς ἐπιληψίας ποιοῦντες δαίμονες , κατὰ τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς . *Quidam ſunt Centeſimatores , & Decimatores , nomina , vel auditu horrenda . Menſtrui illi repetitores , velut hi daemones , qui comitialis morbi auctores ſunt , ad lunae periodos in pauperes invadunt .*

493. Cod. 1126. pro λίθοις , πόροις ; & in verſu ſequenti στεῤῥόθυμος .

499. Idem Cod. θράσος . Quis hic non recordabitur Horatii dicentis *lib.* III. *Od.* 3.

Iuſtum , & tenacem propoſiti virum
Non civium ardor prava iubentium ,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida &c.

Recte S. Auguſtinus *lib.* X. *de Civit. Dei* : *Hos* , inquit videlicet Martyres , *multo eloquentius , ſi eccleſiaſtica loquendi conſuetudo pateretur* , noſtros Heroas *vocaremus* .

500. Longam digreſſionem circa divinam miſericordiam videtur claudere Iacobi teſtimonio , I. 12. *Beatus vir , qui ſuffert tentationem , quoniam cum probatus fuerit , accipiet coronam vitae , quam repromiſit Deus diligentibus ſe* . Vid. S. Baſilii *Homil. in famem , & ſiccit.* V. , *& in Pſal.* XXXIII.

506. Vide ſupra *verſ.* 475.

508. Redit ad narrationem operum Dei . Terrae fundamentum eſſe dicit vel aquam , vel aërem : aut ipſam potius undique veluti catena appenſam conſiſtere . Scripturae Sanctae litterae de more nimis fortaſſe , quam par erat , inhaerens illud *Pſalmi* XXIII. 2. expreſſit : *Quia ipſe ſuper maria fundavit eam &c.* Et *Pſal.* CXXXV. 6. *Qui firmavit terras ſuper aquas* . Sic Euſtathius Antioch. *in princ. Hexaëm.* , & S. Iohan. Chryſoſt. *Homil.* XII. *in Geneſ.* Davidis textum interpretantur . S. Baſilius autem *Homil.* I. *in Hex.* hoc modo : Τί δηλοῖ ἢ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ; *Qui aliud ſignificat , quam aquae naturam undique terrae eſſe circumfuſam* ? Quod Piſidae concordat dicenti τορνεῖον ὕδωρ . Sic Patres ex ipſo Davide , a quo illud didicerant *Pſal.* CIII. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam , non inclinabitur in ſaeculum ſaeculi* ; quae eſſet terrae ſtabilitas , explicare conabantur : non enim niſi inviti , id quod Gentium Philoſophis placebat , aſſerebant , videlicet terram veluti penſilem aequilibrio conſiſtere . Plato in *Phaed. pag.* 109. cum dixiſſet terram eſſe aequilibrem , hanc rationem aſſignavit : Ἰσόῤῥοπον γὰρ πρᾶγμα , ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν , οὐχ ἕξει μᾶλλον οὐδ' ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι · ὁμοίως δ' ἔχον , ἀκλινὲς μένει . *Res enim aequilibris in ſimilis cuiuſdam aequique medio conſtituta , non poterit aut magis , aut minus aliorſum declinare : quod eodem modo ſe habet , in neutram inclinat partem , ſed conſtanter permanet* . Hiſce ſimilia leguntur in Ariſtot. *lib.* II. 14. *de caelo* . Recte igitur S. Baſilius *loco cit.* obiectionem ſibi proponit , ac diluit dicens : *Quomodo igitur aqua , quamvis ſit fluida , & in declive ſuapte natura feratur , manet ſuſpenſa , & nuſquam defluit ? Tu vero non conſideras , quod terra per ſe ſuſpenſa , eumdem aut etiam maiorem pariat rationi haeſitandi locum , quandoquidem natura gravior eſt* .

515. Non illepide terram , vel ab aqua , vel ab aëre , ut putat , ſuſtentatam , navim appellat . S. Iohan. Chryſoſt. *Homil.* XII. 2. *in Geneſ.* Ταύτην αὐτὴν τὴν βαρεῖαν , καὶ τὸν τοσοῦτον κόσμον ἐπὶ τῇ οἰκείου νώτου φέρουσαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐθεμελίωσε . *Hanc ipſam tam gravem , & tantum mundum ſupra dorſum ſuum ferentem , ſuper aquas fundavit* .

518. S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XXXIV. Πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ τηλικούτῳ στοιχείῳ ; *Qui fit ut tantum elementum arenam pro termino habeat* ? Et S. Baſilius *Homil.* IV. 3. *in Hexaem.* Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων τῇ ψάμμῳ ἡ ταῖς βίαις ἀφόρητος χαλινοῦται . *Mare , cuius violentia ferri non poteſt , re omnium invalidiſſima , arena ſcilicet , refrenatum* . Ex antiquis Philoſophis fuere , qui terram aëri , vel aquae inſidere dicerent . Vide Plutarchum *de plac. Philoſ. lib.* III. *cap.* 15.

521. Vide ſupra *verſ.* 379.

524. Ventum , quo flante mare rubrum in duas partes eſt diviſum , aperte deſignat . *Exod.* XIV. 21. *Cumque extendiſſet Moſes manum ſuper mare , abſtulit illud Dominus , flante vento vehementi , & urente tota nocte* .

527. Cod. 1126. ἀντιστρέφων .

528. Τὴν ἄνω φορὰν *ſiccas exhalationes* , τὴν ἄβυσσον ἐκ βάθους *exhalationes humidas* ; ex utriſque enim una ſimul commixtis fit fulmen , ſi Ariſtotelem audis *Meteorolog. lib.* II. 9.

530. Horat. *lib.* III. *Od.* 5.

Caelo tonantem credidimus Iovem
Regnare &c.

Nil frequentius , quam ut impii fulminis fragore terreantur . Teſtis impuriſſimus ille Imperator Caligula , qui *cum Deos* , ut Svetonius ait *cap.* 51. , *tantopere contemneret , ad minima tonitrua , & fulgura connivere , caput obvolvere , ad vero maiora proripere ſe e ſtrato , ſub lectumque condere ſolebat* .

532. Septima plaga , qua Deus percuſſit Aegyptios . *Exod.* IX. 23. *Dominus dedit tonitrua , & grandinem , & diſcurrentia fulgura ſuper terram ... & grando , & ignis mixta pariter ferebantur* . Et *Pſal.* CIV. 32.

534. Cod.

534. Cod. 1126. τῇ θαλάσσῃ. *Fulmina, & grandinem*, ignem ſcilicet, & aquam, inter ſe contrarias naturas, duobus athletis comparat, quos ad certamen Deus, ut vult, tubae ſigno committit, & decertantes ſeparat. De Brabeuta, qui erat iudex, & praefectus certaminum, videſis Car. Paſchalium *de Coronis lib.*VI. 11. 12.

537. Conſulendus Ariſtoteles *lib.* I. *cap.* 3., *&* 9. *Meteorolog.*, ubi omnem de Meteoris doctrinam ita explanat, ut ex uno principio ea omnia, quae in aëre fiunt, oriri, & parva affectionum immutatione varium nomen ſortiri demonſtrare contendat.

546. Ἀπόσκληρος ab ἀποσκληρόω *durus*, ſaxa, & lapides grandinem vocat. Eodem plane modo Livius, & Plinius tradiderunt ſaepius pluiſſe lapidibus. Sic etiam in Sacra Scriptura legimus *Ezech.* XXXVIII. 22. *Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, ... & immenſis lapidibus.*

547. Cod. 1126. χιόνος pro ζόφους.

551. Idem Cod. στερεὰς τὰς λίθους.

554. Ariſtotelis ſententiam circa grandinis generationem exagitat, quae ſane ridicula videtur. Ille enim *lib.* I. *cap.* 12. *Meteorol.* per antiperiſtaſim id fieri affirmat; eo quod frigus ab externo calore quodammodo expulſum in nubium receſſu ſe recipiat, atque ita aquam conglaciet, & induret: Ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον ἀντιπεριστῇ ἐντὸς τὸ ψυχρὸν ὑπὸ τοῦ ἔξω θερμοῦ ὕδωρ ποιῆσαν ἔπηξε, καὶ γίνεται χάλαζα. *Cum autem frigus adhuc magis in profundum coactum fuerit ab exteriore calore, quam fecerit aquam conglaciat magis, emergitque grando.*

558. Cod. 1126. περικλύσας.

562. Κυλίνδρων λιθοδρόμων, grandinis naturam, & formam apte deſignat: cylindrica enim, & teres, ut plurimum, eſt eius figura; & lapidis inſtar dura, & rigens in terram protruditur.

567. Ethnicorum ſapientiam deridet, cuius levitatem, & inconſtantiam marinis undis comparat, quod humanae rationi tantummodo innitatur. Sic Patres paſſim, perinde ac Piſida, Philoſophorum, ac Sophiſtarum ſcientiam contemnunt, quod plena eſſet inanitatis, & magnam haberet puerilium vocularum copiam ſine aliquo fructu audientium animos demulcentem. Proinde noſter Poëta Ariſtotelicos ſyllogiſmos ἀνάλιστα κύματα *vagos fluctus*, & παιδικὰ ἀθύρματα *pueriles luſus* vocat.

569. Cod. 1126. εἰς σκέπην.

570. Πομφόλυξ σφύζουσα *bulla vana*. Eſt enim bulla tumor ille vanus, qui imbre decidente in aquis ſtatim enaſcitur, ac ſimul evaneſcit: unde proverbium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος *homo bulla*. Piſida videtur S. Gregorium Nyſſenum imitatus, qui *Orat.*VI. *contra Eunom.* eamdem rem ſic expreſſerat: Οἷόν τι περὶ τὰς πομφόλυγας συμβαίνειν εἴωθεν· ὅταν πρός τινα σύστασιν ὑδάτων ἄνωθεν αἱ σταγόνες φερόμεναι τὰς ἀφρώδεις ἐπαναστάσεις ἐργάζονται, αἱ ὁμοῦ τε συνίστανται, καὶ παραχρῆμα διέπεσον, μηδὲν τῆς ἰδίας συστάσεως τοῖς ὕδασιν ἴχνος ὑπολιπόμεναι· τοιαῦται τῶν τοῦ λογογράφου νοημάτων αἱ φυσαλίδες, ὁμοῦ τῷ προβληθῆναι δίχα τῶν ἁπτομένων κατασβεννύμεναι .... καθάπερ τις ἀφρώδης ὄγκος κατὰ ῥοῦν ἀπαγόμενος ἐνστάς τινι τῶν στερεωτέρων διέπεσεν· οὕτω κατὰ τὸ αὐτόματον ὁ λόγος φερόμενος, καὶ ἀπροόπτως τῇ ἀληθείᾳ προσπταισθεὶς, τὴν ἀνυπόστατον ταύτην καὶ πομφολυγώδη τοῦ ψεύδους σύστασιν εἰς τὸ μὴ ὂν διεσκέδασεν. *Quale quid circa bullas ſolet contingere, cum in aliquam aquarum congeriem deſuper ſtillantes guttae decidunt, ſpumoſas eruptiones efficiunt, quae ſimul, atque extumuerint, repente dilapſae cadunt, nullum propriae conſiſtentiae in aquis veſtigium ſubinde relinquentes: tales huius ſcriptitatoris notionum ampullae, quae ſimulatque proiectae fuerint, nullis tangentibus extinguuntur .... velut quidam ſpumoſus tumor per fluxum qui obducitur alicui corpori duriori illius dilabitur: ſic incaſſum & temere dum fertur oratio, & ex improviſo in veritatem allapſa, hanc inſtabilem, & ampullarem mendacii conſtitutionem in nihilum diſſipavit.*

571. Cod. 1126. ἐν ὀγκώσει, & deinde ἄβατον.

574. Ieiune quidem Ariſtoteles in *loc. cit.* explicavit, cur aeſtate, & hieme decidant grandines. Piſida ei recte opponit, diverſarum cauſſarum eumdem non poſſe eſſe effectum.

576. Cod. 1126. εἰς ἐνέργειαν.

578. Χῶναι *infundibula*, in quibus metalla liquefiunt; χυλίστραι a χυλίζω *ſuccum exprimo* idem videtur ſignificare, *machinae fuſoriae*: στρόφοι, ni fallor, ſunt *torni*, quibus glaciem rotundari fingit Piſida.

579. Cod. 1126. εἰς ῥύσιν λίθων.

585. Τὸ πιστὸν τῶν ἀποκρύφων. Si quid a fide, & ab arcana Chriſtianorum doctrina non alienum dixit Ariſtoteles, Dei providentia id factum eſt, ut ipſe Deum eſſe cognoſceret.

586. Cod. 1126. προμηθείας.

587. Iterum terram longam, & latam ſtatuit. Vide ſupra *verſ.* 85., *&* 89.

591. Decantatiſſimum eſt illud Socraticum effatum τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, necnon alterum, cuius meminit Ariſtoteles *lib.* II. 40. *Rhetor.* θνητὰ χρὴ τὸν θνητὸν, οὐκ ἀθάνατα θνητὸν φρονεῖν, quibus Plato edoctus res phyſicas, ac praeſertim caeleſtes minus curioſe ſibi inveſtigandas eſſe cenſuit. Contra vero Ariſtoteles eius diſcipulus Socratem, & magiſtrum Platonem non magni feciſſe videtur, eo quod res phyſicas neglexerint, quod ex variis locis colligitur. Vid. *Metaphyſ. lib.* I. *cap.* 6.

593. Platonem ſecundum Socratis praeceptum inducit Ariſtotelem monentem, ne ſe nimis extollat in rebus caeleſtibus perſcrutandis: verendum enim, ne in altum elatus deficiat, ac decidat.

595. Ἀετοῦ. Ariſtoteles *lib.*VI. 6., *&* IX. 32. aquilam haliaëtum pullos ſuos expellere, non

autem contra Solem ipſos exponere affirmat: at Plinius *lib.* X. 3. Piſidae conſentiens eſt: *Haliaëtus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit adverſus ſolis radios intueri, & ſi conniventem, humectantemque animadvertit, praecipitat e nido, velut adulterinum, atque degenerem*. Aelianus *de Nat. Anim. lib.* II. 26. eadem omnino refert.

597. Quae ſequuntur cum Areopagiticis ſcriptis conſonant. Legeſis Pſeudo-Dionyſii *caput* 1., & 7. *de div. nomin.*, ubi fuſe agitur, quomodo Deus, qui omnem intelligentiam excedit, ac eſt abſconditus, attamen intelligatur.

600. S. Maximus in Scholiis *ad cap.* 13. *de Cael. Hier.* Ἄγνωστός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ διὰ ποικιλίαν συλλογισμῶν ἀγνοουμένην ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν τινα πρὸς τὰ καθ' ἡμᾶς ἓν καὶ καθάπερ ἀκατάληπτον ἀγνωσίαν. *Deus ignotus eſt, non propter argumentorum nobis ignotam varietatem, ſed ſecundum unam quamdam in nobis ſimpliciter, & abſolute incomprehenſibilem ignorationem*.

601. Quam bene mentis humanae infirmitatem ad res divinas explorandas ex noſtra circa res ipſas naturales, & creatas ignoratione declarat, & probat! Quam pauca enim ea ſunt, quae ſe ſcire excellentiores Philoſophi iactare poſſunt? eaque ipſa nonne ἐν συστολῇ *in compendio*, ex parte veluti decurtata cognoſcunt? Proinde recte noſter ſequitur, & ςυγνὴν *odioſam* vocat creaturam, ſcilicet quae improbo labori, qui in rebus Phyſicis inveſtigandis impenditur, minime reſpondeat: quaſi voluerit explicare illud *Eccl.* I. 13. *Occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea*. Praeclare Cicero *Acad. quaeſt.* IV. contra Lucullum Epicureum ait: *Latent iſta omnia craſſis occultata, & circumfuſa tenebris: ut nulla acies humani ingenii tanta ſit, quae penetrare in caelum, terram intrare poſſit. Corpora noſtra non novimus* ....

603. Ἀνεξεύρητον, *qui numquam potuit deprehendi*. Ita in Dionyſianis vocatur Deus ἀνεξερεύνητος *imperſcrutabilis*, ἀνεξιχνίαστος *ininveſtigabilis*, ἀνεννόητος *inexcogitabilis*, ἄφθεγκτος *inexplicabilis*.

604. Cod. 1126. λάβῃ κάλυμμα τὴν κάτω.

607. I. *Cor.* XIII. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*.

609. Areopagitica ſcripta pene tota in hoc argumento verſantur, ut demonſtrent, quomodo a terrenis ad caeleſtia mens humana poſſit adſurgere, & ex omnibus rebus ad Deum aſcendere.

611. Lepide per allegoriam a grammaticis inſtitutionibus deſumptam, ut quemque deceat per gradus ad Dei cognitionem pervenire, demonſtrat. Itaque Chriſtianum virum adoleſcentulo adſimilat, qui paedagogo ad erudiendum traditus litteras primum, & litterarum nomina, ideſt primas rerum creatarum notiones, vel elementa, πεζὰ γράμματα, dignoſcere aſſueſcat; tum ſyllabas ex litteris componere, ſcilicet quomodo ſubſtantiae ex variis principiis coaleſcant, addiſcat; deinde accentus, videlicet rerum ſingularum numerum, proportionemque intelligat; poſtea octo orationis partes, ideſt rerum ipſarum vim, atque poteſtatem, appellationem, & propietates, leges, & connexionem, copiam, atque praeſtantiam admiretur, ac tum de iis, quaſi iam factus orator, ſiquidem poſſit, diſerte diſſerat. Liceat celebris Grammatici Dionyſii Halicarnaſſenſis auctoritatem interponere, ut facilius Piſidae mentem aſſequamur. Ille enim in libro *de compoſit. nom.* ſic ait: Τὰ γράμματα ὅταν παιδευώμεθα, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκμανθάνομεν· ἔπειτα τοὺς τύπους, καὶ τὰς δυνάμεις· εἶθ' οὕτω τὰς συλλαβὰς, καὶ τὰ ἐν ταύταις πάθη, καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη τὰς λέξεις καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐταῖς ἐκτάσεις τε λέγω, καὶ συστολὰς, καὶ προσῳδίας, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις. *Cum litteris primum imbuimur, primum nomina earum diſcimus, dein figuras, & poteſtates; poſtea ſyllabas, earumque affectiones; poſt haec voces, & quae illis accidunt, extenſiones inquam, & contractiones, & accentus, & quae his ſunt ſimilia*. Ceterum hic Piſidam ob oculos habuiſſe praecepta, quae de ſcientia tradit Plato, legenti *Theaetetum* patebit: ibi enim ille copioſe agit de elementis, & ſyllabis, quibus componitur oratio, ut oſtendat ad rerum cognitionem non poſſe quemquam pervenire, niſi ope ſermonis; neque ſcientiae ſummam comprehendere, niſi ab elementis illuc progredi inſtituat. Huius autem comparationis penitiorem ſenſum aſſequetur, qui Clementis Alexandrini *Paedagogon* conſulere non gravabitur, quem ſane librum ob oculos habebat Piſida, dum haec ſcriberet.

617. Ex ſolis, & lunae motu, quotquot fuerunt ab origine mundi nationes, & populi temporum menſuram, & anni deſcriptionem traxerunt. Per eamdem allegoriam ex grammatica deſumptam videtur ſcite denotare *punctuationes*, quae ςίγματα a Graecis dicuntur: itaut variae ſolis progreſſiones, & lunae poſitiones, habito ad mundi ordinem reſpectu, non aliter conſiderandae veniant, quam in orationis circumductione, & ambitu punctuationes, quibus periodi, & membra diſtinguuntur. Vide S. Baſilium *contra Eunom. lib.* I. 21. At Piſida ſolem, & lunam τῶν χρόνων ἔνσημα σημεῖα, *temporum diſtinctas notas, & aperta ſigna* appellans, tacitus vanam Genethliacorum artem, & Aſtrologorum ridiculam ſcientiam carpit, qui illud *Geneſ.* I. 14. *Fiant luminaria* .... *& ſint in ſigna* οὐχὶ τὸ περὶ τῶν ἀέρων ξένων, οὐδὲ περὶ τὰς ὥρας μεταβολῶν, ἀλλ' ἐπὶ τὰς τοῦ βίου ἀποκληρώσεις πρὸς τὸ δοκεῖν αὐτοῖς, ἐξηγοῦνται, non de aëris affectionibus, neque de temporum immutatione, ſed de vitae ſorte ſuo arbitratu accipiunt; ut ait S. Baſilius *Homil.* VI. 5. *in Hexaem.*, qui talium homuncionum ſomnia ſapienter refutat.

620. Cod. 1126. καὶ καθολικαῖς ὀντρβῶ.

624. Vana

624. Vana eſt ſcientia, quae Sacris Scripturis non innititur. Piſida Chriſtiano viro ex veteri, & novo Teſtamento omnem doctrinam hauriendam eſſe denotat, cum dicit παλαιοὺς ὅρους non eſſe tranſiliendos, & νέας διατάξεις diligenter obſervandas; νέας διατάξεις pro καινὴν διαθήκην poſuit. Hos autem libros tantummodo legendos, hoſce inter ſe conciliandos proponit, hoſce quaſi memoriter tenendos eſſe demonſtrat: neque aliam eſſe rationem, qua quis poſſit ad altiorem ſtudiorum contemplationem progredi, declarat: ut enim inquit S. Paullus *Tim.*II. *3. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit ad omne opus bonum inſtructus.* Statuit igitur πεζὰ γράμματα humanas litteras ea tantum mente eſſe perdiſcendas, ut divina ſcripta legere, & intelligere quis poſſit, quorum ope, & manuductione ταῖς εἰσαγωγαῖς ad caeleſtium rerum cognitionem pervenire inſtituat, videlicet ad myſticam Dei ſcientiam, quae plane ea eſt, quam Pſeudo-Dionyſius fuſe tradit in libris *de caeleſti Hierar.*

628. Cod. 1126. εἰς φρένα λάβῃ. Syntaxis in rebus grammaticis eſt recta partium orationis inter ſe compoſitio, & omnium praeceptorum coniunctio, atque perfectio: proinde recte ſuam allegoriam concludens, quae eſt de rebus divinis ſcientia, ſyntaxim appellat, quod ea omnia, quae magis ſunt ſcitu digna, comprehendat, & abſolvat: ipſam autem παιδευτείαν nominat, quod illa ſit vera Chriſtianorum diſciplina.

632. Quid ſit ἀγνωσία vid. ſupra *v.* 4. Deum quis novit umquam? Igitur ad ſuiipſius cognitionem potius revocat hominem, δεδημοσιευμένην *vulgatam* illam ſententiam, templo Delphico inſcriptam, ei proponens conſiderandam, Γνῶθι σεαυτὸν, quam tamquam unicum verae philoſophiae principium, ac fundamentum laudavit, & prolixe expoſuit Socrates *in Alcib. Dial.*I., preſſius autem *in Dialogo de Philoſ.*, ubi haec legas: Τὸ δ' ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, σωφρονεῖν, ἢ οὐ σωφρονεῖν ἐστι; οὐ σωφρονεῖν· τὸ ἑαυτὸν ἄρα γινώσκειν, ἐστὶ σωφρονεῖν; Φημὶ, ἔφη· τοῦτ' ἄρα, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα παρακελεύεται, σωφροσύνην ἀσκεῖν, καὶ δικαιοσύνην· ἔοικε. *Seipſum ignorare prudentis eſt, an imprudentis? Imprudentis. Seipſum itaque noſſe, prudentis eſt? Eſt, inquit. Hoc ergo, ut videtur, & ſcriptum illud Delphicum praecipit, ut ſcilicet prudentiam exerceamus, & iuſtitiam. Videtur.* Qui noſſe velit, quantum ea, quae hic tradit Piſida, cum doctrina Platonica conveniant, legat nuper laudatum *Dialogum* I. *Alcibiadis*, & Ciceronem *de Finib.* V., qui diſertiſſime explicat, cur iuſſerit nos Pythius Apollo noſcere noſmetipſos, quod haec una ſit hominis vera cognitio.

636. Opus ſextae diei aggreditur explanare, videlicet hominis creationem, quam quis non eſt admiratus? Confer, ſi velis, S. Scripturae interpretes, confer tum veteres, tum recentes Philoſophos; qui omnes hoc argumentum uberrime pertractarunt. Prae ceteris tamen conſulendi hic ſunt Lactantius, & S. Gregorius Nyſſenus, qui *de opificio hominis* peculiares tractatus nobis reliquerunt. Ignotum auctorem, qui duas Homilias *de ſtructura hominis* confinxit, vix in memoriam tibi revocabo; frigidae enim illae ſunt, & tantam rem ieiunius expendunt: quare neque S. Baſilio, neque S. Gregorio Nazianzeno tribuendas eſſe recte iudicavit P. Iulianus Le-Garnier *in Praef. Op. S. Baſilii*. Iam vero, quod ad nos attinet, pauca in ſequentes verſus adnotabimus: infinitum enim eſſet ea referre, quae a ſexcentis clariſſimis viris circa hominis creationem dicta ſunt. Cuius enim tanta ſit patientia, ut ea, quae ex Platone, Ariſtotele, Plutarcho, Lucretio, & Cicerone, ne alios dicam, corradi poſſent, legere aut velit, aut poſſit? Itaque obſcuriora tantum conabimur explicare. Illud tamen monebimus, prima parte operis iam confecta, Piſidam ad ſecundam properare. Siquidem in principio diximus, totum opus creationis, quod ſex dierum ſpatio a Deo eſt abſolutum, cum in duas partes diviſum conſideraſſe. Itaque cum hactenus de caelo, deque iis, quae in caelo facta conſpiciuntur, more ſuo diſputaverit, iam ad terram progreditur, ac de iis, quae in ipſa naſcuntur, verba facturus recte ab homine, quo nihil praeſtantius, exorditur, quamvis homo omnium animalium extremus fuerit creatus. Sic Plato in Timaeo, quem ſequitur Piſida, ut in fine *Moniti* obſervavimus, de Mundo in genere primum diſſerit, ac deinde hominis naturae, & formationi contemplandae totus incumbit. Atque hic auctor tibi ſum, ut legas Homiliam S. Baſilii in illud *Deut.*XV. *9. Attende tibi ipſi*, quod ab inſcriptione Delphica, *Noſce teipſum*, parum diſcrepat; ibi enim ea ipſa, quae a Piſida, exponuntur: unde recte ipſa Homilia ita concluditur. Ἐκ πάντων τούτων τὴν ἀνεξιχνίαστον σοφίαν τοῦ ποιήσαντός σε κατόψει· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς εἴποις μετὰ τοῦ προφήτου· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ. *Ita demum ex omnibus his impervestigabilem Conditoris tui ſapientiam perſpectam habebis, ut tu quoque cum Propheta dicere poſſis*: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. *Pſal.*CXXXVI. 6.

637. Προβλήματα προβάλλω, *iactus ſeminis*. Humanum σπέρμα quam propriiſſime comparat ſemini, quod agricola in ſulcos proiicit. Lucretius *lib.*IV. *v.*1100. *Venus muliebria conſerit arva.* Vide Galenum *de genitura, & de ſemine tom.* III. *Op. Hipp., & Galeni pag.*180.

643. Piſida videtur hic voluiſſe ea omnia comprehendere, quae tradit Ariſtoteles *lib.* II. *cap.*6. *de anim. generat.*, ubi quae animalium partes prius, quae poſterius generentur, & quomodo, contendit explicare, eamque inveſtigationem Philoſopho ineundam eſſe affirmat contra

 Demo-

Democritum Abderitanum, ceteroſque eius aſſeclas, qui eiuſmodi principia quaerenda non eſſe cenſebant. Nimiam Ariſtotelis curioſitatem non probaſſe Piſidam coniicio, ex eo quod ipſe nihil velit aſſerere: ſed Ariſtotelem ipſum, vel quemvis alium ex eius ſchola videatur interrogare, eique unam poſt aliam quaeſtionem proponere, ut ipſum tandem eo adducat, ut fateatur, ſe nihil ſcire. Plato, cuius methodum ſequi Piſidam iamdiu animadvertimus, corporis humani oeconomiam deſcribit in Timaeo. Videſis Galenum *Op. Hipp.*, *&* *Gal. tom.* IV. *pag.* 284. *de uſu partium corp. hum.*, & Plutarchum *de placitis Philoſ. lib.* IV., *&* V., ubi ea omnia, quae hic a Piſida explicanda proponuntur, pro diverſis Philoſophorum ſententiis explanantur.

651. Similia in Platone, & Ariſtotele *loc. cit.* S. Gregorius Nyſſenus *Opiſ. hom. cap.* 9. de loquendi facultate hominibus data uberius diſſerens, perfectam comparationem inſtituit inter citharoedum, & hominem, inter lyram, & humanum os, atque inter plectrum, quo elicitur ſonus ex barbito, & linguam, qua voces e faucibus eduntur: Πάντα ταῦτα τὴν ἐν ταῖς νευραῖς τοῦ πλήκτρου κίνησιν ὑποκρίνεται ποικίλως, καὶ πολυτρόπως, ἐπὶ καιρῷ σὺν πολλῷ τῷ τάχει μεθαρμόζοντα πρὸς τὴν χρείαν τῶν τόνους. *Haec ergo univerſa plectri in fidibus motum varie, multipliciterque repraeſentant, & magna celeritate, prout res poſtulat, vocum tonos mutant.*

654. Cod. 1126. τῶν μύλης.

658. Ἔχει δὲ καὶ ἡ θέσις αὐτῆς ἀρχικὴν χώραν· περὶ τὸ μέσον γάρ .... ἐν τοῖς τιμιωτέροις τὸ τιμιώτερον καθίδρυκεν ἡ φύσις, εἰ μή τι κωλύει μεῖζον. *Eius vero* (cordis) *poſitio ſedem obtinet principalem; in medio enim poſitum eſt .... natura enim rem nobiliorem conſtituere in locis nobilioribus ſolet, niſi quid maius impediat.* Ariſtot. *de part. anim. lib.* III. *cap.* 4. Quod ſequitur de comparatione cordis cum carina navis explicatum invenies *in Timaeo pag.* 70. Senties enim ἀντιστηρίζειν ξύλα in carina idem eſſe, ac varias partes corporis, quibus cor natura munivit. Rem etiam clarius explicat S. Gregorius Nyſſenus *de opiſ. hom. cap.* 30., ſingulis enim partibus enumeratis, ita concludit: Ὡς ἂν πανταχόθεν ἀνεχλαίνωτον φυλάσσοιτο. *Ut hoc modo tutum undique foret adverſus res omnes, quae vel moleſtiam, vel malum ipſi creare poſſent.*

661. Cauſſas, ob quas filii vel parentum, vel aliorum ſimilitudinem referunt, tradidit Ariſtoteles *lib.* IV. *cap.* 3. *de anim. generat.*, Plutarchus *de plac. Philoſ. lib.* V. *cap.* 11., *&* 12., Lucretius *lib.* IV. Ex recentioribus vero plurimi rem ipſam ad examen revocarunt, quorum unum, & alterum honoris cauſſa nominabo, magnum Italiae decus Valliſnerium, & Galliae ornamentum Maupertuiſium, qui totum de generatione hominis argumentum multum quidem ingenioſe, & eleganter nuper pertractavit in libro *Venus phyſique* inſcripto.

668. Elegantiſſima, ac nativis coloribus expreſſa comparatio, qua quatuor humanae vitae aetates plantarum inſtar per quatuor anni tempeſtates ſuccreſcentium, germinantium, edentium fructus, & tandem areſcentium deſcribuntur: Ὃ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ τῆς ἀνθρωπίνης νεότητος καὶ τοῦ γήρως εὕροις ἂν καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς παραπλήσια τὰ συμπτώματα. *Quod vero mirandum eſt, ea quae plantis accidunt, ea comperies ſimiliter iuventuti hominum, ac ſenectuti accidere.* S. Baſilius *Hom.* V. 7. *in Hexaem.* Elegantius Cicero *de Finib.* V. *Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quaedam, & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. Itaque & vivere vitem, & mori dicimus: arboremque & novellam, & vetulam, & vigere, & ſeneſcere &c.*

670. Cod. 1126. inverſo ordine, καὶ τὰς ἐνδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται.

672. Morellius offenſus voce χλόη, quam reddidit *gramine*, maluiſſet poſtea hunc verſum ita legi: *lanugine, & vultum facit amoeniſſimum*: quod non probo. Perit enim omnis allegoriae venuſtas. Nonne Virgilius *Aen. lib.* V. 195. vocavit *Euryalum forma inſignem, viridique iuventa*? Nonne, quae viridiſſima iuventutis flore vigeret puella, Chloë a Graecis vocabatur? Threſſam Chloëm Horatii in mentem tibi revocabo.

681. Σαρκικὴν λύραν vocat illam membrorum convenientiam, & partium mirabilem proportionem, *Harmoniam Graii quam dicunt*, ut eſt in Lucretio *lib.* IV. 101;, qui ex Epicuri ſententia contendit affirmare, animum non eſſe id, quod ipſam harmoniam conſervet, ſed potius corporis quamdam partem. Idem placuit Ariſtoxeno aſſerere, de quo ſcite Cicero *Tuſcul. quaeſt.* I. *Proxime autem Ariſtoxenus Muſicus, idemque philoſophus, intenſionem ipſius corporis quamdam, veluti in cantu, & fidibus, quae harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura, & figura varios cieri motus, tamquam in cantu ſonos. Hic ab artificio ſuo non receſſit, & tamen dixit aliquid, quod ipſum quale eſſet, erat multo ante & dictum, & explanatum a Platone.* Hoc eſt in Phaedone, ubi ille hoc ipſum Simmiae perſuaſit, abſurdum eſſe dicere τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν τινὰ ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐντεταμένων συγκεῖσθαι. *Eſſe animam harmoniam quamdam ex iis, quae per corpus intenſa ſunt, conſtitutam.* Quod etiam probat Ariſtoteles *lib.* I. *de Anima c.* 4.

688. Vide Ariſtotelem *de memoria, & reminiſcentia c.* 1., & Cic. *Tuſcul. quaeſt.* 1., ubi memoriae vim iuxta Platonem explanat.

696. Plato *in Timaeo pag.* 71. intimos ventriculi receſſus πύλας vocavit.

701. Cod. 1126. ἐναργῆς. Quomodo per ſenſus perceptiones habeantur, vide Platonis *Timaeum pag.* 43., & *de anima mundi pag.* 100., & *Theaetetum*, ubi plura de ſcientia traduntur, quae in hoc ſuo poëmate paſſim inſperſit Piſida. Vide etiam Ariſtotelem *de Anima lib.* II. *c.* 5., & *de ſenſu*,

ſu, *& ſenſili c.6.*, Plutarchum *de plac. Philoſ. lib.*IV. *cap.*8., ac Ciceronem *Quaeſt. Acad. lib.* IV., qui de iis omnibus, quae Piſida leviter attingit, mira quadam ſermonis vi, & elegantia ad arbitrium ſuum diſſerit.

712. Idem Cod. δέρμα συμφῶδες φέρει.

717. Idem Cod. κεφαλῆς τῶν τέγυς. Omnia haec, quae ad oculos, & videndi facultatem attinent, Piſida ſecundum Platonem *Tim. pag.*45. expreſſit. Eleganter eadem, atque eodem ſenſu perſequitur S. Gregorius Nyſſenus *Homil.* in ea verba *faciamus hominem pag.*165. Ἀκροτέγων, Cod. Vat.1126. habet τὰς τέγας. Piſida nervos opticos deſignat, qui a ſummitate cerebri per quoſdam ambitus deſcendentes in oculorum orbitas deferuntur. Eos ita eſſe a natura comparatos, ut ſpiritum, ſive radios viſivos ad pupillas uſque adducerent, veteres crediderunt; idcirco canalium inſtar perforatos putabant. Rem clarius expreſſit Galenus *tom.*IV. 538., ex quo ſuum de re Anatomica libellum confecit Oribaſius. Τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμοὺς ἀπ' ἐγκεφάλου κατιόντα νεῦρα αἰσθητικὰ πρότερον ἡ φύσις εἴσω τοῦ κρανίου συνάψασα καὶ ἐπικάμψασα, καὶ τῶν πόρους αὐτῶν ἑνώσασα, καὶ σχῆμα παραπλήσιον τῷ Χ γράμματι ποιήσασα, μετὰ ταῦτα πάλιν ἑκάτερον ἐπὶ τὸν κατ' εὐθὺ τῆς ἄνωθεν ἐκφύσεως ὀφθαλμὸν περιήγαγεν, ὥστε τὸ ἀπ' ἐγκεφάλου παραγινόμενον εἰς ἑκάτερον τῶν ὀφθαλμῶν πνεῦμα, εἴποθ' ἕτερος αὐτῶν μύσειεν, ἢ πηρωθείη, τελέως ὅλον εἰς τὸν ὑπόλοιπον ἰέναι κ. τ. λ. *Nervos autem ſenſificos a cerebro ad oculos deſcendentes natura prius intra cranium coniungens, & reflectens, ipſorumque meatus exiguos uniens, & figuram X litterae ſimilem faciens, poſtea utrumque rurſus ad ſupernae rectitudinis productionem ad oculum produxit, ut ſpiritus, qui a cerebro ad utrumque oculum proficiſcitur, ſi quando eorum alter clauſus fuerit, aut omnino mutilus, in alterum plane commearet &c.* Cetera, quae circa oculorum morbos leviter attingit Poëta, videſis apud Medicos, & Anatomicos.

741. Ἀπαγγέλλει τὸν Θεὸν γνόφει, res creatae, quibus ipſis explicandis impares ſumus, oſtendunt, quam ſit incomprehenſibilis notitia Dei. Semper eo redit Piſida, ut probet, quae ſit noſtrae mentis imbecillitas. Vide ſupra *v.*4., *&* 600.

745. Opera Dei intuentes, & quantum in nobis eſt, quae ſit Creatoris maieſtas, & providentia. conſiderantes ad poenitentiam excitamur: inde oculi ſunt faces illuminantes corda. Lacrimarum vim ad abluenda peccata S. Baſilius *Homil.* XXI. 7. ſic expreſſit: Πορνεία μὲν γὰρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ῥιφέντα διαλύεται, καὶ πρὸς τὸ μηδὲ εἶναι χωρεῖ, λυθέντα τοῖς δάκρυσι. *Scortatio namque, & quaecumque talia ſunt, eiecta pereunt, & eo deveniunt, ut ne ſint quidem amplius, ſi lacrimis deleantur.*

752. Quam difficilis haec ſit inveſtigatio de animae, & corporis unione declarant tot, ac tam variae Philoſophorum ſententiae, & plerumque ἀόρατα ſyſtemata. Vide Platonem *in Tim.*99., & *in Phaedone* paſſim, Ariſtotelem *de Anima*, Plutarchum *lib.*IV. 3., Lucretium *lib.*II., Ciceronem *Tuſcul* I., S. Gregorium Nyſſenum *de opif. hom. cap.*12., Lactantium *de eodem argumen. cap.*17., *& ſeqq.*, & S. Auguſtinum *lib. de quantit. Animae*.

755. Cod.1126. τὰς ἐνεργείας νέμει. Quid ſit animae energia, quam deſignat Piſida, explicat Socrates *in Theaeteto pag.*187. Ibi enim ſcientiam non in ſenſu, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι, ὅτι ποτ' ἔχει ἡ ψυχή, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα, *ſed in illo nomine, quodcumque tandem habeat anima, cum ipſa per ſeipſam conſideratione verſatur.* Itaque animae poſt perceptas ope ſenſuum ideas operationem, & iudicium indicat Piſida. Mentis autem vis, & celeritas *ibid. pag.*173. Socrates ita deſcribit: Ἡ δὲ διάνοια ... πανταχῇ φέρεται, κατὰ Πίνδαρον, τάς τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὑτὴν συγκαθιεῖσα. *Mens ... ut Pindari utar verbis, & quae ſub terra ſunt, & quae ſuper terram metitur, & quae ſuper caelum aſtronomiae rationibus explicat, & omnem ubique rerum naturam, quae univerſi ambitu continetur, pervestigat, non vero ſeſe proximis rebus ullo modu ſubmittit.* Cod. Vatic. 1126. habet εἰς γῆν ἐνεργείας νέμει, *totam ſuam vim in terrena conicit*; quam lectionem probo.

760. Cod. Vat.1126. melius τῶν δὲ στοχασμῶν, vel ſi placet τοῖς δὲ στοχασμοῖς.

762. Idem Cod. recte ἵεται *appetit*.

767. Cum hominem carne, & ſpiritu compoſitum conſiderandum dederit, morbos, qui ex carne, quique ex ſpiritu in eo, & contra eum excitantur, enumerat. Quae ex concupiſcentia vel ex ſenſibus oriuntur mala, ad carnem, ſive corpus refert; quae autem ex falſa rerum comprehenſione, ac pravo mentis iudicio concipiuntur, ex ſpiritus corruptione naſci deſignat. Utrorumque recte facit auctorem Diabolum. Huius diſtinctionis inter peccata vel ex carne, vel ex ſpiritu in noſtram perniciem prodeuntia, quae nos animi vitia dicimus, fundamentum eſt doctrina Platonica de anima immortali, & mortali in diverſas corporis partes collocata, quam vide *in Timaeo pag.*69., *& ſeqq.*, & *de Anima mundi pag.*102., ubi Plato de corporis, & animi morbis diſſerens, eorum originem, communionemque ita definivit: Ἀρχαὶ δὲ κακίας, ἁδοναὶ καὶ λῦπαι, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμμέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τᾷ ψυχᾷ, καὶ ἐξαγγελλόμεναι ὀνόμασι ποικίλοις. *Vitiorum autem principia ſunt, voluptates, & dolores, cupiditates, & timores, ex corpore quidem accenſae, ſed in animam quaſi immixtae: ac proinde ex variis effectis varias ſortiuntur appellationes.*

769. Φρένας Plato *in locis cit.* vocat quamdam membranam, quae inter animam immortalem, & mor-

& mortalem, vel rationalem, & irrationalem interpoſitam dicit; ne pars ſuperior inferiori devicta cederet, ſed haec ipſa ea ratione diſcluſa, atque ſeiuncta ad obtemperandum rationi eſſet paratior. Hinc Piſida Diabolum τῶν φρενῶν ὁδοστάτην appellat.

773. I. *Iac.* I. 15. *Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Vide S. Baſilium *Homil. in Pſal.* VII. 8. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.*

775. Cod. 1126. ὡς τὴν ἄρκτον. *Pſal.* XLVIII. 13. *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Vide S. Baſilium, & alios SS. Patres *ibid.*, qui cum Piſida habent communia. Ac S. Ioh. Chryſoſtomus ita ad rem: Ἀλλ' οὗτοι οἱ περὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν εἰδότες, τῶν ἀλόγων χείρους εἰσίν· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βίον διεφθαρμένον ζῶντες, ὄφεις γινόμενοι, καὶ σκορπίοι, καὶ λύκοι διὰ τῆς πονηρίας· καὶ βόες διὰ τῆς ἀνοίας, καὶ κύνες διὰ τῆς ἀναισχυντίας. *Sed hi, qui de futuris nihil ſciunt, ſunt brutis deteriores: nec ii ſolum, ſed etiam qui ſceleratam, & perditam vitam agunt, utpote qui fiant ſerpentes, ſcorpii, & lupi propter improbitatem, & boves propter vecordiam, & canes propter impudentiam.* Si licet ſacris profana immiſcere, adi etiam Homeri *Odyſſ.* X. 359., & 386., ubi de Circe ſermo eſt, quae Ulyſſis ſocios ob intemperantiam in porcos commutavit; per Circem enim voluptatem eſſe ſignificatam nemo prorſus ignorat. Horatius *lib.* I. *ep.* 2. *v.* 23:

Sirenum voces, & Circes pocula noſti,
Quae ſi cum ſociis ſtultus, cupiduſque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

778. Πλῆκται lege πλήκτας.

782. Cod. Vat. 1126. παραπλάνα melius, quod a παραπλανάζω, *abduco, ſeduco.*

783. De ambitione plura in ſequenti Poëmatio *de vanitate vitae.*

784. Cod. 1126. βάπτει melius; quae locutio arriſit Morellio; reddidit enim *tingit.* Male Editores Bibl. PP. mallent legere: *Nam laedit animum inſtante mentes pharmaco.* Quam elegantius eſt hoc dicere *Diabolum infeciſſe ſua tela veneno falſae gloriae &c.*, quam illud *ipſum laedere animum pharmaco &c.*!

786. Lege εὐδοξίαν, ut ſit antitheſeon continuata ſeries, & ſenſus germanus.

787. Succurrit illud Homeri *Iliad.* VI. 486. de Andromacha, quae filium excepit ſinu δακρυόεν γελάσασα, *lacrimabunde ridens.*

788. *Epheſ.* V. 5. *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus; quod eſt idolorum ſervitus, non habet hereditatem in regno Dei.* Recte S. Gregorius Nazianz. cur avarus idololatra vocetur, definit *Carm. Iamb.* XXII. *v.* 371:

Πολλῶν κακῶν ὄντων τε καὶ καλουμένων
Εἰδωλολάτρης οὗτος εἴρηται μόνος·
Ὃ τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ·
Ὃς οὐδὲν οἶδεν, ἢ λογίζεται πλέον.
Multi licet ſint, & vocentur improbi,
Idololatra dictus eſt ſolus tamen,
Quo nullum in aevo gravius eſt uſquam ſcelus,
Qui praeter aurum nil ſcit, aut nil cogitat.

794. Qua ratione Diabolus humanum corpus, ſive carnem ſibi ſubiiciat, & quae ſint opera carnis cum S. Paullo deſcripſit Piſida: nunc quomodo Diabolus ipſe ſpiritum aggrediatur, & ad quodvis facinus mente concipiendum impellat, oſtendit.

796. *Gal.* IV. 17. *Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum; ſpiritus autem adverſus carnem: haec enim ſibi invicem adverſantur &c.*

799. Vide ſupra *verſ.* 769.

801. Lege συμπνία, quod habet Cod. Vat. 1126. Poëta hoc loci, & in ſeqq. verſibus Adae lapſum per aſtutiam ſerpentis indicat. *Geneſ.* III. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus &c. Dixit nequaquam moriemini &c.* Vide S. Ambroſium *de Paradiſo* 15.

802. *Geneſ.* III. 14. *Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terrae: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitae tuae.*

803. Cod. Vat. 1126. θηρίον.

804. Pro στιχοδρομεῖν idem Cod. habet στηθοδρομεῖν. *pectore incedere, ventre uti tamquam pedibus ad incedendum*: quae lectio non eſt contemnenda. Verum magis placet στιχοδρομεῖν *alternis greſſibus, quaſi per verſus ſibi reſpondentes, incedere*, quod ſerpentis inceſſum proprie denotat. Vide Pollucis *Onomaſt.* VII. 36., & Dufreſne *Gloſſ. Graecit.* in *v.* στίχος.

806. Idem Cod. 1126. τοὺς λύκους τάχα τρόπους. Piſida non affirmat lupos edere terram. Sic Ariſtoteles *Hiſt. Animal.* VIII. 5. Πλὴν τοὺς λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὲ τοῦτο τῶν ζώων. *Niſi quod lupos aiunt terram quamdam, cum eſuriunt, edere; quod peculiare luporum ſit.* Solinus *Polyhiſt.* 2. id pro certo tradit: *Veſcuntur in fame terram.*

808. Idem Cod. κυρτῷ pro κοινῷ.

809. Serpens voluptatis eſt ſymbolum, utpote qui pedibus caret, pronus ventre nititur, &c. Vide S. Ambroſium *de Paradiſo* 15., qui dicit delectationem corporalem accepiſſe typum ſerpentis.

812. Elegantiſſima antitheſeon congeries ad Diaboli fraudulentum ingenium declarandum: Recte S. Baſilius *Homil. in Pſal.* XLV. Ἐπιβουλεύων γὰρ ὡς πολέμιος, πάλιν τοὺς ἐπιβουλευθέντας ἐξαπατᾷ, αὐτῷ προσφεύγειν, ὡς φύλακι, ὥστε διπλοῦν αὐτοῖς περιΐστασθαι τὸ κακόν· ἢ βιαίως ληφθῆναι, ἢ ἐξ ἀπάτης ἀπολομένοις. *Etenim dum inſidiatur velut hoſtis, rurſus quibus inſidiatus eſt, eos deceptos inducit, ut ad ſe ceu cuſtodem confugiant. Quare duplex eis malum imminet: quippe aut per vim malam capiuntur; aut ex fraude pereunt.* Vide etiam *Homil.* IX. 9.

816. Spe-

816. Spectrorum, & phantaſmatum, quae nobis tum dormientibus, tum vigilantibus, & modo volentibus, modo etiam invitis occurrunt, ac ſaepe mentibus imagines obſcoenas obiiciunt, invidiam reiicit merito in Diabolum, qui omni tentationum genere nos impetit, ut fiamus ſervi peccati. Idolorum lubricas ſpecies per ſomnum nobis obverſantes deſcripſit Lucretius IV. 790. Vide etiam aureum Hippocratis librum *de Inſomniis*.

818. Alcimus Avitus *Poëm. lib.* II. 59. eleganter Diaboli fraudes enumerat:

Pugnat, & occultus per publica crimina latro.
Et nunc ſaepe hominum, nunc ille in ſaeva fe-
[illegible]
Vertitur ora, novos varians fallentia vultus;
Alitis interdum ſubito mentita volantis
Fit ſpecies, habituſque iterum confingit honeſtos.
Apparens necnon pulchro ceu corpore virgo,
Pertrahit ardentes obſcoena in gaudia viſus.
Saepe etiam cupidis argentum immane coruſcat,
Accenditque animos auri fallentis amore,
Deluſos fugiens, vano phantaſmate tactus.
Nulli certa fides conſtat, vel gratia formae:
Sed quo, quemque modo capiat, teneatque nocendo,
Opportuna dolis, clauſaeque accommoda fraudi,
Sumitur exterior ſimulata fronte figura, &c.

820. Cod. 1126. καινῇ pro ποιῇ, & in verſu ſequenti κακίας pro ἁμαρτίας.

822. Vide S. Baſilium *Homil. in Pſal.* VII. 8. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.*

823. Cod. 1126. ἀγνοῶ. Atque hic Piſida contra Diaboli tentationes, quibus perſaepe premimur, fortiter eſſe dimicandum, propoſito Martyrum exemplo, commonſtrat.

826. Videtur exprimere illud Paulli *Rom.* VII. 23. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati.*

827. Ἀῤῥήτως vertimus ex Lactantio *ineloquibiliter*. Non dubito Piſidam reſpexiſſe ad *Apocalypſ.* XII. 9. *Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas.* Vide, quae eruditiſſimus Iohan. Lamius adduxit in defenſionem Glycae hunc ſerpentem vocantis ἰκτὸν ὄφιν, *in Prolog. Galeato Delic. Erud.*

830. Puto παράξωμεν. Maximam hominis dignitatem, de qua plura apud Patres, noluit Piſida tacitus praeterire. Vide S. Gregorii Nyſſeni Homilias in illa verba *Geneſ.* I. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*

831. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Pſal.* CIII. 26. Et *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Geneſ.* III. 15.

834. S. Baſilius *Homil.* IX. 9. Φύσις δὲ αὐτοῖς ἀσώματος κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὸν εἰπόντα· οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. *Ceterum eius natura eſt incorporea, iuxta Apoſtolum dicentem Epheſ.* VI. 12. *Non eſt nobis colluctatio adverſus ſanguinem, & carnem, ſed contra ſpiritualia nequitiae.*

837. Martyres, & Sancti omnes contra Diaboli nequitiam pugnantes, in virtute, & per gratiam Servatoris noſtri Ieſu Chriſti victoriam reportarunt. *Apocal.* XII. 10. *Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni, & propter verbum teſtimonii ſui, & non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem.*

839. Idem argumentum perſecuturus circa hominis imbecillitatem in eo, quod adtinet Divinae eſſentiae cognitionem, neminem omnino eſſe, inquit, qui vel prophetico ſpiritu inſignis, vel miraculis clarus hanc Dei vere incomprehenſibilis notitiam aſſequi poſſit.

841. Metaphora a re medica ſumpta, σφυγμὸς enim eſt *venarum pulſus*, & διάγνωσις ex explorato pulſu *iudicium*. Vide Galenum περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν *de pulſibus dignoſcendis tom.* VIII. *pag.* 103.

842. Θεῖον ὄργανον eſt, ſi quid video, Dei ſermo, & ſacrarum Scripturarum complexio. Senſus autem eſt: ſi quis a terrenis ad divina ſe transferens tantum proficiat, ut fiat per fidem alius Iſaias, cuius tanta fuit divinarum rerum intelligentia, ut *cap.* XL. 3. illis verbis *Vox clamantis in deſerto &c.* Meſſiae adventum, eiuſque Praecurſorem praemonſtraverit, & per aeque ac ille, prophetico ſpiritu donatus, & igneo carbone purgatus, ut *ibid.* legitur *cap.* VI. 6., divinorum oraculorum ſenſus explanet, longo tamen intervallo a Deo cognoſcendo diſtabit, vel etiamſi ſanctitate, & miraculis, ut Elias, aut Moſes praefulgeat. Ceterum qui haec, & ea quae ſequuntur, melius noſſe deſiderat, legat S. Gregorii Nazianzeni *Orat.* XXXIV., quam ſane prae oculis habuiſſe Piſidam non dubito affirmare.

843. Scilicet γνώμονος.

845. *Iſai.* VI. 6. *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari &c.* LXX. Interpretes pro χερουβὶμ, & πυράγρᾳ, ut eſt in Piſida, habent σεραφὶμ, & λαβίδι, ſed pro *calculus*, ut eſt in Vulgata, ἄνθρακα.

846. Eliam innuit, de quo in libro *Reg.* IV. 2. 11. *Cumque pergerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in caelum.* Videſis apud Mythologos de Phaetonte, & Bellerophonte fabulas, quas ſcite coniunxit Horatius IV. *Od.* XI. 25.

850. Duo portenta, quae per Eliam facta ſunt, indicantur: ſcilicet ignis ad conſummationem holocauſti, eius precibus, de caelo delapſus, & terrae ſiccitas praenunciata. *Reg.* III. 18. *Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocauſtum, & ligna, & lapides.* Et ibid. XVI. 1. *Et dixit Elias ... Vivit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit*

ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi iuxta oris mei verba.

852. *Dan.* VI. 22. *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.*

853. *Ibid.* III. 50. *Et fecit* Angelus *medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis.*

854. *Exod.* VII. 20. *Et elevans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſervis eius, quae verſa eſt in ſanguinem.*

855. *Ibid.* X. 22. *Extenditque Moyſes manum in caelum: & factae ſunt tenebrae horribiles in univerſa terra Aegypti &c.*

856. Verſus ſuppletus ex Cod. 1126. miraculi vim explicans, quo factum eſt, ut Aegyptiis in tenebris degentibus Hebraei velut in clariſſima luce viderent, quod legitur in libro *Sap.* XVII. 20. *Solis autem illis ſuperpoſita erat gravis nox ... Sanctis autem tuis maxima erat lux.*

857. *Exod.* X. 13. *Dominus autem praecedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux eſſet itineris utroque tempore.*

859. *Ibid.* XVI. 15. Manhu: *quod ſignificat: Quid eſt hoc? ignorabant enim, quid eſſet. Quibus ait Moyſes: iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.*

860. *Ibid.* XVI. 12. *Veſpere comedetis carnes ... Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix cooperuit caſtra &c.*

861. *Ibid.* XVII. 6. *Percutieſque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus.*

862. *Ibid.* XVII. 11. *Cumque levaret Moyſes manus vincebat Iſrael: ſin autem paullulum remiſiſſet, ſuperabat Amalec.*

864. Cod. 1126. ἴδῃ melius. *Exod.* III. 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureret.*

865. Per rubum incombuſtum Incarnationis myſterium eſt praefiguratum.

866. *Exod.* III. 6. *Abſcondit Moyſes faciem ſuam: non enim audebat aſpicere contra Deum.*

867. *Ibid.* XIX. 18. *Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace.* Et XX. 21. *Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus.* Obiter hic adnotabo ea, quae Dionyſius vulgo Areopagita fuſe tradit, & tractata inveniuntur eodem modo in Scriptoribus Platonicis circa divinam caliginem, ab hac apparitione, veluti a fonte emanaſſe.

868. Cum Dominum Moyſes rogaſſet, ut ei gloriam ſuam oſtenderet, reſpondit Deus. *Exod.* XXXIII. 20. *Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & vivet ... Cumque tranſibit gloria mea ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea, donec tranſeam.*

869. *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* Quid ſint poſteriora Dei, ſcilicet quae per eum facta ſunt, & reliqua, quae fortaſſe quamdam explicationem expoſcere viderentur, explanata invenies apud Interpretes *locis citt.* Sed praeſtat S. Gregorium Nazianz. audire, paucis verbis rem explanantem, ταῦτα Θεοῦ τὰ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα, *Dei poſteriora ſunt ea, quae poſt eum exſtiterunt*, nobiſque ipſius numen declarant. Maximus Tyrius a Piſida non abludens in ſublimem rationis ſpeculam nos erigere ſuadet, *Diſſ.* 1. ἐπισκέψασθαι τὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ἴχνη, τίνα χώραν ἔχει, τίνα φύσιν, *unde veſtigia Dei obſervemus, ut ſciamus, ubi ſint, & qualia.*

876. Vulgaris eſt comparatio, & pene omnibus Patribus poſt Platonem *in Phaed.* communis. Vide Clem. Alex. *Coorth. ad Gen. pag.* 47., & S. Greg. Naz. *Orat.* XXXIV.

878. In Cod. Vat. 1126. Huius verſiculi loco legitur hic Κόσμος μόνος καὶ σκοτοῦ τούτου φέρας, poſt quem alii duo, qui non leguntur in Morellio.

883. Quae de incomprehenſibili maieſtate, & eſſentia Dei per antitheſes illuſtrata hic ſubiiciuntur, vel ut corollarium ex praedictis deducuntur, confer, ſi vacat, cum ſcriptis Dionyſiacis *de Eccleſ. Hier.* Si autem caput V. *de div. nom.* tantummodo legeris, nihil erit ultra, quod deſideres. Vide etiam Bruckerum *Hiſt. Philoſ. tom.* II. *pag.* 416., & III. *pag.* 522.

891. De Angelis vide ſupra *v.* 167.

894. Cod. 1126. ὑπερτέρων. Piſida ut nullis terminis circumſcriptam Dei potentiam oſtendat, alios etiam rerum creatarum ordines praeter Angelicos non excludit.

895. Cod. 1126. ἐν ἄρει.

896. Quidam Graeci Philoſophi mundos eſſe infinitos dixerunt. Vide Plutarchum *de plac. Phil.* I. 5., & II. 1. Anne Piſida ſecundum eoſdem dicit παντὶ κόσμῳ *in omni mundo*, καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ, *& in eo qui ante erat?* Minime vero. Atqui SS. Patres ante mundum quid eſſe creatum exiſtimarunt. Eſto: ſed cum hoc dicerent, Angelicas quidem ſubſtantias intelligebant: Ἦν γάρ τι, ὡς ἔοικε, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τούτου, ὃ τῇ μὲν διανοίᾳ ἡμῶν ἐστι θεωρητὸν, ἀνιστόρητον δὲ κατελείφθη, κ. τ. λ. *Erat & ante hunc mundum, ut veriſimile eſt, aliquid quod noſtra quidem cogitatione poſſumus aſſequi, ſed narrationem effugit &c.* S. Baſilius *in Hex.* I. 5. Quid autem de mundo μετ' αὐτὸν, *qui erit poſt hunc*, quem videmus? Num de Stoica mundi inſtauratione intelligendum eſt? Non arbitror. Malim Piſidam ad eam mundi renovationem reſpexiſſe, quam ſibi perſpectam habuiſſe ex Iſaia teſtatus eſt S. Iuſtinus *in Dial. contra Tryph.* 81., quamque etiam probavit futuram Lactantius *Divin. Inſt.* VII. 26., unde de Millenariis orta eſt ſententia. Utrum autem haec cum Platonis doctrina, qui mundum inaſpectabilem, & aſpectabilem, & animarum mutationem, migrationemque admiſit

ſit *in Phaed.* aliquatenus conſentiant, alius viderit.

898. Si ea, quae ſequuntur, & alia hiſce ſimilia, quae in Piſida occurrunt, vir ſane eruditione inſignis Bruckerus animadvertiſſet, inter ea momenta, quibus Patres inter Platonicos Eclecticos recenſendos putat, profecto retuliſſet. Satis enim aperte videtur hic expreſſa illa Platonica, & Stoica Dei emanatio in res creatas. Celebre eſt illud Virgilii *Aen.* VI. 726.

Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & toto ſe corpore miſcet.

Verum optaſſem ſane, ut idem Bruckerus, qui nimis fortaſſe ſtudioſe ex Scriptoribus Eccleſiaſticis ea omnia collegit, quibus ſuam ſententiam confirmaret, parcius id vitio vertiſſet Lactantio, & aliis. Non enim ſatis moderato animo Lactantium ipſum, ut alios omittam, reprehendit, *tom.* III. *pag.* 467., quod ille *Divinam mentem* dixerit *per univerſas mundi partes intentam diſcurrere, & omnia regere, omnia moderari, ubique praeſentem, ubique diffuſam.* Socrates quidem Deum eſſe aiebat mentem univerſi; ac Plato animum per immenſas mundi partes diffuſum, ex quo omnia, quae noſcuntur, vitam capiebant. Sed quam diverſa haec ſunt, aut quam diverſa mente, & ſignificatione expreſſa? Platonicum etiam Ieremiam quis appellabit, cum Dominum ita loquentem inducit? XXIII. 24. *Numquid non caelum, & terram ego impleo?* Igitur ſi Patres Deum undique diffuſum dixerunt, divinam ſane providentiam, & praeſentiam in rebus ſingulis ſe exerentem voluerunt oſtendere. Idcirco Piſida rectius quoque locutus non mentem, ſed ἐνέργειαν, vim, atque efficaciam divinam ubique ſe prodere, atque in omnes res ſe diffundere, ac permeare affirmat. Atque hic paullatim pergit ad alia mirabilia Dei enarranda, quae a primo creationis exordio uſque ad praeſentem diem renovari, ac perpetuo ordine conſervari in terra conſpicimus. Ex eo enim quod ſemel dixit Deus die ſecundo. *Germinet terra herbam virentem, & facientem fructum, Gen.* 11. Et die quarto: *Producant aquae reptile animae viventis, & volatile ſuper terram, ibid.* 20. Et die quinto: *Producat terra animam viventem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terrae, ibid.* 24. Ἡ τότε φωνὴ, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα, οἷον νόμος τις ἐγένετο φύσεως, καὶ ἐναπέμεινε τῇ γῇ, τὴν τοῦ γεννᾷν αὐτῇ καὶ καρποφορεῖν δύναμιν εἰς τὸ ἑξῆς παρεχόμενος. *Vox illa tunc emiſſa, ac primum illud praeceptum, velut lex quaedam naturae evaſit, inhaeſitque terrae, ac ei generandi, fructuſque in poſterum ferendi vim contulit*, ut egregie loquitur S. Baſilius *Hom.*V. 1. *in Hex.* Igitur Piſida de plantarum, & animalium, necnon aliarum rerum indita vi, ac proprietate ſecundum Dioſcoridem, Theophraſtum, & Galenum, quos habet huius tractationis duces, & magiſtros, incipit diſſerere, ut inde clarius eluceſcat contra Epicureos, & Manichaeos, quam late pateat divinae Providentiae bonitas, & conſilium. Tale argumentum Patres fere omnes uberrime pertractarunt, omneſque eo intenderunt, ut ad ſenſus myſticos rerum naturalium effectus transferrent; quod idem ſane praeſtat etiam Piſida.

901. Propter hominem omnia eſſe creata a Deo unanimis eſt Patrum conſenſus. Vide Lactantium *de ira Dei* 13.

909. Res quaeque minima in contemplationem divinae potentiae hominem poteſt adducere: Αὐτῶν δὲ τῶν καρπῶν τίς ἂν ἐπέλθοι τὴν ποικιλίαν, τὰ σχήματα, τὰς χρόας, τῶν χυμῶν τὴν ἰδιότητα, τὸ ἀφ' ἑκάστου χρήσιμον; *Ipſorum autem fructuum varietatem, figuras, colores, ſaporum proprietatem, uniuſcuiuſque utilitatem quis recenſere poſſit?* S. Baſilius *Homil.* V. 8. *in Hex.*

911. De balſamo, planta odorata, quae, ut ferunt, nonniſi in Iudaea olim naſcebatur, vide Theophraſtum IX. 6., Dioſcoridem I. 18., & Plinium XVI.

913. Dioſcor. I. 105. Κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται. *Cedrus arbor magna eſt, ex qua cedria dicta colligitur.* Plinius XXXIV. *Cedrus magna, quam cedrelatem vocant, dat picem, quae cedria vocatur.* Haec reſina, quae cedria a ceteris appellatur, eſt unguentum in Piſida. Vide Theophraſtum III. 12., & V. 9.

915. Recte Piſida Nardi virtutem in radice potius, quam in ſpica videtur collocare, dicens μυρίζων τὴν πόαν. Circa huius plantae varias ſpecies, & uſus medicos vide Theophraſtum IX. 7., Dioſc. I. 6., & Comment. Matthioli, qui Plinium reprehendit quaſi fabuloſa narrantem.

917. Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται. *Palma in Aegypto naſcitur*, Dioſc. I. 148. *& ſeqq. Palma ſola in ſpathis habet fructum racemis propendentem*, Plinius XVI. Vide Theophraſtum II. 81.

919. Mala citria, Graecis Medica, quod ex Media primum in Italiam fuerint advecta, bene per ſpinas, quibus muniuntur a ceteris malorum ſpeciebus Piſida diſtinguit. Vid. Theophraſt. IV. 4., Dioſc. I. 166., & Plin. XII. Scite autem ſpinas αὐτοχάλκευτα ξίφη *arma a natura fabricata* nuncupat.

921. Cod. 1126. τῶν φύτων ὅλων. Fructuum varietatem, quorum aliis durum, aliis molle, & tenerum eſt integumentum, admiratur etiam S. Baſilius *Hom.* V. 8. *in Hex.* De eorum differentiis fuſe Theophraſtus in principio operis.

925. Cod. 1126. ἐμπαθὴς.

926. Si hoc Piſidae poëma mutilum dicendum ſit; plura hic deſiderari non gravate concederem. Veriſimile enim non puto, tam pauca de plantis dixiſſe eum, qui de animalium proprietatibus tam abunde diſſerit. Quae eſt Piſidae nova argumenti materies, circa quam auctor

tibi ſum, ut legas ſapientiſſimam Galeni Praefationem ad libros *de partibus corp. hum.* De leonum timore vide ſupra *v.*405. Quid autem notius, quam meticuloſa damarum natura? attamen videſis Aelianum *de nat. anim.* VII. 19. περὶ δειλίας ζώων *de timiditate animalium*. Ceterum dorcas non eſt proprie dama, ſed capreae montanae ſpecies, ut ex deſcriptione Aeliani IX. 14. patet. Oppianus etiam *lib.*II. *de Venat.* dorcadas a damis diſtinguit. Memini me legiſſe dorcadem a δέρκω *acute inſpicio*, eſſe dictam: unde ὀξυδερκία, & ὀξυδορκία.

930. De diverſis avium ſonis, & vocibus vide Aelianum VI. 19., & S. Baſilium *Hom.*VIII. 3. *in Hex.*

931. Aeſopum notat. Fortaſſe etiam quoſdam ſui temporis ineptos Philoſophos irridet, qui colloquia inter ſe aves inire, ſermoniſque uſum habere dicerent, ut inter hominem, & beſtiam nullum eſſe diſcrimen evincerent. Huiuſmodi fabellas de Democrito narrat Plinius X. *p.*571. *edit.Hard. in fol.*, & XXIX. 505., S. Gregorius Nazianz. *Orat.*XXXIV. volucrum harmoniam demiratus aeque ac Piſida eam ſententiam de avium colloquiis videtur refellere: Ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίως φωνάς, καὶ ὅσα τέχναι σοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας. *Mitto enim illas vi expreſſas voces, & quidquid artes adverſus veritatem ſubtiliter comminiſcuntur*. Fuere nonnulli, qui dicerent Adamum in Paradiſo colloquia habuiſſe cum omnibus beſtiis. Pſeudo-Abdias ad *lib.* VI. id adfirmat, nec ab eo videtur diſſentire Michaël Glycas *epiſt.* 4.

933. Gryphum, Indicum animal dicit Aelianus IV. 27., Plinius fabuloſum exiſtimat. Euſtathius *in Hexaëm.* ait ἁρπάζειν τὸν λέοντα, οὕτως εὐχερῶς, ὡς ἀετὸς παρ' ἡμῖν λαγωόν, *tam facili negotio leonem arripere, quam apud nos aquila leporem*. In Cod. 1126. eſt γὺψ *vultur*, de quo auctores ſimilia narrant.

936. S. Baſilius camelos iram diu conſervare, & iniuriarum eſſe memores refert *in Hom.* VIII. 1. *in Hex.*

937. Aelianus III. 47. Oedipodem inſectatus concludit: οὐκ ἂν γοῦν ποτε τῇ τεκούσῃ ὁμιλήσαι κάμηλος, *camelus igitur cum matre numquam coit*.

940. Nefandam Perſarum incontinentiam notat S. Iuſtinus *Orat. contra Gent.* 28., & acrius etiam exagitat Clemens Alexand. I. Paedag. 1. 7. Minimum igitur apud eos valuit Alexandri Magni auctoritas, qui teſte Plutarcho *Orat.*I. *de eius fort.* *pag.*328. docuit Perſas σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν, *ut matres venerarentur, non uxorum loco haberent*.

941. Aphoriſmorum Hippocratis librum commendat, de quo Suidas v. Ἱπποκρ. ait ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν σύνεσιν, *humanum ſuperare ingenium*.

942. Dioſc. III. 37. Φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθείσας καὶ γευσαμένας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα. *Aiunt & in Creta capras tela, quibus ictae ſunt, huius herbae paſtu excutere*. Eumdem effectum praeſtare dictamnum damis, & cervis dixere alii auctores. Vid. Aelianum *Var. Hiſt.*I. 10. Cod. 1126. pro ἐμφαγών habet ἐκφαγοῦ, & deinde pro τῶν βελῶν exhibet τῶν μελῶν.

944. Poſt Hippocratem merito laudat Galenum. Aelianus *Hiſt. Anim.* II. 43. Καμόντες τὴν ὄψιν ἱέρακες, εὐθὺ τῶν αἱμασιῶν καὶ τὴν ἀγρίαν θριδακίνην ἀνασπῶσι, καὶ τὸν ὀπὸν αὐτῆς πικρὸν ὄντα καὶ δριμὺν ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν αἰωροῦσι τῶν σφετέρων, καὶ λειβόμενον δέχονται, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὑγίειαν ἐργάζεται. *Cum ex oculis laborant accipitres, illico ad ſepes volant, & ſilvaticam lactucam evellunt, eiuſque acerbum, & acrem ſuccum expreſſum ſuis oculis inſtillant, & hoc pacto ſanitati reſtituuntur*.

947. Inter veteres auctores neminem inveni, qui de pardali, vel panthera idem narret, quod Piſida. Aldovrandus *de quadrup. digit. p.*76. teſtem adhibet Albertum Magnum. Cod. 1126. αἰγὸς ἀγρίας.

949. Neque de camelo, cuius eſt alioquin calida natura, quid ſimile ſcriptum ab aliis deprehendi. Quamvis non mirum hoc ſit; potuit enim alios legiſſe Piſida praeter Hippocratem, Galenum, & Dioſcoridem, cum pene innumeri antiquitus auctores exſtiterint, qui de plantis, & medicamentis ſcripſerunt, quorum non tantum ſcripta, ſed etiam nomina interciderunt, ut videre eſt in Galeno *lib.* VI. *de ſimpl. medic.* *pag.* 144., qui nonnullos enumerat.

951. De canibus ſeipſos gramine purgantibus ſimilia refert Aelianus VIII. 9., qui agroſtin, vel gramen vocat πόαν ἐν ταῖς αἱμασιαῖς φυομένην, *herbam in maceriis naſcentem*. De lupis terram edentibus vide ſupra *v.* 806. Lepores cantharos, & cycnos ranas ad medelam comedere, quod ſciam, nemo tradit. Leonibus autem ad reficiendas ſenio fractas vires eſſe remedium ſimiae carnem affirmat Phile *Hiſt. Anim.* 65., ſed Aelianus *Var. Hiſt.* I. 9. ad omnes morbos prodeſſe leoni ſimiam dicit: λέοντα νοσοῦντα τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὀνίνησι· φάρμακον δὲ ἐστιν αὐτῷ τῆς νόσου βρωθεὶς πίθηκος, *aegrotanti leoni nihil aliarum rerum prodeſt, ſed ſi comedat ſimiam, id ei morbi remedium exſiſtit*. De hirco ſilentium apud alios auctores. Scammoniam, de qua Dioſcorides IV. 171., ἄπεπτον *crudam, non decoctam* hircos edere dicit Piſida. Perperam Morellius *difficilem* reddidit, putans Poëtam abſinthio ſimilem tribuiſſe ſcammoniae qualitatem, cum hic tantum ſit luſus verborum: miratur enim, ut ſcammonia cruda cruditatem depellat. Morellius ſuum errorem detexit in Comment. *ad Hex. Baſilii pag.* 728.

957. Aeſculapium falſe irridet Clemens Alex. *Cohort. ad Gent. pag.* 25. Ἔχεις δὲ ἰατρὸν ἐν θεοῖς· ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς ὄνομα αὐτῷ. *Medicum etiam habes inter Deos: is vero avarus erat, & nomen habuit Aeſculapii*.

958. Ciconiam origani, non anguium comeſtione

ſtione ſanari narrant Ariſtoteles *Hiſt. Anim.* IX. 7., Plinius VIII. 41., & Aelianus VI. 46. Vide Salmaſium ad Solin. *pag.* 901., qui ciconias, ut ibes in Aegypto, quae ſunt πελαργώδεις ὄρνιθες, ſerpentes venari cenſet; & ab his ſaepe vulneratas origano ſibi parare remedium.

959. De catoblepa, fera Lybica, ſimilia habent Plinius VIII. 32., Solinus 30., Aelianus VII. 5.

963. Καταῤῥυτον φλόγα eleganter vocat ignitos torrentes, vulgo *la Lava*, qui ex Aetna, & Veſuvio montibus erumpentes in ſubiectos campos delabuntur, ut noſtris temporibus non ſemel contigit.

964. Melius πυρεσβάλλων, ut conſtet proſodiae ratio.

966. Catoblepas ita dictus, quia ſemper κάτω *deorſum* βλέπει *aſpicit*. Vide huius belluae deſcriptionem in Aeliano. Cod. 1126. habet συννεύων κάτω.

970. Res minimae maxima animalia terrent, ut equos frenum, & flagellum. Piſida ingenioſe unam ex duabus vocibus confecit σνεσμάστιγα, nam σνεὰ hic eſt *frenum*, & *habenae*, & μάστιξ *ſcutica*. Oeſtrum, ſive Aſilum in rabiem agere taurum notius eſt, quam dici oporteat. Vide Aelianum VI. 37. Virgilius *Georg.* III. 147:

Cui nomen Aſilo
Romanum eſt: oeſtron Graii vertere vocantes.
Aſper, acerba ſonans: quo tota exterrita ſilvis
Diffugiunt armenta.

De canibus metum incutientibus leonibus vide ſupra *v.* 405., & de culice *v.* 72. De elephantis autem horrentibus ſues ſic Aelianus I. 38. ὀῤῥωδεῖ δ' Ἐλέφας χοίρου βοήν, *ſuis grunnitu abhorret Elephas*, item VIII. 28., & XVI. 36.

977. Similia his leguntur in Athenaeo IX. 10., in Aeliano VIII. 25., & X. 47., & in Salmaſio ad Solin. *pag.* 317., & *ſeqq.*, quem unum conſulere ſatis eſt. Ichneumon a Graecis ita dictus ab ἰχνεύω, quod roſtro ſuo praelongo quaerat, & inveſtiget. Piſida ὕλλον *hyllum* vocat, unde latine Dracontius apud Iſidorum dixit *ſullum*. Doctiſſimus Salmaſius quaſi diminutivum putavit eſſe τοῦ ὗς *ſuis*, atque id nominis ichneumoni datum ob ſimilitudinem quam habet roſtri ſuilli. Quod Piſida refert hyllum, vel ichneumonem per poſteriores partes crocodili evadere, confirmat ex Plinio Solinus 32., *quod ichneumon conſpicatus penetrat belluam, populatiſque vitalibus eroſa exit alvo*. Aelianus *loc. cit.*, & Phile 76. dicunt ichneumonem non intus exedere, ſed ſtrangulare crocodilum, quem ſcite Piſida ὑδρόχερσον θηρίον, *monſtrum terreſtre, & aquatile* τὸ ἀμφίβιον vocat.

983. Avicula, de qua Noſter loquitur, eſt trochilus. De ea Ariſtoteles IX. 6., Aelianus III. 11., & VIII. 25., Phile 75. Liceat Plinii VIII. 37. verba referre: *Hunc* crocodilum *ſaturum cibo piſcium, & ſemper eſculento ore, in littore ſomno datum, parva avis, quae trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli gratia, os primum eius aſſultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc ſcatendi dulcedinem, quam maxime hiantes: in qua voluptate ſomno preſſum conſpicatus ichneumon, per eaſdem fauces, ut telum aliquod immiſſus erodit alvum.* Vide Salmaſium ad Solin. *pag.* 315. diſertiſſime haec omnia explicantem.

992. Compotorum, & coëpulonum greges, qui ſe divitum amicos faciunt, ſuggillat. Celebris eſt ſententia:

Πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας φίλοι.
Multi ſunt menſae, non veritatis amici.

994. Infinitum eſſet, ſi de idololatriae origine, & propagatione quid dicere velimus. Confer Euſebium *de praep. Evang.*, qui totus in eo eſt, ut gentium ſtultitiam evincat, ac ſi plura adhuc aves, vide Patres, & Commentatores in *cap.* XX. *Exodi*. Porro adeo ſuperſtitio dementavit hominum ingenia, ut non modo caeleſtia, puta lunam, ſolem, & ſtellas, ſed etiam quaslibet res inferiores, ob commoda, vel beneficia ab illis accepta, cultus honore proſequerentur. Hinc mare, venti, tellus, homines, crocodili, angues, canes &c. inter Deos relati.

997. Quid intelligat Piſida apertum eſt. Quod tamen Virgilius *Georg.* IV. *v.* 219. de apibus dixit, rem facit clariorem:

His quidam ſignis, atque haec exempla ſecuti
Eſſe apibus partem divinae mentis, & hauſtus
Aethereos dixere.

998. Aegvptiorum dementia in tota natura deificanda merito ipſis Ethnicis ludibrio fuit. Decantatiſſimi ſunt Iuvenalis verſus *Sat.* XV:

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec: illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibim ....
Illic caeruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus haec naſcuntur in hortis
Numina!

Sic etiam Cicero *Tuſc. quaeſt.* V. Aegvptiorum mentes pravitatis erroribus imbutas damnavit, & Maximus Tyrius *Diſſert.* 38. eorum conſuetudinem, qui bovem, avem, & hircum colerent, ſe ferre minime poſſe pronunciavit. De Aegyptiorum ſuperſtitionibus vide Ioh. Clerici *Comment. in Exod. cap.* XX., Melchi Leidekkeri *de Republ. Hebr. cap.* 4., & Diſſertationes, quas doctiſſimus Calmetius XII. minoribus Prophetis legendas praemiſit.

1002. Non praecepta, non minae tanti fuerunt, ut Hebraeos cohiberent, ne Aegyptiacis idolorum abominationibus polluerentur, aut ſaltem e captivitate educti ſuperſtitiones, quibus aſſueverant, dimitterent, ſecum enim illas in deſertum, & in ipſam terram promiſſionis aſportarunt. Confer *cap.* XX. *Ezechielis*, quod quamdam veluti hiſtoriam Iſraeliticae perfidiae, & impietatis videtur continere.

 1004. Intel-

1004. Intelliges Piſidam notare idolum Beelzebub, ſcilicet *Deum Muſcam*, qui a Philiſtaeis in Accaronis civitate colebatur, & quem rex Ochozias, ut eſt in *lib.* IV. *Reg.* I. 2., *&* 16. de languore corporis miſit conſulendum, indignante Elia. S. Philaſtrius Brixienſis *de Haer.* 13. Muſcaccaronitarum ſectam inter Iudaeos fuiſſe narrat. Vide Calmetii Diſſertationem libris Regum praepoſitam *de Diis Philiſtinorum*, & Seldenum *de Diis Syriis ſyntagm.* II. *cap.* 6.

1005. Vide Aelianum IX. 44., qui Piſidae conſentit. S. Baſilius item *Homil.* VII. 4. *in Hex.* Οἶδε τὰ κήτη τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν, τὴν ἔξω τῶν οἰκουμένων χωρίων κατείληφε θάλασσαν, τὴν ἔρημον νήσων ..... μένει ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις, μήτε ταῖς νήσοις, μήτε ταῖς παραλίοις πόλεσι λυμαινόμενα. *Norunt cete vivendi genus ſibi a natura conſtitutum: occupant id mare, quod ultra habitabiles plagas ſitum, inſulis caret: ..... manent intra proprios terminos, neque inſulas, neque urbes maritimas infeſtant.*

1008. Cod. 1126. ὀδοστατίση καὶ ταράξη.

1009. Ναυκράτην a κρατεῖν ναῦν, itemque Ἐχενηΐδα ab ἔχειν ναῦν, *quod naves diſtineat*, tradunt auctores a Graecis eſſe dictum hunc piſciculum, quem idcirco etiam Romani *remoram* appellarunt. Quis ex antiquis ſcriptoribus fabellam hanc non venditavit, aut non confirmavit? Ariſt. II. 14. de ea non videtur dubitare. Aelianus II. 17. tamquam rem indubiam exponit. Plinius *in princ. lib.* XXXII. argumentum inde petit, ut occultam naturae potentiam probet. S. Baſilius *Homil.* VII. 6., Euſtathius *in Comment. in Hex. pag.* 20., Iſidorus *lib.* II. 2., Phile 93., & alii plures ſimilia, ac Piſida narrant. Solus Plutarchus, quod ſciam, *ſympoſ.* II. *quaeſt.* 7. vulgi ſententiam reſpuit, & veram rei cauſſam adſignat.

1013. Ariſtoteles *loc. cit.* Τοῦτο ἰχθύδιον ἐνιοί φασιν ἔχειν πόδας· οὐκ ἔχει· ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ τὰς πτέρυγας ὁμοίας ἔχειν τοῖς ποσί. *Piſciculus iſte a nonnullis pedes habere dictus eſt, quos non habet. Videri tamen id potuit, quod pinnas habeat pedibus ſimiles.*

1014. Cod. 1126. παρεντύπωσιν.

1017. *Quid enim violentius mari, ventiſque, & turbinibus, & procellis? .... Addatur & his reciproci aeſtus inenarrabilis vis, verſumque totum mare in flumen. Tamen omnia haec pariterque eodem impellentia unus ac parvus admodum piſciculus echeneis appellatus in ſe tenet.* Plinius *loc. cit.*

1020. *Mirum! e Graecis alii lubricos partus, atque providentes contineri ad maturitatem adligata ea prodiderunt: alii ſale adſervatum, adligatumque gravidis partus ſolvere, ob id alio nomine odinolytem appellari.* Plinius *ibid. lib.* IX. 41. cum Ariſtotele convenit, qui *loc. cit.* dicit *ad iudiciorum cauſſas, & ad amatoria veneficia eſſe utilem.* Καὶ δοκοῦσί τινες εἶναι πρὸς δίκας, καὶ φίλτρα. Cod. 1126. habet συμβαλόν.

1024. S. Baſilius *Homil.* VIII. 6., & Clemens Alex. *Paedag. lib.* I. *pag.* 106. turturum, & columbarum pudicitiam laudant. Eodem modo Aelianus III. 44., qui de Porphyrione *ibid.* 42. haec praemiſerat: Ζηλότυπος δὲ ὢν ἰσχυρῶς, καὶ τὰς ἀνάνδρους τῶν γυναικῶν παραφυλάττει, καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχευθεῖσαν τὴν τῆς οἰκίας δεσπότιν, ἀπάγχει ἑαυτόν. *Acerrima rivalitate laborat, & mulieres, quae ſunt ſine viro obſervat: quod ſi matremfamilias adulterium committere cognoverit, ſeipſum ſtrangulat.* Cod. 1126. θέαν ἔχει.

1029. Anacreon. *Od.* XXIX. 26. vult, ut cera, qua Bathyllus erat exprimendus:

Ἐχέτω λαλοῦσαν σιωπῇ
Silens loquatur.

1030. De anguillis omnes ſcriptores Ariſtotelem videntur ſequuti, qui IV. 11. ſic ait: Ἐγχέλυς οὔτε ἄρρεν ἐστὶν, οὔτε θῆλυ, οὐδὲ γεννᾷ ἐξ αὐτῆς οὐδέν. *Anguilla neque mas, neque femina, neque ex ſe quidquam procreat.* Et *lib.* VI. 14. Θορὸν δὲ πάντες ἔχουσιν οἱ ἄρρενες, πλὴν ἐγχέλυος· αὕτη δὲ οὔτε θορὸν, οὔτε ᾠόν. *Habent mares omnes ſemen, praeter anguillam, quae neutrum neque ſemen, neque ovum ſortita eſt.* Quomodo autem fieri cenſeat anguillarum procreationem tradit *lib.* VI. 16. ex putri autem oriri decernens. Vide Caſauboni *Comment. cap.* 13. *ad lib.* VII. *Athenaei*. S. Baſilius *Hom.* IX. 2. Philoſophi ſententiam amplexus eſt.

1032. Plinius paucis verbis rem clarius expreſſit IX. 74. *Anguillae atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta viveſcunt: nec alia eſt earum procreatio.*

1035. Πλευρομήτρα θαλάττια, eſt luſus in voce πλευρὸν *latus*, & πλευρὰ *coſta*, quem fortaſſe non ſatis bene expreſſimus, quamvis Piſida quid intelligeret, inferius declaraverit, innuens illud *Gen.* II. 21. *Immiſit Deus ſoporem in Adam, tulitque unam de coſtis eius, & replevit carnem pro ea. Et aedificavit Dominus Deus coſtam .... in mulierem &c.* Ita Piſida eorum omnium ſententiam refutat, qui poſt Philonem *Alleg. legis lib.* II. Moſaicam hiſtoriam de coſta, quam tulit Deus ab Adam, vel allegorice intelligendam, vel phyſice interpretandam eſſe ſomniarunt. Cod. 1126. πλευρομήτρας.

1038. In eodem Cod. γένεσιν τὸ γένος.

1039. Ariſtoteles *Hiſt. anim.* V. 1., & qui ab eo ſunt profecti, duas eſſe animalium, ut ſtirpium, generationes dixerunt, ex ſemine, vel ex ovo, & ex putri. Epicurei, & qui divinam providentiam negabant, cum generationem ex putri, & alia quamplurima non intelligerent, ad concurſum fortuitum atomorum confugerunt; & Deum a cura mundi liberarunt, quem alioquin inutilia, ut ipſis quidem videbatur, & noxia multa condidiſſe, & confuſiones in mundo excitaſſe putabant. Blaſphemiam exſecratus Piſida Dei potentiam in tanta rerum varietate magis elucentem adorandam eſſe demonſtrat. Quid ſi noſtris certe felicioribus ſaeculis Poeta vixiſſet, & poſt

illa

illa duo Italiae lumina; & Philoſophiae ornamenta maxima, Redium, & Valliſnerium, quorum veſtigia ſtudioſe poſtea preſſerunt aliarum gentium clariſſimi viri, nihil niſi ex ovo, & ſemine oriri experientia duce, & magiſtra didiciſſet?

1046. De teſtudine Ariſtoteles VIII. 2., Plinius IX. 12., & alibi.

1049. Qui Lampyrus eſt Piſidae, cicindela eſt Latinis. Communius apud Graecos Lampyrides. Plinius VIII. 66. *Signum*, inquit, *maturitatis hordei lucentes veſpere per arva cicindelae: ita appellant ruſtici ſtellantes volatus: Graeci vero Lampyridas*. Et IX. 34. varia inſectorum genera deſcribens ait: *Lucent ignium modo noctu, laterum, & clunium colore lampyrides*: ubi videtur Plinius expreſſiſſe vim nominis cicindelis datum ab Ariſtotele IV. 1., qui eas a fulgore clunium *πυγολαμπίδας* vocavit.

1050. Cod. 1126. pro *ἱμερτὸν* habet *ἄσπετον*.

1052. Ariſtoteles V. 19. Ἡ *σαλαμάνδρα .... ὥς φασι διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζουσα κατασβέννυσι τὸ πῦρ. Salamandra; ... ut aiunt, ignem inambulans per eum extinguit*. Plinius XXIX. 23. fabellam non probat; Aelianus II. 31. ratiunculis confirmat. Piſidam imitatus eſt Phile XVI.

1054. Cod. 1126. *τὰς ὀπίσθεν*. Pyrauſtae ab Ariſtotele V. 19. nullo proprio nomine donantur. Plinius XI. 42. Ariſtotelem vertit, niſi quod huiuſmodi animalcula *pyrales*, & *pyrauſtas* vocari dicit. Aelianus II. 2., & Phile XVI. *pyrigonos* vocant. Ariſtoteles, & Plinius aiunt eos in igne ambulare, & vivere. Aelianus, & Phile ex igne eſſe generatos affirmant: a quorum ſententia non diſcedit Seneca, qui *Natur. Quaeſt.* V. 6. *Quod videri*, inquit, *non poteſt ſimile veri, ſed tamen verum eſt, animalia igne generantur*. Piſida ea de re non dubitans *πυριγόνους*, quaſi *ex igne genitos* diceret, vocavit. Iulius Scaliger *Exercit.* CXCIII. 4. *de ſubtil.* acriter, ut ſolet, carpit Cardanum, quod pyrauſtas irriſerit. Vide Salmaſium *in Solin.* XI. *pag.* 125.

1060. Recte quidem, cum omnes poſt Ariſtotelem affirment, pyrauſtas in igne vivere. Aelianus *loc. cit.* Καὶ *τὸ ἔτι θαῦμα, ὅταν ἔξω τοῦ πυρὸς τοῦ συντρόφου ἐκπέσωσι, καὶ ἀέρος ψυχροῦ μεταλάβωσιν, ἐνταῦθα δὲ τεθνᾶσι. Illud item admirationem excitat, cum ex igne nutricio egrediuntur, & frigidum aërem attingunt, ſtatim emoriuntur*.

1062. Scarabaeorum plura ſunt genera. Hic agitur de *pilulariis*, quos ita deſcribit Ariſtoteles V. 19. Οἱ *δὲ κάνθαροι, ἣν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκωλήκια, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. Scarabaei in fimo, quem volvunt, conduntur per hiemem, & parvos vermiculos pariunt, ex quibus ipſi procreantur*. Plinius XI. 34. idem pene totidem verbis expreſſit. S. Epiphanius *in Ancor. num.* 85., & Aelianus X. 15. a Piſida non diſſentiunt.

1063. Scilicet cum ſint expertes feminei ſexus. Aelianus *ibid. ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῷόν ἐστι*.

1065. Idem *ibid. σπείρει εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει, In fimi pilam ſemen emittit*.

1071. De Porphyrio Chriſti hoſte, & veritatis calumniatore nonnulla in prolegomenis attigimus. Qui plura velit, adeat erudititiſſimam Lucae Holſtenii Diſſertationem *de eius vita, & ſcriptis*. Piſida ipſum carpit, eo quia *lib.* IV. 9. *περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων*, cum odio Chriſtianorum ad ſuum Theurgicum ſyſtema firmandum iam multa effutiiſſet, ita de ſcarabaeis impie pronunciavit: *Κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς βδελύξαιτ᾽ ἄν, ἀγνοῶν ὑπάρχων τῶν θείων. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσεβάσθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον· κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄῤῥην, καὶ ἀφεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσίν· ὡς ἥλιος οὐρανόν· καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται ὀκτωκαιεικοσαήμερον, σεληνιακήν. Rudis quidem, ac rerum divinarum imperitus ſcarabaeum certe abominatur. Aegyptii autem coluerunt, ut vivam ſolis imaginem. Scarabaeus enim omnis maſculus eſt; & ſemen in coenum immiſſum, ac ſphaericam in figuram conformatum poſtremis pedibus in averſam partem convolvit, ſolis in caelo motum aemulatus, & integram lunae dierum vigintiocto converſionem exſpectat*. Sic etiam Horus Apollo I. 10. Porphyrii verba, & ſententiam retulit, ac confutavit Euſebius *praep. Evang.* III. 4., & 13., quem vide. Conſentientia autem iis, quae innuit Piſida circa ſcarabaeos, ſolem apud Aegyptios repraeſentantes, habet Suidas in *κάνθαρος*. Vid. Plutarchum *de Iſide, & Oſ. pag.* 355., Clementem Alex. *ſtrom.* V. *pag.* 657., Euſtathium *in Hexaëm. pag.* 44., Plinium XXX. 30., & Salmaſium *ad Solin. pag.* 311. Cod. 1136. Ἅπερ *λεληθὼς*, & in verſu ſequenti *τῷ πορφυρίῳ γάρ*.

1079. Quid Porphyrius in ſuperioribus verbis intellexerit, & qua ratione Piſida ipſum reprehenderit, ex Horo Apolline demonſtrare prorſus eſt neceſſarium. *Μονογενὲς δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα· κάνθαρον ζωγραφοῦσι ... ἐπειδὰν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβών, πλάσσει σφαιροειδὲς, παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα· ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει· ἵνα ἀποδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα .... γένεσιν δὲ κ. τ. λ. Unigenitum ſignificantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum ſcarabaeum* Aegyptii *fingunt. Cum mas ſobolem procreare vult, bovis fimum nactus globulum ex eo eiuſdem cum mundo figurae fingit; quem ubi ab ortu ad occaſum averſis pedibus volutarit, ipſe rurſum, ut orbi perſimilem figuram edat, atque exprimat, in ortum convertitur .... Ortum autem ſignificant &c.* Proportionem, quae inter ſcarabaeum, & planetarum principem intercedit, uberius expreſſit Ruelius *lib.* I. *de ſtirp. nat.*

1087. Aelianus II. 46. Γῦπα *ἄῤῥενα οὔ φασι γενέσθαι ποτέ, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας. Vulturem marem nunquam exſtitiſſe dicunt*.

1089. Cod.

1089. Cod. 1126. μυστικῆς. Myſterium SS. Trinitatis intelligit, ac praeſertim divinam ante omne tempus Filii ex Patre aeterno generationem, eiuſque in tempore incarnationem tacitus innuit: quae quidem dogmata ne in vulgus exirent, & Ethnicis revelarentur, cautum eſt ab antiquis Chriſtianis. Idcirco fortaſſe Piſida vultures dediſſe dicit γνωστικῆς ἀφθεγξίας σκιὰν *ineffabilis comprehenſionis umbram*, ut etiam hanc veterem Arcani diſciplinam commendaret, de qua videndus Emmanuel a Schelſtrate in libro de hoc argumento edito, & in eruditione eccleſiaſtica vir eximius P. Thomas Mamachius *Antiquit. Chriſt. tom.* I. *pag.* 132., *& ſeqq.* Quae coniectura forſan non videbitur ſapientibus viris omnino contemnenda, ſi animadverterint, Piſidam in ea incidiſſe tempora, quibus tot profani, ac ſceleſti viri de Trinitate, & Incarnatione Chriſti pro lubitu quiſque ſuo quaeſtiones moverent, & Eccleſia in toto Oriente a Perſis miſerrime afflicta novas ſibi, ac maximas a Mahumedanis calamitates, profanationeſque impendere ſentiret. Equidem ſcio argumentum a vulturum partu petitum ad Deiparae Virginis partum ſignificandum traductum a Patribus fuiſſe communius. Sed aliud hic agere Piſidam perſpicuum eſt; nam infra *v.* 1138. ad Beatae Virginis conceptionem probandam iterum revocat vultures; quod erit obſervandum. Ceterum, quae vulgo de his alitibus traduntur, videlicet eos neque nidificare, neque coire, aperte refellit Albertus M. *tom.*VI. *pag.* 646. aſſerens eos in montibus Wormatiae, & nidos habere, & inter ſe commiſceri. Certe Ariſtoteles *de mirab. auſcult. pag.* 1155. refert vulturum ſteriles eſſe fetus, ſed *Hiſt. anim.* IV. 5. Alberto M. favet dicens: Τὸ δὲ ἔστι χαλεπὸν ἰδεῖν· ὦπται δ' ὅμως. *Quamquam difficile ſit eius alitis nidum videre, tamen viſus eſt*. Atque hic antequam ultra progrediamur, animadvertas velim, Piſidam nunc primum ex animalium proprietatibus ſenſus myſticos, & morales elicere. Nec plane ei vitio dandum, quod rebus dubiis, aut falſis innixus id fecerit: fabellas enim, tum ille, tum alii ſcriptores Eccleſiaſtici ſecuti ſunt, quas ipſi profani auctores venditabant ſuis. Teſtis Aelianus, qui non ſemel animalium dubias qualitates ad mores hominum vel aeſtimandos, vel corrigendos transfert. Celebris autem hac in re eſt liber, qui Phyſiologus inſcribitur, quem, ſi vacat, conferas. Exſtat autem *in tom.* II. *operum S. Epiphanii pag.* 189., cui perperam eſſe tributum agnovit, qui primus hoc opuſculum in lucem protulit Conſalvus Ponce de Leon, Romae 1587.

1090. Hanc vulturum φιλοστοργίαν, aut pietatem in pullos deſcripſit Horus Apollo I. 11. Recte Piſida vulturum id eſſe proprium dicit, quod alii ſcriptores ad pelicanos male tranſtulerunt, ut obſervavit Bochartus *Hieroz. part. poſt.* II. 27.

1091. Hoc adiecit de ſuo Piſida. Horus Apollo ſanguinem non lac e ſuo femore educere vulturem dicit, τὸν ἑαυτῆς μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν. *Proprio exſecto femore, ſugendum eis exhibet ſanguinem.* Sed noſter opinor lactis nomine ſanguinem deſignat, quod lactis vice in alimentum pullis praeberetur.

1093. Ζωπυροῦσι. Vertere poſſis *recreant, & vitae reſtituunt*. Fieri enim poſſet Piſidam hic ad reſurrectionem e mortuis evincendam hoc dixiſſe: cum ſupra memoratus Phyſiologus, qui vulturis pietatem pelicano tribuit, dicat, eum ſuper mortuorum pullorum vulnera ſanguinem inſtillare, qui ſic ζωοποιοῦνται *vitae reſtituuntur*. Sed haec non eſt Piſidae ſententia: alibi enim argumenta pro reſurrectione adducit.

1096. Celebris eſt de Baccho fabula, quem bimatrem appellarunt mythologi, quod ex cineribus combuſtae matris Semeles ereptus Iovis femori fuerit aſſutus. Ovid. *Met.* III. 310:

Imperfectus adhuc infans genitricis in alvo
Eripitur, patrioque tener, ſi credere dignum eſt,
Inſuitur femori, maternaque tempora complet.

1098. Qui Piſidae, & Aeliano III. 23. eſt pelicanus, idem videtur eſſe cum platea fluviatili Ariſtotelis *Hiſt. anim.* IX. 10., cum evodio, vel ardea Plutarchi *de ſolertia anim. pag.* 967., & cum onocratulo Plinii X. 66., quamquam hic quidem paullo ante *ibid.* 56. plateam nominaverit. Eius verba haec ſunt: *Olorum ſimilitudinem onocratuli habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut ſit capacitas. Mox perfecta rapina, ſenſim inde in os reddita, in veram alvum ruminantis more refert.*

1102. Pelicani technam deſcribunt omnes citati auctores. Aelianus III. 20.: Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας ἀνελκύσαντες εἶτα καταπίνουσιν, ἔνδοθεν δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες, ἀνεμοῦσι, καὶ τὰ μὲν ὄστρακα ἐκ τῆς θέρμης διέστη, ἀναιροῦσι τὴν ἐδωδήν, αἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ κρέα, καὶ ἔχουσι δεῖπνον. *Pelicani conchas in fluminibus comprehenſas diglutiunt, eaſque in ventre concalefactas rurſus evomunt; & ex teſtis calore diductis, ut fieri ſolet cum coctae ſunt, carnes effodiunt, & agunt convivia.* Phile VIII. Piſidae iambos duriuſculos, ac minus elegantes tantum videtur reddidiſſe. Ambo geminas teſtas, quibus conchae utrimque conteguntur, πτυχὰς vocant, unde δίπτυχος. Cod. 1126. κοίλαις δὲ δασύτησι.

1113. Μεγιστόφωνον *magnam habentem vocem* ſupple ἀλεκτρυόνα *gallum*. Aelianus IV. 29. Ἥλιος δὲ ἀνίσχων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν διαλάθοι, ᾠδικώτατος δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλόν ἐστι τηνικάδε. *Sol exoriens ipſum numquam fallit, ac tum ſeipſo vocalior exſiſtit.*

1116. S. Baſilius *Hom.* VIII. 7. Πῶς μὲν ἐπ' ἔργα σε διεγείρει ὁ οἰκουρὸς ὄρνις, ὀξείᾳ τῇ φωνῇ ἐμβοῶν, καὶ καταμηνύων πόρρωθεν ἔτι τὸν ἥλιον προσπελάζοντα, ὁδοιπόροις συνδιορθρίζων, γεωργοὺς δὲ ἐξάγων πρὸς ἄμητον;

Quo-

Quomodo ad operas excitat te avis domeſtica, quae voce acuta inclamitans, & ſolem adhuc e longinquo accedentem praenuntians, vigilat una cum viatoribus, atque agricolas ad meſſem educit?

1117. Homeri fictiones nemo ex Patribus non damnavit. Unum S. Iuſtinum tibi legendum propono, qui cum fere ex profeſſo videtur confutaſſe.

1118. Immenſum eſſet auctorum tantum nomina referre, qui ea, quae de phoenice dicuntur, vera, vel ut melius falſa crediderunt. Vide Salmaſium *in Solin.* XXXIII. *pag.* 391.

1119. Cod. 1126. λαμπρᾷ.

1121. Morellius ita duos ſequentes verſus reddidit, quaſi Piſida phoenicis fabulam reciperet: ſed e contrario ſenſus is eſt: ſi fabulam non dubitaſtis admittere, cur reſurrectionem negabitis.

1122. Non pauci ex Patribus, quod phoenicem quingentos annos vivere, & e ſuis cineribus reſurgere ab Ethnicis ſcriptoribus, penes quos certior huius fabulae erat fides, traditum inveniſſent, argumenta inde ſumpſerunt ad reſurrectionem mortuorum confirmandam. Vid. Tertullianum *de reſurrect.* 13., S. Theophilum *ad Autol.* I. 13., S. Cyrillum Hieroſ. *Catech. de carnis reſurrect.* XVIII. 8., & S. Ambroſium V. 23. *in Hex.*, & *de fide reſurrect.* 59., qui omnes videntur ſecuti auctoritatem S. Clementis *epiſt. ad Corinth.* 25. Conſulendus Cotelerius *tom.* I. *pag.* 161., itemque Bochartus *Hieroz. part. poſt. pag.* 824., qui Patres iure defendit.

1123. Ὄρνις, ut ſupra ὀρνισμὸς *verſ.* 941. De animalibus praeſagientibus pluviam, aut ſerenitatem vid. Theophraſtum *de ſignis pluv.*, *& vent.*, Plinium XVIII. 87., & Aelianum VII. 7.

1125. Plinius *loc. cit.* Et cum terreſtres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes ſeſe; maxime cornix. Hanc μακρόγηρον *in longum protrahentem ſenectutem ſuam* ſcire vocat Poëta; nam Heſiodus teſte eodem Plinio VII. 49. cornici novem noſtras aetates attribuit.

1126. Mergos cum fulicis quidam confundunt. Diſtinguit Plinius *loc. cit.* Tempeſtatem praeſagiunt fulicae matutino clangore: item mergi, anateſque pennas roſtro purgantes, ventum. Aelianus VII. 7. cum Piſida conſentit: Νῆτται καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν. *Anates & mergi alarum geſtu exſultantes vehementem ventum praedicunt.*

1128. Plutarchus *de ſol. an. pag.* 974. Τῆς Ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι ἰδεῖν, καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν. *Prolutionem alvi ex Ibide per ingeſtam marinam aquam ſe purgante didiciſſe, & imitati dicuntur Aegyptii.* Haec fere totidem verbis habent Plinius VIII. 41., Aelianus II. 35., Phile XV.

1129. Cod. 1126. σοφωτέρως.

1135. Idem Cod. τὰ σκληρά.

1136. Vide ſupra *in not. ad v.* 1087.

1139. Vultur, quod abſque coniugis opera pullos generare creditum eſſet apud Aegyptios, Vulcani, & Minervae ſymbolum fuit, quorum ille ἀπάτωρ, haec ἀμήτωρ dicta eſt. Ab Aegyptiis opinio illa permanavit ad Graecos, a Graecis ad Chriſtianos: unde S. Baſilius populari fama utitur, ut Piſida, ad B. Virginis conceptionem intactam confirmandam. Τὰς γῦπας φασὶν ἀσυνδυάστως τίκτειν, ὡς τὰ πολλά .... τοῦτό μοι ἔχε παρασεσημειωμένον ἐκ τῆς περὶ τῶν ὀρνίθων ἱστορίας· ἵν' ἐπειδὰν ἴδῃς γελῶντάς τινας τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος, καὶ ἔξω τῆς φύσεως, παρθένον τεκεῖν, τῆς παρθενίας αὐτῆς φυλαττομένης ἀχράντου· ἐνθυμηθῇς, ὅτι ὁ εὐδοκήσας ἐν τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβάλετο. *Ferunt ſine coitu, ut plurimum, parere vultures. Id velim notatum ex alitum hiſtoria: ut ſi quando nonnullos videris myſterium noſtrum irridere, quaſi fieri nequeat, & quaſi ſit a natura alienum, ut Virgo, virginitate eius intemerata permanente, pepererit; veniet tibi in mentem, eum, cui per praedicationis ſtultitiam credentes ſalvos facere placuit, innumera ab ipſa natura deſumpta incitamenta ad fidem rebus ſtupendis conciliandam in antecesſum propoſuiſſe. Homil.* VIII. 6.

1148. Aelianus II. 46. Ἀντιπετόμενοι τῷ νότῳ πέτονται· εἰ δὲ μὴ ὁ νότος, τῷ εὔρῳ κεχήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτὸν πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν. *Adverſae auſtro volant: ſi vero auſter non ſpirat ad eurum oris hiatum pandunt, & ventus eas fetas reddit, & poſt tres annos pariunt.*

1152. Hunc verſum, & ſequentem ſupplevit Morellius *in Comment. ad Hom. S. Baſilii in Hex. pag.* 732., cuius etiam metaphraſim, prout ei placuit illam emendare, hic & alibi exhibemus.

1154. Celeberrimi Tripodis Delphici hiſtoriam, quo conſcenſo Pythia certa reſponſa dabat conſulentibus, narrat Diodorus Sic. XVI. 26.

1155. Ἐχῖνον χερσαῖον *erinaceum terreſtrem*, italice *riccio*, & *ſpinoſo*, Piſida murem appellat, vel quod muris habeat formam, vel murem omnia corrodens imitetur. Certe murem erinaceum paſſim vocari teſtatur Aldovrandus *de quadr. dig. pag.* 459. Sed cur τυφλὸς *caecus* dicitur a Piſida? Puto equidem, quia in latibulis degens, quaſi oculis carens, aut eorum uſu non indigens, ut videns ibi vivat, atque operetur.

1157. Eadem refert Ariſtoteles *Hiſt. anim.* IX. 6., & Plutarchus *de ſolert. pag.* 972., S. Baſilius *Homil.* IX. 3. *in Hex.* rem clarius exponit: Ἤδη τινὲς τῶν φιλοπόνων καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησαν διττὰς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον· καὶ μέλλοντος μὲν βορέου πνεῖν, ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν· τότε δὲ πάλιν μεταλαμβάνοντος, ὡς τὴν προσάρκτιον μεταβαίνοντα. *Nonnulli iam ex iis, qui ſtudioſi ſunt, terreſtrem erinaceum obſervarunt, ſpiramina gemina luſtro ſuo ſtruxiſſe, atque aquilonem ſpira-*

ſpiraturo aquilonium ſpiramen obſtruere : contra auſtro iterum ſuccedente, ad ſeptemtrionale tranſire.

1161. Nereus veridicus, & vates Deus habitus eſt. Heſiodus *Theog.* v. 233:

Νηρέα δ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος.

Nereum alienum a mendacio, & veracem genuit Pontus.

1163. Plutarchus *de ſolert. pag.* 979. Ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ παρέχομαι τοὺς θαλαττίους, ὅταν αἴσθωνται μέλλοντα χειμῶνα καὶ σάλον, ἱματιζομένους λιθιδίοις, ὅπως μὴ περιτρέπωνται διὰ κουφότητα, μηδ' ἀποσύρωνται γενομένου κλύδωνος, ἀλλ' ἐπιμένωσιν ἐρηρότως τοῖς πετριδίοις. *Sed omnes in univerſum marinos echinos profero, qui ubi tempeſtatem, fluctuſque praeſentiunt, lapillis ſe ſuburrant, ne ob levitatem avertantur, aut undis obortis avellantur, ſed lapillis praegravantibus maneant.* Eodem pariter modo Aelianus VII. 33.

1165. Apum induſtriam quis non laudavit, quis non ſuſpexit? Vide Ariſtotelem *Hiſt. anim.* IX. 11., & Virgilium *Georg.* IV., ne ſexcentos alios auctores nominem, qui de apum aedificiis, republica, & officiis integros tractatus ediderunt. Piſida S. Baſilium VIII. 4. ſecutus eſt. Eius verba libenter ſubiicerem; tum quia alter alteri lucem affert, cum quia nemo fortaſſe elegantius Baſilio apum artificia, & Geometricam ſcientiam in favorum conſtructione expreſſit. Sed conferat qui velit.

1166. Aelianus V. 13. Γεωμετρίας δὲ, καὶ κάλλη σχημάτων, καὶ ὡραίας πλάσεις ἄνευ τέχνης τε καὶ κανόνων, καὶ τοῦ καλουμένου ὑπὸ τῶν σοφῶν διαβήτου, τὸ κάλλιστον σχημάτων, ἑξάγωνόν τε καὶ ἑξάπλευρον καὶ ἰσογώνιον ἀποδεικνύουσιν αἱ μέλιτται. *Geometriam, figurarum pulchritudinem, atque elegantes earum ſtructuras, ſine arte, ſine regulis, & ſine eo inſtrumento, quod circinum ſapientes vocant, nempe venuſtiſſimas figuras ſexangulas, & ſex laterum, & aequalium angulorum apes conficiunt.* Τριμόρφους οἴκους, apes ut aetate, & conditione inter ſe triplices ſunt, ſic tripartito etiam ſuas cellas dividere refert Aldovrandus *de inſectis pag.* 22., S. Baſilius *loc. cit.* aliam cauſſam aſſignat: Ἔπειτα διώροφοι, καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες· ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ. *Deinde fiſtulae duas, treſve contignationes habent; ne humor foras propter gravitatem diffluat.*

1169. Cod. 1126. habet ἐγκαρσίους. Piſida vocat πόδας, *pedes*, vel baſes, quos S. Baſilius *ibid.* *fundos* appellat; cum eo tamen conſentiens eſt de ratione, cur favi oblique diſponantur: Ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἑξαγώνων, βάθρον, καὶ ἔρεισμα τῶν ἐφηρμοσμένων ὦσιν. *Ne fundi vacuis intervallis adiuncti fatiſcant: ſed inferiorum ſexangulorum anguli ſint baſis, & fulcimentum ſuperiorum.*

1177. Euclidi Geometrae inſigni, cuius libri XIII. elementorum ad noſtra uſque tempora cum maxima omnium utilitate leguntur, apes anteponit. S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* XXXIV. *pag.* 554. Πῶς Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσι; *Ecquis Euclides hoc artificium umquam imitando expreſſit, de lineis non exſiſtentibus philoſophatus, atque in demonſtrationibus deſudans?* Cod. 1126. ἀποδείξεσι.

1180. Aranaeorum varia genera, eorumque in conficiendis telis induſtriam deſcribit Ariſtoteles IX. 39., Plutarchus *pag.* 966., Aelianus I. 21., & VI. 57., Phile LX. araneos λεπτοδακτύλους ſcite vocat Piſida, videlicet *delicatos*, ſeu *ſcitulos habentes digitos*. Phile, qui ſaepe Piſidam imitatus eſt, puellas textrices ita appellat:

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις
Καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους.
Araneis natura perquam induſtria
Vincens puellarum manus argutias &c.

1182. Aelianus I. 21. Οὐδὲ ἔξωθεν λαμβάνει νῆμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας νηδύος τοὺς μίτους ἐξάγουσα. *Non aliunde filum aſſumit, ſed ex ſuo ventre ſtamina deducit.*

1185. Idem VI. 57. Πεπαίδευνται δὲ ἄρα καὶ γεωμετρίας δεινῶς· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττουσι, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῦσιν ἰσχυρῶς, καὶ Εὐκλείδου δέονται οὐδέν. *Sunt etiam natura ad geometriam eruditi; nam & centrum ſervant, circulumque ex eo procedentem, & circumferentiam exacte conficiunt; neque interim egent Euclide.*

1191. Araneorum calliditatem in venandis inſectis demiratus eſt etiam S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XXXV. *pag.* 554., & ſcite Plutarchus hoc ipſum deſcripſit *loc. cit.*

1193. Non frigidum omnino argumentum contra Materialiſtas, quorum princeps Anaxagoras fuit, teſte Ariſtotele *de anima* I. 2. Sed Ariſtotelem ipſum praecipue vexat Piſida, qui Deo coëxſiſtentem, & neceſſario unitam fecit materiam, unde paſſim Atheus audit. Vide Bruckeri *Hiſt. phil. tom.* I. *pag.* 832., ſiquidem quaeſtio de araneis, quam attingit Piſida, nihil ab ea differt, quae a Peripateticis mundum aeternum aſſerentibus agitari ſolebat, *ovum ne prius an gallina fuerit*. Negabant enim, ut Cenſorinus *de die nat. cap.* 4. refert, poſſe reperiri, aveſne ante, an ova generata ſint, cum & ovum ſine ave, & avis ſine ovo gigni non poſſit: de qua re diſerte, ut ſolet, diſputavit Plutarchus *ſymp.* II. 3., & Macrobius *Saturn.* VII. 16.

1200. Notiſſima eſt veterum opinio, vel fabula de cycnis ante obitum canentibus. Verum Piſida de cantu loquitur, quem etiam viventes edere teſtatur Ariſtoteles *Hiſt. anim.* IX. 12. ᾠδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσι, *canere ſoliti ſunt, & praecipue iamiam morituri.* Thomas Bartholinus ſingulari opere *de cycno* olorum cantum vindicavit.

1201. Ad Ariſtotelem fortaſſe reſpiciens, qui *loc. cit.* dicit a quibuſdam in mari Africo navigantibus

tibus cycnorum cantum fuiſſe auditum, Piſida ait ξενοφωνεῖν μελῳδίαν ταῖς πνοαῖς, *inſolitum melodiae genus praebere auris*, ſive ventis.

1203. Orpheum Apollinis, & Calliopes filium, a Mercurio, vel, ut aliis placet, a patre lyram accepiſſe ferunt, cuius vim deſcripſit Manilius I. *v.* 329:

Tunc ſilvas, & ſaxa trahens, nunc ſidera ducit,
Et rapit immenſum mundi revolubilis orbem.

1204. Vide ſupra *v.* 72. culicum varia ſunt genera. Κώνωψ communius eſt vinarius, & ἐμπὶς, qui circa loca paluſtria naſcitur. Piſida poëtice rem tractans de quocumque culice loquitur, ſed proprietates, quae omnibus conveniunt, rite deſcribit, atque admiratur. Liberius certe Ariſtophanes, qui *in Nubibus Act.* I. *ſc.* 2. animalculum illud, quod Socratem irriſurus fingit in eius caput inſiluiſſe, ψύλλαν primum *pulicem*, ac deinde ἐμπίδα *culicem* vocat; & *in Pluto Act.* II. *ſc.* 2. *v.* 537. φθειροὶ *pediculis*, ψύλλαις *pulicibus*, & κωνώπεσι *culicibus* camdem perſtrependi qualitatem tribuit. Ποίῳ ὀργάνῳ, *quo inſtrumento*, vel qua corporis parte ſtrepitum edant culices interrogat Noſter, illud certe memoria tenens laudati Ariſtophanis in Socratem convicium, qui a praeceptore ſuo petiit *loc. cit. Nub. v.* 157:

Τὰς ἐμπίδας
Κατὰ τὸ ςόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐῤῥοπύγιον;
An culices
Per os canerent, an per podicem?

Probabilior quidem ſententia eſt muſcas, & culices alis ſtrepere.

1207. Cod. 1126. μόρφωσιν ἔχε.

1211. Quam recte Piſida in hac contemplatione obſtupeſcat, a clariſſimis noſtrae aetatis viris demonſtratum eſt, qui in ſtructura inſectorum ope microſcopii conſideranda omnem operam ſtudioſe, ac laudabiliter collocantes ſummi Opificis ſapientiam nobis manifeſtiorem reddiderunt. Adeat, qui velit, Redium, Valliſnerium, Swammerdamium &c., ac ne ſcriptorum copia obruatur, ſi praefationem tantummodo, quam *inſectorum Hiſtoriae* praefixit naturae explorator diligentiſſimus De-Raumurius, ſatis certe ſibi factum eſſe confitebitur. Culicis elogium Piſidae iambis reſpondens videſis in Scaligero *de ſubt.* CXII.

1212. Formicae induſtriam imitandam nobis propoſuit Salomon *Prov.* VI. 6. *Vade ad formicam piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.* Ariſtoteles IX. 38., Plutarchus *de ſol. pag.* 968., Aelianus II. 25., Plinius XI. 36., S. Baſilius *Hom.* IX. 3., S. Gregorius Naz. *Orat.* XXXIV. *pag.* 555., & alii habent congruentia iis, quae narrat Piſida, qui ſcite σιτοκλέπτιν *frumenti raptricem*, *frugilegam* formicam vocat.

1215. Hanc mirabilem formicae induſtriam omnes laudati auctores commendant. Plinius *loc. cit.* ſic: *Semina arroſa condunt, ne rurſus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum dividunt: Madefacta imbre proferunt, atque ſiccant.*

1220. Zamolxin, natione Getam, Pythagorae diſcipulum, & ſervum fuiſſe ferunt. Is in patriam redux a ſuis & Thracibus, qui eius ſapientiam ſuſpiciebant, poſt mortem habitus eſt Deus. Vide Iamblichum *in vit. Pyth. cap.* 30.

1222. S. Baſilius *loc. cit.* Διακόπτει ταῖς ἑαυτῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφύντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν γένοιντο· καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτοὺς διαβρόχους· καὶ ὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαίσθηται τῦ ἀέρος ἐν εὐδίᾳ καταστάσει φυλαττομένου. *Diſſecat enim ſuis ungulis medios fructus, ne germinantes ſibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eoſdem etiam exſiccat, tum cum ſentit madefactos: nec omni tempore eos expromit, ſed cum aërem in ſereno ſtatu manſurum eſſe praeſenſerit.*

1223. Cod. 1126. melius ἀπλῶς.

1232. Id. Cod. προδεικνύει.

1233. Ovum apud Aegyptios mundi ſymbolum fuit; unde in Bacchi orgiis ſacrum fuiſſe teſtatur Plutarchus *in Sympoſ. pag.* 636. ὡς μίμημα τῦ τὰ πάντα γεννῶντος, καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ. *Ut mundi omnia gignentis, & in ſe continentis exemplum.* Hanc ſimilitudinem eleganter explicat Piſida. Primum quidem cenſet ovum mundum repraeſentare, quod ex eo omnia animalia tum mares, cum feminae, nullo oculis apparente diſcrimine, enaſcantur: deinde quia quatuor partes, quibus ovum componitur, quatuor elementorum ſint imagines; ita ut τὸ λεπτὸν, quod Ariſtoteli *de generat. anim.* III. 2. eſt ὑμὴν *membrana*, referat aërem; τὸ ξανθὸν, quod eidem Ariſtoteli eſt ὠχρὸν *luteum*, ſive *vitellum*, ignem repraeſentet; τὸ λευκὸν ovi *albumen*, aquam; τὸ σκληρὸν autem *cruſta*, qua ova circumteguntur, terram: σκληρόδερμα enim ab Ariſtotele ova nuncupantur, & terra Piſidae eſt μεσόσκληρος, *dimidia ſui parte dura.* De mundi, & ovi analogia fuſe diſſeruit Fortunius Licetus *epiſt.* XXVII. *tom.* I. *de quaeſitis per epiſt.* 2. *a claris viris*, ac nuper Mazochius *in Spicilegio Biblico tom.* I. *pag.* 180.

1239. Cod. 1126. ἐκλύσαι πόνυς.

1242. Ariſtoteles *Hiſt. anim.* III. 3., quomodo pullus in ovo generetur ediſſerens ait: Ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ ἡ καρδία· τῦτο δὲ τὸ σημεῖον πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχον. *Cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit; quod punctum ſalit iam, & movetur, ut animal.* Plinius X. 74. pene vertit Ariſtotelem: *Omnibus ovis medio vitelli parva ineſt veluti ſanguinea gutta, quod eſſe cor avium exiſtimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo certe ea gutta ſalit, palpitatque. Ipſum animal ex albo liquore ovi corporatur. Cibus in luteo eſt.* Qui plura de hac re noſſe velit, adeat ex antiquis Ariſtotelem ipſum *locc. citt. de gener.*, & *Hiſt. anim.*, ubi ille de ovis diſertiſſime diſputat. Ex recentioribus autem quem

Ff potius,

potius, quam Harveum clariſſimum virum nominabo? qui Patavii edoctus, & in Angliam reverſus tam praeclare de generatione animalium, ac de ovo ſcripſit, & *punctum ſaliens*, quod Ariſtoteles in ovis animadverterat, in viviparis etiam ſe deprehendiſſe teſtatus eſt, repetitis multoties in damarum utero perſecando, aperiendo, contemplandoque experimentis, ſuper quae nuper Maupertuiſius novum ſyſtema circa hominis generationem ſuperſtruere ſibi viſus eſt in libro ſuperius laudato, cui titulus *Venus Phyſique*. Statuit enim non ex ovo, neque ex ſemine, ſed ex coëuntium partium commixtione, ac proſeminatione hominem generari, cuius principium vitae ſit *punctum ſaliens*.

1243. Cod. 1126. *δι' ἧς ἐκεῖνα*.

1245. Idem Cod. *ὡς ἄν τις ἴδοι τὸν ταὼ καὶ θαυμάσοι*. Paſſim apud auctores tum ſacros, cum profanos pennarum pompa, quibus pavones ornantur, auro, & ſmaragdis comparatur. Iuno ita apud Phaedrum III. 18. pavonem conſolatur:

Sed forma vincis, vincis magnitudine:
Nitor ſmaragdi collo praefulget tuo,
Pictiſque plumis gemmeam caudam explicas.

1250. De locuſtarum forma, moribus, generatione &c. videſis Plinium XI. 35., Aldovrandum *de inſectis pag.* 403., & Sam. Bochartum *Hieroz. part. poſt. pag.* 441., ubi quaecumque dici poſſunt, in unum congeſta inveniuntur. Siquid tamen adhuc accuratius, quod ad generationem ſpectat ipſarum, ſcire cupias, confer librum Franciſci Scuffonii Medici Romani, cuius titulus *Oſſervazioni ſulle cavallette, Roma* 1718. Τὶς ἐκστρατεύειν, locuſtas, quod turmatim in arva irrumpant, exercitus inſtar incedere, & quoddam militaris diſciplinae ſpecimen exhibere obſervatum eſt a plurimis, qui illud *Proverb.* XXX. 27. *Regem locuſta non habet, & egreditur univerſa per turmas ſuas*, iure quidem, ac merito laudant. Exempla bellorum, quae a locuſtis geſta ſunt, refert Aldovrandus *loc. cit. pag.* 417., & 422. Παγκαῆ vel aridam, vel a πᾶν, & κάω *omnia abſumentem* Piſida vocat locuſtam; ſuo enim morſu herbas erodit, & vaſtat. Bochartus tamen *pag.* 465., cuius ſuperbiſſimum eſt iudicium, παγγενῆ *omnigenam* legit, quod locuſtarum plures ſint ſpecies. Ἀκρίδα, non ἀκρίδας in plurali numero Noſter dixit, ut S. Scripturae dictionem exprimeret. Saepius enim locuſta, quam locuſtae nominantur. *Exod.* X. 4. *Inducam cras locuſtam in fines tuos*. *Pſal.* LXXVII. 46. *Et dedit ... labores eorum locuſtae*. Et *Pſal.* CIV. 34. *Venit locuſta, & bruchus*.

1251. *Exod.* X. 12. *Extende manum tuam ſuper terram Aegypti ad locuſtam, & aſcendat ſuper eam, & devoret omnem herbam &c.* De locuſtis Aegyptiis vide Bochartum *loc. cit. pag.* 460.

1252. Hunc verſum ſupplevimus ex ipſo Bocharto *pag.* 477. Piſida elegantiſſime locuſtarum proprietates deſcribit, quas cum ſupra laudatis ſcriptoribus conferre longum eſſet. Ex Plinio tantum haec pauca. *Gregatim ſublatae vento in maria, aut ſtagna decidunt .... Deorum irae peſtis ea intelligitur. Namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, ut aliae alites credantur: ſolemque obumbrant, ſollicitis ſuſpectantibus populis, ne ſuas operiant terras .... Immenſos tractus permeant, diraque meſſibus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morſu erodentes &c.*

1255. Cod. 1126. habet *πυκνὴν χάλαζαν*.

1256. Πηδητικὴν ἔπαλξιν congruenter vocat: quia ea eſt locuſtae natura, ut facile, quocumque velit, ſe vertat, repat, volet, ſaltet. Sex enim habet pedes, quorum duo extremi longiores non ad inceſſum, ſed ad ſubſiliendum dati. Vide Bochartum *loc. cit. pag.* 452., qui Moſem quatuor tribuentem pedes locuſtis cum Ariſtotele hexapoda haec inſecta vocantem feliciter conciliat. Aperte enim Philoſophus IV. 6. *de part. anim.* ait eſſe quaedam inſecta, quae poſteriores partes habeant longiores, ut melius ambulent, & attollantur: Ὅσα δὲ πηδητικὰ αὐτῶν ἐστι, μᾶλλον τοῦτο φανερόν· οἷον αἵ τ' ἀκρίδες, καὶ τὸ τῶν ψυλλῶν γένος ... ἑξάποδα δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐστὶ, σὺν ἁλτικοῖς μορίοις. *Quod planius ea oſtendunt, quae ſaliunt; ut locuſtae & culices ... omnibus bis ſeni ſunt pedes, iis etiam, quibus enixu ſaliunt, enumeratis*. Quibus verbis patet poſteriores partes, quas ἁλτικὰς appellat *ſaltatorias*, καταχρηστικῶς tantum *pedes* etiam vocari.

1264. Morellium certe latuit, quid quatuor ſequentes verſus ſignificarent: quod iam ante fuerat ab ipſo Bocharto *pag.* 452. obſervatum. Patet autem, cum Noſter ſupra πηδητικὴν *ſubſilientem* locuſtam vocaverit, ac deinde dicat ipſam τὰ κῶλα συλλέγειν καὶ τείνειν πάλιν, ſaltatorias partes cum Ariſtotele intelligere.

1266. An Aegyptiae locuſtae etiam hominibus fuerint exitiales, diſputant Interpretes in illud *Sap.* XVI. 9. *Illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inventa ſanitas animae illorum, quia digni erant ab huiuſcemodi exterminari*. Piſida affirmat, quod Bochartus, & alii fortaſſe confidentius negant.

1268. Κομποῤῥήμων, grandibus utens verbis, de Sophiſtis dici ſolitum. Vide ſupra *v.* 74.

1269. Τετμημένα *inſecta*, quae ab Ariſtotele, & aliis ἔντομα dicta ſunt, *propterea quod*, ut ait S. Baſilius *Hom.* VIII. 7., *quaſdam undique inciſuras praeſeferunt*, διὰ τὸ πανταχόθεν ἐντομάς τινας φαίνειν.

1271. Privati cuiuſdam aedificii cum opificio divino comparatio ſatis elegans, qua, ut dici ſolet, a minori ad maius Noſter probat, quam ſint omnia opera Dei admiranda. Cod. 1126. ἠγλαϊσμένος.

1277. Vide ſupra *v.* 304., S. Auguſtinus *de Civit. Dei* V. 11. *Deus ſummus, & verus cum Verbo ſuo, & Spiritu Sancto ... nec exigui, & contemptibilis animantis viſcera, nec avis pennulam, nec herbae floſculum, nec arboris folium ſine ſuarum* par-

partium convenientia, & quadam veluti pace dereliquit.

1283. Ἴχνιν refert ad formicam, ταπηνὴν ad culicem, στιὴν ad locuſtam, quam ſupra v.1250. παγκαπῆ vocavit.

1286. Vide ſupra v. 1245.

1287. Ovid. *Met.* XV. v. 375:

Iunonis volucrem, quae cauda ſidera geſtat.

1288. Purpuram dixit, ut colorum varietatem, nobilitatemque exprimeret. Ac purpurae quidem varia quondam erant genera. Plinius IX. 63. purpuram violaceam, Tarentinam rubram, & Tyriam dibapham diſtinguit.

1289. Aelianus V. 21. Ὅπως ἔχει τῆς εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἀφθονίας παρίστησιν· ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θέας τὸν παρεστῶτα. *Quanto ſui oſtentandi ſtudio teneatur abunde demonſtrat, dum ſpectatorem conſpectu ſuo expleri facile patitur &c.* Plinius X. 22. *glorioſum animal* ea de cauſſa vocatum fuiſſe pavonem refert. Vide Philem VII.

1291. Cod. Vatic. 1126. legit: Ἥτις ἀμόρφων κ. τ. λ., ac deinde eleganter ποικιλίας ἔσπειρεν αὐτοχρωμάτων, *colorum inſitorum varietate perfudit.*

1293. Bombycis, qui vermis ſericus, & Indicus dictus eſt, natale ſolum, opera, & ſtupendarum metamorphoſeωn vices ſciens praeteream; cum haec Piſida non videatur inquirere, eaque facillime poſſint, qui velint, colligere ex Ariſtotele *Hiſt. anim.* V. 19., ex Plinio XI. 26., ex Aldovrando *de inſectis pag.*282., ex Hieronymo Vida *in poëm. de Bombyce*, ex Salmaſio *in Solin. pag.*209., atque ex De-Raumurio *Hiſt. des inſectes tom.* I. *pag.* 487.

1294. Λαμπρόκλωστα νήματα *ſplendide deducta fila* dixit, ut operis naturam, nobilitatemque indicaret.

1295. Ἀλουργὶς eſt purpura nigra, vel violaceo colore exſaturata, quam quidam putant fuiſſe ceteris nobiliorem: eo quod in auctores inciderint, qui dicerent Imperatores ἐν ἀλουργίδι quondam fuiſſe ſolitos incedere. Piſida id videtur confirmare. Equidem nihil certi ſtatuo. Saepius enim occurrit πορφύρα pro ἀλουργίδι, itemque ἀλουργὶς pro πορφύρᾳ uſurpata. Pius ſenſus, quem ex vermis ſerici contemplatione eruit Piſida, quam late pateat, tute vides. Ecquid enim aliud ea ſunt omnia, quae nobis victum, cultumque ſuppeditant, quam terra, & vermes?

1297. Cod.1126. γὰρ αὐτοῖς.

1300. Ut certiſſimum teſtem reſurrectionis, vermem ſericum adhibens S. Baſilius *Hom.*VIII. 8. mulieres ſerica fila intexentes ita monet: Μεμνημέναι τῆς κατὰ τὸ ζῶον τοῦτο μεταβολῆς, ἐναργῆ λαμβάνετε τῆς ἀναστάσεως ἔννοιαν, καὶ μὴ ἀπιστεῖτε τῇ ἀλλαγῇ, ἣν Παῦλος ἅπασι κατεπαγγέλλεται. *Animalis huius mutationem in memoriam revocantes, manifeſtam reſurrectionis notionem accipiatis, neque fidem ei mutationi, quam Paullus omnibus annuntiat, denegetis.* Cod.1126. ὃς τῇ καθ' ἡμᾶς.

1301. Cod.1126. νημάτων, quae lectio ſane melior. Folliculos intelligit, intra quos vermis immoritur.

1305. Ut plurimum vermiculus poſt decimum diem prodit alatus papilio.

1308. Piſida Ariſtotelem ſecutus videtur ignoraſſe, ipſum vermem ſericum, poſtquam bombylius, vel chryſalides eſt factus, in papilionem converti: ait enim eadem aſſumpta forma, ut antea corporatum reviviſcere. Profecto Ariſtoteles *loc. cit.* tres metamorphoſeωn, vel mutationum gradus non ſatis aperte deſignavit, quas Plinius Ariſtotelis verba vertens ſic deſcripſit: *primum eruca fit: deinde quod vocatur bombylius: ex eo necydalus.* Num igitur *necydalus* idem, ac papilio? Quis hoc dixerit? Νεκύδαλος enim, ut videtur, nihil aliud ſignificat, quam *redivivus*: νέκυς enim Graecis eſt *mortuus*. Itaque putaverim nec Ariſtotelem, nec Plinium in comperto rem omnino habuiſſe. At Piſida Baſilium certe legerat, qui *loc. cit.* ait: Ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδικοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κεροφόρου· ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλὼν, εἶτα προϊὼν βομβύλιος γίνεται· καὶ οὐδὲ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται. *Qualia de Indico verme cornigero narrantur, qui primum in erucam transmutatus, deinde temporis progreſſu bombylis fit: nec in hac forma manet, ſed laxas, & latas bracteas ſuſcipiens volitat.* Igitur dicendum ne temporibus quidem Piſidae rem fuiſſe penitus exploratam: neque enim Baſilius ipſe ea, quae refert, voluit pro certo affirmare.

1310. Cod.1126. τὴν νεκράν.

1312. Id. Cod. πνεύσεσι λοιπόν.

1318. Ariſtoteles *Hiſt. animal.* VI. 5., Plinius XXV. 50., Aelianus III. 25., S. Baſilius VIII. 5., aliique ſimilia narrant. En verba Plinii: *Animalia quoque invenere herbas, inprimiſque chelidoniam: hac enim hirundines oculis pullorum reſtituunt viſum; ut quidam volunt, etiam erutis oculis.*

1321. Chelidoniam, notiſſimum herbae genus, nullibi homines invenire potuiſſe tradidit Aelianus *loc. cit.* Ταύτης τῆς πόας ἄνθρωποι γενέσθαι ἐγκρατεῖς διψῶσι, καὶ οὐδέπω νῦν τῆς σπουδῆς κατέτυχον. *Huius herbae homines quamvis compotes fieri percupiant, numquam hactenus eorum ſtudio ſatisfactum eſt.*

1323. Scilicet χελιδόνιος *hirundinis* nomen ei datum, quod oculorum morbis mederi veteres putarent, atque id ipſa hirundine monſtrante didiciſſent.

1324. Mirum! Piſidam hirundinis garritum lyrae comparaſſe, cum ab Ariſtophane *in ranis Act.*I. *ſc.*2. *v.*93. mali poëtae *hirundinum muſaea, artis poëticae dedecora* fuiſſent nuncupati:

Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

quod monente *ibid.* Scholiaſte ex Euripidis Alcmena expreſſerat Ariſtophanes. Verum non defuere, qui hirundinis cantum laudarent. Videſis Aldovrandum *Ornithol.* XVIII. *pag.*667.

 1325. Pli-

1325. Plinius X. 36. ſemeſtres hirundines eſſe dixit, quod ſex menſibus nobiſcum, ſex aliis alibi degant. De ipſarum adventu, & abitu incerta omnia. Solus mellitiſſimus Anacreon, quo migrent, videtur cognoviſſe, qui *Ode* XXXIII. hirundinem ſuam alloquens dicit ad Nilum, vel ad Memphim evaneſcere:

Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος
Ἢ Νεῖλον, ἢ 'πι Μέμφιν.

Piſidas in loca vicina ſe condere hirundines commonſtrat ex Ariſtotele VIII. 16., qui ait: Ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν, *viſae enim ſunt multae in anguſtiis convallium nudae, atque omnino deplumes*. Eadem reddidit Plinius X. 34. Sed contra omnes tum veteres, cum recentiores ſcriptores Piſidae conſentiunt, aiuntque, hirundines in locis ſeptemtrionalibus non trans mare devolare, adventante hieme, ſed magno numero coire, unaque unguibus, roſtro alis, inter ſe complicatas mergi aquis, atque in fundum delatas, terrae tepeſcentis vapore foveri, totamque hiemem aut humore, aut ipſo veterno nutriri; vere autem novo emergere, atque evolare. Alibi vero ferunt eaſdem aves in uvae modum collectas, & conglobatas vel e ſummo fornice pendere per totam hiemem, vel in arborum truncis ſe condere. Quae omnia breviter expreſſit Pedo Albinovanus in elegia in obitum Maecenatis, cum dixit *conglaciantur aquae, ſcopulis ſe condit hirundo*. Legeſis Gratianum de ſcriptis invita Minerva *lib.* XVI. *pag.* 156., & Danielem Huetium in Commentario de rebus ad eum pertinentibus *pag.* 40.

1333. Ἐπανόρθωσις haec eſt, vel dubitatio: ſuperius enim *v.* 931. eos irridebat, qui aves inter ſe colloqui dictitabant.

1336. Omnium primus hanc ſimilitudinem tritici adhibuit Apoſtolus I. *Corinth.* XV. 36. *Inſipiens, tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi prius moriatur*: Et, *quod ſeminas non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius ceterorum*. Poſt S. Paullum omnes, qui de reſurrectione diſſeruerunt, ſimilia dixere. Vide S. Clementem *epiſt. ad Corinth.* XXIV., S. Theophilum *ad Autol.* I. 13., Athenagoram, & Tertullianum *de reſurrect.*, alioſque, qui memoratum caput Apoſtoli illuſtrarunt, atque explanarunt.

1339. Vide ſupra *v.* 1040., ubi Ariſtotelis ſententiam circa generationem plantarum, & animalium attigimus. Verba hic apponere neceſſarium ducimus. Κοινὸν μὲν οὖν συμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ σπέρματος γίνεται φυτῶν· τὰ δ' αὐτόματα γίνεται ... οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν, ἀπὸ ζώων γίνεται κατὰ συγγένειαν τῆς μορφῆς· τὰ δ' αὐτόματα, καὶ οὐκ ἀπὸ συγγενῶν· καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκ γῆς σηπομένης καὶ φυτῶν, ὥσπερ πολλὰ συμβαίνει τῶν ἐντόμων· τὰ δ' ἐν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς μορίοις περιττωμάτων. *Evenit, ut commune animalia cum ſtirpibus habeant, quod alia ſemine, alia ſponte naturae oriantur: ut enim ſtirpes aut ex aliarum ſtirpium ſemine proveniunt, aut ſponte erumpunt .... ſic animalia naſci alia ex animalibus ſolent per formae cognationem, alia ſponte creantur: quorum alia humo, aut ſtirpe putreſcente conſiſtunt, ut complura inſecta generentur: alia in animalibus ipſis, excrementiſque partium gignuntur*. Piſida aperte Ariſtotelem impugnat, ac celebre illud eiuſdem Philoſophi axioma: Εἴπερ τὸ αὐτό ἐστι γένεσις μὲν τουδί, φθορὰ δὲ τουδί· καὶ φθορὰ μὲν τουδί, γένεσις δὲ τουδί. *Siquidem idem eſt generatio huius, & illius corruptio, atque huius corruptio, & illius generatio*. Vide I. 3., & 4. *de generat.*, & *corrupt.*, ubi quid ſit generatio, quid corruptio, quid alteratio Philoſophus definit. Igitur cum Poëta hanc ſententiam reiiciat, & de veſparum, apumque ortu exempla, quae ad eam firmandam adduci ſolent, exſibilet, a recentiorum placitis, qui ex ovo, & ſemine oriri omnia conſentiunt, non multum ille abfuiſſe videtur. Statuit enim infra *verſ.* 1344., quod ἡ τοῦ γένους ταυτότης οὐκ ἀλλάγη, *generis identitas non alteratur*: quaſi diceret, quodvis animal, & quaevis planta non ſponte vel ex putri, ſed ex quodam principio vitali oritur, ad quod iterum ſingula ſuis generibus ſervatis revertuntur. Quid in hac re clarius, aut naturae legibus convenientius quiſquam deſiderabit?

1342. Fabulam circa horum inſectorum generationem a ſexcentis ſcriptoribus repetitam aptiſſimo Plinii teſtimonio confirmare ſufficiat, qui cum *libro* XI. 23. de apibus multa narraſſet, ita ſequitur: *In totum vero amiſſas, ſunt qui putent, reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius iuvencorum corpore exanimato; ſicut equorum veſpas, atque crabrones, ſicut aſinorum ſcarabaeos, mutante natura ex aliis quaedam in alia*.

1347. Idem argumentum legere eſt in Athenagora *de reſurrect.* 17., & in Cyrillo Hieroſol. *Catech.* XVIII. 9., qui invictiſſime ſic concludit: Ἐξ ἀτελῶν σπερμάτων ποιήσας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἆρ' οὐ πεσόντας ἐγεῖραι οὐ δύναται; ὁ τὸ εὐτελέστατον οὕτω σωματοποιῶν, τὸ πεσὸν πάλιν ἐγεῖραι οὐ δύναται; *Qui ex imperfectis initiis nos fecit Deus, num cum ceciderimus excitare non poterit? Qui rem viliſſimam ita corporavit, corpus demortuum iterum excitare non valeat?*

1352. Cod. 1126. ὀργανωμένην.

1356. Id. Cod. ἡμῶν. Nemo, quod ſciam, μωλώπων *vibicum* exemplum pro reſurrectione adduxit. Quid ſimile tamen eſt in Theophylo *ad Autolyc.* I. 13. Ἔτι ἄκουσον καὶ ἐν σοὶ αὐτῷ ἔργον ἀναστάσεως γινόμενον, κἂν ἀγνοῇς, ὦ ἄνθρωπε· ἴσως γάρ ποτε νόσῳ περιπεσὼν, ἀπώλεσάς σου τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ εἶδος, ἐλέους δὲ τυχὼν παρὰ Θεοῦ καὶ ἰάσεως, πάλιν ἀπέλαβές σου τὸ σῶμα καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ ὥσπερ οὐκ ἔγνως ποῦ ἐπορεύθησάν σου αἱ σάρ-

αἱ σάρκες ἀφανεῖς γινόμεναι· οὕτως οὐκ ἐπίστασαι οὐδὲ πόθεν ἐγένοντο, ἢ πόθεν ἦλθον; ἀλλὰ ἐρεῖς· ἐκ βρωμάτων καὶ χυμῶν ἐξαιματωμένων· καλῶς· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔργον Θεοῦ τοῦ οὕτω δημιουργήσαντος, καὶ οὐκ ἄλλου τινός. Accipe praeterea reſurrectionem in te ipſo ad effectum, etiamſi ignores, perductam, forte enim aliquando in morbum incidiſti; ſed miſericordiam, & medelam a Deo conſecutus recuperaſti corpus tuum, & ſpeciem, & vires: & quemadmodum ignoras, quonam abierint carnes tuae cum evanuerunt; ita nec perſpectum habes, undenam exſtiterint, & unde venerint. Dices ex cibis, & ſuccis in ſanguinem converſis. Praeclare: ſed hoc opus Dei eſt ita rem conficientis, non cuiuſquam alterius.

1357. Reſurrectionem *φωταγωγὸν* *affundentem lucem* dicit, vel quod clariſſime confirmata ſit, vel quod ſit Chriſtianae veritatis quaedam illuminatio, ac prima inſtitutio. Vid. de hac voce Sviceri *Theſ. Eccleſ.*

1362. Cod.1126. habet *τομῆς πυετρόφου* melius. Quid ſit *ἰχὼρ*, *σύριγξ*, *τομὴ*, & alia, quae ulceris affectiones deſignant, confer cum libris *de ulceribus*, & *fiſtulis* Hippocratis *tom.* XII., cuius doctrinam hic exponit Piſida.

1365. Hippocrates *de ulc.* 2. *Ἥτις ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη, καὶ ἐκόπη σάρξ· ταύτην δὲ ἰητρεύειν, ὅπως διάπυος γένηται· ἧσσον τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας, καὶ κοπείσας, καὶ σαπείσας, καὶ πῦον γενομένας, ἐκτακῆναι· ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας. Quae caro telo contuſa, aut caeſa eſt, huic ita medendum, quo celerrime ſuppurata ſit; nam & minus inflammationem ſubit, & carnes contuſas, aut caeſas putreſcere, & in pus verſas tabeſcere, deinde novas carnes renaſci neceſſe eſt.*

1366. Cod.1126. *σύμπηξιν*, quam lectionem retinendam puto Hippocratis, & Piſidae opinioni conſentientem. Vide infra *v.* 1433.

1369. Adiſis Hippocratem *loc. cit.*, qui medicamenta *ἐκκαθαίροντα purgantia*, *ξηραντικὰ exſiccantia*, *μαλθακώδεα emollientia*, *στυπτικὰ adſtringentia &c.* pro ulcerum indole, & gradu ſapienter praeſcribit, & Galenum *de ſimpl. medic. facult. pag.* 115. *μελικράτῳ mulſo*, quod eſt vinum melle delinitum, quale veteres tuendae valetudinis cauſſa frequenter bibebant, & ad vulnera etiam detergenda adhibebant. *Τινὶ δρόσῳ aliquo rore*, ſcilicet liquore blando, & dulci: rores enim dixere, ſuaves quoslibet, leveſque humores, quibus caeli benignitate multae abundant arbores, & plantae, quique ex illis aut ſponte defluunt, aut arte exprimuntur: puta mel, ſaccharum, manna &c. Plinius XVI. 11. *melleos rores inſidere frondibus* dixit, ex aëre enim venire mel purum, & liquidum, atque ab apibus potius corrumpi putavit XI. 12. Ac de melle quidem, quod ad rem noſtram ſpectat, ſic Dioſcorides II. 102. *Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν ... ἑψηθὲν δὲ καὶ ἐπιτεθὲν συγκολλᾷ τὰ διεστῶτα σώματα. Abſtergendi vim habet .... Decoctum vero, atque impoſitum diſiunctas, divulſaſque partes agglutinat.*

1374. Vide Hippocratem *de haemorr.*, ubi tradit, quomodo per uſtionem, vel inciſionem curentur: & *de ulcer. cap.*13., & *ſeqq.*, ubi agit de herbis, & pulveribus, quibus cataplaſmata, & pharmaca ſanandis vulneribus conficiuntur.

1377. Cod.1126. *προσκαλοῦμεν*, & deinde *προσπλάσαντα*. Duplicem praeſtare poſſe effectum adhibita medicamenta, vel ut priorem carnem revocent, vel ut veteri novam affingant, ex antiquorum ſententia dicit Piſida, ut inde concludat, tanto facilius omnipotenti Deo ceſſurum, ut demortuorum corpora faciat aſſurgere, & immortalitatis veſte, cum fuerint excitata, exornet: quae eſt doctrina Apoſtoli I. *Cor.* XV. 53. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.*

1384. Praeclare S. Cyrillus Hieroſol. ſuam Catecheſim *de reſurr. carn.* ita exorditur: *Ῥίζα πάσης τῆς ἀγαθοεργίας ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς· ἡ γὰρ προσδοκία τῆς μισθαποδοσίας, νευροῖ τὴν ψυχὴν εἰς ἐργασίαν ἀγαθήν. Radix totius bonae operationis eſt ſpes reſurrectionis; nam reddendae mercedis exſpectatio animam roborat ad bona opera ſuſcipienda.* Hanc ſententiam, quae omnium Patrum, & Doctorum conſenſu firmata eſt, Piſida ab inſtituta medicinae comparatione non diſcedens ita detorquet, ut Deo magis, quam medico fidendum eſſe tantum probet.

1390. *Rom.* VI. 6. *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati.*

1394. Manes, qui omnium haereticorum deliramenta complexus, omnium haereſeon deterrimam conflavit, primum *Cubricus*, & deinde Manes, quod nomen Perſarum lingua *Dialecticum* ſonat, dictus eſt. Sed cum Graeci Manetis nomen in infamiam vertiſſent, eo quod graece furorem, & inſaniam ſignificat, eius diſcipuli ſuum magiſtrum Manichaeum, vel Mannichaeum vocaverunt. Vid. S. Cyrillum Hieroſ. *Catech.* VI. 24., & S. Auguſtinum XIX. 22. *contra Fauſtum*, & Beauſobrium *Hiſt. de Manichée* I. 1. Vim nominis igitur exprimens Piſida Manetis *ἐμμανῆ* *inſanum* eſſe ſermonem dixit.

1396. Manes Metempſychoſim, ſive tranſlationem animarum e corporibus humanis in plantarum, & belluarum corpora admittebat; ſed cum in Scripturis luculenter teſtatam animadverteret a mortuis reſurrectionem, ipſam omnino negare auſus non eſt; ſed abutens teſtimonio Apoſtoli *loc. cit.* XV. 50. *Quia caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt*, reſurrectionem tantummodo animae ad gloriam aſſeruit, quam etiam ad ſolos ſuos diſcipulos reſtrinxit. Vide S. Epiphanium *de Haereſ.* LVI. 87. At vero ſolus Piſida, quod ſciam, eiuſdem impii haeretici argumentum contra reſurrectionem adducit, & refellit. Beauſobrius quidem, in texenda Manichaeiſmi hiſtoria nimium fortaſſe diligens, locum hunc videtur ignoraſſe. Ceterum Manetis argumentum faci-

facile ſolutum eſt neganti cum Piſida antecedens. Manes enim ſupponit mortis cauſſam eſſe humorum diſſenſionem. Verum quis neſcit mortem, citra humorum diſſidium, eius in poteſtate eſſe, cuius eſt in manu etiam vita? Poſt reſurrectionem vero neque diſſolutioni, neque corruptioni erit locus, quia, ut ait *ibid.* S. Paullus, corpus reſurget ſpiritale.

1398. Quid velit Piſida Galeni librum περὶ χυμῶν legenti patebit. Χυμοὶ δὲ χολὴ, καὶ αἷμα, φλέγματα, καὶ ἡ μέλαινα, ἐξ ὧν τὰ ζῶα συνέστηκε, καὶ ὁ ἄνθρωπος. *Humores vero ſunt bilis, ſanguis, pituita, & humor melancholicus, ex quibus animantia componuntur, & homo.*

1402. De quatuor humorum varietate, colore, & effectibus Galenus *ibid. pag.* 151. πικρὰ ἡ ξανθὴ, καὶ ὀξεῖα ἡ μέλαινα, *bilis flava amara, & nigra acida.*

1411. Cod. 1126. τῶν λογικῶν ῥημάτων. Galenus ſaepe uſurpat hanc aphoriſticam ſententiam Ξύρροια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθία πάντα *confluxus unus, conſpiratio una, conſentientia omnia.* Sic *lib.* II. *de cauſ. pulſ.* πάντα πᾶσι συμπαθέα, φύσις κοινὴ, omnia omnibus conſentiunt, natura communis eſt. Egregie autem *de humor. pag.* 152. χρὴ δὲ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τῶν χυμοὺς, ἵν᾽ ὑγιαί τε διαμένῃ, καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσεται. *Oportet enim humores exquiſite eſſe qualitate temperatas, & quantitate aequales, ut & ſanitas praeſens permaneat, & abſens redeat.*

1416. Vide Galenum *de nat. facult.* I. 2. *tom.* V. *pag.* 9., qui de facultate generatrice, de auctrice, ac de nutritione acturus, Hippocratem dicit omnium medicorum, ac philoſophorum fuiſſe primum, qui ἀποδεικνύειν ἐπεχείρησε, τέτταρας εἶναι τὰς πάσας δραστικὰς εἰς ἀλλήλας ποιότητας, ὑφ᾽ ὧν γίνεταί τε καὶ φθείρεται πάνθ᾽ ὅσα γένεσίν τε καὶ φθορὰν ἐπιδέχεται, *demonſtrare tentavit, quatuor eſſe omnes, quae mutuo inter ſe agerent, qualitates, a quibus, quae ortum, & interitum admittunt, omnia gignantur, ac corrumpantur.* Quod quam veriſimili ratione dictum ſit, nobis plane non conſtat: cum multo ante Hippocratem ſimilia luculenter docuerit Socrates, ut videre eſt *in Timaeo pag.* 83., *& ſeqq.*

1418. Cod. 1126. καὶ ξηρότης ἔνυγρον ἁρπάσει.

1424. Conſule Athenagoram *de reſurr.* 9., & 12., ubi nonnulla, quae hanc comparationem Dei cum architecto illuſtrant. Perſpicuum eſt autem, Piſidam omnem vitae rationem in anima ponere, unde ipſam ψυχοκράτην *vitae retinaculum* vocat, *infra verſ.* 1431.

1425. Cod. 1126. καὶ σφῆνα πῆξαι. Piſida per *cuneum* ferramentum aliquod in fornice domus apte collocatum intelligit, ut curvaturae circinationem adſtrictam, colligatamque ſuſtineat: hinc poſtea etiam animam corporis cuneum appellat.

1435. Ἀδήλων πνευμάτων, *flaminum latentium* vertit Morellius. Occulti ſpiritus ex mente Piſidae, ni fallimur, ſunt diabolus, peccatum, & animi perturbationes.

1436. Cod. 1126. Εἰ καὶ χολὴν, καὶ πνεῦμα καὶ πάλιν βάλοι. Πνεῦμα hic eſt ſpiritus vitalis, de quo Plato, Hippocrates, & Galenus *locc. citt.* Piſida conditionate loquitur, ſi Deus velit, haec accipiet, quia ut ait Athenagoras *de reſurr.* 7. Οὐδὲν συντελοῦντος ἔτι πρὸς τὸ ζῆν, οὐχ αἵματος, οὐ φλέγματος, οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος· οὐδὲ γὰρ ὧν ἐνδεῆ ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα, δεηθήσεται καὶ τότε. *Nihil tum ad vitam conferente vel ſanguine, vel pituita, vel bile, vel ſpiritu: neque enim quibus rebus aliquando egebant corpora, iiſdem tunc etiam temporis egebunt.*

1438. Χυλοὶ, typographi, ut puto, incuria, legimus in verſione Morelliana *ſapores*; neque enim hic ſaporibus eſt locus. Patet autem χυλοὺς eodem ſenſu accipi a Piſida ac χυμοὺς; niſi forte velis χυλοὺς eſſe humores, vel ſuccos iam commixtos ac temperatos, ut aqua poſtquam eſt iniecta calci. Morellius quidem recte *infra v.* 1447. verbi χυλῶσαι ſignificationem expreſſit, quod eſt *ſuccoſum eſſe.*

1441. Ludit iterum in nomine Manetis. Vide *ſupra v.* 1395.

1442. I. *Corinth.* XV. 51. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur .... canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Vide SS. Patres, & interpretes, a quorum ſententiis referendis conſulto abſtinemus.

1444. Cod. 1126. μὲν τῇ φθορᾷ. I. *Cor.* XV. 42. *Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria.*

1447. Sadducaei, & Samaritani inter Hebraeos, ac poſt ipſos Nicolaitae, Gnoſtici, atque ex Cerintho, & Manete profecti haeretici philoſophicis rationibus reſurrectionis dogma impugnantes, illud tamquam abſurdum obiiciebant; quod ſi eadem caro revocanda eſſet in integrum, infantes, pumiliones, caeci, claudi &c. cum ſuis defectibus eſſent ſuſcitandi: quod cum ridiculum viderent, corporis inorganici, vel ſpiritualis, quam verae carnis reſurrectionem admittere malebant. Difficultatem luculenter diluerunt Tertullianus *de reſurr.* 57., & S. Auguſtinus *de Civ. Dei* XXII. 13., quos vide. Piſida eidem obiectioni videtur occurrere dicens, eo corporis habitu homines reſurrecturos, ad quem Deus voluerit eos evocare: κἂν χυλῶσαι, κἂν λεπτῦναι θέλῃ, quaſi diceret, utcumque ei placuerit, vel ut corpora *pingueſcant*, vel ut *gracileſcant*. Praeclare Tertullianus *loc. cit. Si demutamur in gloriam, quanto magis in incolumitatem ... Quomodo vita confertur, ita & refertur ...: Naturae, non iniuriae reddimur.* Ac S. Auguſtinus quidem etiam ſtaturae, & aetatis modum, in quo corpora reſtituentur, deſignavit.

1453. Vi-

1453. Vide interprètes *ad loc. cit. I. Corinth.* XV. 51. ex cuius varia lectione ortae ſunt ſententiae a textu Vulgatae diſſentientes. Alii enim ex Cod. Alex. legunt *πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα, omnes quidem dormiemus, ſed non omnes immutabimur*: alii vero ex Graecis Codd. *πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, non omnes quidem dormiemus, omnes autem immutabimur*. Piſida hanc textuum varietatem, ut puto, non ignorans, *τὰ κῶλα τῶν κοιμωμένων dormientium membra* appellat. Sed id allegorice intelligendum eſſe aperte demonſtrat: nimius enim fortaſſe eſt in corporum corruptione probanda, ex qua omnia ſua argumenta deſumit ad reſurrectionem carnis evincendam: & *ſupra v.* 1390. ſuam ſententiam dilucide expreſſit, ita loquens de Deo, quem medico comparat:

Τὸ σῶμα νεκρώσαντι τῆς ἁμαρτίας
Ὑπνωτικὸν δὲ φάρμακον δεδωκότι.

1454. *Ὠμόσαρκον κρέας crudicarneum corpus*. Simili modo Athenagoras *de reſurr.* 5., *&* 8. corpora ſeparata Dei ſapientia, & poteſtate eſſe inter ſe coitura dicit, *κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταδαπανηθῇ, κἂν τοῦ παντὸς σώματος ἐκκοπὲν προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν, ſive igne ſuccenſa, ſive aquis putrefacta, ſive a feris, aut quibuslibet animalibus conſumpta fuerint, ſive pars aliqua a toto corpore avulſa iam antea fuerit diſſoluta*. Conſule etiam S. Cyrillum Hieroſ. XVIII. 2., & S. Auguſtinum *de Civit. Dei* XXII. 20.

1455. *Ἀγρότης*. Morellius vertit *ruſticus*. Cur piſcem edat ruſticus? *ἀγρότης* eſt ab *ἄγρα*, quae eſt *venatio, piſcatio*.

1461. *Pſal.* IV. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine,* . . . Et II. *Corinth.* I. 22. *Qui & ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*.

1462. Eodem exemplo uſus S. Cyrillus Hier. *Catech.* XVIII. ſic concludit: *Τὰ ἐν τῇ σεαυτοῦ χειρὶ διακρῖναι δύνασαι· Θεὸς δὲ ἄρα τὰ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δρακὶ περιεχόμενα διακρῖναι, καὶ ἀποκαταστῆσαι οὐ δύναται; νόησον τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ ἔστιν ἀσεβὴς ἡ ἄρνησις; Tu res in manu tua contentas diſcernere valeas; Deus vero res in ſua ipſius manu comprehenſas diſcernere, & reſtituere non queat? Id quod dico conſidera, numne id negare impium ſit?*

1464. *Ὄλυρα* eſt ſemen medium inter frumentum, & hordeum: *ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζείας, ἀτροφωτέρα δὲ κατὰ ποσὸν ἐκείνης· ἀρτοποιεῖται δὲ καὶ αὐτή. Eiuſdem generis cum zea eſt, ſed minus aliquanto nutrit: attamen in panes etiam ipſa cogitur*: Sic Dioſcorides II. 163. Matthiolus auctoritate Plinii, & Galeni recte contendit non eſſe olyram cum ſecala confundendam.

1469. *Ezech.* II. 19. *Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum*. Vide Interpretes.

1475. Cod. 1126. *κεκρυμμένων*.

1477. *Luc.* XII. 7. *Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt*. Vide S. Auguſtinum *de Civit. Dei* XXII. 20.

1480. *Matth.* XIII. 49. *Sic erit in conſummatione ſaeculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum*.

1481. Quid ſit *τόκος* fuſe explicat S. Baſilius *Homil. in Pſal.* XIV. Aperte autem hic alluditur ad parabolam de talentis diſtributis in ſervos, quorum ille, qui unum tantummodo acceperat, ipſumque abſconderat in terram, in tenebras exteriores eiectus eſt. *Oportuit enim*, dixit ei Dominus *in Matth.* XXV. 26., *pecuniam committere nummulariis, & veniens ego recepiſſem utique, quod meum eſt cum uſura*. Similia *in Luc.* XIX. 23., quae ad extremum iudicium ſignificandum dicta ſunt. Atque hactenus pro reſurrectione pugnavit Piſida pluribus argumentis, quae ſi vacat, fuſius pertractata invenies in ſupra laudatis Patribus Iuſtino, Tatiano, Athenagora, Theophilo, Irenaeo, Cyrillo Hieroſolymitano, Tertulliano, Auguſtino, & Ambroſio, necnon in Nat. Alexandri *Hiſt. Eccl. ſaec.* I. *Diſſert.* XXVI., & in *Deliciis Eruditorum* clariſſimi, ac mihi coniunctiſſimi viri Iohannis Lamii, qui Commentarii loco ad epiſtolam VII. Michaëlis Glycae elucubratiſſimam Diſſertationem opportune, atque e re nata adtexuit, in qua non modo veterum haereticorum errores refellit, ſed & Burnetii famigeratiſſimi inter Anglos hominis argutias, vel potius deliramenta contra reſurrectionem corporum e mortuis funditus evertit. Unum reſtat, quod moneam: ſi quis velit ea omnia, quae Piſida contra Manetem dixiſſe adparet, contra Severum, & contra Philoponum, tamquam Manichaeiſmo faventes, eſſe dicta, non me ſane habebit repugnantem. Patet enim Manichaici argumenti, quod impugnat Piſida, totam vim in eo eſſe poſitam, ut in eadem forma eſſe corpora reſurrectura, quam antea obtinuerant, pertinaciter negaretur. Quid ſimile blateravit Philoponus. Photius certe Cod. XXI., XXII., & XXIII. Philoponi librum contra reſurrectionem, eiuſdemque confutationem ſe legiſſe teſtatus eſt, ſed qui fuerint Philoponi errores ex Photio non liquet. At Timotheus Presbyter CP. *de recept. haeret.* apud Cotelerium *Mon. vet. tom.* III. rem explanat; nam *pag.* 398. dicit nonnullos fuiſſe Tritheitas Philoponi aſſeclas, qui dicerent, *ὅτι τὸ σῶμα, ὃ νῦν ἔχομεν, οὐκ ἐγείρεται ἄφθαρτον, ἀλλ' ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ λαμβάνομεν*, corpus, quod nunc habemus, non reſurrecturum incorruptibile, verum nos loco ipſius aliud recepturos: alios autem fuiſſe Tritheitas, qui librum a Iohanne Philopono adverſus reſurrectionem editum, *δι' οὗ ἐκεῖνος ἀναιρεῖ τὴν σωμάτων ἀνάστασιν*, in quo ille reſurrectionem tollit, averſati ſunt. Verum id etiam clarius idem Timotheus poſtea declarat *pag.* 414., ubi Philoponi errores exponit: *Ὁ εἰρημένος γραμματικὸς Ἰωάννης*

της ἐν τοῖς πρὸς Ἕλληνας βιβλίοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπήγαγε λέγων, τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα πάντα καὶ ὁρώμενα, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττονα τούτων τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια ὑπὸ Θεοῦ δημιουργεῖσθαι· συντέλειαν λέγων τοῦ ὁρωμένου κόσμου ἤγουν παρέλευσιν, ἢ καινοῦ κόσμου γένεσιν· ἀνάστασίν τε νεκρῶν ὁρίζεται εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς σῶμα ἄφθαρτον ἕνωσιν ἀδιάλυτον· Κόνων δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ . . . τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεβάλοντο· λόγους ἐγγράφως ἐκδεδωκότες, ἐν οἷς λέγουσιν, ὅτι τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ ὁρώμενα, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρεται, ἀλλὰ μένουσι τὰ αὐτὰ καὶ ὁρώμενα εἰς ἀεὶ μὴ φθειρόμενα· κατὰ δὲ τὸ εἶδος μόνον φθείρονται· καὶ πάλιν ἀναμορφοῦσθαι τὴν αὐτὴν ὕλην λέγουσι, κρεῖττον εἶδος δεχομένην ἄφθαρτον καὶ αἰώνιον . . . . ἀνάστασιν δὲ νεκρῶν ὁρίζονται εἶναι, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν δευτέραν ἕνωσιν ἀδιάλυτον. *Iohannes Grammaticus in libris adverſus Gentes, ac in aliis ſuis voluminibus iſta induxit: omnia corpora haec ſenſibus, & aſpectui expoſita, ſecundum materiam, & formam ex non exſtante ad exſiſtentiam adducta eſſe per Deum: corruptibilia autem facta fuiſſe, & corrumpi iuxta materiam, & formam, atque in locum eorum alia corpora his, quae cernuntur, praeſtantiora, incorruptibilia, aeternaque creari a Deo: conſummationem intelligens, ſeu tranſitum conſpicui mundi, novique ortum. Ad hanc reſurrectionem mortuorum definit eſſe animalium rationalium cum corpore incorruptibili unionem indiſſolubilem. Conon vero, quique cum ipſo ſunt, . . . ipſius ſcripta repudiarunt, libris editis, in quibus contendunt, corpora haec adſpectabilia, & ſenſibilia, iuxta materiam quidem non corrumpi, ſed manere eadem ſemper adſpectabilia, & numquam corruptione evaneſcere. Rurſuſque reformari eamdem materiam putant recipiendo praeſtantiorem formam incorruptibilem, ac ſempiternam . . . . Ac reſurrectionem mortuorum definiunt, corporis huiuſce cum anima rationali ſecundam, indiſſolubilemque unionem.* Haec circa Philoponum, quae cum iis etiam, quae idem Timotheus habet *pag.* 416., perfecte concordant, ob oculos lectorum ponere non piguit, quia quidquid ad ipſum ſpectat noſtris circa eiuſdem, & Piſidae aetatem coniecturis, quas in Prolegomenis congeſſimus, novam lucem, probabilitatemque adferre poſſunt. Ea vero ex Timotheo potius, quam ex Nicephoro *Hiſt.* XVIII. 47. protulimus, quia hic illum nec ſatis clare, nec ſatis fideliter, quod a nemine eſt obſervatum, tranſcripſit. Porro Nicephorus, omneſque qui Nicephori auctoritatem ſunt ſecuti, Philoponi placitum circa reſurrectionem contrario plane ſenſu expoſuerunt: aiunt enim ſic definiſſe, reſurrectionem εἶναι τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἕνωσιν ἀδιάλυτον, *eſſe animarum rationalium cum corpore corruptibili unionem indiſſolubilem*. Verum cum Timotheo potius πρὸς σῶμα ἄφθαρτον ἕνωσιν *cum corpore incorruptibili unionem*, legendum eſſe non dubito. Etenim vera, ut puto, Philoponi ſententia ab eo, quod ſtatuit, univerſali principio deducta, haec eſt. Omnia corpora ſive materiam, ſive corpus ſpectes, ex eo, quod non eſt, in id quod eſt, producta ſunt a Deo, itemque ſecundum materiam, & formam corrumpentur: cum ergo reſurgendi tempus adveniet, non idem corpus, quod periit, excitabitur; & fiet incorruptibile; ſed aliud corpus effingetur incorruptibile, quod erit indiſſolubili vinculo animabus rationalibus unitum. Atque haec ſane fuit etiam ſententia Manetis: quod erat probandum.

1486. Arbitror legendum ὑπὸ σταυρόν. Morellius mentem Piſidae non ſatis feliciter eſt aſſecutus in ſequentibus verſibus. Conferenda haec ſunt cum ſcriptis Areopagiticis *de caeleſti Hierarchia cap.* 3., & 4., ubi traditur, quomodo creaturis ſe communicet Deus, qui ſicuti eſt, nemini apparuit. Ἐνέργειαι hic ſunt tres hierarchici gradus; eorum ſcilicet, qui expiantur, qui illuminantur, qui perfecti evadunt. Hi omnes, quamvis ceteris hominibus ſint perſpicaciores in rebus divinis contemplandis, longe tamen abſunt a Deo videndo, ut eum videt, & contemplatur triplex Angelorum ordo, qui tribus Myſtarum gradibus reſpondet. Tota igitur Piſidae ſententia haec eſt: ita de Deo noverunt loqui, qui in ſacris Scripturis, & in divinis oraculis verſati ſunt.

1489. Eos opinor indicat, qui, ut S. Maximus ait in Scholiis *ad cap.* 3. *de cael. Hier.*, φωτίζονται τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα, *Scripturarum divinitus inſpiratarum ſcientia ad divinae notitiae doctrinam aſſequendam illuſtrantur.*

1492. Πανόμματος *oculis plenus*, & deinde ὀμματόπλουτος *oculis dives*. Angelorum varios ordines, ac praeſertim Cherubinos deſignat Piſida. Vide ſupra *v.* 172.

1494. Cod. 1126. μακρότης, quae lectio non diſplicet, ut ſit antitheſis.

1498. Vide ſupra *v.* 876., ubi eadem eſt comparatio.

1499. Cod. 1126. legit πόῤῥωθεν.

1501. Alludit ad rubum incombuſtum, de quo ſupra *v.* 864.

1504. Cod. 1126. θεακρύβει.

1508. Id. Cod. μύουσα τοῦ βλέπειν; melius.

1512. Deſiderantur fortaſſe hic aliqui verſus: non enim ſatis belle videntur ea, quae praecedunt, cum iis, quae ſequuntur, cohaerere. Interea Piſida, ut divinam providentiam circa mundi gubernationem melius propugnet, Epicureis, aliiſque, qui illud obiiciebant, *ſi Deus eſt, unde mala, & cur humano generi tot noxia creata?* reſpondet, *omnia eſſe ad bonum finem deſtinata.* Atque ut id faciat apertius, earum rerum, quae magis vulgares, & contemnendae videntur, utilitatem ex medi-

ex medicorum placitis, & ſcientia demonſtrat. Lucullum apud Ciceronem *Quaeſt. Acad.* IV. ex mente Epicuri loquentem audiamus. *Cur Deus, omnia noſtra cauſſa cum faceret, ſic enim vultis, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? cur mortifera tam multa perniciosa terra, marique diſperſerit? Negatis haec tam polite, tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine divina aliqua ſolertia: cuius quidem maieſtatem deducitis uſque ad apum, formicarumque perfectionem; ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis; minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur &c.* Huiuſmodi difficultatibus Cicero plurimis in locis fecit ſatis, qui paſſim illud ſtatuit, atque confirmat, mundum divina providentia eſſe conſtitutum, eaque ipſa ſapienter adminiſtrari. Vide Platonem *in Timaeo*, Maximum Tyrium *Diſſert.* XXV., ne Patrum agmen producam, qui in hac arena ſtrenuiſſime decertarunt.

1513. Cod.1126. ἢ τῆς παγαλκοῦς.

1517. Ariſtoteles *Hiſt. anim.* IV. 9. Οἱ δὲ ἰχθύες, ἄφωνοι μέν εἰσι· οὔτε γὰρ πνεύμονα, οὔτε ἀρτηρίαν, καὶ φάρυγγα ἔχουσι. *Piſces quidem vocis expertes ſunt; quippe qui neque pulmonem, neque arteriam, aut guttur obtineant.* Eadem ſunt in Plinio XI. 112. Hinc bene Horatius ad Melpomenen IV. 3. 19. cecinit:

O mutis quoque piſcibus
Donatura cycni ſi libeat ſonum.

1518. *Gen.* I. 21. *Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerant aquae in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum &c.* Aves ne igitur ex aquis enatas dixeris? Fatear ſane id quondam fuiſſe quibuſdam perſuaſum, ut videre eſt in doctiſſimis Commentariis Calmetii ad eum locum Geneſeos, atque in ea ſententia fuiſſe Piſidam non videtur negandum, cum aperte dicat piſces ἐκφύντας ἐκ θαλάσσης. Atqui fuere tempore eiuſdem Baſilii, qui ipſos quoque homines ex aquis eſſe genitos ex laudato Geneſeos loco deducerent? Quam ſane ridiculam ſententiam nuper, ut rem peregrinam, in vulgus edere, ac divendere aggreſſus eſt De-Maillet in libro, cui tituli loco nomen ſuum anagrammate circumſcriptum adpoſuit, *Teillamed* ipſum inſcribens. Quidni contra tales nugatores ipſius Baſilii utar verbis dicentis? Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐγένοντό ποτε ἰχθῦς οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι δὲ ἐν ᾧ ταῦτα ἔγραφον τῶν ἰχθύων ἦσαν ἀλογώτεροι, καὶ πάνυ ἐντόνως διαταναίμην. *Equidem an umquam fuerint piſces, ſane non dixerim: ſed eos, dum haec ſcriberent, rationis magis fuiſſe expertes, quam piſces, vel conſtantiſſime adfirmaverim.*

1521. De lapidum natura, & proprietatibus innumeri ſunt ſcriptores. Ut miſſos faciam profanos, Salomonem nominabo, quem ſcripſiſſe librum *de gemmarum natura, & virtutibus* refert Glycas *Annal. part.* II. *pag.* 183., eumdemque ſapientiſſimum regem librum confeciſſe περὶ ἰαμάτων de remediis teſtatur Suidas in Ἐζεκίας. Vide *Cod. pſeudepigr. V. T.* a Iohan. Alberto Fabricio confectum. Celebris eſt tractatus Iſidori Hiſp. *de lapidibus, & metallis*, qui eſt *liber* XVI. *Etymologici*: nec minus laudatur venuſtum carmen Marbodaei Galli *de gemmis*. Debemus autem viri integerrimi, & doctiſſimi Petri Franciſci Fogginii, Bibliothecae Vaticanae Cuſtodis, ſtudio, & diligentiae, quod lucem tandem adſpexerit liber S. Epiphanii *de gemmis rationalis* egregie illuſtratus, in quo Sanctus ille Salaminus Epiſcopus ſingularum gemmarum proprietates enarrat. Verum Piſida conſtat eſſe ſequutum Theophraſtum περὶ λίθων, & maxime Galenum, qui *libro* IX. 2. *de ſimpl. medic. facult.* lapidum vires ad medicam trutinam revocat; atque expendit. Conſulendus tamen Plinius, qui plantarum, & lapidum virtutes paſſim explicat.

1522. De Magnete, quem etiam *Sideritin*, quod ferrum trahat, & *Heraclium lapidem* dixere veteres, vide Plinium XXXVI. 25. Cod.1126. Ἄλλη δὲ τὸν σίδηρον ἕλκει.

1523. Πυρίτης *pyrites* vulgaris deſignatur, ita a Graecis dictus, quod percuſſus ſcintillas edat. Plinius *ibid.* 30., Aldovrandus *Muſ. Metall. p.*570. Naturam lapidis, ut Piſida, expreſſit Virgilius *Aen.* VI. 6:

.... Quaerit pars ſemina flammae
Abſtruſa in venis ſilicis.

1525. Lapis ceraunius, qui *Brontis*, & *Ombria* etiam dictus eſt. Vide Plinium XXXVII. 55., & Aldovrandum *Muſ. Metall. pag.*607., Marbodaeus Gallus ſic de hoc lapide cecinit *ſect.*30:

Illis quippe locis, quos conſtat fulmine tactos,
Iſte lapis tantum reperiri poſſe putatur:
Unde κεραύνιος *eſt Graeco ſermone vocatus.*
Nam quod nos fulmen, Graeci dixere κεραυνόν.
Qui caſte gerit hunc a fulmine non ferietur,
Nec domus, aut villae, quibus affuerit lapis ille.

1526. Non ſatis video, quid ſit πῦρ νόθον *ignis ſpurius*. Diceſne Piſidam illum ignem deſignare, qui, quod more hominum fatuorum per aërem huc illuc nulla lege diſcurrat, *fatuus* appellatur? vel potius incendia denotare, quaſi non alius ſit ignis ingenuus, quam quem natura, non ars excitaverit? Lucem affert Solini locus c.30. Aethiopiae montem deſcribens. *A meridiana parte mons editus mari imminet ingenuo igne per aeternum fervidus, & inquiete iugis flagrantibus.* Omnes quippe veteres tradiderunt cerauniam valere contra fulmen.

1531. Bolorum varia ſunt genera. Piſida terram Armeniam intelligit, quam multum commendat Galenus *de ſimpl. facult.* IX. 1. *pag.* 252. Ἐπί τε δυσεντεριῶν, καὶ τῶν κατὰ γαστέρα ῥευμάτων, αἱματός τε πτύσεως καὶ καταῤῥοῦ ... ἁρμόττει μάλιστα. *Siquidem ad diſſenterias, & ventris profluvia, tum ſanguinis expuitiones, & catarrhos .... in primis competit.*

1532. Πηλὸς, *lutum* eſt ex definitione Galeni *ibid. pag.* 251. terra medicamentoſa, quae aqua irrigata facile in lutum ſolvitur. Piſida terram Samiam, & Lemnium ſigillum intelligit, de quibus idem Galenus *ibid. pag.* 249. ait: Ὠφελοῦσι τὰς δυσεντερικὰς ἑλκώσεις, *proſunt diſſenteriis exulcerationibus*. De luto videndus Iſidorus *Etymol.* XVI. 4.

1533. Forſan pro τάσμα legendum eſt παῦμα a παύω, *ceſſo*, vel *ceſſare facio*. Χόρτος autem, ni fallimur, eſt *foenum Graecum*, quod ut ait Plinius XXIV. 120. *Telin vocant, alii carphos, alii buceras, alii aegoceras*. Dioſcorides II. 124., & Plinius conveniunt in huius herbae virtute commendanda ad uteri cruciatus ſedandos. Galenus περὶ τήλεως agit *loc. cit. pag.* 235.

1534. Agarici radicem laudari puto, de qua Galenus *ibid. pag.* 150. ἐκκαθαίρει τὰς ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐμφράξεις, *viſcerum obſtructiones expurgat*. Succum tamen καθ' ὑπεροχὴν Cyrenaicum, Medium, & Syriacum vocari dicit *ibid. pag.* 215.

1535. De cedro, & cedria, quae eſt cedri oleum, Galenus *ibid. pag.* 187. plura, ac Plinius XXIX. 3. *Scabiem corporum, & pruritum oleo, & cedria mixtis tollunt*.

1537. Morellius praepoſitionem ὑπὲρ verbo γλυκάζειν coniungens deceptus eſt. Ἀψινθίαν pro ἀψίνθιον, ut puto, dicit Piſida, ut abſinthii denotet ſuccum; ſic cedriam cedri humorem eſſe nuper vidimus.

1538. Galenus *ibid. pag.* 163. Βάτου καὶ τὰ φύλλα μὲν, καὶ οἱ βλαστοὶ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ἡ ῥίζα στυπτικῆς μετέχουσι ποιότητος. *Rubi folia, germina, flos, fructus, & radix qualitatis adſtringentis participes ſunt*.

1539. Ἀποικίλως ſupple ἀκεσμὸς, non compoſita medicamenta Hippocratis ſunt ἁπλᾶ φάρμακα ſimplicia remedia Galeni.

1541. Spinae vulgaris, albae, & Aegyptiae vires, quae ſint, tradit Galenus *ibid. pag.* 152.

1542. Galenus *ibid. pag.* 235., & 264. Τέφρα. τῶν κεκαυμένων ξύλων τὸ λείψανον οὕτω προσαγορεύεται. *Cinis, combuſtorum lignorum reliquiae ſic nuncupantur*. Χοῦν de omnibus pulviſculis, quibus pharmacopolae ſuos trochiſcos, vel paſtillos conficiunt, dixit Piſida. Τρίχες, de pilis uſtis videndus Galenus *ibid. pag.* 308.

1544. Dioſcorides IV. 110. Καπνὸς βοτάνιόν ἐστι θαμνοειδὲς .... τούτου ὁ χυλὸς δριμὺς, ὀξυδερκὴς, δακρύων ἀγωγός· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε. *Fumaria, fruticoſa eſt herbula .... huius ſuccus acris eſt, claritatemque facit oculis, lacrimationemque, ceu fumus*. Sic Dioſcoridis verba vertit Plinius XXV. 7., & 8. Hanc herbam vocari κάπνιον, & καπνὸν dicit Galenus *loc. cit. pag.* 184., qui alioquin a Dioſcoride minime diſſidet. Ceterum lege eiuſdem Galeni *librum* IV. *de compoſ. medic. ſec. locos*, in quo praeſcribuntur remedia ad medendos oculos, ut plurimum ex rebus combuſtis, & fumidis comparata. Piſida fumum, & fumariam indicat.

1545. Torpedinem vivam primus adplicaſſe, cui caput doleret, atque id ſibi bene ceſſiſſe gloriatur Galenus *ibid. pag.* 344. De huius piſciculi vi ad torporem membris inferendum mira narrant Ariſtoteles *Hiſt. anim.* IX. 37., Plinius IX. 67., & alibi, necnon Aelianus IX. 14., qui etiam I. 36. idem, quod Piſida, ſed minus certe eleganter dixerat.

1547. De diverſorum animalium adipe, & ſevo Galenus *loc. cit. pag.* 299., ſed nihil ibi eſt de Phoca, cuius tantum coagulum laudat *p.* 285. ex Dioſcoridis *libro* I. 18. *parab.* Piſidam pinguedinem Phocae, quae eſt ex cetario piſcium genere, pro quocumque adipe poſuiſſe cenſeo.

1549. Galenus *ibid. pag.* 312. Τὸν Ἱππόκαμπον, τὸ θαλάττιον ζῶον ὅλον καυθὲν ἔγραψάν τινες ἀλωπεκίας ὠφελεῖν. *Hippocampum, animal illud marinum, ſi totum uſſeris, alopeciis prodeſſe, proditum a quibuſdam eſt*: quae ex Dioſcoride II. 3. exſcripſit Galenus, itemque Plinius XXXII. 13.. De hippocampo vide Aelianum XIV. 20.

1551. De turture marina, quae Latinis *Paſtinaca*, eadem narrat Dioſcorides II. 22. Τρυγόνος θαλασσίας τὸ κέντρον .... ὀδόντα πονοῦντα πραΰνει. *Turturis marinae radius dentis dolorem mitigat*. Vide Aldovrandum *pag.* 424.

1553. Cod. 1126. ἐπιθεῖσα· κέντρον eſt quidam aculeus, oſſeus, acutus, utrimque ſerratus, quem in ſuperna, ac media ſuae caudae parte gerit paſtinaca. Vocatur a variis auctoribus *ſpina, ſpiculum, telum, acus oſſea, radius*. Plinius XXXII. 26. ſic adhiberi tradit: *Paſtinacae radio ſcarificare gingivas, & in dolore utiliſſimum. Conteritur is, & cum helleboro albo illitus dentes ſine vexatione extrabit*.

1554. Scari, qui tanto fuit in pretio apud Romanos, habes deſcriptionem in Aldovrando *de piſc. pag.* 3. Galenus, & Aelianus fel ſcari laudant. Piſida viſcera καθ' ὅλου commendat, cum Martiale fere conſentiens, qui ait:

Hic ſcarus, aequoreis qui venit obeſus ab undis,
Viſceribus bonus eſt, cetera vile ſapit.

1556. Cod. 1126. Πόσις δὲ χυλοῦ κωβιῶν, & deinde ὄθημα. Utramque lectionem recipere nemo dubitabit. Gobiorum differentias videſis in Aldovrando *pag.* 95. Piſida de ſaxatili agere aperte demonſtrat πετροστέγεις eos appellans. Dioſcorides II. 32. gobium in ventre ſuillo decoquendum eſſe dicit, ut κοιλίαν ἀταράχως κάτω ὑπάγει, *alvum citra perturbationem ſubducat*.

1558. Cancros tum marinos, cum fluviatiles ad plurimos morbos eſſe utiles tradiderunt veteres, & nos quotidie experimur. Dioſcorides II. 12. maiorem vim fluviatilibus, quam marinis tribuit: at contra Piſida*, qui ceteroquin ſequutus eſt auctoritatem Dioſcoridis. Quod enim ad phthiſim ſpectat, ſic ille: ἑφθοὶ δὲ σὺν ζωμῷ ἐσθιόμενοι φθισικοὺς ὠφελοῦσι, *decocti* cancri, *& ex iure ſuo ſumpti phthiſicis proſunt*, ut vertit Plinius XXXII. 39. Quoad perniones autem, & cancros, ita: σὺν δὲ μέλιτι

ἰῶνται

ἰᾶθαι ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ, καὶ τὰς ἐν δακτυλίῳ, καὶ τὰς χιμέθλας, καὶ καρκινώματα παρηγορεῖ. Cum melle vero coƈto rimas pedum, ſediſque, perniones, & cancros lenit : Eodem modo Plinius *ibid.* 36. De morſu ſcorpionum ita : *τριφθέντες δὲ μετ' ὠκίμου, καὶ προστεθέντες σκορπίους κτείνουσι, triticum ocimo, & admoti ſcorpiones necant* ; quod eſt etiam in Plinio *ibid.* 19. Obſervandum tamen Cod. 1126. habere pro φθάνει, θραύει τὰ κέντρα. Quod tandem ad correptos rabie ex canum morſu adtinet, ita : *καρκίνων ἡ τέφρα .... σὺν οἴνῳ ποθεῖσα βοηθεῖ λυσσοδήκτοις ἐναργῶς, cancrorum cinis .... cum vino potus a cane rabioſo demorſis evidenter opitulatur* : eadem pene verba in Plinio *ibid.*

1562. Cancrorum in venandis oſtreis aſtutiam ſcite deſcribit Oppianus *Alieut.* II. 174.

> *Λάθρῃ δ' ἐμπελάει, μέσσῳ δ' ἐνεθήκατο λᾶαν*
> *Ὀστρέῳ· ἔνθεν ἔπειτα παρήμενος εἰλαπινάζει*
> *Δαῖτα φίλην· τὸ δ' ἄρ' οὔτι, καὶ ἱμερόν περ, ὀρέξαι*
> *Ἀμφιδύμους πλάστιγγας ἔχει σθένος, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης*
> *Οἴγεται· ὄφρα θάνῃσι, καὶ ἁρπακτῆρα κορέσσῃ.*
> *Clam autem appropinquat, medioque imponit lapillum*
> *Oſtreo : tum deinde adſidens epulatur*
> *Dapem amicam : illud autem, quamvis cupiat, neutiquam claudere*
> *Geminas lances valet : ſed neceſſario*
> *Hiat, donec moriatur, & praedonem ſatiet.*

Oppianum imitati ſunt S. Baſilius *Hom.* VII. 3. *in Hexaëm.*, S. Ambroſius V. 8. *in Hex.*, Euſtathius *in Hex. pag.* 20., Iſidorus *Etym.* XII. 6., & noſter Piſida.

1567. Cod. 1126. habet ὑπόδειον, quod magis placet. Πνεύμων, & πλεύμων Aeolice. Pulmonem marinum nemo tam diligenter deſcripſit. Vide Geſnerum *de Aquat. pag.* 760., & Aldovrandum *de Exang. pag.* 577., alioſque, qui de piſcibus ſcribentes, inter zoophyta ne, an inter teſtacea pulmonem recenſerent, merito haeſitarunt : quid enim ſit, colligi non poſſe, Noſter adfirmat, *ἄμορφον εἰκόνα informem effigiem*, & *δυσδιάγνωστον θέαν non dignoſcendum aſpeƈtu* ipſum appellans.

1570. Pulmonem ſenſu carere tradiderunt veteres. Heſychius, *λέγονται πνεύμονες καὶ θαλάττια ἄλλα ζῶντα ἀναίσθητα, dicuntur pulmones etiam quaedam in mari viventia ſine ſenſu* : unde proverbia de homine ſtupido *vitam pulmonis marini vivere*, & *morbo pulmonis laborare*. Vide Suidam v. βλάκα. At vero Cod. 1126. habet ἔμψυχος οὐκ ἔμψυχος, *animatus, & non animatus*, quam leƈtionem in verſione noſtra amplexi ſumus. Frigidum enim eſſet ἄψυχον οὐκ ἔμψυχον *inanimatum, & non animatum* dicere, quod idem omnino eſt.

1572. Dioſcorides *parab.* I. 171. *πρὸς τὰ ἑλκώματα τῶν χιμέθλων ποιεῖ ... πνεύμων θαλάσσιος λεῖος καταπλασσόμενος, exulceratis pernionibus prodeſt ... pulmo marinus tritus, & pro cataplaſmate impoſitus.* Plinius XXXII. 36. *Perniones emendat pulmo marinus.*

1574. Fel leoninum melli commixtum epilepticis mederi ait Dioſcorides *parab.* I. 18., adipem vero laudat II. 90. *de med. mat.* At Plinius XXVIII. 25. ita : *Leonis adipes ſanant aduſta nivibus, articulorumque tumores.*

1576. Millia remediorum ex hirci ſanguine demonſtrantur, quae ex omnibus auƈtoribus collegit Aldovrandus *de Quadr. biſ. pag.* 699. *Dyſentericis, & Hydropicis auxiliari ſanguinem hircinum*, refert Plinius XXVIII. 58., & 68. Ad haſce opinor affeƈtiones reſpexit Piſida, cum myſtica quadam ſignificatione dixit, ſanguinem fieri morbi pretium.

1577. Plinius XXX. 30. *In quartanis ... alium ſcarabaeum adalligant Magi, cui ſunt cornicula reflexa.* Hi ſunt ſcarabaei, quos idem Plinius *ibid.* 12. *tauros* appellat : *Tauri vocantur ſcarabaei terreſtres ricino ſimiles, nomen cornicula dedere.* Hinc patet, cur κέρασιν a Piſida denominentur.

1579. Innumera ſunt remedia, quae ad affeƈtos oculos ex combuſtis parari tradunt Dioſcorides *de parab.* I., & Galenus *de compoſ. medic. ſec. locos* IV. Quid mirum ſi etiam ſcarabaeos ceteris adnumeret Piſida ?

1581. Morellii verſionem Oedipus intelliget. Piſida ludens in voce *μύωπες*, qua *tabani*, & *luſcioſi* denominantur, dicit, naturam, quae Dei praecepta, & leges exſequitur, ab hac nominis ὁμωνυμίᾳ non abhorrere. Aldrovandus *de inſeƈtis pag.* 375. reƈte *οἶστρον* aſilum, & *μύωπα tabanum* eſſe dicit : ſed perperam μυίωπα, non μύωπα ſcribendum eſſe decernit ; eo quod ἀπὸ μυίας a *muſca*, & ὠπὸς dici putet. Quamvis enim tabanum muſcae caninae ſimilem dicat Aelianus *Hiſt. anim.* VI. 37., corrigendi tamen non ſunt libri, ut Aldovrandus autumat, contra omnium Codicum fidem : praeſertim cum a *μύω conniveo*, & ὤψ hoc nominis veriſimilius derivetur. In verſu ſequ. Cod. 1126. legit συγκεντωμένην, quod placet.

1583. Cochlearum varius eſt uſus in medicina. Vide Dioſcoridem II. 11., Galenum *de ſimpl. pag.* 310., & Aldovrandum *de Exang. pag.* 382. Nos Plinium ſequamur. *Ἀλφοὺς ἀναιρεῖ, tollit ex facie vitia coclearum cum melle cinis*, XXX. 9. *Οἴδημα γαστρὸς, inguinum tumorem cochleae minutae cum melle illitae leniunt*, XXX. 22. *Ποδῶν ὑπορρύσεις, cochleae latae potae tollere dicuntur pedum, & articulorum dolores, ibid.* 23. *Πληγὰς νεύρων, cochleae tuſae cum myrrha, & thure praeciſos nervos ſanare dicuntur*, XXX. 39. *Ζοφώσεις ὀμμάτων, cochlearum ſaliva illita infantium oculis, palpebras corrigit, gignitque*, XXX. 47. *Αἱματοῤῥοίαν, e naribus fluentem ſanguinem ſiſtunt cochleae contritae fronti illitae, ibid.* 38. Cod. 1126. habet πρόεισιν, & Cod. Vat. 166. πλέεισιν.

1587. Idem Cod. στοχνώσας, forſan melius στιχνίσω.

1595. Βλέννος in Oppiano, βέλεννος in Athenaeo, βλῖνος in Suida, *blendius* in Plinio, idem

 piſci-

piſciculus eſt, cuius proprietatem, ut ſiſtat alvum, nemo ex antiquis auctoribus prodidit: nec ex recentioribus quiſquam ex Piſida id retulit. Videſis Aldovrandum *de piſc. pag.*203., Salvianum *aquat. anim. pag.* 218., Geſnerum *de piſc. pag.* 125., Ionſtonum *de piſc. pag.* 49., Willugbeium *hiſt. piſc. pag.*131., *&* 138., qui omnes illud tantummodo Plinii XXXII. 32. laudant: *Veſicae vitia, & calculos ſanat Blendiorum cinis cum ruta.* Atque hic mirari ſubit neminem ex hiſce ſcriptoribus ne ſemel quidem Piſidae mentionem feciſſe: qua nota immunem nec ipſum Petrum Artedium abire ſinam, qui libellum *de Ichthologia* tanta diligentia conſcripſit, ut quoſcumque auctores, qui ea de re quidquam attigerunt, ſe vidiſſe, atque emendaſſe teſtetur.

1597. Quid ſimile de lupi lingua narratum a naturalis Hiſtoriae ſcriptoribus non contigit invenire. Cod.1126. habet Γόγυ δὲ γλῶττα προσδεθεῖσα *Gygis lingua adligata*. Sed tu dic ſodes, quid ſit lingua Gygis, & eris mihi magnus Apollo. At alter Cod. Vat. CXXI. legit Γύγου.

1599. Hoc etiam, quod de cicada ait Piſida, a nemine quod ſciam proditum eſt. Id autem de cicada marina, quam deſcribit Aelianus XIII. 26. intelligendum eſſe non dubito. Agit enim hic Poëta de remediis, quae ex animalibus marinis comparari poſſunt. Sed quae eſt ipſa verborum ſignificatio? Obſcurus ſane Piſida, ſed eius interpres, ni fallor, obſcurior. Piſida metaphorice opinor loquutus cicadam vocat λιθουργὸν *lapidariam*, vel *lapicidam*, eo quod ipſam toſtam, & pedibus admotam ad callos extrahendos aptam eſſe didiciſſet. Igitur τῶν ποδῶν λίθους idem eſſe putaverim, ac clavos pedum, quos non ſemel memorat Plinius, quamvis eos a callis diſcriminet. *Farina in pollinem ſubacta ... imponitur pedum callo, claviſque*, XXII. 60. Graecis tamen τύλος, pro quo Piſida λίθον poſuit, *callum*, & *clavum* ſignificat.

1602. Antidota, vel alexipharmaca deſignat, de quibus plura in Dioſcoride *de parab.* II. 135., & in Galeno *tom.* XIII. *pag.* 865., *&* *pag.* 943., ubi de theriacae conficiendae ratione diſſerens illud expendit, πῶς τὰ βλαβερὰ ἐνίοτε ἔχουσιν ὠφελίαν, *quomodo noxia interdum prodeſſe poſſint*; quod paucis verbis expreſſit Plinius dicens XXI. *Venenis inter ſe contraria natura*. Vide eiuſdem Galeni *de ſimpl. facult. lib.* III. *cap.* 18. *pag.* 77., in quo illud inveſtigat, quomodo frigida venena, quae deleteria nuncupantur, agant in corpus humanum.

1603. De carnis viperinae utilitate plura apud Galenum *de ſimpl. pag.*296., Plinius XXX. 39. de Antonio Muſa Auguſti medico haec refert: *Antonius quidem medicus, cum incidiſſet inſanabilia ulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate perſanabat.*

1608. Olei, quod vocant *de ſcorpionibus*, vires admirandas enumerat ex variis auctoribus Aldovrandus *de inſectis pag.* 698. idem valere adfirmans contra peſtilentiam. Quod Piſida de aculeo ſcorpionis refert, ex populari aliqua, ut videtur, opinione deſumptum eſt. Φρύκτῳ legerem φρικτῷ.

1609. Ἐντρόμῳ ζέσει. Peſtis praecipuum σύμπτωμα deſignatur. Vide celeberrimam peſtis Athenienſis deſcriptionem in Tucydidis *Hiſt.* II. 49., quam elegantiſſime, & fere ad verbum expreſſit Lucretius VI. *v.* 1136. haec inter multa mortis ſigna referens.

Intima pars hominis vero flagrabat adeſa,
Flagrabat ſtomacho flamma, ut fornacibus, intus.
In manibus vero trahier nervi, & tremere artus,
A pedibuſque minutatim ſuccedere frigus
Non dubitabat.

1611. Cod.1126. παρ' αὐτῆς.

1612. Lucretius *ibid. v.* 1154:

Atque animi prorſum vires totius, & omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipſo.

Cod. ſaepe *cit.* pro σκορπίῳ habet σκόρπιος, quam lectionem recepimus. De aculeo ſcorpionis vide Aldovrandum *pag.* 578.

1616. Quod *ſupr. v.*1512. contra Epicureos, & Manichaeos propoſuerat, hic aptius, & firmius concludit.

1617. Ἀγώγιμον hic eſt, *quod confert, quod conducit ſanitati*. Sed Galenus IX. 1. *de ſimpl. facult. pag.* 273. *agogima* inter ſuperſtitioſa remedia, puta *philtra, ſomnia immittentia &c.* recenſet, de quibus ipſe periculum facere noluit.

1618. Eodem plane modo S. Baſilius IX. 5. cum animalium diverſas proprietates conſideraſſet, concludit: οὕτως ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲ ἐλλεῖπον ἐν τοῖς κτίσμασι δυνατὸν εὑρεθῆναι, *adeo vera illa ſententia eſt, nihil quod aut redundet, aut deficiat in rebus creatis inveniri poſſe.*

1619. Φλοιῶν. Dioſcorides, & Galenus paſſim arborum, & plantarum folia in medicamentorum compoſitione commendant. Τριχῶν, vide *ſupr. v.* 1542. Δακρύων, lacrimae ſunt gummae: ſic Plinius balſami arborem laudans XII. 54. dicit, *praecipua gratia lacrimae, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno.* Πηλοῦ, vide *ſupr. v.* 1532. Καπνοῦ *ſupr. v.* 1544. Κοπρίας, de animalium ſtercore plura Galenus *de ſimpl. pag.*288., *& ſeqq.*, ubi etiam de ſtercore humano quiddam curioſum refert, quamvis ipſe *pag.* 274. Xenocratem inſectatus eſſet, quod de huiuſmodi rebus abominandis multa tradidiſſet.

1621. Stoicorum haec erat opinio, teſte Lactantio, qui hoc ipſum argumentum diſertiſſime tractans *in libro de ira Dei cap.* 13. Academicos contra Stoicos ita quaerentes inducit: *Cur ſi Deus omnia hominum cauſſa fecerit, etiam multa contraria & inimica, & peſtifera nobis reperiantur? Quod Stoici veritatem non reſpicientes ineptiſſime repulerunt. Aiunt enim multa eſſe in gignentibus, & in nume-*

numero animalium, quorum lateat utilitas, ſed eam proceſſu temporum inveniri; ſicuti iam plura prioribus ſaeculis incognita neceſſitas, & uſus invenerit. Lactantius Stoicos refellens difficultatem ſibi melius videtur expedire, ſi dicat, *Deum homini bona, & mala propoſuiſſe, quia ſapientiam ei dedit, cuius omnis ratio in diſcernendis malis, ac bonis poſita eſt.* Piſida e contrario Stoicis una ſimul favet; & Galenum religioſe ſequitur, qui in Prooemio ad libros *de ſimpl. medic. facult.* ſtatuit omnia eſſe conſideranda ἐν τῷ πρός τι. Atque haec eſt etiam Baſilii ſententia, qui *Homil.* V. 4. *in Hex.* Ἕκαστον, ait, τῶν γεγενημένων ἴδιόν τινα λόγον ἐν τῇ κτίσει πληροῖ, *ſingula, quae condita ſunt, propriam quamdam rationem in creatione explent.* Unde ibidem concludit, ἔστι δὲ τούτων οὐδὲν ἀργῶς, οὐδὲν ἀχρήστως γεγενημένον, *nihil autem horum fruſtra, nihil eſt inutiliter in lucem editum*: Et paullo poſt, οὐδὲν ἀναίτιον· οὐδὲν ἀπὸ ταυτομάτου· πάντα ἔχει τινὰ σοφίαν ἀπόῤῥητον, *nihil ſine cauſſa, nihil temere factum eſt: omnia ab ineffabili quadam ſapientia proficiſcuntur.*

1625. Vide ſimilem vitis deſcriptionem in laudato Baſilio *Homil.* V. 8. Totus liber XIV. Plinii eſt de vitibus, & vinis.

1631. De malo Punica, vel granato, idem Plinius XIII. 34., ſed maxime conſulendus Iohannes Bodaeus a Stapel *Comment. in libr.* VI. *Theophraſti pag.* 390., *& ſeqq.*

1632. Scite grana, vel acinos maligranati ἄνθρακας vocat, quod tot carbunculos referant.

1634. Cod. 1126. μετάξη φεγγμὸς eſt interior membrana ſubruſa, qua acini ipſi miro artificio conteguntur, ac diſtinguuntur; φλογώδη appellat, quia granorum colore participat.

1636. Tres ſequentes verſiculos, quos hic Piſida opportune repetit, habes *ſupra verſ.* 325. ὀπώρα ſinificat *autumnum*, & *fructum autumnalem*. In hoc duplici ſenſu uſurpavit Piſida *loc. cit. verſ.* 325.

1644. De margaritarum, vel unionum generatione, & pretio infinita ſunt, quae a pluribus ſcriptoribus traduntur. Videſis Salmaſium *in Solinum pag.* 790., quo uno contentus eſſe poteris. Atque ille quidem recte ſtatuit τοὺς μαργαρίτας in maſculino genere dixiſſe Graecos, quod λίθους ſubintelligerent: lapides enim margaritas vocabant. Piſida primum eis locum inter gemmas videtur donare: agit enim hic de gemmis, ut ſuperius de lapidibus. Summo ſane in pretio apud veteres erant: unde Plinius IX. 14. dixit, *principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritae tenent.* Legimus nuper editum Italicum Poëmation, cui titulus *le perle*, ſatis quidem elegans, & doctis adnotatiunculis illuſtratum, in quibus auctor P. Roberti olim Ieſuita animadvertit Piſidam cum margaritas vocet πηκτὸν γάλα, ſecutum videri veterum ſententiam, qui rore matutino, & veſpertino conchas hiantes, oſcitanteſque fecundari, & pro concepti roris qualitate partus edere dixerunt. Verum ni fallimur, Poëta e contrario tam hic, quam *ſup. v.* 479. conchas inter ſcopulos, & in profundo maris degentes ex propria ſubſtantia margaritas generare declarat: neque enim πηκτὸν γάλα margaritas vocavit, ut roris fabuloſi effuſionem, quo alerentur, deſignaret, ſed ut ipſarum candorem, quo aliae aliis praeſtant, commendaret, quaſi *lacteas* eas appellaſſet.

1645. Cod. 1126. legit λευκοδέρμους.

1646. Smaragdi laudes vide in Plinio XXXVII. 16., S. Epiphanio *de XII. gemm. pag.* 9. *edit. Foggin.* Marbodaeo Gallo 8., & Salmaſio *in Solinum p.* 138.

1648. De ſapphiro Plinius *ibid.* 39., S. Epiphanius *pag.* 21., Marbodaeus 6., & Salmaſius *pag.* 93.

1650. Carbunculorum genera, & qualitates deſcribunt iidem auctores. Plinius *ibid. pag.* 779., S. Epiphanius *pag.* 19. *&c.* Ad rem Marbodaeus 25. cecinit:

Ardentes gemmas ſuperat carbunculus omnes;
Nam velut ignitus radios iacit undique carbo;
Nominis unde ſui cauſſam traxiſſe videtur:
Sed Graeca lingua lapis idem dicitur ἄνθραξ.

Verum enimvero quis credat tam leviter Piſidam tractaſſe uberrimum de gemmis argumentum? Fortaſſe non pauca hic deſunt.

1652. Concluſio Hexaëmeri, & Poëmatis, qua Piſida ſermonem ad Deum convertens de eius proprietatibus, vel attributis plura breviter perſtringit. Porro hic erat totius operis ſcopus. Hoc unum δεῖλον probare conatus eſt; quomodo ex operibus creatis notitia Dei haberi poſſit. Hinc de Deo loqui adgreditur, ſed quam hoc ſit arduum ſentit, & fatetur, alioſque monet, ne tam vaſti maris immenſitati tentandae temere ſe committant. Quae theologico more hic tradit Piſida, facile erit volenti cum tot virorum doctiſſimis tractatibus *de Deo* conferre, & explicare. Atque, ne Dionyſium nominem, e cuius libris *de myſtica Theolog.* ſuam certe hauſit doctrinam Piſida, unum Petavium tibi ſufficiat conſulere *lib.* I. *cap.* 5. *de Deo, Deique propr.*, qui cum ea omnia, quae ad Dei cognitionem ſpectant, ex eodem Dionyſio, aliiſque Patribus, itemque ex Platonicis ſcriptoribus, diſertiſſime exponat, commentatoris partes hic agere facile poſſit.

1654. Idem verſus *ſupr. v.* 121., & 239., ſed ibi ad caeleſtium orbium revolutiones explicandas, hic vero ad Dei immenſitatem, immutabilitatemque declarandam refertur. Piſidae vero mentem, ut explicem Hippolyti Portuenſis in libro de Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Helicem haereticos *in edit. Iohan. Alb. Fabricii pag.* 225., verba libenter ſubiiciam, quia rem totam mirifice illuſtrant. Ἀπεριορίστως καὶ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γίγνεται πάντα, καὶ σώζεται τὰ γινόμενα κατὰ τὸν ἑαυτῶν ἐνδεχομένως ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀπεριορίστως Θεοῦ, καὶ παν-

καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ἣ τὰ πάντα πεποίηκέ τε, καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συντηρουμένης· τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, ὡς ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται· τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. *Immenſae quippe virtutis voluntate Dei & facta ſunt omnia, & ſalvantur, quae facta ſunt, ſecundum ſuas opportune ſingula conſervata rationes, ei qui eſt ſecundum naturam immenſae virtutis Deus, & factor univerſorum, divina voluntate, quae omnia fecit, & movet, ſuis unaquaeque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immenſum eſt, nulla ratione, vel modo recipit motum, non habens quo, & circa quod moveatur. Vertibilitas enim eius, qui eſt inexpers motionis, motus eſt.*

1659. Ex Cod. 1126. ſuppletus, quem tamen ſuperius legere eſt *v.* 893. Angelos certe hic denotat, de quibus vide *ſupr. v.* 167.

1661. Non male Morellius ὑπερτελὴς *ſine ſuperior* vertit. Sed nos maluimus ὑπερτελῆ *perfectum* reddere, quae eſt communis huius verbi interpretatio, quia perfectio in eo conſiſtit, ut omnem finem excedat. Sic Platonici cum Deum perfectum dicere vellent, αὐτοτελῆ *per ſe abſolutum*, hoc eſt nullius indigentem nominabant, ut interpretatur Alcinous *c.* 10. αὐτοτελῆ, τουτέστιν ἀπροσδεῆ, quia immutabilis eſt divina ſubſtantia; οὐδὲν γὰρ, ait Plotinus *Ennead.* V. 8. 2. ἐπῆλθεν, οὐδὲ προσῆλθεν, *nihil enim ſupervenit, vel advenit.*

1664. Quomodo Deus ſit una ſimul intra, & extra omnia, adeo eſt difficile explicatu, ut obiectum ſit Patribus, quod emanationem Stoicam, & animum mundi cum Platone admitterent, cum dicerent Deum omnia pervadere, atque implere, quaſi a Virgilio minimum abhorrerent dicente *Georg.* IV. *v.* 221:

> *Deum namque ire per omnes*
> *Terraſque, tractuſque maris, caelumque profundum.*

Vide *ſupr. v.* 895., & *ſeqq.* Verum SS. Patres non circumſcripte, vel definite Deum eſſe in loco, ut ſunt corpora, ſed ſubſtantialiter, & potentialiter per divinitatis praeſentiam ubique eſſe dixerunt. S. Iohan. Chryſoſtomus *in epiſt. ad Coloſſ. Hom.* V. *pag.* 361. *edit. Montſ.* Οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ ὁ Θεὸς καὶ πανταχοῦ ἐστι· τί τούτου ἀλογώτερον; ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ ἀπορίας γέμει· οὐ γὰρ δὴ ἐν τόπῳ ἐστίν· οὐδὲ τόπος ἐστί τις, ἐν ᾧ ἐστιν. *Nuſquam eſt Deus, & tamen ubique eſt. Quid hoc a ratione alienius? nam horum ſingula per ſe dubitatione plena ſunt. Quippe non eſt in loco, neque locus aliquis eſt, in quo ſit.* Vide S. Auguſtini *epiſt.* LXXV., quae eſt de immenſitate Dei.

1666. Cod. 1126. ὅλων.

1669. Inter ſequentes verſus, quibus Piſida ſi minus digne, ſatis tamen venuſte Deum perito grammatices magiſtro comparat, nullius Codicis ope ſanare potuimus verſiculos 1681., & 1684. In omnibus enim Codicibus interpolati; & corrupti inveniuntur. Ceterum aperte Poëta Dei omnipotentiam, providentiam, immutabilemque aeternitatem in mundi creatione, & gubernatione manifeſtat; eaque omnia, quae dicit, ad prima capita Geneſeos, & Apocalypſeos videtur referre.

1671. Cod. 1126. Καὶ πᾶν μὲν εἶδος, ὄνομα καὶ ῥῆμα ξένον.

1675. Ex nihilo mundum creaſti, & quod ante non erat, ut eſſet in tempore effeciſti. Alluſio eſt opinor ad initium Geneſeos, quae per adverbium *in principio* exorditur.

1677. Σύνδεσμος eſt particula &, qua in Geneſi creatio caeli, & terrae coniungitur: quaſi Piſida diceret, ne quis ſtultus crederet caelum a te non eſſe factum, & idolis inſerviret, ſapienter Moſes una ſimul coniunxit caeli, & terrae creationem, quibus verbis omnia creata ſimul complexus eſt, & a Dei potentia, voluntate, & providentia pendere demonſtravit.

1680. Non abſimilia paſſim apud SS. Patres de Dei aeternitate loquentes inveniuntur. At Piſida certe ad verba Apocalypſeos reſpicit I. 8. *Ego ſum* α, & ω, *principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens.* Et XXII. 13. *Ego ſum* α, & ω, *primus, & noviſſimus, principium, & finis.*

1687. Contra Anthropomorphitas, qui ex eo quod homo *ad imaginem, & ſimilitudinem Dei* factus eſſet, Deum ipſum humani corporis, ac membrorum ſpeciem habere ineptiſſime adfirmabant.

1690. Deum eſſe ἁπλοῦν, & ἀσύνθετον, *ſimplicem, & incompoſitum* ſequitur ex eo, quod ſit ἀσώματος *incorporeus*. Vide S. Cyrillum Alexand. *lib.* V. *in Iohan. pag* 549.

1692. Cod. 1126. ὅρος, melius.

1694. Per antitheſes, & attributa, ut aiunt, negativa melius nobis divinam naturam innoteſcere, quam per affirmantium proprietatum definitiones communis eſt omnium Theologorum ſententia. Facilius enim certe eſt, quid non ſit, quam quid ſit Deus, dicere. Proinde adeo familiaris eſt antitheſeωn uſus Piſidae, qui *ubique & nullibi, unum & omnia* in Deo coniungenda eſſe recte ſtatuit. Cum enim per divinam eſſentiam ſit unus, virtute tamen, & efficientia ſua adeo eſt multiplex, ut nullius loci anguſtiis definitus, vel circumſcriptus omnia permeet, atque pervadat. Deum per antitheſes ad Piſidae modulum deſcriptum invenies in carmine Iambico Georgii Acyndini contra Gregorium Palamam *tom.* I. *Graeciae Orthod. pag.* 756.

1696. Non dicimus tantum *unum*, ne ſubducatur ſenſibus Dei notio, ac proinde ad idola ſibi fingenda quis ſe convertat. Dicimus autem *omnia*, ut divina natura quaquaverſus ſe effundens intelligatur.

1699. Di-

1699. Dicimus *unum & omnia* ſimul, ne ſi *omnia* tantum dicamus, videamur concedere, mundum per ſe conſtare: ſimili ratione *ubique & nullibi* coniungimus, ne ſi *nullibi* tantum dicamus, Deum non eſſe, quis putet nos aſſerere; ac ſi contra *ubique* tantum efferatur, Deum in partes diviſum, & loco circumſcriptum, quaſi corporeum nos aſtruere quis arguat. Vide S. Athanaſium *contra Gentes*.

1702. Cod. 1126. melius τὸ πανταχῦ, & in verſu ſequenti τῇ μηδαμῦ, & in 1704. διαχεῖσα, & in 1706. μεσεμβοῖς.

1707. Vide Eraſmum *Adag. pag.* 70. ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν *clavum clavo pellere*.

1709. Cod. 1126. ἀντιφθογγία.

1711. Idem Cod. melius ἐμβαθύνα, & in verſu 1713. εἰ δὲ, & in 1714. πρὸς ἄκρον αὐτός.

1716. Idem Cod. εἰς πέρας ἔχει. Non dubito Piſidam intelligere, mundum, quem ut latum, & longum tantummodo conſiderat, non eſſe menſuram Dei. Confer ſuperiores verſus 92., & ſequentes.

1717. Ἄπειρα. Spatia illa intelligit, quae extra mundum tamquam exſiſtentia mente comprehenduntur, atque idcirco *imaginaria* vulgo appellantur. De iis multum diſputatum eſt ab antiquis, nec minori contentione diſputatur etiam nunc a noſtris Philoſophis. Piſida ea repleri a Deo, qui intra mundi ambitum certe non continetur, decernit; S. Auguſtinus II. 5. *de Civit. Dei*, cum difficultates, quae ex adſertis ſpatiis oriebantur, ſentiret, videtur ea negaſſe, mundumque non in loco, non in tempore, ſed cum loco, & cum tempore conditum adfirmaſſe. Dionyſius *de div. nomin. cap.* 1., ut Deum intra, & extra mundum exſiſtere oſtenderet, ipſum ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, *immundanum*, *circummundanum*, *ſupermundanum*, *ſupercaeleſtem* vocavit. Vide *v.* 156.

1726. Cod. 1126. κειμάτων. Angelum Apocalypſeos XIV. 19. indicat, qui iuſſus vindemiare botros vineae terrae, ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, *vindemiavit vineam terrae*.

1735. *Apoc.* IV. 5. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua*.

1736. Videtur reſpicere ad raptum Paulli, & ad viſionem Iohannis. Τὰς φύσεις opinor hic pro terra accipit, in qua omnia φύεται *gignuntur*. Simile eſt illud Horatii III. *Od.* 2. 22:

..... negata tentat iter via,
Coetuſque vulgares, & udam
Spernit humum fugiente penna.

Recte Cicero *Acad. quaeſt.* IV. *Erigimur, elatiores fieri videmur, humana deſpicimus, cogitanteſque ſupera, atque caeleſtia, haec noſtra, ut exigua, & minima contemnimus.*

1738. *Matth.* XVI. 19. *Et tibi dabo claves regni caelorum.*

1740. *Gen.* I. 6. *Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas, quae erant ſub firmamento, ab his, quae erant ſuper firmamentum.* Quid ſint aquae ſuperiores, & inferiores, & quid abyſſus deſuper, & abyſſus deorſum, videſis apud Patres, & Interpretes.

1746. *Gen.* III. 19. *Donec revertaris in terram, de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

1752. Cod. 1126:

Ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποῖον πάλιν
Ἐκεῖνον ἐγκλείοντα, καὶ ποῖον πάλιν.

Quam lectionem retinendam putamus: ſeptem enim ſphaeras, a quibus ſeptem planetas circumferri, & octavam, in qua firmamentum eſſe collocatum veteres tradiderunt, videtur enumerare. Nec dubitaverim Piſidam haec leviter, & quaſi deridicula attigiſſe, ut priſcos illos magni nominis Philoſophos, quibus tam facile erat caelos caelis addere, ignorantiae tacitus argueret.

1757. Ἀπειρίας *imperitiam* vulgo reddunt; idem ſonat hic ac ἄπειρον, *infinitum*; ſic ipſum vocabat Democritus, teſte Cicerone *de finib. bon., & mal. lib.* I. *Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt* (Democrito).

1758. Cod. 1126. melius, Καὶ τῆς χθονὸς δὲ τῆς ἐμῆς μετρὸς μάθω.

1761. Idem Cod. εἰς τὴν ἀνοικτόκλειστον ἐγκρούσω θύραν, & germanum exhibet ſenſum. *Matth.* VII. 7. κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, *pulſate, & aperietur vobis*. Et *Apoc.* III. 20. ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω, *ecce ſto ad oſtium, & pulſo*. Ἐγκρούειν eſt pulſando introrſum adigere. Ariſtophanes *in Holcadibus* dixit παττάλους ἐγκρούειν *paxillos trudere*, teſte Iulio Polluce X. 173.

1763. *Matth.* VII. 13. *Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quae ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam &c.*

1766. Immenſum eſſet opus, cui nec ſua rependeretur laus, ſi ſingula, quae circa divinitatem, incarnationem, miracula, & mortem Servatoris noſtri Ieſu Chriſti in unum congerit Piſida, explanare velimus. Scripturae varios textus tantummodo indicabimus, quarum explicationem invenies apud Theologos, & Interpretes.

1769. Cod. 1126. ἐχθρῶν. *Coloſſ.* I. 14. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius*. *Matth.* III. 17. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

1773. Idem Cod. melius βίος. Δίαιτα proprie eſt victus ratio, de qua Galenus: eſt etiam *habitatio*, *domicilium*, in quo ſenſu nos eam vocem accipiendam putavimus.

1774. Idem Cod. ἐν ζόφῳ πλάνης. *Coloſſ.* I. 13. *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum.*

1775. II. *Corinth.* V. 14. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: ut & qui vivunt iam non ſibi vivant,*

plurimum ſequitur Matthaeum, ex quo illud VIII. 16. *Obtulerunt ei multos daemonia habentes: & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes male habentes curavit.*

1806. *Ibid.* XIV. 23. *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare.*

1808. *Ibid.* 29. *Et deſcendens Petrus de navicula ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Ieſum.*

1809. *Ibid.* 17. *Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces ... Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt ... Manducantium autem numerus fuit quinque millia virorum, exceptis mulieribus.*

1811. *Iohan.* II. 9. *Ut autem guſtavit architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat unde eſſet, miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam &c.*

1815. *Matth.* IX. 5. *Cum tranſiret Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthaeum nomine: Et ait illi, ſequere me.*

1817. *Luc.* VII. 37. *Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix .... & ſtans retro ſecus pedes eius, lacrimis coepit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur.*

1819. *Ibid.* 48. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Poenitentia eſt alter baptiſmus. Vide Calmetium in illud Marci I. 4. *Fuit Iohannes praedicans baptiſmum poenitentiae.* Cod. 1126. habet ὡς ἀιάγνως.

1820. Alludit ad caput V. Matthaei, in quo Chriſtianorum beatitudines exponuntur: *Beati pauperes ſpiritu &c. Niſi abundaverit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.*

1821. *Ibid.* 21. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides .... Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri ſuo raca, reus erit concilio &c.* Cod. 1126. habet λώβης δὲ πικρᾶς.

1822. *Ibid.* XV. 30. *Et acceſſerunt ad eum turbae multae, habentes ſecum mutos, caecos, claudos, debiles, & alios mutos &c.* Cod. 1126. συνδέσεις.

1824. *Luc.* XIV. 2. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*

1826. *Matth.* IX. 20. *Et ecce mulier, quae ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius .... Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora.* Cod. 1126. legit σφαγῆς ἀγωγός.

1827. *Iohan.* IX. 6. *Exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos eius.* Cod. 1126. Κόνις δὲ τυφλῶν.

1829. I. *Corinth.* XV. 22. *Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Nemo enim ad vitam immortalem reſurrexit niſi per Chriſtum, qui reſurrexit a mortuis primitiae dormientium.* Cod. 1126. παρ' ἐλπίδας.

1830. Idem Cod. φονὺς, & in verſu ſequenti ἀποπνίξων; & deinde κολπώσας ἴσα.

1838. Multum hoc habet poëticae venuſtatis, & dignitatis, ut cum vellet Piſida laudes Heraclii Imperatoris adiungere, Patriarcham Sergium pro eo orantem hic induceret.

1843. Quam effuſe Graeci ſcriptores Conſtantinopolim urbem laudaverint, patet ex multis teſtimoniis adductis a doctiſſimo Carolo Du-Freſne *in Conſtantinop. Chriſtiana pag.* 33., S. Gregorius Nazianzenus *in Carm.* XII. *ad Conſtantinopolitanos Epiſcopos*, ſic ipſam urbem adloquitur:

Ω̃ Κωνσταντίνε κλεινὸν ἕδος μεγάλε,
Ὁπλοτέρη Ῥώμη, τόσσον ὑπερφέρτατα πολίων,
Ὁσσάτιον γαίης οὐρανὸς ἀστερόεις.
Urbs, Conſtantino quae patre clara viges,
Roma nova, & tanto reliquas, quae praeteris urbes,
Quam caelum terram vincit, & exſuperat.

1844. Conſtantinopolim divino impulſu fuiſſe aedificatam, ipſe Conſtantinus de ſe teſtatum reliquit *in lib.* VII. *Cod. Theod. de navicular. Pro commoditate urbis, quam aeterno nomine, Deo iubente, donavimus.* Vide Du-Freſne *loc. cit.*

1848. Cod. 1126. melius, Ὅλον κρατῆσαι τῶν ὑφ' ἡλίῳ τόπων.

1853. Idem Cod. Πάνσοφ' αὐτοῦ, & in verſu ſequenti Δεῖξαι.

1857. Morellius vertens ἀξιωθεὶς *referens*, & πυρπολήσας *vaſtans*, videtur credidiſſe, hoc poëma fuiſſe confectum, priuſquam Heraclius de Perſis iterum triumphaſſet. Deceptum nemo dubitabit, qui vim verborum perpenderit. Cur enim Heraclium appellaret κοσμορύστην, *mundi liberatorem*, τὸν σώσαντα τὴν Περσίδα, *eum, qui ſervavit Perſidem*, τὸν φανέντα Περσικὸν κοσμοκτόνον, *eum, qui Perſici mundi domitor apparuit*; ſi ſecundam ille victoriam nondum retuliſſet, in qua Perſas profligavit? ut conſtat ex Hiſtoricis, atque ex ipſo Piſida.

1858. Cod. 1126. Καὶ σὺν ἀδήλως, quae lectio non placet; ἀδήλως cur Morellius vertat *ignobiles*, non intelligo. Puto Piſidam ἀδήλως, quaſi ἀδυλεύοντας τῷ Θεῷ vocaſſe, ne Heraclius ferus, & immanis haberetur, qui Perſarum urbes incenderit.

1859. De filiis Heraclii vide *Familias Byzant.* Caroli Du-Freſne *pag.* 118. Nos alibi opportunius aliquid addemus.

1864. Cod. 1126. ὅτι καθ' ἡμῶν; & in verſu ſequenti Ἔκτεινον αὐτῶν εἰς τὸ σώζειν.

1869. Idem Cod. κράζει συντόμως. Recte Piſida Sergium CP. Patriarcham, quem ἐργοδιώκτην ſe habuiſſe in principio poëmatis declaravit, compellat in fine. Vide, quae ad *verſ.* 2. adnotavimus circa laudes, quibus Sergii pietatem commendat.

1871. Cod. idem Καὶ μὴ λαλῶν ἔσωθεν ἤχησε μέγα. Et in verſu 1873. Ἔκρυψεν αὐτό.

1874. Saepe in S. Scriptura legimus Moſem clamaſſe ad Dominum non voce, ſed mente, non lingua, ſed deſiderio: unde ipſe Dominus

ad Mo-

ad Moſem tacentem ait *Exod.* XIV. 15. *Quid clamas ad me?*

1877. Cod. 1126. ἤρω, & in verſu ſequenti κἂν δ᾽ αὐτῇ.

1886. Idem Cod. ἐμβαλών. *Epheſ.* II. 20. *Superaedificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.*

1890. Idem Cod. Νυκτὸς τῷ ὑμῖν εἰ μελλήσεις ζόφος, ita ut referatur ad Sergium. Saepe enim ὑμῖν in Piſida pro σοί.

1892. Idem Cod. melius ἀσπίδας.

1896. Idem Cod. melius ἠσκημένος.

Noſtras in Hexaëmeron adnotationes claudet opportune S. Proſperi Epigramma XCI., in quo tota de opificio mundi doctrina, prout eam Piſida expoſuit, συνοπτικῶς continetur.

DE CAUSSIS INCOGNITIS OPERUM DEI

EPIGRAMMA S. PROSPERI AQUITANI

Quod in editione Pariſienſi exſtat ſub num. XCI. pag. 667.

Divinorum operum ſecretas noſcere cauſſas,
Humanis non eſt poſſibile ingeniis.
Nec nullo tamen intuitu ſpeculatur operta,
Qui, multa ut lateant, ſcit placuiſſe Deo:
In quo mens imbuta fide ſimul omnia diſcit,
Perque operum ſpeciem ſuſpicit artificem,
Fingentem rebus formas, loca, tempora, motus,
Menſuris, numeris, ponderibuſque ſuis.
Scrutari ne cura procax obſtruſa laboret,
Cui cuncta in Chriſto noſſe, & habere datur.

FRIDERICI MORELLII IN HEXAEMERON SCHOLIA.

Verſ. 52. Legi poteſt: *At plurimae venae abditorum fluminum*, ex felici conjectura Iohannis Paſſeratii, viri eruditiſſimi, facta permutatione prioris ſyllabae ἰκμάδων in κηκάδων, vel κρουνῶν.

55. Verſus intercalaris epiphonematicus e Pſalmo CIII., cujus totum illud Poëma paraphraſis eſt ampliſſima.

95. *Acuto*. Turbatur ſcilicet viſus ob rei adſpectabilis diſtantiam.

182. Vide an legendum: *Sanctumque Numinis melos ter concinunt.*

224. *Scintilla viſus*. Oculi qua ratione illuſtrentur, vid. Ariſtot. *de ſenſ. cap.* 2., & *de anima c.* 7.

264. *Quatuor*. Malim, *Quatuor columnarum in ſe fractus foret.*

281. De quatuor anni tempeſtatum viciſſitudine Xenophon *lib.* 6. *Cyri inſtit.*, & Horat. *lib.* IV. *Od.* 7.

290. Comparatio temporum viciſſitudinis cum choreа. Theod. Cyrus *in amicit. exſul.*

317. Hic locus eſt ſuſpectus.

342. Ἐρ. Ῥίμων. Hanc lectionem, ſi germana eſt, ſequor interpretando: *Temone conjuncto, & rota firmiſſima.*

346. Philo Iud. *lib.* 2. *de praeceptis Dei.*

354. *Opifices man.* Manus Dei opifices maximas appellat, ut Propheta regius *Pſal.* VIII. *opera digitorum Dei* vocat caelos.

365. De Veneris ſtella, Lucifero, & Veſpero, cui Ariſtot. *Ethic.* 5. juſtitiam comparat.

370. De caeli converſione *Pſal* XVIII., LXXXVIII., & CXXXV.

378. Quidquid movetur, magis pendet a vi movente, quam contra.

424. Hic eſt ſuſpicio mendi in Graeco Codice.

437. Ἀπραγμόνως, S. Auguſt. I. Confeſſ. c. 3. *Donas debita, nihil perdens.*

448. In Graeco forte legendum Καὶ τὰς ἴσας. Haec ita quoque converteram: *Ingentium ſolutiones criminum, ut ſint iniquae, ſicut aequas adprobat.*

479. Καὶ μαρτύρων. In margine adſcriptum περὶ ἱερᾶς νόσου. Graecam hanc inſcriptionem *de morbo ſacro* non capio: malim *de certaminibus, & praemiis Martyrum.*

484. Baſil. Orat. 7. *in Hexaëm.* S. Ambroſ. *lib.* 5. *c.* 11. *Oſtreis pretioſiſſimam margaritam natura inſexit.*

500. Baſil. *de martyr. Barl.*, S. Hieron. *in ep. Paullae ad Euſtoch.* Afflictio in ſaeculo, materia praemiorum eſt.

505. *Mercedem*, vel ſic, *ſtipendium & morbi tribuit angoribus.*

531. De grandine igni permixta. *Exod. c.* 9., & 15., *Pſal.* CIV., Moſes in *Cant. Deuter.* XXXII., *Eſaias* IV.

556. Haec grandinis definitio, quam exagitat, traditur *lib.* 1. *Meteor. c.* 12., Ovid. *Metam.* 9., Pontanus *lib.* 1. *Meteor. c.* 10.

567. *O ſyllogiſmorum, O lubricas diſcurſionum ſludius nimis!* Hor. 2. *Serm.*, Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 1.

672. *Et gramine, vel lanugine, & vultum facit amoeniſſimum.*

682. *Et carminum*. Verti poteſt *& artium.*

692. *Matrona*. De hac alendi vi, & reliquis, Ariſt. *lib.* 2. *de anim. c.* 4.

775. *Affectionum*. S. Baſilius *Orat.* 10. *in Hexaem.*, S. Ioh. Chryſoſt. *in Pſal* XLVIII., & Boëtiu *lib.* 4. *de Philoſ. Conſol.*

794. Niſi arridet conjectura noſtra, legendum: *non laedit animum inflante mentes pharmaco.*

806. Plinius *lib.* 8. *c.* 22.

915. De nardi ſpica, aliiſque ſeqq. conſule Plinium.

936. De camelo Ariſtoteles *de mirab. aud.*

959. Catoblepas. De hac fera Aelianus *Var. Hiſt. lib.* 7. *c.* 5., Plinius *lib.* 8. *c.* 21., Athenaeus *lib.* 5., Pomponius Mela *lib.* 3. *c.* 10.

983. De trochilo, ſeu regulo Plutarchus *de ſolertia anim.*

1009. De remora Ariſtot., Plinius, Plutarchus, Oppianus.

1048. Vel, *oſtendit latere proprium &c.*

1103. *Concharum venatus*, Ariſt. *lib.* 9. *cap.* 10. *Hiſt. anim.*, Cic. *de nat Deor.* 2.

1128. De ibi Herodotus *lib.* 2.

1154. De mure ničela, vel potius erinacio ex Ariſtot. *lib.* 9. *Hiſt. anim. c.* 6., Plutarchus *de ſolert. anim.*, S. Baſilius *Hom.* 9. *in Hex.*

1161. De echinis Plinius *lib.* 11. *c.* 5., Baſilius *Orat.* 8. *in Hex.*, Ambroſius *lib.* 6. *c.* 4. *in Hexaëm.*

1198. Cycnus. Philoſtratus *in Phaeth.*

1214. De formica Plinius *lib.* 11. *c.* 3., Baſilius *Hom.* 9. *in Hexaëm.*, & *in epiſt. ad Eunom.*

1233. De ovis Plinius *lib.* 10. *c.* 59.

1245. De pavone Plinius *lib.* 10. *c.* 20., Cic. 3. *de finib.*, Agellius *lib.* 7. *c.* 17., Columella *lib.* 8. *c.* 11., Aelianus *lib.* 9.

1250. De locuſtis *Exod.* 10., Baſilius *Hom.* 8. *in Hexaëm.* Plinius *lib.* 11. *c.* 28.

1293. De bombyce Ariſtoteles *Hiſt. anim.* 5., Plinius *lib.* 11. *c.* 24., Baſilius *Hom.* 8., Ambroſius *lib.* 5. *c.* 23. *in Hexaëm.*

1318. De chelidonia Plinius *lib.* 8. *c.* 27., & 28, 8., Baſilius *Hom.* 8. *in Hexaëm.*

1382. *Dogmatum*, vel nominum.

1394. Alludit ad Manetis nomen, ut Nicephorus *lib.* 6. *c.* 31.

1531. Ambroſius *lib.* 3. *c.* 8., Eſaias IV. 1.

1549. Plinius *lib.* 32. *c.* 9., & 10., Cicero 2. *de nat. Deor.*

1567. De pulmone piſce Plinius *lib.* 32. *c.* 9., & 10., & de cantharis *lib.* 30. *c.* 11.

1597. *Linguam*, in his quatuor verſibus Ioh. Aurati Poetae Regii conjecturam, & judicium ſequutus eſt interpres.

1644. De lapillis, & gemmis Plinius *lib.* 37. De margaritis idem *lib.* 9. *c.* 35.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΤΑΙΟΝ ΒΙΟΝ

DE VANITATE VITAE.

M O N I T U M.

De vanitate vitae argumentum, quod tractandum ſumpſit Piſida, quam vulgare eſſet ac tritum, ipſe plane ſenſit, ac faſſus eſt in principio dicens:

[illegible]
[illegible]

Quamvis dicta ſint ab iis, qui Deum viderunt, Patribus,
Quae ad hanc noſtram facile dignoſcendam vitam pertinent.

Eccuinam enim illud perſuaſum non fuit, vel erit, omnia vana eſſe & fluxa, quae terrenam hominum conditionem reſpiciunt? Omnes porro veteres Philoſophi, ne Chriſtianos nominem, cum aetate omnia ſeneſcere, novari omnia, & ſiderum motu, ac vi magnas fieri rerum mutationes viderunt, nihil hic deorſum aeternum, nihil diuturnum eſſe poſſe cognoverunt. Itaque in re tam pervulgata, & omnium conſenſu confirmata teſtes adhibere ſupervacaneum eſt. Paucis igitur ut te expediam, Lector, ſcias Piſidam, ut mihi quidem videtur, haec ſcripſiſſe, ut Eccleſiaſtae librum imitaretur, vel inde ſaltem ſumpſiſſe occaſionem huiuſce pertractandi argumenti. Sicut enim in prolegomenis ad *Hexaëmeron* coniecimus librum *Sapientiae* fuiſſe normam, ad quam ſuam Coſmopoeiam exegit Piſida; ita hic *de vanitate vitae* acturus, ni fallimur, Eccleſiaſten ſequutus eſt, cuius ſanctiſſima praecepta in hoc uno eodemque de rerum mundanarum inſtabilitate, & inconſtantia principio ſtabiliendo tota verſantur. Quibus enim ille verbis opus exorditur, iiſdem pene abſolvit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas . . . . Vidi cuncta, quae ſunt ſub Sole, & ecce univerſa vanitas, & afflictio ſpiritus*. Haec ipſa autem Piſidam Platonico more interdum exponere non dubitaſſe conſtat ex variis locis, ac praeſertim ex iis verſiculis, quibus hoc poemation concluditur, ut in adnotationibus obſervabimus. Proinde ea, quae de Platoniſmo Piſidae alibi dicta ſunt, confirmantur. Cum autem nulla appareat nota temporis, ex qua divinare liceat, quando noſter Georgius haec ſcripſerit, argumenti affinitas fecit, ut hoc opuſculum Hexaëmero ſtatim ſubiiceremus: nam ſi mentem animumque Auctoris conſideres, diverſi operis idem eſt finis, & ſcopus. Ex utroque enim aperte deducitur, Piſidam hoc unum voluiſſe ſuis iambis adſtruere, quod nulla ſit inter mortales ſapientia, nullum bonum, nulla felicitas, niſi quae verae pietatis, ſanctaeque religionis ſtudio comparetur. Quod argumentum late quidem proſequitur S. Gregorius Nazianzenus *in princ. Orat. xv.*, ubi [illegible], *primam ſapientiam eſſe vitam probam, & honeſtam* aſſeverat; ſed longe uberius idem confirmat *in Carm. Iamb. xviii.*, quod hiſce Piſidae ſenariis quam ſimillimum eſt. Eadem enim ſententiarum, ac metri ratione S. Theologus demonſtrare contendit, non aliam eſſe hominis doctrinam, niſi ut rebus caducis contemptis, & ſolo ſuae ſalutis ſtudio inflammatus in caelum iugiter ſpectet. Animi quippe hominum cum in rebus hiſce terrenis conquieſcere nequeant, ut ad divinas, & aeternas ſe convertant neceſſe eſt, atque ad ea loca ſpretis corporibus evolent, & excurrant, ubi denique invenire requiem poterunt. Cum Hexaëmero pariter convenit hoc poemation in eo, quod Sergio Patriarchae eſt ſimiliter inſcriptum: neque enim alius, quam Sergius poteſt eſſe ille, quem Poëta *ut calidum ver paſſionum flatibus oppoſitum* invocat in principio *v. 34.*, & velut [illegible], *lucidum oculum eccleſiae* ſalutat in fine *v. 231.* ipſum tamquam Chriſtianae humilitatis clarum ſidus commonſtrans, atque commendans.

TOT

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΤΑΙΟΝ ΒΙΟΝ.

EIUSDEM
DE VANITATE VITAE.

Ἄνοιξον ἡμῖν τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας,
Ὁ τῆς ὄνου πρὶν διανοίξας τὸ στόμα.
Εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπταις πατράσι
Τὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς εὐδιαγνώστου βίου.
Ὅμως ἐκείνοις χρώμενος διδασκάλοις,
Ἐμαυτὸν, ὡς ἔνεστιν, ἐμμέτρως γράφω,
Δι' ἧς πέπονθα τῶν παθῶν ἀμετρίας,
Γραφεὺς ἐμαυτοῦ, καὶ κατήγορος μόνος·
Τὴν τοῦ βίου ῥέουσαν εἰκόνα γράφων,
Καὶ τῶν παθῶν τὰ κέντρα μορφῶσαι θέλων,
Καὶ τῷ λόγῳ τὰ νεῦρα τοῦ τύφου ξέων,
Δείξω τὸν ὄγκον μηδαμοῦ βεβηκότα.
Ἀλλ' ὥσπερ οἷς ἔδοξε τὴν Τύχην γράφειν,
Σφαίρας ἐχούσης εὐμετάπτωτον βάσιν·
Οὕτω τὰ δυσκάθεκτα τοῦ τύφου σκέλη,
Καὶ κοῦφα δείξω, καὶ πλέον παρειμένα.
Οὐχ ἵσταται γὰρ, ὡς ἐπὶ σφαίρας τρέχων,
Ἄνω δὲ πηδᾷ, καὶ κατασπᾶται κάτω·
Ὑψούμενος δὲ δυστυχεῖ, μετάρσιος
Θᾶττον δὲ πίπτει, καὶ πεσὼν ἀνατρέπει
Τὸν ἐκ Τύχης πρὶν κουφοσύνθετον θρόνον.
Τῆς γὰρ Τύχης κύημα τὸν τύφον γράφων
Τὸ συμβεβηκὸς ἐξελέγξω τῶν δύο·
Ὃ πρὶν κυηθῇ, τῇ φθορᾷ συμφθάρῃ,
Ὠδῖνος ἐξάμβλωσις ἠθλιωμένη.
Κολάζεται γὰρ τύφος ὀφρυωμένος,
Ἀντοφρυωθεὶς τῇ θέᾳ τοῦ μείζονος·
Ἐκκρούεται δὲ, καὶ παρωθεῖται βίᾳ,
Ὡς εἴτις ὠθεῖ πάτταλον τῷ παττάλῳ.
Ὥσπερ γὰρ εἴτις ἀσθενὴς θηρατόρος,
Θέλων βαλεῖν λέοντα πευκίνῳ ξίφει,
Ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φθείρεται τοξευμάτων·
Οὕτω ταπεινὸς τύφος, εἰ βάλοι μέγα.

Ἀλλ'

VERSIO FRIDERICI MORELLII.

Expande ſermonis fores nobis, Deus,
Aſinae ut loquentis ora reſeraſti prius;
Ut dicta Patribus ſint, Deum qui viderant,
Quae vitam ad iſtam quotidianā pertinent:
Tamen magiſtris uſus illis optimis,
Me in verſibus deſcribo, quantum fas mihi eſt;
Motus in animo turbulentos ſentiens,
Et ſcriptor, accuſator mei ipſemet:
Vitae fluentem imaginem cum pinxero,
Et finxero per motionum aculeos,
Sermone Faſtus turgidos nervos dolans,
Docebo nuſquam altum tumorem ſiſtere,
At ſicut eſt viſum quibuſdam pingere
Fortunam habentem labilem ſphaerae baſim: *Quomodo pingatur Fortuna.*
Sic crura Faſtus aegre conſiſtentia,
Levia indicabo, magis magiſque languida.
Nam non ſtat umquam, ceu globo qui curſitat,
Surſum inſilit, at in ima retro labitur:
Elatus & ſublimis infelix modo eſt,
Citoque lapſu decidendo diruit,
Fortuna ſedem quam levem ante ſtruxerat.
Dum quippe Fortunae editum Faſtum cano, *Fortuna, & Faſtus non diſtinguuntur.*
Ambobus ecquid accidat ſimul arguam.
Hic antequam naſcatur in tabem incidit,
Partus ut immaturi abortus horridus.
Nam plectitur Faſtus ſupercilio tumens,
Maiore ſe viſo, quod attollit magis,
Extruditur tamen, propelliturque vi,
Clavum quaſi unum trudat aliquis altero.
Venator imbellis velut ſi pineo
Telo ferire vult leonem fervidum,
Incautus invalido perit iaculo ſuo:
Sic Faſtus humilis, grandia ubi iactat, cadit.

Tu

VERSIO EDITORIS.

Verſ. 1. Mentis noſtrae portas reſeres Deus, qui os aſinae quondam aperuiſti. Equidem fatear, ea omnia, quae ad hanc noſtram vitam facile dignoſcendam pertinent, ſatis eſſe perſpecta, & a Patribus, qui Deum viderunt, fuiſſe explanata: nihilo tamen ſecius ego ipſos adhibens magiſtros, meipſum, quantum licet, verſibus deſcribam; unde malorum affectuum, quibus premor, immenſitatem enarrans, de meipſo fiam ſcriptor, & accuſator. Cum igitur vitae fluentem imaginem deſcribere, & paſſionum ſtimulos repraeſentare, nervoſque vanitatis quodammodo edolare ſermonibus mihi proponam, illud ſane evincam, ut nullam ineſſe humano faſtui firmitatem quivis intelligat. At vero ſicuti nonnullis placuit Fortunam eo ſtatu pingere, ut pro baſi inſiſtat globo ad labendum prono; ita Faſtus oſtendam pedes adeo eſſe leves, incitatos, & quod pluris eſt adeo claudicantes, ut ſuſtineri nullo modo poſſint. Faſtus enim, veluti qui ſuper globum incedat, numquam conſiſtit; ſed ſurſum inſilit, & deorſum trahitur; in altum aſcendit, & fit miſer; in aerem ſe attollit, & ſtatim cadit, caſuque ipſo a Fortuna parātum leviſſimum thronum ſubvertit. Porro cum Faſtum, Fortunae fetum, deſcribo, quae utrique contingunt, reprehendo: nam ille antequam concipiatur, multo cum dolore, & niſu infelix abortus tabe corrumpitur; ſuo enim ſupercilio tumens elatioris contra ſupercilii aſpectum non ſuſtinens miſere intus torquetur: vi tamen adactus, aeque ac ſi quis clavum clavo trudat, propellitur, ac foras eiicitur; quemadmodum enim ſi quis imbellis venator piceo contendat enſe ferire leonem, ipſe ſuis ictibus perimitur; ita miſer Faſtus, quo magis ſe iactat, magis deprimitur.

34. Aſt

Ἀλλ' ὦ τὸ θερμὸν τῶν ἐμῶν λόγων ἔαρ,
Ὁ τὸν καθ' ἡμᾶς ἀντικείμενος σάλον,
Καὶ τὸν κλύδωνα τῶν παθῶν ἀντιπνέων,
Ἴθυνον ἡμῶν τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα,
Τῇ σῇ προσευχῇ πνευματώσας τὸ σκάφος·
Τῇ τοῦ βίου γὰρ κυματούμενος ζάλῃ,
Ὁμοῦ κατ' αὐτὰ καὶ κινοῦμαι, καὶ γράφω.
Ὁ χοῦς, ὁ πηλὸς, ὁ παλίνστροφος κόνις·
Τῇ γῇ γὰρ ἡ γῆ συμβιβάζεται πάλιν,
Καὶ σπαργανοῦται τοῖς γεώδεσι σπαργάνοις,
Καὶ χοῦς πάλιν πρόεισιν, ὥσπερ ἡ κόνις,
Ἣν ἡ βιαία συστροφὴ τῶν πνευμάτων
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσα συστέλλει κάτω.
Οὕτω γὰρ ἡμῶν τὸν πολύστροφον βίον,
Αἱ τῶν πονηρῶν πνευμάτων καταιγίδες
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσι, καὶ δόξαν νόθον·
Αὖθις δὲ χοῦς κάτεισι, καὶ νεύει κάτω,
Ἕως ὁ τοῦ κτίσαντος ἁρμόσῃ λόγος
Τῶν συνδεθέντων τὴν ἀναγκαίαν λύσιν·
Νῦν δὲ προκύψας, ὥσπερ ἐκ τινὸς βάθους
Ὁ χοῦς, ὁ θείᾳ πνευματωθεὶς εἰκόνι
Καὶ τὰς γεώδεις ἐκβοᾷ τραγῳδίας,
Καὶ τὸν γελᾶν δοκοῦντα δακρύει βίον.
Ἤδη μὲν οὖν ἔπλαττον οἱ μυθογράφοι
Ἀνθρωπόμορφον ἵππον, ἢ τοὐναντίον
Ταυροπρόσωπον ἄνδρα συμπεφυρμένον·
Δεικνύντες, οἶμαι, τὸν πεφυρμένον βίον.
Πολὺς γὰρ ἡμῖν ἐντεθήσεται γέλως,
Εἰ μή τις αὐτῶν τοὺς ὑποκρύφους λόγους
Ἔμφρων λογισμὸς εὐσεβῶς μεθαρμόσῃ.
Κάτω μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν πεπλασμένος,
Ἄνω δὲ μορφὴν δεικνύων κερασφόρον,
Αἰνιγματώδεις λοιπὸν εἶχεν ἐμφάσεις.
Ὡς πᾶς ὁ μιγνὺς τῇ λογιστικῇ φύσει
Τὰς κτηνομόρφους τῶν παθῶν παρεμφάσεις,
Ἀνατρέπει τὸ πλάσμα, καὶ πεφυρμένος
Ἐκ τοῦ λόγου μέτεισιν εἰς κτηνωδίαν·
Οὕτως ἀμειφθεὶς τῇ κακῇ παραπλάσει
Ἄνθρωπος εἰς βοῦν φατνιαῖον παρετράπη·
Καὶ τῶν παθῶν τὸν χόρτον ἐσθίων μάτην
Τὸ κάλλος ἀντέτρεψεν εἰς ἀμορφίαν.
Καὶ δεσμὸν, οἶμαι, προσφόρως ἐδέξατο·
Ὡς

Tu ver meorum carminum gratum, & calens:
Tu oppoſitus in nos concitatis fluctibus
Reflas procellae paſſionum turbidae:
Noſtram loquentem dirige, obteſtor, ratem,
Tua efficaci prece, levi aſpirans ſcaphae.
Iactatus etenim fluctuum vitae impetu,
Plane incitor contra, ſtilumque exerceo.
Pulviſculus, lutum, & cinis retro means:
Nam terra terrae denuo connectitur,
Et faſciis involvitur terreſtribus:
Rurſumque pulvis proſilit, tamquam cinis,
Aut gluma, quam vis turbinis cum ſuſtulit
Summum ad cacumen, mox ad ima deprimit:
Mortalium ſic evehunt verſatilem
Vitam malignorum procellae flaminum
In editum locum, atque falſam gloriam.
Pulviſque rurſum decidit, manetque humi,
Donec creantis ſermo vinxerit potens
Solutionem, quae ligatas res manet.
Nunc exerens ſe quaſi profunda de ſpecu
Pulvis, Dei cui ſpiritum forma indidit,
Telluris effert horridas tragoedias,
Falſoque riſu diffluens aevum gemit.
Iam fabularum finxerant olim patres
Monſtrum biforme, nempe equum forma viri,
Virumque tauri fronte praeditum impari:
Vitae innuentes diſparem formam reor.
Nam multus in nos riſus excitabitur,
Niſi haec recondita dicta iudicium grave
Mentis, pia explicatione accommodet.
Ergo figura hominis tenebat infima,
Formam ſuperne habens timendam cornibus:
Aenigmatum pars reliqua erant imagines.
Sic quiſquis in ratione forma praedita
Has belluinas inſerit libidines,
Inducit antiquam figuram, ac turpiter,
Rationis uſu perdito, fit bellua.
Mutatus unde fictione peſſima
Homo-bos bovis praeſepe conſectatus eſt:
Cupidinumque foenum inaniter vorans,
Amiſit omne priſtinum decus ſuum.
Quin vinculo connexus apte fingitur,
Laby-

Apoſtrophe ad Sergium Patricium.

Humanae vitae vices.

Fabularum utilitas & explicatio.

Animi morbi transferunt hominem a rationali ad belluinam naturam.

34. Aſt o meorum ſermonum tepidum ver, eos quibus obruimur fluctus retundens, & contra paſſionum procellas leniter ſpirans, tu noſtri eloquii navigium dirige, tuarumque precum aura noſtram ratem impelle: ipſe enim vitae huiuſce tempeſtatibus iactatus una ſimul ab ipſis rapior, & contra ſcribo.

41. Ecquid ego ſum niſi humus, lutum, & in pulverem rediturus pulvis? Terra enim terrae rurſus coniungitur, & bene terreſtribus faſciis circum illigatur, ac tum rurſus humus progreditur: ut pulvis, quem una eademque vis furentis turbinis ſurſum extollit, & deprimit deorſum. Ita ſane verſatilem noſtram vitam malae ventorum procellae in altum ferunt, & ad quamdam falſae gloriae ſpeciem evehunt: tum vero humus humum iterum petit, & vergit deorſum; atque haec ita ſemper eodem modo iterantur, ac fiunt: donec ſummi Creatoris Verbum eorum omnium, quae colligata inter ſe conſpiciuntur, neceſſariam ſolutionem fieri diſponat. At nunc quidem tamquam ex ima quadam profunditate emergens humus, ad Dei ſimilitudinem plane efformata, nihil aliud praeterquam terreſtres agit inani clamore tragoedias, & vitam, quam ridendo ſimulat tranſigere, flendo conſumit.

57. Iamdiu veteres Mythologi humana forma equum, aut contra taurina ſpecie hominem, duobus commixtis generibus, finxerunt: ea ſane, ut puto, ratione, quia vitae noſtrae commixtam naturam volebant oſtendere: multa enim nobis daretur ridendi materies, ſi quis eorum reconditos ſermones ſapienti ratione ad pium quemdam ſenſum non converteret. Ea igitur erat huius confictae imaginis conſtitutio, ut in infima parte hominem, ſuperne vero cornutam ſpeciem exhiberet: ſed haec ad ſymbolicam quamdam ſignificationem erant transferenda. Atque ita ſane eſt: quiſquis rationali naturae belluinas paſſionum ſpecies inducit, atque immiſcet, ſuam primam formam deſtruit, & turpi mixtione admiſſa a rationali ſtatu in brutorum tranſit naturam; atque ita homo errore turpiter ſeductus in bovem ſtabulantem convertitur, & paſſionum foenum temere depaſtus ſuae formae decus in deformitatem immutat. Ac bene quidem convenienterque homo, qui duplici conſtaret natura, vinculum ſuſcepit; utpote qui veluti in laby-

Ὡς λαβυρίνθῳ τῷ πολυχιδεῖ βίῳ
Λοξὴν ἔχοντι τὴν δυσέμβατον θύραν.
Ὅσον γὰρ αὐτὴν ἐκτρέχειν ἐπείγεται,
Τοσοῦτον ἐντὸς γίνεται τῆς ἐξόδου.
Ἐντεῦθεν, οἶμαι, καὶ νόσοις, καὶ φροντίσιν,
Ὡς κτῆνος ἀργὸν εἰκότως μαστίζομαι,
Ὅπως βαρυνθεὶς τῇ κακῇ μετουσίᾳ
Ἐν τῷ σφελαυνᾶσθαί τε καὶ βρίθειν κάτω,
Ὡς οἱ νοσοῦντες εἰς ἀνάκτησιν τρέχων,
Τὸ πρῶτον εἶδος ἀντιμορφώσω πάλιν.
Ὦ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀψιστρόφου χλόης·
Ὦ βλαστὸς ἔμπνους, οὗ τὸ κάλλος ὀξέως
Σὺν τῷ θερισμῷ τοῦ χρόνου μαραίνεται.
Τίς ἂν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας
Τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον,
Θρήνῳ γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον;
Ἤδη γὰρ ἡμᾶς καὶ γελῶσι πολλάκις
Οἱ τοῦ νόθου γέλωτος ἐργάται νόθοι·
Θρόνους προθέντες, ζωγραφοῦντες ἀξίας,
Ἀρχὰς ἀναπλάττοντες· ὡς ἂν ἡ μέθη
Τὴν τοῦ γέλωτος συμφορὰν ἀναπλάσῃ·
Καὶ τις παρ' αὐτοῖς ἀρχικὴν ἐνημμένος
Στολὴν ἐπῆρται, καὶ σχεδιάζει τύχην,
Καὶ σχηματίζει μὴ λαλῶν τὴν ἀξίαν,
Φαντάζεται δὲ μηδὲν ὤν, ὡς ὢν ὅλα.
Καὶ μηδὲν εἰδὼς εἰδέναι δοκεῖν θέλει,
Διπλῆν ἔχων ἄνοιαν εἰς ψυχὴν μίαν,
Πλαστὸς σοφιστὴς, μωρὸς ἠττικισμένος·
Καὶ παίζεται μὲν· πλὴν τέως φρονεῖ μέγα,
Ἕως παρέλθοι τοῦ βίου τὸ παίγνιον.
Οὕτω πέφυκε τῶν ῥεόντων ἡ φύσις,
Σκηνῆς ἀδελφὴ, συγγενὴς ἐνυπνίων·
Παρέρχεται γὰρ πᾶς ὁ τοῦ τύφου σάλος,
Ὡς ὕπνος, ὡς ὄνειρος οὐκ ἔχων στάσιν·
Καὶ πολλάκις χυθέντα, καὶ τεθρυμμένον
Ἐν τῇ καθ' ὕπνον τῶν λογισμῶν ἐνστάσει
Ἀναπτεροῖ τὸν ἄνδρα τῇ κούφῃ θέᾳ.
Κλέπτει δὲ τὸν νοῦν, καὶ μεταίρει τὴν φύσιν,
Ὥσπερ πονηρὸς τῶν φρενῶν ὁδοστάτης.
Καὶ πλοῦτον αὐτῷ μὴ παρόντα συλλέγει,
Καὶ σχηματουργεῖ τὰς ἐνύπνους ἀξίας,

Χαρᾶς

Labyrinthus ac ſi vita multiplex foret,
Obliqua cuius ianua eſt, atque ardua:
Nam quanto contendit magis quis egredi,
Tanto mage intra limen incluſus manet.
Hinc eſt, opinor, unde tot morbis male
Curiſque vexor, pigra tamquam beſtia:
Ut aggravatus fortis huius taedio,
Dum flector undequaque, & uſque deprimor,
Velut ſolent aegri, valeſcam, & recreer,
Ac priſtinam formam reſumam denuo.
O gentis hominum gramen ut ſemper leve!
O germen animatum, decor cuius cito
Cum meſſe marcet appetente temporis!
Quis corde ſpectans ex inaſpectabili
Vitae theatrum infamiae pleniſſimum,
Ridente luctu ludicrum non arceat?
Nam ſaepe rident nos cachinnis impiis,
Riſus inanes opifices vaniſſimi:
Audent thronos, & dignitates pingere,
Fingunt poteſtates, ut his temulentia
Affert domi quidquid cachinnorum latet.
Et quiſpiam ex iis principem veſtem induens
Extollitur, fortunam & extemplo facit;
Ac dignitatem ſic repraeſentat tacens:
Et cum nihil ſit, autumat ſe eſſe omnia:
Et cum ſciat nil, vult videri ſcire ſe.
Sic mente in unica duplex amentia eſt,
Fictus ſophiſta, fatuus Atticum ſonans,
Illuditur, ſuſtollit animos interim,
Donec erit huius acta vitae fabula:
Natura rerum talis eſt fluentium,
Scenae ſoror, conſanguineaque inſomnii:
Omnis procella, nempe faſtus praeterit,
Ut ſomnus, atque inſomnium variabile.
Quin ſaepius molli iacentem in lectulo,
Dum per quietem ſenſa cordi ſe ingerunt,
Exſuſcitat virum levi ſpectaculo:
Furatur ac mentem, indolemque alte evehit,
Ut hoſtis, & graſſator atrox mentium.
Accumulat abſentes opes ex tempore,
Ac dignitatum laeta format ſomnia,

Simu-

Carnis cum ſpiritu diſſidium.

Vita humana comparata flori, & ſpicae.

Eadem comparata theatro, & fabulae.

Eadem comparata ſomno, & inſomnio.

---

in labyrintho, in hac varietate vitae, cuius ianua eſt obliqua, & impervia, verſetur: quo quis enim magis extra ipſam egredi feſtinat, eo magis ſe ab exitu diſtare cognoſcit. Atque hinc plane fit, quod ego ipſe tot morbis, & curis, tamquam pigra beſtia, iure meritoque vexor, & excrucior, ut faſtidito ferarum paſſicuum conſortio, cuius pondere gravatus diſtrahor, & premor deorſum, quemadmodum infirmi ad bonam valetudinem, ita ego ad priſtinae formae ſpeciem redire contendam.

86. O quam vitae noſtrae gramen leve eſt, & caducum! O vere animatum germen, cuius ſtatim ac meſſis tempus appetit, perit venuſtas!

89. Ecquis igitur, cum ex intimo cordis receſſu plenum infamiae hoc vitae theatrum viderit, riſum fletu non temperavit, & ludicrum lacrimis non extinguet? Quandoquidem nos etiam ſaepe irrident illi adulterini riſus adulterini artifices, qui thronos proponunt, dignitates pingunt, principatus ſimulant, ut ex inſana mentis temulentia ridiculae calamitatis oriatur occaſio. Saepe enim quidam ex ipſis regia ſtola indutus altus incedit, & e veſtigio fortunatus adparet, & dignitatem tacitus repraeſentat; cumque nihil reapſe ſit ille, omnia tamen ſe eſſe ſimulat; nihil ſcit, & tamen omnia ſe ſcire vult videri. Mens quidem illi una eſt, ſed duplex ſtultitia; vere fictus ſophiſta, & fatuus atticiſſans. Interea ille quidem ridetur: verum eo uſque ſe iactat, ac ſibi ſapere videtur, donec huiuſce vitae acta fuerit fabula.

106. Atque haec eſt fluxarum rerum natura, quas ſcenae ſorores, & inſomniorum conſanguineas vocare poſſis. Omnis enim Faſtus tumor, velut ſomnus, aut inſomnium, cui nulla ineſt firmitas, praeterit, atque evaneſcit. Ac profecto non ſemel fit, ut ille virum toto cubantem lecto, vinoque, & deliciis fractum, cum inter dormiendum ſit varia cogitationum concurſatio, ad inane ſpectaculum erigat, atque adducat: neque enim ac ille peſſimus humanarum mentium graſſator, & latro, clam Faſtus ſuffuratur mentem, & immutat naturam; & nunc divitiarum acervos nulli-

Χαρᾶς ἀπεράντου δεικνύουν ἰνδάλματα·
Καὶ μαργαρίτας λευκοδέρμους προσφέρει,
Καὶ νῦν ἀδήλους τῶν πυραυγῶν ἀνθράκων
Λίθους ὑφάπτει, καὶ πυροῖ τὴν καρδίαν
Τοῦ μὴ λαβόντος, ὡς λαβόντος τὴν χάριν·
Οὐκ οἶδα πῶς τὸ πλάσμα τῶν ἐνυπνίων
Ὡς πρᾶγμα δεικνὺς, καὶ φρενοφθόρῳ βίᾳ
Αἰσθητικὸν ἄγων τὴν ἀναίσθητον πλάνην.
Πλὴν μικρὸν ὅπου καὶ παρῆλθεν ἡ χάρις·
Εὐθὺς γὰρ αὐτὸν ζημιοῖ τῆς οὐσίας,
„ Ἄφωνος ὄρνις, ἄγγελος τῆς ἡμέρας.
Κλέπτουσι γάρ που καὶ νῦν φίλους αἱ τύχαι,
Δι' ὧν ἔχουσι σαρκικῶν ψυχαρπάγων·
Εἰ μή τις αὐτοῖς σωφρονῶν ἀντεμβάλοι
Τὸ γνωστικὸν φρόνημα τῆς συμμετρίας·
Ὡς μήτε χαύνως, μήτε μὴν ὑφειμένως
Κινῶν τὰ νεῦρα τῶν ἐν ἡμῖν ὀργάνων,
Λύσῃ τὸν ἁρμόζοντα τῇ ψυχῇ τόνον,
Μήθ' αὖ βιαίᾳ, καὶ βαρείᾳ συντάσει
Φέρῃ τὰ κοινὰ ταῦτα τοῦ βίου βέλη·
Ἴσῳ δὲ ῥυθμῷ συμβιβάζῃ τὴν λύραν·
Ὡς ἂν δι' αὐτῆς ἀσφαλῶς ἡρμοσμένης,
Καὶ τῶν λογισμῶν ἠρεμῶσι θηρία·
Ὅτι σφαλεῖσα τοῦ πρέποντος ἡ φύσις
Πρὸς θηριώδεις ἐξετράπη μετουσίας·
Ἀνὴρ γὰρ οὗτος δείκνυται πεπηγμένος,
Ὑπερβεβηκὼς τῆς πλάνης τὰ δίκτυα,
Καὶ νῦν ὀλίσθους τῆς ἀστρόφου τύχης.
Ἡ γὰρ παρ' ἄλλοις ὀνομαζομένη Τύχη,
Ὅσον ἂν ἀρθῇ πᾶς ὁ τοῦ τύφου σάλος,
Βράζει δοκήσει, καὶ διαρρεῖ τῇ φύσει,
Καὶ πρὸς μέγαν κίνδυνον ἦρται καὶ φόβον·
Ὡς οἱ διατρέχοντες ἐκτενεῖ σκέλει·
Ὡς οἱ πρὸς ὕψος ἐν μεταρσίῳ τάσει
Σχοίνους διατρέχουσιν ἰχνοπλωθέντες·
Εἴ που παρασφαλῶσι τῶν ὑψωμάτων,
Ἐν τῷ βάθει πίπτουσι τῶν συντριμμάτων.
Εἰ δ' αὖ ταπεινός ἐστι, καὶ βλέπει κάτω,
Πρὸς ὕψος ἦρται, καὶ πλέον τοῦ Περσέως,
Κἂν μὴ πτερῶται, καὶ φονεύει Γοργόνας,
Τὰς δυσπροσώπους τῆς πλάνης ἁμαρτίας,
Αἳ νῦν πρὸς αὐτὰς ἐκτενῶς θεωμένους
Λίθους

Simulacra inanis gaudii blanda indicat;
Et margaritas candicantes exhibet:
Succendit & carbunculorum ardentium
Caecos lapillos, & facem cordi admovet
Eius nihil qui cepit, ac ſi ceperit.
Quanam arte dubito inſomnii ludibrium
Praebeat ut ipſam rem, & nocente mentibus
Telo remotum a ſenſibus ad ipſos trahat
Errorem: at haec perit repente gratia,
Nam ſubito mulctat hunc ſua in opulentia
„ Non garriens ales, diem qui nunciat.
Fortunae eos furantur etiam, quos amant, — *Fortuna fallax.*
Per carneas animae illecebras, quas habent;
Niſi ſi quis ipſis obicem opponat catus
Moderationis callidam prudentiam: — *Moderationis necessitas in vitae administratione.*
Ne molliter, vel remiſſa dum manu
Ciet organorum, quae penes nos nervulos
Intenſionem ſolvat, animi copulam:
Neu tenſione tam gravi, tamque valida
Haec tela vitae emolliat communia:
Aequabili at menſura adaptet barbitum;
Ut rite cum mox tenſa erit, per eam ferae
Mentis quieſcant motionum belluae;
Ubi lapſa natura a decori tramite — *Peccatum originale.*
Ad belluinam ſortem abivit devia.
Sed enim vir ille mente ſolida oſtenditur, — *Viri fortitudo deſcripta.*
Calcaverit qui retia erroris mali,
Lapſuſque fortunae adeo variabilis.
Nam plurimis Fortuna, quae dici ſolet,
Procella Faſtus cuncta quam ſublimis eſt,
Spe fervet hac praeſumpta, uſque fluctuans,
Summum vocatur in periculum ac metum:
Ut crure ſi quis inquieto curſitet:
Ut qui efferuntur ſumma per faſtigia,
Funes obambulando vinctos firmiter,
Si pes labaſcat, ſummitatis vertice
Vaſtiſſimam in profunditatem corruunt.
Sin humilis incedens humi ſtectit oculos, — *Humilitatis laus.*
Tollitur in altum Perſeo ſublimius,
Alatus ut non ſit: trucidat Gorgonas,
Peccata nempe erroris horrida maxime,
Quae ſemper in ſe fixa habentes lumina
In

---

nullibi exſiſtentes, congregat, & dignitates ſomnio conflatas repraeſentat, imaginarii gaudii ſpecies inducens: nunc vero candida pelle obductas margaritas exhibet, & rutilantium carbunculorum latentes lapillos ſtatim profert accenſos, quibus nihil accipientis, aeque ac ſi donum acceperit, pectus inflammat. Mirum ſane quinam ſomniorum figmenta, veluti quid vere exſiſtens oſtendat, & letali animarum pernicie ex inſenſibilibus principiis ad ſenſilem errorem humanam mentem traducat! Verum non multo poſt omnis perit gratia: avis enim garrire neſcia, & diei nuncia ipſum repente mulctat omnibus bonis. Non ſemel enim fit, ut per carnis illecebras, quae animam alliciunt, & perdunt, ſuos ipſos amicos fallat fortuna: niſi quis ſibi catus conſulens fortunam ipſam, moderationis remedio prudenter adhibito, corrigat, atque emendet: adeout nec laxius, nec remiſſius, quam par eſt, organorum nervis agitatis, ea, qua conſtat anima, diſſolvatur intenſio, neu contra tam valida, & gravi tenſione ipſi nervi impellantur, ut hae cordae, quibus hominum vita ſuſtentatur, effringantur: ſed aequali quadam ratione, & modulo ita quiſque lyram temperet, ut cum ea fuerit recte, firmiterque accommodata, cogitationum etiam monſtra conquieſcant: quandoquidem a decoro diſceſſit decepta natura, & in belluinae ſortis participationem conceſſit.

142. Fortem ſane virum, ac dimoveri neſcium ſe praeſtat, quiſquis erroris retia, & ſemper variabilis fortunae lubricas ſemitas evadit, atque contemnit. Quae vulgo enim vocatur fortuna, nihil eſt: quippe quantumvis in altum faſtuoſi fluctus attollantur, ſpecie quidem aeſtuare, ac fervere videntur, ſed ſua natura diffluunt, ac labuntur, nec niſi ad magnum metum, & periculum attolluntur; velut ii, qui in altum elati per aeris tractum extenſo crure, & tenui greſſu per funem inambulant: ſi forte enim vel tantillum in unam, aut in alteram partem propendeant, repente a ſummo faſtigio in imam terram cadunt fracti, atque conciſi. Contra vero ſi quis humili gradu incedat, & deorſum ſpectet, in altum evehitur, & ipſo Perſeo, quamvis non volet, expeditior, Gorgonas, ideſt horrenda viſu peccata,
quae

Λίθους μεταλλάττουσιν ἐμψυχωμένους,
Καὶ πρὸς τὸ κῆτος τῶν παθῶν τετραμμένος,
Τὸ μὲν φονεύει τῷ μεταρσίῳ δρόμῳ,
Σώζει δὲ σεμνὴν παρθένον τὴν καρδίαν.
Εἰ γὰρ μαθητιῶν τις ἐμφρόνως θέλοι
Μαθεῖν ἑαυτὸν, πᾶσαν ἔγνω τὴν φύσιν·
Καὶ κοσμικὴν φρόνησιν εἰκότως ἔχει·
(Σμικρὸς γάρ ἐστι κόσμος ἀνθρώπου φύσις·)
Καὶ μηδὲν εἶναι σωφρόνως πεπεισμένος
Ἄνω βαδίζει τοῦ βεβηκέναι κάτω·
Φεύγει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,
Πολλήν τε δόξαν τὴν ἀδοξίαν ἔχει·
Ἅπερ γὰρ ὕβρεις εἰσὶ τοῖς τιμωμένοις,
Ἔπαινός ἐστι ταῦτα τοῖς ὑβρισμένοις.
Ἡ γὰρ παρ' ἄλλοις ὀνομασμένη Τύχη,
Εἰκών τίς ἐστιν ἀπρεποῦς ὀρχηστρίδος
Ἐν τοῖς ἑαυτῆς ἀντικλωμένης στρόφοις,
Καὶ χειροτονούσης τοῦ βίου τὰ πλάσματα
Σκιαῖς ἀμυδραῖς οὐχ ὑπόντων πραγμάτων·
Ἡ θρύπτεται μὲν ἀπρεπῶς ὀρχουμένη,
Στρέφει δὲ πυκνὰ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων
Πρὸς οὓς τὸ χαῦνον ὄμμα λοξῶσαι θέλει.
Εὐθὺς δὲ πέμπει πρὸς τὸν ἄλλον τὴν θέαν,
Σκιρτᾶν θέλουσα τῇ θεωρίᾳ·
Μορφοῖ δὲ πολλὰ, πάντα μὲν μιμουμένη,
Μηδὲν δὲ δρῶσα τῶν ἀεὶ πεπηγμένων.
Ἡ μαχλὰς ὄντως, ἢ ποθεῖ μὲν οὐδένα,
Ἐρᾷν δὲ παντὸς σχηματίζεται πόθῳ.
Ἄλλοις μὲν ἀρχαὶ, καὶ θρόνοι, καὶ βήματα,
Οἷς εἰσιν ἔχθραι συμφυεῖς, καὶ φροντίδες·
Ὅσοις δὲ νοῦς πέφυκεν ἐστηριγμένος,
Θρόνοι προσευχαὶ, καὶ λόγοι τὰ βήματα.
Ἄλλοις προσηνὲς τὸ θρασύγλωσσον στόμα,
Σοφοῖς δὲ σιγὴ, καὶ γαλήνη καρδίας.
Ἄλλοις ἐραστὸς ὁ φρενοβλαβὴς φθόνος,
Χρυσοῦν δὲ μῆλον ἡ φονοσταγὴς ἔρις·
Τοῖς δ' αὖγε σεμνοῖς ἡ κατὰ φθόνου μάχη,
Ἔρις δὲ μέχρι τοῦ πατάξαι τὴν ἔριν.
Καὶ τοῖς μὲν ἡδὺ τῆς βορᾶς τὸ φορτίον,
Τὸ πρὸς νόσους ὄχημα τῆς ἀπληστίας·
Σοφοῖς δὲ λιμὸς καὶ ποτίζει, καὶ τρέφει,

Ο' τοῖς

In ſaxa vertunt protinus viventia:
Et belluae libidinum obiectos ferae
Monſtrum volatu conficit celerrimo,
Servatque cordis Virginem venerabilem.
Nam ſi ſciendi cupidus optet diſcere
Se, noſſe naturam ſimul rerum poteſt: — *Vera prudentia eſt noſcere ſeipſum.*
Ac iure mundanam obtinet prudentiam,
(Natura ut hominis mundus eſt quidam minor!) — *Homo microcoſmus.*
Et quod nihil ſit fixum, & immotum manens;
Surſum elevatur, quod deorſum pergeret:
Fugitque famam, ceu decentem infamiam,
Ingloriuſque gloriam multam tenet.
Nam ſunt honoratis viris convicia,
Quae iniuria laudes laceſſitis eluent.
A plurimis Fortuna, quae dici ſolet, — *Fortunae comparatio cum ſaltatrice.*
Imago ſaltatricis eſt ignobilis,
Quae circulis ſuis reflexis & rotis
Figmenta vitae ſtatuit, ut viſum ſibi,
Umbris ſubobſcuris, quibus res non ſubeſt,
Laſcivibundaque indecore ſaltitat.
Obvertit oculorum ſuorum pupulas
In quos amat ſpectare limis clanculum,
Statimque vultum flectit ad alios ſuum,
Ut gaudet aſpectus viciſſitudine.
Pleraque figurat, cuncta vult imitarier:
At nil eorum perficit, quae firma ſtant.
Vere meretrix, neminem quae quamquam amet,
Amore fingit fervido ſe corripi.
Aliis magiſtratus, tribunalia, throni, — *Profani hominis ſtudia a Chriſtiani viri ſtudiis contraria.*
Queis odia cordi, curae & acres inſitae:
At queis ſolida conſtanſque mens natura ineſt,
Preces throni ſunt, conciones & libri.
Eſt ſuave nonnullis loquens audacter os,
Tranquillitas cordis pio & ſilentium.
Aliis amicus livor, animi trux lues:
At aureum malum, cruentum iurgium;
Sed praelium eſt adverſus invidiam probis,
Lis vero, donec vapulet lis, concita.
Illis ciborum dulcis omnis ſarcina,
Qui currus ad morbos repletionis eſt.
Prudentibus fames, cibuſque, & potio,

Quae

---

quae homines intenta oculorum acie in ſe ſpectantes, in ſaxa animata convertunt, mactat: tum contra cete libidinum converſus, hoc ipſum plane monſtrum celerrimo curſu, vel potius volatu trucidat, & cordis venerandam virginem conſervat. Quippe ſi quis ſciendi cupidus, qua decet prudentia, ſeipſum velit addiſcere, rerum ille omnium naturam plane noverit, ac vere mundi prudentiam ſe eſſe aſſecutum dixerit, parvus enim mundus eſt humana natura: ac tum quidem nihil eſſe ſe doctus, atque perſuaſus, ſurſum aſcendet gradiens deorſum; famam fugiet velut certam infamiam; magnumque dedecus putabit gloriam; quae enim viris in honore poſitis ſunt convicia, iniuria laceſſitis ſunt praeconia.

173. Ac revera quae vulgo Fortuna appellatur, indecentis ſaltatriculae eſt imago, quae ſeipſam variis pedum flexibus, ac gyris verſat, & manuum motione, & geſtibus, veluti quibuſdam rerum non exiſtentium obſcuris ſignis, vitae figmenta adumbrat, ac dum obſcene ſaltans diſſluit luxuria, acies oculorum in eos torquet, in quos ſuos mavult putres oculos deflectere: ſed ſtatim in alios obtutum defigit, id unum agens, ut ſemper varium, & inſtabile praebeat ſpectaculum. Ita ſe contorquens varias figuras effingit, imitatur omnia, ſed nihil praeſtat, quod idem ſemper ſit, ac firmum: vere meretrix, quae neminem prorſus amat, aut deſiderat, & ſummo tamen affectu, & deſiderio deperire ſimulat.

187. Sunt qui nihil aliud praeterquam imperia, thronos, & ſuggeſtus inhient; iis enim inſitae ſunt inimicitiae, & curae: at illis, qui mentem habent bene firmam, & erectam, throni ſunt preces, & ſuggeſtus ſacri ſermones. Sunt, quibus nil magis iucundum, quam os habere plenum audaciae: at viro ſapienti nihil magis cordi eſt, quam ſilentium, & ſerenitas cordis. Sunt, qui livore invidiae, quae mentium eſt peſtis teterrima, gaudent teneri, & aurea quidem, ſed ſanguinem ſtillantia litium poma amant decerpere: honeſto autem viro una eſt contra invidiam dimicatio, & in dirimendis, exterminandiſque contentionibus unica contentio. Sunt etiam, quibus nihil ſuavius, quam onerare ventrem cibo, qui morborum ex ingluvie naſcentium eſt vehiculum: ſapientibus vero pro potu, & cibo eſt

ipſa

Ὁ τοῖς ὀνείροις μὴ βαρύνων τὴν φύσιν.
Ἄλλους ὁ πλοῦτος ζημιοῖ τῇ προσθήκῃ·
Σεμνοῖς δὲ κέρδος εὐσεβοῦσα ζημία.
Ἄλλοις περισπούδαστος ἡ προεδρία,
Ὁ τερπνὸς οἶκος, ἡ πενιχρὰ τερπνότης,
Τὸ σαθρὸν εὐτύχημα τοῦ νόθου κλέους·
Τῷ δὲ φρονοῦντι πᾶσα γῆ προεδρία·
Κοινὴ γὰρ ἡ γῆ πρὸς θρόνους τε καὶ τάφους.
Εἰ μή τις ἡμᾶς ζῆλος ἐνσάρκου πάθους
Δάκνει βλέποντας ἀξίους ἀναξίους·
Τοῦ Στέντορος γὰρ ἐκβοήσομαι μειζόνως,
Ὡς τῶν καλῶν μὲν οὐ καθαρτέον ψόγος,
Εἰ καί τις αὐτοὺς λοιδορῶν ἐπικλύσει·
Τὸν δ᾽ αὖ πονηρὸν οὐδὲ μορφῶσαι θέλω.
Ὥσπερ κολοιὸν ἐκ πτερῶν ἀλλοτρίων,
Ἔπαινον οἶδε τὴν ἀμορφίαν τρόπων.
Παρέρχεται γὰρ ἡ παροῦσα λαμπρότης,
Καὶ πᾶσα δόξης ἀστατοῦσα κουφότης,
Ἐκτείνεται δὲ, καὶ πάλιν συστέλλεται·
Ὥσπερ πονηρὸς ταῖς ἑλίξεσι δράκων
Δοκεῖ τετάσθαι, καὶ πλέον συστέλλεται.
Ὡς ἂν μάθοιμεν τοὺς ὑπερφρόνους τρόπους,
Ὄφεις νομίζειν, καὶ δρακόντων ἐκγόνους.
Οὕτω παρέρπει πᾶς ὁ τοῦ βίου δρόμος,
Καὶ παντὸς ὄγκου συστολὴ τεθρυμμένη,
Ὡς πομφόλυξ σφύζουσα καὶ φυσωμένη·
Καὶ πρὸς μὲν ὕψος τῷ δοκεῖν ἐπηρμένη,
Εἰ δ᾽ αὖ τι μικρὸν ἐν μέσῳ λεληθότως,
Ἢ κάρφος, ἢ ψὶξ, ἢ σταγὼν παρεμπέσοι,
Ἀντεστράφη τὸ κοῦφον εἰς τοὐναντίον,
Καὶ τῇ βιαίᾳ προσβολῇ συνεστάλη.
Ἀλλ᾽ ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς ἐκκλησίας,
Ὁ πατρικὸς νοῦς, ἡ ταπεινὴ καρδία·
Εἰ καὶ πέτῃ γὰρ, καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις,
Ταπεινὸς ἤθει, καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω·
Σὺ δεῖξον ἡμῖν γνωστικωτέρῳ τρόπῳ,
Πῶς ἐστιν εὑρεῖν ἐκδρομαῖς ἀντιστρόφοις
Τὸ πτωχὸν ἦθος, οὐρανοδρόμον φύσει·
Ἐναντίαις δὲ πῶς χαμαίζηλος μένει
Ὁ πτωχὸς ὄγκος, καὶ προσπήγνυται κάτω.

Ὡς

Quae inſomniis mentem haud gravat mortalium.
Cumulus pecuniae quibuſdam damna dat,
Iactura cum pietate ſanctis quaeſtus eſt.
Optabilis pleriſque prima dignitas,
Iucunda domus, inopſque delectatio,
Caduca falſae gloriae felicitas.
At principatus, ſi ſapimus, omne eſt ſolum;
Communis ad thronos ſepulcraque eſt humus:
Ni affectionis carneae aemulatio
Vexat, videmus dum probos, dum non probos.
Hoc intonare voce pluſquam Stentoris,
Nullis honeſtos dedecus pati probris,
Licet quis illos obruat conviciis.
Aſt improbum ne fingere quidem umquam iuvat,
Ut graculum pennis amictum non ſuis:
Deformitatem in moribus laudem putat.
Ut praeterit, qui nunc adeſt ſplendor cito,
Omniſque levitas gloriae inconſtans fugit;
Ac porrigitur ſe modo, modo at ſe contrahit:
Immanis ut ſpiras draco ſinuans ſuas,
Videtur extendi, ſed arctatur magis.
Diſcamus hinc mores ſuperbos, luridos
Vitare, ut angues a draconibus ſatos.
Prorepit omnis aevi curſus hoc modo,
Faſtus, & omnis delicatae anguſtiae:
Ut bulla ſaliens, & tumore turgida,
Quae clara in altum cernitur ſublimior;
Quod ſi minutum quid latenter excidat,
Feſtuca, micave, aut aquae ſtilla unica,
Avertitur leve iſtud in partem alteram,
Unde violento curſu in arctum cogitur.
Lumen coruſcum Chriſtianorum chori,
Tu mens paterna, cor ſuperbum neutiquam,
Volites per aſtra quamquam, & adeas aethera,
Te deprimis, congrederis & mortalibus:
Oſtende, quae compendioſior via
It ad cubile reciprocis excurſibus
Inopum quidem morum, & polos penetrantium.
Porro, ut plagis contrariis humilis manet,
Et fixus imo pauper eſt Faſtus loco.

Hinc

Humana felicitas draconi comparata.

Item vita humana comparata bullae.

Apoſtrophe ad Sergium.

---

ipſa fames, quae mentem ſomniis non onerat. Ac multi quidem augendarum divitiarum cura torquentur: probis e contrario viris iactura pietati conſentiens lucrum eſt. Quidquod aliis nulla maior cura, quam in urbe principe primas tenere, & renidenti domo gaudere, quae tamen miſera eſt delectatio, & falſae gloriae futilis felicitas? Viro autem ſapienti quaelibet terra eſt prima ſedes; terra enim tam ad thronos, quam ad ſepulcra aequaliter patet: niſi forte ex quodam pravo noſtrae carnis affectu urimur invidia, quod indignis collatos honores videamus: Stentore enim ipſo fortius illud inclamabo; non opus eſſe probis viris, ut ſe purgent contumeliis, quamvis undique obruantur conviciis: improbum autem ne graculo quidem alienis amicto pennis velim aſſimulare, qui morum deformitatem laudi ſibi eſſe ducat.

216. Praeterit enim quam citiſſime huiuſce praeſentis vitae ſplendor, & mirum quanta ſit humanae gloriae levitas, & inconſtantia, quae ſi vel paullulum extenditur, confeſtim contrahitur: quemadmodum malignus ille draco ſuis ſe intorquens ſpiris ſolet, cuius ea eſt verſutia, ut diſtendi videatur, ac ſtatim ſe colligat: unde facile ſuperborum quae ſit natura diſcitur, eoſque pro ſerpentibus, & draconum natis habendos eſſe dignoſcitur.

223. Atque ita quidem labitur omnis vitae curſus, omniſque terrenarum voluptatum tumor fractus diſiicitur, ut bulla ſaliens, & inflata vento, quae ſpecie quidem videtur in ſublime ferri: verum ſi vel minimum quid in ipſam clanculum irrepſerit, & feſtuca, mica, vel gutta incident, ſtatim contrarius oritur effectus; tumor enim, & levitas evaneſcunt, & ſupervenientis corporis vi, & impetu comprimuntur.

231. Aſt o refulgens ocelle Eccleſiae, o mens paterna, & cor demiſſum, & humile, (quamvis enim evoles in altum, & aethera tranſcurras, vere humilis es, & terrenis immorari non dedignaris;) tu pro tuae rationalis, perfectioriſque ſcientiae modulo nobis oſtende, quanam ratione pauperem quidem illum, & tamen ſua natura pervadentem caelos animi affectum conſequi quis poſſit, quo retro quis ſe referens, & preſſo pede retrocedens ſemper proficit; & quomodo e contrario miſer Faſtus in altum ſemper aſſurgere contendens deorſum truditur, & haeret humi: adeout

non

Ὡς οὐκ ἀκόμψως, ὡς δοκεῖ μοι, καὶ Πλάτων	Hinc non inepte, ceu mea eſt ſententia,
Προσεμπεπάρθαι συγγενῆ τῇ καρδίᾳ,	Plato notavit eſſe cordi alte inſitum
Ὡς ἔσχατον χιτῶνα τῆς ἁμαρτίας.	Erroris hoc velamen ultimum mali.
Εἰ καὶ κατισχύσειε τῶν ἀνθρώπου φύσις	Quantumlibet enim humana natura valeat
Ῥίψαι τὰ πολλὰ τῶν παθῶν καλύμματα,	Permotionum proiicere velamina
Τὸν φορτικὸν χιτῶνα τοῦ τύφου φέρει.	Pleraque; gravem Faſtus tamen tunicam gerit:
Βρίθει δὲ τοῦτο μέχρι τῆς ᾅδου πύλης.	Demittit ac fauces aduſque Erebi hoc malum.
Μᾶλλον δὲ πάντων τῶν παθῶν νεκρουμένων	Quia ceteris libidinibus emortuis,
Τῦφος τελευτᾷν, οὐδὲ γηράσαι θέλει.	Eſt Faſtus expers fati, ut & ſenii quoque:
Ψυχῆς γάρ ἐστιν ὡς τὸ πλεῖστον ἡ νόσος,	Nam morbus hic animum afficit potiſſimum,
Καὶ νοῦς ὁ πάσχων, ἡ νομὴ δὲ τοῦ πάθους	Hoc aegra mens eſt, pabulum morbi iſtius
Ἰὸς δράκοντος· ᾧ γὰρ ἐβλήθη βέλει,	Draconis eſt virus: ſagitta is laeſus eſt
Τούτῳ τιτρώσκειν καὶ τὸν ἄνθρωπον θέλει.	Iſta, qua eadem tentat hominem laedere.
Ὁ νοῦς γὰρ ὥσπερ ἀσφαλὴς ἐπιστάτης	Mens namque ſicut aliquis auriga impiger,
Πώλους ἐλαύνειν συμφυεῖς ἠθισμένος,	Equos iugales regit habenis optime:
Τὰ δυσκράτητα τῶν παθῶν κινήματα,	Cupidinum permotiones efferas,
Τὸν θυμὸν ἄγχει, τὸν δὲ τῦφον δυσκόλως·	Iram cohibet, at aegre Faſtum comprimit,
Ἐπιθυμίαν δὲ προσδραμεῖν ἠπειγμένην	Et geſtientem continet libidinem,
Τῇ τοῦ λόγου μάστιγι συλλέγει, φόβῳ·	Metu, flagello, quo ratio domina utitur:
Μήπως ὁμοφρονοῦσα τῷ συνεργάτῃ	Ne forte coniurata cum ſocia mali
Θυμῷ, ταράξῃ τὸν διφρηλάτην λόγον·	Ira, vehiculi turbet aurigam logum:
Μέσον δὲ τούτων εὑρεθῇ πεφυρμένον	Et inter ambas totus exſiſtat lacer
Ὄχημα λαμπρὸν ἐκ Θεοῦ πεπηγμένον.	Currus decore fabricatus a Deo.

Superbia maximum malum.

Λείπει τἆλλα. *Deſunt reliqua.*

---

non inepte, ut mea eſt ſententia, etiam Plato ſcripſerit, ſuperbiam eſſe penitus infixam humano cordi, eique inhaerere tamquam ultimum indumentum peccati. Quantumvis enim in proiiciendis plurimis, quibus obtegimur, pravorum affectuum operimentis, connitatur humana natura, ſuperbiae oneroſam veſtem ſemper geſtat ſecum, eoque pondere preſſa uſque ad Erebi portas protruditur. Ea namque eſt Faſtus indoles, ut cum omnia cetera vitia ſenſim domari atque extingui videantur, hoc unum ne ipſo quidem ſenio confici, aut mori velit. Vere enim eſt animi morbus mens eſt quae patitur, & morbi pabulum eſt impii draconis venenum: qua enim ille percuſſus eſt ſagitta, hac ipſa hominem ferire tentat. Ac mens quidem, ut qui longo uſu iugales pullos agere citra periculum ſcienter novit, violentos animi motus, quos ira ciet, facile coercet; ſuperbiam vero frenare neſcit: itemque cupiditatum appetitum contento curſu promentem flagello rationis exterret; ne forte una cum adminiſtra, & comite ira conſentiens aurigam, & ducem, quae eſt ratio, de loco deturbet, ac proinde ſplendidus ille currus, qui tam bene, firmiterque a Deo eſt conſtitutus, in contraria divulſus dilaceretur.

ADNOTATIONES.

Verſ. 11. Codex Vatican. 1126. Ἄνοιξεν ὑμῶν.

1. In Cod. Pariſ. 1630. melius ἐξανάξας. Num. 22. 28. *Aperuitque Dominus os aſinae, & locuta eſt.*

3. Plenae ſunt Scripturae, pleni SS. Patrum libri luculentiſſimis de vanitate vitae teſtimoniis. Legeſis S. Baſilii *Serm. de humil., & inani gloria tom.* III. *pag.* 575. S. Iohannis Chryſ. *de ſuperbia, & inani gloria Hom.* XVI. *tom.* XII. *pag.* 538., & S. Gregorii Nazianz. *Orat.* X. *in laudem Caeſarii fratris tom.* I. *pag.* 169., & *Carm. Iamb.* XVIII., XIX., XXII., *&c.*

5. Recte SS. Patres magiſtros ſuos appellat, quos aperte imitatus eſt, ac praeſertim S. Gregorium Nazianzenum, cuius etiam verſiculos exſcripſiſſe quibuſdam viſum eſt.

14. Laudatus Cod. σφαῖραν ἴχνεται. Alluſio eſt ad ſchema, quo Fortuna ex mythologorum placitis repraeſentari ſolebat apud veteres. Horatius *lib.* I. *Od.* 34:

Hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit, hic poſuiſſe gaudet.

15. Id. Cod. τοῦ βίου σκέλη.

17. Verſus ἰσοψήφους habes in S. Gregorio Nazianz. *tom.* II. *pag.* 155., quos tibi ſubiicio:

Τροχὸς τίς ἐστιν ἑστώτως πεπηγμένος
Ὁ μικρὸς οὗτος καὶ πολύτροπος βίος,
Ἄνω κινεῖται, καὶ ἐξολισθάνει κάτω·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, κἂν δοκῇ πεπηγέναι·
Φεύγων κρατεῖται, καὶ μένων ἀποτρέχει·
Σκιρτᾷ δὲ πολλὰ, καὶ τὸ φεύγειν οὐκ ἔχει·
Ἕλκει, καθέλκει τῇ κινήσει τὴν στάσιν·
Ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφειν,
Ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος χλόης.
Similis manenti ſed volubili rotae
Verſatilis mortalium eſt vita & varia.
Surſum movetur, ac deorſum volvitur:
Fixam eſſe quamvis nam putes, non ſtat tamen.
Fugiens tenetur, & manens rurſus fugit:
Multumque ſiltat, ſed fugere nequit tamen:
Trahitque motu, retrahit & ſtatum ſuum.
Nil ergo vita eſt, ſi velis deſcribere,
Quam fumus, aut herbae flos, vel inſomnium.

In omnibus editionibus S. Gregorii hiſce verſiculis adpoſita eſt iſthaec adnotatio: *leguntur apud Georgium Piſidam de vanitate vitae.* Verum collatis inter ſe Piſidae, & S. Gregorii verſibus non aliud video inde poſſe inferri, niſi Piſidam fuiſſe laudati Patris imitatorem, cum alioquin iambi a iambis plurimum differant. Ac S. Gregorius quidem humanam vitam rotae adſimilat, imitatus, ut videtur Anacreontem, qui *Od.* 4. ait:

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

Piſida vero aperte, ut mihi quidem videtur, alludit ad illud ſaltatorum, & cernuatorum genus, qui aſcoliaſtae dicti ſunt, eo quod uno tantum pede in utrem inflatum, & bene inunctum, ut lubricus eſſet, niterentur inſilire: verum his ſaepe accidebat, ut non ſine multo ſpectatorum riſu laberentur, caderentque, ac in caput revoluti, aſſurgenteſque, iterum iterumque in utrem inſcendere conarentur.

19. Id. Cod. μετεώρους.

22. Id. Cod. τύχης φύσημα.

23. Fortunam, faſtum, ambitionem, ſuperbiam uno veluti nomine comprehendit, quod ex uno eodemque fonte humanae levitatis eſſe derivata conſideret.

26. Ex ſuperbia enim invidia ſeipſam exedens, atque corrodens. Piſidae ſenſum aperit Statius *Silv.* V. 132:

Quiſnam impacata conſanguinitate ligavit
Fortunam, invidiamque Deus? quis iuſſit iniquas
Aeternum bellare deas?

29. Vid. *Hexaëm. v.* 1707.

30. Piceum enſem opinor dixit, ut arboris piceae fragilitatem oſtenderet, quae cum facile findatur, minus eſt apta ad feriendum.

33. Id. Cod. εἰ βάλλει μέγα, & deinde ſequitur verſus ἐν τῷ ἑαυτοῦ &c., quod ſane melius.

34. Sergii pietatem de more laudat, de quo plura in principio, & fine Hexaëmeri.

41. Sexdecim ſequentes verſus habentur etiam inter Carmina iambica S. Gregorii Nazianzeni *tom.* II. *pag.* 179. Verum falſo eos eſſe tributos Gregorio nihil ambigo dicere; quamvis ex monito, quod *ibid.* legitur *pag.* 174. colligatur fuiſſe excerptos ex quodam Graeco Codice Reginae matris, qui Gregorii nomen praeferebat. Patet enim hoſce verſiculos hic eſſe omnino neceſſarios, ac veluti quoddam membrum ſuo haerere corpori; magiſque ad Piſidae, quam ad Gregorii ſtilum accedere quivis facile confitebitur. Quis autem credat Piſidam ſexdecim integros verſus ex Gregorio corraſiſſe? Equidem, ſi coniecturae datur locus, non memoratos tantum verſiculos Piſidae vindicandos cenſeo, ſed alios etiam ex iis, qui inter Carmina iambica Gregorii leguntur, eidem Piſidae adſcribi poſſe ſuſpicor. Siquid enim digito callemus & aure, & ex ſtili, metrique differentia licet iudicare, quae Carmina iambica Gregorii dicuntur, diverſorum Poëtarum ſunt disiecta membra, Monachi forſan alicuius ſtudio in unum corpus colligata, & in ſuperius laudatum Codicem ἀτέχνως relata. Ac ſi quis petat, qui ſint iambi ex Gregorianis, quos Piſidae adiudicandos rear, dicam ſane non impudenter, nec ita tamen ut rem definiam, eos eſſe, qui inſcribuntur, περὶ πόθου, περὶ θανάτου φιλουμένων,

μένον, & περὶ φίλον τῇ μὴ καλῶν. Conjecturam proponimus, aliorum eſto iudicium.

49. Id. Cod. δόξαν νόθον.

50. Id. Cod. καὶ μένει κάτω.

51. Id. Cod. ἁρμόσει. Vid. *Hexaëm. v.* 1428., *& ſeqq.*, & S. Athanaſium Orat. contra Gentes *pag.* 39., *& ſeqq.*, qui de Verbo res omnes nutu ſuo vertente, ac movente diſertiſſime agit.

55. Tragoedias agere in nugis idem ac inſanire. Vide Eraſmum *Adag. pag.* 660., *&* 759.

58. Ἵππους ἀνθρωπομόρφους *equos viriformes* Centauros vocat, & ἄνδρα ταυροπρόσωπον *virum tauriformem* Minotaurum intelligit. De hiſce fabulis vide Palephatum, & Heraclidem *de incredib. inter opuſc. myth. Graeca.*

62. Recte Piſida ἀποκρύφους λόγους *ſermones reconditos* vocat fabulas, quae niſi explicentur, riſum ſane movebunt: ſed ſenſu allegorico acceptas non eſſe contemnendas videtur adſerere. Ita plane fabulis quibuſdam pueros erudiendos eſſe monuit Plato; atque idipſum in more fuiſſe apud Hebraeos ante Platonem teſtatus eſt Euſebius *Praep. Evang.* XII. 5. 6. Quae autem fabularum ſecundum Platonem eſſet utilitas, breviter docuit Maximus Tyrius *Diſſert.* XXIX. Πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐ καθορωμένων σαφῶς, εὐχυμονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος. *Eorum enim, quae ob imbecillitatem ſuam humana intueri perſpicue nequit natura, ſpecioſior interpres eſt fabula.*

63. Id. Cod. μεθαρμόσει.

66. Id. Cod. εἶχε λοιπόν.

67. Quam belle haec fabula conveniat cum doctrina Platonica circa unionem animae, & corporis, in qua perficienda multum ſollicitos facit ſuos Deos minores Plato, conſtat ex *Timaeo p.* 69., *&* 70. Sed Maximus Tyrius *in fin. Diſſert.* XXXIV. apertius rem ipſam tradidit: cum enim de Theſſalis Centauris loquutus eſſet, Εὖγε, exclamat, ὦ ποιηταὶ, καὶ ποιητῶν παῖδες, πατέρες παλαιᾶς καὶ γενναίας μούσης, ὡς ἐναργῶς ἄρα ἡμῖν τὸν πρὸς ἡδονὰς δεσμὸν ἐπεδείξατε.... Τοῦτο οἱ Κένταυροι, τοῦτο αἱ Γοργόνες, τοῦτο αἱ Χίμαιραι, ὁ Γηρυόνης, ὁ Κέρκωψ. *Euge poetae, poetarumque filii, antiquae generoſaeque Muſae primi parentes, quam manifeſte nobis illud, quod nos voluptatibus coniungit, oſtenditis vinculum.... Hoc ſibi Centauri volunt, hoc Gorgones, hoc Chimaerae, hoc Geriones, hoc Cercops.*

72. Ventrem cupiditatum ſedem Plato *ibid.* praeſepi comparat: Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς.... τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν, καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ.... καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον. *Eam vero animae partem, quae eſculenta, & poculenta cupit.... eam inter praecordia, & eum terminum, qui ad umbilicum eſt, collocarunt, veluti praeſepe in omni loco.... ipſamque ibidem, veluti ferum animal, illigarunt.*

73. Confer Danielis prophetiam de Nabuchodonoſore in bovem converſo c. 4. 22. *Cum beſtiis, feriſque erit habitatio tua, & foenum, ut bos, comedes:* & *Pſal.* 48. 12. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*

74. Id. Cod. melius ἀντίστρεψεν.

75. Δεσμὸς eſt unio corporis, & animae, vel potius partis animalis cum rationali. Piſida *Hexaëm. v.* 1431., *&* 1439. animam vocat σφῆνα *cuneum*, qua vita humana retinetur.

76. Piſida aperte alludit ad fabulam Minotauri, quem labyrintho fuiſſe incluſum veteres tradiderunt. Virgilius *Aen.* VI. 27. *Hic labor ille domus, & inextricabilis error.* Vide etiam Ovid. *Metam.* VIII. 161. Poſt unionem animae cum corpore duplicem ait Plato *Tim. pag.* 42., *&* 86. extitiſſe vivendi modum; qui enim rationem ſequantur ducem, bonam, qui vero cupiditatum impetum, malam vitam vivere adfirmabat: & eam fuiſſe humanarum cupiditatum perturbationem, & intemperiem, ut orta inde ſit illa ἀταξία, quae vitam, ut ait Piſida, labyrintho ſimilem faciat. Vide *Hexaëm. v.* 757., *&* 796.

78. Animae, & corporis diſſidium indicat: *Caro enim*, ut Apoſtolus ait *Gal.* V. 17., *concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adverſus carnem: haec enim ſibi invicem adverſantur.* Similia in *Hexaëm. v.* 825.

80. Poëta videtur voluiſſe conferre fabellam Minotauri cum tranſmutatione Nabuchodonoſoris, qui poſt ſibi inflictam poenam reſipuit. Daniel 4. 31. *Et ſenſus meus redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi: quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna.*

86. Lege cum Cod. Vat. ἐνδιαθέρου. *Pſal.* 102. 15. *Homo ſicut foenum dies eius, tamquam flos agri ſic efflorebit.* S. Iohan. Chryſoſt. *de ſuperbia, & inani gloria tom.* XII. *pag.* 539. Τίνος ἕνεκα μέγα φρονεῖς, ἄνθρωπε, καὶ διὰ τί;... γῆ καὶ σποδὸς εἶ, τέφρα καὶ κόνις, καπνὸς καὶ σκιὰ, χόρτος καὶ ἄνθος χόρτου. *Cuius cauſſa altum ſapis, o homo, propter quid?... terra & cinis es: cinis & pulvis, fumus & umbra, herba & flos herbae.*

89. Haec, & quae ſequuntur circa humanam vitam ſcenae comparatam, confer cum ſupra laudatis Patribus. Confer Maximum Tyrium *in fine Diſſert.* XVII.

91. Vid. *Hexaëm. v.* 787.

92. Pantomimos, moriones, ſanniones intelligit, qui geſticulantes in theatris quaſcumque perſonas repraeſentabant. Cicero *de Orat.* 2. *Quid poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt? ſed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipſo.*

93. Scurrae, mimi, & cetera huiuſmodi propudia γελοιασταὶ, & γελωτοποιοὶ olim dicti, quod omnia dicere, & fingere ſibi licere putarent, dummodo riſum ſpectatoribus cierent.

99. Id. Cod. μὴ λαβὼν, quod non placet. De pantomimis enim agitur, qui manuum, oris, & pe-

& pedum motione omnia taciti exprimebant. Huiuſmodi geſtus ſcite deſcripſit vetus Poëta:

Tot linguae quot membra viro: mirabilis eſt ars,
Quae facit articulos, ore ſilente, loqui.

102. Dupliciter ſtultos vocat ſcenaticos homines; vel quia, ut mox dicit, ſint ficti ſophiſtae, & fatui quidam oratores, utpote qui ſignis, & geſtis tantummodo res exprimere conentur; vel quia nihil ſciunt, & tamen omnia ſe ſcire fingunt: quod ex Platonis ſententia eſt maximum peccatum, aut maxima eſt ignorantia, ex qua omnia peccata fluunt. *Alcib.* I. *pag.* 117. Τίνες οὖν οἱ ἁμαρτάνοντες; ... ἢ ἄλλοι λείπονται, ἢ οἱ μὴ εἰδότες, οἰόμενοι δ' εἰδέναι; *Quinam ſunt igitur illi, qui peccant? .... an alii quam ii, qui cum ignorent, ſe tamen ſcire opinantur?*

103. Confer S. Baſilium *Serm. de virt., & vit. pag.* 475. actoribus ſcenicis falſos philoſophos comparantem.

106. Vide Iambos ſuperius relatos ex S. Gregorio Nazianzeno ad verſum 17.

111. Id Cod. ἐκστάσει.

113. Eumdem praeſtat effectum ſuperbia, & diabolus, ideſt peccatum, & parens peccati: nempe ut homines fallat, & per inanes rerum ſpecies ludificet. Confer hos iambos cum iambis *Hexaëm. a verſ.* 769. *ad verſ.* 822. ſibi enim invicem ferunt lucem.

115. In *Hexaëm. v.* 816. dixerat de diabolo:

Θέλγει γὰρ ἡμᾶς, μηδενὸς στερουμένης,
Κάλλος ἑστῶ, μηδενὸς κινουμένου.

Idem paucis expreſſit S. Iohan. Chryſoſt. *de divit., & paupert. tom.* XII. *pag.* 506. Οὐκ ἐννοοῦμεν τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν, ὃς διὰ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα ἡμᾶς ἀφαιρεῖται· καὶ δίδωσι πηλὸν, ἵνα ἁρπάσῃ οὐρανόν· καὶ δείκνυσι σκιὰν, ἵνα ἐκβάλῃ τῆς ἀληθείας· καὶ ἐν ὀνείροις φαντάζει· τοῦτο γὰρ ὁ παρὼν πλοῦτος, ἵνα ἡμέρας γενομένης δείξῃ πάντων πτωχοτέρους. *Non advertimus dolum malum diaboli, qui parvorum obiectu magna nobis adimit: lutum dat, ut caelum rapiat: umbram oſtendit, ut veritate excludat: in ſomniis imagines obiicit: hoc enim ſunt praeſentes divitiae, ut adveniente die, pauperrimos omnium oſtendat.*

118. Vide *Hexaem. v.* 1644.

119. Id. Cod. Καὶ τὰς ἀδήλους. Vid. *Hexaëm. v.* 1650.

124. De ſomniis vide Lucretium, qui *lib.* IV. 815. docet:

Ut nos in fraudem induimus, fruſtremur & ipſi.

Quid Piſida velit dicens ex inſenſili in ſenſilem errorem nos deceptos adduci, conſtat ex *Hexaëm. v.* 771., & 820. Niſi malis cum Cod. Vat. legere pro πλάνην, χάριν, tunc enim idem hic eſt ſenſus, ac ſupra in *verſ.* 115.

127. Verſus plane neceſſarius, quem ex eodem Cod. ſupplevimus. Ἄφωνον *mutum alitem* hic gallum nuncupat, quem in *Hexaëm. verſ.* 1113. μεγιστόφωνον *magnae vocis alitem* dixerat. Scite utrumque; gallus enim cum interdiu ſileat, mane tantum videtur cantare, ut nos ſtertentes, & ſomno ſepultos excitet; & ab inſomniis revocet.

128. Id. Cod. Κλέπτουσι γάρ πως τῶν φιλόγκους αἱ τύχαι.

131. Animi & corporis morbi ſecundum Platonem inde enaſcuntur, quod inter utrumque ξυμμετρία non conſervetur. Haec autem ſymmetria eſt quaedam moderatio, & partium concinna menſura, qua fit, ut *ſingula quaeque locum teneant ſortita decenter*, & ſuum officium expleant. Melius Plato *Tim. pag.* 87., qui Piſidam opportune illuſtrat. Πᾶν δὴ τὸ ἀγαθὸν, καλόν· τὸ δὲ καλὸν, οὐκ ἄμετρον· καὶ ζῶον οὖν τὸ τοιοῦτον ἐσόμενον, ξύμμετρον θετέον ... πρὸς γὰρ ὑγιείας τε καὶ νόσους οὐδεμία ξυμμετρία, καὶ ἀμετρία μείζων ἢ ψυχῆς αὐτῆς πρὸς σῶμα αὐτό. *Omne bonum, pulchrum: pulchrum vero menſura, & modo carere non poteſt. Ideoque animal, quod huiuſmodi futurum eſt, convenienti menſura moderatum eſſe oporteret ... Porro ad bonam, & malam valetudinem, ad virtutes, & vitia, nulla moderatio, vel immoderatio maioris momenti, quam animae ad ipſum corpus eſſe videtur.* Proinde idem Philoſophus temperantiam, quae eſt ipſa moderatio, ſaepe commendat; ac praeſertim in *Gorgia*, & in libris *de Legibus*; quod ea ſit virtutum omnium origo, ipſamque virtutem εὐρυθμίαν, εὐαρμοστίαν, ἁρμονίαν, συμφωνίαν, & μουσικὴν ψυχὴν paſſim appellat.

134. Id. Cod. λύσῃ.

136. Confer haec omnia cum Platone *ibid. pag.* 88. ubi tradit, quae ſit ratio regendi corporis. Vide etiam *lib.* 11. *de Leg. pag.* 673. Cod. Vat. legit φύσῃ, & τὰ μέλη, quod non placet: perit enim allegoria, qua ſpiritum, & corpus una ſimul colligatum lyrae convenienter temperatae Poëta adſimilat. Nos ea de cauſſa βέλη *chordas* vertimus.

137. Quid ſit lyra, de qua Piſida, patet ex adducto *ad verſ.* 131. Platonis teſtimonio. Vide *Hexaëm. v.* 681., ubi corpus σαρκικὴ λύρα vocatur.

139. Id. Cod. τὰ τῶν.

140. Supra *v.* 76. adnotavimus Platonem putaſſe, ex ſola animi cum corpore coniunctione nativam, & hereditariam in nobis exſtitiſſe pravae cupiditatis labem. Piſida recte, ut Chriſtianum decet, ad originale peccatum naturae humanae corruptionem refert.

142. Ἀνὴρ πεπηγμένος eſt vir ſapiens, in ſuo inſtituto firmiter perſiſtens. Hunc Horatius III. *Od.* 3. vocavit

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,

quem res nulla mente quatit ſolida: nam virtus huc illuc agi *arbitrio popularis aurae* non patitur, ſed ut Claudianus *Carm.* XVII. 4. cecinit:

Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animoſa ſuis, immotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.

146. Deeſt hic verſus in eod. Cod., quem plane ſupervacaneum iudicamus.

149. Etiam hic verſus eſt περιττὸς, nec in eodem Cod. reperitur.

151. Schoe-

151. Schoenobatas, vel funambulos, quales noſtris etiam temporibus lucri gratia per orbem vagantur, ex ſculptis veterum gemmis expreſſit Mercurialis *de art. Gymnaſt.* III. 5. Manilius autem cum Piſida conveniens ita deſcripſit V. 652.

. . . . aut tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponit veſtigia funes,
Et caeli meditatus iter faſtigia perdit
Per vacuum, & pendens populum ſuſpendit ab ipſo.

153. Credibile eſt iis, qui ſchoenobaticam exercebant, ſaepius accidiſſe, ut caderent, collumque frangerent. Proinde in Iulio Capitolino *Vit. M. Antonini pag.* 339. legimus; *Funambulis poſt puerum lapſum culcitras ſubiici iuſſit, unde hodieque rete praetenditur.*

154. Humilitatem tacitus commendat, de qua plura infra.

156. Id. Cod. melius ἀνωθερεῦται. De Perſeo, qui Gorgonas occidit, Meduſae caput amputavit, Andromedam Virginem ſcopulo illigatam, cete interfecto, liberavit, vide Ovidium *Metam.* IV., & Mythologos, qui huius fabulae ſenſum ad mores accommodant. Natalis Comes mire cum Piſida conſentit.

157. Id. Cod. τὰς διπροσώπους, quod non placet: nemo enim tradit bifrontes fuiſſe Gorgonas.

158. Ovidius *Met.* IV. 778. Gorgonum domos deſcribens:

. . . . paſſimque per agros
Perque vias vidiſſe hominum ſimulacra, ferarumque,
In ſilicem ex ipſis viſa converſa Meduſa.

160. Lege cum eod. Cod. τεθραμμένας.

163. Vid. *Hexaëm. v.* 633.

165. Plato in *Tim. pag.* 72. prudentiae vim deſcribens ait: Ἀλλ᾽ εὖ καὶ πάλαι λέγεται· τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ, καὶ ἑαυτὸν, σώφρονι μόνῳ προσήκειν. *Sed recte antiquo proverbio pronunciatum eſt; ſeipſum, & quae ſibi conveniunt; noſcere, & facere, ad ſobrium, & prudentem hominem pertinent.* S. Iohan. Chryſoſt. *Hom. de humil. animi tom.* XII. *pag.* 480. Ἀναλόγισαι τὴν φύσιν σου, καὶ τὴν κατασκευὴν, καὶ ἀρκεῖ σοι τοῦτο πρὸς τὸ καταστέλλεσθαι διηνεκῶς. *Reputa tecum naturam tuam, & fabricam, & ſufficit tibi iſtud, ut perpetuo te in officio contineas.*

166. Morellio hic verſus lacunae ſuſpicionem movit. Ego nihil deeſſe puto. Hoc ipſum enim, quod homo ſit parvus mundus ex ſententia Platonis dictum eſt, qui humanam prudentiam in ſui cognitione ſitam eſſe cenſet, ut paſſim in libris de Legibus. De homine vero μικροκόσμῳ *Tim. pag.* 69. ſic locutus eſt: Ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῶον ἓν, ζῶα ἔχον ἅπαντα ἐν αὐτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε. *Sed haec omnia primum in ordinem compoſuit* opifex Deus, *deinde ex his hoc univerſum conſtituit, Animal videlicet unum, quod omnia in ſe animantia complectetur, & mortalia, & immortalia.* Ac S. Gregorius Nazianzenus *Carm. Iamb.* XVIII. 116. magnum etiam mundum hominem appellavit, eo quod praeterea, quae in ſenſibili mundo conſpiciuntur; etiam rationalem animam in ſe contineat, qua Angelis quam proxime accedit:

Ὃν κόσμον ἄλλον, οἷον ἐν μικρῷ μέγαν.
Quem mundum alterum dixero, *quaſi in parvo*
magnum.

Quam ſuam opinionem S. Theologus confirmat, atque explanat in *Orat.* XLII. *pag.* 680.

167. S. Iohan. Chryſoſt. loc. cit. Οὗτος γὰρ μάλιστα οἶδεν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων. *Hic enim maxime ſe novit, qui nihil ſe eſſe putat.*

169. Id. Cod. φέρει δέ. Confer hos iambos cum iambis *Hexaëm.* 786., *& ſeqq.*

171. Pulcherrima ſententia, quam omnes Patres illuſtrant, ac praeſertim S. Iohannes Chryſoſt. *de manſuet. tom.* XII. *pag.* 425., necnon S. Baſilius *de patientia, & longanim. tom.* III. *p.* 549., qui ex veterum Philoſophorum exemplis convicia fortiter eſſe ferenda demonſtrat. Beati enim ſunt ii, qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

175. Elegans ſaltatricis deſcriptio, quam Panaretam pantomimam eſſe dixeris ab Ariſtaeneto in epiſt. XXVI. ita laudatam; Ὀνομάσω ῥήτορα, προσείπω ζωγράφον; καὶ πράγματα γράφεις, καὶ λόγους παντοδαποὺς ὑποκρίνῃ· καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχεις εἰκών· ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης, χειρὶ πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη· καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς ἄλλοτε πρὸς ἄλλο μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς πρὸς τὴν εὔμουσον τῶν ὑποχρημάτων ᾠδήν· ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος, καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ᾄδουσιν ἐμμελῶς, καὶ τὰς χεῖρας κινεῖ, καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ· ἔπειτα συγκαθήμενοι διηγεῖται καθ᾽ ἕκαστον ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς· καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ᾽ ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. *Oratorem te dicam, an pictorem? & res pingis, & ſermones omnimodos repraeſentas, & naturae totius refers imaginem: pro coloribus ſiquidem & lingua, manu multiformi, variiſque motibus uteris; ac veluti Proteus e Pharo varias te in ſpecies vertis iuxta ſonorum canticorum melos. Populus interea rectus, ac mirabundus adſtat, & voces alternas melodice reſpondet, manuſque movet, & veſtem quatit: dein ſedentes ſinguli ſingulis varios artis ſilentiariae motus explicant. Ita quivis e ſpectatoribus prae voluptate pantomimus fieri enititur &c.* Varia ſaltationum genera Bulengerus *de Theatro* I. 52., & Mercurialis *de art. Gymnaſt.* II. 6. Turpem ſaltationem hic indicat Piſida, qualis erat Ionica, de qua Horatius III. *Od.* 6.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus &c.

176. Pro χειροτονίοις forſan legendum χειρονομίοις: nam χειρονομία vocabatur ars illa, iuxta quam certis legibus manus, & pedes inter ſaltandum movebantur: unde Euſtathius dixit ὀρχεῖσθαι χερσὶ, χειρονομεῖν σκέλεσι, *ſaltare manibus, geſtum agere cruribus.*

182. Id. Cod. pro θέλουσα legit σπεύδουσα. Similia habet Nonnius *lib.* II. *Dionyſiac.*

. . . . ἀρχομένῳ δὲ
Ὄμματα μοῦνον ἔθελγεν, ὅτι προφάδεσσιν ἐρωῆς
Ὀρχη-

Ὀρχηστὴς πολύκυκλος ἐδίνευε λαιλαπι ταρσῶν
Νεύματα μῦθον ἔχων, παλάμην στόμα, δάκτυλα φωνήν.
Populo congregato ſolos oculos demulcebat, quando volubili impetu ſaltator multos orbes conficiens agitabatur celeri planta, habens nutum pro ſermone, manum pro ore, digitos pro voce.

185. Quae de variis hominum ſtudiis tradit Piſida, ſecundum Evangelicam doctrinam dicta ſunt: ea tamen a placitis veterum Philoſophorum parum ſane diſcrepant: ut ex ſolo Enchiridio Epicteti intelligere eſt. Proinde Piſidae ſententias aliorum ſententiis confirmare ſupervacaneum ducimus.

191. Leguleios, ac blaterones opinor carpit.

192. Id. Cod. καρδία.

193. Id. Cod. melius: Ἄλλως ἐραςὴς ὁ φρενοβλαβὴς ἴσως.

197. Id. Cod. τῆς τρυφῆς τὸ χεῖρον.

198. Plato *Tim. pag.* 82. Τούτων παρὰ τὴν φύσιν πλεονεξία ... στάσεις καὶ νόσους παρέχει. *Horum praeter naturam exceſſus ... inteſtinam quamdam ſeditionem, & morbos importat*: unde decantatum illud Hippocratis πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, *omne nimium naturae inimicum*.

200. Id. Cod. ὁ βας. *Eccleſ.* 5. 11. *Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat: ſaturitas autem divitis non ſinit eum dormire.*

202. Id. Cod. ἐναςθεῖσα καρδία.

204. Id. Cod. melius ὁ ψυχρὸς ὄγκος, ἢ.

206. Simile eſt illud πᾶσα γῆ πατρίς, *quaevis terra patria*: unde Socrates cuias eſſet interrogatus, κοσμικὸν mundi civem ſe eſſe reſpondit. Vide Eraſmum *Adag. pag.* 481.

207. Id. Cod. melius πρὸς θρήνους, καὶ τοὺς τάφους.

209. Id. Cod. ἀναξίως, & ἀναξίων. *Eccleſ.* 10. 5. *Eſt malum, quod vidi ſub ſole ... poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum. Vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.*

210. Id. Cod. melius, ἐκβοῶντα. Homerus *Il.* V. 785.

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ
Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.
Stentori ſimilis magnanimo, aeream vocem habenti,
Qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta.

211. Id. Cod. οὐ καθάπτεται. Forſan legendum καθάπτονται, *honeſtos viros non tangunt convicia*. Vide *ſupr. v.* 172.

213. Morellius lacunam hic exſiſtere ſuſpicatur: ſed non video ullum eſſe locum ſuſpicioni. Scite enim graculo Poëta comparat impios, qui opes, honores, & quae aliena ſunt, ſibi vindicant, mores autem, qui cuiuſque ſunt proprii, non curant. Vid. Eraſmum Αἰσώπειος κολοιός, ibi enim Pindari citatur locus, ad quem reſpexiſſe videtur Piſida.

215. Id. Cod. τρόπων, quod non placet.

219. Vid. ſimilia in *Hexaëm. v.* 711.

221. *Sap.* 2. 24. *imitantur autem illum*, Diabolum, *qui ſunt ex parte illius*.

225. Id. Cod. φυσῶσα καὶ ςρίζουσα. Similia in *Hexaëm. v.* 570., & in S. Iohanne Chryſoſt. *de proſp., & adverſa fort. tom.* XII. *pag.* 465.

231. Sergium multis pollentem virtutibus, & tamen de ſe humiliter ſentientem commendat. Exinde in humilitatis laudem, & ſuperbiae vituperationem ſe effundit.

233. Id. Cod. Εἰ καὶ φέρῃ.

236. *Iacob.* 4. 6. *Superbis Deus reſiſtit, humilibus dat gratiam*. Omnis enim, ut eſt in *Luc.* 14. 11. *Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur*.

237. Sergii ſermones οὐρανοδρόμους caelum pervadentes vocavit in *Hexaëm. v.* 3.

238. Id. Cod. Ἐναντίος δὲ πᾶς χαμ.

240. Inſperanti mihi contigit, ut in Athenaeo deprehenderem, quod fruſtra in Platone conquiſiveram. Cum enim ibi *lib.* XI. *pag.* 507. de vitiis Platonis ſit ſermo, hoc etiam de eo notatur. Ἦν δὲ ὁ Πλάτων πρὸς τῇ κακοηθείᾳ καὶ φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν, ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδυόμεθα, ἐν διαθήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, ἐν τάφοις, ὡς φησι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι. *Praeter morum, & ingenii pravitatem, cupidior etiam gloriae Plato fuit, qui dixerit*, poſtremam exſuturum ſe gloriae tunicam ſub exitum vitae, *in teſtamento conficiundo, mandandis quae fieri vellet, dum cadaver efferretur, ac exſtruendo ſepulcro, ut teſtatur Dioſcorides in ſuis Commentariis*. Hanc igitur Platonis ſententiam nobis ſervavit primum Dioſcorides, deinde Athenaeus, ac demum Piſida, ad quam illuſtrandam Iſaacus Caſaubonus multis aliorum auctorum teſtimoniis utitur, & hunc ipſum locum Piſidae citat opportune, ſed &, quod minime erat neceſſarium, emendat: nam pro ὡς ἐκ ἀκόμψως ... quod eſt in textu, vult omnino ſcribi ὃν ἐκ ἀκόμψως ... ſed nulla ratio legenti ſuadebit, ut Caſauboni emendationem recipiat. Platonis ſententiam explanat Simplicius *in Epict. cap.* 48. Ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία, διότι τῶν ἄλλων πολλάκις δι' αὐτὴν ἀποδυομένων, αὐτὴ προσέχεται μᾶλλον τῇ ψυχῇ. *Extrema tunica reliquorum affectuum dicitur gloriae cupiditas, propterea quod alios ſaepe exſuens, ipſa magis animo adhaereſcat*. Huc etiam Tacitus reſpexit, cum *Hiſt.* IV. 6. dixit, *Sapientibus cupido gloriae extrema exſuitur*.

241. Id. Cod. συγγράφει.

249. Id. Cod. melius, ὁδὸς γηραιας.

253. Omnia haec, quae de mente aurigae comparata, currumque, ideſt ſpiritum, & corpus, una ſimul coniunctum regente, ait Piſida, ex *Phaedro pag.* 246., & 247. deſumpta ſunt. Conferat qui velit: praeſtat enim hic adhibere teſtem Maximum Tyrium, qui cum Piſida mirifice conſentit, *Diſſert.* XXV. *in fine*: Ἐπιθεὶς τὴν ψυχὴν γηΐνῳ σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, καὶ παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ ἀφῆκε θεῖν· ὁ δὲ ... καὶ ἄρχει τοῦ ἅρματος, καὶ κολάζει τὰς τῶν ἵππων ὁρμάς· οἱ δέ εἰσιν ἀτεχνῶς παντοδαποὶ, ἄλλος ἀλλαχοῦ θεῖν διωρμημένοι ... ὥστε

ἅρμα

ἅρμα ἐζευγμένον παρέδωκε τὸν ἡνίοχον· κἂν μὲν κρατήσῃ αὐτοῦ, κἂν τὴν τῶν δυναστευόντων ἵππων ῥύμην ἔχων φέρεται κ. τ. λ. *Animam mortali corpori* Deus *impoſuit, tamquam aurigam plauſtro, traditiſque aurigae in manum habenis, curſu ſuo ferri permiſit ... illa vero currum regit, & impetum caſtigat equorum. Illi contra in diverſa ruunt, aliuſque alio contendit ... Ita currus in diverſa diſtractus aurigam turbat. Quod ſi equis auriga feratur, nec currus habenas audiat, ibi potentioris equi impetum axis ſequitur &c.* Porro hanc a Piſida doctrinam ex Platone hauſtam ita Cicero paucis explanat *in princ. Tuſc. quaeſt. 1. Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, ideſt rationem in capite, ſicut in arce poſuit, & duas partes ſeparare voluit, iram, & cupiditatem, quas locis diſcluſit; iram in pectore; cupiditatem ſubter praecordia locavit.*

260. Rationem *διφροσάτην aurigam* recte appellat: *δίφρος* enim eſt ſella, a qua bigas moderatur auriga; bini autem equi, a quibus trahitur currus, ſunt ira, & concupiſcentia. Utramque regit, & flagello exterret ratio, ſed ſuperbiam, vel *φιλαυτίαν*, quae omnium animi perturbationum mater eſt, ipſa ratio nequit coërcere.

261. Id. Cod. *μέσον δὲ τούτων*.

Morellium ſecuti Poëmatio adiunximus verba *λείπει τἆλλα*, quaſi aliquid in fine deſideraretur; verum nec in Codice Vat., neque in Pariſienſi ea verba leguntur, ac nihil hic deeſſe noſtra plane eſt ſententia.

FRIDERICI MORELLII SCHOLIA AD POEMATION DE VANITATE VITAE.

Verſ. 13. GAlenus in *Exhort. ad artes*.

59. *Tauri*. Ovidius *Metam.* 8. 14.

70. *Rationis uſu*. In eos, qui Dei imaginem, & rationis dignitatem, quam in ſe gerunt, oblitterant. Vid. Opificium mundi.

110. Baſilius *de humil.*, & Gregorius Naz. *Tetr.* 53., Plato *Politic.* 9., Cicero 1. *de Divinat.*

165. Verſus incluſus lacunae ſuſpicionem affert.

193. *Cruentum iurgium*. Eadem figura *ſanguineas rixas* dixit Horat. *lib.* 1. *Od.* 27.

201. *Iactura*. Simile eſt illud Comici: *pecuniam negligere in loco, lucrum eſt*.

203. *Videmus*, vel *videmus dum gradu indignos ſuo*.

209. De Stentore Homerus *Iliad.*, a quo proverbium *Stentorea vox*.

213. In Graecis eſt lacunae, aut mendi ſuſpicio.

250. D. Hieronymus in epiſt. Fabiolae, *Difficilius*, ait, *arrogantia, quam auro caremus, & gemmis*.

FRIDERICI MORELLII FRID. F.

EPISTOLA GRAECA

AD GUILELMUM S. R. E. CARDINALEM SIRLETUM

In qua rationem reddit editionis ſuae Carminum Piſidae, & quid de Sirleto ſentiret profitetur; addita eius verſione latina.

ΤΩ ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΩ ΚΑΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΙ

ΓΙΛΕΡΜΩ ΤΩ ΣΙΡΛΗΤΩ

Φιδέριχος ὁ Μορέλλιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ἈΝαξάγορας ὁ Κλαζομένιος, ὃς πρῶτος Ἑλλήνων [illegible]

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO CARDINALI

GUILELMO SIRLETO

Fridericus Morellius in Domino ſalutem.

ANaxagoras Clazomenius, qui, ut fertur, primus inter Graecos mentem mundi cauſſam exſtitiſſe affirmavit, cum quidam (o ſacrum, & Deo carum caput) ab eo petiiſſet, cuius rei cauſſa ipſe natus eſſet, ad ſolis, & lunae, & caeli contemplationem ſe eſſe factum reſpondit. Quod quidem non ſatis recte videtur convenire. Non enim homo ad caelum, ſolemque contemplandum factus eſt; ſed contra idem ſol, & luna, & ſtellae, & quaecumque complectitur caelum, ut homini lucem, & opem ferant, ab huius univerſi creatore, & patre facta ſunt. Verum quoniam haec caeleſtia lumina mortale genus ad rerum omnium conditoris cognitionem potiſſimum adducunt, ſuaviſſima iſthaec, atque utiliſſima caeleſtis contemplatio ubique non eſt contemnenda: quinimmo maximam quicumque mundum inhabitant, caeleſtis patriae curam ſuſcipere debent, quod quidem laudatus philoſophus inſinuat. Enimvero Deum eſſe, atque exſiſtere, caelum ipſum, totuſque mundus nos edocet, & ſuadet, ut tamquam filius de patre, & tamquam opus de artifice nos monet. Nonne igitur rationi, & pietati magis conſentaneum ſit dicere, non aliam ob cauſſam nos ad hanc lucem eſſe pertractos, quam ut rerum omnium auctorem, & ſupremum regem Deum cognoſcamus, veneremurque, & iugiter, indeſinenterque celebremus? Cur enim rectum, & in caelum ſuſpiciens nobis datum eſt caput, & vox articulata, & lingua ad loquendum expedita, niſi ut tot bonorum largitorem, datoremque perpetuo glorificemus? At vero cum haec ipſa Dei cognitio, & glorificatio ineffabili quadam voluptate, & gaudio ex ſe perfundit animum: eiuſdem autem divinae cognitionis, quae quidem eſt Chriſtiano cuique convenientior ſcientia, natura ſemper ergo exſtiterim amator maximus; forte fortuna, vel ut melius dicam, Deo favente, illud mihi obtigit, ut in hunc Georgium Piſidam, Poetam plane piiſſimum inciderem, qui magnae Eccleſiae Conſtantinopolitanae Diaconus ſub Sergio Patriarcha quondam fuit. Siquidem ille quanta ſapientia mundus factus eſt, & quanta venuſtate conſtet videtur commendare, ac propemodum a terra in altum elatus per aërem ſpatiari, inferiora terrae, & ſuperiora caeli, iuxta Thebanum, ſedulo inveſtigans, unaque ſimul parva cum

[illegible]

cum magis contemplans. Quo de re quemadmodum Homerici cantores ab Ioue principium ducunt; ita ego meorum ſtudiorum primum hoc ieci fundamentum, operamque meam collocavi in hoc celebri de opificio Dei poemate exornando, quod ego a deſideratiſſimo Patre meo Frederico, litterarum ſtudioſo, & laboris amatore, ac prae aliis Dei amantiſſimo, laetiſſimus accepi; cuique tale donum quidam amicus Graecus, ſcribendi peritia inſignis obtulit. Itaque omni alia re poſtpoſita eam ſtatim in me ſuſcepi curam, ut philoſophicum illud, & minime fabuloſum poëma, ſeruata metri ratione, Latinum redderem, in gratiam eorum, qui rebus huiuſmodi delectantur, nec dum in graecis litteris ſatis ſunt exercitati. Iam vero cum haſce meas elucubrationes in promptu haberem, & breui eſſem editurus in lucem, nec tamen vellem uni tantum exemplari confidere, & alia quaedam undequaque comparare ſtuderem, ecce Iohannes a Sancto Andrea, vir doctiſſimus, & piiſſimus, quoddam valde antiquum, nec ſane contemnendum exemplar, in quo Piſidae iambi legebantur, mihi dedit opportune; cuius ope meae interpretationi multum perſpicuitatis acceſſit. Ac multas ſane gratias eidem Sanctandreano, quod mihi tam liberaliter ſuae locupletiſſimae Bibliothecae libros communicaverit, me habere ſentio; maximas autem, quod in tui cognitionem fortunatus venerim, & in animo meo tui imaginem imprimere mihi licuerit: imaginem non dico plane corporis, cum te numquam viderim, ſed interioris hominis venuſtatem intelligo, videlicet pietatem in Deum, & probitatem, ſermonum ſuorum vim, ac varietatem, omneſque illas, ut paucis me expediam, mentis, & cordis virtutes, quarum tu iamdiu exemplum factus es omnibus, qui honeſtatem ſequi cupiunt: id quod ab eodem viro praeter omnes fide digniſſimo non ſemel audivi. Idipſum autem ultra id, quod dici poſſit, dulce mihi fuit, ex iis, quas ad me dedit tibi cariſſimus, diſertiſſimuſque M. Antonius Muretus, litteris apertiſſime cognoſcere. Cui ſane immortales gratias profiteor, tum quia talem adiutorem invenerim, ut eius ope in conſpectum intelligentiae tuae venirem, quod ego bonum mihi aliis praetulerim: tum quia idem, tamquam prudentiſſimus Mentor, auctor mihi fuerit, ut bilinguem Piſidae Coſmopoeian, veluti quoddam amoris in te mei monumentum, animi tui celſitudini offerrem, atque evulgarem. Parvum quidem donum, ſed cui ſua ineſt gratia. Iambico enim metro Piſida, veluti quodam curru adhibito, ſublimem illum totius univerſi ornatum, & pompam, operumque Dei pulchritudinem, per poëticos lepores, & gratias, humanis mentibus reddidit manifeſtam. Siquidem ille ſacrum cantorem Davidem imitatus eſt, qui melorum ſuavitatem dogmatibus immiſcere voluit, ut dum molli vocum iucunditate demulcentur aures, ſermonum utilitatem clam, ſenſimque animus percipiat. Atque aliud etiam eiuſdem Iambographi poematium, quod eſt de vanitate vitae, modicum quidem, & ut mihi videtur Hexaëmeri, ſive Coſmopoeiae fragmentum, adiecimus, tamquam utile praeſidium multis, & remedium contra vanitatem, & ſtultitiam ſuperbiae, quae multorum malorum mater eſt, quamque pleriſque e ſummorum ſapientium numero comitantur; quas quidem tibi, cuius plane mirabilis eſt modeſtia, & animi demiſſio, odio eſſe maxime cognovimus: eſſe enim, non videri vis bonus. Hunc igitur Dei amantem, itemque utilis ſectatorem Poëtam, ſi nunc vere reviviſcat, gaviſurum cenſeo, quod ſuae mentis ſibi feliciter ſervari, in Sacerdotum ſapientia, & doctrina praeſtantiſſimo, & in orthodoxa fide, quo nihil pretioſius cuiquam eſſe debet, firmiſſimo praeſidio muniantur, atque commendentur. Neque ſane mea me fallet opinio: quandoquidem talem nactus eſt patronum, numquam alterius opis contra cenſorum invidiam indigebit. Quin potius bonam ſpem animo concipiet fore, ut aliae quoque ſuorum laborum reliquiae, te quidem curante, ac Deo permittente, in lucem proferantur. Unum mihi deprecandum ſupereſt, ut alacri, & benevolo animo excipias haec meae in te obſequentiſſimae voluntatis teſtimonia: tibi vero illud ſaepe contingat, ut publico bono Eccleſiae magnalia Dei omnipotentis conglorificentur. Vivas fortiter, & feliciter, o Sirlete, vir prorſus admirabilis, & Deo cariſſime. E Pariſiorum Metropoli die III. Menſis Maimacterionis, ſive Octobris, anno ab Incarnatione octogeſimo quarto ſupra milleſimum, & quingenteſimum.

KATA

ΚΑΤΑ ΣΕΥΗΡΟΥ

CONTRA SEVERUM.

MONITUM.

SEVERUS, quem hic aperte ſuis Iambis laceſſit Piſida, & merito impium ſtatim appellat, Sozapoli, una ex urbibus provinciae Piſidiae, natus eſt. Eius vita ſcripta circumferebatur tempore Evagrii, qui ex ea videtur deſumpſiſſe, quae de Severo narrat: ait enim *Hiſt. Eccl. lib. III. cap.* 33. ὡς τὰ ἀεὶ τίνος τοῦ συγγράψαντος τὸν Σεβήρου βίον διέξεισιν, *ut pluribus refert, qui Severi vitam conſcripſit*. Nunc autem ex eodem Evagrio, ex Liberati Diaconi Breviario *cap.* 19. ex Nicephori Hiſtoria *lib. XVI. cap.* 19., & ex actis Concilii CP. ſub Menna, ne recentiores Scriptores memorem, quod ad Severum ſpectat petendum eſt. Vir fuit animo ferox, vafer ingenio, perditis moribus praeditus, & ad omne ſcelus patrandum natura, & arte inſtructus. In Ethnicorum ritibus, ut videtur, altus, atque educatus, veneficiis, praeſtigiis, & magicis artibus operam primum dedit, tum Beryti cauſis dicundis vacavit, ac poſt in Phoeniciam delatus ſacrum baptiſma in Eccleſia Tripolitana Martyri Leontio dicata ſuſcepit, & Monachus factus eſt in Monaſterio, quod inter civitatem Gazam, & oppidum Maiuman in medio itineris poſitum erat. Ibi cum Petro Ibero, & Timotheo Aeluro inita amicitia, unam in Chriſto naturam aperte, & palam profeſſus eſt, contra Abbatem Monaſterii Nephalium, a quo una cum iis, qui eius opinioni adhaerebant, eiectus eſt. At Severus ad Anaſtaſium Imperatorem Eutychianorum patronum cum Monachis a Nephalio expulſis confugit, cuius favore, & voluntate ſedem Theopolitanam, vel Antiochenam, a qua Flavianus per ſcelus exturbatus fuerat, ex Monacho Epiſcopus factus anno 513. occupavit. Tum vero turbae exortae maximae, eo quia Epiſcopi Orthodoxi eius Synodicas litteras, in quibus expreſſis verbis, ac multum impudenter Concilium Chalcedonenſe damnaverat, recipere noluerunt, ipſumque tamquam indignum, qui tantam ſedem impleret, anathemate confixerunt, & libello abdicationis per Aurelianum Epiphaniae Diaconum miſſo, ab Anthiocheno throno excidiſſe nunciarunt. Severus autem criminum ſocio aſſumpto Petro Ibero, ab Eccleſia Apameae, quam occupaverat, Apamenſi dicto, per vim dignitatem ſuam ſtudens retinere, vinculis, carceribus, & morti tradidit quotquot ſibi non faventes agnovit. Praeſtat ex libellis Monachorum, & Epiſcoporum ſecundae Syriae, inter acta Concilii CP. ſub Menna relatis, repetere impia Severi facta, facinora horrenda, & immenſa mala in Eccleſiis, & Monaſteriis patrata; non enim omnia nos recenſere anguſtiae loci patiuntur. Interea mortuo Anaſtaſio Iuſtinus Imperator Severo linguam, qua ſaepe Deum blaſphemaverat, praecidi iuſſit, ſed meritam ille poenam fuga vitavit. Clam enim noctu evadens Seleuciam venit, & nave conſcenſa Alexandriam ſe contulit, ad quam civitatem etiam Iulianus Halicarnaſſeus, eadem de cauſſa ab Epiſcopali ſede, Iuſtino iubente, pulſus, confugerat. His autem Alexandriae degentibus orta eſt diſputatio, *Corpus ne Chriſti corruptibile, an incorruptibile* dici oporteret. Cum autem Severus *corruptibile*, Iulianus *incorruptibile* affirmaret, diſſidia inter eos primum facta ſunt, ac deinde novae haereſes in Aegypto natae; nam Alexandrinis inter ſe diviſis, & aliis aliam ſententiam tuentibus, tum demum *Corrupticolae*, qui cum Severo, qui autem cum Iuliano ſentiebant, *Phantaſiaſtae* ſunt appellati. At Severus, cum e vivis deceſſiſſet Iuſtinus, & Iuſtinianus Imp. eſſet factus, ſpem animo ſtatim concepit fore, ut auctoritate, & potentia Theodorae Auguſtae, ſedi Antiochenae reſtitueretur. Ac tum primum ad Theodoram ipſam, & Iuſtinianum epiſtolas ſcripſit, poſtea vero CPolim ſe contulit, ubi Anthimo Patriarchae, qui eiuſdem erat ſententiae, ſe adiunxit, eumque hortatus eſt, ut ſede carere mallet, quam Chalcedonenſi Synodo ſubſcribere. Verum malae artes, quibus Severus, eiuſque fautores nitebantur, Deo volente penitus conciderunt, nam Anthimus quidem ab Agapeto Pontifice ſanctiſſimo depoſitus eſt, eiuſque ſucceſſor Mennas indicto in urbe regia Concilio Anthimum ipſum cum Severo, Petro Ibero, vel Apamenſi, & Zoara Monacho Syro anno 536. damnavit, quam ſententiam Imp. Iuſtinianus conſtitutione confirmavit. Tum vero ubique locorum contra Severum conclamatum eſt: is autem rurſus in Aegyptum fugere coactus eſt; ubi deliteſcens paucis poſt annis profugus, & obſcurus tandem occubuit. Iuſſerat enim Imperator, ut a regia urbe, aliiſque inſignioribus civitatibus diſcederet, ἀλλ' ἐν ἐρημίᾳ τινὶ ἢ ἡσυχίᾳ καθῆσθαι, ἢ μὴ διαφθείρειν ἑτέρους, μηδὲ εἰς βλασφημίαν αὐτοὺς περιάγειν, *ſed in aliqua ſolitudine, & in ſilentio ſederet, ne corrumperet ceteros, neque eos in blaſphemiam adduceret*.

Haec circa Severi vitam ſtrictim attingere oportebat, ne plura, quae in hoc Poëmatio occurrunt, ſua luce carere quis iure conqueratur. Verum nonnulla alia ſunt eadem de cauſſa diligentius a nobis expendenda. Ac primo quidem qui fuerint errores Severi, & quam ille ſectam conſtituerit, videndum eſt. Duplici ille vitio laborabat apud Orthodoxos: I. Quod Patriarcha Antiochenus factus unam in Chriſto naturam contra Concilii Chalcedonenſis definitionem adſereret, nam ut ait Evagrius, συνοδικαῖς ἐπιστολαῖς γράφων φανῶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζοντα, *in epiſtolis ſuis Synodicis Chalcedonenſem Synodum diſerte anathematizavit*: II. Quod Antiochia pulſus, & Alexandriam delatus docuerit corpus Chriſti ante reſurrectionem fuiſſe φθαρτὸν *corruptibile*; quod quidem recte videbatur affirmare, ſed cum idem unam in Chriſto naturam profiteretur, Divinitatem corruptioni quodammodo obnoxiam faciebat. Vide infra adnotationes ad Poëmat. in Severum *verſ.* 190., 465., *&* 467. Verum in ſententia a Menna in eum lata multorum criminum reus agitur, & in Conſtitutione Iuſtiniani, eum Neſtorii, & Eutychis una ſimul dogmata recepiſſe declaratur, δυοῖν γὰρ ὄντων ἐναντίων ἀλλήλοις δογμάτων . . . αὐτὸς τι παράδοξον παθὼν, ὁμοίως εἰς ἑκάτερον ἐμπέπτωκε, *duobus enim exſiſtentibus dogmatibus ad invicem repugnantibus . . . ipſe paradoxum quid perpeſſus, in utrumque ſimiliter incidit*. Ac Piſida certe, qui Severum, ut Monophyſitam exagitat, ſaepe etiam tamquam Neſtorianum ſugillat, ut videre eſt a *verſ.* 102. ad *verſ.* 129., & apertius in *v.* 210.

> Ἐγὼ δέ σε τοῦ Νεστορίου δογμάτων
> Μύστην ὁρῶ σε, κἂν δοκῇς κεκλεῖσθαι.
> *Ego vero huius* Neſtorii *ſceleſtorum dogmatum*
> *Myſtem te eſſe video, quamvis videaris deliteſcere*.

Itaque quod certum eſt, Monophyſita Severus fuit; cum autem nec ſibi conſtare, neque ſuis diſcipulis certa dogmata tradere valeret, inde factum eſt, ut novas ſemper turbas in Eccleſia moveret, errori errorem adderet, & pro ratione temporis fidem mutaret. Cuius rei teſtimonium adfert Liberatus *cap.* 9. dicens, eum primum nec Zenonis edictum, nec Petrum Moggum ſuſcepiſſe, & paullo poſt Moggo adhaeſiſſe, eiuſque Apocriſiarium CPoli eſſe factum. Hinc Piſida pluribus in locis eum ob ſuam inconſtantiam, & levitatem vexat, & *v.* 336. exclamat:

> Ὦ συγχύσεις ἄγων, καὶ διαιρέσεις φέρων
> Οὐ δογμάτων τοσούτων, ὅσον τῶν σχισμάτων,
> Ζηλοῖς γὰρ ἐν σοὶ μὴ τοσοῦτον συλλέγειν,
> Ὅσον τὰ πλεῖστα συμβαλεῖν, καὶ σκορπίσαι.
> *O confuſiones ciens, & diviſiones ferens*
> *Nec tantum dogmatum, quantum ſchiſmatum!*

Tuum

Tuum enim fuit conſilium, non tantum colligere,
Quantum filios inter ſe committere, & diſpergere.

Siquidem ex Severi ſcnola, & tumultuaria diſciplina tot illae Monophyſitarum ſectae ortae ſunt, de quibus praeter Leontium *de Sectis* agit Timotheus Presbyter CPolitanus in libro *de receptione Haeret. pag.* 400., qui tantam ex uno capite ſententiarum diſſenſionem admiratus merito concludit: [illegible] *quis ergo inter tot ſectas diviſos, ac mutuo ſe anathematizantes non condemnaverit, niſi penitus ſit mente vacuus?* Itaque non ſatis recte feciſſe quidam Scriptores videri poſſint, qui Severum Acephalorum parentem generatim dixerunt; cum Acephali vere fuerint, ut eſt in Timotheo *pag.* 409. [illegible], *qui Zenonis enoticum*, ſive unitivum, *non receperunt, propterea quod in eo non anathematizaretur Sancta Chalcedonenſis Synodus. Dicti ſunt autem Acephali, quia* cum a Petro Moggo diſceſſiſſent, qui tunc temporis ſedem Alexandrinam tenebat, *non habebant epiſcopos.* [illegible] enim, ut videtur, nominari non verebantur, ut ſe nullis Patriarchis, & Metropolitanis, qui [illegible], ut fuſe demonſtrat Binghamus *lib. II. cap.* 18., vocabantur, vel addictos, vel ſubiectos eſſe oſtenderent. Atque haec quidem conveniunt cum iis, quae narrat Liberatus *cap.* 18. At Severus aut ſimulate Acephalis adhaeſit, aut ita adhaeſit, ut illis peiora doceret; nam ut idem Liberatus ait *cap.* 19. *Et unitivum Zenonis*, quod Acephali reiiciebant, *ſuſcepit, & anathematizavit Chalcedonenſe Concilium, & communicare ſe confitebatur Alexandrino, & Conſtantinopolitano* Patriarchis. Igitur non Acephalorum, ſed Severianorum, vel Severitarum ille parens vere dicendus fuit, quo nomine plurium Haereticorum ſectae comprehenduntur, quas Anaſtaſius in *Odego* decem fuiſſe declarat, idcirco Severianorum haereſim [illegible] *decem cornibus inſtructam* ſemper appellans, cui conſentit Timotheus *pag.* 405., qui & ſingulas ſectas enumerat, earumque errores deſcribit. Quippe ex turbido fonte plures deducti ſunt coenoſi rivi quaquaverſus effluentes, & Monophyſiſmi virus nulla certa lege effundentes: unde Piſida Severum arguit opportune *v.* 95:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
Quae haec eſt igitur, Severe, tanta confuſio?
Illud enim in primis puto convenire magiſtro,
Ut diſcipulorum coërceat diſſenſionem.

Verum cum Acephali, qui Eutychiani quidem erant, parabatiſmata, & conventicula per domos paſſim facientes, in eadem abominationis, & iniquitatis ſcelera ſtatim conciderint, quae in Severo damnabantur, ut ea, quae Timotheus narrat de Acephalis, cum iis, quae in ſententiis ab Epiphanio, & Menna contra Severum latis ſcripta leguntur, conferenti patebit; inde opinor factum eſt, ut nomine tantum Acephali a Severianis diſtinguerentur, vere autem Severo, qui Henoticum Zenonis & reſpuere, & adprobare, prout occaſio ferebat, paratus erat, ſe addixerint, & in eius caſtra libenter tranſierint; unde Acephalorum parens, & princeps Severus a pleriſque Scriptoribus non immerito eſt appellatus, Acephalorumque nomen Monophyſitis omnibus factum eſt commune. Ac Severus quidem, tamquam Acephalorum praeſes in libello Monachorum ad Mennam porrecto accuſatus eſt, [illegible], *praeſidens ſuae Acephalorum ſectae, & quod unitivum dicitur non admittens.* Nec Piſida ab hoc videtur diſſentire, cum enim contra Severum, eiuſque aſſeclas ſcribat, Severianos ab Acephalis minime diſtinguit, ait enim *verſ.* 65.

[illegible]
[illegible]

Multae enim ſunt Acephalorum cervices,
Multas habentes ubique diviſiones.

Quod etiam diſertius expreſſit in *v.* 343. ſui temporis Acephalos Severi filios appellans:

[illegible]
O filii Patris, neque dico cetera.

Atque ita ſane totum poemation inſtruit, ut modo ad Severum parentem, modo ad filios ſermonem convertat. Hoc autem ex Severi, & Acephalorum in iiſdem placitis ſtatuendis conſenſione fit manifeſtius. Quamvis enim plura Severi ſcripta interciderint, & ea, quae adhuc exſtant, in Bibliotheca Coïsliniana deliteſcant, ut ex eiuſdem Bibliothecae Catalogo *pag.* 53. colligitur, attamen ex Scriptoribus, qui Severianorum, & Acephalorum dogmata refutarunt, ſatis evincitur, eadem omnium fuiſſe deliramenta, eaſdemque ſententias. Legat qui velit, praeter noſtri Georgii iambos, libros contra Haereticos ab Anaſtaſio Sinaita, a S. Maximo, a Leontio Byzantino, ab Iohanne Damaſceno, a Gelaſio, a Theodoro Abucara, a Ruſtico Diacono, aliiſque conſcriptos; ac nihil omnino inveniet, in quo videantur Severiani ab Acephalis, vel Acephali a Severianis diſſentire. Omnis enim Monophyſitarum familia, ne Iacobitis quidem exceptis, quorum omnium poſt Eutychem, & Dioſcorum Severus maximus patronus fuit, in id unum ſuas vires contulerunt, ut quibus poſſent technis, & fallaciis Concilii Chalcedonenſis auctoritatem labefactarent. Cum autem, ut fit, error errorem pariat, ipſi ſeſe mutuis pugnis, & vulneribus conciderunt, & in varias ſectas, & in varia ſchiſmata diſſecti nomen quidem ſaepe immutarunt, animum autem contra orthodoxos ſemper infenſum ſervaverunt, a Severo magiſtro numquam diſcedentes, qui recte idcirco ab Anaſtaſio in *Odego* apud Gretſerum [illegible], *orcheſtrae iſtius decem cornibus inſtructae princeps, vel Exarchus*; & *pag.* 52. [illegible] *Decurio*, & *pag.* 55. [illegible] *Legislator* appellatur. Quin ut Sophronio Patriarchae Hieroſolymitano viſum eſt, non modo Monophyſitarum, ſed haereticorum omnium errores complexus eſt Severus; quippe damnatis, quotquot ab Eccleſiae incunabulis extiterant, haereticis in ſua Synodica, quae in Synodo VI. lecta fuit, ita ſanctus vir concludit: [illegible] *Cum quibus omnibus, & prae omnibus, & poſt omnes, & ſecundum omnes, & ſuper omnes ſit & Severus anathema, horum ſaeviſſimus diſcipulus, qui prae omnibus Acephalis tam novis, quam veteribus demonſtratus eſt crudeliſſimus tyrannus.*

Sed ad Piſidam veniamus, & qua ratione hoc Poëmation in Severum ſcripſerit videamus. Illud in primis patet ſub Severi nomine ſui temporis Acephalos perſtringere, eodem fere modo quo *Hexaëmeron* contra Proclum, ut videtur, confecit; vere autem ſibi coaevos, & adhuc ſuperſtites haereticos ſuis iambis confixit, ut in Monito ad *Hexaëmeron* fuſius eſt declaratum. Quantum enim Piſidae temporibus Severi ſecta adhuc vigeret, docet S. Maximus ei ſuppar & coaevus, dicens in *epiſt.* 39. *tom. II. pag.* 259. [illegible], *de Severo loquor, qui tanta adverſus veritatem uſus eſt mendacii inſania, & abundantia, ut & hactenus negotium faceſſere Sanctae Dei Eccleſiae, illique incommodare ſufficiat.* Sed in quem Piſida calamum hic ſtringat, facilius detegi poſſe exiſtimo; quandoquidem plura occurrunt, quae vel Paullum Monoculum, vel Athanaſium Syrum, ni fallor deſignant, quibuſcum Heraclius Imperator diſputavit. Quae quidem ut qua ratione facta ſint conſtet, nonnulla circa Monotheliſmi originem iuvabit attingere; in ea enim incidimus tempora, quibus Monophyſiſmus clam, & pedetentim in Monotheliſmum deflexit.

Iam qualis, & quanta fuit Heraclii de rebus Eccleſiaſticis ſollicitudo, & cura, ut ſaepe etiam fidei dogma-

Digitized by (

dogmata pertractare inconſultus voluerit, nemo prorſus ignorat. Teſtis eſt Piſida *v.74.* eum poſt pacem cum Perſis compoſitam ad religionis negotia, & ad ſedandas Eccleſiae turbas mentem, animumque omnino convertiſſe:

> Πρὸς τὰς γραφὰς στραφέντα ἐκ τῶν Βαρβάρων,
> Ὅπως ὁ παύσας ἠρεμεῖν τοὺς Βαρβάρους
> Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἠρεμεῖν τὰς αἱρέσεις.
>
> *Ad ſcripturas converſus eſt a Barbaris,*
> *Ut qui fecisſet quieſcere Barbaros,*
> *Quieſcere cum ipſis ſuaderet haereſes.*

Sed iam autem, vel cum contra Choſroam dimicaret, quoties ei occaſio data eſt, de rebus fidei diſſerere, & cum haereticis in arenam deſcendere non dubitavit; unde Noſter ita *v. 700.* ad eum loquitur:

> Καὶ γὰρ στρατηγῶν οὐ μεθῆκας τοὺς λόγους,
> Καὶ ῥητορεύων οὐκ ἀφῆκας τὸ ξίφος.
>
> *Non enim inter bella valedixiſti ſermonibus,*
> *Nec inter ſermones abieciſti gladium.*

Verum nihil plane melius immodicum, quo Heraclius fervebat, pietatis zelum declarat, quam duplex ille congreſſus, quem de rebus ad fidem pertinentibus habuit, primum cum Paullo Monoculo, & deinde cum Athanaſio Iacobita. Primi congreſſus fidem facit Sergius Patriarcha in celebri epiſtola ad Honorium I. Pontificem, in qua haec leguntur: [illegible] *Cum adverſus Perſis promoviſſet exercitum . . . & ad partes Armeniae provinciae perveniſſet, unus ex principibus impiae partis Severi exſecrabilis, nomine Paullus, in illis locis apparens, ad eius pietatem acceſſit, ſermonem pro ſua errabunda hereſi proferens:* poſt quae, ſubiungit Sergius, Paulli impietate refutata idem Imperator [illegible] *proſtratis eius aſtutiis Sanctae noſtrae Eccleſiae, ut verus eius propugnator, recta atque immaculata e diverſo protulit dogmata; inter quae & unius operationis Chriſti veri Dei noſtri mentionem fecit.* E quibus patet Heraclium, ſtatim ac in Armeniam cum exercitu venit, habuiſſe colloquium. De altero congreſſu teſtis eſt Theophanes *pag. 274.* [illegible] *Hoc anno, cum Imperator adhuc Hierapoli moraretur, Athanaſius Iacobitarum Patriarcha, vir vafer, & pernicioſus, ut ex innata ſibi vafritie ſunt Syri omnes, ad eum acceſſit: motiſque cum Imperatore de fide ſermonibus, ſi modo Synodum Chalcedonenſem vellet admittere, Patriarcham Antiochiae ſe conſtituturum Heraclius promiſit. Is enunciatis in Chriſto naturis duabus, haereſim ad tempus ſimulans, propoſitam Synodum probavit, & recepit. Tum vero de operatione, & voluntate* [illegible] *rem interrogavit: quales adſerere deceat, geminas an unicam? Imperator inuſitata ſibi vocum novitate implicatus Sergio* [illegible] *Epiſcopo ſcribit. Is Cyrum Phaſidos Epiſcopum ad ſe accerſitum interrogat, & in unicam voluntatem, &* [illegible] *riter unicam conſentire reperit &c.* Idem plane referunt Cedrenus, & auctor Miſcellae ex Theophane, idem Zonaras, qui tamen Athanaſii nomen reticet, idem tandem Acta S. Maximi, quae leguntur in principio Operum eiuſdem S. Martyris.

At vero plures circa hoſce geminos Heraclii congreſſus inter doctiſſimos viros ortae ſunt difficultates, aliis quidem Sergii, & Theophanis teſtimonia ut certa probantibus, aliis contra Theophanis narrationem ut interpolatam, & mendoſam reiicientibus. Franciſcus Combefiſius in Hiſt. Monothelitarum, Pagius ad annum 629. *in Baronium*, Baſnagius *Hiſtoire de l' Egliſe pag. 542.*, vel unum tantum ex hiſce colloquiis Heraclianis admittunt, vel utrumque cum Paullo Severiano eſſe habitum ſtatuunt, Athanaſium autem Iacobitarum Patriarcham penitus excludunt. Sed pro Theophane inviĉtiſſime pugnant, & colloquium cum Paullo a colloquio cum Athanaſio diſtinguunt, Iacobus Goarus *in notis* ad eumdem Theophanem, Ioh. Bapt. Tamagninius *in Hiſt. Monothel.*, & Aſſemanius *in Diſſert. de Monophyſitis tom. II. Bibl. Orient.*, & in *Bibl. Iuris Orient. lib. IV. pag. 9. praepoſita*. Ac nos quidem horum iudicio libenter ſubſcribimus, & Pagium nimis confidenter Theophanem damnaſſe declaramus. Quae Pagius, aliique obiiciunt, haec ſunt: I. Quamvis congreſſionem cum Athanaſio ab ea, quam cum Paullo habuit Heraclius, locorum, & temporum circumſtantiae diverſam, pleraque tamen eamdem eſſe oſtendunt. Verum ſi Heraclius anno 622. Theodoſiopoli in Armenia cum Paullo, & anno 630. apud Hierapolim in Euphrateſia cum Athanaſio colloquutus eſt: quonam iure ex eo quod forſan utrobique eadem de re actum eſt, affirmare quis velit, haec in unum eſſe confundenda, cum tanta ſit temporum, locorum, & perſonarum differentia? II. De Athanaſio mentionem non faciunt Scriptores, qui tamen id ſilentio praeterire minime debuiſſent. Eſto Sergium in ſua epiſtola ad Honorium non nominaſſe Athanaſium; at nonne ſatis aperte eum inter ceteros haereticos, quos damnat, nominavit Sophronius in ſua Synodica ab Agathone Notario in Concilio VI. relecta, in qua haec leguntur? [illegible] *anathema, & catathema ſint Athanaſius quoque Syrus, & Apozygarius Anaſtaſius, & qui eorum inconvenientem inconvenientium inconvenienter, & indocte ſuſcipiunt.* III. Male Theophanes [illegible] *perſuaſum* dixit Heraclium, cui Paulli, & Sergii mens de una in Chriſto voluntate, & operatione adſerenda iamdiu erat aperta. Verum hoc ipſum, ut inferius declarabimus, probandum fuit, videlicet Heraclium, tum cum ei obviam factus eſt Athanaſius Syrus, penitus perſpecta habuiſſe, quae animo volvebat Sergius. [illegible] quam Cyrus Phaſidos Epiſcopus Heraclio [illegible] ad Sergium de hac quaeſtione ſcripſit, anno 626. reſpondet; [illegible] non autem 630., ut placet Theophani, contigit alterum colloquium Heraclii, qui quidem tunc in Lazica verſabatur. At nos epiſtolam Cyri anno 626. fuiſſe ſcriptam, & Heraclium cum Cyro eſſe per haec tempora colloquutum in Lazica, non inviti concedimus: inde autem colloquium cum Athanaſio excludi omnino negamus. V. At perperam idem Theophanes narrat Imperatorem Sergii, & Cyri mentem Iohanni Papae datis litteris aperuiſſe; nam ante annum 640. Romanae Eccleſiae Iohannes IV. non praefuit, & ut patet pro Honorio poſitus eſt: quare ſicut Iohannem IV. pro Honorio I., ita etiam Athanaſium Syrum pro Paullo Severiano ſumpſit Theophanes. Fatemur haec non ſatis diſtincte a Theophane narrari, ſed praeterquamquod nihil forſan ſequeretur incommodi, ſi Heraclium, qui ad annum uſque 641. vixit, [illegible] Sergio, & Cyro ad Iohannem ſcripſiſſe dicamus, certum omnino eſt Theophanem, qui a vitio, quo Graeci Scriptores laborant, plane non eſt immunis, [illegible] pluribus conveniunt, ideo ad [illegible] quia noverat Heraclium [illegible], quod de Honorio non conſtat, epiſtolam [illegible], in qua Imperator teſtatus eſt, non ſe, ſed Sergium [illegible] auctorem: quam epiſtolam [illegible] Heraclii refert S. Maximus *in Col-* [illegible] *Principibus in Secretario.* VI. Tandem [illegible] Athanaſium fuiſſe Iacobitarum Patriarcham, cuius [illegible] Auctor Chronici Orientalis, qui Iacobitarum

tarum Patriarcharum Catalogum contexuit. Hanc Pagii difficultatem facile ſolvit Aſſemanius *in Diſſert. de Monophyſiſmo*, dicens in eo Chronico non Syrorum Patriarcharum, ſed Aegyptiorum, vel Alexandrinorum Cophtorum Catalogum texi, recte autem in Catalogo Barſatibaei, & in Chronico Bar-Hebraei Athanaſium Iacobitarum Patriarcham, cognomento Camelarium inveniri, Heraclii Imperatoris aequalem.

Haec in praeſentia curſim, & raptim animadvertiſſe ſufficiat, ne gemini Heracliani cum Paullo, & Athanaſio congreſſus in unum confundantur: qui plane cum tot notis, & indiciis inter ſe differant, miramur Cl. Virum Ioh. Baptiſtam Bartholum *in ſua Apologia pro Honorio I. pag. 7.* Libelli Synodici auctoritatem in medium proferre, ut contrariam ſententiam, tueatur; nihil enim firmi, & certi ex eo libello erui poſſe putamus, quod ſuo loco declarabimus. Nunc autem de ſecundo cum Athanaſio colloquio minus ſolliciti, ita de primo agemus, ut nihil quod lucem aliquam hiſtoriae adferre poſſit, omittamus. Igitur ſtatuimus Heraclium contra Paullum Monoculum de Monophyſiſmo tantum diſputaſſe, ac prorſus nihil, quod Monotheliſmum ſaperet adtigiſſe.

Pauca quidem ſunt, quae de Paullo Monoculo veteres Scriptores tradiderunt. Nihilominus ſatis evidenter ex illis patet, eum in tota Armenia celebrem, Severianorum, vel Acephalorum caput, & principem exſtitiſſe. In epiſtola Sergii ad Honorium, ut ſuperius vidimus, ἕνα τῶν προεστώτων τῆς τοῦ δυσσεβοῦς Σευήρου τοῦ καταράτου μερίδος, *unus ex principibus impiae partis Severi exſecrabilis* vocatur. In altera autem eiuſdem Sergii ad Cyrum epiſtola προηγούμενον τῶν τῶν Ἀκεφάλων πονηρᾶς συνωρίας *maligni coetus Acephalorum caput principale* nuncupatur. Quibus plane verbis etiam in epiſtola, qua Sergio Cyrus reſpondit, προηγούμενον τῶν Ἀνεπισκόπων *primas Auepiſcoporum*, eorum ſcilicet, qui ſine Epiſcopis ſunt, vel Acephalorum, deſignatur; & mox *ibid.* φαῦλος *vilis* declaratur; quemadmodum iam ante alter Severi diſcipulus, Iacobus Syrus, a quo Iacobitarum nomen, & familia, ζάνζαλος ideſt *culex* ab orthodoxis dictus fuit. Ex S. Maximi autem diſputatione cum Pyrrho *pag.* 183. diſcimus hunc Paullum Theodoſiopoli commorari ſolitum fuiſſe; ait enim Sergium ἐν Θεοδοσιουπόλει πρὸς Παῦλον τὸν Μονόφθαλμον καὶ τοῦ Σευήρου ὀπαδὸν *Theodoſiopoli ad Paullum Monoculum, & Severi ſectatorem* ſcripſiſſe. Itaque Severianorum, vel Acephalorum princeps erat Paullus in Armenia, ac Monoculi quidem cognomine, niſi fallor, fuit inſignitus, quod praeter ceteros eſſet Chalcedonenſis Synodi hoſtis acerrimus, & nonniſi, quod ad Monophyſiſmum faceret, ubique videret. Id autem coniicio ex Anaſtaſio Sinaita, qui omnem Severi ſectam *Monoculam* dixit; ita enim ſui *Odegi* caput VI. inſcripſit: Πόθεν ἡ μονόφθαλμος Σευήρου πίστις ἐβλάστησεν; *unde monocula Severi fides pullulaverit?* Quare autem hoc nomen Severitis impoſitum fuerit, idem videtur declaraſſe in capite XIII. dicens, οἱ αἱρετικοὶ ἐοίκασι μονοφθάλμοις τισὶν ἀνθρώποις, τὰ μὲν τῶν πατέρων προορῶντες, τὰ δὲ παρορῶντες, *haeretici quidem ſimiles ſunt monoculis, alia Patrum pervidentes, alia vero praetereuntes*. Itaque cum hoc Paullo, tum cum primum in Armeniam contra Perſas Heraclius inrupit, anno ſcilicet labente 622. initam eſſe diſputationem teſtis eſt Sergius, cuius auctoritatem, ni fallor, confirmat Piſida, qui rebus enarratis ab Heraclio in prima expeditione geſtis, poëtico ſtilo dicit, iniquitatis myſteria, & erroris auctorem ibi detegiſſe Imperatorem, a quo plane neſcit quomodo impius ille vir potuerit ſalvus evadere. Ita enim legitur in *Acroaſi III. de exped. v.* 349.

Νῦν γὰρ τὰ Περσῶν τῆς πλάνης μυστήρια
Γυμνὰ πρόεισιν· ἄρτι τῆς κεκρυμμένης
Ὕδρας παρ' αὐτοῖς ὁ πολυκέφαλος πλάνος
Ἕνα προτείνειν ἀρτίως τὸν αὐχένα,
Ὃν νῦν θεωροῦντες σφόδρα θαυμάζομεν
Ἡρακλεῖ τυχόντα καὶ σεσωσμένον.

Nunc enim Perſici erroris myſteria
Nuda procedunt: nuper abſconditae
Hydrae apud ipſos multorum capitum error
Unam tantum audet protendere cervicem,
Quam modo intuentes valde mirati ſumus
In Herculem incidiſſe, & abiiſſe ſalvam.

Illa cervix, illud caput, quod unum iam tandem protendebat hydra inter Perſas abſcondita, erat Paullus: nam Perſae quoſcumque haereticos, omneſque Acephalorum ſectas fovebant, ut etiam hac arte mala Romanis rebus officerent. Nec ſane Choſroës huius nominis ſecundus, Abruizus nuncupatus, qui tunc regnabat in Perſide, Neſtorianis tantum favebat, ut quibuſdam placuit adfirmare, ſed quotquot erant ab orthodoxis diſſentientes ſuo favore promovebat; ut enim ait Piſida ad huius poëmatis *verſ.* 47.

Οὐκ ἦν γάρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ
Κινεῖν καθ' ἡμῶν ὅπλα σώματος μόνον·
Τρῶσαι δὲ μᾶλλον ἤθελε τὰς καρδίας
Τὴν πίστιν ἡμῶν πορθῶν, ὡς τὰς πόλεις.

Non ea mens fuit exſecrando Choſroae,
Ut moveret arma tantum in noſtra corpora.
Sed potius vulnerare volebat corda,
Fidem noſtram devaſtans, ut urbes.

Quin etiam, ut videtur, noſtro Poëtae perſuaſum fuit, ea de cauſſa Choſroam nova diſputationum incendia inter Chriſtianos excitaſſe, auctoremque fuiſſe turbarum, quibus tunc vexabatur, Monophyſitis, vel Acephalis plaudentibus, Eccleſia; cum *v.* 40. dicat:

Εἴπερ δι' ἡμᾶς τῷ λόγῳ σαρκουμένῳ
Σπινθῆρας ἡμῖν δυσσεβεῖς ὑπεκκαίει·
Ὅπως δοθῇ τοῖς διδασκάλοις τῆς πλάνης
Κενταυρόμορφον δογματίζειν εἰκόνα.

Siquidem de Verbo pro nobis incarnato
Scintillas nos inter impias ſubincendit:
Ut datum ſit magiſtris erroris
Centauriformem edocere imaginem.

Quod facile quidem cedere potuit Choſroae, qui iam totam Meſopotamiam, Syriam, & Aegyptum occupaverat, & quos viros novit in Monophyſitarum haereſi magis confirmatos, tamquam erroris eſſet maximus Pontifex, Eccleſiis praefecit Epiſcopos, *v.* 37.

Ἐφ' ᾧ δὲ προέδρους τοὺς Σευήρου σκεμμάτων
Ὡς μυσταγωγὸς χειροτονεῖ πλάνης.

Quâ Severi commentationum praeſides
Tamquam myſtagogus erroris ordinans.

Certe tunc temporis non deerant in toto Oriente Eutychis, & Severi aſſeclae, qui in Choſroae patrocinium libenter ſe reciperent, eiuſque auctoritate fulciri gauderent: nam late iam per totam Syriam, Armeniam, Ciliciam, & Meſopotamiam Monophyſitica lues pervaſerat, quibus in regionibus ſummo ſtudio fuerat propagata a Barſuma Archimandrita, eiuſque diſcipulo Samuele, a Severo Antiochenae, & Iacobo Zanzalo, vel Baradaeo Edeſſenae Eccleſiae invaſore, aliiſque plurimis, quos Aſſemanius enumerat *in cit. Diſſert. de Monophyſ.* Quae cum ita ſe habere certum ſit, ridiculum nobis videbatur, quod Tamagninus *pag.* 23. ait: *Heraclium ut grave quid inferret Choſroae, plus aequo ſeviſſe Eutychianiſmo, utpote qui omnium maxime adverſaretur Neſtorianis, quibus Choſroës favebat*: quam coniecturam leviſſimam eſſe non ſenſit Petrus Baylius *in Diction. Hiſt.* voce *Neſtorius*. Falſum enim eſt primum, Choſroam prae ceteris haereticis foviſſe Neſtorianos; nam omnes, qui aliquo nomine eſſent Romanis infenſi, & graves, ſuo favore proſecutus eſt Choſroës, nec tantum, ut veri quidem ſimillimum eſt, de controverſiis inter Chriſtianos ortis, quaecumque tandem illae fuiſſent, ſollicitus erat, quantum ut ex controverſiis diſcordiae, & tumultus inter Romanos alerentur. Ita enim etiam Iudaeis faviſſe Choſroam dicere quis poſſit; quandoquidem eis permiſit, teſte Theophane *pag.* 252., ut ad nonaginta Chriſtianorum millia trucidarent: quod ſtultum omnino eſſet. Itaque cum Monophyſitae tunc maxime vigerent, nec iam de Neſtorianis eſſet quaeſtio,

illis

illis potius, quam alteris faviſſe regem Perſarum, recte fortaſſe cum Piſida adfirmabimus. Deinde falſum eſt Monophyſitas maxime adverſari Neſtorianis. Satagebant illi quidem a Neſtorio prorſus alienos ſe oſtendere, ſed cum naturas hypoſtaſes dicerent, cum Neſtorianis fere quodammodo ſentire videbantur; quod quidem non ſemel eis obiectum fuit, ut ſuperius adnotavimus, cum de Severi placitis ageremus. Falſum denique eſt, Heraclium Eutychianis faviſſe, nam patet ex Piſida eum ob ſummam pietatem haereticis omnibus, & praeſertim Monophyſitis fuiſſe infenſum. Quamquam autem Theophanes *pag.* 263. dicat, Choſroam anno 625. *ut rem moleſtam faceret Heraclio, Chriſtianos omnes ad ſocietatem Neſtorianae haereſeos adegiſſe*, Heraclium autem anno 629. *Edeſſenam Eccleſiam a Neſtorianis occupatam orthodoxis reſtituiſſe*, aeque turpiter erraret, qui vel illud a Choſroa factum eſſe autumaret, ut Neſtorianos adiuvaret, vel alterum admiſiſſe Heraclium, ut rem Monophyſiticam promoveret. Nam praeterquamquod Piſida contrarium omnino nobis ſuadet, lato quidem ſenſu accipienda ſunt ea verba Theophanis, qui ne nimium diligens videretur in recenſendis diverſi generis haereticis a Choſroa in Heraclium concitatis, ſub uno pervulgato Neſtorianorum nomine omnes comprehendit. Certum enim eſt, Monophyſiſmum tunc late eſſe pervagatum, ac Edeſſam quidem Iacobus Severi diſcipulus iam antea invaſerat: ut iam ſuſpicari liceat, credendumne potius ſit Elmacino, qui *in Hiſt. Saracen. pag.* 14. refert non Neſtorianos, ſed Iacobitas ab Heraclio ad orthodoxam fidem fuiſſe revocatos: *deinde profectus eſt Heraclius Rubam*, Ruha autem Arabice eſt Edeſſa, *iuſſitque Chriſtianos reverti a ſecta Iacobitica ad orthodoxam; id quod fecerunt*.

Chriſtianus Lupus *in Diſſert. de VI. Synodo Oper. tom. III. pag.* 7. ait diſputationem Heraclii cum Paullo Monoculo fuiſſe omnino Synodalem, ac factam praeſente Cyro Phaſidis Epiſcopo Lazorum Metropolita, atque in ea iuſſos eſſe Armenios, ut profanum Triſagii additamentum expungerent, Synodum Chalcedonenſem reciperent, ab Eutichete penitus recederent, & plena communione cum Graecis unirentur: quae quidem ex Clementis Galani Hiſtoria Armena *cap.* 13. petita ſunt. Verum Anonymus, quem Galanus illuſtrat, Concilium quidem *in urbe Charno maioris Armeniae celebratum fuiſſe* dicit, *iuſſu Heraclii Imp., qui ad illud convocavit omnes Epiſcopos, & Principes Armeniae una cum Ieſere eorum Patriarcha; necnon etiam plures Graecorum ſapientes, quibus poſt menſtruam collationem, & diligentiſſimum examen omnes praedicti Armenii conſenſere*: Cyrum autem Phaſidos huic Concilio interfuiſſe, & contra Paullum Monoculum diſputatum eſſe non dicit, quin alter potius inſignis Acephalus a Paullo plane diverſus eo in libello indicatur, ſcilicet Iohannes Maracumenſis, *qui cum omnibus ſolus adverſaretur, damnatus, pulſuſque in exſilium, & in haereticorum numerum adſcriptus eſt*. Huius autem Concilii in Armenia ſub Imp. Heraclio, & Ieſere Patriarcha coacti, in quo Eccleſia Armena cum Graeca conciliata eſt, mentionem fieri in pluribus Armenorum libris teſtatur idem Galanus, ſed quo anno id actum eſſet ignorans, tum cum iterum Imperator in Armeniam profectus eſt, videlicet anno Chriſti 623. id contigiſſe putavit. Sed Anonymo Armeno, quem edidit Galanus, opponitur Anonymus Graecus, quem emiſit in lucem Combefiſius *Hiſt. Monoth. pag.* 271. In hoc enim ita legitur. [illegible] *Eo tempore Heraclius Imp. eius imperii anno* 23., *& quarto a morte Choſroae magnam Synodum Epiſcoporum, ac Doctorum maioris Armeniae, accerſitis Catholico Eſdra, & omnibus Azatis, Theodoſiopoli fieri praecepit, ac perquiri & diſputare de duabus in Chriſto naturis, & de Synodo Chalcedonenſi. Requiſiverunt ergo per menſem, atque ex ſcripturis inducti ſunt Armeni ad fidem*. Quod ad rei ſummam ſpectat, inter ſe conveniunt ambo Anonymi: nam Ieſeris in Eſdrae nomen, ut videtur, commutatum fuit. Sed qua ratione haec Synodus cum diſputatione Paulli confundi velit, plane non video; nam diſputationi quidem adfuit Heraclius, Synodo autem non interfuit; ſed eam ab Epiſcopis in urbe Charno, ut recte ait Armenus, non Theodoſiopoli, ut celebritate nominis deceptus adfirmat Graecus ſcriptor, haberi iuſſit. Et Charnenſe quidem Concilium apud Armenos inſigne eſt, Theodoſiopolitanum autem omnino ignotum. Cum vero tempus aperte deſignet Graecus nihil contra reponente Armeno, fidem ei in hoc denegandam non eſſe exiſtimo. Quare ſi nec loci, nec temporis, nec perſonarum eadem ratio eſt, parum quidem probabilibus argumentis innixi Galanus, & Lupus diſputationem Heraclii cum Paullo a Synodo Armena non diſtinxiſſe videntur; praeſertim cum decem annorum interſit differentia, nam annus vigeſimus tertius imperii Heraclii ab Anonymo Graeco expreſſus in annum Chriſti ſexcenteſimum trigeſimum tertium cadit; nec plane conſentaneum ſit, Imperatorem, qui antea maximis belli curis diſtentus erat potuiſſe Concilio tam ſolemni habendo vacare; quod tamen perfacile potuit poſt pacem cum Perſis firmatam, videlicet anno a Graeco Anonymo notato 633. Probe autem Lupus illud adſeruit, diſputationi adfuiſſe Cyrum; cum enim Heraclius in Lazica, cuius tum Cyrus erat Metropolita, verſaretur, coram eo Paullum fuiſſe refutatum non eſt dubitandum; id enim Sergius ſuadet in epiſtola ad Honorium dicens: [illegible], *Imperator .... recordatus eſt diſputationis, quam fecerat ad Paullum illum haereticum, in praeſentia Cyri ſanctiſſimi*. Quare eam quoque diſputationem, cui Lazorum Metropolita praefuit, ad Synodi quamdam ſpeciem fuiſſe factam non negabo, ſed cum Concilio Charnenſi confundendam eſſe minime concedem. Ac quantum quidem ex Piſida aſſequi licet, hac in Synodo Lazica Acephali una cum Paullo damnati ſunt: id enim videntur ſignificare illi *verſ.* 60., *&* 61.

[illegible]
[illegible]
In eos autem immiſſo piiſſimo telo,
Ipſo ictu mactavit infidelitatem.

Ecquod enim eſſe potuit pium telum, quo Heraclius Acephalos confodit, niſi contra eos lata ipſo adnuente ſententia? Hoc autem evenit, ſi contigiſſe dicendum eſt, anno 622., quia Piſida de prima contra Perſas expeditione illic agit, qua unius anni curſu peracta Heraclius Byzantium reverſus eſt. Cum Piſida autem plane convenit Sergius in citata ad Honorium epiſtola, qui eo anno conſignat diſputationem cum Paullo habitam, cuius poſt aliquod tempus dicit Imperatorem eſſe recordatum.

At qui colloquium cum Athanaſio reiiciunt, ad id temporis, quo iterum in Armeniam profectus eſt Heraclius, referre ſolent ea, quae aliquot annis poſt facta eſſe tradit Theophanes, & quae prius, quaeque poſterius tranſacta ſunt, in unum omnia commiſcent. Aiunt enim, tunc quaeſtionem de voluntatibus, & operationibus Chriſti fuiſſe propoſitam Cyro ab Heraclio, qui tamen iuſſionem, vel epiſtolam ad Arcadium Cypri Archiepiſcopum contra Paullum Monoculum ſcripſerat, [illegible], *duas operationes in Domino noſtro Ieſu Chriſto, ut poſt unitionem dicatur, prohibentem*, ut legere eſt in epiſtola Cyri tunc Phaſidos Epiſcopi ad Sergium. Cum autem haec epiſtola Cyri, quae lecta fuit in VI. Synodo a Georgio Diacono anno 681. dicatur ſcripta [illegible] *ante quinquaginta ſex annos*, recte exinde inferunt, anno 626. ineunte fuiſſe datam. Quare hac

habita ſupputandi ratione concludunt eodem anno fuiſſe Cyrum ab Heraclio interrogatum. Verum quinam fieri potuit, ut Imperator, qui paullo ante dicitur iuſſiſſe Arcadio, ne duae operationes dicerentur in Chriſto, tunc primum Cyrum interrogaverit, Cyrus autem, qui diſputationi cum Paullo adfuerat, dubius haeſerit, & ad Sergium ſcribendum eſſe duxerit? Quomodo Heraclius, qui per ea tempora Choſroam iam propius ſtringebat armis, poterat apud Lazos in Armenia de controverſiis Eccleſiaſticis agere [illegible] cum Cyro? Ac ſi Sergius, ut S. Maximus teſtatur *in Diſput. cum Pyrrho pag.* 183. Paullo Monoculo ſcripſit, ut ei ſuam de una in Chriſto operatione doctrinam probatam faceret, quomodo eum impium appellat, & quem eſſe noverat Heraclio iubente damnatum, ſibi ſtuduit conciliare? Demum ſi Paullus Monoculus idem ipſe eſt ac Athanaſius Syrus, ut Pagius dubitavit, quomodo hoc factum eſt, ut unus idemque vir fuerit ſub nomine Paulli damnatus, & ſub nomine Athanaſii Antiochiae Patriarcha conſtitutus? Haec quidem omnia valde obſcura, & multis difficultatibus obſita nobis videbantur, ut antea viſa ſunt etiam Combefiſio, qui plane Theophanis narrationem quibuſdam argumentis oppugnavit, ſed tandem haerens *Hiſt. Monoth. pag.* 6. concluſit: *plura hic devoranda, ac plane gratum faciet, ſiquis digeſtiora protulerit.* Quam curam a Combefiſio penitus ſe exemiſſe putavit Pagius iis rationibus adductus, quas ſuperius refutavimus. At vero, ut noſtra eſt opinio, alia inſtituenda via eſt, ut tot difficultates diſſolvantur. Omnis autem huius rei elucidatio pendet ab una Sergii ad Honorium epiſtola, & qui ſentiet, quam verſute, & ſubtiliter ſcripta illa ſit, omnia plana, & manifeſta eſſe intelliget. Igitur Sergii malitia detegenda eſt, atque ex eius fraudum tenebris, quantum fieri poteſt, lux hiſtoriae adferenda.

Sergius, ἦν, teſte Theophane *pag.* 274. Σύρος μὲν, ἐκ γονέων Ἰακωβιτῶν ὑπάρχων, *seu patria Syrus, & Iacobitis parentibus ortus*, a Monophyſitarum doctrina, quam a teneris unguiculis imbuerat animo, numquam abhorruit, ſed ſummae pietatis, & doctrinae ſimulatione ſummam malitiam tegens, Patriarcha CP. poſt obitum Thomae factus eſt anno 608. Is, cum duobus poſt annis Heraclius imperio potitus eſſet, omnem ut videtur curam adhibuit, ut occaſione capta Monophyſitas adiuvaret. Verum cum Imperatorem Chalcedonenſis Synodi decretis firmiter haerentem videret, aſtu & dolo eius voluntatem inclinandam eſſe, quo vellet, probe intellexit. Quare cum ſe ei quibuslibet virtutis officiis commendaſſet, omnemque ſuſpicionem a ſe removiſſet, ſpe gloriae animum eius incendit, quam cum certe conſequuturum eſſe pollicebatur, ſi tot inter ſe diſſidentes haereticos in unum conciliaret, & diviſum corpus Eccleſiae integritati ſuae reſtitueret. Imperator, qui ob ſummum pietatis zelum nihil magis optaſſet, quam εἰρηνικοῦ *Pacificatoris* titulo in iis, quae ad religionem ſpectarent, inſigniri, maximis quibus tunc verſabatur curis reſpublica CPolitana diſtentus, Sergio, de cuius fide nullatenus dubitabat, eam ſpartam integram reliquit. Quam quidem ille libenter ſuſcepit, at tum primum ſuam mentem amicis aperire, & Monotheliſmi virus clanculum inſtillare auſus eſt, qua litteris, qua fictis libellis teſtimonia Patrum a ſe collecta vel potius corrupta aliis commendans. Hinc ille Mennae adſictus liber, hinc illae Heraclii nomine editae iuſſiones, hinc illae Patrum vel mutilatae, vel detortae ſententiae, hinc tandem variae ad Sergium, & a Sergio ſcriptae epiſtolae. Nam, ut *in Diſput.* S. Maximi *pag.* 183. legimus, Sergius miſſo primum per Sergium Macaronem Arſinoës Epiſcopum ad Theodorum Pharanitanum libello, quid ipſe *de una operatione, & voluntate* ſentiret, quaeſivit, Theodorus autem, qui Monothelitarum primus parens fuiſſe dicitur, quae in eo libello continebantur, adprobavit; Deinde vero idem Sergius ad Paullum Monoculum in Armenia, ad Arſam Paullianiſtam in Alexandria, ad Cyrum tandem in Lazica eadem de re ſcripſit, libellum Mennae ſua, & Theodori Pharanitani manu ſignatum omnibus mittens. Quibus conficitur, Sergium ſummo artificio eſſe uſum; tum ut animum ſuum iis aperiret, quorum ſuffragio niti poſſet, tum ut Heraclium, quocumque ſe verteret, quando vel in Armeniam, vel in Syriam, vel in Perſidem a bellis evocaretur, circumveniret. Itaque, ni fallor, haec ita per Sergium diſpoſita, & acta ſunt. Cum Theodorum Pharaniten, & Arſam Paullianiſtam iam primum tentaſſet, ſtatim ad Paullum Monoculum, & Cyrum Phaſidos Epiſcopum animum convertit, coram quibus habita eſt diſputatio Heraclii de rebus ad Monophyſiſmum pertinentibus. Ea enim diſputatio viſa eſt Sergio optimam praebere ſui conſilii aperiendi opportunitatem. Itaque cum Heraclius Paullum praeſente Cyro refutaſſet, atque damnaſſet, Byzantium reverſus mandavit Sergio, ut contra Paullum omneſque Acephalos decretum, vel iuſſionem quamdam ſuo nomine edendam conſcriberet. In ea autem Sergius, inſcio Heraclio, ſubleſta fide prohibuit, ne duae operationes poſt naturarum unionem dicerentur in Chriſto, ac ita confectum & Imperatoris nomine munitum decretum vulgavit, ac prae ceteris ſtuduit, ut in Cyri manus perveniret. Quippe haec eſt iuſſio illa, quam idem Cyrus in epiſtola ad Sergium dicit ſe relegiſſe, quae quidem *ad Arcadium ſanctiſſimum Epiſcopum Cypri contra Paullum primatem Archiepiſcoporum conſtructa fuit*, ab ipſo autem Arcadio, eiuſque ſucceſſore Sergio, ut legere eſt *in Conc. Lateran. ſecret.* 11. reiecta fuit. Interea cum Imperator fervente contra Perſas bello in Lazicam anno 626. iterum ſeceſſiſſet, eo quia diviſo in tres acies exercitu, eam regionem ſibi occupandam eſſe duxerat, ut ex Theophane *pag.* 253. colligere eſt, ibique paſſim de iuſſione contra Paullum edita, & ab Arcadio Cypri reiecta muſſitari intellexiſſet, Cyrum, quid de ea ſentiret, interrogavit. Cyrus autem, qua decebat reverentia coram Heraclio, cuius nomine inſcripta circumferebatur iuſſio, latam ibi contra eos, qui duas operationes in Chriſto dicerent ſententiam, ſe minime probare reſpondit. Tum Heraclius, qui eo potiſſimum anno premebatur undique, nam Perſae cum Sclavis, & Abaribus contra Romanos coniuraverant, Turcas quidem ad ſocietatem ineundam ſecum allexit, iiſque in fidem receptis e Lazica in Perſidem irrupit, Eccleſiaſticas vero quaeſtiones, quibus examinandis impar fuit, plane dimiſit, & Cyrum ut ea de re ageret cum Sergio hortatus eſt, ad quem Cyrus ſaepe laudatam epiſtolam ſtatim ſcripſit. Sergius autem, cui nec doctrina, nec ſplendor deerat, & apud quem ſumma Reipublicae poteſtas tunc erat, miſſo ad Cyrum, & ad Paullum Monoculum ficto Mennae ad Vigilium libello, additis etiam litteris, quibus ſe unionem in Eccleſia facturum eſſe pollicebatur, ſi quam propoſuerat definitionem non inviti ſuſciperent, facile utroſque in ſuam traxit opinionem. Igitur tunc primum videtur ſuboluiſſe Heraclio, quid Sergius tentaret; ſed cum ille de huius fide admodum nihil dubitaret, & id quod Sergius circa unam operationem iuſſioni addiderat de induſtria, non captioſe, ſed opportune ad conciliandas Acephalorum ſectas additum fuiſſe duceret, Cyrum quidem ad Sergium, rem autem ipſam ad commodius tempus tranſtulit. Haec autem ita eveniſſe ex epiſtolis Cyri ad Sergium, & Sergii ad Honorium perſpici poteſt: nam quamquam Sergius dicat, in diſputatione Paulli Heraclium *feciſſe etiam mentionem unius operationis Chriſti*: plane aſſentior Baronio, qui ad annum 622. praeclare intellexit, haec ſuis ſcriptis indidiſſe Sergium, ut ſuam ſententiam Imperatoris nomine nobilitaret, & haereſim facilius propagaret. Equidem novi eſſe quoſdam, qui nullam fidem huic epiſtolae a Sergio ad Honorium ſcriptae adhibendam eſſe arbitrentur, eo quia a Monothelitis, qui Sergium ſequuti ſunt, vitiatam, atque corru-

corruptam fuiſſe dicant : qua de re nuper luculenter diſſeruit Praeſul cl. Bartholus *in ſua Apologia pro Honorio cap.* 13. Sed omiſſis argumentis, quae ad hanc ſententiam confirmandam commode adduci ſolent, ex epiſtola Cyri ad Sergium mendacii, & fraudis argui ipſum Sergium ſatis opinor intelligitur. Cyrus enim, qui diſputationi cum Paullo interfuit, & orthodoxam ſententiam contra Monophyſitas propugnavit, in ea de una operatione in Chriſto actum eſſe non dicit; Heraclium [illegible] *pie immaculatam noſtrae fidei rectitudinem recolentem* laudat; iuſſionem autem δύο ἐνεργείας λέγεσθαι [illegible] *duas operationes dici prohibentem abnuit* : ſed & iuſſionis auctorem fuiſſe Sergium videtur Cyrus ſuſpicatus; ait enim Heraclio iubente ſe relegiſſe Sergii ſuggeſtionem, ἀντίγραφον [illegible] ἀντίγραφον, *quae dicebatur, & putabatur praefatae piae iuſſionis eſſe reſcriptum; mentionem enim faciebat illius Paulli phauli, ſed & iuſſionis exemplaris, & intentum eorum, quae in eo ſcripta fuerant, admittebat*. Suggeſtio ut videtur fuit Encyclicae quaedam ſpecies, qua iuſſionem Heraclio ſuppoſitam Sergius Cyro, aliiſque Epiſcopis commendabat. Suggeſtionis, & iuſſionis idem ſenſus, idem finis. Eadem, quae iuſſio mandabat, ſuggeſtio confirmabat, ut eius diceretur, & putaretur eſſe ἀντίγραφον. At quis iam dubitabit, utriuſque ſcripti auctorem fuiſſe Sergium, qui Ecthesim quoque aliquot poſt annis Heraclio affingere non erubuit? Verum nec in iuſſione, nec in ſuggeſtione plane auſus eſt Sergius adſerere Heraclium contra Paullum Monoculum de una operatione fuiſſe loqueutum; id enim ut falſum & Heraclius, & Cyrus, & Paullus, aliique ſtatim reprobaſſent, ſed mentio tantum Paulli, ut ait Cyrus in illis ſcriptis facta eſt, quia ea diſputatio iuſſionis ſcribendae fuit occaſio. Illud autem captioſe addidit Sergius ad Honorium ſcribens, cum ut omnem a ſe removeret ſuſpicionem, tum ut ſe tueretur nomine, & patrocinio Heraclii, quem tamquam primum novae haereſeos architectum Pontifici obtrudere ſatagebat, ut cauſſae ſuae fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungeret. Atque id eo plane conſilio factum, comparatumque fuiſſe a Sergio, ex ipſa epiſtolae lectione, ni fallor, evincitur : nam ea verba [illegible] ἐνεργείας Χριστοῦ [illegible], *inter quae & unius operationis Chriſti mentionem fecit*, cum narratione vix cohaerent, & ea mente tantummodo adpoſita videntur, ut erroris invidiam in Heraclium transferret, qui tunc rem totam ignorabat. Nec vanam hanc eſſe ſuſpicionem ceteri Scriptores, qui hoc argumentum pertractarunt, aperte demonſtrant : omnes enim Sergii verbis nullam fidem adhibentes, non Paullum ab Heraclio, ſed Heraclium vel a Paullo, vel a Cyro, vel tandem ab Athanaſio fuiſſe interrogatum tradiderunt. Duplex igitur malitia notanda venit in Sergio, primum quod in iuſſione contra Paullum ad Arcadium directa ſententiam adverſus eos, qui duas operationes in Chriſto profitebantur, arbitratu ſuo protulerit; deinde quod in epiſtola ad Honorium voluerit Monothelismi principem, & inventorem Heraclium conſtituere. Quae ſi ſatis probata eſſe dignoſcantur, patebit, neque in diſputatione contra Paullum, quae anno 622., neque in colloquio cum Cyro, quod anno 626. habitum eſt, Heraclium de nova circa unam operationem controverſia plane ignarum Monothelismo, quem Sergius clam, & ex inſidiis propagare ſtudebat, faviſſe. Vere enim in hoc uno culpandus Heraclius, quod nimiam fidem addiderit Sergio, quem ad veteres ſedandas, non ad novas excitandas in Eccleſia Dei turbas iuſſionem ſtruxiſſe exiſtimabat. Atque hi quidem primi gradus, & quaſi proceſſus fuerunt, per quos Sergius Imperatoris benevolentia, & hominum ſimplicitate abutebatur.

Interea, cum Heraclius de Choſroa tantum eſſet ſollicitus; nihil per aliquot annos hac in re actum eſſe teſtatur Sergius ad Honorium dicens, [illegible], *& ſilentium quidem ex illo tempore*, videlicet ab anno 626., *huiuſmodi ſuſcepit capitulum* : quod ſilentium perperam traducere conatus eſt Pagius ad Heracliani congreſſus cum Athanaſio falſitatem evincendam contra Theophanem, ſtatuens hoc ipſum ſilentium ab anno 626. ad annum 633. perduraſſe, quo Cyrus iam Epiſcopus Alexandrinus & Monothelita factus, decreta aliqua in conciliabulo Alexandrino pro Monothelismo ſancivit. Id autem omnino falſum eſt : nam quis credat novem integris annis ſiluiſſe Sergium, cui ea res tantum cordi eſſet, quique hoc ipſo temporis ſpatio & Paullum, & Cyrum, & Athanaſium, alioſque in ſuas partes ſtuduit adducere? Sed Pagius ab epiſtola Sergii ſe decipi paſſus eſt, in qua vel de induſtria turbato actatum ordine res enarrantur, vel non omnia, prout ſunt, dilucide explicantur. Etenim iis expoſitis, quae Cyrus Alexandriae pro Monothelismo firmando decreverat, ſtatim ſubdidit Sergius, [illegible], *nuper Dominus noſter apud Edeſſam demorans civitatem pios ad nos apices fecit, praecipientes, ut paterna illa teſtimonia deſloraremus, quae continentur in libro dogmatico, ſicut dictum eſt, facto a ſanctae memoriae Menna ad ſanctiſſimum Vigilium de una operatione, & voluntate*. Sed nos non quid poſt, ſed quid ante conciliabulum Alexandrinum actum ſit, quaerimus. Potuit enim Heraclius etiam antequam Cyrus ad ſedem Alexandrinam eſſet translatus, ſcribere ad Sergium, ac tum plane ſcripſit, cum ab Athanaſio Syro eſt interrogatus. Certum eſt enim I. Heraclium poſt pacem cum Perſis compoſitam ad res Eccleſiaſticas ſerio tractandas animum tranſtuliſſe; quod praeter Theophanem adfirmat Piſida *v.* 72:

> Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τῷ γαληνῷ χρόνῳ
> Ἡ σπουδαία καὶ σοφὴ στρατηγία
> Πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν βαρβάρων·
> *Quoniam vero etiam hoc fauſto pacis tempore*
> *Illa operoſa, ſapienſque expeditio*
> *Ad ſcripturas converſa eſt a barbaris &c.*

II. Conſtat eumdem Heraclium anno 630. poſt Edeſſam Catholicis reſtitutam, Hierapolim veniſſe, ubi ſecundum cum Athanaſio congreſſum habitum eſſe ferunt omnes poſt Theophanem Graeci Scriptores. III. Cyrum non ante annum 633. Epiſcopum Alexandrinum fuiſſe factum : epiſtolam autem Sergii ad Honorium anno 634. ineunte ſcriptam fuiſſe compertum eſt. IV. Nemo autem fidem Theophani in eo negavit, quod ait Heraclium rem cum Cyro Phaſidos, & Sergio communicaſſe. Itaque recte hoc anno 630. conſignari mihi videtur Athanaſii congreſſus, de quo diſputatur, quia loci, temporis, & perſonarum ratio probe convenit : nam tunc quidem Heraclium Eccleſiae pacandae penitus intentum, & cum Athanaſio colloqui, & Cyrum ad ſe accerſere, & ad Sergium ſcribere potuiſſe facile mihi ſuadeo; ut ea de re quid actum eſſet, & quo ſtatu res ipſa maneret intelligeret, quaſi de integro tunc cauſſa naſceretur, quam totam ad hunc uſque annum in ſe ſuſceperat Sergius; eius enim ad arbitrium, & nutum totum ſe antea finxerat, & accomodaverat Imperator. Quod autem ad Cyrum ſpectat, tempora ſunt diſtinguenda, ut omnis difficultas tollatur : nam ter Heraclius cum eo ſermonem habuit de controverſiis fidei; primum Theodoſiopoli anno 622. quando cum Paullo diſputatum eſt; ſecundum in Lazica anno 626. quando Heraclius ad Sergium de nova quaeſtione ſcribendum eſſe dixit; tertium Hierapoli anno 630. cum Imperator ab Athanaſio interrogatus, & quid contra reponeret plane neſcius, Cyrum ad ſe vocavit, ut quae eius eſſet ſen-

tentia cognoſceret. Tum vero factum eſt, ut mutuo trium virorum Athanaſii, Cyri, & Sergii in unum conſenſione deceptus in errorem pertraheretur Heraclius, qui tunc primum aliquid Monotheliſmo tribuiſſe videri poſſit: non ideo ſane quia errori augendo, alendoque ſtuderet, ſed quia Sergio nimis fidens, eiuſque ſtans iudicio, propoſitam ab eo opinionem uniendae potius, quam ſcindendae Eccleſiae opportunam eſſe arbitraretur. Nam ſi Monothelitas, eorumque placita ex animo umquam probaſſet, in locum Modeſti Epiſcopi Hieroſolymitani anno 635. vita functi Sophronium, quo nemo acrius obſiſtit Cyro, & Sergio, ſubſtitui nullatenus permiſiſſet, neque Ecthesim, quam ſub eius nomine poſt edidit Sergius, ſuam non eſſe ad Iohannem IV. diſertis verbis declaraſſet. Itaque ne tunc quidem, nec etiam poſtea ſatis cognitum, perſpectumque fuit Heraclio, quo vigens controverſia tenderet, & quantum incommodi eſſet adlatura Eccleſiae. Quare recte Theophanes aiebat, [illegible] *vocis novitate perculſum* eum fuiſſe, quando ab Athanaſio eſt interrogatus; quia ut dictum eſt, nihil plane antea de hac controverſia cum Paullo Monoculo actum fuit, cum Cyro autem in Lazica diſputare refugit bello impeditus Imperator, & Sergium tantummodo conſulendum in praeſentia eſſe dixit: ſed cum in congreſſu cum Athanaſio rebus Eccleſiaſticis tractandis ſerio incumberet, & ex propoſita quaeſtione ſe quaſi ad definiendum urgeri ſentiret, (nam ſtricte, ut narrat Theophanes, ab eo quaeſivit Athanaſius [illegible] *quales adſerere deceat in Chriſto geminas, an unicam?*) [illegible] *novitate vocis implicatus* haeſit, & ne quid arbitratu ſuo ſtatueret cavendum eſſe ſibi duxit. Igitur id quod Sergius ad Honorium ſcribens narrat, Heraclium Edeſſae degentem poſtulaſſe, ut ex afficto libello Mennae decerpta teſtimonia ad ſe mitteret, vel falſum omnino eſt, vel ſaltem tribus poſt annis contigit, quam congreſſus cum Athanaſio eſt habitus, quem proinde eſſe commentitium fruſtra nobis ſuadet Pagius, qui hoc ipſum colloquium ab eo plane diverſum, quod Heraclius habuit cum Paullo, fatemur. Nec veteris libelli Synodici narrationem, cuius auctoritate nititur cl. Bartholus, tanti faciendam eſſe putamus, ut momenta a nobis allata reſpuantur. Patet enim, & in libello confuſe, & permixtim ea referri, quae ad primam Monotheliſmi originem ſpectant, eiuſque auctorem ab epiſtola Sergii vel corrupta, vel certe cum dolo malo contexta, hauſiſſe, quae minus accurate ſcripto conſignavit: ita enim ait: [illegible] *De repente Heraclius ab Occidente profectus, Phoca occiſo, imperium arripuit, & bello contra Perſas ſuſcepto divinitus, Phaſidem fluvium occupavit; ubi quidam Acephalorum quaeſtionem de voluntatibus, & operationibus ei ſuggeſſit. Quam quidem quaeſtionem, cum is cum Cyro Phaſidos Epiſcopo communicaſſet, & uterque dubitaret, Sergio CPolitano iſthaec renunciarunt.* Quae quidem ita ut uno ſpiritu effuſa narrantur, inter ſe non convenire ex adductis argumentis perſpicuum eſt. Niſi etiam illud hic animadvertere velimus, Sergium quidem adfirmare ab Heraclio fuiſſe Paullum interrogatum, [illegible], libelli autem Scriptorem contra dicere [illegible], *Acephalorum quemdam Imperatori moviſſe quaeſtionem*; quod veri eſſe ſimilius iam ſuperius oſtendimus.

Atque haec quidem, ut facultas tulit, declarata ſunt, nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonſtrata, ut iam concludi poſſit, geminos plane fuiſſe congreſſus, in quibus Heraclius de rebus ad Monophyſiſmum pertinentibus, primum quidem cum Paullo Monoculo, & deinde cum Athanaſio Syro, diſputavit: nec ea, quae inde ſubſequuta ſunt, noſtrum eſt inveſtigare, non enim Monotheliſmi hiſtoriam perſequi nobis propoſitum eſt. Igitur ut ad Piſidam, a quo iſthaec tractatio ſumpſit exordium, revertamur, dicimus hocce Poemation, quod in Severum videtur factum, reapſe contra Athanaſium, vel alium quemvis ex Acephalorum, aut Iacobitarum familia inſignem fuiſſe conſcriptum. Quamvis autem Paullus Monoculus ſtatim ſe offerat; ne eum tamen eſſe ſtatuamus, quem petit Piſida, duo faciunt argumenta ex eodem Piſida petita, quae tempus & locum plane diverſum, quam Paullo convenire poſſit, videntur deſignare. Ac primum quidem quod ad tempus ſpectat, ſatis evidenter illud opinor diſtinguit Poeta *v.* 56., *& ſeqq.*, in quibus quid contra Choſroam, & Paullum Monoculum ab Heraclio actum ſit leviter attingens concludit:

> [illegible]
> [illegible]
> *Sed haec evanuere una ſimul cum Choſroa,*
> *Et finem habuerunt miſere ridiculum.*

Quae quidem de ſententia in Paullum inter Armenos Acephalorum principem lata intelligenda eſſe iam ſuperius obſervatum eſt. Sed quod ſtatim ſubiungit, alium plane reſpicit virum inter Acephalos clarum; ait enim *verſ.* 62:

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> *Sufficiſſet igitur primum illud iaculum,*
> *Aut ad emollienda infidelium corda,*
> *Aut ad multorum capitum exſcindendum errorem.*
> *Multae enim ſunt Acephalorum cervices.*

Itaque aliud telum in aliud caput contorquendum demonſtrat Piſida, quod expreſſius etiam poſtea *v.* 72. declarat, ea, quae poſt pacem inter Romanos, & Perſas ſancitam geſta ſunt, iam tandem enarraturus. Ac pax quidem anno 628. firmata eſt; ſed Piſida poſt annum 630. haec ſcribebat, ut patet ex iis, quae leguntur in fine *v.* 706., *& ſeqq.* de Camboa, quae, ut videtur, eſt Edeſſa. Verum Edeſſa anno 629. exeunte orthodoxis reſtituta fuit; itaque de re poſt hunc annum tranſigenda, non de congreſſu Heraclii cum Paullo iam tranſacto loquitur Piſida. Sed & locum, in quo ille Acephalorum princeps degebat, quodammodo deſignat Poeta; ita enim *v.* 670. eumdem ipſum adloquitur:

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> *Ceterum te nunc deprecor, ut caliginis*
> *Effugiens tenebras, ad lucem adcurras:*
> *Nec longe ab ipſa diverſaris, ſi velis.*

At ſi non longe Acephalus ille ab Heraclio diſtabat, a quo lux petenda erat, Heraclius autem eo tempore, ut narrat Theophanes, Hierapoli in Euphrateſia morabatur, quem alium eum fuiſſe dicendum ſit, ſi Athanaſius non fuit, plane non video; cum, ipſo Theophane teſte, Heraclium Hierapoli degentem Athanaſius ſimulata fide deceperit, & de una operatione, & voluntate interrogaverit. Quoniam vero Theophanes ita videtur cum Piſida conſentire, ut ſaepe huius auctoritate fulciatur, quod in notis *de Expeditione* demonſtravimus; Piſidae autem teſtimonium, qui Heraclio vivente, & ad Heraclium ipſum haec ſcribebat, tale ſit, ut reiici nullo modo poſſit, novum plane momentum inde accedit ad congreſſum Heraclii cum Athanaſio confirmandum.

Ceterum quamvis ſatis validae hae coniecturae nobis videantur eſſe ad probandum, hoſce iambos contra Athanaſium Iacobitarum Patriarcham eſſe confectos, non ita tamen id nobis concedi volumus, quaſi nulla oriri poſſit dubitatio, alium ab Athanaſio

fuiſſe

fuiſſe eum, quem ſub Severi nomine Piſida exagitat. Si quis enim volet non Athanaſium, ſed Iohannem Maracumenſem hic peti, quem Hiſtoria Armena, ut iam dictum eſt, in Concilio Charnenſi iuſſu Heraclii coacto damnatum, & in haereticorum numerum adſcriptum fuiſſe narrat, id per nos quidem licebit. Tempora propemodum conveniunt: nam Concilium in Armenia, ut ex Anonymo Graeco adverſus Chriſtianum Lupum ſuperius adnotavimus, anno 633. celebratum fuit, quando Heraclius rebus eccleſiaſticis componendis ſumma animi voluntate totus incumbebat: Piſida autem ad ea, quae vel ante, vel poſt hoc Concilium agebantur, facile reſpicere potuit. Verum fateor argumentum a notatione loci repetitum facere, ut credam, Athanaſium Syrum potius, quam Iohannem Armenum hic indicari: nam Heraclius Synodo Charnenſi non adfuit, & Piſida Imperatorem in Syria, nec procul ab eo, quocum res erat, morantem nobis repraeſentat.

Sed vel Athanaſius, vel Iohannes, vel quivis tandem alius ex Acephalorum ſecta ille fuerit, quem Piſida acriter inſectatur, (divinare enim licet, definire non poſſumus), illud plane ex huius Poëmatii lectione ſatis evincitur, nec Heraclium tunc temporis Monotheliſmo faviſſe, nec Monothelitas ipſos adhuc ſe, ſuaque dogmata in publicum prodidiſſe: nihil enim omnino occurrit, quod ad quaeſtionem de una operatione, & voluntate pertrahi poſſit. Unde clarius, & apertius elucet malitia Sergii, qui clementia, & bonitate Principis abutens, ſub eius nomine ſuos errores incautis obtrudere, ipſumque Heraclium in ſuam ſententiam adducere perbelle, & callide ſatagebat. Nam quomodo Piſida, qui de controverſiis per eam aetatem vigentibus, ac de Heraclii circa eaſdem ſollicitudine, & cura conſultus diſſerit, id ne attigiſſet quidem, quod iam vel pervulgatum eſſe noſſet, vel gratum futurum ſperaret Heraclio, & Sergio, quibus non modo placere, ſed etiam aſſentiri ſtudebat? Sed totum licet perlegas, atque pervolvas poëma, nihil plane offendes, quod Monotheliſmum vel ſapiat, vel inculcet, ſed omnia ad Monophyſiſmum labefactandum ſenties eſſe converſa Piſidae argumenta. Hoc autem probe concordat cum iis, quae tradunt Hiſtorici: nam neque in Concilio Charnenſi quidquam de Monotheliſmo actum eſt, neque in congreſſu cum Athanaſio ea de re diſputatum, ſed ut Theophanes loco ſaepe citato narrat, Heraclius Athanaſium magnis promiſſis ad Synodum Chalcedonenſem amplectendam ſuaſit, is autem ὑποκριθεὶς ἐδέξατο τὴν σύνοδον, ὁμολογήσας τὰς δύο ἐν Χριστῷ φύσεις, *ſimulata fide Synodum recepit, enunciatis in Chriſto duabus naturis*; tum vero quaeſtionem de una operatione movit Imperatori. Quare, ut videtur, ſi qua fuit inter Athanaſium, Heracliumque diſputatio, ea non circa Monotheliſmum, ſed circa Monophyſiſmum verſata eſt, ac obiter tantum in fine, quamvis de induſtria, de una operatione propoſita eſt quaeſtio. Itaque etiam ex Piſidae circa Monotheliſmum ſilentio fraus Sergii detegitur, qui clam, & occulte rem totam dirigebat, & ubi opus eſſet praeſidium errori ab Heraclio parabat, cuius nomine ſua ſcripta impune venditabat, ut quo volebat, perveniret.

Quidni autem hoc adfirmabimus, cum Piſida non modo de Monotheliſmo nihil omnino dicat, ſed etiam plura ex iis, quae contra Severum, vel Acephalos profert argumenta, ex Heraclii iuſſionibus, & decretis deprompta eſſe teſtetur, ſeque ab eo edoctum, & ad ſcribendum excitatum fuiſſe declaret, ut non tantum Piſidam, ſed Heraclium ipſum loquentem audiamus? Ille enim ſtatim, ac primo quidem Poëmatis exordio *v. 6.* ait:

> Ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τῶν μετεώρων λόγων
> Πρὸς τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐν ὕψει δογμάτων.
> *Tollimur tuorum ope ſermonum ſublimium*
> *Ad altitudines excelſorum dogmatum.*

Sed clarius *v. 80., & ſeqq.*, quo duce, & auctore ſcribat, oſtendit dicens: Heraclius

> Ἥπλωσεν ἡμῖν τὰς θεογράφους πλάκας,
> Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων
> Ἐφῆκεν ἡμῖν, ὥσπερ τινὰ ὠκεανόν.
> Ἀπεικὸς οὐδὲ τὰς λογικὰς ὁλκάδας
> Ἐκ τῶν ἐκείνου ῥευμάτων πληρουμένας
> Τῶν ἐναντίων προσβαλεῖν τρικυμίαις.
> *Explanavit nobis a Deo ſcriptas tabulas,*
> *Rivoſque a Deo fluentium ſermonum*
> *In nos immiſit, ut quidam Oceanus,*
> *Abs re prorſus non eſt navim eloquentiae*
> *Ex illius affluentia repletam*
> *Contra falſarum opinionum fluctus impellere.*

Diſerte autem *v. 310.* ait ſe novum problema Acephalis ſolvendum proponere:

> Ἐκ τῆς βασιλικῆς τοῦτο ληφθὲν ταμιείας,
> *Ex Imperatoris deſumptum penu,*

eoque vix propoſito ſubiungit *v. 324., & ſeqq.*

> Οὐκ ἔστι τοῦτο τῶν ἐμῶν προβλημάτων,
> Ἀλλ' ἔστιν ὄντως τοῦ θεορρύτου λόγου,
> Ἐν τῇ μεθέξει τοῦ λόγου παρεχθὲν
> Τῷ σὺν Θεῷ κρατοῦντι τῆς οἰκουμένης.
> *Non hoc eſt meum quoddam problema,*
> *Sed eſt revera a Deo prolatum verbum,*
> *Quod in communione ſermonis eſt ei oblatum,*
> *Qui ſimul cum Deo imperat orbi terrarum.*

Atque ex eodem, ut videtur, fonte derivata ſunt quaedam ex iis, quae circa medium leguntur; ait enim *verſ. 445.*

> Ἀλλ' ἔστι μύστης τῶν ἐμῶν διδαγμάτων
> Ὁ τὴν ἁλουργὸν πορφύραν ἠμφιεσμένος.
> *Sed eſt meorum myſta praeceptorum*
> *Ille qui punicea eſt indutus purpura.*

Ex quibus omnibus hoc mihi videor poſſe ſatis probabiliter adfirmare, ita ſuum Poëma digeſſiſſe Piſidam, ut Ectheſeos vel iuſſionis ab Heraclio contra Acephalos aut iam editae, aut quamprimum edendae, quaedam eſſet veluti paraphraſis, in qua prout facultas tulit, & metri neceſſitas paſſa eſt, breviter incluſit, quae fuſius Imperator pertractaverat. Atque hac quidem de cauſſa ad Heraclium, ut opinor, ſe convertit, eumque exorat in fine *verſ. 693.*, ut quae pro modulo ingenii ſui verſiculis conſtringere curavit, adprobet, atque confirmet:

> Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων
> Τῷ σῷ κύρωσον τοῦ λόγου τόνῳ,
> Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον οἰκείους λόγους.
> *Rerum a me dictarum complexionem*
> *Tui ſermonis confirma auctoritate;*
> *Non enim habui familiares dogmaticos ſermones.*

Haec autem dicere, vel ab Heraclio petere minime auſus fuiſſet, ſi eam eſſe mentem Imperatoris intellexiſſet, ut Monophyſiſmi damnatione error finitimus probaretur: ſed nec de Monotheliſmo verba facere omiſiſſet, ſi Heraclio id placere cognoviſſet.

Itaque in ea confirmor opinione, quam multis argumentis ſuperius expreſſimus, omnia uſque ad hoc tempus, videlicet annum 630., aſtu, & malitia Sergii clam, & occulte eſſe ſtructa, & parata, ut Monotheliſmo ſterneretur via: ita plane, ut eius ſcriptis nulla fides hac in re adhiberi poſſit. Nam ut videtur iuſſiones, & decreta, ſuopte quidem ingenio confecta, Heraclii vero nomine inſignita, non in vulgus edere, ſed clandeſtinis artibus, & conſiliis ad eos mittere curabat, quos noverat ſuam ſententiam perfacile eſſe probaturos. Id autem Heraclio minime ſuſpectum eſſe potuit, qui cum Sergii pietatem, & doctrinam ſuſpiceret maxime, eumque conciliandis Acephalorum ſectis omnino intentum eſſe crederet, veritus quidem non eſt, ne compoſitae orationis inſidiis ſua fides attentaretur. At Sergius quidem aliud agebat, & aliud ſimulabat, qua fraude una ſimul cum Heraclio ceteros decepit. Hinc merito S. Maximus in Diſput. cum Pyrrho

tom. II.

tom. II. pag. 182. ſubdolum eius ingenium ex animo deteſtatus eſt dicens: Ἀληθεύων λέγω, οὐδὲν οὕτω ἀπαλλοτριοῖ με πρὸς τὸν πρὸ σοῦ, ὡς τὸ ποικίλον αὐτοῦ, ἤγουν τὸ ἄλλοτε εἰς ἄλλας δόξας μεταφέρεσθαι, ἐν μηδενὶ ἀληθείας στηρίζεσθαι. *Vere loquar; nihil me ſic a tuo deceſſore* Sergio *alieno animo fecit, ac eius verſatile ingenium, mentiſque levitas: quod nimirum in alias ſubinde animum transferret ſententias, nec in vero firmiter ſenſu conſiſteret*. Nec tantum idem ſanctus vir Sergii vafritiem incuſat, ſed ipſum etiam, ut ſcriptorum, quae circumferebantur, auctorem aperte inſimulat, & damnat; ait enim *ibid. pag.* 183. τίς δὲ ἀνάγκη χάρτας προθεῖναι, ἢ σχίσαι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν; *quid vero neceſſe erat chartas proponere, & Sanctam Dei Eccleſiam ſcindere?* Sed Piſida, quantum ex hoc Poëmate intelligere poſſumus, occulti conſilii, & fraudum Sergii particeps non fuit; quamvis eius gratiam inire multis in eum alibi congeſtis laudibus non praetermiſiſſe conſtet. Quinam enim id tacuiſſet, ſi iuſſiones, & ſcripta, quae ſub Heraclii nomine Sergius inter ſuos amicos diſſeminabat, perlegiſſet? Illud igitur ni fallor patet, Piſidam, quae moliretur Sergius, plane ignoraſſe, nec eius rei, & fraudis conſcium Heraclium exiſtimaſſe, ſed contra Monophyſitas hoc Poemation ſcripſiſſe, ut cum ea omnia, quae Imperator in bello geſſerat, ſuis verſiculis exornaſſet, ea etiam, quae parta pace pro religione ſtatuta fuiſſe noverat, complecteretur. Quod quidem in illis ſenariis ſatis expreſſit, quibus ſe purgat, quod nimis ſicce, & ieiune dogmaticas controverſias pertractaverit, *v.* 695.

> Οὐ δογμάτων γὰρ εἶχον ἀκριβεῖς λόγους·
> Ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις
> Τὸν σὸν ἀγῶνα ἐσκιαγράφουν λόγοις.
> *Non enim habui familiares dogmaticos ſermones;*
> *Semper vero tuis delectatus expeditionibus*
> *Tua ſtudui certamina adumbrare ſermonibus.*

Verum quomodocumque hiſce de rebus egerit Piſida, (egit autem non ineleganter) dolendum eſt, ea quae poſt Heraclius ſuis vel iuſſionibus, vel decretis contra Acephalos ſancivit, non eſſe perſequutum: inde enim opinor conſtaret aperte, Heraclium numquam commiſiſſe, ut ſciens, volenſque videretur Monotheliſmum adprobare.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΚΑΤΑ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ ΣΕΥΗΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.

EIUSDEM
CONTRA IMPIUM SEVERUM ANTIOCHIAE.

Χρυσῆν ἀληθῶς οὐρανοῦ σειρὰν βλέπω
Τὴν σὴν πρὸς ἡμᾶς φρονιμωτάτην φρένα·
Σὺ μὲν γὰρ ἀκρότητι τῶν ἄνω λόγων
Σεαυτὸν ἐστήριξας· ἐκ δὲ σοῦ πάλιν
Ἡμεῖς τὰ τέκνα πάντες ἐξηρτημένοι
Ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τοῖς μεταρσίοις λόγοις
Πρὸς τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐν ὕψει δογμάτων,
Εἰ καὶ γεῶδες δυσφοροῦμεν φορτίον.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς, οὐδὲ τῇ φύσει πρέπον
Ζυγοστατεῖσθαι τὴν ὑπεραίρουσαν φύσιν,
Ἀλλ' ἐμμένοντας τοῖς πεπηγμένοις ὅροις,
Σιγῇ τὰ πολλὰ μυστικῇ περισκέπειν·
Εἰ γὰρ Θεοὺς σέβοντες Ἕλληνες νόθους,
Σιγῆς τὰ τούτων ἠξίωσαν Ὄργια·
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὸν Θεὸν τῶν κτισμάτων
Σιγῇ προσήκει μυστικωτέρᾳ σέβειν;
Τὸν γὰρ ταλαντεύοντα τὰς φύσεις λόγῳ
Πῶς οὐκ ἀπεικὸς ἐξιχνεύειν ἐν λόγοις,
Ζητεῖν τε πῶς, ποῖαί τε, καὶ πόσαι φύσεις,
Καὶ πῶς συνῆλθον, καὶ συνελθοῦσαι πάλιν
Διαιρεταὶ μένουσιν ἢ συνημμέναι;
Οὐκ ἦν μὲν εἰκὸς τούσδε τοὺς λόγους λέγειν,
Εἰ μηδ' ἂν αὐτὸς τῶν λόγων ἠνείχετο.
Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν βαρβάρων,
Καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος
Ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις,
Ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν Εὐεργέτης
Ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς χειρουργίας,
Τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον,
Ἐν ᾗ τυράννων ὠμότης ἐπεκράτει,
Καὶ βαρβάρων πῦρ δυσσεβῶς ἀνημμένον·
Ἕως ἐπέσχε τὰς νομὰς τῶν τραυμάτων,
Ἀναστομώσας τὰς φλέβας τῶν αἱμάτων.
Ἐπεὶ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν ὁ Χοσρόης
Χειμῶνας ἡμῖν ἐξανέστησε μάχης·
Πῇ μὲν πρὸς ὁρμὰς ἠρεθισμένος φόνων,
Πῇ δὲ προέδρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,
Ὡς μυσταγωγὸς χειροτονήσας πλάνης·
Πολλὴ καθ' ἡμῶν γίνεται τραγῳδία.
Εἴπερ δι' ἡμᾶς τοῦ Λόγου σαρκουμένου
Σπινθῆρας ἡμῖν δυσσεβεῖς ὑποφλέγει.
Ὅπως ἐφεῖται τοῖς ὁδηγοῖς τῆς πλάνης
Κενταυρόμορφον δογματίζειν εἰκόνα,
Ἣ μηδέν ἐστιν ἐντελὲς πρὸς τὰς φύσεις,
Ἐξ ὧν συνῆλθεν· ἐνδεεῖς γὰρ αἱ δύο,
Φύρσιν παθοῦσαι, καὶ τροπὴν τῇ συγχύσει.
Οὐκ

AUREAM vere caeli catenam video
Tuam nobis eſſe ſapientiſſimam mentẽ
Nam ſublimitate caeleſtium ſermonum
Teipſum ſolidaſti: ex te autem viciſſim
Nos omnes tui filii ſuſpenſi
Tollimur tuorum ope ſermonum ſublimium
Ad altitudines excelſorum dogmatum;
Quamvis terreno deprimamur pondere.
Aequum enim non erat, nec naturae conveniens
Ad trutinam vocare supereminentem naturam,
Sed manentes inter conſtitutos terminos
Silentio valde myſtico illam obtegere.
Si enim Deos colentes Graeci falſos
Silentio reveriti ſunt eorum orgia:
Quomodo non eſt aequius Deum creaturarum
Silentio vel magis myſtico venerari?
Qui enim ponderat naturas ſermone,
Quomodo non inveſtiget in ſermonibus,
Rimeturque qua ratione, qualeſve, & quantae;
Et quomodo coaluerint, & rurſus coalitae
Diviſae maneant, & ſimul coniunctae?
Aequum ſane non erat hos inire ſermones,
Ac ne ipſum quidem ſermonis genus hoc ferebat.
Satius autem fuerat a tempeſtate Barbarorum,
Et ab armata telis procella.
Expeditos quieſcere ſimul cum praeliis,
Quae fortiſſimus excidit Benefactor
Ope ſuae ſpiritalis chirurgiae
Morbo late per orbem ſerpente diſpulſo;
In quo tyrannorum feritas invaluit,
Et Barbarorum ignis impie accenſus;
Donec ille compeſcuit ulcera vulnerum,
Occludens venas redundantes ſanguine.
Cum vero vivens, & defunctus Choſroës
Belli tempeſtates nobis ſuſcitaſſet,
Qua percitus furore in caedes ruens,
Qua Severi commentationum praeſides,
Tamquam Myſtagogus erroris, ordinans:
Multa inter nos orta eſt tragoedia,
Siquidem de Verbo pro nobis incarnato
Scintillas nos inter impias ſubaccendit.
Ut datum ſit magiſtris erroris
Centauriformem edocere imaginem,
Quae non eſt quidquam perfectum in naturis,
Ex quibus coaluit; utraeque enim indigae,
Turbationem, & converſionẽ paſſae ex mixtione
Non

Οὐκ ἦν γὰρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ	Non enim ea mens fuit exſecrando Choſroae,
Κινεῖν καθ' ἡμῶν ὅπλα μέχρι σωμάτων·	Ut moveret arma in noſtra tantum corpora:
Τρῶσαι δὲ μᾶλλον ἤθελε τὰς καρδίας,	Sed potius vulnerare volebat corda,
Τὴν πίστιν ἡμῶν πυρπολῶν, ὡς τὰς πόλεις.	Fidem noſtram vaſtans incendiis, ut urbes.
Ἐντεῦθεν οἶμαι τοῖς Σευήρου συμπόνοις	Hic puto Severi fautoribus
Ἐφῆκε φύρσιν δογματίζειν ὁ δράκων·	Permiſit docere perturbationem Draco:
Ὡς ἂν δι' αὐτοῦ, καὶ καθ' ἡμῶν ἡ πλάνη	Ut eius opera etiam inter nos error
Δόξῃ χορεύειν, καὶ παρέξῃ τοῖς μάγοις	Videretur exſultare, & praeberet Magis
Λαβὰς γελώτων, καὶ συνάξεις παιγνίων.	Anſas ridendi, & ludicra conventicula.
Ἀλλ' ἠφάνισται ταῦτα σὺν τῷ Χοσρόῃ,	Sed haec evanuere una ſimul cum Choſroa,
Πέρας λαβόντα συμφορᾶς γελωμένης.	Et finem habuere miſere ridiculam.
Ὁ Δεσπότης γὰρ ἐξ ἑνὸς βέλους φθάσας	Deſpota enim uno ictu praeveniens
Τὸν μὲν φονεύει τῷ θεοκρίτῳ ξίφει,	Hunc quidem occidit gladio ex Dei iudicio;
Τοῖς δὲ προπέμψας εὐσεβέστατον βέλος	In illos autem immiſſo ſummae pietatis telo,
Σὺν τῷ βαλεῖν ἔσφαξε τὴν ἀπιστίαν.	Ipſo iactu mactavit infidelitatem.
Ἤρκει μὲν οὖν ἐκεῖνο τὸ πρῶτον βέλος	Sufficiſſet igitur primum illud iaculum,
Τὰς τῶν ἀπίστων ἢ μαλάξαι καρδίας,	Aut ad emollienda infidelium pectora,
Ἢ τὴν πολυτράχηλον ἐκτεμεῖν πλάνην·	Aut ad multorum capitum exſcindendum errorē.
Πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν Ἀκεφάλων αὐχένες	Multae enim ſunt Acephalorum cervices,
Πολλὰς ἔχοντες πανταχοῦ διαιρέσεις·	Multas habentes ubique diviſiones,
Καὶ πολλάκις φύουσι, καὶ τετμημένοι	Quae multoties pullulant, & exſectae
Τρέφουσιν αὖθις τοὺς τραχήλους ὡς ὄφεις,	Rurſus protrudunt colla, ſicuti ſerpentes.
Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν Ἡρακλῆς εὐεργέτης	At nobis adeſt Hercules beneficus
Καυτῆρι θερμῷ πίστεως πυρουμένης,	Cautere calido ardentis fidei
Ὕδρας ἀναιρῶν, λοξοκινήτους ὄφεις.	Hydras ſuffocans, tortuoſe ſe moventes angues.
Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου	Quoniam vero etiam hoc fauſto pacis tempore
Ἡ πρακτική τε, καὶ σοφὴ στρατηγία	Illa operoſa, ſapienſque expeditio
Πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν βαρβάρων·	Ad ſcripturas converſa eſt a Barbaris;
Ὅπως ὁ πείσας ἠρεμεῖν τοὺς βαρβάρους,	Ut qui quieſcere ſuaſiſſet Barbaros,
Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἠρεμεῖν τὰς αἱρέσεις·	Quieſcere cum ipſis ſuaderet haereſes;
Καὶ πνεύματος εὐσεβοῦς δεδεγμένος	Et religionis ſpiritu afflatus
Πρὸς τὰς ἀκάνθας ἐξανίστη τῆς πλάνης,	In ſentes inſurrexit erroris;
Καὶ τῇ νοητῇ τῶν γραφῶν ἀντιξέσει	Et acie mentis edolatis ſcripturis
Ἥπλωσεν ἡμῖν τὰς θεογράφους πλάκας,	Explanavit nobis a Deo ſcriptas tabulas,
Ἃς εἶχεν ἔνδον τῆς ἑαυτοῦ καρδίας,	(Quas ille in medio habebat ſui pectoris,
Οὐκ ἐκ διδακτῶν συλλαβῶν γεγραμμένας,	Non iis, quae addiſcuntur litteris, ſcriptas,
Θείῳ δὲ μᾶλλον δακτύλῳ τυπουμένας.	Sed potius divino digito impreſſas,)
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων	Rivoſque a Deo fluentium ſermonum
Ἐφῆκεν ἡμῖν, ὠκεανοῦ τινος δίκην,	In nos immiſit, ut quidam Oceanus,
Ὃς πάντα πληροῖ, καὶ τὸ λῆγον οὐκ ἔχει.	Qui replet omnia, & finem non habet:
Ἀπεικὸς οὐδὲν τὰς λαλούσας ὁλκάδας	Abs re prorſus non eſt navim eloquentiae
Ἐκ τῶν ἐκείνου ῥημάτων πληρουμένας	Ex illius affluentia repletam
Ταῖς ἀλλοδόξοις προσβαλεῖν τρικυμίαις·	Contra falſarum opinionum fluctus impellere.
Ἴσως λαβὼν ἰλίγγας ἀντιστρόφους	Forte in ſe contortos accipiens vortices
Ὁ μιξανάρρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,	Mixtus refluxus commentationum Severi
Ἢ τῇ γαλήνῃ προστεθῇ τῶν δογμάτων,	Aut ſerenitati adpropinquabit dogmatum,
Ἢ τὴν κακὴν ὄρχησιν ἐξορχούμενος	Aut improba ſaltatione debacchatus
Πρὸς τὰς ἀπαρχῆς ἀντανέλθοι φροντίδας.	Ad primam ſuam revertetur ſententiam.
Τέως μὲν οὖν Σευῆρε συμπεφυρμένε·	Quae haec eſt igitur, Severe, tanta confuſio?
Πρῶτον γὰρ οἶμαι τῷ διδασκάλῳ πρέπει	Illud enim in primis puto convenire magiſtro,
Τὴν τῶν μαθητῶν ἐγκαλεῖν ἀταξίαν.	Ut diſcipulorum coërceat diſſenſionem.
Ὁ συγχέων τὸν κόσμον ἐν διαιρέσει,	Quid tu confundens mundum diviſionibus,
Ὁ μηδαμοῦ ἔχειν εὐσταθῆ βάσιν θέλων,	Nullibi habere ſtabilem baſim volens,
Ἀλλ' ὡς ὄλισθος κυματώδης ἐκρέων,	Sed velut inſtabilis unda diffluens
Ὅτε βρωμώδεις συγγραφὰς ἀποπτύεις,	Quoties ineptas ſyngraphas exſpuis,
Τί μοι βεβήλους ἐγκαλεῖς διαιρέσεις	Quid, inquam, mihi profanas obiicis diviſiones
Τῶν Νεστορίου πανταχοῦ ληρημάτων	Semper delirantis Neſtorii,
Προεγκαλοῦντος οὐ διαίρεσιν λέγειν,	Et contendentis ſe diviſionem non dicere:
Ἀλλ' ἐκ διαμέτρου δογματίζων συγχύσεις;	Cum tu ex oppoſito ſtatuas confuſiones?
Ἢ πῶ-	Aut

Ἢ πεῖσον αὐτὸν, ἢ σὲ πεισάτω πάλιν,
Ἢ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν ἐκτροπῆς διεζευγμένης
Παλινδρομεῖτε πρὸς τὸν εὔθετον δρόμον·
Τεκμήριον γὰρ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθέτου
Τὸ τοὺς παρεκτρέχοντας ἐν παρεξόδοις
Ἕλκειν, μεθέλκειν ἀντιλέξεως τοὺς μέσους.
Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων·
Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ σὲ συνταράξαι τὰς φύσεις·
Κύριλλον οὐ παρόντα τῷ θείῳ τόμῳ·
Εἰ γὰρ παρῆν, ὕποπτον ἦν τὸ, πρὸς χάριν
Ὕμνοις ἀπευφήμησαν οἱ Θεηγόροι,
Ἐν οἷς τὸ πνεῦμα προσλαλεῖν ἐμαρτύρει·
Εἷς ἦν ἀριθμὸς ἑπταπευθέτους ἔχων
Δεκαδρομούσας εἰς ἑαυτὸν ἐννάδας
Στρατὸς πρὸς ὅπλα πίστεως συνηγμένοι.
Πάντες γὰρ οὗτοι τῶν ἐκείνου δογμάτων
Τὴν πίστιν ἠκρίβωσαν ἠκριβωμένως.
Ὁ τοὺς ἐκείνῳ συμφρονοῦντας ὑβρίσας,
Εὔδηλον αὐτὸν φαίνεται καθυβρίσας.
Λόγῳ μὲν οὖν τὸν ἄνδρα τεχνάζῃ σέβειν,
Ἔργῳ δὲ φεύγεις, κἂν δοκῇς συντρέχῃς.
Κατηγορεῖς δὲ τοῦ συνηγορουμένου
Μισεῖς προδήλως, ὃν φιλεῖς ὑποκρίσει.
Καιρὸς δὲ λοιπὸν τὰς λαλούσας ὁλκάδας
Τῇ τῶν τέκνων σου προσβαλεῖν τρικυμίᾳ.
Τῇ σῇ γὰρ ἅλμῃ κυματούμενοι πάλιν
Πρὸς τὴν πέτραν κρούουσι τὴν Ἐκκλησίας·
Σάλῳ δὲ συμπίπτουσιν ἀντεστραμμένοι
Πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀντικλώμενοι ζάλην.
Ἐντεῦθεν, οἶμαι, τῷ βυθῷ τῶν σκεμμάτων
Γεωμετρεῖν δοκοῦσι τὴν θείαν φύσιν
Ἰσχνοῖς λογισμοῖς τὴν ὑπὲρ νοῦν οὐσίαν,
Ἐν τῷ συνάπτειν, καὶ διαιρεῖν ἀστάτως.
Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἵσταται πεπηγμένον.
Καὶ δὴ κατηγοροῦσι τῶν ὀρθοφρόνων,
Ὡς εἰ θέλοιμεν δογματίζειν ἐν δύο,
Υἱοὺς παρεισάξοιμεν, ὡς φασὶ, δύο.
Τὰς γὰρ φύσεις ἔχουσιν, ὡς ὑποστάσεις.
Κἀντεῦθεν, ὡς λέγουσι, πρὸς τὴν ἐν δύο
Φωνὴν, ἀποσπένδουσι τὰς ὑποστάσεις,
Εἰς Χριστὸν εἰπεῖν εὐλαβούμενοι δύο.
Μή φασιν, ὀφθῇ τῇ μεθέξει τῶν δύο
Τετραπρόσωπος ἡ Τριὰς νοουμένη.
Οὐκοῦν ἐπειδὴ τῶν τριῶν φύσις μία
Πατρός τε φημὶ, καὶ Λόγου, καὶ Πνεύματος,
Ὑπόστασιν λέγουσι τῶν τριῶν μίαν.
Ὡς εὖγέ σοι, κράτιστε, τῶν νοημάτων,
Ἅ σοι τὸ πνεῦμα προσλαλεῖν ἀναβρύει.
Καὶ τοῦ γὰρ σὺν· ἀλλ' ὅμως τοῦ πνεύματος
Τοῦ συμμάχου σοι πανταχοῦ δεδειγμένου,
Πρὶν μὲν πρὸς ὅπλα, νῦν δὲ καὶ πρὸς αἱρέσεις.
Πάλιν δὲ πρὸς σὲ τὸν Σευῆρον οἱ λόγοι,
Τὸν τὰς ἀκάνθας ἐμβαλόντα τοῖς λόγοις.
Μίαν γὰρ εἴπερ τῶν τριῶν φύσιν λέγεις.
Καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ Τριὰς φύσις μία,
Πάντως ὑπαχθῇς, ἂν φύσεις τρεῖς εἰσάγῃς·
Ὡς ἄν γε, καὶ τρεῖς τὰς ὑποστάσεις λέγῃς.
Ἢ συγκαταχθῇς, ὥστε καὶ μίαν λέγειν

Aut ſuade ipſum, aut ille contra te ſuadeat:
Aut certo inter utrumque ſancito divortio
In rectum iter revertimini.
Illud enim eſt ſignum recti itineris,
Cum quis aberrantes per diverticula
Trahit, retrahitque ex contradictione in medium.
O ſemper Cyrillum in medium proferens,
Et in nullum ex illius placitis conſentiens,
(Si enim antequam tu miſceres naturas:)
Cyrillum non adſtantem cum ſancto tomo
Si enim adeſſet, ſuſpicio eſſet ne ad gratiam
Laudibus ipſum extuliſſent Deiloqui,
In quibus Spiritus Sanctus loqui teſtatus eſt.
Unus erat numerus una ſimul ſeptem complectens
Ultra decem in eum concurrentes nonadas:
Acies ad arma fidei ſimul unita.
Omnes enim iſti Cyrilli dogmatum
Fidem comprobarunt perfectiſſime.
At qui Cyrillo adſtipulantes laceſſit
Aperte prodit ſe petere illum conviciis.
Verbis igitur virum ſimulas te colere,
Reapſe fugis, quamvis videaris concurrere.
Accuſans autem, cui aſſentiris,
Palam odiſti, quem ſimulate diligis.
Sed iam tempus eſt orationis cymbam
Tuorum natorum fluctibus committere:
Ex tua enim ſalſugine aeſtuantes iterum
Petram furentes impetunt Eccleſiae;
Sed concidunt ſubverſi ſalo,
Iis, quas cient, disiecti tempeſtatibus.
Atque inde, opinor, ex abyſſo commentationum
Metiri ſibi videntur divinam naturam,
Infirmis rationibus ſuper eminentem ſubſtantiã,
In copulando, & dividendo inſtabiles.
Nihil enim ipſis ratum, firmumque eſt:
Et nos quidem recte ſentientes accuſant,
Quod ſi velimus illud in duabus adſerere,
Filios induceremus, ut aiunt, duos.
Naturas enim habent, tamquam hypoſtaſes.
Proinde, ut aiunt, in illa in duabus
Voce delibant hypoſtaſes,
In Chriſto timentes dicere duos.
Ne videatur, inquit, ex communione duorum
Quatuor Perſonis conſtare mente concepta Trias.
Igitur cum trium natura ſit una
Patris, inquam, & Verbi, & Spiritus;
Hypoſtaſim, dicunt, trium unam.
Quam rectae, Imperator, ſunt cogitationes tuae,
Quas tibi Spiritus adloquens ſuggerit!
Ex illo enim tuus: ex illo quidem ſpiritu,
Qui tecum viſus eſt ſemper militare,
Prius contra hoſtes, & nunc contra haereſes.
Sed rurſus ad te, Severe, ſermonem converto,
Ad te ſpinas ferentem ſermonibus.
Quamvis enim unam trium naturam dicas,
(Siquidem Trias eſt una natura,)
Semper cauſſa cadis, ſi naturas tres inducas,
Vel etiam ſi tres hypoſtaſes adſeras.
Necnon ſubiugaris, quamvis unam dixeris

Τὰς τῶν προσώπων τῶν τριῶν ὑποστάσεις·
Ἀλλ' οὐ δοκεῖ σοι τῷ βραβευτῇ τῆς μάχης,
Εἰπεῖν δὲ μᾶλλον τῷ φυτουργῷ τῆς μάχης,
Τὴν ταυτότητα συμφυλάξαι τῇ φύσει
Εἰς τριαδικὴν, ὡς λέγεις, μοναρχίαν.
Ἀλλ' εἰπέ μοι σύνδεσμε τῶν σοφισμάτων,
Κοινῆς παρ' ἡμῖν τῆς γραφῆς προκειμένης,
Ὄντων τε κοινῶν τῶν νοημάτων ὅλων,
Πῶς ἐξαμέλγεις, ὡς θέλεις, τὰ ῥήματα,
Τῶν σοὶ δοκούντων, τῶν δὲ μὴ δεδογμένων
Τάττεις ὁρισμοὺς, δογματίζων, ὡς θέλεις;
Ἄνθρωπε, μήτε κλέπτε τὴν γραφὴν ξέων,
Μήδ' αὖ χαρίζου τῇ γραφῇ παρεγγράφων.
Φεῦ τῆς κακῆς σου δωρεᾶς τῶν γραμμάτων
Ἐν τῷ περιττῷ, προξενεῖ μοι ζημίαν.
Φεῦ τῆς ἀναιδοῦς συλλαβῆς συλωμένης,
Καὶ ζημιούσης τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν.
Οὐ γάρ τι δείξεις ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις,
Ἐξ ὧν ἐρεύγῃ φληνάφων ληρημάτων·
Ἀλλ' αὐτὸς εἰκῇ νομοθετεῖς ταῖς βίβλοις
Ξέων, ὑφέλκων, ἀντιβάλλων, προσπλέκων,
Καὶ τῇ πονηρᾷ, καὶ πανούργῳ συγχύσει
Τὴν χεῖρα κιχρᾷς, καὶ γραφῇ πλαστογράφῳ
Δίκας ὑφαίνεις, μὴ δεδοικὼς τοὺς νόμους.
Ἔδει παρῆχαι τὴν ἐριστικὴν φύσιν,
Ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης.
Ἴσως τὸ σαθρὸν, ὧν ἀπέπτυσε λόγων,
Αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἐννοῶν ὑπεστάλη,
Δι' ὧν κακῶς ἔγραψεν, οὐδὲ γὰρ λέγω
Δι' ὧν ἑαυτοῦ συγχυθεὶς καθῃρέθη,
Δίκην ἐχίδνης, ἣ τεκοῦσα τοὺς ἔχεις
Ἐκ τῶν ἑαυτῆς φθείρεται κυημάτων.
Παλινδρομεῖ δὲ τῷ λογισμῷ, καὶ πάλιν
Λέγει πεπεῖσθαι ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις
Φωνῇ κεχρῆσθαι τῇ κατηγορουμένῃ
Ψόγου τε παντὸς, ἢ γραφῆς ἐγκλημάτων.
Ὃ γοῦν λέγεις σὺ συνδεδέσθαι τοῖς πάλαι
Πιστοῖς θεόπταις, πῶς δοκεῖς ἀνατρέπειν;
Ἢ στέρξον, ὡς χρὴ, τοῖς καλῶς εἰρημένοις.
Ἴσως δὲ καὶ νῦν τῷ συνήθει σου δόλῳ
Ὡς πτὼξ ἀγεννὴς εἰς ὀπὰς καταφυγὼν,
Τὴν Νεστορίου μὲν ζωγραφήσεις αἰτίαν,
Μὴ δεῖν μετ' αὐτὸν τήνδε τὴν φωνὴν λέγειν.
Ὡς δῆθεν ἡμᾶς τῶν ἐκείνου σκεμμάτων
Τὰς δυσσεβούσας ἐκφυγεῖν ὑποψίας.
Ἐγὼ δὲ τούτου τῶν βεβήλων δογμάτων
Μύστην ὁρῶ σε, κἂν δοκῇς λεληθέναι.
Εἰ γάρ τις ἄμφω τὰς ὑποστάσεις λέγει,
Ὡς σὺ σχεδιάζων γράφεις τὰ δόγματα,
Οὗτος προδήλως εἰς διαίρεσιν τρέχει,
Υἱοὺς δὲ πλάττει, καὶ παρεισάγει δύο.
Ἐρεῖς δὲ πάντως, ὡς συνάπτεις εὐθέως.
Καὶ πῶς συνάπτεις, καὶ μερίζεις εὐθέως;
Ἀεὶ γὰρ οὕτως, ὡς ἐν ἀτόμῳ πολλάκις
Μιγνὺς, μερίζων, οὐκ ἀφέξῃ τῆς πλάνης.
Ὢ τοὺς λογισμοὺς ἀντανακλῶν πολλάκις,
Ὡς παιδαγωγὸς ἐμπαθοῦς ὀρχηστρίδος,
Ἣ τῇ δυσειδεῖ τῶν μελῶν περικλάσει,
Στρεβλοῖ τὸ σῶμα τῇ στροφῇ τῶν ὀργάνων,

Ὡς

Eſſe trium perſonarum hypoſtaſes.
At tibi non videtur, o arbiter pugnae,
Quem melius dicerem Satorem pugnae,
Identitatem ſervari per vocem naturae
In trina, ut dicis, Monarchia.
Sed age dic mihi, confarcinator ſophiſmatum,
Cum nobis communis ſit propoſita Scriptura,
Omneſque in unam conveniant ſententiam:
Quomodo detorques, ut lubet, verba,
Deque placitis, deque tibi non placitis
Statuis definitiones, decernens ut vis?
Homo, neque furtim Scripturam abradas,
Neque item ex tuo ſuperaddas Scripturae.
Apage cum hoc tuo dono ex litteris
Supervacaneis: damnum mihi comparat.
Apage cum inverecunde ſyllaba ſubducta,
Quae divinae detrahit eſſentiae.
Nihil enim monſtrabis in Scripturis adprobatis
Ex iis, quae eructas, nugacibus deliriis,
Sed temere tu leges imponis libris,
Abradens, ſubtrahens, adiiciens, confarciens:
Atque ſceleſtae, & ſubdolae confuſioni
Manum libenter commodas, & ſcriptura falſa
Lites doloſe nectis, non reveritus leges.
Neceſſe erat, ut ad contentiones veniret
Ille idem, qui fuerat erroris Sophiſta.
Sed forte putres, quos evomuit, ſermones
Secum ipſe reputans, multum timebat
De iis, quae male ſcripſit; non enim de iis loquor,
Per quae ſibi involutus periit,
Echidnes inſtar, quae enixa viperas,
A ſuis propriis occiditur fetibus.
In mentem vero redit, atque iterum
Dicit ſibi eſſe perſuaſum in ſcriptis adprobatis
Vocem eſſe adhibitam reprobatam
Omni vituperatione, & ſcriptura reiectam.
Quod igitur dicis traditum eſſe antiquis
Dei contemplatoribus, cur videris refellere?
Quin potius, ut decet, bene effata amplecteris?
Et nunc fortaſſe tua conſueta fallacia,
Ut vilis lepus ad latibula confugiens,
A Neſtorio petitam praetexes cauſſam,
Non oportere poſt ipſum hanc vocem uſurpare.
Nempe ut in illius commentationum
Impias fugiamus cadere ſuſpiciones.
Verum ego illius ſceleſtorum dogmatum
Eſſe te myſtam video, etſi videaris deliteſcere.
Si enim quis ambas hypoſtaſes dicat,
Ut tu oſcitanter conſcribis dogmata,
Ille aperte in diviſionem procurrit,
Filioſque fingit, & inducit duos.
At dices profecto te ſtatim copulare.
Et quonam modo copulas, & dividis tam cito?
Ita enim ſemper, velut in atomo laborans
Miſcens, partiens, numquam diſtabis ab errore.
O ſaepe mentem mutans, & inflectens,
Ut paedagogus impudicae ſaltatricis,
Quae laterum laſcivis flexibus
Corpus intorquet ad varios modos organi,

Ut

Ὡς αὐτὸς οἴγνως· τοῦ γὰρ οὐκ ἔστι πλέον
Εἰς ταῦτα πιστοῦ προσβαλεῖν διδασκάλου.
Ἀλλ' ἡ μὲν ἄχει τῶν μελῶν στρεβλουμένη,
Κλονεῖ τὸ σῶμα· τῆς δὲ τῆς σῆς πανουργίας
Ἡ ψυχικὴ στρέβλωσις ἀθλιωτέρα.
Ὡς γὰρ λέγεις, νοεῖς μὲν ἐν διαιρέσει
Τὸν Χριστὸν εἶναι, καὶ μερίζεις τὰς φύσεις
Ἰσχνοῖς λογισμοῖς· πλὴν συνάπτεις εὐθέως.
Πέτῃ δὲ πολλὰ τῇ πτερωτῇ σου φύσει,
Φθάσαι νομίζων τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν.
Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὐδαμοῦ παύσῃ λέγων,
Νῦν μὲν διαιρῶν, νῦν δὲ καὶ σφίγγειν θέλων,
Καὶ νῦν μὲν ἁπλοῦν, νῦν δὲ σύνθετον λέγων·
Καὶ νῦν μὲν εἷς πέφυκε, καὶ πάλιν δύο·
Καὶ πολλὰ πέζεις, ὡς νομίζεις, τὸν λόγον,
Ὡς ἂν δοκῇ σοι, τοῦ Θεοῦ σαρκουμένου.
Ὡς ἐκπέπληγμαι, πῶς ἀσυνθέτοις λόγοις
Καταστοχάζῃ τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας.
Ἐγὼ δὲ τολμῶν οὐκ ἀπεικότως τάχα
Αὐθήμερόν σοι τὴν ἐρώτησιν φέρω.
Τί γὰρ δοκεῖ σοι δογματίζειν τὸν Λόγον
Ἐν δεξιᾷ νῦν τοῦ Πατρὸς πεφυκότα
Ἄνθρωπον ἔννουν, ἢ μονούμενον Λόγον,
Ἢ καὶ δι' ἀμφοῖν συμμεμιγμένην φύσιν;
Ἢ καὶ πάλιν λύειν τε, καὶ σφίγγειν θέλεις
Κλείων, ἀνοίγων τὰς ὑπὲρ φύσιν θύρας;
Ἰλιγγιᾶν δέον σε· πῶς ἀναδρόμους
Ἴλιγγας ὥσπερ τῷ πεφυρμένῳ σάλῳ
Εἰς τὴν σεαυτοῦ συστροφὴν ἀναστρέφεις,
Καὶ καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ἀστρολογεῖν θέλεις
Στιγμάς τε μετρεῖν, καὶ ῥοπῶν ἀμετρίας;
Ἄκουε τοίνυν τῶν ἐμῶν ψελλισμάτων,
Ὡς ἂν μετρεῖν τὰ θεῖα δυσκόλως ἔχῃς·
Τί μὴ μεθ' ἡμῶν δογματίζεις ἐν δύο;
Ἐρεῖς δὲ πάντως τῆς ἑνώσεως χάριν·
Πρὸ τῆς ἑνώσεως γὰρ ἐν δύο λέγεις,
Οὔ φησιν, ἀλλ' ἕνωσιν ἐκ δύο μίαν.
Λέγων δὲ ταύτας τὰς φύσεις τὰς ἐκ δύο,
Ὑποστάσεις φὴς ἀναριθμήσας δύο.
Ἀλλ' εἰ μὲν εἴπῃς τοῦτο, καὶ δύο λέγεις
Υἱοὺς προδήλως, καὶ λογισμοῖς ἀσκόποις
Κεῖται καθ' ὑμᾶς ἡ Τριὰς εἰς Τετράδα·
Καὶ σαυτὸν ἠγνόησας, ἐγκλίνεις μάτην
Κοινῶν καθ' ἡμῶν, ἃς φρονῶν ἀνατρέπεις.
Εἰ δ' οὖν γε τοῦτο μηδαμῶς σοι λεκτέον,
Πῶς μοι συναινεῖν, καὶ κατηγορεῖν θέλεις,
Μετὰ τὴν ἕνωσιν εἰ δύο φύσεις λέγω,
Καὶ τὰς ὑποστάσεις με διττὰς εἰσάγειν;
Οὕτως κάπηλος αἰσχροκερδὴς εὑρέθης,
Τὸν οἶνον εἰκῇ συνθολώσας εἰς ὕδωρ,
Καὶ συνταράσσων τὰς ἀσυγχύτους φύσεις.
Πλὴν οὐδὲν ἧττον, καὶ μίαν Θεοῦ Λόγου
Φύσιν προτείνων, ἀλλ' ὅμως σαρκουμένην,
Δύο προβάλλῃ, κἂν ὑφέλκῃς τὴν μίαν.
Ἄλλην δέ σοι ζήτησιν ἐκ τῶν σῶν λόγων
Κινῶ φυσῶσαν, καὶ διάρθρου τὴν λύσιν,
Ὡς ἰσχνολέσχης τῶν γραφῶν θεωρητὴς.
Ταύτην ἐκείνην, ἣν σεσαρκῶσθαι λέγεις·
Ἁπλῆν νομίζεις, ἢ διπλῆν λέγειν θέλεις;

Ut ipſe noſti. Non eſt enim quiſquam te potior
Ad aliquid in hiſce fido addendum magiſtro.
Sed illa quidem membra tantum diſtorquens
Agitat corpus: tua vero cum dolo malo
Mentis verſuties longe triſtior.
Ut enim inquis, putas ſine in diviſione
Eſſe Chriſtum, & dividis naturas
Futilibus argumentis; ſed coaptas illico,
Atque evolas tam longe tui alis ingenii
Ut ipſam putes praevertere Dei ſubſtantiam.
At, ni fallor, numquam ceſſabis loqui,
Nunc dividens, nunc vero volens conſtringere
Et modo ſimplicem, modo compoſitam dicens;
Et certe nunc unus exſtitit, & nunc duo.
Atque ita valde planum, ut putas, ſermonem facis,
Prout tibi videtur de Deo incarnato.
Prorſus ſtupeo, quinam tuis incompoſitis ſermonibus
Semper collimes in Dei ſubſtantiam!
Sed ego factus audax, nec fortaſſe immerito,
Extemporaneam tibi quaeſtionem propono.
Quid tibi videtur ſtatuere: Verbum,
Quod eſt in dextera nunc Patris, exſtitiſſe
Hominem mente praeditum, aut ſolum Verbum?
Aut etiam ex ambabus commixtam naturam?
An rurſus ſolvere, & conſtringere vis,
Claudens, aperiens ſupernaturales portas?
Opus eſt te circumagi. Cur nam recurrentes
Vertices, tamquam in aeſtuante mari
In tui ipſius ſubverſionem convertis?
Cur contra teipſum mavis aſtrologus videri
Et puncta metiri, momentaque immenſa?
Auſculta igitur me balbutientem:
Si metiri divina tibi durum eſt,
Cur non nobiſcum edoces in duabus?
Dicis vero ſemper unionis gratia.
Ante unionem enim in duabus dicis.
Minime, inquit, ſed unionem ex duabus unam.
Tales vero dicens naturas, quae ſint ex duabus,
Hypoſtaſes, ſi bene numeras, dicis duas.
Atqui ſi hoc dixeris, etiam duos dicis
Filios aperte, & ratione inconſulta
Poſita per vos eſt Trias in quaternitate.
Ita teipſum fallis, inclinans temere
In noſtram partem, a qua conſulto refugis.
Quod ſi contra id a te nullibi dictum eſt,
Cur te mecum ſentire, & ſimul exprobrare vis,
Si poſt unionem duas naturas dixero,
Etiam hypoſtaſes me duplices inducere?
Ita turpis lucri avidus caupo detectus es,
Qui vinum temere miſceas cum aqua,
Et confundas inconfuſas naturas.
Praeterquam quod quamvis unam Dei Verbi
Naturam enuncies, ſed tamen incarnatam,
Duas proponis, quamvis unam ſubtrahas.
Alteram vero tibi quaeſtionem ex tuis ſermonibus
Enatam moveo; tu vero enoda ſolutionem,
Uti ſubtilis, & argutus Scripturarum interpres.
Hanc ipſam, quam incarnatam eſſe dicis,
Simplicem exiſtimas, aut duplicem vis dicere?

Ἀλλ' εἰ μὲν ἁπλῆν, πῶς σεσαρκῶσθαι λέγεις;
Εἰ δ' αὖγε διπλῆν, πῶς μίαν λέγειν θέλεις;
Μέσον γὰρ οὐδὲν ἐστὶ τῶν εἰρημένων.
Οὐκοῦν σὺν ἡμῖν μὴ θέλων ἑκουσίως
Εἰπεῖν ἐναργῶς ἐκβιάζῃ τὰς δύο.
Ἴσως ἐρεῖς μοι, μὴ θέλειν διπλῆν λέγειν,
Εἰ καὶ λέλεκται τοῖς θεόπταις πατράσι,
Τὴν σύνθετον δὲ μᾶλλον εἰσάγειν θέλεις.
Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐν λαβυρίνθῳ στρέφῃ
Τοῦ σοῦ λογισμοῦ, μὴ τυχὼν τῆς ἐξόδου·
Τῇ συνθέσει γὰρ εἰ μένουσιν αἱ φύσεις
Ἐν ταῖς ἑαυτῶν οὐσίαις σεσωσμέναι·
Καὶ κἂν ταραχθῇς, τὰς δύο πάντως λέγεις·
Ἢ συγχυθεῖσαι τοῦ μελικράτου δίκην,
Οὐδέτερόν εἰσι τῶν δύο πεφυρμένων.
Εἰ δ' αὖγε προσθῇς, ὡς ἀσυγχύτως λέγεις,
Φραγμόν τε βάλλειν ἀξιοῖς τῇ συνθέσει,
Καὶ τῇ θεωρίᾳ μὲν ἐννοεῖς δύο·
Τῇ δ' αὖγε φωνῇ τὰς δύο λέγεις μίαν,
Καὶ τοῖς λόγοις σου τῷ λογισμῷ σου μάχῃ,
Σαυτὸν δὲ κλέπτεις, καὶ δοκεῖς λεληθέναι.
Τί μὴ μεθ' ἡμῶν δογματίζεις τὰς δύο
Ἀσυγχύτους τε, καὶ καλῶς ἡνωμένας,
Ἡνωμένας δέ, καὶ πάλιν σεσωσμένας;
Μένει τε πάσης ἐκτομεὺς ὑποψίας;
Ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν στασιάζεις ἀσκόπως
Λόγοις ἀναιρῶν, ἃ φρονεῖς τῇ καρδίᾳ.
Λέγω δέ σοι πρόβλημα, καὶ πάλιν ξένον,
Ἐκ τῆς βασιλικῆς τοῦτο κλέψας οὐσίας·
Αὐτὰς ἐκείνας τὰς συνελθούσας φύσεις
Ἀσυγχύτους φῄς, ἢ νοεῖς ἐν συγχύσει·
Δοκεῖς δέ μοι νῦν ὡς ἐρεῖς ἀσυγχύτους.
Καὶ πῶς ἀσυγχύτους τε, καὶ μίαν λέγεις;
Ἡ σύγχυσις γὰρ ἐν δυοῖν, ἢ καὶ πλέον.
Εἰ δ' οὐ δύο φῄς, πῶς ἀσυγχύτους λέγεις;
Εἰ δ' αὖγε τὴν σάρκωσιν εἰσάγεις πάλιν,
Εὐθὺς τὸ διττὸν αὖθις ἀντεισάγεις·
Κἀντεῦθεν ὥσπερ λοξοκίνητος δράκων
Ἐκτείνεται μέν, καὶ πάλιν συστέλλεται.
Οὕτως ἀσύγχυτόν τε, καὶ μίαν λέγων
Ἀεὶ τὸ διττὸν συστρέφων ἀντιστρέφεις.
Οὐκ ἔστι τοῦτο τῶν ἐμῶν προβλημάτων,
Οὐ τῶν παρ' ἐχθροῖς συλλογιστικῶν λόγων,
Οὐ τῶν καθ' ἡμᾶς γνωστικῶν διδασκάλων·
Ἀλλ' ἔστιν ὄντως τοῦ θεορρήτου λόγου
Ἐκ τῶν δοκούντων προσκυνεῖν ὑβρισμένους.
Κἀκεῖθεν ὥσπερ ἐξ ὑπορροίας δρόσου,
Ἐν τῇ μεθέξει τοῦ λόγου παρεσχέθη
Τῷ σὺν Θεῷ κρατοῦντι τῆς οἰκουμένης·
Ὅπως ἐκεῖνος τοὺς κατηγόρους βλέπων
Συνηγορήσῃ τοῦ κατηγορουμένου,
Καὶ τοὺς ἀγνοίᾳ δυσσεβοῦντας τῶν λόγων
Πειθοῖ μετάγξας εὐσεβεῖν ἀναγκάσῃ.
Ὦ συγχύσεις δρῶν, καὶ διαιρέσεις πλέκων
Οὐ δογμάτων τοσοῦτον, ὡς τῶν σχισμάτων,
Φύρεις γὰρ εἰκῇ, καὶ διαιρεῖς ἀφρόνως
Ἡνωμένον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας,
Σχίζεις δὲ πάντας, τοὺς δὲ σοὺς καὶ μειζόνως.
Σκοπὸς γὰρ ἦν σοι μὴ τοσοῦτον συλλέγειν,
Ὅσον

Si ſimplicem, quomodo incarnatam dicis?
Si vero duplicem, quomodo unam vis dicere
Medium enim non eſt inter ea, quae dicta ſun.
Igitur cum nolis nobiſcum ſpontanee,
Dicere reapſe vi cogeris duas.
Forſan repones, te nolle duplicem dicere,
Quamvis dictum ſit a divinis Patribus,
Sed potius compoſitam velle inducere.
Sed nihilominus in labyrintho verſaris
Cum tuo conſilio, neque exitum inveneris.
In compoſitione enim ſi manent naturae
In ſuis propriis ſubſtantiis ſervatae;
Utcumque eas confundas, duas ſemper dicis.
Vel etiam permixtae, inſtar aquae mulſae,
Neutrum ſunt ex duabus commixtis.
Si vero adiungas, quod inconfuſe dicas,
Vallumque ponere compoſitioni intelligas:
Tum quidem mente cogitas duas,
Voce vero duas dicis unam,
Et verbis tuis contra tuam mentem pugnas.
Tu tibi es fraudi, & tibi videris deliteſcere.
Cur non nobis cum edoces duas,
Et inconfuſe, & bene unitas,
Unitas, inquam, & bene conſervatas?
Atque ita omnem prorſus removes ſuſpicionem?
Quid tecum ipſe diſcrepas inconſulte
Verbis deſtruens, quae cogitas corde?
Ego vero tibi problema propono, ac plane novum,
Quod eſt a regio ſubductum penu.
Illas ipſas, quae coaluerunt, naturas,
Aut inconfuſas dicis, aut eſſe putas in confuſione.
Et mihi videris nunc dicere inconfuſas.
Quomodo vero inconfuſas ſimul, & unam dicis?
Confuſio enim aut in duobus, aut in pluribus.
Ac ſi non dicis duas, quomodo inconfuſas dicis?
Si vero rurſus incarnationem inducis,
Statim duplex iterum reducis.
Hinc veluti tortuoſe ſe movens draco
Extenditur quidem, & rurſus contrahitur;
Sic inconfuſam, & unam cum dicis,
Semper ad duplex, quod avertis, reverteris.
Non hoc quoddam meum eſt problema,
Non adverſariorum ſillogiſtica quaeſtio,
Non quid traditum a noſtris ſapientibus magiſtris;
Sed eſt revera a Deo prolatum illic verbum,
Ubi colendos ſtatuit patientes iniuriam.
Exinde veluti ex affluentia roris
In communione ſermonis eſt illi oblatum,
Qui ſimul cum Deo imperat orbi terrarum.
Ut ille accuſantes videns
Patrocinaretur accuſatum,
Et ignorantia ſermonum impie agentes
Perſuaſionis vi ad bene agendum compelleret.
O confuſiones ciens, & diviſiones conſerens,
Nec tantum dogmatum, quantum ſchiſmatum!
Temere enim perturbas, & inſipienter dividis
Unitum corpus Eccleſiae.
Scindis autem omnes, ſed tuos ipſos magis:
Tuum enim fuit conſilium, non tantum colligere,
Quan-

Ὅσον τὰ τέκνα συμβαλεῖν, καὶ σκορπίσαι.
Ὦ τέκνα πατρὸς, καὶ τὸ λοιπὸν οὐ λέγω.
Οὐ γὰρ στέγοντες τὰς λάλους τηρεῖν θύρας,
Ἢ τοῦ λογισμοῦ συγκρατεῖν τὰς ἐξόδους,
Ἰούλιον λέγουσι τὸν Ῥώμης πάλαι
Διονυσίῳ γράφοντι τῷ Κορινθίῳ
Ψήφῳ καθ' ἡμῶν δογματίζειν ἐγγράφῳ·
Κατηγορεῖν τε τῶν λεγόντων ἐν δύο.
Ἀλλ' εἰπὲ Ῥώμη, καὶ Κορίνθῳ συμβόα,
Πόσοις προεκβὰς τῶν Κορινθίων χρόνοις,
Ῥώμης ὁ μύστης εἶχε τὴν ἄνω πόλιν;
Πεντὰς γὰρ αὐτὸν εἰκοσαδρόμου χρόνου
Μετῆρεν ἤδη τῶν ἐν ἀνθρώποις σάλων
Πρὸ τοῦ μετασχεῖν τὸν Κορίνθιον θρόνου.
Ὦ κλέμμα πικρὸν, ὢ βίας τῶν βιβλίων,
Ὦ χεῖρες ὀρθοὺς οὐκ ἔχουσαι δακτύλους.
Ὀδοστατοῦσι τῇ γραφῇ καὶ τοὺς τάφους,
Αὐτοὶ καθ' αὐτούς· ὡς μαθηταὶ ζωγράφων
Σκιαγραφοῦντες τὰς ἀτίμους εἰκόνας,
Γράφουσιν, ἢ μηνοῦσιν, ὡς ἂν ἡ πλάνη
Τὸ τοῦ λογισμοῦ νηπιῶδες ἁρπάσῃ.
Οὕτως ὑφαρπάζουσι τοὺς ἁπλουστέρους
Οἱ τῶν κυνηγῶν τῶν ἀδήλων ἐργάται·
Οὕτω τὸ πιστὸν δόγμα τῶν ὀρθοφρόνων
Ἐγκυμονοῦσαι πάντως ηὐτρεπισμένον,
Κυοφορεῖ μὲν, ἀλλὰ τίγριδος δίκην
Ζητεῖ τὰ τέκνα, καὶ σπαράττεται πλέον·
Ἣ τῶν ἑαυτῆς ἁρπαγέντων συγγόνων
Τομῶς διώκει· καὶ λαβοῦσα τὸ βρέφος
Πάλιν διώξει συντονωτέρᾳ τρέχει,
Ἄλλον φθάσαι σπεύδουσα τῶν τεκναρπάγων
Καὶ συγκλονεῖ τὸ σῶμα ταῖς ἀναδρομαῖς
Ἐκεῖθεν ἔνθεν, ὥστε σῶσαι πολλάκις
Τὰ τέκνα λῃσταῖς ἐμπεσόντα συντόμως.
Ἤδη δὲ λοιπὸν, καὶ τὸ τοῦ λόγου στόμα,
Πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν ἐξεφαύλισαν μάχην·
Τὴν Γρηγορίου γὰρ μυστικωτάτην φρένα
Πηγὴν Θεοῦ φράσαιμι, καὶ Θεοῦ πύλην,
Δι' ἧς τὸ πνεῦμα πᾶσαν ἄρδει καρδίαν
Κρουνοὺς ἀνοῖγον εὐσεβῶν νοημάτων.
Καὶ τοῦτο δὴ πάσχουσιν, ὡς ὁδοστάται,
Ξιφηφοροῦντες πρὸς τομὰς τῶν βιβλίων.
Τῶν συλλαβῶν γὰρ τοὺς ἐνάρθρους αὐχένας
Τέμνουσι, καὶ τὰ κῶλα τῶν νοημάτων·
Ἀρχὰς δὲ συμπλέξαντες ἐκ τῶν ἐσχάτων
Τὰ τῶν μέσων κολλῶσι τοῖς ὀπισθίοις.
Ἐντεῦθεν αὐτοῖς, ὥσπερ ἄστατον ζάλην,
Τὰ τοῦ λογισμοῦ συνταράττουσι νέφη·
Καὶ πάντα συγχέουσιν οὐκ ἀπεικότως
Ὡς ἂν φανῶσι τοῦ φιλανθρώπου λόγου,
Καὶ τοὺς λόγους φύροντες, ὡς τὴν οὐσίαν.
Τίς γὰρ τὸ λευκὸν ὄμμα τῆς Ἐκκλησίας
Τὸ Γρηγορίου τοῦτο δεικνύντος στόμα,
Οὐκ οἶδε κεκραγός τε, καὶ πεπεισμένον,
Ἄφθαρτον εἶναι τὴν ἀνωτάτω φύσιν,
Ὡς μήτε φυρμὸν, μήτε σύγχυσιν πάθους
Εἰς τὴν ἄχραντον ἐμβατεύειν οὐσίαν;
Εἰ δ' αὖ ταράττῃ τοῦ σοφοῦ διδασκάλου
Θεοῦ λέγοντος αἷμα, καὶ Θεοῦ πάθος·

Σκόπει

Quantum filios inter ſe committere, & diſiungere.
O filii Patris, neque dico cetera.
Cum enim nequeant frenare linguam,
Et rationis cohibere effugia,
Rurſus dicunt, Iulium Romanum Pontificem,
Cum ei Dionyſius ſcripſiſſet Corinthius,
Contra nos protuliſſe ſcriptam ſententiam,
Et damnaſſe dicentes in duabus.
Sed loquere Roma, & cum Corintho conclama,
Quot annis ante Corinthium excedens e vivis
Romanus Pontifex ad caeleſtem urbem emigravit?
Ante enim quinquies viginti annos
Iam ille ſe extulerat ſupra humanas procellas,
Quam communicaret cum Corinthio throno.
O fraus iniqua, o ſcriptorum violentia!
O manus rectos non habentes digitos!
Opponunt ſcripturae etiam ſepulcra,
Sibi non conſtantes. Ut pictorum diſcipuli,
Adumbrantes viles, & informes imagines,
Delineant, oblitterantque, prout error
Mentis ſtultitiam trahit.
Atque ita decipiunt ſimpliciores
Venatorum non apparentium emiſſarii.
Sic fidele dogma recte ſentientium
Ad pariendum ſemper praeparatum
Fert quidem uterum, ſed tigridis inſtar,
Natos inquirit, & diſtrahitur magis,
Quae ſuos ſibi abreptos natos
Acriter inſequitur, & fetu recepto
Rurſus concitatior ad proſequendum currit,
Alium praevertere feſtinans ex raptoribus,
Et fatigat corpus in concurſando
Huc, & illuc, ut ſervet ſaepius
Natos, qui in latrones repente inciderunt.
Iam vero etiam illud os eloquentiae
Prorſus nihili, contra nos pugnantes, aeſtimant.
Gregorii enim plane miſticam mentem,
Fontem ego Dei dixerim, & Dei portam,
Per quam Spiritus omne cor irrigat,
Rivos piarum cogitationum infundens.
Sed illi id faciunt, quia graſſatorum inſtar,
Stant eſſe armati ad mutilandos libros:
Nam ſyllabarum capita articulatim expreſſa,
Et membra ſententiarum dividunt.
Initia vero connectentes cum finalibus,
Quae ſunt in medio agglutinant ſequentibus.
Hinc fit, ut tamquam in aeſtuante tempeſtate,
Mentis conturbentur nebulis.
Idcirco autem ſus deque vertunt omnia,
Ut videantur hominum miſerantis Verbi
Ita ſermones confundere, ut ſubſtantiam.
Quis enim illum candidum ocellum Eccleſiae,
Quis illud innuit os Gregorii,
Nec ſentit clamaſſe penitus perſuaſum
Corruptioni non eſſe obnoxiam caeleſtem naturā,
Ut nec mixtionem, nec paſſionis confuſionem
In intemeratam invexerit ſubſtantiam?
Si autem haeres animo, tam ſapiens Magiſter
Dei quod dicat ſanguinem, & Dei paſſionem,

Perpen-

Σκόπει τὰ τῶν ἄνω τε, καὶ κάτω λόγων,
Καὶ τὴν ἄχραντον μὴ θολώσῃς οὐσίαν.
Ἀνώλεθρος γὰρ εὐθέως εὑρίσκεται,
Εἰ μηδὲν ὀκνεῖς προσβαλεῖν τοῖς βιβλίοις.
Εἰ δ' αὖγε καὶ Κύριλλος εἰσάγῃ πάθος·
Μὴ κλέπτε τὸν νοῦν, οἷα λῃστὴς ἁρπάσας
Ἐκ τῶν συνήθων, ὡς δοκεῖ σοι, κλεμμάτων.
Εἰ γὰρ θελήσεις ἐντυχεῖν καὶ τοῖς κάτω,
Εἰ μικρὸν ἀρθῇς ἐμβαλεῖν καὶ τοῖς ἄνω
Τὸν νοῦν, συνήσεις μυστικῶς λελεγμένον·
Καὶ γὰρ παρῆν μὲν μυστικῶς καὶ τῷ πάθει.
Μαστίζεται δὲ, καὶ συνέρχεται τάφῳ,
Καὶ πάντα πάσχει τῇ καθ' ἡμᾶς οὐσίᾳ,
Εἰς τὴν ἑαυτοῦ μὴ πεπονθὼς οὐσίαν.
Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο πῶς ἑκὼν παρατρέχεις;
Τῶν Γρηγορίου γὰρ αὖθις ἅπτομαι λόγων.
Δύο γὰρ αὐτὸς δογματίζει τὰς φύσεις,
Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπόν τε, καὶ Θεὸν λόγον·
Θεὸν μὲν, ὡς ἄσαρκον· ἄνθρωπον πάλιν
Τὸν αὐτὸν, ὡς ἔνσαρκον ἐψυχωμένον
Οὐ τῷ μερίζων, ἢ συνάπτων, ὡς λέγεις·
Τούτων γὰρ ἡ σὴ συμμετέχει νωθρότης·
Ἔργῳ δὲ δεικνὺς, ὡς συνῆλθον αἱ δύο,
Οὐ θατέρου τραπέντος εἰς τοὐναντίον·
Ἀλλ' ὡς ἔμειναν συνδρομαῖς ἀσυγχύτοις
Ἐξ ὧν συνῆλθον εἰς ἑαυτὰς αἱ φύσεις.
Εἰ δ' αὖγε σοι σταύρωσιν, ἢ πάθος λέγει,
Θεοῦ λέγει σάρκωσιν, οὐ τὴν οὐσίαν
Νοῶν παθητὴν· οὐδὲ γὰρ σαρκὸς δίχα·
Ὡς σώματος γὰρ, καὶ πάθους ἐγεύσατο.
Πλὴν οὐ πέπονθεν, οὐδὲ πρὶν τῇ συνθέσει,
Οὐδ' αὖγε τῇ νῦν ἀντιλήψει τοῦ πάθους·
Ἀλλ' ὡς ἄτρεπτος εὑρέθη σαρκούμενος,
Οὕτως ἄχραντος εὑρέθη σταυρούμενος.
Ὢ τῆς βυούσης μέχρι παντὸς ἀσπίδος
Πρὸς τὰς ἐπῳδὰς τοῦ Θεοῦ τὰς ἐγγράφους.
Πλὴν ὡς ἔοικε μᾶλλον ἐκ τοῦ σοῦ πάθους,
Παθητὸν εἶναι τὸν Θεόν μου σὺ λέγεις,
Καὶ συμμαχεῖς Ἕλλησι, καὶ λεληθότως
Πρὸς τῶν ἀπαρχῆς ἐμπαθῆς σου προστάτας,
Τὸ δυσσεβὲς σοῦ δόγμα ῥιζῶσαι θέλεις.
Ἐνταῦθα καίπερ θερμὸν ὄντα τὸν λόγον,
Καὶ σκιρτῶντα, καὶ δραμεῖν κεχηνότα
Εἶρξα κρατήσας τῶν ἐνάρθρων ἀσμάτων.
Ἀλλ' ἐστὶ μύστης τῶν ἐμῶν διδαγμάτων,
Ὁ τὴν ἁλουργὸν πορφύραν ἐνημμένος,
Ποιῶν δὲ λευκὴν τὴν στολὴν τῆς καρδίας·
Ὁ τῶν ἀγωγοὺς τῶν ἀειρρύτων φόνων
Ἐξ αὐτοχείρων ἀντιφράξας δακτύλων·
Ὁ σύντομος νοῦς, ὁ πρὸς εἰρήνην τρέχων,
Καὶ τῶν ἀπηνεῖς ἐκδιδάξας βαρβάρους·
Ὁ κοσμοκρίστης, ὁ σφαγεὺς τοῦ Χοσρόου·
Ὁ πύργος ἡμῶν, ὁ βραβεὺς τῆς Περσίδος,
Τὸ πρῶτον ὅπλοις, καὶ λόγοις τὸ δεύτερον
Ἅπαντα θέλγων τῶν φρενῶν τὰ θηρία·
Οἶμαι δὲ καί σε καίπερ ἠγριωμένον,
Εἰ μὴ στερηθῇς, ἧσπερ ἥρμοσε λύρας·
Σιγὴν γὰρ ἕξει πᾶν θρασύγλωσσον στόμα
Αὐτοῦ λαλοῦντος, ὥσπερ νῦν σιγὴν ἔχει
Πᾶν

Perpende de ſupernis, dicta, & de inferis
Et intemeratam non pollues ſubſtantiam;
(Expers enim interitus ſtatim dignoſcitur)
Si te non piget ſcripta cum ſcriptis conferre.
Si autem etiam Cyrillus inducit paſſionem,
Noli mentem furari, ut latro ſurripiens
Cum aſſuetis illis, quod tibi placet, furtis.
Nam ſi te voles ad ea, quae deorſum, deprimere,
Si paullum ad ea, quae ſurſum ſunt, erigere,
Mentem intelliges eſſe myſtice dictam.
Vere enim aderat myſtice etiam in paſſione:
Et flagellatur, & ingreditur ſepulcrum,
Et omnia patitur ex parte noſtrae ſubſtantiae,
In ſuaipſius non paſſus ſubſtantia.
At quomodo etiam hoc ſciens prudenſque praeteris?
Ad Gregorii enim ſermones rurſus me confero:
Namque ille duas edocet naturas,
Ipſum dicens hominemque, & Deum, Verbum;
Deum, ut expertem carne; rurſus hominem
Ut noſtra carne, & anima praeditum:
Non mente ſeparans, aut coaptans, ut tu dicis,
(Haec enim tuam redolent ſtultitiam)
Sed revera declarans, quomodo coaluerint duae,
Abſque eo quod alterum in alterum ſit converſū,
Et quomodo maneant inconfuſae, ex concurſibus,
Quibus coaluerint inter ſe naturae.
Et ſi tibi rurſus crucifixionem, aut paſſionem dicit,
Dei dicit incarnationem, non eſſentiam
Intelligens patibilē: (neque enim fuit ſine carne),
Ut enim corpus, ita etiam guſtavit paſſionem.
Ceterum haud paſſus eſt, neque ante ſyntheſim,
Nec item in ipſa paſſionis opitulatione.
At ſicut non eſt converſus, quando eſt incarnatus,
Ita intactus eſt inventus, quando fuit crucifixus.
O aſpis ſurda ſemper obturans aures
Ad incantamenta Dei in Scripturis relata!
Sed, ut patet, ex tua potius paſſione
Patibilem eſſe Deum meum tu dicis,
Et militas cum Ethnicis, & clanculum
Cum tuis primis paſſioni deditis patronis
Impium tuum dogma ſtabilire intelligis.
Hic vero quamvis ferveat ſermo,
Exſulteque, & ad currendum inhiet,
Vi cohibebo articulata carmina.
Sed eſt meorum myſta praeceptorum
Ille qui punicea purpura eſt indutus,
Quique reddit candidam ſtolam cordis:
Qui fontes caedium perennium
Suae manus propriis obſtruxit digitis:
Mens illa pro pacis ſtudio ſollicita,
Quae crudeles erudivit Barbaros:
Ille mundi moderator, interfector Choſroae,
Noſtrum propugnaculum, & arbiter Perſidos,
Qui primum armis, & deinde verbis
Omnes delinivit mentium feras.
Ac te etiam puto, licet furentem, leniet;
Ni forte dimovearis ab ea, quam temperavit, lyra.
Silentium enim habebit omnis audacior lingua
Ipſo loquente, ſicuti iam ſilentium habent
Omnia

, Πᾶν ὅπλον, αὐτοῦ προδραμόντος εἰς μάχην.
Εἴθ᾽ αὖγε μύθοις ἀλλοδόξοις ἐμμένεις
Ἐκ τῆς πέτρας βαλών σε τῆς νοουμένης
Στήλην σε πήξει πανταχῇ λαλουμένην·
Πλὴν ὤφελε σοι γένοιτο κἂν πρὸς ἑσπέραν
Φυγεῖν τὸ τραῦμα, καὶ διῶξαι τὴν νόσον,
Καὶ μήτι ῥῖψαι τῶν ἐμῶν σπαραγμάτων·
Εἰ καὶ σὺ σαυτὸν οὐ καλῶς ἀποστρέφεις.
Ἐγὼ δέ φημι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν
Μηδὲν ξενωθῆναι τοῦ Θεοῦ σταυρουμένου.
Μερίζεται γὰρ ἡ Τριὰς ἡνωμένη,
Συμπλέκεται δὲ τῇ διαιρέσει πλέον.
Εἰ γοῦν τι φαίης τῶν τριῶν πεπονθέναι
Τὸ τῶν τριῶν φῶς δεικνύεις πεπονθέναι.
Οὐ γὰρ διασπᾶν, οὐδὲ συμφύρειν θέμις
Τὸν ἐξ ἀμίκτων οὐσιῶν, καὶ τὴν κτίσιν
Τὸ πρῶτον ἁρμόσαντα, καὶ τὴν ὑστέραν
Σάρκωσιν αὐτοῦ μὴ θολοῦντα συγχύσει.
Εἰ δ᾽ αὖ τι συγχεῖς, ἢ μερίζεις ἀσκόπως,
Τῷ σῷ λογισμῷ πολλὰ τίκτεται πάθη,
Εἰ καὶ Θεὸς ζῶν οὐκ ἁλίσκεται πάθει,
Ἀλλ᾽ ἔστι ταυτὸν, Χριστὸς, ἄνθρωπος, λόγος,
Ἄνθρωπος ὢν τέλειος, ἐντελὴς Θεὸς,
Ἄσαρκος ὢν, ἔνσαρκος ἐν χρόνῳ πάλιν,
Ὑπὲρ χρόνους ὢν, ἐκ Θεοῦ Θεὸς λόγος,
Ἐκ Παρθένου σὰρξ σωματουμένη λόγῳ,
Ἔμψυχος, ἔννους, μηδαμοῦ παθὼν χύσιν,
Οὐ φύρσιν, οὐ θόλωσιν, οὐ τροπῆς πάθος,
Ἀλλ᾽ ἐξ ἀμίκτων μυστικῶς ἡνωμένος,
Ὡς οἶδεν αὐτὸς ὁ βραβεύσας τὰς δύο,
Ἁπλοῦς δι᾽ ἀμφοῖν ἐντελὴς ἐν ταῖς δύω.
Θεὸς γὰρ ὢν ἔλλειψιν οὐδαμῶς ἔχει·
Οὐ γὰρ μεθῆκε τὴν ἐν ἀνθρώπῳ φύσιν,
Ὡς οὐ μεθῆκε τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν.
Ὡς ἂν διδαχθῇς εἰς ὑπόστασιν μίαν
Δύω θεωρεῖν τὰς ἀσυγχύτους φύσεις.
Ἐβουλόμην δὲ πᾶν τὸ τοῦ λόγου πλάτος
Ἐν τῷ στενῷ σου προσβαλεῖν τελωνίῳ,
Δεῖξαί τε ποίους, καὶ πόσους, καὶ πηλίκους
Πιστοὺς ἐλέγχους, καὶ κατηγόρους ἔχεις.
Τούτοις τε μέτρον τεχνικὸν συναρμόσαι·
Συνεκτικὸν γάρ ἐστι τῶν νοημάτων
Ὡς μήτε κλέψῃς, ἢ νοθεύσῃς ἐξ ἔθους.
Ἀλλ᾽ οὐκ ἀνέξῃ τοῖς ἰάμβοις εἰκότως
Ἀντεμπλακῆναι τὴν γραφὴν τῶν δογμάτων·
Στιγμὰς γὰρ εὐθὺς, καὶ ῥοπὰς, ὡς ἐξ ἔθους,
Ζητεῖς παρ᾽ ἡμῶν, εἴγε νυγμὴν ἐν μέσῳ
Τὸ μέτρον ἡμᾶς ἐμβαλεῖν ἀναγκάσει.
Ἐρῶ δέ σοι νῦν, εἴπερ οὐ βύεις πάλιν,
Τὰς αὐτολέκτους τῶν γραφῶν προεκθέσεις
Τὴν ἐκλογὴν δρῶν πρὸς τό σοι δεδογμένον,
Τὴν ἐκ δυοῖν γὰρ, ἢ δι᾽ ἀμφοῖν οὐ θέλεις,
Ὡς οἷα καί σοι ταῖσδε συντεταγμένη.
Ἀλλ᾽ ὥσπερ Ἰχνεύμων τις ἐν τοῖς βιβλίοις,
Ὄσφρησιν εὑρεῖν ἀξιοῖς τῆς ἐν δύω.
Εἰσὶ δὲ πολλαὶ, κἂν σὺ μὴ γνῶναι θέλῃς,
Τυφλῇ δοκήσει τὰς γραφὰς παραβλέπων.
Τέως μὲν οὖν Κύριλλον, ὡς λέγεις, σέβων
Γνῶθι πρὸς αὐτόν· πῶς ἐναντίως ἔχεις,

Αὐτοῦ τε

Omnia arma, poſtquam ille proceſſit ad proelia.
Si autem adhuc perſtas in alienis fabulis,
Te lapide percutiens intellectuali,
Cippum de te formabit ubique garrulum.
Atque utinam tibi contingat, ut in Occidentem
Effugias vulnus, & inſecteris morbum,
Et nil abijcias ex hiſce meis ſectionibus,
Quamvis tu non bene teipſum refugias.
Ego vero dico Dei ſubſtantiam
Non eſſe converſam, cum Deus eſt crucifixus:
Dividitur enim Trias unita,
Copulaturque magis in ipſa diviſione.
Si quid igitur Trium dixeris eſſe paſſum,
Trium lucem oſtenderis eſſe paſſam.
Non enim dividere, nec commiſcere eum fas eſt,
Qui eſt ex immixtis ſubſtantiis, quique creaturam
Formavit in principio, & ſubſecutam poſtea
Incarnationem ſuam non turbavit confuſione.
Siquid autem rurſus confundis, aut dividis oſcitanter,
Tua ex ſententia multae gignuntur paſſiones:
Quamvis Deus vivens non ſubiacet paſſioni,
Sed eſt idipſum Chriſtus, homo, Verbum;
Homo cum ſit perfectus, perfectus Deus,
Primum ſine carne, poſt incarnatus in tempore,
Ante tempora exſiſtens, ex Deo Dei Verbum,
Caro ex Virgine corporata Verbo,
Animatus, mente praeditus, nullibi converſioné,
Mixtionem, turbationem, converſionem patiens;
Sed ex immixtis myſtice unitus,
Prout novit qui diſpenſavit duas,
Simplex per utraſque, integer in duabus:
Deus enim cum ſit, defectum numquam habet.
Non enim dimiſit, quae eſt hominis, naturam,
Sicut non dimiſit Patris ſubſtantiam.
Ut iam ſis edoctus in una hypoſtaſi
Duas contemplari inconfuſas naturas.
Volebam autem totam ſermonis amplitudinem
In tuum anguſtum congerere telonium,
Et oſtendere, quae, quanta, & qualia
Sint contra te fidelium accuſatorum argumenta,
Atque ipſis artis metrum accommodare.
Valet enim ita rerum ſenſum comprehendere
Ut nec furari, nec adulterare poſſes de more:
At non liceret iambis ſimiliter
Concludere dogmaticas ſcripturas.
Putares enim ſtatim, & commata, ut tuus eſt mos,
Quaereres a nobis, quamvis ſtimulum in medio
Metrum nos cogeret inducere.
Nunc autem tibi recitabo, ni rurſus aures obſtruis,
De verbo ad verbum Scripturarum expoſitiones,
Optionem tibi dans, ut quod videtur, ſeligas:
Nam nec ex duabus, nec per utraſque probas,
Quocumque etiam illa tu diſponas ordine;
Sed ut quis ichneumon in omnium libris,
Odorem, ut reris, invenis illius in duabus.
Sunt vero multae, quamvis nolis agnoſcere,
Quas ex caeca opinione torve tueris, Scripturae.
Agedum igitur, ſi Cyrillum, ut dicis, colis,
Sentias cum ipſo: cur ei adverſaris,

Ipſum-

Αὐτόν τε πρῶτον ἐμφανῶς κατηγορεῖς;
Δεῖν γὰρ οἶμαι τὰς συνεκτικωτάτας
Φωνὰς ἐκείνας, αἷς δοκεῖς πεπεῖσθαι,
Καὶ πρωταγωγοὺς, καὶ τελευταίας γράφειν;
Ὡς ἂν σε συνθλίβωσιν ἐμπεπλεγμένον
Ἐν τοῖς νοητοῖς δικτύοις τῶν δογμάτων.
Σκόπει σεαυτὸν πῶς ἀπαιδεύτως ἔχεις,
Ὡς μήτε τοῖς σοῖς ὠφελεῖσθαι φαρμάκοις·
Εἰ τὴν ἐμὴν γὰρ συντετήρηκε φύσιν
Τὴν πατρικὴν μεθῆκεν, εἰ μίαν λέγεις·
Εἰ δ' οὐ μεθῆκε, μὴ νοθεύσῃς τὰς δύο·
Καὶ τὴν ἐμὴν γὰρ συντετήρηκε φύσιν.
Οὐκοῦν πρὸ τοῦ τις τῶν διδασκάλων φθάσας
Τύπτων ἐρωτήσει σε, παιδίου δίκην,
Ψήφιζε θᾶττον τὴν μίαν τε, καὶ μίαν·
Εἰ γὰρ μίαν τε, καὶ μίαν, λέγεις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίνεται καὶ παιδίοις.
Ἄκουε Πρόκλου τοῦ σοφοῦ διδασκάλου,
Καὶ μὴ σάλῳ σύμπιπτε κυματουμένῳ.
Καὶ πῶς ἀκούσας τοῦ διδασκάλου, λέγεις
Τὸν Χριστὸν ἥκειν εἰς ὑποστάσεις δύο;
Καὶ πῶς καθ' ἡμῶν δογματίζεις ἀσκόπως
Φύσεις λεγόντων εἰς ὑποστάσεις δύο;
Καιρὸς δὲ λοιπὸν τῶν Ἰουστίνου λόγους
Πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν συγκροτεῖν ἀγωνίαν·
Φιλοσοφίας γὰρ οὗτος ἦν πρωτεργάτης,
Οὐ τῆς κάτω τοσοῦτον, ἀλλὰ τῆς ἄνω.
Ἐρωτιῶν δὲ τῷ θεοτερπεῖ πόθῳ
Τοῦ σαρκικοῦ μὲν αἵματος κατεφρόνει·
Μάρτυς δὲ πιστὸς γίνεται τῶν δογμάτων.
Ὢ συνταράττων πάντα, καὶ περιστρέφων,
Ὢ πνεῦμα νεκρὸν λαίλαπος φερομένης,
Ἣ τὴν κόνιν μὲν εἴασε, καὶ συστρέφει·
Ὅμως δὲ πίπτει συσταλεῖσα τῷ στρόφῳ,
Θεοστεφοῦς σοι μάρτυρος παρηγμένου
Τρανοῖς λόγοις ἄκουε τὰς δύο φύσεις,
Καὶ μὴ θολώσῃς τὰς καλῶς ἡνωμένας·
Εἰ δ' αὖ θολώσῃς, τῷ βαράθρῳ συντρέχεις.
Εἴας δὲ τῆς νῦν συγκροτουμένης δίκης
Ἄλλος παρίστω τῶν ἀληθῶν μαρτύρων
Πρὸς τὰς ἀγωγὰς τῆς θεοκρίτου δίκης·
Δεῖν γὰρ ἡμᾶς οὐ λόγῳ τῶν μάρτυρας,
Ἔργῳ δὲ δεῖξαι μυστικῶς παρηγμένους,
Οὐ μαρτυροῦντας ἄχρι τῆς γλώσσης μόνον,
Ἀλλ' εἰς βασάνους εὐσεβῶς ᾑμαγμένους.
Ἔδει σε συσταλέντα συννεύειν κάτω,
Τὸ σὸν δὲ νεῦρον οὐ χαλᾷ τὸν αὐχένα.
Πείσθητι κἂν νῦν μὴ ταράττειν τὰς φύσεις·
Τὸ συναμφότερον γὰρ οὐδὲν ἧττον, ἢ δύο.
Τρίτος δὲ μάρτυς εἰσαγέσθω τῇ δίκῃ.
Φεῦ τῆς ἀνάγκης, πῶς ὁ κλέπτων τὰς φύσεις
Πρὸς τῶν ἐλέγχους τῆς κλοπῆς ἀντιξέει;
Αἰσχύνομαί σου τῶν συνηγόρους βλέπων,
Πῶς οὐκ ἔπεισαν, τῆς ἀναισχύντου δίκης.
Πλὴν καὶ τέταρτος εἰσαγέσθω σοι νόμος.
Φιμοῦ τὸ λοιπὸν, ὡς ὁ μάρτυς σοι λέγει
Τὸν Χριστὸν εἰς ἔλλειψιν ἀνθέλκων βίᾳ.
Ἔδει μὲν ἡμᾶς καὶ τριῶν, καὶ τεττάρων
Φωνὰς λαβόντας εὐσυνόπτων μαρτύρων
Νικη-

Ipſumque in primis manifeſte accuſas?
Neceſſarium enim puto, ut ſint firmiſſimae
Voces illae, quibus videris eſſe perſuaſus,
Utque primae, & ultimae ſcribantur:
Ita ut te conſtringant implicatum
In intellectualibus dogmatum retibus.
Vide, quam ſtolide te ipſum geras,
Ut ne tua quidem te iuvent pharmaca.
Si enim meam conſervavit naturam,
Paternam igitur dimiſit, ſi unam dicis.
Si vero non dimiſit, ne adulteres duas,
Nam etiam meam conſervavit naturam.
Igitur antequam ... magiſter aliquis occurrens,
Teque verberans interrogabit, inſtar pueri;
Numera cito unamque & unam: quid ſit?
Si enim unamque & unam, dicis unam,
Riſum excitabit dictum etiam pueris.
Audi Proclum ſapientem magiſtrum,
Neque aeſtuanti mari te committas.
Et quomodo audiens magiſtrum, dicis
Chriſtum venire in hypoſtaſes duas?
Et quomodo contra nos imprudenter edoces,
Qui dicimus naturas in hypoſtaſes duas?
Iam vero tempus eſt Iuſtini ſermones
In certamen contra nos conflatum committere.
Philoſophiae enim erat ille in primis deditus
Nec tantum huic terrenae, quantum caeleſti.
Aeſtuans autem totus in Deum deſiderio
Carnem, & ſanguinem prorſus contempſit,
Et martyr fidelis factus eſt dogmatum.
O ſus deque vertens, & convolvens omnia,
O ſpiritus mortuus circumacti turbinis,
Qui pulverem dimiſit, & verſat tamen,
Sed ſua tandem concidit depreſſus vertigine:
Cum a Deo coronatus martyr in te ſit productus,
Claris vocibus audi dicentem duas naturas,
Nec perturbabis, quae ſunt bene unitae.
Si autem perturbabis, in barathrum procurris.
Sinas autem, ut bene nunc concitata cauſſa
Alter accedat ex veris martyribus
Ad inductionem cauſſae a Deo iudicatae.
Opus eſt enim, nos non eſſe verbis martyres,
Sed factis oſtendere myſtice nos eſſe productos:
Ut ſimus martyres non tantum lingua tenus
Sed inter tormenta pie cruentati.
Aequum iam eſſet, ut depreſſus caput flecteres,
At tuus nervus non flectit cervicem.
Perſuaſum iam ſit tibi non turbare naturas:
Simul utrumque enim nihil minus eſt, quam duae.
Tertius vero martyr inducatur ad cauſſam.
Heu quae neceſſitas! quomodo ſuffuratus naturas
Etiam argumenta latrocinii abradit?
Me pudet, tui patronos cum videam,
Quomodo non te ſuadeant in tam pudenda cauſſa.
At ſi placet, etiam quarta tibi lex proponatur.
Iam tandem obmuteſce, ut martyr tibi dicit,
Chriſtum in defectionem violenter ne trahas.
Nobis quidem opus erat & trium, & quatuor
Voces collegiſſe diſertorum martyrum,
Ut

Νικητικὴν ψῆφον μὲν ἐνδίκως ἔχειν.
Ἐπεὶ δὲ λυττᾷς διψάδος κακῆς δίκην
Καὶ πέμπτος ἐλθῃ τῆς φορᾶς τῶν μαρτύρων.
Ἡμᾶς μὲν οὖν Σευῆρε συμπαθεῖν δέον,
Ἤπερ καθ᾽ ἡμῶν ἀνθοπλίζειν τὴν δίκην.
Ἄλλος δὲ πάντως εἰ κατηγόρησέ σε
Τούτους ἂν εἶπε προσβαλών σοι τοὺς λόγους.
Ἔδει σε πληγὰς αἱμοφύρτους λαμβάνειν,
Ἐφ᾽ οἷς τοσούτων μαρτύρων ᾑμαγμένων
Φωνὰς ἀκούεις, καὶ λαλεῖν οὐκ ἐντρέπῃ.
Ἐφραὶμ συνηγόρησον ἐνδιόν τι μοι.
Τὸν νοῦν γὰρ ἰσχνὸν ἐξ ἀσιτίας ἔχεις,
Τῇ σῇ δὲ γλώττῃ τὴν διήγησιν φέρων
Ἐκ τῶν Σύρων πρόελθε, καὶ μάχου Σύροις.
Ὢς εὖγε ταύτης τῆς καλῆς συμφωνίας.
Τὸ πνεῦμα γὰρ πνεῖ, καὶ διδάσκει τῷ τάχει
Πόρρωθεν ἐγγὺς τοὺς μαθητὰς, ὡς θέλει.
Τί σοι παραινεῖ, καὶ διδάσκει σωφρόνως
Ὁ μαργαρίτης τῶν ἐμῶν συνηγόρων;
Διπλῆν λέγει σοι, καὶ τελείαν τὴν φύσιν.
Ὡς μή τι δειχθῇ ζῶον ἐξηλλαγμένον,
Τῇ συγχύσει μὲν ἐκ δυοῖν πεφυρμένον,
Ἔχον δὲ πλήρη, μηδὲ τὴν μίαν φύσιν.
Σύγγνωθί μοι λέγοντι τοὺς δε τοὺς λόγους
Ὁ τὰς ἐν ἡμῖν ἐμβατεύων καρδίας,
Αὐτὸς γὰρ ἔγνως ὡς λαλεῖν ἀναξίως
Ἐκ τῶν Σευήρου δογμάτων βιάζομαι.
Ἄνθρωπε σίγα, καὶ τέως σαυτὸν μάθε,
Οὕτω τε λοιπὸν τὸν Θεὸν ζυγοστάτει.
Οὐκ ἔστιν ἡμίτμητος, οὐ πεφυρμένος·
Ἀλλ᾽ ὡς τὸν Ἐφραὶμ ἐκδιδάσκει τὸν μέγαν·
Κατῆλθεν ὢν ἄσαρκος, ὡς Θεοῦ λόγος,
Ἀνῆλθεν ὢν ἔνσαρκος, ὡς ἡμῶν γένος.
Ὡς οὐ κατῆλθεν ἡμίθεος πρὸς τοὺς κάτω,
Οὐκ ἀντανῆλθεν ἡμίτομος πρὸς τοὺς ἄνω.
Νέφη δέ μοι νῦν γνησιῶν συνηγόρων
Ἐκ τῶν νοητῶν συγκατέρχεται λόφων,
Καὶ τὰς παρ᾽ αὐτοῖς τῶν γραφῶν ἐπομβρίας
Τῇ μυσταγωγῷ προσκομίζουσι δίκῃ.
Ἰδοὺ τοσοῦτος Χριστοκίνητος στόλος
Ἀρωματίζων ψυχικὴν ἀνθοσμίαν·
Δέον λαβεῖν σε τοὺς ἀγωγίμους λόγους,
Εἰ μὴ κακουργεῖν, καὶ παροψωνεῖν θέλεις
Ἐκ τῶν χεόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας.
Σκόπει τὸ θαῦμα· πῶς πολύγλωσσον στόμα
Τὸν Χριστὸν εὐλογήσειν ἐν διπλῇ φύσει.
Θεὸς γὰρ ὢν τέλειος, ἀνθρώπου φύσιν
Ἀσυγχύτως μὲν, πλὴν ἀμειώτως ἔχει,
Πλήρεις φυλάττων ἑκατέρας τὰς φύσεις.
Καὶ θάτερον δρᾷ θατέρου κοινωνίας.
Ὑπνοῖ μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ὡς Θεὸς πάλιν
Φράττει θρασυνθὲν τοῦ θανάτου τὸ στόμα.
Ἀγωνιᾷ μὲν, ἀλλ᾽ ἀνοίγει τοὺς τάφους.
Πεινᾷ μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐκτρέφει πάλιν
Ἄρτοις πενιχροῖς μυριάνθρωπον στόμα.
Τεθαμμένον μὲν δακρύει τὸν Λάζαρον,
Ζωοῖ δὲ τοῦτον τῶν μελῶν ὀδωδότων.
Λεπροὺς καθαίρει· καὶ θέλων ῥαπίζεται.
Νεκροὺς ἐγείρει· καὶ τάφῳ προσέρχεται.

Ut victrix pro nobis ſtet ex iure ſententia.
Quoniam autem furis inſtar malignae viperae
Etiam quintus veniat ad ſuffragium martyr.
Tuum iam quidem eſſet, Severe, nobiſcum ſentire,
Potius quam contra nos litem intendere.
Porro ſi te nunc alter accuſaverit,
Hiſce te utique impetet ſermonibus.
Opus eſt te plagas cruentas accipere,
Cum tot martyrum cruentatorum
Voces auſcultes, & garrire non erubeſcas.
Ephraem ad patrocinandum veni opportune;
Mentem enim habes attenuatam ieiuniis.
Tua vero lingua elucidationem adferens
Prodeas e Syria, & cum Syris dimica.
O quam pulchra haec eſt vocum concordia!
Spiritus enim ſpirat, & docet celerrime
Prope, & longe diſcipulos, prout vult.
Quid tibi ſuadet, ac prudenter edocet
Haec margarita inter meos patronos?
Duplicem tibi dicit, & perfectam naturam:
Ut non apparuerit aliquod animal immutatum,
Quod per confuſionem ex duabus ſit mixtum,
Habeat vero integram ne unam quidem naturam.
Des mihi veniam dicenti huiuſmodi ſermones,
O tu qui noſtra perſcrutaris corda;
Tu enim ipſe noſti, ut minus digne loqui
Severi dogmata me cogant.
Homo ſileto, uſquedum te ipſum noveris,
Ac tum tandem Deum examina.
Non eſt ſemiſectus, non commixtus,
Sed ita ut ille magnum Ephraemum docuit,
Deſcendit ſine carne, tamquam Dei Verbum,
Aſcendit incarnatus, tamquam noſtrum genus.
Sicuti non deſcendit ſemideus in terram,
Sic non eſt reverſus dimidiatus in caelum.
Et nunc mihi nubes praeſtantium defenſorum
Ab intellectualibus accurrit faſtigiis;
Et largos, quos ſecum gerunt, ſcriptorum nimbos
In myſteriorum principem adducunt cauſſam.
En magnus à Chriſto ductus exercitus
Aromatizans vitalem ſuavitatem odoris.
Opus eſt te excipere, quos invehunt, ſermones,
Niſi malis fraudem moliri, atque emere obſonia
Ex iis, qui foetidas habent ſentinas.
Miraculum conſidera; ut os tot linguis inſtructum
Chriſtum depraedicet in duplici natura.
Deus enim cum ſit perfectus, hominis naturam
Inconfuſam quidem, necnon integram habet,
Plenas conſervans utraſque naturas;
Et quae ſunt unius facit communione alterius.
Dormit ſane, ut homo; ut Deus iterum
Obſtruit iam nimis audax factum os mortis.
Angitur quidem, ſed aperit ſepulcra.
Eſurit plane ut homo, explet contra
Panibus pauperculis os hominum decem millium.
Mortuum ſane deflet Lazarum;
Suſcitat autem ipſum ex membris foetentibus.
Leproſos mundat, volenſque caeditur.
Mortuos reſuſcitat, & ſepulcro conditur.

Ἀνίςαται δὲ, καὶ τελείας τὰς φύσεις
Δείκνυσιν αὖθις· τῇ μὲν ἐξηγερμένος,
Θεοῦ γὰρ ἦν τὸ θαῦμα· τῇ δὲ τῶν τύπους
Τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεικνύων ἠχημένους,
Τρανοῖ προπαιδεύων σε τῇ προμηθείᾳ,
Ἄνθρωπος εἶναι, καὶ Θεὸς πεφυκέναι·
Μήπως σφαλῇς σὺ δυσσεβήμασι πλάνης,
Ἃ νῦν σεαυτὸν ἀγνοῶν ἀνέπλασας.
Καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν λέγων ἅμα,
Φύσεις ὁ Θωμᾶς δογματίζει τὰς δύο.
Σιγᾷς τὸ λοιπὸν, ἢ διχοστατεῖς πάλιν,
Ὡς πῶλος ἵππος ἐνδακὼν τὰς ἡνίας;
Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
Τὸ Γρηγορίου τῶν λόγους ἀναβρύει,
Βασίλειον ἕλκον τὴν βάσιν τῶν δογμάτων.
Ἄμφω γὰρ ὄντες ἐκβιβασταὶ τῆς δίκης
Νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας.
Ἄκουσον, ἐμβρόντητε, τοῦ διδασκάλου
Καὶ τῶν πονηρῶν χρημάτων πεπαυμένος
Ἔασον ἡμᾶς ἠρεμῆσαι τὸν βίον·
Πῇ μὲν γὰρ ἄμφω τὰς φύσεις ἀποτρέπει,
Μίαν καλεῖσθαι· πῇ δὲ ῥητῶς εἰσάγει
Φύσεις ἑκατέρας, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὰς δύο.
Πῇ δ' αὖγε σώζειν τὸν Θεὸν φησὶ λόγον,
Ἰδιότητα φύσεων ἀσυγχύτως
Ἐκ τῶν ἀμίκτων οὐσιῶν ἡνωμένην.
Ἔμφραττε τοίνυν τῇ σιωπῇ τὸ στόμα,
Καὶ φραγμὸν αὐτῷ δραστικώτατον βάλε·
Μή τις κεραυνὸς ἐξ ὕψους σε φθάσῃ,
Ἢ γῆ δέ σοι χάνουσα, καὶ μυκωμένη
Πρὸς τὴν Ἀβειρὼν συμφορὰν καταστάσῃ.
Οὐ γὰρ σιωπᾷν καρτερεῖ τὰ κτίσματα
Τοῦ ταῦτα συμπήξαντος ἠτιμασμένου.
Ὅμως δὲ καὶ νῦν εὔχομαί σε τοῦ γνόφου
Φυγόντα τὴν ζόφωσιν εἰς τὸ φῶς τρέχειν,
Τούτου δὲ μακρὰν οὐ κατοικεῖς, εἰ θέλεις.
Ἔχεις γὰρ ἐγγὺς ἥλιον, τὸν Δεσπότην,
Ὅς σου μετάξει πρὸς τὸ φῶς τὴν καρδίαν,
Καὶ τὴν τύραννον αἰχμαλωτίσει πλάνην,
Δεσμοὺς κατ' αὐτῆς ἀντεπιζων τὰς λύσεις.
Ἡμεῖς μὲν οὖν σοι τῶν γραφῶν τὰς ἐκθέσεις
Οὐ πρὸς τὸ πλῆθος ἐκτραπέντες, ἀλλ' ὅσον
Ἔδει σε πεῖσαι, συντόμως ἐγράψαμεν.
Εἰς γὰρ καλὴν γῆν κἂν μικρὸς βληθῇ σπόρος,
Ηὔξησεν εὐθὺς μυριόβλαστος στάχυς.
Εἰς δ' αὖγε τὴν στεῖραν τε, καὶ πεφυρμένην,
Καὶ πλῆθος εἴπερ ἐντεθῇ, διεφθάρη.
Ἢ τοῖς νοητοῖς ὀρνέοις ἡρπαγμένον,
Ἢ ταῖς ἀκάνθαις τῶν παθῶν πεπνιγμένον.
Εἰ δ' αὖγε τοῖς σοῖς ἀντιπίπτων πατράσιν,
Ἄλλας προβάλλειν ἀξιοῖς παρεμφάσεις,
Ὡς πατραλοίας τῶν γραφῶν ἐξετράπης·
Ἡμεῖς γὰρ αὐτὰς εὐσεβεῖς γνωρίζομεν
Τῇ ταυτότητι τοῦ σκοποῦ τῶν δογμάτων.
Ἀλλ' ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς οἰκουμένης
Καὶ πύργε, καὶ στήριγμα, καὶ ψυχοτρόφε,
Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων
Τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις.
Οὐ δογμάτων γὰρ ἔχον ἐντριβεῖς λόγους·
Ἀλλ'

Reſurgit autem, & integras naturas
Rurſus oſtendit: nunc quidem reſuſcitatus,
Quod fuit Dei miraculum: nunc vero typos
Suae carnis oſtendens adhuc tinnientes;
Ut aperta, & provida te praedoceret ratione
Hominem ſe eſſe & Deum natura:
Ne tu decipereris impietatibus erroris,
Quas nunc, teipſum ignorans, commentus es.
Et Dominum, & Deum vocans ſimul,
Naturas Thomas edocet duas.
Sileſne iam tandem, aut diſſides iterum,
Frena remordens, ut pullus equinus?
Sed hic tandem illud inſtar fontis perenne
Os Gregorii ſermones largiter effundit,
Baſilium ſecum trahens, qui baſis eſt dogmatum.
Ambo enim cum ſint exſecutores ſententiae,
Inſtigant nos ad cauſſae terminum.
Audi, o veſane, docentem magiſtrum,
Tuiſque perverſis fallaciis imponens finem
Sine nos vitam quietam ducere.
Nunc enim ambas naturas vetat
Unam vocari: nunc vero aperte inducit
Naturas utraſque, ſed in uno ſimul duas.
Nunc vero iterum Deum ſervare dicit Verbum
Proprietatem naturarum inconfuſe
Ex non immixtis ſubſtantiis unitam.
Os illud igitur obſtruas ſilentio,
Sepemque illi denſiſſimam obducito:
Ne quod fulmen ex alto te praeveniat,
Aut terra tibi dehiſcens, remugienſque
In eam, quam habuit Abiron, calamitatem trahat.
Non enim tacere ſuſtineant creaturae,
Si, qui eas creavit, ſit affectus iniuriis.
Ceterum te nunc deprecor, ut caliginis
Effugiens tenebras, ad lucem adcurras.
Nec longe ab ipſa diverſaris, ſi velis:
Habes enim prope ſolem, Deſpotam,
Qui tuum cor ad lucem transferet,
Et tyrannum errorem in captivitatem adducet,
Pro vinculis in ipſum ſolutiones parans.
Iam vero nos tibi Scripturarum ectheſes,
Non ad copiam converſi, ſed quantum
Opus erat ad te ſuadendum, breviter conſcripſimus.
Nam ſemen in terram bonam iactum etſi parvum
Erumpit ſtatim cum multiplici germine ſpica:
Si vero contra in ſterilem, & immixtam ſpinis,
Quamvis large fuerit immiſſum, perit,
Aut ab intellectualibus avibus direptum,
Aut a ſpinis paſſionum ſuffocatum;
Aut ſi adhuc tuis obſiſtens Patribus
Alias obtrudere moliris fallacias,
Tamquam parricida a Scriptura aberraſti.
Nos enim illas vere pias eſſe novimus,
In quibus ſcopus dogmatum eſt ipſiſſimus.
At o renidens ocelle terrae univerſae,
Turriſque, & fulcimentum, altorque animarum,
Rerum a me dictarum complexionem
Tui ſermonis confirma auctoritate;
Non enim habui familiares dogmaticos ſermones.
Sem-

Ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις,
Πτώσεις τυράννων, καὶ τροπὰς ἐναντίων,
Καὶ τῶν πολυσχιδῆς τι, καὶ πολυτρόπους
Τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους·
Καὶ γὰρ στρατηγῶν οὐ μεθῆκας τῶν λόγους,
Καὶ ῥητορεύων οὐκ ἀπώσω τὸ ξίφος·
Ἀλλ' ὥσπερ ἣν λέγουσι τῶν ζώων φύσιν
Πρός γῆν τε, καὶ θάλασσαν εὐφυῶς ἔχειν·
Οὕτως ὁ νοῦς σου τῇ καταλλήλῳ φύσει
Πρὸς πᾶσαν ὁρμὴν ἀμφιδέξιος μένει.
Καὶ μαρτυρεῖ μοι Περσικῶς ἡ Καμβὼν
Σπινθῆρα τῆς σῆς προσλαβοῦσα λαμπάδος,
Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡλίου λαμπροῦ σέλας
Χειμῶνος ὁρμὴν δραστικὴν ἀποστρέφει,
Ὅσον σὺ ταύτης τὴν ὁμίχλην ἁρπάσας,
Καὶ τὸν πικρὸν χειμῶνα τῆς ἀγνωσίας,
Ἔδειξας αὐτῇ φῶς θεωρεῖν ἐν ζόφῳ.
Τέως μὲν οὖν σπινθῆρας ἐμψύχους ἔχει
Θάλποντας αὐτὴν πίστεως ἐψυγμένην·
Τῇ σῇ δὲ θέρμῃ ζωπυρουμένη πλέον
Πάντως ποθήσει προσλαβεῖν καὶ τὴν δρόσον.
Οὕτως ὁ Χριστὸς πανταχοῦ σοι συντρέχει,
Καὶ πανταχοῦ σε δεικνύει νικηφόρον.
Ἐβουλόμην δὲ λεπτοσυνθέτους γράφειν,
Καὶ τῶν πρὸς αὐτὴν εὐσεβεῖς σου συλλόγους·
Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συγγραφὴν ὑφάξειν,
Ὅπου τὸ σὸν κράτιστε βροντήσει στόμα·
Τὰς τῶν λογισμῶν ἀστραπὰς ἐπεισάγον·
Δέος γὰρ ἡμῖν, μὴ δοκοῦντες συγγράφειν,
Καὶ πολλὰ τοῖς σοῖς ἐστοιχηκότες λόγοις,
Νόθοι φανῶμεν συγγραφεῖς τῶν βιβλίων.

Semper vero tuis delectatus expeditionibus
Caſus tyrannorum, & clades hoſtium,
Et multum diviſa, & varia
Tua ſtudui certamina adumbrare ſermonibus.
Nec enim inter bella valedixiſti ſermonibus,
Nec inter ſermones abieciſti gladium.
Sed ut quorumdam aiunt animalium naturam
Ad terram, & ad mare aeque eſſe accomodatam;
Sic mens tua ob aptam rebus invicem naturam
Ad quemcumque conatum ambidexter manet.
Ac teſtis eſt mihi Perſice vocata Camboë,
Tuae ſcintillam, quae ſuſcepit lampadis.
Non enim adeo ſolis refulgentis iubar
Hiemis vim penetrabilem fugat;
Ut tu caligine iſtius diſcuſſa,
Et amara hieme ignorantiae,
Ei commonſtraſti, ut lucem videret in tenebris.
Nunc quidem igitur ſcintillas vitales habet,
Calefacientes ipſam a fide frigefactam:
Tuo vero calore inflammata magis
Omnino deſiderabit etiam rorem ſuſcipere.
Ita Chriſtus ubique una tecum currit,
Et ubicumque te oſtendit triumphatorem.
Ego autem voluiſſem bene ornatas ſcribere,
Necnon plenas pietate ad ipſam tuas conciones:
Sed non licet ſcriptitionem perpolire,
Ubicumque tuum tonabit os, fortiſſime,
Circum immittens rationum fulgura.
Nobis enim timendum, ne ſi vellemus ſcribere,
Et multum a tuis abluderemus ſermonibus,
Falſi videremur librorum ſcriptores.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

ADNOTATIONES.

Verſ. 1. Celebris eſt aurea catena Homerica, quam prae oculis habuiſſe videtur Piſida. Iuppiter volens *Iliad.* VIII. 19. ut ὅσον ἐστὶ θεῶν κάρτιστος ἁπάντων, Dii ipſi intelligerent, ſic eos adloquitur:

Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες.
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι·
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίον δὲ
Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ.
Catenam auream de caelo ſuſpendentes
Omnes appendamini Dii, Deaeque omnes:
Sed non traxeritis ex caelo in terram
Iovem ſummum conſiliarium, neque ſi multum laboraveritis.
Sed quando iam & ego cupidus voluero trahere,
Cum ipſa terra traxero, ipſoque mari.

De huius catenae ſignificatione aliter ſenſit Plato in Theaeteto *pag.* 752., aliter Macrobius *in Somn. Scip.* I. 14., aliter tandem Lucianus in Dialogo *Iupp. confut. tom.* II. *pag.* 628. Sed patet Piſidam in catena Homerica ſummam Iovis poteſtatem adumbrari intellexiſſe, quemadmodum in ea, ad quam nos revocat, eximiam Heraclii Imp. in rebus ſacris tractandis, explanandiſque ſapientiam indicat, cuius tantam fuiſſe vim teſtatur, ut omnes CPolitani, tamquam attoniti ex eius ore penderent, & quo ipſe vellet trahi paterentur; quod quidem noſtram fidem ſuperat.

9. De Deo uno, & trino, & de Chriſti incarnatione diſputationes caute, & ſobrie ſuſcipiendas, tractandaſque monuerunt omnes SS. Patres, ne dum nimia earum rerum cognoſcendarum curioſitate rapimur, quae captum noſtrum longiſſime ſuperant, nobis ipſis ruinam paremus. Recte S. Cyrillus Alex. *Dialog.* V. *de Trinit.* ait: Ἠρεμείτω λοιπὸν τὸ φιλέρευνον ἔτι· νοῦ δὲ ἐπέκεινα καὶ λόγου παντὸς τὸ θεῖον. *Ceſſet iam tandem curioſitas: quippe ultra intelligentiam, & ſermonem Divinitas eſt.* Siquidem Gregorio M. teſte *Moral.* XIV. 12. *Sancta Eccleſia utilius ſtudet neſcire, quae perſcrutari non valet, quam audacter definire, quae neſcit.*

11. Ὅροι πεπηγμένοι ſunt Eccleſiae, & Conciliorum, praeſertim Synodi Chalcedonenſis decreta, & conſtitutiones, a cuius definitionibus circa res divinas recedere fuit, eritque ſemper nefas. Porro ex novis quaeſtionibus aut ex curioſitate, aut ex malitia motis, novae ſemper haereſes ortae ſunt.

13. Ea fuit Ethnicorum religio, ut ne philoſophica quidem dogmata vulgari fas eſſet. Teſtis ſit Pythagoras, qui ut adyta ingredi, & Aegyptiorum myſticam Philoſophiam poſſet addiſcere, circumcidi paſſus eſt, ut refert Clemens Alex. *Strom.* I. *pag.* 354. Teſtis Socrates, quem nihil ſcripto mandaſſe conſtat ex Platone, ne quae ipſe ſentiebat, in vulgus prodirent. Quid dicam autem de Gentilium ſacris, quae noctu fieri ſolebant, & non niſi initiatis patebant? Ne multus ſim, praetereo ea de re teſtimonia, unius Horatii auctoritate contentus, qui ne mergeretur ſibi metuebat, ſi comitem itineris adhibuiſſet ſacrorum Cereris proditorem. *Od.* III. 2. 25:

. . . . Vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanae, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaſelum.

14. Ὄργια pro quibuſcumque Ethnicorum ſacris poſuit, ut omnia aeque impia, ſtultaque fuiſſe demonſtret. Vide *Heracliad.* I. 61.

16. Aperte, ut mihi videtur, ad diſciplinam arcani adludit, qua a primis Eccleſiae ſaeculis cautum fuit, ne de divinis myſteriis, ac praeſertim de Trinitate, & Incarnatione coram Iudaeis, Infidelibus, & Catechumenis ageretur. Videſis, quae diſertiſſime oppoſuit Tentzelio Emmanuel a Schelſtrate in libro *de Diſcipl. arcani*, quaeque nuper contra Binghamum uberius diſſeruit P. Hermannus Scholliner *Diſcipl. arcani ſuae antiquit. reſtit.* Scio ſane auctores convenire, non ultra VI. ſaeculum hanc diſciplinam Arcani viguiſſe, ſed praeterquamquod temporum ratio non diſcrepat, animadvertendum plane eſt, Piſidam de Monophyſitis loqui, qui inter Perſas diſſeminati de Incarnatione novas ſemper, ac futiles quaeſtiunculas movebant, non ſine magno Ethnicorum ſcandalo, & maximo Eccleſiae detrimento. Quippe coram profanis de tantis myſteriis diſputationes inire, vere erat mittere margaritas ante porcos. Οὐδὲ γὰρ, ut ait S. Baſilius *de Spir. S. ad Amphiloch. cap.* 27., ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἐκφερόμενον. *Neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares, ac vulgares aures effertur.* Cui ſane malo Imp. Marcianus iam multis annis ante providerat, qui ſuo edicto vetuit Conſtantinopolitanis, ne de iis, quae in Concilio Chalcedonenſi fuerant definita, auderent loqui, ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντίοι χωροῦσιν· ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσι μυστήρια. *Quia non ſolum contra fidem bene compoſitam veniunt: ſed etiam ab Iudaeis, & Paganis audita, ex huiuſcemodi certamine, profanant veneranda myſteria. Collect. Conc. Hard. tom.* II. *pag.*660.

23. Vide *infr. v.* 500., *& ſeqq.*

24. Bellum Abaricum, & Perſicum intelligit, de quibus iam ſatis ſuo loco dictum eſt.

27. Confer *Heracliad. Acroaſ.* II. *verſ.* 41., *& ſeqq.*

29. *Ibid. v.* 43.

30. *Ibid. v.* 70.

31. *Ibid.*

31. *Ibid. Acroaſ.* I. 190. ita de Choſroa, qui cum eſſet ignis cultor, tamen τὸ πῦρ

Οὐκ εἰς τὸ φαίνειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

33. *Ibid. Acroaſ.* II. 17.

34. Duo fuerunt Perſarum reges, Choſroae nomine clari, quorum primus Anuſcervanus, alter Abruizus cognominatus eſt: uterque autem Romanis hoſtis infenſiſſimus. Videſis Procopium, Agathiam, & Theophanem, Verum hic de ſecundo tantum Choſroa Piſidam agere exiſtimo, quem etiam mortuum Romanis eſſe nocumento tradit, quia dum viveret Monophyſitis animum addiderat; unde factum eſt, ut eo etiam interfecto Haeretici illi novas ſemper turbas contra Orthodoxos cierent, quarum verus auctor erat Choſroës.

37. Nec Neſtorianis, nec Eutychianis ſincero animo faviſſe Choſroam obſervatum eſt in *Monito*; quamvis Piſida teſtis hic ſit, Severianorum Praeſides, hoc eſt, Epiſcopos Monophyſitas auctoritate ſua foviſſe. At non eo plane conſilio id feciſſe putandum eſt, quod Eutychianam doctrinam magis probaret, quam Neſtorianam, ſed quod rem moleſtam Romanis ſe facturum putaret, ſi dolo malo vigentes inter Chriſtianos controverſias aleret, & ſuo patrocinio ſuſtentaret. Ac vere πρόεδροι *praeſides* Severi omnes veteres Haereſiarchas fuiſſe recte dixeris; ille enim omnium errores in ſuam ſententiam videtur tranſtuliſſe.

38. Choſroam Catholicos Epiſcopos ab Eccleſiis expuliſſe, & eorum loco alios Catholicis infenſos, & Eutychiana labe infectos ſuffeciſſe teſtatur Piſida, qui ut tantum facinus elevet, ait ipſum Choſroam ordinaſſe Epiſcopos Monophyſitas, hoc eſt, auctoritate ſua promoviſſe. Scite autem eum μυσταγωγὸν τῆς πλάνης, *erroris caput, ducem, & magiſtrum* appellat, eo quia cuiuſcumque impietatis, tamquam idololatra eſſet architectus.

39. Tragoedia vere ex tot diſſidiis orta eſt: undique enim caedes, & ſanguinis effuſio. Propterea recte S. Maximus contra huius temporis haereticos exclamabat *tom.* II. *epiſt.* XIII. *p.* 106. Παύσονται λοιπὸν οὐκ ἐν καιρῷ ταῦτα κινοῦντες τε καὶ συνάγοντες· καιρὸς γὰρ ὁ παρὼν αἱμάτων διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλ' οὐ δογμάτων ἐστι, καὶ θρήνων ἰσχυρῶν εἰς Θεοῦ δυσώπησιν, ἀλλ' οὐ σοφιστικῶν ἀντιρρήσεων εἰς πλειοτέραν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. *Deſinant iam, cum minime tempus ſit opportunum, iſta movere, & colligere. Cruentarum enim tempus caedium, ob noſtra ſcelera, non dogmatum tempus iſtud eſt, validorumque planctuum, quibus ad miſericordiam Deum inflectamus, non Sophiſticorum oppoſite militantium rationum, quibus eius adverſus nos maiorem iram accendamus.*

41. Apertius declarat, Choſroam Severianis faviſſe, quem ſuppoſitos Eutychianae haereſeos ignes ſuſcitaſſe tradit, ut novae quaeſtiones circa Incarnationem Verbi contra Catholicam doctrinam moverentur.

42. Ὁδηγοὺς τῆς πλάνης *ad iter erroris duces* vocat Severianos, contra quos Anaſtaſius Sinaita ſuum librum, ὁδηγὸς *Dux viae* inſcriptum, iam a centum annis vulgaverat, ne in retia, & laqueos τῷ ὁδηγῷ τῆς πλάνης Orthodoxi inciderent.

43. Sequentes iambi maximum continent momentum, quo Eutycheiis doctrina de una ex duabus in Chriſto natura labefactatur. Si enim humana, & divina natura inconfuſae non ſervantur, una fiet ex humanitate, & divinitate mixta natura, quae neque tota ſit divinitas, neque tota humanitas: itaque erit quaedam ex duobus compoſita natura, & quid tertium, monſtri ſimile; ut centaurus, qui neque totus eſt homo, neque totus eſt equus, vel ut mulus, qui neque totus eſt equus, neque totus aſinus. Praeterea ſi naturarum in Chriſto ſit confuſio, ita omnia, quae ad eaſdem naturas pertinent, inter ſe permiſceri neceſſe eſt, ut quid alterutrius ſit proprium non iam amplius dignoſci poſſit; unde nec divina ab humanis, nec a divinis humana diſtinguentur. Si enim duae naturae ita confundantur, ut una ex duabus fiat, opus eſt, ut detur alterius in alteram converſio, & perturbatio: quo ſane conceſſo, Chriſtus iam non erit amplius perfectus Deus, & perfectus homo, perfectus in Deitate, & perfectus in humanitate, ſed quid ex Deitate, & humanitate mixtim conflatum, & confuſum, cuius etiam proprietates erunt commixtae, & confuſae. *Adulterinam igitur*, ait Leontius *Dubitat. hypot.* apud Caniſium *tom.* I. *pag.* 627., *& confuſam unam naturam ex duabus naturis confingunt, qualis natura mulorum, & aliorum huiuſmodi excogitata eſt; & quale apud Gentiles multiformium, & contrariorum animantium monſtrum.* Vide Anaſtaſium in ὁδηγῷ, Leontium, & S. Iohannem Damaſcenum *contra Iacobitas*.

47. Ita etiam Procopius cenſuit de Choſroa Seniore, qui in Meſopotamiam quartum cum ſuo exercitu irruperat. Αὕτη δὲ ἡ ἐσβολὴ τοῦ Χοσρόου τετάρτη οὐ πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων γεγένηται· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπ' ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα, ὅτι μὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅντινα Χριστιανοὶ σέβονται μόνον. *Qua quidem irruptione non Iuſtinianum Imp., nec mortalium quemquam, ſed Deum, quem unum Chriſtiani colunt, oppugnare voluit.*

50. Vid. *Heracliad. Acroaſ.* I. 130.

54. Forſan παρέξῃ.

55. Confirmari poſſit, quod dicebamus *ſupr. verſ.* 14. de diſciplina arcani.

59. Confer *Heracliad.* I. *v.* 33., *& ſeqq.*

60. Τοῖς, ideſt Magis, quibus ridendi occaſionem praeripuerit, Severianorum commentis confutatis. Neque enim dubito, Poëtam alludere ad congreſſum, quem habuit Heraclius, cum

cum in Armenia verſaretur, cum Paullo Severiano.

61. Hoc eſt Magorum, qui ex quaeſtionibus, quae inter Romanos circa Incarnationem agitabantur, Chriſtianae religioni illudendi occaſionem captabant. Verum, ut videtur, tum Severianos cum Magos orationis telo perſtrinxit, atque iugulavit.

62. Iaculum, quod in Paullum Severianum contorſit Imperator. Hoc autem iaculum aut quoddam ſcriptum Heraclii nomine editum fuit, aut Acephalorum damnatio.

63. *Τῶν ἀπίστων*, hoc eſt *Magorum*.

65. De variis Acephalorum ſectis in *Monito* dictum eſt.

69. Ut ſaepius, Heraclium cum Hercule comparat. Haec omnia conferre iuvabit cum *v.* 349., *& ſeqq. Acroaſ.* III. *de Expedit.*

72. Manifeſtum eſt hic agi de rebus cum Perſis poſt pacem compoſitam actis. Nec plane dubitandum Heraclium, qui Severianorum ſubdolum ingenium, & Magorum malignitatem noſſet, pro eo quo ferebatur pietatis ſtudio, ſcriptionis quoddam ſpecimen finito tandem bello edidiſſe, ad Orthodoxam fidem de Verbo in duabus naturis incarnato confirmandam.

81. II. *Corinth.* III. 3. *Manifeſtati, quod epiſtola eſtis Chriſti, . . . ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.*

83. *Deuteron.* X. 1.

90. Argutas quaeſtiones, & ſophiſmata Severianorum *ἰλίγγας vertices* recte vocat, quibus illi abrepti mergebantur. *Ἀντιουστρόφους retortos* ex *ἀντὶ*, & *συστροφὴ contorſio, reverſio.*

91. *Μιξανάῤῥους* ex *μίξις mixtio*, *ἀνὰ*, & *ῥοῦς fluxus*, hoc eſt, *mixtus refluxus*, vel ſemper fluitantium aquarum turbidus, & coenoſus vortex: qua voce exprimit Severianorum in novis tuendis opinionibus varietatem, & inconſtantiam. Ita plane Leontius in Prologo confutationis Neſtorii, & Eutychis apud Caniſium *tom.* I. *pag.* 536. *Quorum verſutiam cum impietate implicatam cum detegere, & prodere vellemus, ad primos Patres eius impietatis confutationem revocavimus, ... ut eorum fluxionem impiam interrumpere ſtuderemus; hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur.*

93. Anaſtaſius in *ὁδηγῷ* apud Gretſerum *tom.* XIV. *pag.* 50. Severianorum haereſim orcheſtrae aſſimilat, cui ait decem fuiſſe capita, vel cornua; Severum autem *Ἔξαρχον τῆς δεκακεράτου ταύτης ὀρχήστρας. Exarchum orcheſtrae iſtius decem cornibus inſtructae* ſemper appellat, quo nomine eius inconſtantiam, & impudentiam deſignat.

94. Severiani, & Acephali, qui omnes ab Eutyche manarunt, cum in varias abiiſſent ſententias, ſibi cum Eutyche non convenire dictitabant: ſed cum revera quocumque ſeſe verterent, in eo tamen ſemper eſſent, ut vel perturbationem, vel converſionem, vel mixtionem in Chriſto viderentur admittere, idcirco parum, aut nihil ab Eutyche diſcedebant, cuius e doctrina de una in Chriſto natura omnes hi errores fluebant. Atque haec eſt illa *ἐναρχοῦς primordialis* ſententia, ad quam Noſter ait omnes Severianorum ſectas eſſe reducendas: quod quidem ſequentes verſus declarant.

101. Syngraphae *βρυώδεις muſcoſi*, id eſt futiles, & inanes libelli, quibus ſuam ſententiam tuebantur Severiani.

102. Cum Neſtorius, ne duas videretur naturas confundere, duas in Chriſto hypoſtaſes admitteret, Chriſtum ipſum in duos dividebat, *κεχωρισμένως ſeorſim* enim aiebat exſiſtere in eo Verbum, & *κεχωρισμένως* hominem: cum autem Verbum, Dei filium Deo Patri conſubſtantialem eſſe concederet, ſed eum, qui ex Virgine natus eſſet, natura Dei filium, & natura Deum eſſe negaret, aperte duos in Chriſto filios, unum natura, alterum gratia confitebatur, quamvis multum ingenioſe, & acute vir eloquens, & doctus a diviſione, quam inducebat, alienum ſe oſtendere conabatur. Contra Eutyches, ne duas in Chriſto perſonas cum Neſtorio putaretur dividere, unam ex duabus naturam aſſerebat, unumque & idem naturam, & hypoſtaſim eſſe dicebat. Illud enim firmum, ratumque habebat, *ὡς οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, nullam eſſe naturam ſine hypoſtaſi.* Igitur Eutyches Neſtorianiſmi reos faciebat Orthodoxos, quod duas naturas admittentes Chriſtum cum Neſtorianis dividerent. Quod plane verum fuiſſet, ſi Orthodoxi cum Neſtorianis pro naturis hypoſtaſes accepiſſent, vel cum Eutychianis hypoſtaſim cum natura confudiſſent.

109. Recte Neſtorium, & Eutychem hortatur, ut in rectum iter, quod eſt in medio poſitum, revertantur. Medium enim inter Neſtorianam, & Eutychianam ſententiam ſtat Catholicum dogma, quo non duae hypoſtaſes, nec una ex duabus natura, ſed duae naturae *ὑποστατικῶς* in Chriſto citra confuſionem unitae profitentur. Anaſtaſius in *ὁδηγῷ pag.* 64., & S. Iohan. Damaſcenus *contr. Iacob. pag.* 398. contra Sabellium in divinitate confuſionem, & contra Arium in Trinitate diviſionem immittentem, quae ſit regia via, per quam Sancta Eccleſia ambulare nos edocuit, demonſtrarunt. *Religionis orthodoxae*, ait S. Ioh. Damaſcenus, *& veritatis praecones, recte ambulaverunt per viam regiam, quae media eſt . . . continentes ſe intra limites veritatis, ita ut ad neutram partem inclinando deflecterent. Itaque confeſſi ſunt ſubſtantiam unam in Trinitate, & tres hypoſtaſes . . . . Rurſum agnoverunt diſtinctionem illam in myſterio Incarnationis, naturas duas, & ſubſtantias duas, & hypoſtaſim unam; naturamque, & ſubſtantiam eadem definitione complexi ſunt, perſonam quoque, & hypoſtaſim eodem modo definierunt &c.*

111. *Ἀντιλήξεως*. Ita in Codice. Corrector maluiſſet

luiſſet legi *ἀντιλήξως*, ac proinde ω ſuper ο inſcripſit; quod non placet. Ego autem η in ι converterem, & legerem *ἀντιλίξως*.

112. Cyrillum, alioſque Patres ſibi patrocinari aiebat Eutyches in Synodo CPolitana, in qua a S. Flaviano damnatus eſt. Hoc idem poſtea ſemper repetitum a Severianis, ut patet ex Collatione Severianorum, qua de re in *Monito* dictum eſt. Recte autem Noſter obiter refutat Severum dicens: *Si Cyrillus vivebat, antequam tu naturas miſcere, & conturbare inſtitueres, quomodo tecum ille, aut tu cum illo potes conſentire?* Sic enim intelligo verſum 114. ſupplendo *ἐβίωσε*, vel *ἔγραψε* *vixit*, aut *ſcripſit*.

115. Quamvis plura ſint Cyrilli ſcripta, quae dogmatum veritatem, ſanctitatemque circa Incarnationem firmiſſime adſtruunt, cuiuſmodi ſunt epiſtolae ad Neſtorium, ad Caeleſtinum Pontificem, & ad Theodoſium, Pulcheriamque datae, nullus tamen dubito, Piſidam per verba *θείῳ τόμῳ*, quo nomine libelli fidei profeſſionem continentes vocabantur, celeberrimam Cyrilli ad Neſtorium epiſtolam ſecundam prae ceteris eiuſdem libris indicare: ea enim lecta fuit poſt Symbolum Nicaenum in Concilio Epheſino, & a Patribus multum laudata, iterumque poſtea in Concilio Chalcedonenſi adprobata. Incipit Καταφλυαροῦσι.

116. Legendum opinor *χάριν*. Senſus autem, ni fallor, hic eſt. Cyrillum, eo quia adeſſe non poteſt, impudentiſſime tamquam patronum adlegas: ſi autem adeſſet, tuque eumdem ipſum omnium Orthodoxorum Patrum laudibus efferri, tamquam tibi contrarium, audires, tunc plane tibi ea oriretur ſuſpicio, has laudes Cyrillo *πρὸς χάριν ad gratiam*, & ſpecie tantum, non autem ſincero corde fuiſſe datas.

117. Cum haec omnia ad Concilium Epheſinum ſpectent, intelligenda plane ſunt de acclamationibus, quae poſt Neſtorii damnationem a Patribus Cyrillo ſunt datae: ut in Actione ſecunda, cum Petrus Presbyter Alexandrinus Caeleſtini Papae litteras legiſſet, *πάντες οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν. Αὕτη δικαία κρίσις .... εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου. μία πίστις τῆς οἰκουμένης. Collect. Conc. Hard. tom.* I. *pag.* 1471.

118. Patres ad Concilium in Epheſina Eccleſia Deiparae Mariae celebrandum congregati, ut ibi praeſidere Chriſtum ſignificarent, in medio throno, & in ſede conſpicua ſacroſanctum Dei Evangelium collocari voluerunt. Teſtes ſunt Orthodoxorum litterae Imperatoribus ſcriptae, in quibus omnia rite acta eſſe in Concilio profitentur, *τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ ἐν μέσῳ κειμένῳ, καὶ δεικνύντος ἡμῖν παρόντα τὸν δεσπότην τῶν ὅλων Χριστὸν, Sancto Evangelio, quod Chriſtum univerſorum Dominum nobis oſtendebat, in medium propoſito. Ibid. Concil. Epheſ. pag.*1583. Sed, ut videtur, Piſida ad litteras Caeleſtini Papae ad Synodum ſcriptas hic intendit, quarum hoc eſt initium: *Spiritus Sancti teſtatur praeſentiam congregatio Sacerdotum. Verum eſt enim, quod legimus, quia nec poteſt veritas mentiri, cuius in Evangelio iſta ſententia eſt:* Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. *Ibid. pag.*1467.

119. Aenigmati quid ſimile nobis proponit Piſida, dum Patrum numerum, qui Concilio Epheſino interfuerunt, metri difficultate non abſterritus definire contendit. Sed ut videtur XVII. Nonadas, hoc eſt, CLIII. numero fuiſſe Patres Cyrillo unitos declarat. Verum alii ferunt eos fuiſſe CLVIII., alii CXCVIII., alii CC., alii tandem CCXX. Certe Cyrillus, qui eo in Concilio Caeleſtini nomine primas tenuit, in ſua epiſtola ad Clerum, populumque Alexandrinum, quos de Neſtorii depoſitione certiores facit, ſic ait: *Ἦμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι, ἐγγὺς διακόσιοι, ἧττον, ἢ πλείους. Epiſcopi autem, qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus minus.* Oper. Cyrill. *tom.* V. *part.* II. *pag.* 79.

131. Novas turbas, tempore Piſidae, in Eccleſia excitaſſe Monophyſitas manifeſtum eſt. Eos autem *ἅλμῃ ſalſugine*, hoc eſt amaris fluctibus Severi dicit eſſe agitatos; eo quod omnes eorumdem errores ex uno impuro Eutychis, & Severi fonte, videlicet ex naturis in Chriſto confuſis, emanarint.

133. Codex habet *κρίνει* contra metri menſuram.

137. Ibidem legitur *δοκεῖν* contra proſodiae rationem. Γεωμετρεῖν Severianos dicit, ut eorum ſtultitiam demonſtret, qui a Scripturae, & Patrum doctrina averſi, & in ſophiſmatum, & futilium commentationum profunditate demerſi, tantum ſibi fiderent, auderentque, ut de divina natura iuxta Philoſophorum placita minutas rationes inire non dubitarent, perinde ac ſi de re ſenſibus, & humanae contemplationi ſubiecta ageretur, de qua unicuique liceret pro lubito ſuo diſputare. Θεωρεῖν enim, ut eſt in Dialectica S. Iohan. Damaſceni *cap.* 65., *λέγεται τὸ νοεῖν, τὸ ἀστρονομεῖν, τὸ γεωμετρεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Contemplari dicitur, rem diſquirere, aſtronomiae, geometriae, ac ſimilibus operam dare.*

142. Eutyches, & Severus *ex duabus* naturis ante unionem dicere Chriſtum non recuſabant, ſed *in duabus* poſt unionem nolebant confiteri, quia cum naturas ab hypoſtaſibus non diſtinguerent, iure timebant, ne dicerentur duos Chriſtos introducere: atque ut hanc a ſe iuſtiſſimam accuſationem amolirentur, id criminis in Orthodoxos vertebant. Ceterum profeſſionem fidei ab Eutyche editam habes in *tom.* II. *Conc. Hard. pag.* 166. paucis verbis expreſſam. *Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ.*

146. Cum Severianis idem eſſet natura, ac hypoſtaſis, quoties ab Orthodoxis uſurpari formulam

lam *in duabus* audiebant, malebant hypoſtaſes, quam naturas intelligere. Verum non haec erat propria Severianorum doctrina, qui poſt unionem formulam *in duabus* omnino reiiciebant.

147. Εἰρωνικῶς haec eſſe dicta intelligo. Vah! qui verentur, ne duo dicantur in Chriſto, iidem *duas* in Chriſto *hypoſtaſes* admittunt! Anaſtaſius in ὁδηγῷ *pag.* 80. ita Severianos irridet. Τὰς ὑποςάσεις φανερῶς κηρύττετε, τὰς δὲ φύσεις δι' ἡμᾶς ἀποκρύπτετε· τὴν ἀδιάβλητον φωνὴν ἀπωθεῖσθε, καὶ τὴν ἐνδιάβλητον ἀσπάζεσθε. *Hypoſtaſes palam praedicatis, naturas vero propter nos occulitis. Vocem, quae omni reprehenſione caret, abiicitis, & illam, quae reprehenſioni obnoxia eſt, acceptatis &c.*

150. Recte concludebat Piſida. Si vobis naturae perinde ſunt, ac hypoſtaſes; Trium una erit natura, itemque Trium una hypoſtaſis. Atque ita plane loquebantur Severiani, *unam eſſe trium hypoſtaſim* affirmantes: quo quidem errore abducti in Sabellii impietatem ruebant, qui unam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti perſonam dicebat. Anaſtaſius *loc. cit. pag.* 67. Severianos multis opprimit argumentis, & ad abſurda confitenda ita compellit: Εἰ εἰλικρινῶς καὶ ἀπροσπαθῶς ταυτὸν φάσκετε φύσιν, καὶ πρόσωπον, καταδέξασθε λέγειν ἓν πρόσωπον ἐπὶ μιᾶς οὐσίας τῆς θεότητος, καὶ τῆς μάχης παυσόμεθα· εἰ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων εἰσὶ καὶ τὰ πρόσωπα, εἴπατε τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς Τριάδος προσώπων· καὶ οὐκ ἔτι ὑμῖν ἐνοχλήσομεν. *Si candide, & abſque ſiniſtro affectu aſſeveratis naturas, & perſonas idem eſſe, agedum unam perſonam in una divina natura profiteamini, & a pugna deſiſtemus. Si ſecundum naturarum numerum multiplicantur perſonae, dicite tres eſſe naturas in tribus Trinitatis perſonis, nec amplius vobis moleſti erimus.*

153. Plaudit Heraclio, quod hoc argumento, ut videtur, uſus fuerit in aliqua Ecthesi contra Severianos edita.

155. Σὸν ſupple πνεῦμα.

160. Trium unam eſſe naturam cum Severo dicere impium omnino eſſet: ille enim non trium hypoſtaſεων unam naturam, ſed trium naturarum unam eſſe naturam evincebatur adſerere, eo quod naturam, & hypoſtaſim idem eſſe adfirmaret; unde videbatur Deitatem in tres Deos partiri, & unam tamen ex tribus facere: qui fuit error Tritheitarum.

162. Supple θέλεις.

163. Neque tres hypoſtaſes in trina Deitate admittens Severus recte ſentiebat, quia trium hypoſtaſεων unam dicebat non naturam, ſed hypoſtaſim, ut *ſupr. verſ.* 152. ex quo ſequebatur trium Perſonarum confuſio, & relationis, quam habent inter ſe, ſubverſio.

164. *Trium perſonarum hypoſtaſes unam* dicere nefas: nam ſequitur tres perſonas unam eſſe perſonam.

166. Βραβευτὴν τῆς μάχης vocat hic Severum, & mox φυγαδευτὴν; ut *ſupr. v.* 159. ἐμβαλόντα τὰς ἀκάνθας τοῖς λόγοις, alludens ad plurimum ſtudium, quod vir ſubdolus in id contulit, ut Patrum ſcripta adulteraret, & novas dictiones excogitaret, receptis ab Eccleſia formulis nolens uti. Certe Anaſtaſius paſſim in ὁδηγῷ eius criminis reum facit, ac *pag.* 45. in depravandis Scripturis Alexandriae occupatum repraeſentat, & paullo poſt *pag.* 47. ait eum ipſum confeciſſe librum, cui φιλαλήθης titulum fecit, ad cuius normam Monophyſitae Scripturas, & Patrum ſententias exigebant.

167. Subaudi ἴδια.

168. Vocem ταυτότητα alios Patrum a SS. Trinitatis myſterio excluſiſſe, alios autem adhibuiſſe obſervat doctiſſimus Petavius *de Trinit.* IV. 6. 14. At certum eſt, ea voce recte *identitatem* ſubſtantiae, & naturae in tribus perſonis ſignificari: ſed quod ab haereticis fuerit aliquando in malam partem detorta, ſuſpicione non vacabat. Attamen non ea hic abuti Severum arbitror; cum non modo *identitatem* admittat, ſed contra obiiciat Orthodoxis, quod dicentes Chriſtum eſſe *ex duabus*, & *in duabus* naturis, *identitatem*, *unitatem*, & *ſingularitatem* naturae, qua tres divinae conſtant Perſonae, quodammodo infringant, aliam nempe naturam a divina diverſam inducentes. Obiectionem Severi, ni fallor, clarius exponit Anaſtaſius *pag.* 131. Ἐὰν εἴπωμεν δύο φύσεις ἐπ' αὐτοῦ, ἀνάγκη πᾶσα ἡμᾶς δύο λέγειν φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅσα γὰρ ἐὰν προςτεθῇ τῷ ἑνὶ τῆς ἁγίας Τριάδος Χριστοῦ, ταῦτα τῇ πάσῃ Τριάδι λογίζεται. *Si duas in Chriſto naturas confiteamur, neceſſarium omnino eſt, nos duas SS. Trinitatis naturas profiteri; nam quae quis tribuit Chriſto, uni ex SS. Trinitate, haec toti Trinitati adſcribenda ſunt.* Quam obiectionem diluit idem Anaſtaſius celebri axiomate S. Gregorii Nazianzeni *epiſt.* I. *ad Cledon.* Ὅσα ἐπὶ τῆς Τριάδος ἑνικῶς λέγεται, ἐπὶ τῆς σαρκώσεως ἐναντίως ἔχει· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Τριάδος ἄλλος καὶ ἄλλος· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλὰ ἄλλο καὶ ἄλλο· ἐπὶ δὲ τῆς Τριάδος, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο. *Quae in Trinitate dicuntur ſingulariter, in Chriſto contrario modo ſe habent. Nam in Trinitate eſt alius, & alius: in Chriſto vero non eſt alius, & alius, ſed aliud, & aliud; in Trinitate autem non aliud, & aliud.* At Severus, qui cum Catholicis unam naturam, & tres hypoſtaſes in Trinitate, unamque hypoſtaſim, & duas naturas in Incarnatione dicere nolebat, ſed cum profanis Philoſophis hypoſtaſin, & naturam in unum confundebat, vocem *naturae*, tamquam Trinitati iniurioſam uſurpare non religionis, ſed malitiae ſtudio fugiebat.

169. Τριαδικὴ μοναρχία *trina monarchia*. Novam hanc eſſe Severi locutionem non dubito, cuius apud Patres nullum, quod ſciam exſtat argumentum; quamvis ſaepe ſimplicem monarchiae vocem illi uſurpent, ut unum eſſe Deum contra Ethnicos probent, quod prae ceteris oſtendit S. Iuſtinus Martyr περὶ μοναρχίας. Verum trinam monar-

monarchiam aeque ac *trinum Deum* dici poſſe puto. Ita S. Ioh. Damaſcenus *contr. Iacob. pag.* 397. *μοναρχικὴν καὶ ὁμοούσιον unius imperii, & ſubſtantiae* Trinitatem appellat.

171. Κοινὴν γραφὴν intelligit non modo Sacra Biblia, ſed etiam Conciliorum Codices, in quibus formula fidei erat definita. Vide Anaſtaſium *pag.* 43., & 55., qui veteris, novique Teſtamenti auctoritate, & Patrum teſtimoniis probat naturam a perſona diſtingui, & recte in Chriſto duas naturas adfirmari. At Severus omnia ſus deque vertebat, & pro lubitu ſuo interpretabatur.

176. Quam fuerit Severus in depravandis Scripturis ſollicitus oſtendimus *ſupr. v.* 166. ex Anaſtaſio, qui ſaepe illud exprobrat Severianis, quod ne a Sacris quidem Bibliis manus abſtinuiſſent. Πολλάκις (Sacri ſcilicet Libri) ait *cap.* 12. *pag.* 96., *ὑπὸ ἀνδρῶν κακοφρόνων προσθήκας καὶ ἀφαιρέσεις πάσχουσι, ſaepe ab improbis aut additione, aut ſubtractione corrumpuntur*: unde recte concludit, *εἰ οὖν αὐτῆς ἱερᾶς γραφῆς οὐκ ἐφείσαντο οἱ κακόπιστοι, πόσῳ καὶ μᾶλλον τῶν διδασκαλικῶν λόγων; ſi igitur ne ipſis quidem Sacris Litteris a fide orthodoxa alieni parcunt, quanto minus a Doctorum ſcriptis manus abſtinebunt?*

180. Fraudum Severianorum exempla in libris corrumpendis *διὰ προσθήκης καὶ ἀφαιρέσεως* exhibet idem Anaſtaſius *pag.* 90. Celebris autem eſt impia additio facta Triſagio, dum CPoli Severus verſaretur, a Petro Fullone, qui poſt verba *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis*, illud de ſuo addebat, *ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, qui pro nobis crucifixus, & paſſus eſt*. De qua Triſagii interpolatione videſis eumdem Anaſtaſium *pag.* 98., S. Ioh. Damaſcenum *lib.* III. *de Orthod. fide cap.* 10. *p.* 218., & *epiſt. de Triſag. pag.* 480., & Gretſerum *Fullo rediv. Oper. tom.* XIII. *pag.* 376.

184. Νομοθέται a Patribus ſaepe haeretici appellati, quia a recepta in Eccleſia doctrina recedentes novas in rebus fidei definitiones, interpretationeſque ſtatuebant: atque Anaſtaſius quidem ea de cauſſa Severum νομοθέτην non ſemel nominat.

188. Iis, qui tabulas falſas concinnarent, vel de relatis in tabulas publicas quidquam demerent, aut ſyngraphas ementitas obtruderent, lex manum, aut digitos praecidi iubebat. Contra Severum, & Severi diſcipulos celebris eſt Iuſtiniani Imp. ſententia, qui in ſua ſacra Conſtitutione *Concil. tom.* II. *pag.* 1406. de malis ingentibus contra Eccleſiam a Severo commiſſis multum conqueſtus ait: *Ὥστε καὶ ἀπαγορεύομεν τῷ οἱονδήτινι κεκτῆσθαι βιβλίον.... τὰ Σευήρου ῥηθέντα τε καὶ γραφέντα ... πυρὶ φλεγέσθω παρὰ κεκτημένων ... γραφέσθω παρὰ μηδενὸς ... εἰδότες, ὡς ἀποκοπὴ χειρὸς ἔσται τοῖς τὰ ἐκείνου γράφουσιν ἡ ποινή. Quare univerſis interdicimus aliquid de libris ipſius poſſidere .... Severi dicta, & ſcripta ..... igne comburantur a poſſidentibus ... a nemine ſcribantur ... Sciendo, quia amputatio manus his, qui ea ſcripſerint, poena erit*.

189. Ἐριστικὴν φύσιν pro τὰς ἔρεις contentiones, lites, ſophiſticas quaeſtiones; quas movebat Severus pernegans Patrum teſtimonia adverſus ſe producta ab Orthodoxis.

190. Τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης, Severum intellige, qui cum ab Orthodoxis ad incitas redactus ſuarum argumentationum, & ſophiſmatum viribus minus fidendum eſſe ſentiret, ὑπεστάλη iam videbatur victas dare manus; ſed maluit fraudes machinari, & Patrum ſcripta adulterare, quam ſe victum fateri; & quam non poterat argumentis, & teſtimoniis, dolo ſaltem, & fallaciis cauſſam defendere. Qua in re bene ſenſerit Severus, vide infra *v.* 465., & *ſeqq.*

191. Codex habet καθ' αὐτόν.

193. Infanda narrantur facinora a Severo patrata, quae breviter exponuntur in libellis Monachorum ſecundae Syriae Iuſtiniano Imp., & Patriarchae Mennae oblatis. *Concil. tom.* II. *p.* 1274., & 1283. Ad haec opinor eius impia facta alludens Piſida ait, quod *ἑαυτῷ συγχυθεὶς καθῃρέθη*.

195. Vide *Heracliad. Acroaſ.* II. *v.* 196.

197. Ut Severi inconſtantiam notet, qui ſaepe argumentorum vi conſtrictus cedere cogebatur, & ad ſanae rationis tramitem videbatur redire, ſed ſtatim ex novis fallaciis nova ſibi parabat effugia.

198. Illud ſemper in ore habuit Eutyches: Ἐγὼ παρὰ τῆς γραφῆς οὐκ ἐδιδάχθην περὶ δύο φύσεων: *Ego a ſanctis Scripturis non didici de duabus naturis. Concil. tom.* II. *pag.* 158. Cum autem a S. Flaviano in Synodo CPolitana urgeretur, ut aperte duas in Chriſto naturas profiteretur, reſpondit, *πρὸ τούτου, οὐκ ἔλεγον· νῦν δὲ ἐπειδὴ τοῦτο διδάσκει ἡ ὁσιότης ὑμῶν λέγω, καὶ ἀκολουθῶ τοῖς πατράσιν· οὔτε δὲ ἐν ταῖς γραφαῖς εὗρον σαφῶς τοῦτο, οὔτε οἱ πατέρες εἶπον πάντες: Ante hoc non dicebam: nunc autem, quoniam hoc docet ſanctitas tua, dico, & ſequor Patres. Neque autem in Scripturis inveni manifeſte hoc explanatum, neque omnes Patres dixerunt.* At ille ob hanc ſimulatam fidei profeſſionem damnatus eſt. Severus autem fatebatur in aliquibus Patrum ſcriptis vocem *in duabus* inveniri, ſed eam uſurpare nemini licere, tamquam ſuſpectam, ac reprobatam.

199. Φωνῇ, ſubaudi ἐν δυσὶ *in duabus*, vel *τὰς δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἑνωμένας ἐν Χριστῷ, duas in Chriſto per hypoſtaſim unitas naturas*: qua potiſſimum formula uſi ſunt Patres Concilii Chalcedonenſis contra Eutychem, Dioſcorum, omneſque Monophyſitas, quorum aſſeclae proinde eidem Concilio ſemper fuerunt infeſti.

206. Cum Orthodoxi eviciſſent contra Severum in antiquorum Patrum ſcriptis duas in Chriſto naturas aſſertas eſſe, tum Severus reſpondebat: Πολλαὶ τῶν ἀπερισκέπτως λεγομένων λέξεων παλαιοῖς πατράσι μετὰ Νεστόριον, οὐκ ἀσφαλῶς ἐνομίσθησαν: *Multae*

loquendi formulae veterum Patrum, olim abſque ulla alius reprehenſione uſurpatae, poſt Neſtorium non cenſentur amplius tutae, & ſecurae. Et mox: Ἐχρήσαντο γὰρ καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ συγχωρήσομεν· ἀλλὰ κατὰ τὸν χρόνον τοῦ μακαρίου τοῦ Κυρίλλου, τῆς νόσου, τῆς Νεστορίου καινοφωνίας, τὰς ἐκκλησίας ἐπινεμομένης, ἐπὶ πλεῖον ἡ λέξις ἀπεδοκιμάσθη. *Ea enim loquendi forma uſi ſunt noſtro ſenſu, ſi faciamus uſos eſſe. Ceterum tempore Cyrilli, cum Neſtoriana peſtis, & novitas Eccleſiam depaſceretur, dictio illa, ut plurimum, reiecta eſt, & exploſa.* Verba haec ſunt Severi apud Anaſtaſium in ὁδηγῷ *pag.* 49., a quo validiſſime, & uberrime confutantur.

210. Obiiciebant Monophyſitae, Orthodoxos dicentes *duas*, non *unam* in Chriſto naturam, cum Neſtorio conſentire, qui Chriſtum dividebat: quare ſi hanc ſuſpicionem ſubire nollent, a formula in *duabus* eis abſtinendum eſſe. At bene Piſida in Monophyſitas retorquet argumentum, dicens, eos potius ad Neſtorium accedere, qui mallent, ut *ſupr. v.* 146. duas hypoſtaſes, quam duas naturas in Chriſto confiteri. Qui enim duas naturas hypoſtatice unitas dicit, nae ille unum dicit: at qui duas hypoſtaſes dicit, duas perſonas, & duos filios aperte profitetur. Ceterum, ut ait Anaſtaſius hoc Monophyſitarum ſophiſma confutans *pag.*64., *Sancta Eccleſia tam Neſtorii diviſionem reprobavit* ἓν πρόσωπον τὸν Χριστὸν *unam in Chriſto perſonam praedicans; quam Severi confuſionem reiecit, docens*, δύο ἡνωμένας καθ' ὑπόστασιν φύσεις, ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως τὸν ἕνα, καὶ μόνον Χριστὸν, *unum, & ſolum Chriſtum eſſe duas in hypoſtaſi inconfuſe, & indiviſe unitas naturas.* Copioſius autem hanc Monophyſitarum obiectionem diluit idem Anaſtaſius *pag.* 80.

218. Recte *atomi* ſimilitudinem, & vocem uſurpat Piſida, nam ἄτομος *individuum*, idem ac hypoſtaſis, quae diviſionem non admittit. S. Ioh. Damaſcenus *cap.* 30. Patrum doctrinam explanans ait: *SS. Patres id quod commune eſt, ac de multis dicitur, ideſt ſpecialiſſimam ſpeciem, ſubſtantiam, & naturam, ac formam appellarunt* ... τὸ δὲ μερικὸν, ἐκάλεσαν ἄτομον, καὶ πρόσωπον, καὶ ὑπόστασιν, *quod autem particulare eſt, individuum, & perſonam, & hypoſtaſim nuncuparunt*: unde *de Fid. Orthod. lib.*III. *cap.*2. ita ſtatuit: Ταυτὸν οὖν ἐστιν εἰπεῖν φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τὴν ἐν ἀτόμῳ φύσιν. *Idem igitur eſt Verbi naturam dicere, atque naturam illam, quae eſt in individuo* ....

224. Sermonem opinor convertit Poëta ad eum, quem ſub nomine Severi a principio exagitat, quaſi dicat, tantam eſſe eius ingenii ſubtilitatem, aut verſutiem, ut etiam praeceptoris Severi calliditatem videatur ſuperare.

235. Vide *infr. v.* 290.

238. Πέζης, ita reddidi, quaſi Piſida novum plane verbum πέζειν confinxerit a πεζὸς *pedeſtris*. Sed cum nulla ſuppetant, quod ſciam, huius vocis exempla, ſi quis autem mavult mendoſe ſcriptum in Codice πέζειν pro παίζειν *ludere*, per me licet, ut vertat, *atque, ut putas, iocularis tibi res eſt ſermo de Deo incarnato*; quam interpretationem videtur confirmare Sophronius in ſua Synodica in Concilio VI. recitata. Nam recte diſtinguens in Chriſto naturas, & operationes ait: Ἵνα μὴ καὶ εἰς οὐσίαν μίαν, καὶ φύσιν μίαν αὐτὰς συνελάσωμεν, τὴν Ἀκεφάλων παιζομένην παισὶ, καὶ αὐτοῖς ἀναιδῶς προσφερομένην αὐτοῖς ῥήμασι σύνθετον. *Ne in eſſentiam unam, & unam naturam eas cogamus, quae ab Acephalorum pueris luditur, & ipſis verbis impudenter profertur compoſita.*

241. Aperte iniuriam inferunt divinitati, qui de Verbi incarnatione inepte blaterant. Leontius *contr. Neſtor., & Eutychem pag.* 544. *Iſti talia captioſe loquuntur, non ut hominem perfectum oſtendant, ſed ut Dominum calumnientur, & eum a ſalute noſtra alienent, quaſi vel non aſſumpſiſſet a principio humanitatem noſtram, vel non ſervaſſet incolume, quod ex nobis habuit ſalutis totius naturae pignus, quod excidere non poterat.*

247. Si Verbum in dextera Dei Patris ſedens eſt nudum Verbum, non eſt ergo incarnatum: Si autem commixta natura, nec verus Deus eſt, nec verus homo: ſed quid promiſcuum, quod neutrum ſit ex iis, quibus conſtat. Ceterum etiam Eutychi obiectum antea fuerat, quod Severo, ut patet ex Actione Synodi CPolitanae lecta Epheſi, & relecta Chalcedone *Concil. tom.*II. *pag.*206. Ἐὰν ἐκ δύο φύσεων εἴπῃς πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν εἴπῃς ἀπολελυμένως, σύγχυσιν ὑπονοηθείῃ λέγειν, καὶ σύγκρασιν ... ἐὰν δὲ εἴπῃς τοῦ Θεοῦ Λόγου μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, καὶ ἐνανθρωπήσασαν, τὰ αὐτὰ λέγεις ἡμῖν, καὶ τοῖς πατράσι. *Si ex duabus naturis dicis ante unionem, poſt unionem autem unam dixeris abſolute, confuſionem putaberis inducere, & commixtionem .... Si autem dixeris unam naturam Dei Verbi incarnatam, & inhumanatam, eadem dicis nobis, & Patribus.*

253. Tacite Severum circa diviſionem, confuſionemque naturarum in Chriſto delirantem comparat Archytae, qui cum Aſtronomicis obſervationibus eſſet inſignis, & planetarum, ſiderumque motus, affectiones, ſitus, inclinationeſque omnes plane noſſet, naufragio tamen periit: unde eum feſtive irridebat Horatius I. *Od.*28:

Nec quidquam tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos, animoque rotundum
Percurriſſe polum morituro.

Cui ſimile eſt illud Archelai *in Diſput. contr. Manetem apud Zaccagnium in Collectaneis: Similis factus eſt Aſtrologo, deſcribenti quidem caeleſtia, ignoranti vero, quae domi ſuae geruntur.*

254. Aſtrologorum more, qui ſiderum aſpectus, momenta, coniunctioneſque indagant, Severus punctum temporis, quo indiviſibilis, indiſſolubiliſque duarum naturarum in Chriſto unitio facta eſt, videbatur noſſe, nec tamen poſſe definire. Huc alludens Anaſtaſius ſaepe laudatus *p.*86.

ita

ita Monophyſitas irridet. *Veſtrum erit praefinire, & deſignare nobis certum temporis terminum, quot nimirum annis naturae in Chriſto manſerint inconfuſae, & quot menſibus duas in illo naturas eſſe adfirmare debeamus, & quot dies retineat in ſeipſo duarum naturarum inconfuſam proprietatem.*

259. Ante unionem dicere *unionem ex duabus unam* aeque ridiculum, ac impium. Quae enim erat unio, nondum unione facta? Ac ſi ante unionem erant duae hypoſtaſes, ut placebat Severianis, ergo antequam unirentur, exſiſtebat caro, in quam deſcendit Verbum: atqui hoc ipſum docuit Neſtorius: itaque Severus cum Neſtorio conſentit; quod ei ſane obiecit Anaſtaſius, ut videre eſt *pag.* 93., & S. Iohan. Damaſcenus *pag.* 402. Atque huc ſane reſpiciebat Piſida, cum ſuperius *v.* 210. dicebat, Severum eſſe myſtam Neſtorii. Hinc etiam S. Leo M. in celeberrima Epiſtola Synodica ad Flavianum *edit. Fratrum Ballerin. tom.* I. *pag.* 834. mirabatur Eutychis profeſſionem non fuiſſe acriter reprehenſam: *cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei filius fuiſſe dicatur, quam nefarie poſtquam Verbum caro factum eſt, natura in eo ſingularis aſſeritur.*

260. Primum quidem Eutyches etiam *ex duabus* dicere renuebat, μὴ γένοιτο εἰπεῖν ἐμέ, ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν, *abſit a me, dicere ex duabus naturis eſſe Chriſtum. Concil. tom.* II. *pag.* 158. Sed cum ei non eſſet amplius integrum negare, id eſſe dictum a Patribus, quorum teſtimoniis premebatur, tum demum ait, ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ, *confiteor ex duabus naturis fuiſſe Dominum noſtrum ante adunationem; poſt adunationem vero unam naturam confiteor. Ibid. pag.* 166. A qua Eutychianae fidei profeſſione minimum diſceſſerunt Severiani, ut patet ex Anaſtaſio *pag.* 84.

262. Ut enim *ſupr. v.* 146., *& ſeqq.* Severiani cum *ex duabus* dicebant, hypoſtaſes non naturas innuebant, itemque hypoſtaſes intelligebant, etiamſi dicerent aliquando naturas, temere naturas cum hypoſtaſibus confundentes.

265. Si duae hypoſtaſes in Chriſto, ergo duae perſonae: ſi duae perſonae, ergo duo filii: ſi duo filii, ergo non Trinitas, ſed quaternitas nobis adoranda eſt. Quod abſit. Anaſtaſius, Leontius, & Damaſcenus ſaepe hoc utuntur argumento contra Severianos.

266. Corrector ἐγκλήσεις *nunc* *accuſationes intentans* legendum proponit: quod non placet.

269. Idem pro θέλεις legi mallet λέγεις.

272. Ariſtoteles *Rhet. lib.* III. *in princ.* artificioſe loquendi regulas tradens, artificium ipſum ita tegendum eſſe dicit, ut ii, qui loquuntur, videantur dicere non πεπλασμένως *ficte*, ſed πεφυκότως *naturaliter*. Ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους. *Tamquam enim ſibi inſidiantem metuunt oratorem, qui audiunt, atque ita affecti adverſus eum ſunt, ut contra vina permixta.* Ex Ariſtotele Plutarchus *Sympoſ. lib.* IV. *quaeſt.* 1. iiſdem fere verbis dixit: Φεύγουσι τὸν μεμιγμένον οἶνον οἱ πίνοντες· οἱ δὲ μιγνύντες πειρῶνται λανθάνειν, ὡς ἐπιβουλεύοντες, *mixtum vinum potores vitant, & qui miſcent, clam id faciunt, ut qui inſidias ſtruunt.* Itaque Piſida Severum Patrum ſcripta pervertentem recte cauponi vina permiſcenti adſimilat, illud Paulli, ut videtur opponens *Corinth.* II. 2. 17. Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ λοιποὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ᾽ ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. *Non enim ſumus, ſicut plurimi, adulterantes, cauponantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.*

275. Eutychiani auctoritate praeſertim Cyrilli ſe tuebantur, cuius celebratiſſimum eſt illud dictum *Epiſt. ad Succeſſum*, & S. Athanaſii teſtimonio, ut fertur, firmatum, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, *unam eſſe Dei Verbi naturam incarnatam*: quibus verbis ſaepe validiſſime pugnatum eſt contra Orthodoxos duarum in Chriſto naturarum adſertores. At S. Cyrillum ſtrenue defenderunt iam ab antiquis temporibus Anaſtaſius *pag.* 84., & 93., Leontius *pag.* 60., & Damaſcenus *contra Iacob. pag.* 408., *& de nat. compoſita pag.* 523.

277. S. Cyrillus, Anaſtaſio teſte *pag.* 94. dixit, μίαν Χριστοῦ φύσιν σεσαρκωμένην, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἐν προσώπῳ τῆς ἁγίας Τριάδος σεσαρκωμένον, *unam Chriſti naturam incarnatam, pro una perſona SS. Trinitatis incarnata*; ſed ſatis clare etiam eo modo, quo locutus eſt Cyrillus, duae naturae intelliguntur; qui enim dicit *unam Verbi naturam*, aperte indicat Divinitatem, ſi autem *incarnatam* adiungit, humanitatem, quam Verbum aſſumpſit, declarat, ut idem S. Cyrillus *in epiſt.* II. *ad Succeſſum* animadvertit.

295. Quamvis recte concludat Piſida eum, qui duarum confuſionem dicit, duas revera dicere: attamen *unam Chriſti compoſitam naturam* cum Severianis adſerere non licere plurimis argumentis evincit S. Ioh. Damaſcenus *in lib. de compoſ. natura*: nam ex compoſitione confuſionem illi inducere ſtudebant, qua Chriſtus nec perfectus Deus, nec perfectus homo eſſet. Sed Chriſtus, ait ille *pag.* 521. Οὐ μία ἐστὶ σύνθετος φύσις, ἀλλὰ μία ὑπόστασις ἐν δυσὶ φύσεσι γνωριζομένη· καὶ δύο φύσεις ἐν μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει. *Non eſt una compoſita natura, ſed una in naturis duabus exſiſtens perſona; duae item naturae in una compoſita perſona.* Videſis eumdem Damaſcenum *pag.* 401. *contr. Iacob.*

296. Εἰ δὲ πάντως ἑνώσεως, ἑνώματα κἂν συγχέονται, κἂν συγκεράννυται, μόνον τῆς εἰκόνος μὴ ἐξιστάμενα φύσεως . . . τίς γὰρ ἐκ εἶδεν, ὡς ἐν τῷ ἐξ οἴνου ἢ ὕδατος κράματι δύο φύσεις εἰσίν; εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς ὑμᾶς

ὑμεῖς καὶ τὴν διαφορὰν εἰδότες, καὶ τὰς ἰδιότητας ὁμολογοῦντες τῶν φύσεων, μίαν ταύτην, καὶ οὐ δύο κηρύττετε; *In omni unione, quae uniuntur, quamvis confundantur, quamvis permiſceantur, manent, ut a natura propria nihil deciſcant ... Ecquis enim ignorat, in vino, & aqua mixtis duas eſſe naturas? Quod ſi ita eſt, qua de cauſſa vos qui diſcrimen ſciatis, naturarumque proprietates confitemini, unam, & non duas naturas praedicatis?* Verba ſunt Damaſceni *contr. Iacob. pag.* 406.

298. S. Leo in laudata ſuperius Epiſtola Synodica, iuxta quam profeſſio fidei in Concilio Chalcedonenſi a Patribus edita eſt, ita definivit: *Catholica Eccleſia hac fide vivit, ac proficit, ut in Chriſto Ieſu nec ſine vera divinitate humanitas, nec ſine vera credatur humanitate divinitas.* At qui *compoſitam* naturam dicit, vere divinitatem ab humanitate non diſtinguit, ergo confundit naturas. Si autem addit ἀσυγχύτως *inconfuſe* eſſe compoſitam naturam, pugnantia inter ſe loqui deprehenditur. Vide *infra adnot. ad v.* 431.

305. In Concilio Chalcedonenſi ex ſententia, & iudicio S. Leonis definitum fuit, δύο φύσεις εἶναι ἡνωμένας ἀτρέπτως, καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ, *duas eſſe naturas unitas in Chriſto, inconvertibiliter, & inſeparabiliter, & inconfuſe. Act.* V. *pag.* 450.

307. Codex habet ὑποστασίαν. Puto autem ſubintelligi θέλεις.

309. Aliis verbis idem dixerat *ſupr. v.*266.

311. Patet argumento, quod nuper propoſuit Piſida, uſum antea fuiſſe Heraclium Imp. vel contra Paullum Monophyſitam, vel in Ectheſi, quam contra Acephalos aut ediderat, aut edendam paraverat.

327. Legerem θαῤῥεῖτε.

328. *Matth.* V. 10. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam ... qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum.* Huc ni fallor alludit Piſida, qui multum obſcure in laudes Heraclii delabitur. Senſus autem, ni fallor, hic eſt. Superioris argumenti, vel problematis ex voce ἀσυγχύτως *inconfuſe* petiti verum auctorem poſſis dicere Ieſum Chriſtum ſuo in Evangelio docentem, ut eos, qui affecti ſunt iniuriis, favore, & affectu proſequamur. Porro hoc praecepto monitus Heraclius Orthodoxorum, quibus iniurioſi erant Acephali, patrocinium ſuſcepit, ſtatimque ei *menti occurrit* παρεχύθη relatum argumentum, quo quidem ille, cum eſſet benevolentia in omnes pronus, non tantum Orthodoxos defendere, quam Acephalos perſuadere conatus eſt.

330. Videtur indicare ex improviſo, ac fere divinitus Heraclio fuiſſe hoc argumentum inſpiratum: quod forte contigit ἐν μεθέξει τοῦ λόγου *in diſputatione*, quam habuit cum Paullo monoculo.

340. Monophyſitarum variae ſectae, de quibus in *Monito*. Vide etiam *ſupr. v.*94.

343. Acephalos ſui temporis Haereticos per Ὑποσιώπησιν monet, ut memores quo patre ſint nati verecundentur. Illi enim Severi veſtigiis inſiſtentes, eius exemplo apocryphis, vel adulteratis Patrum ſcriptis contra Concilium Chalcedonenſe dimicabant, ut iam antea fecerant Severiani in Collatione CPoli habita coram Iuſtiniano Imp. anno DLIII.

346. Apollinariſtarum, vel Eutychianorum fraude Iulio Pontifici fuiſſe affictam epiſtolam, qua ſe Eutyches, & Severiani tuebantur, iam a priſcis temporibus cognoverunt, nobiſque teſtatum reliquerunt veteres ſcriptores Gennadius, Facundus, Hypatius, Eulogius Alexandrinus, Leontius, aliique, de quibus videſis Petavium *tom.* IV. 4., & Diſſertationem Damaſcenicam ſecundam Michaëlis Le-Quienii, & admonitionem Petri Couſtantii in hanc epiſtolam Iulio attributam, *Append. Epiſt. Pontif. pag.* 58. Nec Iulio tantum Pontifici, ſed etiam Felici, Athanaſio, & Gregorio Thaumaturgo ſcripta, libroſque ſuppoſuerunt Haeretici, ut ſuum dogma adſtruerent: cuius rei ſolus Evagrius ſit teſtis *Hiſt. lib.*III. *c.*31. Πολλοὺς Ἀπολλιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν. *Multos Apollinaris libros Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Iulio, inſcriptionibus immutatis attribuerunt.*

347. De Dionyſio, ad quem ſcripſiſſe finxerunt Apollinariſtae, multum dubitatum eſt, quis, & cuius Sedis Epiſcopus fuerit. Nam Iohannes Antiochenus Patriarcha in ſua Epiſtola Synodica, quae a Renaudotio *in Hiſt. Patriarch. Alex. p.*360. deſcribitur, Epiſcopum Cypri appellat, Ambroſiani autem Codicis inſcriptio Alexandriae Antiſtitem facit, & Leontius *de Sect. act.* 8. diſerte Corinthium nominat. Cum autem Piſida etiam id adfirmet, non videtur diutius ea in re contra duos veteres ſcriptores aperte eum Corinthium Epiſcopum appellantes eſſe dimicandum.

349. Multa ſunt, quae Apollinarii redolent impietatem in epiſtola Iulio ſuppoſita, quam celeberrimus vir Ludovicus Ant. Muratorius edidit ex Bibliotheca Ambroſiana *in Anecdotis Graecis pag.*341. Ex ea Severiani haec praeſertim verba pro re ſua adferebant: Ἀνάγκη γὰρ τοὺς δύο λέγοντας φύσεις, τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν. *Neceſſe eſt enim eos, qui duas dicunt naturas, unam adorare, & alteram non adorare.* Vide Couſtantium *loc. cit. pag.*66., & Henſchenium ad diem XII. Martii.

351. Quaſi opinor diceret τὸν τῶν Κορινθίων μύστην *Corinthiorum Antiſtitem*, hoc eſt Dionyſium.

353. Ut Noſter annos ſupputat, Iulius Pontifex iam a centum annis in caelum evolaverat, quando Dionyſius Corinthiam Eccleſiam regebat. Cum igitur Iulius obierit anno CCCLII. reſtat, ut Dionyſius circa annum CCCCLII. in Corinthiaco throno ſederit. Verum ſi haec ſupputandi ratio

tio recta eſt, epiſtola ad eumdem Dionyſium ſcripta, Apollinario neutiquam tribuenda eſt, qui circa annum CCCLXXX. obiiſſe fertur, ſed eius diſcipulis melius adſcribetur, qui in hoc ſcriptorum falſandorum genere fuerunt inſignes, ac Leontio quidem teſte *lib. contr. fraud. Apoll. poſt med.* certum id omnino eſt: *Apollinarii*, inquit, *diſcipuli antiquiores ſunt omnibus iis, qui eis epiſtolis uſi ſunt.*

359. Severianorum malitiam, & levitatem rudium pictorum imperitiae comparat, qui incoeptum opus conantur iterum, iterumque abrumpere, atque delere. Explicationis gratia ſimilia ex S. Ioh. Chryſoſtomo adducam *Catech. ſecunda tom. II. pag.* 238. Καθάπερ ἐν ἐπὶ τῶν ζωγράφων, οὕτω καὶ νῦν γίνεται. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὰς σανίδας προθέντες, καὶ λευκὰς περιάγοντες γραμμὰς, καὶ τὰς βασιλικὰς ὑπογράφοντες εἰκόνας, πρὶν ἢ τὴν τῶν χρωμάτων ἐπαγαγεῖν ἀλήθειαν, μετ' ἐξουσίας ἁπάσης τὰ μὲν ἐξαλείφουσι, τὰ δὲ ἀντιγράφουσι, καὶ διορθοῦντες τὰ ἡμαρτημένα, καὶ μετατιθέντες τὰ κακῶς ἔχοντα. *Sicut igitur accidit in pictoribus, ſic nunc fiet. Etenim illi tabulas proponentes, & albas circumducentes lineas, & regias depingentes imagines; priuſquam colorum veritatem ſuperinducant, cum omni libertate haec quidem delent, illa vero repingunt, & errata corrigentes, & male ſe habentia tranſponentes &c.*

367. Eccleſiae affectum in filios haereticorum fraudibus abductos; atque deceptos ſcite tigridis in catulos amori a venatoribus abreptos aequat. Confer Plinium *lib.* VIII. 25., ubi de tigridum venatione agit.

376. Gregorium Nyſſae Epiſcopum S. Baſilii M. fratrem intelligit; de quo Photius *Cod.* VI. Τὴν μὲν φράσιν, εἴ τις ἄλλος ῥητόρων, λαμπρὸς, καὶ ἡδονὴν εἰς ἀκοὰς ἀποστάζων, *ſtilus illis, ſi cui Rhetorum illuſtris, & iucunditatem auribus inſtillans.* Hunc autem idcirco laudat Poëta, quia ipſum etiam cum aliis Patribus ſuas in partes trahere voluit Severus, qui, ut ait Anaſtaſius in ὁδηγῷ *pag.* 51. οὐδενὸς ἐφείσατο τῶν διδασκάλων ἀντίδικος, *nulli doctorum adverſarius pepercit.*

382. Anaſtaſius *ibid.* de Severo, οὐ Γρηγορίους ἐτίμησεν, οὓς ᾐδέσθησαν Ἕλληνες, *nullo in pretio habuit Gregorios, quos ipſi Graeci ſuſpexerunt.*

387. Idem *pag.* 90. narrans Alexandriae fuiſſe quemdam Praefectum Auguſtalem, qui quatuordecim calligraphis curam dederat, ut Patrum libros, & maxime Cyrilli depravarent, varia falſationum exempla profert.

396. S. Gregorii Nyſſeni auctoritatem pro re ſua ſaepe allegabant Eutychiani, tum quia paſſim ſuis in ſcriptis divinae, & humanae naturae in Chriſto hypoſtaticam unitionem μῖξιν *mixtionem*, σύμμιξιν *commixtionem*, σύγκρασιν *temperationem* vocat: cum etiam quia humanam a divina ita eſſe aſſumptam naturam ait, ut hanc ab illa abſorptam, atque extinctam fuiſſe putes dicere. Saepe enim ad explicandum humanae naturae cum divinitate conſortium, hac utitur comparatione, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται· εἰ γάρ τις σταγόνα ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι. *Quemadmodum in mari accidit, ut ſi quis aceti guttam in illud iniiciat, gutta quidem illa mare fiat, in aquae marinae qualitatem tranſmutata. Antirrhet. cap.* 42. Sed ab omnis erroris ſuſpicione eum iamdiu liberavit Anaſtaſius *pag.* 107., qui pluribus evicit non ad naturarum confuſionem, ſed ad ſummam unionem declarandam pelagus, & aceti exemplum ſpectare. Quomodo enim dicemus S. Patrem naturarum in Chriſto confuſionem voluiſſe inducere, qui contra Eunomium *lib.* IV. ait: Ποία φύσις Χριστοῦ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται, καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; *Quaenam Chriſti natura in paſſione colaphis caeditur, & quae ab aeterno glorificatur?* At ſi humana natura a divina fuiſſet penitus abſorta, ut Eutychianis placebat, neceſſario ſequeretur, phantaſticum fuiſſe Chriſti corpus, & divinitatem fuiſſe paſſam. Sed ne plura in re tam manifeſta congeram, vide praeter Petavium *de Incarnat. lib.* I., Zacagnium *Collect. monum. in Praefat. pag.* 19., qui S. Gregorium, alioſque Patres ab haereticorum calumniis defendit.

400. Videſis S. Gregorii *Orat.* IV. contra Eunomium. Dei paſſio, & mors recte a Patribus dicta eſt ob ἀντίδοσιν, ideſt *communionem* idiomatum, qua fit, ut cum in Chriſto duae ſint naturae, arctiſſima coniunctione inter ſe unitae, quae ſunt unius propria in aliam transferantur, & invicem denominentur: quare cum una natura non agat ſeorſim ab altera, ſed coniunctim, & tamen aliae ſint operationes divinae, aliae humanae in Chriſto, quid alterutrius ſit proprium diſcernendum eſt; ne cum Severianis omnia permiſcentes divinitati iniuriam, & contumeliam faciamus.

404. Si enim alicubi offenſionis cauſſam minus cautis, aut malignis praebere potuit S. Gregorius, ſexcentis tamen in locis duarum naturarum in Chriſto diſtinctionem aſſeruit; ita ut Leontius Byzantinus, Euthymius Zigabenus, & VI. Synodi Patres eiuſdem Nyſſeni teſtimoniis dogma de duabus naturis in Chriſto non confuſis comprobarint.

405. S. Cyrillus in *Apologetico* anathematiſmum, vel capitulum ſuum XII. defendens, in quo contra Neſtorium credendum definiverat, τὸν Θεοῦ Λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον, *Dei Verbum paſſum carne, & crucifixum carne, & mortem guſtaſſe carne*, praeclare ſuam mentem aperuerat, & omnem a ſe invidiam amoverat; at Severiani, ut eum in ſuas partes traherent, illud ſemper obgerebant Catholicis, eum dixiſſe, *Verbum eſſe paſſum*, & ea quae addiderat, *de paſſo in carne*, ut naturarum diſtinctionem declararet, ſubdola fide reticebant.

406. Hu-

406. Humanam mentem, quae, ut ait S. Auguſtinus, rationalis eſt anima hominis, non divinitatem in Chriſto eſſe paſſam intellexerunt; qui Verbum paſſum eſſe dixerunt: cum enim Chriſtus eſſet perfectus homo, utique mente praeditus erat. *Quemadmodum enim*, aiebat S. Gregorius Nyſſenus *Antirrhet.*XI. adverſus inſanum Apollinarem, qui mentis loco divinitatem ponebat in Chriſto, *terreni hominis proprietates in his, qui ex illo progeniti ſunt, conſpiciuntur; ita etiam iuxta Apoſtoli dictum, qui per omnia, quae ad noſtram vitam pertinent, tentatus fuit, pro ſimilitudine* χωρὶς ἁμαρτίας, ὁ δὲ νοῦς ἁμαρτία οὐκ ἔστι, πρὸς πᾶσαν ἡμῶν οἰκείως ἔχειν τὴν φύσιν, *abſque peccato, (mens autem peccatum non eſt) neceſſarium omnino eſt, eum cum omnibus naturae noſtrae proprietatibus convenientiam, coniunctionemque ſervare.*

407. Severiani, de quorum fraudibus in mutilandis Patrum ſcriptis loquuti ſumus ad *v.*180., & 387. mentem Chriſto denegantes cum Apollinariſtis ſentiebant, qui teſte Socrate *lib.*II. *cap.*46. *animam a Deo Verbo non aſſumptam* primum dixerunt, ac deinde ſententia veluti immutata ψυχὴν μὲν ἀναληφθῆναι, νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτὴν, ἀλλὰ εἶναι τὸν Θεὸν λόγον ἀντὶ τοῦ νοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, *Chriſtum quidem animam adſumpſiſſe, ſed Deum Verbum eſſe pro mente in aſſumptum hominem:*

410. Μυστικῷ, id eſt λόγῳ, vel πατρί.

413. Plura ad rem S. Cyrillus *Apoleget. loc. cit.*, ex quibus pauca proferam opportune. Ἐπειδὰν δ' ἐστιν ὁ αὐτὸς Θεός τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος, ἀπαθὴς μὲν τόγε ἧκον εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, παθητὸς δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τί τὸ ἄτοπον, εἰ τοῦ παθεῖν πεφυκότι λέγεται παθεῖν, τοῦ παθεῖν οὐκ εἰδότι μεμενηκὼς ἀπαθής; *Quandoquidem idem eſt & homo ſimul, & Deus, impaſſibilis quidem, quantum eſt ad Deitatis naturam, paſſibilis vero, humanitate: quid mali, vel novi eſt, ſi ex parte paſſus dicatur, quae pati poſſet, cum ea, quae pati non poſſet, impaſſibilis permanſiſſet?*

417. Quam iniuria, & quam vanis argumentis innixi S. Gregorium Nyſſenum duplicem in Chriſto naturam non aſſeruiſſe dixerint Eutychiani, indicavimus *ſupr. v.* 396.

425. Σύνδρομὴν εἰς ἑνότητα, & εἰς ἕνωσιν, *concurſum in unitatem*, & *in unionem* recte vocavit S. Cyrillus *in Dialogo de Incarnat.* duarum naturarum in unam hypoſtaſim coniunctionem.

430. *Hebr.*II. 9. Βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ, καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. *Videmus Ieſum, propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum; ut gratia Dei, pro omnibus guſtaret mortem.*

431. S. Iohan. Damaſcenus *in Dialectica* 64. ſcribit, omnium conſenſu, naturarum in Chriſto copulationem nuncupari τὴν κατὰ σύνθεσιν ἕνωσιν, *unitionem, quae fit per compoſitionem*. Ac plane V. Synodus Oecumenica in canone, ſive anathematiſmo IV. anathema dicit ei, qui οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ' ὑπόστασιν γεγενῆσθαι, *qui non confitetur unitionem Dei Verbi cum carne anima rationali, & intellectuali praedita ſecundum compoſitionem, hoc eſt, ſecundum hypoſtaſim factam eſſe*. Recte enim tam per συνδρομὴν *concurſum*, quam per σύνθεσιν *compoſitionem* duarum naturarum inconfuſa unitio declaratur. Sed de nominibus, quibus Incarnationis myſterium, & naturarum copulatio a Theologis Graecis, & Latinis expreſſa fuit, praeſtat legere doctiſſimum Petavium *de Incarnat. lib.*II. 1., & *lib.*III. 2.

432. Ἀντίληψις, quae vox occurrit in *epiſt.*I. *ad Corinth.* XII. 28. explicatur *auxilium*, *opitulatio*, *defenſio*. Vere autem paſſio Chriſti potens fuit auxilium humano generi datum, per quod idem Chriſtus mediatoris partes explevit, & ſalus mundo facta eſt. Vide Svicerum *in Theſ. Eccleſ.*

436. *Pſal.*LVII. 5. Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdae, & obturantis aures ſuas; quae non exaudiet vocem incantantium*. Aſpis eſt Severus, ἐπῳδαὶ *incantamenta* ſunt divinae Scripturae oracula.

437. Anaſtaſius in ὁδηγῷ *cap.* XIV. *pag.* 128. ita Piſidam illuſtrat: Ἀλλ' οἶμαι πάντας τοὺς παραιτουμένους, καὶ ἀπαρνουμένους τὴν φύσιν, καὶ τὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς ταύτης ἰδιότητας ἀπ' αὐτοῦ Μάνεντος τοῦ μυσαροῦ μέχρι καὶ νῦν, μὴ ἄλλοθεν ποθεν ἀποσείεσθαι, καὶ ἀποφεύγειν αὐτὰς ταῦτα, εἰ μὴ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτοὺς ὅλως δι' ὅλου βεβορβορωμένους τῇ πυρώσει, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἠδυπαθείᾳ τῆς πορνείας .... καὶ τούτου λοιπὸν οἰομένους ἀκάθαρτον εἶναι τὴν φύσιν τοῦ σώματος, καὶ ἀνάξιον ὅλως κἂν λόγῳ ψιλῷ ὁμολογεῖσθαι, ὅτι σῶμα τὸ καθ' ἡμᾶς ἔλαβεν ὁ Χριστὸς, ἢ ἀνθρωπίνην σάρκα .... νομίζοντες οἱ κατάσπιλοι καὶ βορβορώδεις χοῖροι, ὅτι περ κατὰ τὴν αὐτῶν τῆς σαρκὸς ἠδυπάθειαν, καὶ φιλήδονον ἀκαθαρσίαν, οὕτω πᾶσα σὰρξ, καὶ πᾶν ἀνθρώπου σῶμα ἐνεργεῖται, καὶ πολεμεῖται, καὶ μολύνεται. *Exiſtimo omnes illos, qui naturam, & quae corporis Chriſti ſunt, & proprietates eius inficiantur, & repudiant, a temporibus ſceleſtiſſimi Manetis uſque ad hanc aetatem, non aliam ob cauſſam, haec omnia refugere, & averſari, niſi quia, quotquot illi ſunt, foedati, & inflammati ſunt fornicationis ardore, impuritate, cupiditate, & illecebris voluptatis .... & idcirco immundam eſſe putant corporis naturam, itemque indignum, ut vel ore tenus confiteamur, Chriſtum corpus ſimile noſtro aſſumpſiſſe, vel humanam carnem .... metientes, opinor, impuri, & lutulenti porci ex ſuae carnis ſpurcis, & laſcivis affectibus, omnem aliam carnem, & omne corpus, quaſi eodem modo adficiatur, confligatur, contaminetur &c.*

439. Tota Gentilium theologia in ſtupris, & adulteriis Deorum recenſendis occupatur, quorum

rum etiam mortes commemorantur. Quibus de cauſſis Ethnicorum ſtultitiam, qui tales Deos vitae, & morti obnoxios adorarent, paſſim irridebant SS. Patres, qui apologias pro Chriſtianis ſcripſerunt. Vide S. Clementem Alexand., S. Cyrillum Hieroſol., Euſebium Caeſar., Lactantium, alioſque.

440. Προστάται, Severi *praeſides*, patroni, & primi magiſtri, ni fallor, fuerunt Manes, Arius, Eunomius, & Apollinaris, a quibus Theopaſchitarum haereſis orta eſt, quae poſtea diutiſſime perduravit. Ecquid enim non ſomniavit Manes, qui σχήματι, καὶ δοκήσει, καὶ οὐ φύσει, *ſpecie dumtaxat, & exiſtimatione, non natura*, dixit eſſe Chriſti corpus, quod conſpiciebatur? Ac de Ario, & Eunomio ita Theodoretus *Praefat. in* Ἀτρέπτ. τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ τὸ πάθος προσάπτουσι, *Deitati Chriſti paſſionem tribuunt*. De Apollinare autem S. Gregorius Nazianz. *Orat.* XLVI. *pag.* 722. ita: Αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν κριτὴν πάντων, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν καθαιρέτην τοῦ θανάτου, θνητὸν εἶναι κατασκευάζει, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ θεότητι πάθος δέξασθαι. *Ipſum unigenitum Deum, omnium iudicem, vitae auctorem, mortis extinctorem, mortalem eſſe docet, & propria ſua divinitate eſſe paſſum*.

445. Vide *ſupr. v.* 60., *& ſeqq.*

448. Supr. *verſ.* 27., & *de Exped. Acroaſ.* II. *verſ.* 191.

450. Heraclius, ut alibi dictum eſt, pacem maluiſſet, quam bellum habere cum Perſis; abhorrebat enim a ſanguinis effuſione: ea de cauſſa πρεσβείας πρὸς Χοσρόην, ut ait Theophanes *pag.* 251., ἀπέστειλε παρακαλῶν τοῦ σχεῖν ἀνηλεῶς τὰ αἵματα τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁρίσαι φόρους, καὶ λαμβάνειν πάντα, *legatione ad Choſroam decreta, ut a fundendo crudeliter ſanguine parceret, admonuit, tributa vero ſtatueret, & pacis conditiones praeſcriberet*. At Choſroës ſpretis legatis Heraclium ad bellum ineundum concitavit, in quo Perſarum vires, & ſuperbia fractae ſunt.

457. Alluſio ad Orpheum, de quo Horatius *Poet. v.* 391:

Silveſtres homines ſacer, interpreſque Deorum
Caedibus, & victu foedo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones.

At lyra Heraclii plane fuit vel libellus, vel Ecthesis, vel aliquod decretum contra Acephalos.

460. Vide *ſupr. v.* 72., *& ſeqq.*

463. Severum eadem ſemper obgerentem, Batto, inepto Poëtae, ni fallor, adſimilat, qui ſuis in verſibus eadem identidem iterare ſolebat: unde βαττολογέω, & βαττολογία. Ovidius veteres forſan mythologos ſecutus *Metam.* II. 706. ex Batto poeta Paſtorem quemdam confinxit, quem ob loquacitatem a Mercurio in lapidem fuiſſe converſum narrat, *qui nunc quoque dicitur index*. Certe Piſida huc videtur reſpicere. Vide Suidam in *v.* Στήλη.

464. Alludit ad fugam Severi, quem propterea quod maximas turbas Antiochiae excitaſſet, κελεύει Ἰουστῖνος, ut refert Evagrius *lib.* IV. 4., ποινὰς εἰσπραχθῆναι, τῆς γλώσσης ἐξετμημένης, *comprehendi iuſſit Iuſtinus, & linguae abſciſſione plecti*. Quare Severus, ut poenae ſe ſurriperet, *clam nocte*, ſi Liberatum Diaconum audis *Breviar. c.* 19. *deſcendit Seleuciam, & navem conſcendens fugit Alexandriam*, quam Piſida innuit, dicens πρὸς ἑσπέραν.

465. Eutychianam haereſim impugnare δοκῶν τὴν νόσον viſus eſt Severus, cum primum Alexandriae verſaretur: cum enim ibi nova quaeſtio orta eſſet; an Chriſti corpus peraeque, ac noſtrum, detrimentum pateretur, ita ut potu, cibo, & requie ad reficiendas vires opus haberet; an vero ſpecie tenus huiuſmodi affectiones pateretur, recte Severus contra Iulianum Halicarnaſſeum, qui cum eo Alexandriam confugerat, adſeruit, Chriſti carnem fuiſſe corruptibilem. Novae factionis fautores *Corrupticolae*, & *Incorrupticolae* hinc inde ſunt nuncupati. Vide Leontium *de Sect. Act.* 5., Timotheum Presbyt. CPolitanum *de recept. Haeret. pag.* 410., Liberatum *cap.* 19., & Nicephorum *Hiſt. lib.* XVII. *c.* 29.

466. Σπαράγματα dicens Poëta, vel *laniatus*, quibus Severum proſcindit, vel ſuas hinc inde diſcerptas, & in eumdem contortas argumentationes intelligit. Nos vertimus *ſectiones*, ut Graecae vocis vis, & ambiguitas ſervaretur.

467. Etſi Severus hac in parte ſanam doctrinam tueretur, non idcirco hoc fecit, ut Catholicis faveret, qui exinde duas in Chriſto naturas adſtruebant: ſed contra, cum ei Iulianus obiiceret, ut refert Leontius *Act.* 5. ſi corpus Chriſti corruptibile dicatur, duas in Chriſto naturas reperiri fatendum eſſe, ille occurrebat adfirmans, *poſſe ſe pariter & Chriſti corpus corruptibile dicere, & diſcrimen conſtituere, & nihilominus unam ei tribuere naturam*: quod quidem ſtulte, & impie adfirmabat; ſi enim una eſt in Chriſto natura, eaque corruptibilis, divinitas ergo Chriſti eſt corruptibilis.

468. Ex Eutychianorum ſententia, qui unam in Chriſto naturam ſtatuebant, neceſſario ſequebatur, vel divinam in humanam, vel hanc in illam fuiſſe converſam. Sed catholicum dogma, duas naturas in ſuis proprietatibus diſtinctas profitens, omnem converſionem, vel convertibilitatem excludit.

470. In Trinitate enim diſtinguendas Perſonas, nec tamen partiendam eſſe Deitatem, firmiſſimum eſt dogma Eccleſiae. Vide Petavium *de Trinit. lib.* VIII. *cap.* 6., & *ſupr. v.* 168. Iiſdem fere verbis idem expreſſit S. Sophronius in ſua Synodica in IV. Concilio relata: Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως ἡ παναγία Τριὰς, καὶ συνάπτεται διαιρετῶς· ταῖς γὰρ ὑποστάσεσι τὴν διαίρεσιν ἔχουσα ἀδιαίρετον μένει καὶ ἄτμητος αὐτὴ τῇ φύσει ἑνοῦται δὲ τῇ θεότητι. *Dividitur itaque indiviſe Sancta Trinitas, & di-*

& diviſe rurſus coniungitur. In perſonis namque diviſionem habens, indiviſa permanet, & inſecabilis per eſſentiam, & naturam, ſimiliter & Deitatem.

471. Celebres ſunt quaeſtiones ortae in Oriente circa propoſitiones, quas contra Theodorum Mopſueſtenum, & Neſtorium ſtatuit propugnandas S. Proclus Patriarcha CPolitanus, *unum* dictus *de Trinitate eſſe incarnatum*, & *unum de Trinitate crucifixum eſſe carne*: quibus Petrus Gnapheus, ſive Fullo, Eutychianorum peſſimus, tamquam haſta, & clypeo munitus naturae ſingularitatem, quam a S. Proclo traditam eſſe dicebat, mordicus defendens impiam ſacro hymno Triſagii fecit additionem, *qui paſſus es pro nobis*. Vide quos laudavimus auctores *ſupr. v.* 180., & clariſſimum virum Cardinalem Noriſium *Diſſert. hiſtor. de uno ex Trinitate in carne paſſo*. At S. Proclus aperte docuerat Verbum hominem factum paſſionem *carne* ſubiiſſe, quibus verbis duas in Chriſto naturas evidenter adfirmabat. Fullo ex adverſo unam tantum naturam, eamque divinam cognoſcens, eamdem quoque paſſam fuiſſe dicebat: quod ut teſtimonio S. Procli evincerent Fullonis aſſeclae, vocem *carne* omittebant, ac proinde Deitatem, vel potius Trinitatem eſſe paſſam dicebant. Conſtat tamen ex hiſtoriae Eccleſiaſticae monumentis tandem ab Iohanne II. Pontifice, & ab Iuſtiniano Imper. fuiſſe ſancitum, ut cum Cyrillo, priſciſque Patribus pie, vereque diceretur, *Deum Verbum*, *unum de Trinitate*, *eſſe paſſum carne*. Igitur recte Piſida Severi fraudulentam locutionem explodit, qui enim dicit, *quid Trium*, vel *quid Trinitatis* eſſe paſſum, Deitatem primum impie dividit, ac poſtea divinam naturam, vel Trinitatem ipſam eſſe paſſam fatetur.

473. Codex habet ἑνικῶς. Trinitatem cum SS. Patribus τὸ φῶς *lucem* appellat. Vide Svicerum *in Theſ. Eccleſ.*

475. Ἀμίκτας οὐσίας *immixtas ſubſtantias*, ideſt divinitatem, & humanitatem in Chriſto disiungere, & confundere nefas: qui enim dividit, duas perſonas inducit cum Neſtorio; qui autem confundit, ex duabus unam naturam cum Eutyche profitetur.

479. Qui unam tantum naturam admittit in Chriſto, eam omnino paſſam eſſe adfirmat, Deumque paſſionibus ſubiicit. Vide *ſupr. verſ.* 437., *& ſeqq.*

480. Catholici dogmatis de Incarnatione recta expoſitio, quam cum omnium Patrum, & Conciliorum definitionibus adamuſſim convenire deprehendes. Suffecerit hanc fidei profeſſionem cum celeberrima S. Leonis ad Flavianum epiſtola conferre.

491. *Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma ſervi factus eſt homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraque natura: & ſicut formam ſervi Dei forma non adimit, ita formam Dei ſervi forma non minuit.* S. Leo *loc. cit.*

496. Citantur hi duo verſiculi a Suida in *v.* τελωνεῖον, facta tantum mutatione verbi τοῦ προσβαλεῖν in τὸ προβαλεῖν. Vertuntur autem, ut mea quidem eſt ſententia, parum recte. Piſida Severum Scripturas adulterantem cum publicanis comparat, qui in ſuo telonio ſedentes, quamvis quantum accipere deberent eſſet conſtitutum, nihilominus ut rem ſuam facerent, ſaepe in rationibus pluſquam lege eis licitum eſſet, exigebant: unde tam acriter a SS. Patribus, ut fures, raptores, & ovium lupi exagitantur. Στενὸν τελώνιον *anguſtum* dicit *telonium* Severi, quia paucis tantummodo Patrum teſtimoniis, vel male interpretatis, vel mutilatis, vel corruptis innitebatur omnis eius doctrinae vis, & robur, cum ex adverſo omnium Scripturarum, & Patrum auctoritate, & decretis catholicum dogma eſſet ſtabilitum. Ita ab Anaſtaſio Sinaita *pag.* 62. Severus dicitur στενωθεὶς καὶ ἀπορήσας *in anguſtias redactus, mentiſque dubius.*

503. Ob metri difficultatem ait ſe abſtinere a referendis Patrum teſtimoniis, quorum quidem ſenſum, non autem verba poſſet adamuſſim exprimere. Ea enim eſt metri neceſſitas, ut ſtare volentem ſaepe ad currendum impellat.

507. Ἐκβαλεῖν legendum fruſtra ſuadet Codicis emendator.

508. Suidas habet hunc ſenarium in *v.* βίωσι. Vide *ſupr. v.* 436. Fingit Poëta, ſe coram Severo recitare ad verbum Patrum teſtimonia.

509. Αὐτόλεκτος προσθεσις, eſt alicuius rei per eadem verba expoſitio. Invenias etiam Graecos dixiſſe αὐτόλεκτον λέξιν *ipſiſſima verba*.

512. Largitur Severo, quamvis non ligata, ſed ſoluta numeris oratione ſcribenti, ut quocumque velit modo Patrum ſcripta invertat; ſemper enim duplicem in Chriſto naturam eos agnoviſſe patebit: ut *ſupr. v.* 288., *& ſeqq.* Ταῖς δὲ ſupplendum puto φωναῖς *vocibus*, vel φύσεσι *naturis*. Ita etiam in ſuperiori verſu ad τὴν ſubaudiendum φωνὴν, & in ſequenti 514. ad τῆς φωνῆς.

513. De ichneumonis proprietatibus, & ſolertia diximus in *Hexaëmero*. Recte Graeci hoc animal crocodili hoſtem ἰχνευτὴν etiam appellarunt, quod roſtro ſuo praelongo ſemper ἰχνεύει *quaerit*, & *inveſtigat*, ubi crocodilus ova depoſuerit, ut ea conterat. Vide Plinium VIII. 24., Aelianum VIII. 25., & Salmaſium *in Solinum pag.* 317. Severus, tamquam ichneumon in omnium Patrum ſcriptis ſedule inquirebat vocem *in duabus*, ut eam inde abraderet, vel interpolaret.

515. Πολλαῖ ſupple προσθέσεις. Patrum expoſitiones, & teſtimonia de duabus in Chriſto naturis, a quibus αὐτολεξεὶ *ad verbum* referendis metri

metri lege impeditus abſtinet. Inveniuntur autem ad calcem epiſtolae Leonis P. ad Leonem Auguſtum, in Leontio *contr. Neſtor.*, *&* *Eutych. lib. I. pag.* 547.; in Anaſtaſio *cap.* 10. *pag.* 88., in Iohan. Damaſceno *contr. Iacob. pag.* 420., & in Actis Concil. Chalced. *Act.I.*, ſed alibi aliter citantur.

517. Vid. *ſupr. v.* 112.

519. Mallem κατηγορεῖς.

522. Πρωταγωγὸς ex πρῶτος *primus*, & ἀγωγὸς *dux viae*, quaſi *primordialis*, vel *introductorius*.

526. Φάρμακα Severi ſunt fraudes, & doli mali, quibus nitebatur in ſuam partem trahere Patrum ſententias.

527. Non dubito haec eſſe dicta ad defenſionem S. Cyrilli, quem Monophyſitae ſibi favere ſemper obtendebant ob celebre dictum; *unam Dei Verbi naturam incarnatam*. Sed praeterquamquod ſexcentis in locis ſuam mentem aperuit Cyrillus, clariſſimum eius teſtimonium adfertur in calce laudatae epiſtolae S. Leonis, ad quod videtur reſpexiſſe Piſidam. Ἄνθρωπος ὠνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ ὃ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον. *Homo nominatus eſt, cum ſit naturâ Deus, Dei Patris Verbum, quoniam ſimiliter, ut nos, ſanguini communicavit, & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, ſed aſſumens humanitatis naturam in ſua ratione perfectam.*

531. Πρὸ τοῦ, vel deeſt, vel ſubintelligitur aliquid: qua de cauſſa poſt *antequam* adiecimus puncta. Hunc autem putamus eſſe ſenſum: antequam ulterius progrediaris ἐν τῷ συνταράττειν τὰς φύσεις *in confundendis naturis*. Quem ſenſum eruimus ex verſu ſuperiore 174. Ita etiam ſuppleri poſſe lectionem exiſtimamus:

> Οὐκοῦν πρὸ τοῦ σε συνταράττειν τὰς φύσεις,
> Τὶς τῶν ἐν ἡμῖν τῶν διδασκάλων φθάσας.

Poſſet etiam quis ſubintelligere πρὸ τοῦ φυγεῖν, *antequam fugias*, ſcilicet in Occidentem, ut *ſupr. verſ.* 464.

533. Multum laudantur hi tres ſenarii a Nicephoro Calliſto *Hiſt. Eccleſ.* XVIII. 48., qui tamen perperam ait, Piſidam eos contra Philoponum ſcripſiſſe. Ac primus quidem ſenarius ita apud Nicephorum male claudicat:

> Ψιθυρίζοντας θᾶττον τὸν μιαρὸν, καὶ μίαν.

Turpiter autem foedati, & corrupti editorum incuria leguntur in Baronio *tom.* IX. *pag.* 517. Plura diximus in Praef.

536. Saepe S. Proclus Archiep. CP. duas in Chriſto naturas diſertis verbis teſtatus eſt; ſed nullibi clarius, & invictius, quam in decantata contra Neſtorium oratione, εἰς τὴν Θεοτόκον παρθένον Μαρίαν, *de Virgine Deipara Maria*: ibi enim *pag.* 61. Apoſtoli Thomae teſtimonio fretus duarum naturarum unionem demonſtravit in Chriſto, ἧς τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ἰδὼν ὁ Θωμᾶς ἀνεκεκράγει λέγων· ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. *In quo naturarum coniunctionem videns, Thomas exclamavit: Dominus meus, & Deus meus.* Auctoritate Procli uſus eſt poſtea contra Neſtorium Cyrillus, quem idcirco etiam laudat, ut probat Anaſtaſius in ὁδηγῷ *pag.* 53. Iure autem, meritoque Proclum Piſida appellat magiſtrum, quia omnium primus ille Neſtorio Chriſtum dividenti ſe oppoſuit, & Catholicam doctrinam de duabus naturis citra confuſionem unitis adſeruit. Eiuſdem S. Patris teſtimonium aliter citatur a Leontio *pag.* 548.; aliter ab Anaſtaſio *pag.* 89. apud quem ita legitur: Ἔστι γὰρ εἷς, καὶ μόνος μονογενὴς, υἱὸς, καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῶν φύσεων αὐτοῦ εἰς δυάδα ὑποστάσεων τεμνομένων, ἀλλὰ τῷ ἀρρήτῳ λόγῳ εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνώσαντος. *Eſt enim unus & unigenitus filius, & Verbum Dei: naturis eius non in duplicem hypoſtaſim diviſis, ſed ineffabili ratione in unam hypoſtaſim coniunctis.*

537. Aeſtuans mare erat Severianorum haereſis. Vide *ſupr. v.* 91., *&* 250.

539. Vide *ſupr. v.* 146., *&* 212. Emendator legendum proponit ἔλθοι, pro ἐλθεῖν. Utrumque recte.

541. Si Proclus aperte docet duas naturas, noſque cum illo idem adfirmamus, quomodo ſtatuis contra nos, Chriſtum venire non *in duas naturas*, ſed *in duas hypoſtaſes*? Monophyſitae Cyrilli auctoritate ſemper ſe tuentes regerebant, eum non dixiſſe naturas, ſed *hypoſtaſes manſiſſe inconfuſas*. Quod quidem verum eſſe fatendum eſt: ſed Cyrillus quidem, cum hypoſtaſes diceret, veterum Patrum auctoritatem ſecutus, intelligebat naturas: contra autem Monophyſitae *hypoſtaſes* pro *perſonis* eum uſurpaſſe contendebant; quo nihil ſtultius: ita enim Cyrillum Neſtorio, quo cum acriter ille pugnavit, adſtipulantem faciebant. Anaſtaſius *cap.* IX., X., *&* XI. ab hac Severianorum calumnia S. Cyrillum vindicat, & *pag.* 96. Synodum Chalcedonenſem tandem laudat, quod ut omnem fraudis praecideret cauſſam, δυνάμενη εἰπεῖν ὑποστάσεις ἐν Χριστῷ πατρικῶς, οὐδαμοῦ τῇ τοιαύτῃ λέξει ἐχρήσατο, *noluit duas in Chriſto hypoſtaſes dicere, cum id Patrum more faciendi facultas non deeſſet.*

544. Πρωτεργάτης, Philoſophiae Chriſtianae anteſignanus, ac *primus operarius*. Recte quidem: mira enim fuit ſancti viri conſtantia, animi fortitudo, & caritas in praedicanda veritate contra Gentes, ut patet ex geminis Apologiis pro Chriſtianis, & ex Dialogo cum Tryphone, in quo *num.* 120. ſic ait: Καὶ ταῦτα εἶπον ἐπὶ οὐδένα οὐδενὸς φροντίζων, ἢ τοῦ τ' ἀληθὲς λέγειν, λέγουμι, οὐδένα δυσωπούμενος, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. *Atque haec quidem dixi, quia ita ſum affectus animo, ut nihil prorſus dixerim, in quo aliud*

curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamſi e veſtigio diſcerpi a vobis oporteat. Videſis *ibid. num.* 2., quomodo Iuſtinus ex Platonico factus ſit Chriſtianus.

546. Ἐρωτιῶν, ni fallor ab ἐρωτιάω, verbum a Piſida confictum ex ἔρως, ut exprimeret ingens deſiderium, quo Iuſtinus ardebat, ut Fidei Chriſtianae veritas ab Ethnicis agnoſceretur.

548. Martyrium, quod avide exſpectabat, S. Iuſtinus eſt conſecutus anno CLXVIII. paullo poſt quam ſecundam Apologiam conſcripſerat.

549. Emendator legi mavult συνταράττων.

550. Severum πνεῦμα νεκρὸν *ſpiritum mortuum* opinor vocat, quia iamdiu obierat, cum haec ſcriberet Piſida. Sed cum eius errores inter Acephalos, & Monophyſitas adhuc vigerent, dicit Severum quidem demiſiſſe pulverem, ideſt *obiiſſe*, ſed ipſum pulverem, inſtar turbinis, adhuc verſare, nec ſinere ut quieſcat, donec ipſa vis turbinis per ſe fracta ſubſidat.

553. Θεοστεφῆ *a Deo coronatum* Martyrem recte appellat S. Iuſtinum, qui pro fidei defenſione coram tyrannis, & inter tormenta occubuit, ut ab aliis ſanctis viris diſtinguat, qui citra ſanguinis effuſionem Chriſtum confeſſi ſunt, & Martyres tamen ab antiquis Eccleſiae ſcriptoribus ſunt appellati: ſed illi primi vere, & proprie dicuntur Martyres, ut ipſe Piſida mox docet *v.* 557., qui eos vocat ἀληθῶς μάρτυρας *veros Martyres*. Vide Benedictum XIV. *de Serv. Dei Beatific. lib.* I. *cap.* 2., & P. Anſaldum *de Martyribus ſine ſanguine*.

554. Quamvis divinitatem, & humanitatem Chriſti pluribus probet Iuſtinus in Dialogo cum Tryphone, non dubito Piſidam hic reſpicere ad teſtimonia, quae ſub nomine Iuſtini ex tertio libro de Trinitate contra Eutychianos adferuntur a Leontio *pag.* 584., & a Damaſceno *pag.* 420. ex quo haec pauca accipe: Ἐνδὺς δὲ τοῦτον κατ' ἄκραν ἕνωσιν, υἱὸς Θεοῦ ἄμφω προῆλθεν τὰς φύσεις. *Hoc per ſummam unionem indutus, Dei filius cum ambabus naturis exivit*. Vide *ibid.* notam P. Michaëlis Le-Quienii.

558. Forſan S. Irenaeus Epiſc. Lugdunenſis, & Martyr, qui egregie de Incarnatione diſſeruit. Eius teſtimonium, ad quod Piſida videtur intendere, adfertur a Leontio *loc. cit.*, & exſtat etiam inter opera Irenaei edita a P. Maſſuetio *pag.* 342. hoc modo: Τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν καὶ διαυγές· ἔσωθεν μὲν τῷ λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρούμενον· ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ διαφανὲς τῶν φύσεων συνδειχθῇ. *Chriſti corpus purum erat, ac ſplendidum; intus quidem Verbo ornatum, foris autem ſpiritu communitum; ut ex ambobus naturarum ſplendor commonſtraretur*.

560. Praeclare S. Leo *Serm.* LXXXV. *Ad erudiendum Dei populum nullorum utilior eſt forma, quam Martyrum. Eloquentia ſit facilis ad exorandum, ſit ratio efficax ad ſuadendum; validiora tamen ſunt exempla quam verba, & plus eſt opere docere, quam voce*.

563. Emendator Codicis legit ἐν βασάνοις ἐνστερβῶς.

564. Codex habet ἆδα.

568. Forſan S. Athanaſius, cuius teſtimonia de duabus naturis citantur a Leontio, & Damaſceno, quos vide. Siquidem contra Apollinarium *lib.* I. 17. ita ille: Ἵνα ὡς ἓν τὰ ἑκάτερα, τέλειος κατὰ πάντα, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. *Ut utraque unus ſint, omnino perfectus, idem Deus, & homo*.

570. Alludit ad falſationes, quibus Patrum ſcripta Severus corruperat; cum enim videret diſerte ab illis duas in Chriſto naturas adſtrui, eorum teſtimonia aut abradere, aut depravare cogebatur, φεῦ τῆς ἀνάγκης.

572. Ἔπειθον. Supplendum opinor αἰσχυνθῆναί σε, quomodo non te ſuaſerint, ut erubeſceres in tam pudenda cauſſa.

573. Duos, vel tres teſtes ex iudiciorum conſuetudine, & forma adduxiſſe quidem ſufficiebat: cum autem multorum auctoritate polleret Piſida, quartum, & quintum etiam teſtem exhibet: ſed cur teſtem νόμον appellet, non ſatis intelligo. An ut oſtendat non ex lege, neque ex conſuetudine, ſed in gratiam Severi plures, quam duos, vel tres teſtes adduci? *Deut.* XIX. 15. *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem . . . ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum*.

574. Quis fuerit quartus, & quintus Martyr ex mente Piſidae, divinare vix poſſumus. Leontius quidem, a quo Georgius noſter non diſſentit, recitat teſtimonia S. Iuſtini, S. Irenaei, S. Athanaſii, S. Hippolyti, S. Petri Epiſc. Alex., & S. Cyriaci Epiſc. Paphi, qui omnes Martyres fuerunt. Atque haec forſan ſunt teſtimonia, quae Piſida tacitus innuit. Vide Leontium *pag.* 350.

586. Severum vel deridet dicens, tamquam puerum verberibus eſſe excipiendum, ut *ſupr. v.* 532., vel tamquam haereticum plagis damnat. Multae enim ex Imperatorum decretis inflictae ſunt haereticis civiles poenae, inter quas flagellatio, & id genus aliae. Vide Gothofredum *lib.* XVI. *Cod. Theodoſian. tit.* V.

588. S. Ephraemi Niſibenſis Diaconi praeclara geſta, & divina ſapientia plena eiuſdem ſcripta laudarunt iamdiu plures ſanctiſſimi viri: ſed paucis abhinc annis opus penitus abſolvit cl. Ioſ. Sim. Aſſemanius, qui nitidiſſimam omnium Ephraemi operum editionem procuravit Romae anno MDCCXXXII., cum eiuſdem Sancti Viri vitam ex ſcriptoribus Syris collectam iam antea edidiſſet in *tom.* I. *Biblioth. Orient. pag.* 36.

589. Nullum fuit poenitentiae genus, quo S. Ephraemus ſuum corpus non adflixerit. Inter ceteras autem tanti viri virtutes plane admirabiles

les S. Gregorius Nyſſenus in eius encomio *tom.* III. *pag.* 599. enumerat νηστείας καὶ ἀγρυπνίας μέτρον οὐκ ἐχούσας, χαμευνίας καὶ σκληραγωγίας λόγον ὑπερβαινούσας, *ieiunium, & vigilias non habentes modum, humicubationem, & vitae auſteritatem incredibilem.*

591. Ephraemum ad dimicandum cum Syris educit, non tantum ad Severum reſpiciens, qui Sozopoli in Piſidia natus eſt, quantum ad eius aſſeclas, qui totum pene Orientem Monophyſitica labe infecerant.

592. Ideſt Patrum Graecorum cum Syris, & Latinis.

593. *S. Iohan.* III. 8. Τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει.

596. Teſtimonium Ephraemi, quod indicat Piſida legitur in *tom.* II. *Oper. Gr. Lat. pag.* 263. in ſermone, qui inſcribitur, *adverſus Haereticos*, ſed quem veteres ſcriptores ſub titulo *Margaritae pretioſae*, vel *Evangelicae* citabant, quia ex margaritae proprietatibus totum Incarnationis myſterium ibi expenditur, atque explicatur. Atque inde apparet, cur maximum inter Syros Doctorem *margaritam* appellat Piſida. Verba Ephraemi haec ſunt: Τῶν δύο φύσεων ὁ μαργαρίτης μετέχει ὁ πολύτιμος, ἵνα δείξῃ Χριστόν· ὅτι ὁ Λόγος Θεοῦ ὢν, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γεγένηται· οὐ μερικὴν ἔσχε τὴν φύσιν, ἐπεὶ ἂν οὐδ' ἕτερον ζῶον ἐτύγχανε· τελείαν ἔχει τὴν διπλῆν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο· ὅτι οὐ μία ὁ Θεὸς φύσει ὤφθη μόνη ἐπὶ τῆς γῆς· ὅτι οὐ ἑτέρα, ὁ ἄνθρωπος ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν μόνη· ἐκ τελείου τέλειος, καὶ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐκ παρθένου Χριστός. *Duarum naturarum eſt particeps hic lapis pretioſus; ut oſtendat Chriſtum: quoniam cum Verbum Dei ſit, ex Maria homo natus eſt. Non partialem habuit naturam, quoniam neque aliud animal erat: ſed perfectam habet duplicem naturam, ne duas perdat. Neque enim una ſola natura, Deus ſuper terram viſus eſt; neque altera ſola, homo in caelos aſcendit: verum perfectus ex perfecto, homo ex homine, Deus ex Deo, ex Virgine Chriſtus &c.*

605. Appoſite monet modum ſervandum eſſe in rebus divinis ſcrutandis, duce, & auctore S. Ephraemo, qui ſaepe in ſermonibus *adverſus Haereticos tom.* II. *pag.* 291., & *de Fide pag.* 337., & *adverſus Scrutatores tom.* III. *pag.* 418. divinam naturam curioſius rimari vetat.

607. Ideſt ὁ Χριστός.

608. Ideſt ὁ Θεός.

611. Aſſemanius nuper laudatus in Prolegomenis ad opera S. Ephraemi *tom.* II. *pag.* 33. animadvertit verba ſuperius relata *de margarita* aliter certe fuiſſe quondam lecta ab Anaſtaſio Sinaita, & a Leontio Byzantino: utrique ſane iiſdem Codicibus videntur uſi; nam Anaſtaſius *cap.* 10. *pag.* 74. ſic ait: Διττὴν ἔχει τὴν φύσιν, ἵνα μὴ τὰς δύο ἀπολέσῃ· ὅτε γὰρ ἡμίθεος κατῆλθεν ἐπὶ γῆς, ὅτε ἡμιάνθρωπος ἀνῆλθεν ἐν οὐρανοῖς. Quae verba totidem verbis expreſſit Leontius, ut apparet ex verſione P. Franciſci Turriani *pag.* 554. *Perfectam habet duplicem naturam, ne amittat duas. Neque ſemideus viſus eſt in terra, neque ſemihomo adſcendit ad caelos &c.* Quivis autem facile ſentiet, Piſidam cum Anaſtaſio, & Leontio concordare, cum dicat Chriſtum nec ἡμίθεον deſcendiſſe, neque ἡμίτομον adſcendiſſe.

613. Alios Patres intelligit, cum Graecos, tum Latinos, qui duas in Chriſto naturas confeſſi ſunt, nec eos tantum, quorum teſtimonia laudantur ab Anaſtaſio, Leontio, & Damaſceno, ſed eos etiam, qui ſexcenti numero cum eſſent, Concilio Chalcedonenſi ſubſcripſerunt, in cuius *Actione* V. decretum fuit, ut definitioni Fidei, ſecundum iudicium Sanctiſſimi Patris Leonis adderetur, δύο φύσεις εἶναι ἡνωμένας ἀτρέπτως, καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ, *duas eſſe naturas unitas in Chriſto inconvertibiliter, & inſeparabiliter, & inconfuſe*. Γνωστικοὶ ſunt, ut alibi obſervatum eſt, viri Theologi, & ad myſteria Dei cognoſcenda facultate praediti.

620. Citantur hi duo verſiculi a Suida in v. παραφθοροῦσι, & in v. ἀντλεῖ.

621. Codicis emendator ἐχόντων in χεόντων verti mallet. Sentinas recte vocat Piſida haereticorum ſcripta falſationibus, & fraudibus plena.

622. Numerum, & varietatem linguarum in unam ſententiam conſpirantium, ut rem prorſus admirabilem, conſiderandam proponit: omnes enim Patres Graeci, Latini, & Syri, quaſi uno ore inſtructi duas in Chriſto naturas profeſſi ſunt, & proprietatum communionem, & differentiam citra confuſionem agnoverunt. Unde merito Poëta exclamabat *ſupr. v.* 592. Ὢς εὖγε ταύτης τῆς καλῆς συμφωνίας.

625. Naturarum diſtinctionem ex utriuſque proprietatibus dignoſcendam eſſe in Chriſto evidenter oſtendit Piſida; quod quidem omnes Patres, vel ipſo Piſida luculentius praeſtiterunt. Unum S. Leonem laudabo, qui in memorata ad Flavianum epiſtola diſertiſſime illa eadem explanat, quae noſter velociter percurrit. Itaque ſic ait ille magnus Pontifex *cap.* 3. *pag.* 813. *Salva igitur proprietate utriuſque naturae, & ſubſtantiae, & in unam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt a maieſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas. In integra ergo veri hominis, perfectaque natura, verus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris.* Conferat Synodicam Sophronii in VI. Concilio relectam, qui plura ad rem invenire deſiderat. De idiomatum communione, qua quae unius naturae ſunt propria, propter arctiſſimam unionem in alteram transfunduntur; Vide Petavium *de Incarnat.* IV. 14., & 15.

627. S. Leo *cap.4. pag.818. Nullum eſt in hac unitate, ψεῦδος, mendacium, dum invicem ſunt, humilitas hominis, & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non conſumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante, quod Verbi eſt, & carne exſequente, quod carnis eſt.*

630. *Ibid. pag.822. Eſurire, ſitire, laſſeſcere, atque dormire, evidenter humanum eſt. Sed quinque panibus quinque millia hominum ſatiare .... ſine ambiguitate divinum eſt.* Vide Anaſtaſium *cap.* XIII. *pag.* 109., *& ſeqq.*

632. Πενιχροὺς *pauperes* panes opinor dicit, quod eſſent hordeacei. Μυριάνθρωπον στόμα *os decem millium hominum*, vel pro innumeris hominibus poſuit, vel quia vere decem millia hominum fuiſſe turbas a Chriſto quinque panibus ſaturatas Noſter crediderit: cum enim habeat Graecus textus *Matth.* XIV. 21. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων, *manducantium autem fuit numerus, quaſi quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis*; fuerunt nonnulli, qui mulieres, & parvulos virorum numerum exaequaſſe putarent: a qua forſan ſententia minime fuit alienus Piſida.

633. S. Leo *loc. cit.* Non eiuſdem naturae eſt flere miſerationis affectu amicum mortuum, & eumdem remoto quatriduanae aggere ſepulturae, ad vocis imperium excitare redivivum, Ὀδωδότων ab ὄζω. Piſida expreſſit illud Iohannis XI. 39. ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι, *iam foetet, quatriduanus eſt enim.*

635. S. Proclus in fine Orationis *de Deipara pag.* 66. humanitatis, & divinitatis proprietates inter ſe conferens, atque diſtinguens duas, in Chriſto naturas, ut Piſida, invictiſſime demonſtrat. Pauca ad rem producam: Ὁ δοῦλος ἐρράπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἔφριττεν· ἐπὶ σταυρῷ ὁ αὐτὸς ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης οὐκ ἐγυμνοῦτο· ἐν τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέρριν· ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευεν .... ὢ τοῦ μυστηρίου· βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. *Servus eum colaphis caedebat, & ipſa creatura exhorreſcebat: in cruce ipſe figebatur, & thronus gloriae ab ipſo non deſerebatur: ſepulcro iacebat occluſus, & caelum ipſe extendebat, ut pellem; inter mortuos reputabatur, & deſpoliabat infernum .... O myſterii magnitudinem! Miracula video, & divinitatem praedico; paſſiones cerno, & humanitatem non inficior.*

637. S. Leo loco ſuperius citato *pag.* 827. *Poſt reſurrectionem Domini, (quae utique veri corporis fuit, quia non alter eſt reſuſcitatus, quam qui fuerat crucifixus, & mortuus,) quid aliud quadraginta dierum mora geſtum eſt, quam ut fidei noſtrae integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim Act. I. 4. cum diſcipulis ſuis, & cohabitans, atque conveſcens, & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis, quos dubietas perſtringebat, admittens, ideo & clauſis ad diſcipulos ianuis introibat .... & rurſus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimae paſſionis ſigna monſtrabat, dicens Luc.* XXIV. 39. *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ſum. Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere: Ut agnoſceretur in eo proprietas divinae, humanaeque naturae individua permanere &c.*

639. *Iohan.* XX. 25. Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων .... οὐ πιστεύσω. *Niſi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum .... non credam.*

642. Quae plurimis verbis declarat Piſida, paucis expoſuit S. Maximus *tom.II. epiſt.39. p.264.* dicens de Verbo, ἑκάτερόν τε ἐπαληθεύοντα, τὸ θεῖον ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπινον πιστοῦσθαι θαύμασι θείοις, καὶ παθήμασι ἀνθρωπίνοις, *ita nimirum, ut cum vere utrumque (Deus ſimul, & homo) ſit, alterum divinis miraculis adſtruat, alterum paſſionibus humanis.*

645. Luculentiſſimo S. Thomae Ap. teſtimonio de duabus in Chriſto naturis omnes Patres uſi ſunt poſt Proclum, de quo vide *ſupr. v.* 536., *& ſeqq.*

646. *Iohan.* XX. 28. Καὶ ἀπεκρίθη Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. *Et reſpondit Thomas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus.*

650. S. Gregorius Nyſſenus Patrum agmen claudit. Quem enim Piſida *ſupr. v.378., & ſeqq.* a Monophyſitarum calumniis defenderat, hic tamquam cauſſae non modo patronum, ſed iudicem una cum eius fratre S. Baſilio conſtituit.

651. *Βασίλειον βάσιν*, ut patet, ludit in voce *Baſilius*; initium enim huius nominis βάσιν ſonat. Hinc S. Ephraemus in encomio M. Baſilii *tom.II. pag.* 289. ita ſanctum virum laudat: Βασίλειος ἀληθῶς, ἡ βάσις τῶν ἀρετῶν, ἡ βίβλος τῶν ἐπαίνων, ὁ βίος τῶν θαυμάτων, ὁ βαδίζων ἐν σαρκὶ, καὶ βαίνων πνεύματι. *Baſilius vere baſis virtutum, liber laudum, vita miraculorum, qui procedit in carne, & progreditur in ſpiritu.*

652. Ἐκβιβαστὰς *exſecutores* ſententiae Sanctos fratres Gregorium, & Baſilium vocat, quia utrique contra Gentiles, & contra Arium, Eunomium, & Apollinarem detrahentes Chriſto, eiuſque divinitatem abnegantes validiſſime pugnaverant, unaque cum illis haereticis Monophyſitas damnaverant, qui unam tantummodo naturam, eamque humanam in Chriſto cognoſcentes videbantur divinam non admittere. Ceterum S. Baſilii teſtimonia referuntur a Leontio *pag.* 551., a S. Leone *pag.* 1397., & a S. Iohanne Damaſceno *contra Iacob. pag.* 421.

655. Σχή-

655. Σχήματα, vel τῶ νῶ, vel τῇ λέξει, varii modi, quibus ſuam mentem, & Patrum verba Severus dolo malo detorquebat, ne veritatem fateri cogeretur. Vide *ſupr. v.*220., *& ſeqq.*

657. Εἰ οὖν ἐν ταῖς ἐναντίαις ἰδιώμασιν ἡ ἑτέρου αὐτῶν θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί; *Si ergo in contrariis proprietatibus, alterutrius horum natura cernitur, carnis nempe, & deitatis, quomodo naturae duae una ſunt?* Ita S. Gregorius *in Antirrhetico cap.* 40. *pag.* 226., quem laudat S. Iohan. Damaſcenus *pag.* 424.

659. *Ut ex eo, quod duo circa unum dicuntur, circa utrumque intelligatur, quod congruit: circa divinum non pati, circa humanum pati oeconomice.* Hunc locum ex S. Gregorii *Orat.* IV. *contr. Eunomium* citat Leontius *pag.* 551. Piſida dicens S. Gregorium *utraſque* & *duas* naturas adſtruiſſe, occurrit Monophyſitarum criminationibus, qui vocem *utrumque* confuſionem naturarum inducere adfirmabant.

660. Τὰ μὲν ὁμοούσια ταυτότητα κέκτηται· τὰ δὲ ἑτεροούσια τὸ ἀνάπαλιν· κἂν γὰρ ἀρρήτῳ ἑνώσει τὰ ἀμφότερα ἕν, ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει, διὰ τὸ ἀσύγχυτον· ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, ἀλλ᾽ ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν ἔχει τῆς υἱότητος τὸ πρόσωπον. *Quae ſunt eiuſdem ſubſtantiae, hoc habent, ut ſint idem: contra autem, quae diverſae. Etſi enim ambo unione ineffabili unum ſint, non tamen natura, quia non confuſae. Chriſtus itaque cum duae naturae ſit, in quibus vere cognoſcitur, & ſingularem filiationis perſonam habet.* Haec citantur a Damaſceno *pag.* 424. ex S. Gregorii epiſtola *ad Philippum Monachum.*

665. Cum Core, Dathan, & Abiron una cum ducentis quinquaginta viris contra Moyſem, & Aaron conſpiraſſent, *dirupta eſt*, *Num.*XVI. 31., *terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum devoravit illos .... ſed & ignis egreſſus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros.* Piſida videtur cum iis conſentire, qui ignem a Deo contra blaſphemos, & rebelles immiſſum putarunt fuiſſe fulmen.

673. Saepe Heraclium vel ob formae ſpeciem, vel ob animi pietatem, vel tandem ob oris eloquentiam ſolem appellat.

676. Scriptum indicat Heraclii, in quo Monophyſitarum difficultates, ut videtur, ſolvebantur.

680. *Marc.* IV. 3., *& ſeqq.*

687. Codex habet παρεμφάσεις. At Piſida, ni fallor, παρεμφάσεις dixit eodem ſenſu, quo *ſupr. v.*655. ποικίλα σχήματα, hoc eſt ſermonis fallacias, & ſubdolas Scripturarum interpretationes. Nam ἔμφασις, vel παρέμφασις eſt apud Rhetoras ſchema, vel figura, quum videlicet ſubeſt verbis tacita etiam quaedam ſignificatio, vel pluſquam dixeris ſignificatio, ut docet Quintilianus *Inſt. Orat.* VIII. *pag.* 499. Itaque Noſter Severum monet, ne fruſtra παρεμφάσεις Patribus obtrudat, quaſi illi cum de Incarnatione locuti ſunt, Sophiſtarum more figuras, & floſculos ſententiarum ſectari ſtuduerint, & pluſquam dixerunt, vel quod non dixerunt, intelligi voluerint: quod quidem Severo placebat.

689. Illas, ſcilicet *clbeſes*.

694. Fortan ita locutus, eo quia ſciret Heraclium ſcriptionem aliquam habuiſſe paratam contra Eutychianos.

699. Poëmatia, quae praecedunt, intelligit.

700. Heraclium peraeque fortem, ac eloquentem ubique facit Poëta, qualem eſſe oportere ſummum ducem noverat ex illo apud Homerum Phoenice, qui (verbis utar Ciceronis *lib.* III. *de Oratore*) *ſe a Peleo patre Achilli iuveni comitem eſſe datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, auctoremque rerum:*

Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Iliad. IX. 443.

706. Καμβὸη *Camboë* a nullo rerum Geographicarum ſcriptore memorata civitas. Haerebam, an Edeſſa Meſopotamiae urbs multis nominibus celebris indicaretur, quae cum Syriace *Arach*, *Edeſſa*, & *Orrboam*, Arabice vero *Ruba*, & *Orpha* vocaretur, ut Aſſemanius animadvertit *Bibl. Orient. tom.* II. *pag.* 471., Perſica etiam lingua *Camboë* fuiſſet appellata. Atque ut hoc crederem, auctor mihi videbatur eſſe Theophanes, cui de more conſentit Cedrenus in iis, quae de Edeſſena civitate ſcripta reliquit. Cum enim antea *pag.*263. dixiſſet Choſroam adegiſſe Chriſtianos ad Neſtorii ſuperſtitionem amplexandam, poſtea *pag.* 273. de Heraclio Perſarum domitore ita ſcribit: Καταλαβὼν δὲ τὴν Ἔδεσσαν ἀπέδωκε τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς ὀρθοδόξοις ὑπὸ Νεστοριανῶν κατεχομένην ἀπὸ Χοσρόου. *Edeſſa autem recepta Eccleſiam ſub Choſroae temporibus a Neſtorianis occupatam Orthodoxis reſtituit.* Huc autem reſpexiſſe Piſidam omnino putabam, eo quia Theophanes, qui ceteroquin nullam ab Heraclio rem praeclare geſtam videtur omiſiſſe; nihil aliud ſimile referat, ad quod, ea quae Piſida innuit, commode pertrahantur. Quamvis enim Piſida ita loquitur, ut de urbe ad Chriſtianam fidem ab Heraclio potius adducta, quam revocata agere quis credere poſſit; cum dicat Imperatoris ope φῶς θεωρεῖν ἐν ζόφῳ *ad lucem in tenebris adſpiciendam* eſſe excitatam; nihilominus ea ſubdit, quae Edeſſae plane conveniunt, non a fide averſam, ſed πίστεως ἐψυγμένην *a fide frigefactam* ipſam appellans. Verum an haec ſufficiant ad declarandum de Edeſſa hic agi, aliorum eſto iudicium; mihi enim non licet id ex Piſida definire, qui Perſico maluit, quam Graeco nomine eam appellare.

712. Adlocutionem ab Heraclio coram Camboae

boae civibus habitam, ut ad rectam fidem reverterentur, videtur indicare: quod clarius, & expreſſis verbis mox declarat *v.* 725.

721. Δρόσος per allegoriam, ut mea eſt ſententia, eſt Spiritus Sancti gratia, qua Edeſſenos in recta fide eiurato Neſtorianiſmo confirmari oportebat. Adludit autem opinor Piſida ad ritum, quo utebantur Graeci Orientales in iis recipiendis, qui ad Orthodoxam fidem, quam abnegaverant, revertebantur. Neceſſe enim erat, ut illi lavarentur, & inungerentur. Exſtat eadem re Canon Methodii Patriarchae CP. in Euchologio, qui ita ſe habet: Λουέσθω, καὶ χριέσθω μύρῳ ὁ ἐπιστρεφόμενος, καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι. *Lavetur, & ungatur ſacro chriſmatis unguento reconciliandus Baptizatorum more.* Quem ritum poenitentialem pluribus contra Arcudium defendit, & antiquum, & laudabilem fuiſſe demonſtrat Iacobus Goar in Euchologii notis *pag.* 887., quem vide. Certe ſi Piſida per δρόσον caeremonialem illam unctionem intellexit, per quam Edeſſeni a Neſtorianiſmo reſipiſcentes Dei ſpiritum in ſe revocare, & deperditum gratiae effectum in animis ſuis revocare poſſent, iamdiu ante Methodium huiuſmodi ritum invaluiſſe concedendum eſt.

732. Νόθοι συγγραφεῖς, ſcriptores nothias, & falſitatis crimine notandi: quod maximum eſt vitium.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΝ
ΜΑΡΤΥΡΑ

ENCOMIUM
IN SANCTUM ANASTASIUM
MARTYREM.


Digitized by

M O N I T U M.

ENcomium S. Anaſtaſii Perſae [illegible] *ſoluta oratione* ſcripſiſſe Piſidam iamdiu teſtatus erat Suidas : atque hoc ipſum eſſe, quod nunc ex Bibliotheca Mediceo-Laurentiana proferimus in lucem, & ſcriptionis genus, & temporis notae demonſtrant. Nam ſtilus quidem, quantum quis poteſt cuiuslibet auctoris ſcripta conferens diiudicare, mire conveniens eſt, & Piſidam omnino ſapit. Eadem hic dicendi feſtivitas, atque eadem, fortaſſe nimio ſtudio quaeſita, verborum concinnitas, quae in iambis elucet. Sed & ſententiae ſententiis reſpondent : nam ut erat Piſida Heraclii Imp. maximus admirator, ubique & ſemper in eo laudando exaeſtuat ; proinde ut hic in principio, ita etiam in *Acroaſ.* III. 415. *de Expedit.*, & in *Abaricis* 495., & in *Heracliad. Acr.* I. 84. Moſem eum appellat, & mox [illegible] divinum, ac terrae totius apicem nominat, plura circa eumdem Imperatorem, eiuſque, & Chriſtiani nominis hoſtem Choſroam attingens, quae conſonant cum iis, quae in uno, vel altero poematio ſparſa leguntur. Verum quid haec iuvat admonere, cum ſtatim, atque ipſo initio dicendi ſe prodat auctor? Nam quis audiens hoc ipſum *Encomium* Heraclio iubente fuiſſe ſcriptum, eoque praeſente recitatum, de alio malit quam de Piſida cogitare, cui ſolum videtur ea dignitas, & gratia reſervata? Sed & tempus mire congruit ; nam poſt devictum, caeſumque Choſroam, videlicet poſt elapſum annum DCXXVIII. coram Imperatore habita eſt haec oratio, ut patet ex iis, quae ibi narrantur in fine. Tunc autem maxime florebat Piſida ; qui ut reduci, & victori gratularetur Principi, *Heracliadem* ſtatim edidit, ac mox ut eius in Deum pietatem exornaret, *Coſmopoeiam*, & *contra Severum* ſcripſit. Nec alter plane eius temporis Auctor nobis innotuit, quem hanc S. Anaſtaſii laudationem elucubraſſe dicamus. Sed quae ſit huius orationis auctoritas, nunc videamus. Ex ea mirifice confirmantur, & plane genuina declarantur Acta S. Anaſtaſii, quae ad diem XXII. Ianuarii in Bollando e graeco latine expreſſa leguntur. Profecto, ut plurima argumenta, quibus Bollandus ipſe id evincit, omittamus, tanta eſt inter Acta, & orationem ipſam rerum ſimilitudo, & affinitas, ut vel utraque haec ſcripta eſſe falſa, vel prorſus ſincera fateri neceſſe ſit. Nam quae hiſtorico modo, & ſimpliciori ſtilo referuntur in *Actis*, eadem omnia non immutata, non aucta, non imminuta, non inverſa, ſed oratorio quodam ſtilo tantum exornata, & verbis elegantioribus expreſſa leguntur in *Encomio*. Concordant pleniſſime principium, & finis, & tota rerum a Sancto Martyre geſtarum narratio ; ut ex eodem fonte utraque manaſſe quilibet facile ſentiat, & fateatur. Itane, ut *Encomii*, ſic etiam *Actorum* ſcriptorem velimus eſſe Piſidam? Minime vero : nam, ut noſtra ſententia eſt, Piſida ex Actis ipſis Conſtantinopolim ſtatim miſſis, ac pervulgatis ſuam laudationem contexuit ; Acta autem non alius plane ſcripſit, quam idem ille Monachus, qui uſque ad conſummationem martyrii S. Anaſtaſium in Perſidem comitatus eſt. Cuius rei teſtem do Piſidam ipſum ita dicentem : [illegible] *Tum vero alter ex duobus Fratribus ad Monaſterium revertitur, alter vero cum Martyre proficiſcitur ; ita enim Abbas huic praeceperat, tum ut ſua praeſentia conſolaretur Sanctum, tum ut in neceſſitatibus adiuvaret Martyrem ; vel quod verius, & melius dicam, ut ex mandato totum certamen deſcriberet, ne locorum diſtantia tantarum rerum cognitio lateret*. Quae quidem etiam in Actis apud Bollandum *cap.* V. parum diverſe narrantur. Quod autem ſpectat ad alia S. Anaſtaſii Acta, quae Simeonis Metaphraſtae nomine ſcripta circumferuntur, a Gentiano Herveto latine reddita, & ab Aloyſio Lippomano, Laurentio Surio, Baronio, aliiſque pluribus vel edita, vel laudata, plane aſſentior Bollando, qui ea ex ſuperioribus efficta, atque efformata recte omnino iudicat. Nam res ipſae plane occurrunt, quae in Actis Bollandianis, & in hoc Piſidae Encomio laudantur, niſi quod ſunt ad ingenium ſcribentis accommodatae. Unum adhuc ſupereſt, quod moneamus. Acta Bollandiana duplici tractatu continentur, quorum alter agit *de vita*, alter *de reliquiarum translatione, & miraculis S. Anaſtaſii* : utriuſque autem perhonorificam mentionem fecerunt CCCL. Patres in Concilio Nicaeno II. ad proſcribendam Iconoclaſtarum haereſim anno Chriſti DCCLXXXVII. congregati. At Piſida primum quidem tractatum prae oculis habuiſſe non eſt dubitandum ; nam idem plane eſt, ut diximus, in utriſque ſcriptis principium, & finis. Sed & legenti contra patet, ſecundum tractatum non vidiſſe Piſidam, dum haec ſcriberet. Ergone ſecundi tractatus per nos corruit fides, & auctoritas? Tantum profecto abeſt, ut id affirmare velimus, ut ad hanc ipſam potius difficultatem diluendam id adnotaverimus. Nam nec videre, nec legere id potuit Piſida, quod nondum erat ſcriptum. Quippe ille Monachus, quem Actorum diximus eſſe auctorem, poſt excidium Choſroae cum victore exercitu Hieroſolymam ſtatim reverſus eſt, ut hic narratur in fine, [illegible]. Ibi autem primam tantum Actorum partem, S. Anaſtaſii certamen continentem, evulgavit, ad cuius fidem ſuam orationem compoſuit, ac recitavit Piſida circa annum Chriſti DCXXXIV., cum iam e vivis deceſſiſſet Modeſtus Hieroſolymorum Patriarcha : deceſſiſſe enim eum, cum haec habita eſt oratio, Piſida ipſe demonſtrat dicens : [illegible], *qui tunc apoſtolici throni erat cuſtos, & paullo poſt ipſa Hierarchiae rexit gubernacula* : ſi enim adhuc viveret Modeſtus, non [illegible], ſed [illegible], *nunc autem ipſa Hierarchiae regit gubernacula*, Piſida dixiſſet. At vero cum idem ille Monachus in Perſidem iterum profectus eſſet, ut S. Martyris corpus ſecum aſportaret, quae in eo itinere obtigere miracula ſcripto mandavit diligenter, atque ex iis ſecundam Actorum partem contexuit ; quod aperte ipſa Acta teſtantur, quorum ſecunda pars ita exorditur. *Poſt athletica glorioſi Martyris certamina, cum, qui ei adſuerat frater, ex Perſarum provincia reverſus in ſanctam civitatem eſſet, ac deinde iterum in Perſidem profectus, & ſanctas illas, ac venerabiles eius reliquias ad ſuum Monaſterium deportaret &c.* Sed utrum hanc ſecundam partem de translatione reliquiarum agentem viderit Piſida, necne, incertum eſt ; ac ſi umquam vidit, poſtquam hoc Encomium recitatum fuit, id factum eſt. Quare fallus eſt Alex. Politus in *Martyrologio Rom. Illuſtr. pag.* 367. qui exiſtimavit Piſidam hoc ipſum Encomium reci[illegible], cum S. Anaſtaſii corpus CPolim advectum eſt. Ai[illegible] : *Ceterum quo tempore Sancti Martyris corpus Conſtantinop[illegible] allatum eſt, ibique honorifice exceptum, ego exiſtimo, Georgium Piſidam, magnae Eccleſiae Diaconum, & Chartophylacem, ut & ipſe S. Anaſtaſii gloriae ſerviret, laudationem eius elucubraſſe*. At ſi haec ei fuit ſcribendi occaſio, quomodo ea de re nihil attigit in Encomio? Itaque cum Piſida de reliquiarum translatione, & miraculis S. Anaſtaſii nihil dixerit, nec plane quidquam potuerit dicere, quae hac in re a Martyrologiis, & Sanctorum Biographis diſputantur, integra relinquemus ; neque enim aliquid certi habemus, quod ad dirimendas controverſias commode proferre poſſimus.

TOY

58


ECTYPVM IMAGINIS S. ANASTASII MARTYRIS
IN ECCLESIA MONASTERII S. ANASTASII AD TRES FONTES
EXTRA MVROS VRBIS ADSERVATAE DE QVA MENTIO EST
IN ACTIS SECVNDI CONCILII NICENI IN CVIVS ACTIONE IV.
DAEMONES AD ILLIVS CONSPECTVM FVGARI
HADRIANI PAPAE LEGATI TESTATI SVNT

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΟΣΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΠΕΡΣΙΔΙ

EIUSDEM
VITA INSTITUTUM ET CERTAMEN
SANCTI GLORIOSI ET VENERABILIS MARTYRIS
ANASTASII
QUI IN PERSIDE MARTYRIUM PASSUS EST.

Νόμος τις δεδώρηται τοῖς εὐσεβοῦσιν οὐράνιος, ἄσβεστον αὐτοῖς διατηρεῖσθαι τὸ τῆς μνήμης ἐμπύρευμα, ἵνα τοῖς ἀθλητικοῖς σπινθῆρσιν ὁ δράκων ὁσημέραι καταφλέγοιτο, καὶ τῇ λαμπάδι φωταγωγοῖντο τῶν φθασάντων οἱ μέλλοντες, ἄλλος ἐξ ἄλλου πυρσεύειν μανθάνοντες, γειτνιῶσαν ἀεὶ ἕκαστος ἔχων τοῦ καλοῦ τὴν ἀνάλαμψιν, καὶ τῷ κρείττονος ἐρεθιζόμενος τῇ ἐγγύτητι λιχνότερος γίνοιτο πρὸς τὴν μίμησιν· θερμότερος γὰρ εἰς ἐγχείρησιν ἀνὴρ παρὰ χειραγωγούμενος ὑποδείγματι.

Ὁ τοίνυν Μωσῆς ὁ ἡμέτερος ὁ θαλάσσῃ καλύψας Φαραὼ τὸν νεώτερον, καὶ τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τοὺς ἀλλοφύλους τρεψάμενος, ὁ μετὰ τὸν νομοθέτην νομοθέτης, τῶν ἐκκλησιῶν καὶ διδάσκαλος, ἐπεὶ ταυτὶ τὸν ἄνωθεν νόμον νοερῶς ἐγκεκολαμμένον τῇ ψυχῇ παρεδέξατο, τοῖς λόγοις ἐγκελεύεται κιβωτὸν ὥσπερ τινὰ τοῦ μάρτυρος διαπλάξασθαι, καὶ τὸ μάννα λαμπρῶς ἐναποθέσθαι τῶν πράξεων. Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ θεία καὶ τῆς οἰκουμένης ἱερὰ κορυφὴ, γινώσκω στόμα Θεοῦ, ἐμαυτὸν δὲ Βεσελεὴλ οὐκ ἐπίσταμαι. Ἐπεὶ οὖν φόβῳ τὸ προσταχθὲν ἐκδεχόμεθα, γένοιτό μοι τὸ πρόσταγμα θείας ἐπιπνοίας μετάδοσις. Θεοῦ γὰρ τὰ σά· φόβος δὲ ἦν σοφίας ἀρχή.

Δεῦτε τοίνυν νέος Ἰσραὴλ, καὶ ὑμεῖς· ὁ μὲν τὴν ἀκοὴν δίκην βάσεως ἀργυρᾶς ὑποτιθέσθω τῷ λέγοντι· ὁ δὲ τὸν νοῦν ἀκλινῶς ἐπιστησάτω ταῖς βάσεσι χρυσῶν κιόνων λαμπρότερον· ἕτερος ὡς βυσσίνην αὐλαίαν ἐφαπλούτω· τὸ εὔπιστον καρποφορείτω τις πρὸς ἱλαστηρίου διασκευὴν τὴν εὐμένειαν· ἄλλος οἷον ἀρώματα προσαγέτω τὴν εὐφημίαν τῷ μάρτυρι· πάντες δὲ πάντα· πᾶσι γὰρ πάντα κοινά τε, καὶ ἴδια τὰ τοῦ δικαίου χαρίσματα. Οἶδα τοίνυν ὡς πλουσίαν ὑμεῖς εἰσοίσετε τὴν ἐπίδο-

LEX quaedam iis (1), qui pietatem colunt, caelitus data eſt; ne ullo umquam tempore memoriae facem extingui patiantur, ut fortium Athletarum ſcintillis draco quotidie comburatur, & eorum qui fuerunt, ii qui futuri ſunt, fulgoribus illuſtrentur, alter ex altero praelucere addiſcentes; ut cum ſibi quiſque prope irradiantem viderit ſplendorem honeſtatis, & melioris propinquitate veluti adactis ſtimulis ſenſerit incitari, ad imitandum fiat alacrior: quippe vir recenti manuductus exemplo ad rem capeſſendam magis fervidus exſiſtit.

Proinde (2) Moſes ille noſter, qui recentem Pharaonem in mare ſubmerſit, & manibus extenſis in fugam vertit alienigenas (3), alter poſt legiſlatorem legiſlator, & Eccleſiarum magiſter, cum hanc ipſam ſpiritualiter inſculpeam corde legem caeleſtem excepiſſet, arcam veluti quamdam Martyri ex ſermonibus effingi, eiuſque actorum manna in ea ſplendide recondi iuſſit. Sed te quidem, o divinum, & terrae totius ſacrum caput, vere eſſe os Dei cognoſco, me autem eſſe (4) Beſeleel neſcio. At vero quoniam cum timore excepimus mandatum, utinam fiat mihi mandatum ipſum divinae inſpirationis communicatio. Ex Deo enim, quae tua, ſunt. Timor autem eſt initium ſapientiae (5).

Adeſte igitur novus Iſraël, ac veſtrum quidem alter (6) argenteae baſis inſtar ſupponat auditum dicenti, alter vero mentem aureis columnis longe ſplendidiorem adiungat immotam baſibus; hic veluti byſſinum expandat velum, hic ad propitiatorii apparatum fidem, animumque docilem afferat, ille autem tamquam aromata laudes offerat Martyri: omnes (7) autem omnia in unum congerite; omnibus enim omnia communia, & propria ſunt iuſti cha-

ἐπιδῶσιν· ἐγὼ δὲ ταῖς τοῦ μάρτυρος πράξεσιν οἷά πως δαψιλεστάτῳ περιτυχὼν θησαυρῷ, τοῦ εὑρήματος ἐμαυτὸν ἀποδέχομαι, οὐ μὴν ἐπισηρίζεσθαι τὸ πᾶν δυνατὸς, ἢ ἀριθμεῖν τὰ ὁρώμενα, ἀλλ' εὐδαίμων ἂν κριθείην, εἰ καὶ μέρος ἐγκολπισάμενος ἀπαλλάξομαι· ὅταν γὰρ ἀγωνιστῇ πράξεσιν εὐφημίας λόγος ἀνταγωνίζεται, καὶ συμμετρεῖσθαι φιλοτιμεῖται τῷ πράγματι, ἔοικε τοῖς ὁρμιᾷ φιλονεικοῦσιν ἀναμετρεῖν τὸ κύτος, καὶ πρὸς παρέκτασιν ἑτέραν ἐφ' ἑτέραν δυσμενοῦσιν· ὁμοίως γὰρ ὅτε μείζων τοῦ ἐλάττονος κάλως, ὅτε μακρὸς τοῦ βραχέος λόγος ἐλέγχεται. Ποῖος γὰρ, ἢ τινὶ μαρτύρων γένοιτο ἂν ἀξιόχρεως λόγος, ὧν κατὰ γεγραμμένον οὐδὲ ὁ κόσμος ἦν ἄξιος; ἐνίκησαν γὰρ οὗτοι πάσης εὐγλωττίας καλλίφωνον σάλπιγγα τῷ σαρκωθέντι Θείῳ Λόγῳ μεγαλοφώνως προσμαρτυρήσαντες, καὶ τοῖς οἰκείοις αἵμασιν, ὥσπερ βασιλικῇ βαφῇ, τὴν ὁμολογίαν χειρογραφήσαντες· ὧν εἷς καὶ ὁ ἡμέτερος καλλίνικος ἀθλητὴς γέγονεν Ἀναστάσιος, οὗ τοῦ βίου κάτοπτρον ὡς οἷόν τε τὸν λόγον χαλκεύσομεν, ἡγεμόνα τοῦ λόγου τὸν Θεῖον προστησάμενοι Λόγον· τοῦτο γὰρ ὑπὲρ ἅπαντα, καὶ πρό γε πάντων ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ τῷ καλλινίκῳ μάρτυρι χαριούμεθα.

charisſmata. At vero equidem novi unumquemque veſtrum largum eſſe munus collaturos. Ego autem Martyris geſta, quaſi divitem quemdam nactus theſaurum, gaudens invento hoc ipſum in me recipiam, non quod plane totum pondus ſuſtinere, aut omnia, quae oculis obiiciuntur, enumerare valeam; ſatis enim bene mihi ceſſiſſe iudicabitur, & meo videar functus officio, ſi partem modo tantarum rerum mihi complecti contingat. Quando enim cum rebus ab Agoniſta praeclare geſtis oratio laudantis contendit, & res ipſas conatur verbis commetiri, id plane fit, quod illis contingit, qui maris profunditatem ſtudent funiculo metiri, atque in eo iterum, iterumque extendendo moleſte perdurant: ut enim aliquando maiorem profunditatem minor funis, ita etiam plura dici poſſe ſermo brevis indicat. Ecquae enim, & cui nam martyrum ſit umquam plene digna oratio, quibus ut ſcriptum eſt (8), ne mundus quidem dignus fuit? Vincunt enim iſti cuiuſcumque facundiae ſuavem tubam, qui pro divino Verbo incarnato tam diſertum teſtimonium dixerunt, & proprio ſanguine tamquam regio colore, ſuam confeſſionem ſubſcripſerunt. Quorum unus etiam noſter egregius athleta fuit Anaſtaſius, cuius vitae quoddam ſpeculum, quantum in nobis erit, conabimur dicendo effingere, noſtrorum verborum ducem ſtatuentes Verbum divinum (9). Ita enim maxime, & prae ceteris omnibus tam nobis ipſis, quam egregio Martyri rem gratam nos eſſe facturos confidimus.

Τοῦτον ἤγαγε τῆς Περσίδος τμῆμα τὴν ἐπωνυμίαν Ῥαζὴχ, καὶ πατρὶς αὐτοῦ κώμη, Ῥασνὴ τὴν ἐπίκλησιν· αὐτὸς δὲ Μαγουνδὰτ τῷ γνωρίσματι· τίκτεται δὲ μάγῳ τινὶ, καὶ τούτῳ Βαῦ ἡ τοῦ ὀνόματος πρόσθεσις. Τέχνη τοῦ πατρὸς παίδευσις μαγική. Γαλουχεῖ τὸ βρέφος τῷ τῆς μαγείας μαζῷ, ἵνα ζοφὸν ἔχων ἀσέβειαν μὴ διδαχθῇ τὴν εὐσέβειαν· ἀλλ' ὡς ἐκ γενετῆς τυφλὸς ἀγνοήσῃ τὸν ἥλιον, καὶ τῷ σκότῳ τῆς πλάνης ὡς νυκτερὶς ἐπιτρέποιτο. Οἶδεν γὰρ νηπιώδης συνήθεια καὶ τὸ χεῖρον ὁρᾶν τοῦ κρείττονος τιμιώτερον. Δίδωσι τοίνυν τῆς μαγικῆς αὐτῷ θηλῆς τὸν ὀπὸν, κωνείῳ τινὶ ψυχικῷ τὴν ἀγαθὴν ἀποσβεννύμενος ὄρεξιν, καὶ τὸν νοῦν ἐνθάπτει τῷ σώματι τῷ κρυμῷ τῆς ἁμαρτίας πηγνύμενον. Ὢ φιλοστοργίας ἀστόργου, καὶ ἐχθρᾶς ἀγαπήσεως. Ἐκπαιδεύει τὸν κακὸν ὁ σκορπίος στρεβλῶς βαδίζειν τὸν ἔκγονον, καὶ παραινεῖ μὴ νοθεύειν τὰ πατρῷα κινήματα. Σεμνύνεται γὰρ τῇ στρεβλώσει τῆς διανοίας, καὶ τέρπεται, ὑγίειαν κρίνων τὸ νόσημα. Κληρονόμον τοίνυν τοῦ πάθους τὸν παῖδα καθίστησιν, ἐπιτρόπους αὐτῷ προκαταστήσας τοὺς δαίμονας. Θριαμβεύειν γὰρ οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ μάρτυρος· ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Τὸ γὰρ πατρῷον ὁ παῖς οὐ παρεδέξατο μίασμα, ἀλλὰ τοῦ κλήρου τῆς δυσσεβείας ἀποστάσιον ἐποιήσατο, καὶ τοῖς ἐπιτρόποις δικάζεται, οὐ τὰ πατρῷα ζητῶν, ἀλλὰ συντηρῆσαι μεμφόμενος· καὶ τὴν λευκὴν ψῆφον ἐπάγεται, τὸν ζοφώδη γὰρ ἀγαπῶσιν οἱ δαίμονες· Ἀνακαλύπτει γοῦν τὴν πατρῴαν αἰσχημοσύνην ὁ παῖς, καὶ γίνεταί τις εὐσεβὴς πατραλοίας, ὁ δυσσεβὴς ὑπεξούσιος. Ὢ ῥόδον ἐξ ἀκάνθης φυόμενον, καὶ ῥίζης πικρᾶς γλυκύτατον στέλεχος. Μάγος πατὴρ καὶ μάρτυς ὁ παῖς, πολιὰ παραφρονεῖ, καὶ νεότης ἔμφρων εὑρίσκεται· καὶ τὴν τῆς ἡλικίας διάθεσιν καινοτομοῦ-

σιν

Perſidis regio hunc virum produxit (10) Razech appellata; ſed patria ei fuit eius regionis pagus, Raſum dictus: ipſe autem Magundat vocabatur. Patrem habuit quemdam magum, cui nomen Bau. Is cum artem magicam profiteretur, infantem puerum magiae lactavit mamma, ut cum impietatis eſca eſſet innutritus, pietatem non addiſceret; ſed tamquam caecus a nativitate ſolem ignoraret, & ut veſpertilio in tenebris erroris verſaretur. Novit enim infantium conſuetudo id, quod peius eſt, rebus melioribus anteferre. Itaque magicae mammae ei praebet ſuccum, ſpiritali quadam cicuta bonum in eo appetitum extinguens, mentemque ſepelit in corpore frigore peccati condenſatam. O patris ſine caritate caritas, & inimica dilectio! Docet malignus ſcorpio filium, quomodo tortuoſe incedat, monetque, ne a paternis motibus quaſi ſpurius deflectat. Ille enim ipſa mentis perverſitate ſuperbit, & gaudet, infirmitatem eſſe ſalutem exiſtimans. Itaque ſui morbi heredem inſtituit filium, tutoribus antea ei datis daemonibus. Nec enim me pudet triumphum oſtentare Martyris; *ubi enim abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia* (11). Quippe paternam non excepit contaminationem filius, ſed impietatis hereditate dimiſſa deſcivit a patre, tutoribuſque in ius vocatis, non quod ab eis quaereret paterna, ſed quod ea ipſa ſervaſſent expoſtulans, albo lapillo ſignavit ſententiam contra id quod daemones amant, qui ſectantur obſcura. Detegit igitur paternum dedecus filius, ac fit quidam pius parricida, qui ſub impia poteſtate erat conſtitutus. O roſa e ſpinis germinans, & amarae radicis fructus dulciſſime! Magus pater, & Martyr filius: delirat ſene-

σιν ἀμφότεροι, ἀντιμεθιστῶντες τοῖς χρόνοις τὰ πράγματα.

Ἐπεὶ γὰρ Χοσρόης, ὁ τῆς φθορᾶς γεωργὸς καὶ σπορεὺς πολεμικῷ σιδήρῳ νεαρὸν ηὐτρέπισεν ἄσταχυν, ἅλωνι Μαγουνδὰτ στρατιωτικῷ συνετάττετο· καὶ τῷ βασιλεῖ τέως Περσῶν ἐνερρίζωτο πολίσματι, τῇ ἅλωνι τῆς παρατάξεως φυλαττόμενος. Ἔτεμνε γὰρ, καὶ τὴν γῆν ἐπυρπόλει τὴν οἰκείαν ὁ βάρβαρος, ἵνα συγκαταφλέξῃ τὴν ὅμορον, καὶ ζημιούμενος ἥδετο συνδαπανώμενος τοῦ γείτονος. Οὕτω γὰρ ἦν ὠμοφάγος τύραννος, ὡς μηδὲ τῶν ἰδίων σαρκῶν, δίκην πολύποδος, παραφείδεσθαι. Ὅτε δὲ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἡ φλὸξ τὸ ὑλικὸν πῦρ ὑπανῆψεν ταῖς πόλεσιν, αἱρεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ Ναβουχοδονόσωρ ὁ νεώτερος, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης τὴν κιβωτὸν ἀποφέρεται, τροφὴν τῷ πυρὶ προστήκας τὸ πόλισμα· τότε τὰ ζωοποιὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ τίμια ξύλα τὴν ἐπικὴν ἐποιοῦντο πρὸς τῇ Περσίδι μετάβασιν. Ὢ παραδόξων θαυμάτων ἀντιβολαί· ὡς ὑπόχρεος ὁ Χριστὸς τῷ ᾅδῃ προσίσχετε, καὶ σκυλεύει τὸν θάνατον· ὡς αἰχμάλωτος ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς Πέρσαις ἀπήγετο, καὶ τὴν Περσικὴν ἀνδραποδίζει θρησκείαν, τὸν ἔνσαρκον ᾅδην καταβαλὼν, τὸν ἀλάστορα τύραννον. Εἰκὼν γὰρ ἦν τὸ γινόμενον τῆς πρώτης τοῦ θανάτου πορθήσεως. Οὕτω τῆς πλάνης ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς διαρρήξας τὸ τείχισμα, καὶ τὰς ἀξίας ἑαυτοῦ ζωγρήσας ψυχὰς, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐχαρίσατο τὴν ἀπόλαυσιν· ἐκλάμψας γὰρ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θείας δυνάμεως, τῶν μὲν ἀπίστων τοὺς τῆς καρδίας ἐξέπληξεν ὀφθαλμοὺς δίκην ἀστραπῆς, τῇ λαμπρότητι, τῶν δὲ πιστῶν ἐφώτισε τῆς διανοίας τὰ ὄμματα. Φήμη δὲ τὴν Περσίδα τις διατρέχουσα, παρεῖναι τὸν Θεὸν τῶν Χριστιανῶν διεκήρυττεν· καὶ τοῦτο ἀγνοεῖν οὐκ ἐξῆν οὐδενὶ, τὸ παράδοξον λεγόντων ἁπάντων, καὶ ἀκουόντων διήγησιν· φιλεῖ γὰρ τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μηδὲ τὰς μικρὰς ἀκοὰς ἀποκρύπτεσθαι. Ἐπηχήθη τοίνυν τὴν τοῦ παναγίου σταυροῦ καὶ Μαγουνδὰτ παρουσίαν· καὶ τὴν ἐξ αἱμάτων ἐρυθρὰν τῶν δαιμόνων νηχόμενος θάλατταν, δίκην κτενὸς, ἐφαπλώσας τῆς διανοίας τὰς πτύχας, γλυκεῖαν σταγόνα, τὴν φήμην δεξάμενος, ὡς πολύτιμον κατὰ μικρὸν μετέβαλεν μάργαρον. Οὐ γὰρ παρῆλθεν τὴν ἀκοὴν ἀβασάνιστον· ἀλλὰ τῆς φήμης γευσάμενος ἐμφορηθῆναι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς προσεγλίχετο. Ὢ ὄρεξις ἀγαθὴ, καὶ πλεονεξία· ὀφθαλμοὶ ψυχικῆς καθαιρόμενοι πηγῆς τὴν κατάνυξιν ἀνακρούουσι, καὶ γίνονται Σιλωὰμ τοῦ λογισμοῦ, τὴν νοσήματι πηρωθεῖσαν ὑγιοῦντες διάνοιαν. Τοῖς ναοῖς τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἐπιφοιτῶν τοῦ Θεοῦ, ταῖς τῶν μαρτύρων ἐνεγυμνάζετο διηγήμασιν, εὐδαιμονίζων τὰ πάθη, καὶ ζηλῶν τὴν ὁμοίωσιν· εἶτά τι προσεννοεῖ μεῖζόν τι καὶ θειότερον, τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις μετάβασιν, καὶ τὴν ἐκεῖ διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος κάθαρσιν. Ὡς δὲ πρᾶξις ἡ ἔννοια γίνεται, καὶ βεβαιοῦται τῷ πέρατι, καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐφίσταται· ξενοῦται παρ᾽ ἀνδρὶ τὴν αὐτὴν ἐργασίαν ἀπάγοντι, τὴν τέχνην ὡς εἰπεῖν ἀδελφοῦ καὶ χειραγωγοῦ τῆς ἀμφοῖν οἰκειότητος· ἡ τῶν ξένων γὰρ ἀγνωσία φιλεῖ τῇ γνωρίμῳ τέχνῃ παρ᾽ ἀλλοδαποῖς εἰσοικίζεσθαι, καὶ περιλαμβάνει τὴν συνήθειαν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἡ ὁμοίωσις, ἄφνω

ſenectus, ſapit iuventus. Utrique enim ſuae aetatis terminos excedunt, non congruenter res ſuis temporibus explentes.

Interea cum Choſroa, ille corruptionis agricola, & ſator, bellico ferro teneram ſpicam apparaſſet, in arvo militari Magundat conſtituit. Ita in regia Perſarum urbe radices tunc egit, ab area exercitus cuſtoditus. Exſcindebat enim, & igne vaſtabat etiam propriam terram barbarus, ut una ſimul finitimam incenderet, gaudebatque ſuum eſſe vicini coniunctum detrimento. Adeo enim erat crudivorus tyrannus, ut ne a ſuis quidem carnibus, polypodis inſtar, abſtineret. Cum autem peccatorum noſtrorum flamma materialem ignem ſubincendens urbibus admoviſſet, novus Nabuchodonoſor (12) Hieruſalem occupat, & novi Teſtamenti arcam aſportat, urbe relicta, ut eſſet ignis alimentum. Ac tum quidem crucis Chriſti vivifica, & pretioſa ligna in Perſidem transmigrarunt. O res ultra id quod credere quis poſſit vere admirabiles! ut morti obnoxius Chriſtus adit inferuum, & exſpoliat mortem: ut captiva Crux Domini a Perſis abducitur, & Perſicam ipſa trahit in captivitatem ſuperſtitionem, carne veſtitum deturbans infernum, perditiſſimum tyrannum. Nempe quod nuper factum eſt, fuit primae devaſtationis mortis imago. Sicut enim Chriſtus olim deviceerat mortem, ita Domini Crux erroris effracto propugnaculo, animas ſe dignas vivas, & incolumes eduxit, & ad verae lucis gaudium protraxit: divinae enim virtutis immiſſis radiis, non credentibus quidem cordis oculos, fulguris inſtar, ſua claritate percuſſit, credentibus autem mentis oculos illuminavit. Interea fama per totam Perſidem divagata, adeſſe Deum Chriſtianorum depraedicabat; idque nemini ignorare fas erat, cum de re tam admiranda omnes paſſim loquerentur, audirent omnes. Solent enim praeclara facta ne parvarum quidem aurium effugere auditum. Pervenit igitur etiam ad Magundat rumor de Sanctiſſimae Crucis praeſentia: ille autem in rubro ex ſanguine innatans daemonum mari, expanſis inſtar conchae mentis valvis, dulcem guttam, famam recepit, eamque paulloposſt in pretioſam margaritam convertit. Non enim quod primum ei ſuboluerat, inexploratum reliquit: ſed cum ex fama quid eſſet allatum deguſtaſſet, ligno vitae expleri appetivit. O laudabilis appetitus, & aviditas bona! Oculi a ſpiritali fonte purgati veternum excutiunt, & fiunt rationi Siloe (13), mentem excaecatam morbo ſanantes. Ad templa igitur Dei cum homo coepiſſet frequenter convenire, in auſcultandis, inſpiciendiſque Martyrum vitis multum immorabatur, eos ipſos, quod paſſi eſſent, beatos praedicans, ſeque illis ſimilem facere ſtudens. Proinde maius quiddam, & divinius molitus animo, Hieroſolymam ſe transferre, atque ibi per ſanctum baptiſma mundari deliberat. Quoniam vero quod mente concipitur, actu completur, & firmatur exitu, ipſe ſe Hieroſolymis ſiſtit. Ibi apud eiuſdem opificii virum (14), quem artis ſimilitudine ſpecta-

ἄστυ προσκαλοῦσα τῶν πόρρωθεν. Τούτῳ παραγυμνοῖ τὸν θεῖον ἔρωτα· προσπαθὲς γὰρ τῆς γλώττης ἀεὶ τὸ ποθούμενον, καὶ τυραννεῖ τὴν διάνοιαν, εἰ καὶ τύχοι μάλιστά πως ἐπαινετοῦ τινος ἀξιώματος. Ὁ δὲ τὴν ἔνθεον ἀποθαυμάσας ἐκπύρωσιν Ἡλίᾳ, τῷ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως ἱερεῖ, καλλίστην ἀποφορὰν τὸν ἄνθρωπον ἤγαγεν· ὃς πατρικοῖς σπλάγχνοις, οἷα Θεοῦ δῶρον, ἀσμένως αὐτὸν προσδεξάμενος, Μοδέστῳ τῷ ὁσιωτάτῳ προσήνεγκεν, τὸ μὲν ἱερατικὸν ἀξίωμα πρεσβυτέρῳ, φύλακι δὲ τὸ τηνικαῦτα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τυγχάνοντι, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὰς διιθύναντι τῆς ἱεραρχίας τῶν οἴακας· τοῦτον ὁμοτρόπῳ τὸ γένος, καὶ τὴν θρησκείαν συνάψας ἀνδρὶ, ὥσπερ τι ζεῦγος ἀμώμητον, τῷ Χριστῷ τῷ θείῳ πυρὶ τοῦ βαπτίσματος ὁλοκαυτωθὲν, οἷά τις Ἡλίας ἐκκαίων ὕδατι τριαδικῷ τὰ διχοτομήματα. Ἓν γὰρ κἀνταῦθα τὴν γνώμην οἱ ἄνθρωποι εἰς διάφορα μέλη φαινόμενοι γίνονται· τοιγαροῦν καὶ τὸν ἄνω βίον ἰσάμιλλοι τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἐπὶ καιροῦ περιθέμενοι· ὧν θάτερος μὲν ἀνδρείως ἐνδίσει(?) διὰ σταυροῦ τοὺς ἀγῶνας τῆς πίστεως ἐνεδέξατο, ἐν οὐρανῷ στήσας τῆς εὐσεβείας τὸ τρόπαιον· ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς καλλίνικος ἀθλητὴς ἐν Περσίδι κατηγωνίσατο τὸν ἀντίπαλον· ἀλλὰ γὰρ ἄμφω μὲν ὁ λόγος τιμᾷ· οὐ μὴν ἀγωνίζεται δίαυλον· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατατολμῆται(?) πρὸς στάδιον.

ſpectata fratrem diceres, excipitur hoſpitio: ars quippe fuit utriſque familiaritatis coniungendae cauſſa. Solent enim peregrini, non alias invicem noti, communis alicuius artis cognitione in terra extranea conciliari: nam eiuſdem inſtituti affinitas ad conſuetudinem contrahendam animos praeparat, eos ipſos qui longe diſſiti ſunt, in unum coniungens. Huic ille viro ſuum in Deum amorem detegit; nam quod expetitur, ut plurimum lingua excidere, & mentem torquere ſolet, praeſertim cum laudabilem quamdam dignitatem aſſequi quis deſiderat. Hic autem divinum in eo admiratus ardorem, coram Elia in aede ſanctae Reſurrectionis presbytero (15) pulcherrimam oblationem hominem ſiſtit; qui cum paternis viſceribus, velut Dei donum, laetus excepit, & Modeſto (16) ſanctiſſimo viro, in eccleſiaſtica dignitate Sacerdoti, obtulit (17), qui tunc quidem Apoſtolici Throni erat cuſtos, paullo autem poſt Hierarchiae ipſius rector, & gubernator fuit. Sed hunc antea eiuſdem generis, & falſae religionis viro coniunxerat, veluti quoddam par electum, divino baptiſmatis igne offerendum in holocauſtum Chriſto, quaſi alter Elias trina aqua diſſectas hoſtias incendens (18). Exinde enim, qui duo videbantur in diverſa membra diſtincti, eiuſdem animi voluntate unum fiunt, utrique ad caeleſtem vitam pari ſtudio contendentes, utrique etiam martyrii coronam ſibi imponentes opportune: quorum alter quidem fidei certamina viriliter (19) ſuſcepit in cruce, ac ſuae pietatis trophaeum collocavit in caelo (20); noſter autem illuſtris Athleta adverſarium devicit in Perſide. Verum enim vero ambos veneratur, & colit oratio; ſed non duorum ſtadiorum (21) curſum inire contendit, ſufficit enim illi ſi unum tantummodo ſtadium conficere audeat.

Τίθεται τοίνυν προσηγορία τῷ Μαγουνδὰτ Ἀναστάσιος· ἀνέστη γὰρ, ὡς ἀληθῶς, τοῦ ὀλεθρίου συμπτώματος, καὶ τὰς στύλας τῆς ψυχῆς ἀνώρθωσεν, ἐν τῇ βάσει τῆς πίστεως ἱδρυσάμενος· μεταμφιέννυται σὺν τῷ τῆς ἀφθαρσίας ἐνδύματι καὶ τὸ ὄνομα· ἔπρεπεν γὰρ ὅλως αὐτῷ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδύσασθαι, καὶ νέον γενέσθαι, δι' ὕδατος ἀναγεννηθέντα, καὶ πνεύματος· τῷ Κυρίῳ προσέτρεχεν ὁ Ἀναστάσιος, καὶ τὸ μαγικὸν ἀπεσβέννυτο πῦρ τῷ ἁγίῳ τοῦ βαπτίσματος ὕδατι.

Itaque imponitur Magundat Anaſtaſii, hoc eſt *Reſurgentis* appellatio. Vere enim a letali caſu reſurrexit, & animae columnas iacentes direxit, in baſi fidei collocatas. Una ſimul igitur cum immortalitatis veſte nomen immutat; aequum enim erat, ut veterem exueret hominem, & fieret novus, qui per aquam, & ſpiritum erat regeneratus. Cucurrit ad Dominum Anaſtaſius, & ſacra baptiſmatis aqua magicum ignem extinxit.

Τίς οὖν γένωμαι τὸ ἐντεῦθεν; ποίαν ἀναδέξωμαι γλῶτταν, ἢ λόγων πηγὰς, ἢ νοῦ θεωρίαν, ἵνα τοῖς ἑξῆς θρασύτερον ἐπιπτάμενος, μὴ δόξω κηρίνοις πέτασθαι πτέρυξιν; Ἐπεὶ τοῦ βαπτίσματος ἡ ἑβδοματικὴ παρατήρησις ἐτετέλεστο· ὁ ὁσιώτατος Ἡλίας, ἐν τούτῳ γὰρ τῆς καταγωγῆς ἐγεγόνει, τῷ μάρτυρι πρόσεισι τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πυνθάνεται τί ἂν τὸ λοιπὸν βουλομένῳ προσγένοιτο; Ὁ μὲν οὖν αὐταρκές μοι, ἔφη, τῆς προσκαίρου ζωῆς τὸ ἐπίμοχθον, καὶ ποθῶ τὴν ἑκούσιον νέκρωσιν· φιλῶ θάνατον πατέρα ζωῆς, ζωὴν γὰρ θανάτου μητέρα βδελύττομαι· μοναδική μοι δίαιτα τὸ ζητούμενον, καὶ ἀγγελικὴ πολιτεία τὸ ποθούμενον· ὅλος γὰρ ὢν τὸ πρὶν σαρκικὸς, ὅλος ἐγεγόνει πνευματικὸς, καὶ βίου παλινῳδίαν ἐκρίνετο, καὶ ταῖς ἔμπροσθεν ἀντεστρατεύετο πράξεσιν· ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ σπινθὴρ τῆς θεοσεβείας ἐγκρύφιος ἐγεγόνει πυρσός. Ἄγει τοίνυν αὐτὸν ἐπί τινα λογικῆς ἀγέλης σηκὸν, καὶ θεῖον ὡς εἰπεῖν φροντιστήριον, καὶ τὸν τόπον τοῦ Ἀββᾶ Ἀναστασίου ὀνομάζουσι μονὴν, σημείοις τελοῦν(?) ἢ τέσσαρσιν ἀπω-

Verum quid mihi nunc fiet? Quam ego linguam, quos ſermonum fontes, vel quam mentis aciem ego ſuſcipiam, ut per ea, quae ſequuntur audacius volem, nec tamen videar cereis volaſſe pennis? Iam ſeptem poſt baptiſmum rite exactis in obſervatione diebus (22), ſanctiſſimus Elias, apud quem Anaſtaſius diverſabatur, Martyrem Dei virum adit, eumque interrogat, quid tandem ſibi velit fieri? Ille autem, *ſufficit*, inquit, *mihi momentaneum hoc vitae tempus in laboribus traducere, & voluntariam mortificationem deſidero. Interitum, qui pater ſit vitae, plane diligo, vitam autem, quae ſit mater interitus, deteſtor. Monaſticum inſtitutum eſt, quod quaero, & Angelorum conſortium, quod deſidero.* Qui enim antea totus erat carnalis, totus factus eſt ſpiritalis, & quamdam vitae palinodiam animo decernens, cum anteactis pugnare, facta factis opponens, volebat: quae enim in eo ſtatim fuerat pietatis in Deum ſcintilla, occulta fax evaſerat. Itaque ad quoddam rationa-

ἀπῳκισμένον τῆς πόλεως· ἔνθα δὴ τὸν ἱερὸν ἀρνὸν Ἰυστίνῳ τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι προσφέρεται, τάτε θεῖα σοφῷ καὶ νέμειν ἀκινδύνως εἰδότι τὸ ποίμνιον, καὶ λύκοις τηρῶν ἀνεπίβατον καρτερῷ τειχίῳ τῆς εὐσεβείας φρουρούμενον. Οὗτος ὁ ἱερὸς τὸν νέηλυν τῇ πνευματικῇ συμμορίᾳ κατέταξεν, Ἡρακλείου τὸ εὐσεβὲς ἔτος τῇ βασιλείᾳ δέκατον ἄγοντος. Τοῦτον ξεναγῶν ὁ καὶ παιδοτριβῶν, ἄμεινον εἰπεῖν, ἐμπιστεύει τῷ τὰ τοιαῦτα ἐκ τοῦ ἄρχεσθαι τὸ ἄρχειν καλῶς μελετήσαντι, καὶ προτιθεμένῳ τῷ γυμναζομένῳ τύπον ἑαυτὸν καὶ παράδειγμα. Πύῤῥος οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς, οὐ γὰρ ἀδικήσομεν ὑμᾶς τῆς εἰδήσεως, ὥσπερ τι τῶν ἀῤῥήτων ἀποκρύπτοντες. Παιδοτριβεῖ τοίνυν αὐτὸν, τοῖς ἁπαλωτέροις ἐγγυμνάζων μαθήμασι, γραμμάτων μελέτῃ, καὶ τῶν ὅσα τῶν τοιούτων εἰσὶ σκαμμάτων ἀρχαί· ἀρίστης γὰρ τοῦτο διδασκαλίας, τὸ μὴ τοῖς πρωτίστοις ἐπιχειρεῖν· εἶτα τὴν Δαβιδικὴν ἐμμέλειαν ἐκπαιδεύειν, οἷον ὑπὸ σάλπιγξι διδοὺς καταγωνίζεσθαι τὸν ἀντίπαλον· ὡς δὲ καλῶς ἔδοξεν ἔχειν αὐτῷ τὸ προγύμνασμα, τὴν κόμην αὐτὸν ἀφαιρούμενος, τῷ τιμίῳ τῆς ἀσκήσεως καθωπλίζε σχήματι· τῆς ψυχῆς γὰρ κρατούσης τοῦ σώματος, ὡς αἰχμάλωτον τὸ σῶμα λοιπὸν τὸν τῆς κόμης καλλωπισμὸν ἀποτίθεται καὶ δουλαγωγεῖται, σαφῶς τῷ σχήματι τὴν ὑποταγὴν ἐνδεικνύμενον· ἃ δὲ τούτοις ἀκόλουθα καὶ τοῖς ἀρετὴν μεταθέουσι νόμιμα, ταῦτα διηγεῖσθαι παρίημι.

tionalis gregis ovile, vel potius divinam ſcholam virum adducit. Locum, Abbatis Anaſtaſii monaſterium (23) vocant, tribus, vel quatuor milliariis (24) ab urbe diſtans. Illic ſacrum agnum Iuſtino Monaſterii praeſidi offert, qui praeterquamquod multa ſapientia in divinis erat inſtructus, gregem ipſum noverat extra periculum paſcere, & lupis inacceſſum ſervare, forti pietatis muro cuſtoditum. Hic ſanctus vir novum hoſpitem in ſpiritali contubernio recepit, interque ſuos adſcripſit, vix dum exacto anno imperii religioſiſſimi Heraclii decimo (25), eumque tractandum, vel ut melius dicam inſtituendum tradidit viro, qui plane, ac probe norat in hac diſciplina a primis principiis eſſe incipiendum, ac ſeipſum tironi ſpecimen, & exemplar proponere. Pyrrhus hic erat noſter: non enim id committam, ut hoc neſciatis, velut arcanum quiddam hoc ipſum abſcondens. Itaque ut quemdam puerum, mollioribus rudimentis eum erudit, atque exercet, in litterarum, aliarumque rerum meditatione ipſum detinens, quae huius diſciplinae ſunt initia. Optima enim illa eſt inſtitutio, quae non niſi a primis elementis exorditur. Tum vero in Davidica cantione eum erudivit, tamquam ſub tuba ad debellandum adverſarium committens. Poſtquam autem viſum eſt ei, ſatis bene haec ſe habere praeludia, tum, coma prius abſciſſa, venerando aſcetae habitu eum munivit. Cum enim anima imperet corpori, recte corpus ipſum, ut captivum, comae ornatum dimittit, ſeque accommodat ſervituti, ipſo habitu ſubiectum ſe aperte demonſtrans. Sed quae ſunt hiſce conſentanea, & iis qui poſt virtutem currunt convenientia, praetereo dicere.

Ὀψοποιὸς ὁ μακάριος τοῖς ἀδελφοῖς προχειρίζεται, οὐ τεθρυμμένης τινὸς ἢ ἁβρᾶς ἑστιάσεως· μέλλει γὰρ αὐτοῖς οὐδενὸς, πλὴν ὅσον ἀναγκαίως καθυπουργῆσαι τῷ σώματι, καὶ λειτουργῆσαι τῇ σαρκὶ λειτουργίαν ἀνέγκλητον, ἀλλά τινος· ἐνταῦθά τις ἂν ἀξίως ἀγασθείη τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἀποικίλου καρυκείας τὸ ἔμμετρον, ἢ τῆς εὐπορίστου τοῖς πᾶσι τροφῆς, ἢ τόγε κρεῖττον τῆς τῶν τρόπων ἁπλότητος, δι' ἧς ἅπαντας καὶ πρόγε πάντων Θεὸς ἀνευφραίνετο· πάντα γὰρ ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται δίκαιος. Ἐκ δὲ τούτου ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνεται λειτουργίαν, οὐκ αὐτὸς αὐτῷ ταῦτα νομοθετῶν, τῷ δὲ προστάγματι πειθαρχῶν τῆς ἀσκήσεως. Κῆπος αὐτῷ πρὸς ἐπιμέλειαν ἐμπιστεύεται. Τί ἂν τὸ ὑπόλοιπον ἢ φροντίδας ἔχειν κηπωρικὰς, καὶ πρὸς τῇ γῇ τὸν λογισμὸν ἐνδιατρίβεσθαι; ὁ δὲ, καὶ γὰρ ἦν ἀμφιδέξιος, γεωργεῖ τὸν κάτω παράδεισον, καὶ τρυγᾷ τὸν ἄνω παράδεισον· ὕδατι καταπιαίνει τὴν γῆν, τὴν δὲ ψυχὴν ἀρδεύει τοῖς δάκρυσι, καὶ καρποφορεῖ καλῶς ἐφ' ἀμφοῖν. Δίκαιος γὰρ ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, προφητικῶς προηγόρευται, ὡσεὶ κέδρος, ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ, πληθυνθήσεται. Οὕτως αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ὁσημέραι λαμβανούσης ἐπίδοσιν, τότε ζήλῳ τῷ τῶν πατέρων βίῳ καὶ τοῖς θείοις οὐ παρέργως λογίοις τὴν ἀκοὴν ὑπετίθετο· ἐντεῦθεν ἐκ τῆς τῶν ἀγαθῶν πηγῆς τὴν σωτηρίαν πρὸς τὴν ψυχὴν εἰσρεόμενος, εἴπερ δέ τι παραῤῥυὲν τῷ βάθει τῶν λεγομένων διέφυγεν ἄγνωστον, ἀνερωτῶν τὸν διδάσκαλον, τὴν ἀποῤῥοὴν τῆς ἀγνοσίας ἀπέτρεπτε· εἰ δέ πω καὶ τοῖς τῶν καλλινίκων μαρτύρων ἐντύχοι διηγήμασιν, ἀεὶ δὲ τοῦτο πρὸς τὸ οἰκεῖον δι-

Coquus noſter Beatus, non ad delicatum, & molle convivium parandum, Fratribus deſtinatur. Nulla enim de hoc illis erat cura (26), niſi quantum neceſſitas cogit ſuppeditare corpori, & quoddam irreprehenſibile officium ex re quacumque praeſtare carni. Proinde quis ex merito virum, eiuſque in ſimplicibus condimentis adhibendis, & in cibo facile omnibus parabili proponendo modum, & quod melius eſt, eius morum ſuavitatem ſatis demirabitur, qua quidem omnes, & prae omnibus delectabatur Deus? *Omnia* enim *quaecumque faciet iuſtus, proſperabuntur* (27). Ex hoc autem ad aliud munus ille pertranſit, non ipſe ſibi haec officia praeſcribens, ſed aſceterii mandatis obediens. Hortus eius curae demandatur. Quid tum ei erat faciendum, niſi hortulani curas aſſumere (28), & humi cogitationes affigere? Sed ille, (erat enim ambidexter) paradiſum terreſtrem colit, & paradiſum caeleſtem vindemiat. Aqua terram fecundat, & animam irrigat lacrimis; utrimque autem uberem fructum colligit. *Iuſtus* enim, *ut palma florebit*, prophetice dictum eſt (29), *ſicut cedrus, quae in Libano eſt, multiplicabitur*. Ita quotidie eius virtuti nova fiebat acceſſio, ſed aemulatione quadam ille captus Sanctorum Patrum vitas, & divina oracula non obiter auſcultabat: atque ex hoc bonorum fonte ſalutem in animam inſtillans, ſi quid forte praeter ſluere, & ob dictorum profunditatem eius captum effugere videretur, ſtatim interrogans magiſtrum, ignorantiae

δυσφορώτερα καταγώγιον, ἀκάθεκτος τὴν ἐπιθυμίαν ἐγίνετο, ἐκλιπαρῶν τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ὁμοίοις ἐναθλῆσαι παλαίσμασιν· καὶ γνώμων ἀκριβὴς τοῦ πόθου τοῦ μάρτυρος ἡ συνεχὴς τῶν τοιούτων ἀνάγνωσις. Εἴωθε γάρ τις ἅπερ ἐρᾷ, καὶ ἀκοῇ, καὶ γλώττῃ, καὶ διὰ πάσης ἄγειν αἰσθήσεως, καὶ γυμνοῦται λοιπὸν ἡ διάθεσις, εἰ καὶ τὸ δοκεῖν τὸ ἐνόημα κρύπτεται. ταῦτα τοῦ μάρτυρος τὰ γυμνάσια, ταύταις ἑβδομὰς ἐτῶν ταῖς μελέταις ἐγγίνεται. Ὁ μὲν οὖν μισόκαλος δράκων, ὁ πάσης ἀντίπαλος ἀρετῆς, φθονῶν τῷ ἁγίῳ τῆς πρὸς Θεὸν ἀναβάσεως, ἀνεκίνει τὸ δυσσεβὲς αὐτῷ τῆς μαγγανείας ἀρρώστημα· εἶτα τῆς ὑγιοῦς ἀποπειρώμενος διαθέσεως ἐκλύειν, ταύτην ὑπώπτευε τῷ προτέρῳ νοσήματι, καὶ τὴν μαγικὴν, ὡς εἰπεῖν, Εὔαν ὑπέπεμπεν, ἐξάγειν ἐπιχειρῶν τοῦ παραδείσου τῆς πίστεως. Οὐ μὴν τὸν στέῤῥὸν ἐκεῖνον ἠπάτησεν ἄνθρωπον, ἤδη γὰρ αὐτῷ τὸ πονηρὸν ἐλέλυτο συνοικέσιον· ὅμως ἐκκαλύπτει τῷ διδασκάλῳ τὸ ἐγκάρδιον νόσημα, ἰατρεῦσαι δεόμενος τὸ πονούμενον· θεῖα γὰρ τῷ πατρὶ συνῄδει χαρίσματα. Τί οὖν ὁ μέγας ἐκεῖνος τῶν ψυχῶν ἰατρός; Συγκαλεῖται τοὺς ἀδελφοὺς πρὸς ἐπίσκεψιν, καὶ τὸν κάμνοντα νουθετῶν παραινέσεσι, τὰς εὐχὰς διδοὺς ἀντιφάρμακον, ποιεῖ τὸν ἰὸν ἐξεμέσαι τοῦ δράκοντος.

rantiae eluviem obſtruebat. Si quando autem invictorum Martyrum hiſtorias, quas legeret, inveniebat, (quod unum ſemper agebat, cum ſua in cella verſaretur) flagranti ardebat deſiderio, multa prece obteſtans Deum, ut pro eius amore ſimilia certamina obire ei quoque contingeret: cuius quidem deſiderii in noſtro Martyre certum erat iudicium rerum huiuſmodi aſſidua lectio. Solet enim ea quae quis amat, & auditu, & lingua, & omni ſenſu perſequi, ac tum demum animi diſpoſitio detegitur, quamvis ſpecie occultetur cogitatio. Haec itaque fuerunt Martyris exercitamenta. In hiſce rebus meditandis ſeptem annos conſumpſit (30). Verum boni cuiuslibet oſor, & omnis virtutis inimicus draco, invidens Sancto, quod tantum in Deum proficeret, impium magicae ſuperſtitionis morbum in eo ſopitum ſuſcitat, & a ſtatu ſalutis eum dimovere tentans, in priſtinae infirmitatis ſuſpicionem adducit, & magicam, ut ita dicam, Evam ſubmittit, ut a paradiſo fidei eum, ſi poſſit, expellat. Sed fortem virum dolo neutiquam decepit; iamdiu enim ab eius maligno diſceſſerat contubernio. Quin potius ille ſuo magiſtro cordis aegritudinem detegit, ut affectae parti medelam afferret obteſtans; inerat enim Patri divinorum chariſmatum cognitio. Quid tum igitur magnus ille animarum medicus? Convocat Fratres, qui morbum inſpiciant, & laborantem admonitionibus curans, & pro antidoto preces praeſcribens obtinet, ut draconis evomat venenum.

Ἀλλ' ἤδη μοι τὸ σκάφος τῶν λόγων ἐφ' ἑτέραν ἀγωγὴν εὐτρεπίζεται· οὐ γὰρ οἱ λιμένες τὸ πέρας, ἀλλ' ἡ τῶν φορτίων διάπρασις. Ὄναρ ὁ μακάριος ἢ τό γε ἀληθέστερον ὕπαρ ὁρᾷ, ἐγρηγόρει γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς Θεὸν, καὶ ὁ νοῦς οὐκ ἐκάθευδεν. Ἦν οὖν ὄψις ὄρος ἦν, οὐ ταυτὸν τοῖς ἄλλοις, καὶ οἷον χαμαίζηλον, μεγέθει δὲ μέγιστον καὶ κάλλει διαφανέστατον, καὶ τὴν κορυφὴν οὐρανῷ μᾶλλον ἢ γῇ πλησιέστερον. Εἱστήκει δὲ ὁ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ, καί τις νεανίας οἴνου φιάλην ὀρέγων ἐφίσταται. Οὐκ οὖν ὕλη ταύτῃ μικροπρεπής τις ἢ εὐώνυμος, ἀλλ' οἷα δορυφορεῖ τοὺς εὐδαιμονίας τέχνης διαπρεπὴς χρυσός· καὶ λίθοι δὲ αὐτὴν περιέστεφον πολυτελεῖς καὶ βασίλειοι· καὶ λέγοντος ἀκούειν ἐδόκει· σοὶ τὸ ποτήριον ἀπεχόηται τοῦτο· ὁ δὲ δεξάμενος ἔπιεν· καὶ γὰρ οὕτως ἡδὺ κατεφαίνετο. Εἶτα τῆς ὄψεως διαναστὰς, ἤδη γὰρ ἐνθουσιῶν ὑπῆρχε τὸ κεκινῆσθαι τῷ πνεύματι, πρὸς τὴν ἔννοιαν μελῳδιῶν ἀνεβίβαζεν· ἐπίστατο γὰρ λέγειν, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἡ νὺξ ἤδη τὴν ἁγίαν κυριακὴν προεκήρυττεν. Ἐδίδετο τοιγαροῦν αὐτῷ διὰ τοῦ ὀνείρατος ἡ προφητεία γραφικαῖς ἀναπτύξεσι σκιαγραφοῦσα τὴν τῶν μελλόντων ἀπόβασιν· Ἐπεὶ γὰρ ὑπερεώρα τῶν κάτω, καὶ τοῖς ἄνωθεν καὶ θειοτέροις προσέβλεπεν καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ, εἰς τὸ ὄρος ἀνέβη τοῦ Κυρίου, καὶ ἔστη ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ· ἔνθα τῇ πίστει βεβαίως ἱστάμενος τὸ ποτήριον τοῦ θανάτου δέχεται κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο· τῆς ὕλης δηλαδὴ τοῦ χρυσοῦ τὸ δόκιμον ἐμφαινούσης καὶ τίμιον. Εἶτα τὸ τερπνῶς ἐκποθὲν πόμα προεσκιάμενον τὴν δι' αἵματος ἑκούσιον τελευτὴν ὑπηνίττετο· ἡ δὲ περιτρέχουσα λίθος τὴν κύλικα, τὴν ἄνωθεν αὐτῷ δεξιὰν προσηγόρευε, τοῦ μάρτυρος

τὸν

Sed iam meae orationis cymba in aliam partem divertere feſtinat: non enim portus, ſed mercium divenditio, ſuſceptae navigationis eſt terminus. Somnium, vel quod verius dicam, viſionem (31) Beatus videt. Vigilabat enim anima ad Deum, nec mens plane dormiebat. Viſio itaque erat mons, non quales ceteri ſunt montes, humilis, & cubans humi, ſed magnitudine maximus, & aſpectu formoſiſſimus, ſua ſummitate caelo magis quam terrae proximus. In eo ſtabat vir Dei, cui adoleſcens quidam adſtitit vini poculum miniſtrans: cuius quidem poculi materies non erat vilis, & abiecta (32), ſed qualis in felicium virorum aedibus abundat, eximiae artis aurum, totumque erat illud pretioſis, ac regalibus gemmis ornatum. Sibi autem videbatur ita dicentem audire. Hic calix tibi affuſus eſt. Ille autem acceptum ebibit, & multa ſuavitate ſtatim perfundi viſus eſt. Tum vero a viſione conſurgens (erat enim iam furore correptus, quod ſpiritu divino intus (33) ageretur) ad Pſalmorum contemplationem proceſſit: ſciebat illud dicere; *De nocte conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quia lux praecepta tua ſuper terram* (34). Ac nox quidem illa diem ſanctam Dominicam praenunciabat. Data eſt igitur ei quaedam per ſomnium prophetia rerum futurarum exitum graphicis indiciis adumbrans. Nam cum ille terrena deſpiceret, & mundo eſſet corde ad caeleſtia, & divina ſuſcipienda paratus, *In montem aſcendit Domini, & ſtetit in loco ſancto eius* (35): ubi per fidem firmiter collocatus poculum mortis excipit iuxta Dominicam illam vocem, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte* (36); materia auri profecto demonſtrante ipſius poculi excellentiam, & pretium. Ipſe

autem

τὸν στέφανον ἐκ λίθου τιμίου λαμπρῶς ἐντριχίζουσαν· οὕτω τῇ προτυπώσει τῶν φαινέντων ψυχαγωγηθεὶς ὁ θαυμάσιος ἄνθρωπος, ἔν τινι τῶν ἱερῶν οἰκίζων, τῆς μονῆς προεστῶτα παραλαβὼν δι' αἰτήσεως, ῥίψας ἑαυτὸν ἐπ' ἐδάφους, τοὺς πόδας δακρύοις κατέκλυσε, καὶ βοῶν ἐλιπάρει. Δίδου μοι, Πάτερ τὴν τελευταίαν εὐχήν· δίδου μοι τῆς μακαρίας ἀποδημίας ἐφόδιον· δίδου μοι παραπομπὸν τῆς ἐκεῖ μετοικήσεως· οἶδα πάτερ τῷ κόπῳ σου με πῶς ἐφυτούργησας· οὐκ ἀγνοῶ τοῖς σοῖς με πῶς ἱδρῶσιν ἐπότισας· ἐπίσταμαι ταῖς σαῖς χερσὶ τὰς ἐμὰς ἀκάνθας ὅπως ἐξέκοψας· σύ με τῆς βιωτικῆς ναυαγίας διέσωσας, καὶ ταῖς ἀγκύραις καθώρμισας τῆς πίστεως. Ἀνέκρινε τοίνυν αὐτὸν ὁ πατήρ, ὅθεν τῆς μεταστάσεως ἐπαισθάνοιτο· ὁ δὲ παραυτίκα τὸν προφητικὸν ἀπεστόρησεν ὄνειρον, ἰσχυριζόμενος ἀγχίθυρον εἶναι τὸν κοινόν, ἢ τὸν ὁπωσοῦν αὐτῷ χρεωστούμενον θάνατον· ἀπεβάλλετο γὰρ διαρρήδην ἐξαγορεῦσαι τὰ μέλλοντα, τὴν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῷ φορτικῷ δεδοικὼς ἐπιτίμησιν. Ὁ δὲ πρὸς ἀρετὴν παραθήγων τὸν ἅγιον, Εὐφραίνου τέκνον, φησίν, εἰ τῶν ἐλπιζομένων ἐγγὺς εἶ δωρεῶν. ἀγώνιζε νῦν ἀνδρικώτερον, ἵνα στεφανωθείης λαμπρότερον· ἔτι μικρὸν ὑπολέλειπται κάματος, καὶ μεγάλη τῶν προσδοκωμένων ἡ ἄνεσις· ὀλίγος ἱδρὼς σβεννύει τὴν γέενναν· τῇ εὐσεβείᾳ τὴν τελευτὴν χαρισώμεθα, τῷ τέλει γὰρ τὰ πράγματα διακρίνονται· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὅσα τῶν ἀκοῶν κατεπῇδε τοῦ μάρτυρος μακρὸν ἀριθμήσασθαι, μήτι γε διηγήσασθαι. Τούτοις ἐπιρρωσθεὶς ὁ μακάριος, ἀεὶ γὰρ τῷ πατρὶ προσανεῖχε τὸν νοῦν, καὶ νόμον εἶχε τούτου τὰ ῥήματα, συντελεσθείσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τὸ πανάγιον τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα δεξάμενος τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοτράπεζος γίνεται· καὶ καθευδήσας μικρόν, ὅσον δὴ λαθεῖν τοὺς ὁμόφρονας, λαθραίως ἀφίπταται, οἷα νεοττὸς ἀετοῦ τὴν πτῆσιν τελέσιος μηκέτι φέρει τῇ καλιᾷ προσκαθίζεσθαι. Ἔξεισι τοίνυν μηδὲν ὅτι μὴ τῶν ἀναγκαίων τῆς σαρκὸς καλυμμάτων ἀγόμενος, καλὸν εὐσεβείας ἐμπόρευμα τὴν ἀχρηματίαν ἐνθέμενος· ἀκτημοσύνη γὰρ πλοῦτος αὐτῷ, καὶ πορισμὸς ἦν ἡ εὐσέβεια. Ἐντεῦθεν ἀπανίσταται πρὸς Διόσπολιν πρὸς ἀγῶνας, Γεωργίῳ τῷ μάρτυρι προσεντευξόμενος τῆς ὁμοίας ἀθλήσεως· φιλοῦσι γάρ πως οἱ ἄνθρωποι ἀγῶνος ἀρχόμενοι προσοικειοῦν ἑαυτοὺς τοῖς ἤδη νικήσασιν. Ἐκεῖθεν εἰς τὸ Γαριζὶν ὄρος μετέρχεται· ἔνθα τῷ λογισμῷ τὸν παῖδα τὸν Ἰσαὰκ προσανέφερεν, θύων τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, ἢ τὸ εὐάρεστον ἀρνοῦ πρὸς ὑπαλλαγὴν υἱοῦ ἐδέετο. Εἶτα καὶ πρὸς τὴν Στράτωνος ἥκει Καισάρειαν ἀγόμενος ἄνωθεν· ἤγετο γὰρ τῷ Θεῷ, θαυματουργίας ἐπίδειξις. Ἐν τοίνυν τῷ τεμένει τῆς πανυμνήτου Θεομήτορος ἐναυλίζεται· ὁπλιζομένῳ γὰρ πρὸς ἀγῶνας ἐχρῆν τοιοῦτον προσλαμβάνειν ὁρμητήριον. Ὡς δὲ δύο τῆς καταγωγῆς ἡμέραι διέδραμον, ἐπὶ τὸ τέμενος τῆς ἁγίας Εὐφημίας διαγνοὺς προσέπτατο, ἔνθα τῶν ἄθλων αὐτοῦ τὸ προοίμιον λαμβάνει .... τὴν γένεσιν. Θέαμά τι καθορᾷ τῶν ἐξ ξένων, κατά γε τὸν πρότερον τὸν βίον αὐτοῦ. Μάγοι προεστῶτες πῦρ ἀπεμαγγάνευον, σύστημα πονηρὸν, καὶ δαιμόνων ὑπήκοον. Τούτοις ἐγκάρδιος ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης ἐπέδραμεν,

παιων

autem calix coram oblatus, & cum voluptate hauſtus voluntariam per ſanguinis effuſionem mortem innuebat. Quae autem circum obibant calicem gemmae, dexteram in caelo, hoc eſt Martyris coronam ex pretioſo lapide ſplendide ornatam, eique praeparatam praenunciabant. Hac rerum apparentium praeſignificatione vir ille admirabilis illectus, in quadam ſacrarii partem ſe recipiens, monaſterii praeſidem rogat, ut illuc ſe conferat: ac tum humi provolutus coepit lacrimis eius pedes lavare, & clara voce obteſtari. Da mihi, Pater, extremum quod a te peto. Da mihi beatae ex hoc mundo profectionis viaticum. Da mihi ducem, & comitem, qui me illuſtrans migrantem dirigat. Novi, Pater, quod tuo me labore plantaſti: non ignoro, quod tuis me ſudoribus irrigaſti: ſcio, quod tuis manibus ſpinas meas excidiſti. Tu me ex huius ſaeculi naufragio ſervaſti (37), & anchoris fidei in portum deductum firmaſti. Interrogavit eum igitur Pater: unde, & quomodo ſuum ex hac vita tranſitum praeſentiret? At ille confeſtim propheticum enarravit ſomnium, ſecurus adfirmans, ſe quam citiſſime communem, vel quocumque alio modo debitam mortem eſſe ſubiturum. Cavebat enim diſerte exponere futura, veritus ne Pater, quod rem nimis gravem ſibi aſſumpſiſſet, reprehenderet. Sed ille ſanctum virum ad virtutem cohortatus, laetare, inquit, fili, ſi quae ſperaſti dona, iam prope es conſecuturus. Nunc decerta fortius, ut ſplendidius coroneris: parum adhuc ſupereſt laboris, *& magna poſt haec exſpectantium requies* (38). Parvus ſudor extinguit gehennam. In pietate commendemus mortem; *ex fine enim diſcernuntur opera; qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit* (39). Cetera quibus Martyris ſe inculcavit auribus nimis longum eſſet enumerare, ne dicam enarrare. Hiſce vir ſanctus confirmatus, ſemper enim in Patrem intendebat mentem, eiuſque verba pro lege ſumebat, ſacra liturgia peracta, & ſanctiſſimo Chriſti corpore, & ſanguine ſuſcepto, una cum Fratribus adſidet menſae; & cum poſtea tantum indormiſſet, quantum erat neceſſarium ad ſuum occultandum conſilium, clam evolat, ut pullus aquilae, qui ad volatum ultimus iam non amplius patitur inſidere nido. Itaque egreditur, nihil ſecum praeter neceſſaria carnis operimenta ferens, & pulchram pietatis mercem, inopiam aſportans. Pro divitiis enim ei erat paupertas, & pro lucro pietas (40). Hinc ad certamina proficiſcitur Dioſpolim (41), Georgium Martyrem deprecaturus (42), ut idem ſibi agonis genus ſubire contingeret. Amant enim homines, qui certamen ineunt, ad eos libenter accedere, qui iam victores evaſerunt. Tum vero in montem Garizin (43) aſcendit; ubi ſuae mentis filium Iſaac obtulit, ſacrificans Deo ſacrificium laudis, nec beneplacitum holocauſtum agni in commutationem filii poſtulavit (44). Deinde caelitus deductus venit Caeſaream Stratonis (45): vere enim ducebatur a Deo, quod erat miraculi demonſtratio. In aede igitur

ſem-

παίων τῇ γλώττῃ, καὶ τιτρώσκων τοῖς ῥήμασι· ψυχαὶ δὲ ἦσαν αὐτοῖς αἱ βαλλόμεναι, μηδενὸς ὅπλου λογικοῦ πρὸς ἄμυναν εὐπορήσασαι· στρατηγὸς γὰρ οὐκ ἦν αὐτοῖς εὐπαρεσκευασμένος. Παρεγύμνου τὸν λόχον, καὶ τὸν δόλον ἐμήνυε, τὴν γνῶσιν ὡς αὐτόμολος μὴ κλεπτόμενος. Τί πλανᾶσθέ, φησι, καὶ πλανᾶτε; τί τερατεύεσθε, καὶ κομπάζετε φλυνάφους πρὸς ἀπώλειαν ψυχῶν ἀνευρίσκοντες; Τῶν δὲ θαυμαζόντων, καὶ τὸν τρόπον ἀναζητούντων τῆς γνώσεως, ὑπολαβὼν ὁ θαυμάσιος, κἀγὼ τοῖς αὐτοῖς ἐστρατευμαι πρότερον· ἐνόσουν κἀγὼ τὸ παρ' ὑμῖν πολύτιμον νόσημα· ἐμαινόμην ποτὲ τὴν παραφορὰν τὴν ἑκούσιον. Τούτοις τὰ νῶτα δεδωκότες, καὶ καθομολογήσαντες τὴν ἀσέβειαν, ἐλιπάρουν ἐκπτυστὸν αὐτοῖς μὴ γενέσθαι τὸ σόφισμα, κέρδος ἡγούμενοι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀναχώρησιν. Ἤδη δέ πως αὐτοῦ τὸ λειπόμενον τῆς πορείας ἀνύοντος, τὴν τάξιν ἱππόται τοῖς προπυλαίοις τοῦ Δερβᾶς ἐφεζόμενοι, ὃ δὴ φίλον ἀρχεῖον παρ' Ἕλλησιν ὀνομάζεσθαι, θεασάμενοι τὸν μακάριον δήλαδη εἶναι κατάσκοπον. Τί οὖν ὁ γεννάδας ἐκεῖνος; ἀντιβλέψας γενναῖον, καὶ συνεπαναστάσας τῷ ὀνόματι, καὶ τὸ φρόνημα τὴν ἀδολεσχίαν τῶν ἀνδρῶν ἀπεφαύλιζεν· μήτηρ γὰρ τῆς καλῆς παῤῥησίας ἐστὶν εὐσέβεια. Ἐγώ ποτε τὴν αὐτὴν ὑμῖν τάξιν ἐτασσόμην, φησὶν, ἵππον ἀναβαίνων, καὶ τόξον ἐντείνων, ἀσπίδα προτείνων, καὶ σάριον ἀκοντίων· νῦν δὲ στρατεύομαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν ὑμετέρων κατόπτης οὐκ ἀφῖγμαι· καὶ ταῦτα κατέλεγεν ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ ἐκείνων ὑπάρχων κατάσκοπος· οὐ γὰρ ἔδει κρύπτειν, ὥς τι λῃστρικὸν, τὸ φιλόχριστον, ἢ ψεύδει τὴν σωτηρίαν ὠνήσασθαι, τόν γε τῆς ὄντως ἀληθείας ὑπήκοον. Εἶχον τὸ λοιπὸν τοῦ μάρτυρος κατὰ κράτος οἱ βάρβαροι, οἷα κυνῶν πλῆθος περιχυθέντες τῆς εὐσεβείας τὸν λέοντα. Τούτοις ἐπιγενόμενος ὁ Σελλάριος, τίς τε εἴη, καὶ γένος ἀνίχνευε· τὴν πεῦσιν ἀναπαύων τῇ ἀντιδόσει τῆς ἀποκρίσεως. Ἐκ δὲ τούτων τριταῖος ἐναυλισάμενος τῇ φρουρᾷ διημέρευσεν ἄσιτος, οὐκ ἀνορεξίᾳ τροφῆς χαλινούμενος, οὐ σπάνει τῶν τροφίμων σφιγγόμενος· ἀλλὰ τὸ μὴ φίλα φρονεῖν τοὺς προσάγοντας τὴν ἐδωδὴν ἀπεστρέφετο, δυσχεραίνων τοῦ γένους τὸ ὕφαλον, τὸν ἄνωθεν ἄρτον οὐ κόρακι κατὰ τὸν προφήτην δεχόμενος, τῷ πνεύματι δὲ νοερῶς χορηγούμενος.

ſemper praedicandae Dei Genitricis diverſatur: aequum enim erat, ut vir ad certamina paratus, & inſtructus talem arcem occuparet. Cum autem ibi manſiſſet duobus diebus, uſque ad templum S. Euphemiae progreditur, atque illic ſuae decertationis ſumit initium (46). Neſcio quid videt nec peregrinum, nec novum, nec a priſtino eius vivendi modo alienum. Magi ad ignem ſtantes praeſtigiis, & incantationibus operam dabant, rem malam, & daemoniis ſubditam agitantes. Hos verus Chriſti miles aggreditur, & lingua ferit, & vulnerat dictis, quibus eorum animas facile ſauciabat, nullis ſane armis rationalibus ad defenſam inſtructas, & quae ducem non habebant ad opus paratum. Tum ille eorum detegit malas artes, & inſidias aperit, rerum omnium, quibus operabantur, cognitionem ſe habere, ut transfuga, non abſcondens. Quid erratis, inquit, & in errorem alios adducitis? Quae vana monſtra fingitis, & in quo gloriamini, meras nugas in perditionem animarum excogitantes? Illis autem mirantibus, & unde haec ſciret inquirentibus, reſpondit Beatus. Ego etiam quondam huic veſtrae militiae adſcriptus fui: ego quoque hoc veſtro mirifico morbo laboravi, & voluntaria mentis inſania olim agebar. His illi dictis terga dantes, & propriam impietatem faſſi eum rogabant, ne id committeret, ut eorum ſophiſmata exſibilarentur, e re ſua eſſe arbitrantes, ſi vir ſanctus quam citiſſime diſcederet. Hic autem (47) vix dum paullum in itinere profecerat, cum equites ante veſtibulum excubantes Derbae (48), (quod ſolent Graeci Archion appellare) virum Beatum conſpicati, exploratorem eum eſſe dictitabant. Quid tum generoſus ille? Multum animoſe in illos oculos coniiciens, & contra nominis appellationem inſurgens, vanum eorum cogitatum, futilemque garrulitatem contempſit (49). Mater enim pulchrae ad loquendum libertatis eſt pietas. Ego etiam olim ex hoc veſtro ordine, inquit, unus fui, & equum aſcendere, & curvare arcum, & ſcutum protendere, & haſtam vibrare novi. Nunc autem ſub Chriſto milito, nec rerum veſtrarum ſpeculator advenio. Haec autem dicens ſui potius, quam illorum delator fit: nec enim opus erat, ut rem quaſi clancularium, ſuum in Chriſtum amorem abſconderet, aut ſalutem mercaretur mendaciis, qui ſe totum ei, qui ſuper omnia veritas eſt, ſubdidiſſet. Comprehenderunt itaque fortiter Martyrem barbari, ut canum multitudo in pietatis leonem una ſimul irruentes. Interea ſuperveniens Sellarius (50), quis ſit, & quo genere, inquirit, interrogationes ſuas illo reſpondente ſuſpendens. Poſt haec Beatus in cuſtodia detentus integros tres dies ieiunus tranſegit, non cibi faſtidio fraenatus, non alimentorum inopia conſtrictus; ſed quod eos (51), qui cibum afferebant, ut nimis aliena ſentientes, averſaretur, fraudulentum gentis ingenium habens inviſum: nec tamen panis e caelo ei erat a corvo, ut prophetae (52) delatus, ſed ſpiritu tantum intellectualiter ſuppeditatus.

Ἐπεὶ δὲ τὸν Μαρζαβανᾶν αὖθις ἡ πόλις ἐδέχετο, καὶ γὰρ ἔτυχεν οὐκ ἔνδημος ὤν, διαγγέλλει παρ' αὐτὸν ὁ Σελλάριος, τῷ ἀρχείῳ παραστησάμενος τὸν μακάριον· ὁ δὲ ἐπιδημίας τὸν νέον καιρὸν οὐ παρεῖχε τῆς πρὸς τὸν μάρτυρα διαλέξεως· φιλεῖ γὰρ πλῆθος δήμου τοῖς ἐξ ἀποδημίας προσγίνεσθαι. Παρίσταταί τις αὐτῷ τὴν ἀρετὴν σπουδαῖος ἀνὴρ καὶ ὡς ἐν ξένοις γνωστός· ἤδη γὰρ αὐλιζόμενον ἐν τῷ τῆς Θεομή-

Cum autem rurſus in urbem ſe contuliſſet Marzabanas (53) (ibi enim non erat, cum ea facta ſunt) ſtatim ei omnia renunciat Sellarius, in Praetorio (54) ſiſtens Beatum. Sed cum ille nuper adveniſſet, cum Martyre agere non potuit: ſolet enim undique populus ad eos, qui ex itinere revertuntur, concurrere. Interea adſtitit Sancto vir quidam virtute inſignis, & inter extraneos quaſi notus; iamdiu enim cum

θαυματουργὸς ἐνεργεῖ που· καὶ καταμαθὼν τῆς ἐπιστασίας τὸ αἴτιον, τῆς ἐνάρξεως αὐτὸν εὐδαιμόνιζε, καὶ πρὸς τὸ πέρας ὑπέθηγεν, ὡς ἔθος τῶν θεατὰς τοῖς ἀθληταῖς ἐγκελεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ προκάθητο μὲν ὁ Μαρζαβανᾶς, προσλαβών τι καὶ τοῦ φρυάγματος, ὀψὲ δὲ τῷ μάρτυρι γέγονεν εἴσοδος. Τὴν πάτριον εὐθὺς ἠρνεῖτο προσκύνησιν, τρόπῳ δημιουργῶν τὴν μετάθεσιν, καὶ σχήματι σημαίνων τῆς ψυχῆς τὸ ἀδούλωτον, κακίστης ὑποταγῆς ἀνακόπτων τὴν ὕπαρξιν· τοῦ δράκοντος γὰρ τὴν κεφαλὴν ἐφυλάττετο, τῆς πτέρνης αὐτοῦ μὴ καταλιμπάνων ὑπόνοιαν· εἰ γὰρ τὼ χεῖρε δήσας τὴν κεφαλὴν τῇ γῇ προσεκεκλίκει, εἶχεν ἂν ὁ ἀντίπαλος φθέγγεσθαι. Ἡμέτερον τὸ προοίμιον· οὐκ ἐξέβαλλε τὴν μνήμην τῶν πατρίων ὁ ἄνθρωπος· τῇ θέᾳ μόνῃ τοῦ δικαστοῦ καταπέπληκται· ἔτι μικρὸν δικαστά, καὶ μεταχωρήσει πάλιν αἰχμάλωτος. Ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα σοφῶς ἐξεσφάκισεν. Τότε ὁ Μαρζαβανᾶς συσπῶν τὰς ὀφρῦς, καὶ τὴν ἀπειλὴν ἐξαγγέλλων τῷ βλέμματι, ἐγχρονίζει τῇ σιωπῇ, τῇ ἐλπίδι τοῦ φθέγματος φοβερωτέραν ποιῶν τὴν ἐρώτησιν· εἶτά φησι, τίς τε εἶ, καὶ πόθεν· ὦ οὗτος, ἀπάγγελλε. Ὁ δὲ, Χριστιανὸς ἀληθινός εἰμι. Πλήρης θείας χάριτος ἡ ἀπόκρισις· τῇ πρώτῃ λέξει τοξεύει τὸν δράκοντα, τῇ νευρᾷ τῆς ψυχῆς εὐτόνως ἱστάμενος. Χριστιανὸς ἀληθινός εἰμι· τοῦτ᾽ ἔστιν ὑπάρχει εἰπεῖν, βασιλική μοι σφραγὶς ἐπιβέβληται, καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς σωτηρίας οὐ κλέπτομαι· εἰ δέ σοι φίλον, καὶ ὅθεν διδάσκεσθαι, Πέρσης τὸ γένος, Ῥαζὴχ μοι χώρα, καὶ πατρὶς Ῥασνουνί, τὴν τάξιν ἱππότης, τὸ ἐπιτήδευμα μάγος, καὶ τὴν ἀχλὺν τῆς πλάνης φυγὼν ταῖς ἀκτῖσι τῆς ἀληθείας κατέφυγον. Τῶν ῥημάτων τῆς ἀσφαλείας ὑπέρευγε· ὡς σοφὸς στρατιώτης τὴν ἀσπίδα προτάξας τῆς πίστεως τῶν ἀσθενεστέρων ἀσφαλίζεται τὸ εὐάλωτον. Ὡς ἀληθῶς καλλίστη τῶν ῥημάτων ἡ πρόοδος· ἔπρεπε γὰρ ὡς ἐλευθέρας ἡγεῖσθαι τῆς πίστεως συγγένειαν, ὡς δὲ δούλην ἕπεσθαι τὴν τοῦ σώματος. Αὖθις ὑπολαβὼν ὁ Σελλάριος· ἀναφρόνησον, ἄνθρωπε, τοῦ νοσήματος, καὶ τὸ ὑγιαῖνον τῆς θρησκείας ἀνάλαβε, καὶ παρ᾽ ἡμῶν ἔσται σοι κτηνῶν δεσποτεία, πλούτου περιουσία, καὶ δωρεῶν κατάλογος ἄπειρος. Καταπλήξεως οὐ μικρᾶς τὸ λεγόμενον. Δοκεῖ τι τοιοῦτο βοᾶν. Ἰατρεύσομέν σου τὴν νόσον ἡμεῖς, ἀλλὰ παρέξομέν σοι μισθὸν τῆς ὑγείας, ὦ ἄνθρωπε. Πρὸς ταῦτα ὁ μακάριος· μὴ δῴη μοι ὁ Θεὸς τῆς ἀγαπήσεως ἐκπεσεῖν τοῦ Χριστοῦ μου. Διελέγχει σου τὰς δωρεάς, δικαστά, στηλιτεύει τὴν ἄνοιαν· οὐκ ἀνέχεται κερδαίνειν φθαρτά, Θεὸν ἄφθαρτον ζημιούμενος· ἀνατρέπει δωρεῶν ὀγκώντων ἀσέβειαν. Μισῶ πλοῦτον, τὸν ἄνω θησαυρὸν ἀποκλείοντα. Εἶτα τὸ ἀφιλότιμον διαπτύων τοῦ σχήματος. Τί οὖν ἐπιτερπὴς ἡ τῶν ῥακίων σοι πέφυκεν ἔνδυσις; Καὶ γὰρ τούτοις σεμνύνομαι. Ὁ μὲν γυμνῶσαι σπεύδει τῆς εὐσεβείας τοῦ θώρακος· ὁ δὲ περιτίθεται μᾶλλον, τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτὸν δεικνὺς ἀνάλωτον. Δαιμονᾷς, φησιν, ὦ ἄνθρωπε, ἔοικεν. Ὁ δὲ, πρώην ἐγεγόνειν δαίμοσι καταγώγιον, νῦν δὲ τέμενος ὑπάρχω Χριστοῦ, δι᾽ ὃν δραπετεύουσι δαίμονες. Εἶτά φησιν· οὐ φοβῇ, μή πως ἀνασκολοπισθῆναι δεήσῃ, βασιλέως κελεύοντος; Ἐπαγαγὼν ὁ μάρτυς· ἄνθρωπον οἶδα, καὶ βασιλέα,

cum viderat, cum in Dei Genitricis templo diverſaretur. Cauſſam hic edoctus, qua Sanctus detinebatur, beatum eum eſſe dixit (55), quod tantum opus eſſet aggreſſus, adiecitque ſtimulos, ut inceptum abſolveret, quemadmodum ſpectatores ſolent athletas hortari. Cum autem coram, & publice non ſine quodam faſtu, Marzabanas conſediſſet, tandem Martyr introductus eſt: qui ſtatim, iuxta patriam conſuetudinem, eum adorare negavit (56), ipſo ſtatu corporis ad alios mores ſe compoſuiſſe demonſtrans, animamque ſervire neſciam habitu declarans; ut peſſimae ſubiectionis exemplum ipſo ſtatim initio reſcinderet. Draconis enim caput timebat, calcanei eius ſuſpicionem numquam dimittens. Si enim ligatis manibus caput in terram inclinaſſet, dixiſſet utique adverſarius: Noſtrum eſt initium: patria inſtituta ex viri memoria non exciderunt: ſolo iudicis aſpectu territus eſt: paullum adhuc iudex exſpecta, atque iterum ille ad ſervitutem redibit. Sed hanc eius ſpem Beatus ſapienter fecit irritam. Tum Marzabanas contrahens (57) ſupercilia, & minas oculis ſpirans, paullum immoratur ſilentio, ipſa loquendi ſpe terribiliorem ad interrogandum ſe demonſtrans. Tum demum: Quis tu, inquit, & unde es? Heus tu loquere. Et ille, Chriſtianus verus ſum. Plena divinae gratiae reſponſio. Primis hiſce verbis Draconem ferit arcu, animae nervo fortiter incumbens. Chriſtianus verus ſum: quaſi dicat: Ego regio ſigillo ſignatus ſum, & ſalutis theſaurum non furor. Si autem tibi placet, & unde ſim, ſcire: Perſes ſum genere, e regione Razech: patria mihi Raſnuni (58). Eques quondam, & magnus fui, ſed veritatis radiis illuſtratus erroris tenebras averſatus fugi. Plenum confidentiae ſermonem effundit. Ut miles peritus ſcuto fidei protento, quae ſunt ob imbecillitatem ad capiendum faciliora, tutatur. O vere pulcherrimum ſermonis exordium! Aequum enim erat, ut tamquam ſerva ſequeretur corporis nativitas. Rurſus Sellarius inquit: Homo reſipiſce iam tandem ab infirmitate tua, & recipe noſtrae religionis ſalutare: ac erit apud nos tibi pecudum multa poſſeſſio, divitiarum copia, & multorum donorum delecta varietas. Non parvi ponderis haec erant verba: id enim videbantur ſonare. Homo, nos infirmitatem tuam curabimus, & mercedem etiam pro recepta ſalute tibi dabimus. Ad haec Beatus. Non permittat Deus dilectionis meae, ut ego umquam excidam a Chriſto meo. Tua dona refutat, o iudex, & tuam inſipientiam manifeſtat. Non curat lucrari mortalia, ut Deum immortalem amittat. Faſtidit ille ſuperborum donorum impietatem. Odi, inquit, divitias, quae mihi caeleſtem theſaurum occludunt. Tum ille eius veſtis vilitatem contemnens: Tantum ne tibi arridet hoc lacerum, ac detritum indumentum? Utique haec eſt gloriatio mea. Itaque ille pietatis lorica eum nudare contendit, ſed Beatus ea ſe magis, magiſque involvit, inexpugnabilem inimicis ſe demonſtrans. A daemonio, ait ille, ut videtur,

παίων τῇ γλώττῃ, καὶ τιτρώσκων τοῖς ῥήμασι· ψυχαὶ δὲ ἦσαν αὐτοῖς αἱ βαλλόμεναι, μηδενὸς ὅπλου λογικοῦ πρὸς ἄμυναν εὐπορήσασαι· στρατηγὸς γὰρ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς εὐπαράσκευος. Παραγυμνοῖ τὸν λόγον, καὶ τὸν δόλον ἐμήνυσε, τὴν γνῶσιν ὡς αὐτόμολος μὴ κλεπτόμενος. Τί πλανᾶσθε, φησί, καὶ πλανᾶτε; τί τερατεύεσθε, καὶ κομπάζετε φληνάφους πρὸς ἀπώλειαν ψυχῶν ἀνευρίσκοντες; Τῶν δὲ θαυμαζόντων, καὶ τὸν τρόπον ἀναζητούντων τῆς γνώσεως, ὑπολαβὼν ὁ θαυμάσιος, κἀγὼ τοῖς αὐτοῖς ἐστράτευμαι πρότερον· ἐνόσουν κἀγὼ τὸ παρ' ὑμῖν πολύτιμον νόσημα· ἐμαινόμην ποτὲ τὴν παραφορὰν τὴν ἑκούσιον. Τούτοις τὰ νῶτα διδόντες, καὶ καθομολογήσαντες τὴν ἀσέβειαν, ἐλιπάρουν ἐκπτύσειν αὐτοῖς μὴ θρυλεῖσθαι τὸ σόφισμα; κέρδος ἡγούμενοι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀναχώρησιν. Ἤδη δέ πως αὐτοῦ τὸ λειπόμενον τῆς πορείας ἀνύοντος, τὴν τάξιν ἱκανῶς τοῖς προπυλαίοις τοῦ Δερβᾶς ἐφιζάνοντες, ὃ δὴ φίλον ἀρχεῖον παρ' Ἕλλησιν ὀνομάζεσθαι, θεασάμενοι τὸν μακάριον διελάλουν εἶναι κατάσκοπον. Τί οὖν ὁ γεννάδας ἐκεῖνος; ἀντιβλέψας γενναῖον, καὶ συνεπαναστὰς τῷ ὀνόματι, καὶ τὸ φρόνημα τὴν ἀδολεσχίαν τῶν ἀνδρῶν ἀπεφαύλιζεν· μήτηρ γὰρ τῆς καλῆς παῤῥησίας ἐστὶν εὐσέβεια. Ἐγώ ποτε τὴν αὐτὴν ὑμῖν τάξιν ἐτασσόμην, φησίν, ἵππον ἀναβαίνων, καὶ τόξον ἐντείνων, ἀσπίδα προτείνων, καὶ σείων ἀκόντιον· νῦν δὲ στρατεύομαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν ὑμετέρων κατόπτης οὐκ ἀφῖγμαι· καὶ ταῦτα κατέλεγεν ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ ἐκείνων ὑπάρχων κατάσκοπος· οὐ γὰρ ἔδει κρύπτειν, ὥς τι λῃστρικὸν, τὸ φιλόχριστον, ἢ ψεύδει τὴν σωτηρίαν ὠνήσασθαι, τόν γε τῆς ὄντως ἀληθείας ὑπήκοον. Εἶχον τὸ λοιπὸν τοῦ μάρτυρος κατὰ κράτος οἱ βάρβαροι, εἶτα κυνῶν πλῆθος περιχυθέντες τῆς εὐσεβείας τὸν λέοντα. Τούτοις ἐπιγενόμενος ὁ Σελλάριος, τίς τε εἴη, καὶ γένος ἀνέκρινε· τὴν πεῦσιν ἀναπαύων τῇ ἀντιδόσει τῆς ἀποκρίσεως. Ἐκ δὲ τούτων τριταῖος ἐναυλισάμενος τῇ φρουρᾷ διημέρευσεν ἄσιτος, οὐκ ἀνορεξίᾳ τροφῆς χαλινούμενος, οὐδ' ἀπορίᾳ τῶν τροφῶν σφιγγόμενος· ἀλλὰ τὸ μὴ φίλα τοῖς τῶν προσάγοντας τὴν ἐδωδὴν ἀπεστρέφετο, δυσχεραίνων τοῦ γένους τὸ ὕφαλον, τὸν ἄνωθεν ἄρτον οὐ κόρακι κατὰ τὸν προφήτην δεχόμενος, τῷ πνεύματι δὲ νοερῶς χορηγούμενος.

ſemper praedicandae Dei Genitricis diverſatur: aequum enim erat, ut vir ad certamina paratus, & inſtructus talem arcem occuparet. Cum autem ibi manſiſſet duobus diebus, uſque ad templum S. Euphemiae progreditur, atque illic ſuae decertationis ſumit initium (46). Neſcio quid videt nec peregrinum, nec novum, nec a priſtino eius vivendi modo alienum. Magi ad ignem ſtantes praeſtigiis, & incantationibus operam dabant, rem malam, & daemoniis ſubditam agitantes. Hos verus Chriſti miles aggreditur, & lingua ferit, & vulnerat dictis, quibus eorum animas facile ſauciabat, nullis ſane armis rationalibus ad defenſam inſtructas, & quae ducem non habebant ad opus paratum. Tum ille eorum detegit malas artes, & inſidias aperit, rerum omnium, quibus operabantur, cognitionem ſe habere, ut transfuga, non abſcondens. Quid erratis, inquit, & in errorem alios adducitis? Quae vana monſtra fingitis, & in quo gloriamini, meras nugas in perditionem animarum excogitantes? Illis autem mirantibus, & unde haec ſciret inquirentibus, reſpondit Beatus. Ego etiam quondam huic veſtrae militiae adſcriptus fui: ego quoque hoc veſtro mirifico morbo laboravi, & voluntaria mentis inſania olim agebar. His illi dictis terga dantes, & propriam impietatem faſſi eum rogabant, ne id committeret, ut eorum ſophiſmata exſibilarentur, e re ſua eſſe arbitrantes, ſi vir ſanctus quam citiſſime diſcederet. Hic autem (47) vix dum paullum in itinere profecerat, cum equites ante veſtibulum excubantes Derbae (48), (quod ſolent Graeci Archion appellare) virum Beatum conſpicati, exploratorem eum eſſe dictitabant. Quid tum generoſus ille? Multum animoſe in illos oculos coniiciens, & contra nominis appellationem inſurgens, vanum eorum cogitatum, futilemque garrulitatem contempſit (49). Mater enim pulchrae ad loquendum libertatis eſt pietas. Ego etiam olim ex hoc veſtro ordine, inquit, unus fui, & equum aſcendere, & curvare arcum, & ſcutum protendere, & haſtam vibrare novi. Nunc autem ſub Chriſto milito, nec rerum veſtrarum ſpeculator advenio. Haec autem dicens ſui potius, quam illorum delaror fit: nec enim opus erat, ut rem quaſi clancularıam, ſuum in Chriſtum amorem abſconderet, aut ſalutem mercaretur mendaciis, qui ſe totum ei, qui ſuper omnia veritas eſt, ſubdidiſſet. Comprehenderunt itaque fortiter Martyrem barbari, ut canum multitudo in pietatis leonem una ſimul irruentes. Interea ſuperveniens Sellarius (50), quis ſit, & quo genere, inquirit, interrogationes ſuas illo reſpondente ſuſpendens. Poſt haec Beatus in cuſtodia detentus integros tres dies ieiunus tranſegit, non cibi faſtidio fraenatus, non alimentorum inopia conſtrictus; ſed quod eos (51), qui cibum afferebant, ut nimis aliena ſentientes, averſaretur, fraudulentum gentis ingenium habens inviſum: nec tamen panis e caelo ei erat a corvo, ut prophetae (52) delatus, ſed ſpiritu tantum intellectualiter ſuppeditatus.

Ἐπεὶ δὲ τὸν Μαρζαβανᾶν αὖθις ἡ πόλις ἐδέχετο, καὶ γὰρ ἔτυχεν οὐκ ἔνδημος ὤν, διαγγέλλει παρ' αὐτὸν ὁ Σελλάριος, τῷ ἀρχείῳ παραστησάμενος τὸν μακάριον· ὁ δὲ ἀποδημίας τὸν νέον καιρὸν οὐ παρέσχε τῆς πρὸς τὸν μάρτυρα διαλέξεως· φιλεῖ γὰρ πλῆθος δήμου τοῖς ἐξ ἀποδημίας προσγίνεσθαι. Παρίσταταί τις αὐτῷ τὴν ἀρετὴν σπουδαῖος ἀνὴρ καὶ ὡς ἐν ξένοις γνωστός· ἤδη γὰρ αὐλιζόμενον ἐν τῷ τῆς Θεομή-

Cum autem rurſus in urbem ſe contuliſſet Marzabanas (53) (ibi enim non erat, cum ea facta ſunt) ſtatim ei omnia renunciat Sellarius, in Praetorio (54) ſiſtens Beatum. Sed cum ille nuper adveniſſet, cum Martyre agere non potuit: ſolet enim undique populus ad eos, qui ex itinere revertuntur, concurrere. Interea adſtitit Sancto vir quidam virtute inſignis, & inter extraneos quaſi notus; iamdiu enim eum

Θεομήτορος ἐνησκήνει ναῷ· καὶ καταμαθὼν τῆς ἐπιστασίας τὸ αἴτιον, τῆς ἐνάρξεως αὐτὸν εὐδαιμόνιζε, καὶ πρὸς τὸ πέρας ὑπέθηγεν, ὡς ἔθος τῶν θεατὰς τοῖς ἀθληταῖς ἐγκελεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ προκάθητο μὲν ὁ Μαρζαβανᾶς, προσλαβών τι καὶ τοῦ φρυάγματος, ὀψὲ δὲ τοῦ μάρτυρι γέγονεν εἴσοδος. Τὴν πάτριον εὐθὺς ἠρνεῖτο προσκύνησιν, τρόπῳ δημιουργῶν τὴν μετάθεσιν, καὶ σχήματι σημαίνων τῆς ψυχῆς τὸ ἀδούλωτον, κακίστης ὑποταγῆς ἀνακόπτων τὴν ἔναρξιν· τοῦ δράκοντος γὰρ τὴν κεφαλὴν ἐφυλάττετο, τῆς πτέρνης αὐτοῦ μὴ καταλιμπάνων ὑπόνοιαν· εἰ γὰρ τὼ χεῖρε δήσας τὴν κεφαλὴν τῇ γῇ προσκατέκλινεν, εἶχεν ἂν ὁ ἀντίπαλος φθέγγεσθαι· Ἡμέτερον τὸ προοίμιον· οὐκ ἐξήμβλωσε τὴν μνήμην τῶν πατρίων ὁ ἄνθρωπος· τῇ θέᾳ μόνῃ τοῦ δικαστοῦ καταπέπληκται· ἔτι μικρὸν δικαστά, καὶ μεταχωρήσει πάλιν αἰχμάλωτος. Ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα σοφῶς ἐξωστράκισεν. Τούτοις ὁ Μαρζαβανᾶς τοξοποιῶν τὰς ὀφρῦς, καὶ τὴν ἀπειλὴν ἐξαγγέλλων τῷ βλέμματι, ἐγχρονίζει τῇ σιωπῇ, τῇ ἐλπίδι τοῦ φθέγματος, φοβερωτέραν ποιῶν τὴν ἐρώτησιν· εἶτά φησι, τίς τε εἶ, καὶ πόθεν· ὦ οὗτος, ἀνάγγελλε. Ὁ δὲ, Χριστιανὸς ἀληθινός εἰμι. Πλήρης θείας χάριτος ἡ ἀπόκρισις· τῇ πρώτῃ λέξει τοξεύει τὸν δράκοντα, τῇ νευρᾷ τῆς ψυχῆς εὐτόνως ἱστάμενος. Χριστιανὸς ἀληθινός εἰμι· ταὐτὸν ὑπῆρχεν εἰπεῖν, βασιλική μοι σφραγὶς ἐπιβέβληται, καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς σωτηρίας οὐ κλέπτομαι· εἰ δέ σοι φίλον, καὶ ὅθεν διδάσκεσθαι, Πέρσης τὸ γένος, Ῥαζὴχ μοι χώρα, καὶ πατρὶς Ῥασνουνί, τὴν τάξιν ἱππότης, τὸ ἐπιτήδευμα μάγος, καὶ τὴν ἀχλὺν τῆς πλάνης φυγὼν ταῖς ἀκτῖσι τῆς ἀληθείας κατέφυγον. Τῶν ῥημάτων τῆς ἀσφαλείας ὑπέρευγε· ὡς σοφὸς στρατιώτης τὴν ἀσπίδα προτάξας τῆς πίστεως τὸ ἀσθενέστερον ἀσφαλίζεται τὸ εὐάλωτον. Ὡς ἀληθῶς καλλίστη τῶν ῥημάτων ἡ πρόοδος· ἔπρεπε γὰρ ὡς ἐλευθέραν ἡγεῖσθαι τῆς πίστεως συγγένειαν, ὡς δὲ δούλην ἕπεσθαι τὴν τοῦ σώματος. Αὖθις ὑπολαβὼν ὁ Σελλάριος· ἀναφρόνησον, ἄνθρωπε, τοῦ νοσήματος, καὶ τὸ ὑγιαῖνον τῆς θρησκείας ἀνάλαβε, καὶ παρ' ἡμῶν ἔσται σοι κτηνῶν δεσποτεία, πλούτου περιουσία, καὶ δωρεῶν κατάλογος ἕτερος. Καταπλήξεως οὐ μικρᾶς τὸ λεγόμενον. Δοκεῖ τι τοιοῦτο βοᾶν. Ἰατρεύσομέν σου τὴν νόσον ἡμεῖς, ἀλλὰ παρέξομέν σοι μισθὸν τῆς ὑγείας, ὦ ἄνθρωπε. Πρὸς ταῦτα ὁ μακάριος· μὴ δῴη μοι ὁ Θεὸς τῆς ἀγαπήσεως ἐκπεσεῖν τοῦ Χριστοῦ μου. Διελέγχει σου τὰς δωρεάς, δικαστά, στηλιτεύει τὴν ἄνοιαν· οὐκ ἀνέχεται κερδῆσαι φθαρτά, Θεὸν ἄφθαρτον ζημιούμενος· ἀποστρέφεται δωρεῶν ὀγκώντων ἀσέβειαν. Μισῶ πλοῦτον, τὸν ἄνω θησαυρὸν ἀποκλείοντα. Εἶτα τὸ ἀφιλότιμον διαπτύων τοῦ σχήματος. Τί οὖν ἐπιτερπὴς ἡ τῶν ῥακίων σοι πέφυκεν ἔνδυσις; Καὶ γὰρ τούτοις σεμνύνομαι. Ὁ μὲν γυμνῶσαι σπεύδει τῆς εὐσεβείας τοῦ θώρακος· ὁ δὲ περιτίθεται μᾶλλον, τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτὸν δεικνύων ἀνάλωτον. Δαιμονᾷ, φησιν, ὁ ἄνθρωπος ἔοικεν. Ὁ δὲ, πρώην ἐγεγόνειν δαίμοσι καταγώγιον, ναοῦ δὲ τέμενος ὑπάρχω Χριστοῦ, δι' ὃν δραπετεύουσι δαίμονες. Εἶτά φησιν· οὐ φοβῇ, μή πως ἀνασκολοπισθῆναι δεήσῃ, βασιλέως κελεύοντος; Ἐπαγαγὼν ὁ μάρτυς· ἄνθρωπον οἶδα, καὶ βασιλέα,

cum viderat, cum in Dei Genitricis templo diverſaretur. Cauſſam hic edoctus, qua Sanctus detinebatur, beatum eum eſſe dixit (55), quod tantum opus eſſet aggreſſus, adiecitque ſtimulos, ut inceptum abſolveret, quemadmodum ſpectatores ſolent athletas hortari. Cum autem coram, & publice non ſine quodam faſtu, Marzabanas conſediſſet, tandem Martyr introductus eſt: qui ſtatim, iuxta patriam conſuetudinem, eum adorare negavit (56), ipſo ſtatu corporis ad alios mores ſe compoſuiſſe demonſtrans, animamque ſervire neſciam habitu declarans; ut peſſimae ſubiectionis exemplum ipſo ſtatim initio reſcinderet. Draconis enim caput timebat, calcanei eius ſuſpicionem numquam dimittens. Si enim ligatis manibus caput in terram inclinaſſet, dixiſſet utique adverſarius: Noſtrum eſt initium: patria inſtituta ex viri memoria non exciderunt: ſolo iudicis aſpectu territus eſt: paullum adhuc iudex exſpecta, atque iterum ille ad ſervitutem redibit. Sed hanc eius ſpem Beatus ſapienter fecit irritam. Tum Marzabanas contrahens (57) ſupercilia, & minas oculis ſpirans, paullum immoratur ſilentio, ipſa loquendi ſpe terribiliorem ad interrogandum ſe demonſtrans. Tum demum: Quis tu, inquit, & unde es? Heus tu loquere. Et ille, Chriſtianus verus ſum. Plena divinae gratiae reſponſio. Primis hiſce verbis Draconem ferit arcu, animae nervo fortiter incumbens. Chriſtianus verus ſum: quaſi dicat: Ego regio ſigillo ſignatus ſum, & ſalutis theſaurum non furor. Si autem tibi placet, & unde ſim, ſcire: Perſes ſum genere, e regione Razech: patria mihi Raſnuni (58). Eques quondam, & magnus fui, ſed veritatis radiis illuſtratus erroris tenebras averſatus fugi. Plenum confidentiae ſermonem effundit. Ut miles peritus ſcuto fidei protento, quae ſunt ob imbecillitatem ad capiendum faciliora, tutatur. O vere pulcherrimum ſermonis exordium! Aequum enim erat, ut tamquam ſerva ſequeretur corporis nativitas. Rurſus Sellarius inquit: Homo reſipiſce iam tandem ab infirmitate tua, & recipe noſtrae religionis ſalutare: ac erit apud nos tibi pecudum multa poſſeſſio, divitiarum copia, & multorum donorum delecta varietas. Non parvi ponderis haec erant verba: id enim videbantur ſonare. Homo, nos infirmitatem tuam curabimus, & mercedem etiam pro recepta ſalute tibi dabimus. Ad haec Beatus. Non permittat Deus dilectionis meae, ut ego umquam excidam a Chriſto meo. Tua dona refutat, o iudex, & tuam inſipientiam manifeſtat. Non curat lucrari mortalia; ut Deum immortalem amittat. Faſtidit ille ſuperborum donorum impietatem. Odi, inquit, divitias, quae mihi caeleſtem theſaurum occludunt. Tum ille eius veſtis vilitatem contemnens: Tantum ne tibi arridet hoc lacerum, ac detritum indumentum? Utique haec eſt gloriatio mea. Itaque ille pietatis lorica eum nudare contendit, ſed Beatus ea ſe magis, magiſque involvit, inexpugnabilem inimicis ſe demonſtrans. A daemonio, ait ille, ut videtur,

βασιλέα, καὶ σέ. Τούτοις ζέσας ὁ Μαρζαβανᾶς τῷ θυμῷ, πρὸς τὸ φρούριον ἑλκέσθω, ἔφη· ἀχθοφορείτω λίθους· ἐχέτω μηδεμίαν ἀνάπαυλαν. Ὡς ἀληθῶς θυμοῦ ταῦτα γεννήματα· φιλεῖ γὰρ ἐξουσία κολακείαις μὴ πείθουσα τὴν ἀνάγκην ἐπικαλεῖσθαι συνήγορον. Τούτοις ὁ γενναῖος ἀθλητὴς ἐξυπηρετῶν τοῖς προστάγμασιν, εἶχε τούτων ἐπεισόδια δυσχερέστερα· προσιόντες γὰρ αὐτῷ τῶν ὁμοφύλων τινες, οὐκ ἀνεκτὴν ἡγούμενοι τὴν ἐγχείρησιν, λῃστεύειν κολακείαις τὸν λογισμὸν ἐπειρῶντο τοῦ μάρτυρος, ἢ λοιδορίαις ὑπορύττειν ἱστάμενον, τὸν Χριστιανισμὸν ὀνειδίζοντες, καὶ τὸ ἄνθος βιαίως τῶν παρειῶν ἀπεθέριζον. Ὁ δὲ οἷα σιδήρῳ πυρίτης λίθος κρουόμενος τῇ βίᾳ τῆς πληγῆς τοὺς σπινθῆρας τῆς ἀρετῆς πλέον ἐξέλαμπεν. Λίθοις αὐτὸν κατεφόρτιζον, ὡς οὐδ' ἂν τέτρακτυς ἀνθρώπων ὑπέμεινεν· καὶ ταῦτα δεσμώτην ἕτερον τῆς αὐτῆς ἐπεχούσης ἁλύσεως. Οὕτως αὐτοῖς τὴν βλασφημίαν ἐπέπλαττε, καὶ τὸ ἄχθος τῶν λίθων ἠνείχετο, τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον ἐπιποθῶν τὸν Χριστόν. Οὗτος πρῶτος τῷ δικαίῳ σκαμμάτων νικητήριος στέφανος, καὶ τῷ διαβόλῳ πτωμάτων ἦχος ἐξάκουστος.

detur, agitur vir. Hic autem contra: Olim quidem fui daemoniorum diverſorum, nunc autem ſum templum Chriſti, per quem fugantur daemonia. Rurſus ille: Non times, ne rege iubente crucifigaris? Reſpondit Martyr: Hominem eſſe novi, & regem, & te. Hiſce inſtammatus animo Marzabanas: Trahatur, inquit, in carcerem (59), & lapides ibi deportet, nec ulla ei detur requies. Vere haec erant ex ira nata mandata. Solet enim ſpreta poteſtas in auxilium vim advocare. Interea generoſus athleta exſequebatur mandata, ſed mandatis ipſis duriora eſſe ſenſit, quae epiſodii loco ſunt adiuncta. Quidam enim eiuſdem gentis homines, quibus Beati facinus non eſſe tolerandum videbatur, accedentes ad eum blanditiis a conſilio clam dimovere conati ſunt, vel ſtantem adhuc contumeliis effodere, in Chriſtianiſmum vomentes convicia, & florem genarum eius violentis ictibus demetentes. Ille vero tamquam ſilex ferro percuſſus, inter duros ictus maioris virtutis ſcintillas emiſit. Tum magnum ſaxorum pondus in eum congeſſerunt, quale etiam quatuor homines vix ſuſtinuiſſent: ille autem ea ſaxa commode ferebat, quamvis una eademque catena eſſet alteri captivo conſtrictus. Ita Beatus eorum blaſphemias retudit, & lapidum pondus ſuſtinuit, in angularem lapidem Chriſtum intendens deſiderium. Haec prima fuit iuſto pro ſaltu trans foſſam expedito victrix corona recepta, & cadentium ſonus a diabolo eſt exauditus.

Ἤδη δὲ πρὸς πάλην ἑτέραν ἐρχομένου τοῦ μάρτυρος, θέατρον ὁ λόγος ἐπισυνάγει σεμνότερον, οἷα θρίαμβον ἄγειν λαμπρότερον. Αὖθις τὸν γεννάδαν ὁ Μαρζαβανᾶς διαπέμπεται, καὶ διαπλάσας ἑαυτὸν σοβαρώτερον· ἄγε δή, λέξον, ὦ οὗτος· εἰ πατήρ σοι μάγος, καὶ τὴν τέχνην σὺ μαθητής, ἀποστομάτιζέ τι τῆς τοιαύτης μαθήσεως, ἵνα σου τῶν λόγων τὸ ἀψευδὲς διακρίνωμεν. Μὴ μοι οὖν, ἔφη, τὴν ἐμὴν γένοιτο γλῶτταν καθυπουργοῦσαν μιᾶναι τὴν πρὸς τὴν εὔνοιαν εἴσοδον· τὸ πρὸς εὐφημίαν ὄργανον ἀνατεθὲν τῷ Θεῷ βεβηλοῦν οὐκ ἀνέχομαι· ἡ γὰρ πρὸς δοξολογίαν λύρα πολύφωνος, ἄφωνος ἐν τοῖς ἀτόποις εὑρίσκετο. Τῆς θρησκείας οὖν, φησὶν ὁ Μαρζαβανᾶς, οὐ μελετᾷς τὴν ἐπάνοδον; παρὰ βασιλεῖ σε γραφόμεθα. Πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος· ὁπόσην βούλει πονηρευμάτων κατάγραφε λαίλαπα· ἐγὼ γὰρ τῷ λιμένι τοῦ Χριστιανισμοῦ προσορμίζομαι, καὶ τῶν ἀπειλῶν οὐχ ὑφορῶμαι τὸν κλύδωνα. Εἶτα δεσμεῖσθαι προστάττει τὸν μάρτυρα, τῇ τυραννικῇ πληγῇ πρὸς ὑπακοὴν βιαζόμενος· τὸν δὲ φάναι, περιττὸς ὁ δεσμός· καὶ ταῖς πληγαῖς διαπλασάμενος, εὔθετον τὸ σῶμα ῥοπάλοις αἰκίζεσθαι· ὁ γὰρ τοῦ μαρτυρίου πόθος, ἑκούσιος αὐτῷ δεσμὸς περιέκειτο· τύπτεσθαι τὴν σάρκα γυμνὴν καθικέτευε, βλασφημεῖσθαι μὴ συγχωρῶν τοῦ σχήματος τὸ σεβάσμιον· ψυχικῶν γὰρ ἀλγηδόνων ἐφρόντιζε, παραμελῶν ὡς ἐφολκίου τοῦ σώματος· παίγνιον ἐμοί, φησί, τὸ πραττόμενον, καὶ κατακρεουργοῦντες γὰρ ἕξετε πλέον οὐδέν, ἢ Χριστὸν ἀκούειν ὑμνούμενον. Γράφειν αὖθις ὁ Μαρζαβανᾶς ἠπείλει βασιλεῖ τὴν ἐγχείρησιν· ὁ δὲ πρὸς ὁρμὴν ἐγκελεύεται. Ὁ μὲν πρὸς φόβον τοῦ βασιλέως ἐξέφερε τὸ ὄνομα· ὁ δὲ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως ἀντεξέφερε, δοῦλον φθορᾶς βασιλέα καλῶν, καὶ νόμοις ὑποταττόμενον τῆς φύσεως, καὶ συγγενῆ τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς κόνεως. Ἐκπλαγεὶς δὲ πρὸς τὴν παῤῥη-

Iam vero ad alíud palaeſtrae genus procedente Martyre, nobiliorem quamdam theatri ſpeciem inducit oratio, ut ſplendidiorem agitet triumphum. Rurſus generoſum virum Marzabanas arceſſit, vultuque ad ſeveritatem magis compoſito: Agedum, inquit (60), heus tu reſponde: ſi pater tuus magus eſt, tuque ipſe magicis diſciplinis es inſtructus, recita nunc aliquid ex iis, quae didiciſti, ut ea quae dicis vera eſſe dignoſcamus. Abſit, ut mea lingua huiuſmodi rebus inſerviat, idque polluam, quod eſt ad benevolentiam promerendam deſtinatum. Ad benedicendum Deo organum dicatum profanari non ſinam. Quae enim eſt ad divinas laudes admodum arguta lyra, in rebus abſurdis omnino fit muta. Ad priſtinam igitur religionem, Marzabanas ait, non cogitas redire? Scribemus ergo de te regi. Ad eum Beatus: Quamlibet ſcribens in me ſuſcita malorum procellam: ego enim in Chriſtianiſmi portu ſtationem locavi, nec minarum fluctus pertimeſco. Tum ligari Martyrem iubet, ac caedi, ſperans verberibus ad obediendum eum compellere. Hic autem dixit: ſuperflua ſunt vincula; ſeque verberibus accommodans, rite compoſitum corpus, ut virgis caederetur praebere: voluntarium enim erat vinculum Martyri deſiderium, quod habebat. Nudam tamen percuti carnem exorat, aegre ferens venerandae veſti iniuriam fieri. De cruciatibus enim animae magnam habebat curam, de iis, quae fierent corpori, tamquam pediſſequo, nihil ſollicitus. Ludicrum mihi eſt, inquit, quod facitis, ac ſi etiam in fruſta me concidatis, profecto nil aliud obtinebitis, quam ut Chriſtum laudari audiati. Rurſus Marzabanas minatur ſe ad regem de tanto facinore ſcripturum; hic autem ad id ocyus faciendum

παῤῥησίας ὁ βάρβαρος, ἐδόκει γὰρ τῶν ῥημάτων τῷ κόμπῳ, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τῶν πληγῶν ἢ λέοντα χαλινοῦν, ἢ γίγαντα μορμολύττεσθαι, πρὸς τὸ φρούριον αὖθις ἀπάγεσθαι προστάττει τὸν μάρτυρα. Ἐπεὶ δὲ καὶ τρίτον συνεστήσατο θέατρον, ἐπειρᾶτο τὸν γενναῖον ἀθλητὴν ῥημάτων λαβαῖς διαζώσασθαι, καὶ πρὸς τὴν κόνιν τῆς θρησκείας καταλαβὼν τῶν στεφάνων στερῆσαι τῆς πίστεως. Θῦσον, ἔφη, τὴν μαγικὴν στολὴν περιθέμενος, ἵνα μή σε τῆς τοῦ φωτὸς ἐξωπλετίσωμεν τέρψεως. Καὶ ποίοις, ἔφη, σπείσω θεοῖς; εἰ γὰρ ἥλιος, καὶ σελήνη θεοί, καὶ ἵππος καὶ πῦρ, καταλεγέσθω καὶ ὄρη καὶ κρουνοὶ σὺν αὐτοῖς, καὶ πάντα λοιπὸν τῆς ἀθέου μὴ στερείσθω θειότητος. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν θεοποιεῖσθαι τὸν ἥλιον τὸν κυκλικαῖς περιφοραῖς ὑποκείμενον, καὶ τῷ κόσμῳ τῆς γῆς βιαζόμενον καὶ κρυπτόμενον; οὐ γὰρ δήπου καλοῦντος ἐν νυκτὶ παραστήσεται· μένει γὰρ δεσμευόμενος, ἐν οἷς περιώρισται· τὸ αὐτεξούσιον αὐτῷ τοῦ δημιουργοῦ μὴ πιστεύσαντος· ὅπως μὴ πλάνης τάχα περιουσία τοῖς ἀθεωτέροις γένηται· ἀλλ' οὐ μὴν ἀντιλυπεῖν ἱκανὸς τὸν μὴ σέβοντα· ἀρκεῖ γὰρ πρὸς συμμαχίαν τῷ θέλοντι δένδρου πολλάκις εὐτελοῦς ἀποσκίασμα. Τὰ δὲ τῆς σελήνης ἐῶ λέγειν· ἤγε τὸ φῶς κλέπτουσα διελέγχεται, καὶ φύσις αὐτῇ τὸ κλέπτειν ἀεὶ καὶ ἐλέγχεσθαι. Πῶς δὲ τὸν ἵππον οὐκ ἐλεεῖν δεῖ θεούμενον; ὅσγε παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος τύπτεται, καὶ τὴν τιμὴν οὐ νοῶν τῆς μάστιγος ἐπαισθάνεται; Γελῶ δὲ καὶ τὸ πῦρ προσκυνούμενον· ὃ γὰρ θεὸν ὀνομάζουσι, καταιθαλοῦσιν, ὅτε καὶ βούλονται, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῖς τιμωμένου θεοῦ δεσπόται τῆς σωτηρίας εὑρίσκονται. Μὴ γένοιτό μοι τοῖς τοιούτοις ὑποκαμφθῆναι σεβάσμασι· δοῦλα γὰρ ταῦτα, καὶ δεσπότης ὁ ἄνθρωπος. Ὑμεῖς δὲ δουλείαν ἀντὶ δεσποτείας ἠλλάξασθε, ἀνθυποχωροῦντες ἀλλήλοις τῆς τάξεως, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἀγνωσίᾳ τὴν σκοτώδη τῶν δαιμόνων πορείαν ὁδεύετε. Οὕτω τῇ πυρίνῃ γλώττῃ, καὶ αὐτοσχεδίῳ σοφίᾳ τῷ διώκτῃ μαχόμενος ἐλάλει, καθὰ τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτῷ ἀποφθέγγεσθαι. Πάλιν οὖν ἀπήγετο πρὸς τὸ φρούριον τῷ πλήθει τῶν στεφάνων σεμνότερος.

dum inſtigat. Ille ad terrorem nomen regis proferebat; hic autem eiuſdem naturae communionem opponebat, ſervum corruptionis, & naturae legibus ſubditum, & luti, ac pulveris cognatum, aeque ac ipſum regem appellans. Qua dicendi libertate ſtupefactus Barbarus, (videbatur enim & verborum ſtrepitu, & verberum minis vel leoni frena iniicere, vel larvis terrere gigantem) iterum mandat in carcerem deduci Martyrem. Poſtquam autem tertium in theatrum cum ſiſti iuſſit, conatus eſt generoſum Martyrem verborum lenociniis implicare, & in ſuperſtitionis pulverem deiicere, ut fidei corona ipſum privaret. Magicam, inquit, ſtolam indue, & ſacrifica nobiſcum, ne te ut extraneum ab hac lucis iucunditate expellamus. Et quibuſnam, ait Beatus, libabo Diis? Si enim ſol, & luna, equus, & ignis Dii ſunt; cur montes etiam, & fontes non accenſeantur illis; & ceteris aliis rebus omnibus impius divinitatis cultus denegabitur? Quomodo enim turpe non erit ſolem ut Deum colere, qui in orbem circumagi cogitur, & angulo terrae perſtringitur, & conditur, numquam enim te vocante apparebit in nocte. Nempe illic manet illigatus, ubi eſt definitum (61), cum ſponte ſua ferri non poſſit, & ei liberum arbitrium a ſummo artifice non ſit datum; ne forſan impiis fieret cauſſa maior erroris. Sed nec eum, qui cultum ipſi exhibere detrectat, potis eſt ille afficere moleſtiis; ſufficit enim volenti ad arboris, ut plurimum vilioris umbram ſe conferre, ut ſe defendat. Quod autem ad lunam ſpectat, praetereo dicere; illa enim lucem furari aperte deprehenditur, eiuſque natura in eo videtur ſita, ut ſemper furetur, & furti rea arguatur. Quomodo autem equum non miſerear factum Deum (62), qui una ſimul colitur, & caeditur; exhibitum honorem non ſentit, & flagellis dolet? Cum autem video ignem adorari (63) a riſu temperari non poſſum: quem enim Deum appellant, in cinerem ſaepe redigunt & favillam, & de ſalute eius, quem ut Deum honorant, cum voluerint, Domini fiunt. Abſit, ut ad huiuſmodi colenda numina me incurvem: ſerva haec enim omnia, & homo dominus. Vos autem rerum male inverſo ordine ſervitutem in dominium commutaſtis, & veritatis ignoratione in tenebroſam daemonum viam ambulatis. Haec ille quadam igneae linguae vi (64), & ex temporali quadam ſapientia cum tyranno decertans dicebat, prout ſpiritus dabat eloqui illi (65). Itaque iterum in caſtellum trahitur coronarum copia factus auguſtior.

Ἐπεὶ δὴ φήμη τις διαγγέλλουσα καὶ πρὸς τὴν μονὴν διικνεῖται· ὃ δὴ γυμνάσιον αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ἐγένετο· τὰς τοῦ βαρβάρου προσβολάς, καὶ τὴν ἀριστείαν τοῦ μάρτυρος, πάντες τῇ νίκῃ θεοπρεπῶς ἐπαιάνιζον. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ὁ πνευματικὸς γυμνασίαρχος, ὁ τῆς τοῦ δικαίου μονῆς προεστώς, πέμψας ἀδελφοὺς συνοικίδα τῷ μάρτυρι, ὥσπερ ἐν ἄθλοις παιδοτρίβης τοῦ σκάμματος διϊστάμενος, τὰς λαβὰς καταλέγει τοῖς γράμμασιν, ἀνακινῶν τοῦ ἀθλητοῦ τὸ φιλότιμον.

Interea fama divagata uſque ad monaſterium, quod Martyri fuerat virtutis gymnaſium, barbari ſaevitiem, & firmitatem (66) Beati depraedicabat; omneſque fratres pro eius victoria laudes Deo decenter canebant. Sed ille ſpiritualis gymnaſiarcha (67), & monaſterii, in quo iuſtus olim degebat, praeſes, duobus fratribus ad Martyrem miſſis, velut certaminis in ſtadio magiſter, quomodo ille hoſtem prehendere poſſit, deſignat litteris, & aemulationis ſtudium in athleta ſuccendit.

Ἀλλ' ἤδη πρὸς τὸ δεσμωτήριον ὁ λόγος ἀποστορεῖται θαυματουργίαν ἑλκόμενος, δεσμεύεται τὴν γλῶτταν τῷ θαύματι, καὶ δεσμωτήριον τῷ λόγῳ μᾶλλον, ἢ τῷ μάρτυρι γίνεται, τῇ ἐκπλήξει τῆς γλώττης

Iam vero ad miraculum enarrandum Beato in vinculis agente factum adducta eſt oratio, quod ob rei admirationem mihi linguam evincit: & ſermoni potius quam Martyri vinculum conſtringit ſtupor

τος ἀναστέλλων τὴν κίνησιν. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τὸ φρούριον ὁ γενναῖος ἐσφίγγετο, τὴν Δαβιδικὴν διανυκτέρευε λύραν κρουόμενος, καὶ τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς ψηλαφῶν· εὐήχως ἐμελῴδει ταῖς πράξεσιν· ἀπελευθέρῳ δέ τινι κοινωνὸν τῆς ἐπεχούσης ἁλύσεως, πρὸς ὑμνῳδίαν ἱστάμενος οὐκ ἀνεῖλκε τὸν κείμενον· ἀλλὰ τὸν αὐχένα κάμπτων πρὸς τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸν πόδα τῷ ποδὶ τιθέμενος γείτονα, ἑαυτῷ μὲν τὴν στάσιν ἐφύλαττεν, ἐκείνῳ δὲ τὴν ἀνάκλισιν· ὡς μηδὲ τῇ ἀνακλίσει παρεμποδίζεσθαι τὸν ἱστάμενον, μηδὲ τῇ στάσει παραλυπεῖσθαι τὸν κείμενον. Ἀλλὰ γὰρ πλησιάσας τῷ θαύματι, ὡς δὴ πεζεύειν ἐπιχειρήσας τὴν θάλατταν, τῆς γλώττης βαπτιζομένης αἰσθάνομαι, καὶ χεῖρα τὸν μακάριον αἰτῶ προτεῖναί μοι μάρτυρα, διαβαστάζοντα τὸν λόγον ἐν τῷ πελάγει τοῦ θαύματος. Νὺξ ἦν, καὶ τῶν νυκτῶν ἀωρία. Ὁ δὲ τὴν πάννυχον ψαλμῳδίαν τῇ λαμπάδι τῆς ψυχῆς ἐπιχέων, ὡς ἔλαιον, ἀγρύπνως τοῦ νυμφίου τὴν παρουσίαν ἐφύλαττεν. Ἐνταῦθά τις ἐπηκροᾶτο, τὴν τύχην δέσμιος, τὴν θρησκείαν Ἑβραῖος, ὃς τοὺς διημερινοὺς ἐκ τῶν λίθων ἱδρῶτας, καὶ τὸ τῆς θεολογίας ἀκατάπαυστον λογιζόμενος, ἀπεώρα τοῦ μάρτυρος ἀσκαρδαμυκτὶ τὴν στερρότητα· τὸ θαυμαζόμενον γὰρ οἶδεν αἰχμαλώτους ἕλκειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ θαυμάζοντος. Ἀκορέστως οὖν ἐπεντρυφῶν τῷ θεάματι, καὶ τῷ σκότῳ μεμφόμενος, ὅτι μὴ βλέπειν δαψιλεστέρως ἔχῃ τὸν ἅγιον, ὁρᾷ λευχειμονοῦσαν πληθὺν, δίκην στεφάνης, κυκλωσαμένην τὸν μάρτυρα, τῷ τε κάλλει τῆς θέας, καὶ τῷ λαμπρῷ τῆς στολῆς ἐξαστράπτουσαν, καὶ τῆς χορείας τῷ σχήματι τὴν νίκην μηνύουσαν. Συνεπεδήμει δὲ ταύτῃ καὶ φῶς, ὥσπερ ἡλίου τῇ δαψιλείᾳ τῶν ἀκτίνων πυρσεύοντος· ἔδει γὰρ τοὺς φωτὸς ὑπηρέτας σὺν φωτὶ παραγενέσθαι. Ὡς δὲ τὸν νοῦν τῇ ἐκπλήξει σφιγγόμενος, ἀγγέλων ὑπώπτευεν εἶναι κατάλογον. Θεασάμενος αὖθις περικειμένους ὠμοφόρια, μετετίθετο τὴν διάνοιαν, ἐπισκόπους νοῶν τῇ ἐξηγήσει τοῦ σχήματος. Εἶτα καὶ τὸν καλλίνικον Ἀναστάσιον ὁρᾷ τῆς πληθύος ἕνα γενόμενον, καὶ τῷ τῆς στολῆς ὁμοιοτρόπῳ λαμπρῶς καταυγάζοντα. Τούτῳ νεανίας ἐφίσταται τὸ ἀξίωμα μέγας, τὴν τιμὴν ὑψηλὸς, καὶ ὢν ἀγχίθεος, ἀνθράκων ἐκκαίων πρὸς εὐωδίαν ἀρώματα. Τί οὖν ὁ ἄνθρωπος; μεταίχμιον γίνεται φόβου καὶ θαύματος. Σύγκλινον τοίνυν ἔχων Χριστιανὸν Σκυθοπόλεως ἄρχοντα, τῆς ὀπτασίας αὐτῷ μεταδοῦναι γλιχόμενος, ἐπειρᾶτο διαναστῆσαι καθεύδοντα, ἵνα τὸ θέαμα μεριζόμενος ἐπελαφρύνοιτο τὴν ἔκπληξιν· ὡς δὲ τὴν χεῖρα πρὸς τὸν κείμενον ἐβιάζετο τὸν φόβον ἀντιβιαζόμενον εὕρισκε, καὶ ψυχῇ συμβουλεύουσα, πειθομένην τὴν δεξιὰν οὐκ ἐδέχετο· καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὁ ἄνθρωπος ἐστασίαζεν, μηδὲ τῷ σώματι συνηρεμοῦντος τοῦ νοῦ, μηδὲ τῷ νῷ συγκειμένου τοῦ σώματος. Τέλος ἀνάγκῃ τὴν ἀνάγκην νικῶν, ὅλον ἑαυτὸν τῷ κειμένῳ περιέρριψεν· ἐγεγόνει γάρ τις, ὡς εἰπεῖν, συνασπισμὸς τῶν μελῶν πρὸς τὴν κίνησιν, μὴ τολμῶντος ἑνὸς προπηδῆσαι τοῦ σώματος. Εἶτα τοῦ ὕπνου διὰ τῆς ἐμβολῆς δραπετεύσαντος, Ἀπόβλεψον, ὦ οὗτος, ἐνταυθοῖ, τὸν Ἑβραῖον εἰπεῖν· καὶ ἦν ἰδεῖν, ὁ μὴ τῆς συνήθους ὄψεως ὑπῆρχεν ἀντίτυπον· τοῦτο Χριστιανῷ τὴν θεωρίαν ἱστόρησε, καὶ ὅπερ δι' ὀφθαλμῶν ὁ νοῦς οὐκ ἐπύθετο,

ſtupor inhibens motum linguae. Cum enim eſſet in carcere generoſus vir arcte conſtrictus, totam noctem, Davidicam pulſans lyram, tranſegit, & animae nervos contrectans dulcem concentum edidit operibus. Cum autem catena, qua detinebatur, eſſet cuidam liberto communis, nihilominus ipſe ad hymnos canendos aſſurgens non trahebat iacentem; ſed in eius caput cervicem inclinans, & pedem pedi prope coniungens, ſibi quidem ſtandi, alteri vero cubandi parabat facultatem; ita ut neque qui ſtabat cubanti eſſet impedimento, nec qui cubabat ſtanti afferret moleſtiam. At vero iam propius ad miraculum accedens, quaſi pedes auſus calcare fluctus maris, linguam demergi iam ſentio, & manum mihi extendere Sanctum Martyrem oro, quae in rei tam admirandae pelago orationem deportet. Nox erat, & valde intempeſta nox: ſed ille nocturnum Pſalmorum cantum in animae lampadem infundens ut oleum, vigil, & inſomnis in adventum ſponſi manebat (68). Orantem audivit quidam, forte in vinculis ibi detentus vir, Hebraeus religione, qui Martyris quotidianos ob deportationem lapidum ſudores, & nocturnas in divinis laudibus vigilias ſecum reputans, fixis oculis eius ſtrenuitatem demirabatur. Quod enim admirationem movet, trahit, ut ſolet, captivos oculos admirantis. Itaque dum inexplebiliter hoc ſe reficit ſpectaculo, noctiſque tenebras incuſat, quod ei non daretur largius inſpicere Beatum, albis indutam multitudinem videt, in modum coronae circumcingentem Martyrem, ac tum oris pulchritudine, cum ſtolae ſplendore fulgentem, & chorearum motu, & figura victoriam quamdam declarantem. Sed & turbam ipſam ubique ſequebatur quaedam lux, velut ſol radiorum face coruſcans: aequum enim erat, ut non ſine luce apparerent, qui lucis erant miniſtri. Itaque ille mentis ſtupore percuſſus Angelorum ſuſpicatur eſſe delectum. Sed rurſus ſuperhumeralibus eos indutos videns, mutato conſilio ex habitus figura Epiſcopos eſſe cogitat. Tum vero etiam illuſtrem Anaſtaſium unum ex multitudine factum vidit, eiuſdem ſtolae ſimilitudine mirifice nitentem. Huic autem quidam iuvenis, qui tanta erat dignitate, ac honore conſpicuus, ut videretur quamproxime ad Deum accedere, prope adſtabat, aromata ſuper carbones in odorem ſuavitatis comburens. Quae hic igitur hominis ſententia? Admiratione, & timore una ſimul correptus haeret; cum autem prope iacentem Chriſtianum quemdam haberet, Scythopoleos principem virum (69), eumque viſionis participem facere vehementer deſideraret (70), molitus eſt dormientem excitare, ut cum eo ſpectaculum dividens levaretur ipſe aliquantiſper ſtupore. Cum autem iacentis manum violenter compreſſiſſet, pari vi ab eo metus cauſſa repelli ſenſit, nec ſuo deſiderio reſpondentem, conſentientemque dexteram recepit. Quare magis, magiſque ipſe in contraria dividitur, non quieſcente ſpiritu cum corpore, nec una ſimul cum corpore iacente ſpiritu. Tan-

-θεντα, τοῖς ὅσον ἐνεθίζετο· ζημιοῦται γὰρ πλέον οὐδὲν, ἢ αἴσθησιν ἀντ' αἰσθήσεως ἀλλαξάμενος. Τοῦτο πολύτιμος τῷ μάρτυρι στέφανος· τοῦτο τοῦ ἀθλητοῦ θριαμβεύει τὴν πρὸς οὐρανὸν ἀναγόρευσιν· καὶ τούτου τοῦ παραδόξου ποιεῖται θεατὴν ὁ Θεὸς, οὐ τοῦ Χριστιανοῦ πλέον τιμώμενος· ἀλλ' ὅπως μὴ τῇ χύσει τῆς πίστεως κόμπος ὑποπτευθῇ τὸ διήγημα, τῇ τοῦ ἐχθροῦ προσμαρτυρίᾳ τὸ θαῦμα πιστούμενος· ἄξιον δὲ καὶ τῆς αὐτῆς ἀπογεύσασθαι διηγήσεως· οὐ γὰρ ὅτι δαψιλὴς ἡ ἑστίασις, ἤδη μεταξὺ καλὸν ἀπαλλάττεσθαι, ὥσπερ αἰτιώμενος τοῦ ἑστιάτορος τὸ φιλότιμον.

Tandem vim vi ſuperare contendens totum ſe ipſum in prope iacentem proiecit. Facta enim in eo erat, ſi fas eſt dicere, quaedam membrorum, ut fit in bello clypeorum denſatio, non uno, vel altero audente prae ſtupiditate exſilire e corpore. Itaque ex irruentis impetu ſomno excuſſo, tum Hebraeus dicere: Heus tu illuc attolle oculos. Sed iam nihil erat amplius videndum, quam quod ſolitae rerum imagines offerebant. Narrat igitur Chriſtiano oblatum ſibi ſpectaculum, & quod mens non oculis audierat, nec auribus viderat exponit: quippe nil fit magis incertum, quam ſi ſenſum pro ſenſu commutaveris. Nunc vere pretioſa corona datur Martyri! nunc plane athleta in caelo triumphans proclamatur! Sed hunc rei tam admirandae ſpectatorem conſtituit Deus, non quod plus Hebraeo, quam Chriſtiano tribuat honoris; ſed quod ad ſuſpicionem (71) ornatae nimis narrationis tollendam miraculi fidem velit inimici teſtimonio confirmatam: quin etiam eumdem facit dignum, ut rei ipſius narrationem poſtea deguſtet: nec enim idcirco, quia lautum eſt convivium, aequum eſt, ut quis eo nondum expleto diſcedat, quaſi nimiam incuſet convivantis largitatem.

Ὅτι τὸ γενναῖον τοῦ μάρτυρος τρισὶ πάλαις ὁ Μαρζαβανᾶς κατηρεύνησε, καὶ τυράννῳ τὸ εὔτονον τοῦ ἀθλητοῦ κατεμήνυσεν· ὡς δὲ τῆς γραφῆς ὀξέως ἀντεδέξατο τὴν ἀπόφασιν, οἰκεῖον ὑποπεμψάμενος πρόσωπον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου μετακαλεῖται τὸν ἅγιον. Εἶτά φησι, κελεύει σε βασιλεὺς τὸν Χριστιανισμὸν ἀπαγορεῦσαι, μόνῳ προσρήματι τῆς συνηθείας ἀντιχαριζόμενός σοι τὴν πρὸς τὸ μέλλον αὐτεξούσιον αἵρεσιν· εἴτε τὴν μοναδικὴν ἐθέλοις μεταχειρίζεσθαι δίαιταν, εἴτε σὺν ἡμῖν αὖθις ἱππότης στρατεύεσθαι. Ὢ ἀνάμεστον εὐηθείας τὸ σόφισμα. Νῦν φησι, δίδου τὸ πτῶμα τῷ σκάμματι, καὶ τὴν ἧτταν ἀναπαλαίειν ἐν σοί· ἢ προσμένειν τῷ πτώματι τῆς λέξεως. Εἴπερ ὀρθὸν τὸ ἐνθύμημα, δίδου πρὸ τῆς πάλης, ἀντιστάτα, τὴν αἵρεσιν· οὐδεὶς γὰρ νίκην προδίδωσιν, ἀμφίβολον ἔχουσαν τὴν ἀνάκλησιν. Ὁ δὲ πρὸς ἀντίρρησιν ἐπαγαγὼν εὐτόλμως· μή μοι γένοιτο χωρισθῆναι τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγαπήσεως. Ταῖς αὐταῖς αὖθις τὸν ἀντίπαλον ἀντιζώννυται λέξεσι· φιλεῖ γὰρ ἀθλητὴς ἐφ' ὁποίας ἂν εὐημερήσοι λαβῆς, ταύτῃ προσχρῆσθαι καὶ δεύτερον, καὶ τὴν νίκην μνηστεύεσθαι τῷ προτέρῳ παλαίσματι. Προσπέμψας οὖν ἕτερον ὁ Μαρζαβανᾶς δωρεῶν πλῆθος τῷ μάρτυρι κατέγραφεν, ἀγκίστρῳ δῆθεν περιπηγνύων τὸ δέλεαρ, ἢ βόθρῳ προπετάζων τὸ θήρατρον· ὡς δὲ καὶ τῆς πείρας ταύτης διώλισθεν, ἐφ' ἑτέραν μέτεισιν ἔννοιαν, ἀνευρὼν, ὡς ἐδόκει, τι καὶ σοφώτερον τὸν θρίαμβον. Οἶδα, φοβῇ τῆς ἀρνήσεως, καὶ τὴν ὁμοδόξων αἰδῶ τῆς συνηθείας τοῖς ἀντιπράκτορσι. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο κελεύει σε βασιλεὺς· δεῦρο σοι τὸ στασιάζον ἡμεῖς διαλύσωμεν, καὶ τὸ μαχόμενον τῆς γνώμης ἑνώσωμεν· οὐδεὶς ἀκροατὴς ἔσται σοι τῆς ἀρνήσεως, ἢ ἐγὼ καὶ δύο Σελλάριοι, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐλεύθερος βάδιζε. Τῆς ἐπιφανείας τῶν ῥημάτων ἡ εὐχροια φοβερὸν ἔχει κατὰ βάθους τὸ νόσημα. Ἐπεὶ, φησι, κελεύει σε βασιλεὺς ὁ φθαρτὸς ἀπειπεῖν τὸν ἀθάνατον, ἐπὶ τριῶν ἀνθρώπων τῆς Τριάδος ἄρνησαι τὴν θεότητα, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔσο δαιμόνων ὑπήκοος· ἡ γὰρ ἐλευθερία τοῦ δικαστοῦ τὴν αἰσχίστην δουλείαν ἐπιφέρει. Τί οὖν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος, καὶ θαυμάσιος ἄνθρωπος; Μή μοι γένοιτο ταῖς σαῖς, ἢ ταῖς ἑτέρων ἀπάταις τοιοῦτο καταβαλέσθαι μηδέν. Οὐ

Iam vero cum generoſam Martyris conſtantiam Marzabanas tribus palaeſtris ſatis exploraſſet, athletae firmitatem tyranno ſignificat. Statim autem ac reſponſum ſuis litteris accepit, ad arceſſendum Sanctum e carcere quemdam e ſuis familiaribus mittit. Tum ait: Iubet te rex Chriſtianiſmum uno verbo renunciare, pro quo uno verbo, ſi ei morem geſſeris, liberam tibi de futuro optionem benignus indulget, ſive monaſticum velis inſtitutum amplecti, ſive nobiſcum iterum factus eques militare. O plenum inſipientia conſilium! Nunc, ait, in foveam cade; ac deinde in tua erit libertate vel poſt cladem luctam redintegrare, vel in verborum caſu permanere. Si vis videri recte ſapere, da optionem ante luctam, o adverſarie; nemo enim victoriam concedit, quamdiu, utrum ea revocari poſſit, incertum eſt. Hic autem confidenter reſpondit. Abſit, ut ego umquam me ſeparem a caritate Chriſti. Rurſus iiſdem implicat antagoniſtam verbis. Amat enim Athleta, qua ratione ei ſemel proſpere ſucceſſit, hoſtem prehendere, eadem ſecundo uti, & priori certamini deſponſare victoriam. Igitur Marzabanas aliam donorum copiam ſcripto proponit, hamo ſcilicet eſcam praefigens, & ſcrobi laqueum ſupponens. Cum autem hoc etiam fruſtra a ſe tentatum eſſe ſenſit Marzabanas, ad aliud ſe transfert conſilium, quid melius, ac ſapientius excogitaſſe ratus, quo de Beato ſecurus triumphet. Novi te, inquit, metus cauſſa ab abnegando Chriſto abſtineri, & eorum reverentia, qui eiuſdem tecum ſunt ſententiae, ab obedientia praeſtanda removeri. Quoniam vero hoc tibi rex mandat, age iam nos ipſi ab omni dubietate te liberabimus, & mentis contrarios ſenſus conciliabimus. Nemo tuae abnegationis ſit auſcultator, & teſtis, praeterquamquod ego, & duo Sellarii (72), ac tum deinceps eſto liber. Vividus tam bene compoſiti ſermonis externus color terribilem intus incluſam infirmitatem abſcondit. Quoniam, ait, hoc tibi mandat rex mortalis, ut ab immortali deficias, coram tribus hominibus Trinitatis divinitatem abnega, & eris deinde daemoniis ſubie-

Οὐ φεύγει τῆς πληθύος τὸ θέατρον, ἀλλὰ Χριστοῦ τὴν ἀκοὴν ἐπαισχύνεται. Οἶδεν γὰρ, ὡς ἐστι τῆς ἐννοίας ἀκροατὴς Θεὸς, μή τί γε δὴ τῆς ἀμυδρᾶς ἐκφωνήσεως, καὶ διαφεύγει τούτων οὐδὲν, πλὴν ὅσα διὰ φιλανθρωπίαν ἑκὼν ἀποπέμπεται.

ſubiectus: etenim pollicita ab iudice libertas turpiſſimam inducebat ſervitutem. Sed quid ſapiens ille, & plane admirabilis vir? Abſit, ut ego umquam quid ſimile tuis, vel aliorum auribus committam. Non fugit Martyr multitudinis theatrum, ſed Chriſti auditum verecundatur. Novit (73) enim, vel ipſas cogitationes audire Deum, ne dum quemlibet exilem vocis ſonum, & nihil horum prorſus eum effugere, praeter ea, quae ipſe ob hominum miſerationem volens dimittit.

Τότε λοιπὸν ὁ Μαρζαβανᾶς αὐτοπρόσωπον τῷ μακαρίῳ ποιούμενος τὴν διάλεξιν· κελεύει σε βασιλεὺς μὴ πειθόμενον παρ' αὐτὸν ἀναπέμπεσθαι σιδήρῳ σφιγγόμενον. Ὁ δὲ, δίδου τὴν ἄδειαν, καὶ μόνος ἀπέρχομαι. Τὸν ἆθλον αὐθαιρέτως ὑφίσταται, τῷ ἑκουσίῳ καλλωπίζων τὸν στέφανον. Ὡς δὲ κολακείαις ἐθεᾶτο μὴ χαυνούμενον, ἢ ἀπειλαῖς ὑποκλίνοντα, σφραγίσας, ὡς ἔθος Πέρσαις, τὸν ἅγιον πρὸς τὴν δημοσίαν φρουρὰν προσέταξεν ἀποφέρεσθαι, πεμπταίαν ὁρίσας τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ πορείᾳ μετάβασιν, τρίτον αὐτὸν τῆς ὁμοτρόπου ποιησάμενος ἀναπέμψεως. Ὡς δὲ τῶν ὁρισθεισῶν ἐντὸς ἡμερῶν ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ τῆς ὑψώσεως πανήγυρις ἐπεδήμησεν, ὅτε μακάριος, οἵ τε τῆς μονῆς σταλέντες παρ' αὐτὸν ἀδελφοὶ, καὶ οἱ τῆς ἀναπέμψεως αὐτῷ κοινωνήσαντες, καὶ τῆς πόλεως ἕτεροι τῇ ψαλμῳδίᾳ θεοπρεπῶς ἐπαννύχιζον· καὶ τὸ δεσμωτήριον ὑπῆρχεν ἰδεῖν εὐσεβείας, ὡς εἰπεῖν, ἐργαστήριον· συμμεταβάλλεται γὰρ καὶ ὁ τόπος πρὸς τὴν τῶν ἐνοικούντων διάθεσιν. Ἄρτι δὲ προαγούσης ἡμέρας, καὶ ἡλίου πρὸς τὸ ὑπέργειον ἀνατρέχοντος ἡμισφαίριον, ὁ τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος, σπουδαῖος ἀνὴρ, αἰτησάμενος τὸν Μαρζαβανᾶν, τῶν δεσμῶν ἀπολύεται τὸν μακάριον, οὐχ ὡς τῆς λοιπῆς ζημιώσων ἀθλήσεως, ἢ τῶν στεφάνων τῶν ἔπειτα στερησόμενον, ἀλλ' ὅπως τῆς ἑορτῆς φυλαχθῇ τὸ σεβάσμιον· ἤδη δὲ τῷ τεμένει τοῦ Θεοῦ προσερχομένῳ τῷ μάρτυρι πάντες προσέτρεχον, καὶ τύπους τῶν δεσμῶν κατησπάζοντο· ἐπαίνουν τοῖς λόγοις τῶν χρυσῶν στεφάνων τιμιωτέροις τὸν ἀθλητὴν περιστέφοντες· λαμπρύνει γὰρ μᾶλλον χρυσὸς τὸν παρέχοντα· εὐφημία δὲ τὸν λαμβάνοντα· ἐπεκελεύοντο δὲ πρὸς τὴν ἄθλησιν, καὶ τῷ γενναίῳ τοῦ μάρτυρος ἐμπιστεύοντες, καὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ τὴν εὐφημίαν κατέβαλον. Ὡς δὲ τῷ Θεῷ τὴν λατρείαν εὐσεβῶς ἀπεπλήρωσαν, ἅμα τοῖς δύο τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος σύσκηνον βίᾳ ποιεῖ τὸν ἅγιον· ὑπεφθόνει γάρ πως τῇ φρουρᾷ στερομένῃ τοιοῦτον οἰκήτορα. Πέρας οὖν δεξαμένης τῆς ἑστιάσεως, πρὸς τὸ δεσμωτήριον αὐτοὺς ἐπανήγαγεν, εὐδαιμονίζων ἑαυτὸν, καὶ τῷ Θεῷ χάριν εἰδὼς τῆς μικρᾶς ἐπιθυμίας τοῦ μάρτυρος.

Tum demum Marzabanas ita coram ſe arceſſitum adloquitur Beatum: Iubet te rex, dicto parere nolentem, ferro conſtrictum ad eum mitti. Ille vero: Dimitte me liberum, & ſolus abibo. Sponte occurrit certamini, ſuae voluntatis arbitrio coronam exornans. Ut autem vidit, nec blandimentis Sanctum deliniri, nec minis flecti, ſigno notatum, ut mos eſt Perſis (74), in publicum carcerem detrudi iubet, re iam conſtituta, ut poſt quinque dies illinc proficiſceretur, unaque ſimul cum aliis duobus eiuſdem ſententiae viris ad regem mitteretur. Cum autem intra ſtatutum dierum terminum feſtivitas Exaltationis (75) pretioſae Crucis celebranda occurreret, tum Beatus, cum duo ex monaſterio ad eum miſſi fratres, unaque ſimul ii, qui ei fuerant ad iter ſocii deſtinati, aliique etiam civitatis viri totam noctem in Pſalmis rite Deo canendis tranſegerunt. Arctum quidem carcerem pietatis officinam factum recte dixiſſes: nam & loca ipſa ſaepe immutantur, & inhabitantium induunt naturam. Vix dum dies illuxerat, ac ſupra terrae hemiſphaerium ſol aſcenderat, cum ſericae veſtis Praefectus (76) vir probus, a vinculis Beatum ſolvit, (id enim a Marzabana impetrarat), non ut eum a perficiendo certamine dimoveret, & a ceteris promerendis coronis arcere vellet (77), ſed ut una ſecum venerandam feſtivitatem perageret. Itaque ad Dei templum accedente Martyre, ſtatim omnes ad eum accurrere, eiuſque vinculorum veſtigia deoſculari, ipſumque redimire laudibus, auro pretioſioribus coronis athletam coronantes; quippe aurum magis dantem, laus vero excipientem magis exornat. Tum vero undique cum omnes ad certamen confirmabant, ac de Martyris generoſitate nil dubitantes, etiam pro futura victoria laudes in eum congerebant. Cum autem in divino cultu admodum pie, ac diu perſtitiſſent, tunc ſericae veſtis Praefectus una ſimul cum duobus, adhibita fere vi, in ſuam domum adducit Sanctum; invidebat enim quodammodo carceri, quod haberet huiuſmodi habitatorem. Expleto autem epulo, rurſus eos deducit in carcerem, ſeipſum beatum exiſtimans, ac Deo gratias agens plurimas, quod hoc, quidquid eſſet ſui deſiderii, in Martyrem oſtendiſſet.

Ἐπεὶ δὲ τῆς προαγορεύσεως ὁ καιρὸς ἐβόα τῆς πόλεως ἐπανίστασθαι, ὥσπερ ἀθλητὴν ἐξ Ὀλυμπίας καλῶν ἐπὶ Νεμαῖον, ἐξορμᾷ τῆς Στράτωνος, ἔχων συνεμπόρους τὴν δυάδα τῆς κοινῆς ἀναπέμψεως· Προέπεμπεν τοίνυν αὐτὸν τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, Χριστιανοὶ, καὶ Περσῶν οἱ ὁμόφρονες, τῇ στερρότητι χαίροντες, τῇ στερήσει δακρύοντες, ἐπαινοῦντες τὰ φθάσαντα, ἐγκαλούμενοι πρὸς τὰ μέλλοντα· καὶ συμμιγής τις ὑπῆρχε βοὴ, πρὸς ἓν βλέπουσα τοῦ ἀνδρὸς τὸ

Iam vero cum abeundi tempus adeſſet, atque urbe exeundum eſſe, ut praeco ad Nemaea athletam evocans Olympia, clamaret, ſtatim Beatus e Stratonis civitate (78) digreditur, duos illos habens itineris ſocios (79), qui una ſimul mittebantur ad regem. Sed innumeri cives, Chriſtiani & Perſae, una eademque voluntate proſequuti ſunt Martyrem, quod in ſua virtute conſiſteret gaudentes, quod eo privarentur dolentes, quae iam peracta erant

τὸ φιλότιμον. Τῆς οὖν τῶν ἀδελφῶν συνωρίδος, ὁ μὲν τῆς πρὸς τὴν μονὴν ἐπανόδου λαμβάνεται, ἕτερος δὲ συναναβαίνει τῷ μάρτυρι· τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος αὐτῷ προστέτακτο, πῆ μὲν τῇ συνουσίᾳ κατευφραίνειν τὸν ἅγιον, πῆ δὲ τῇ χρείᾳ καθυπουργῆσαι τοῦ μάρτυρος· ἀληθέστερον δὲ λέγειν ἐστὶ καὶ σαφέστερον, ἀνιστορῆσαι τὴν ἄθλησιν προστατόμενος· ὅπως τῇ διαστάσει τῶν τόπων τοῦ πέρατος μὴ κλαπῶσι τὴν εἴδησιν. Φήμη δέ τις διατρέχουσα συνεκάλει τὰς πόλεις πρὸς τὴν θέαν τοῦ μάρτυρος· πᾶσι γὰρ ἀξιοθέατος ἦν ὁ μακάριος, ὥσπερ ἐν νυκτὶ διαλάμψας φωστὴρ, τῶν ἁπάντων ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος· θαυμαστὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀθλητὴς, μετὰ νίκην πρὸς ἀγῶνα στελλόμενος. Κρότος οὖν ἁπάσης ἠγείρετο πόλεως, κοινὸν ἐγκαλλώπισμα τῆς πίστεως ὀνομάζοντες, καὶ ναὸν Θεοῦ, καὶ τέμενος ἅγιον, καὶ τῆς εὐσεβείας πλοῦτον ἀμείωτον. Ἐσπουδάκει τε πᾶς καὶ ἰδιώτης, καὶ ἄρχων τῷ μάρτυρι γίνεσθαι καταγώγιον, ψυχοῦσθαι πιστεύων ἐκ τοῦ τῆς ἁμαρτίας νοσήματος· οὕτω τοίνυν λαμπρῶς διεξελθὼν τὴν πορείαν ὁ δίκαιος, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τὸ θαυμάζεσθαι μᾶλλον, ἢ τιμωρεῖσθαι στελλόμενος, τῆς Περσίδος ἐπέβαινε γῆς. Ἐνταῦθα τὸ δεσμωτήριον αὐτὸν χωρίον Βηθσαλωὲ διαδέχεται, σταδίοις ἀπῳκισμένον που τοῦ Δισκαρθᾶς τεσσαράκοντα, ὅπη τῷ μιαιφόνῳ Χοσρόῃ διῳκοδόμητο τὰ Βασίλεια. Καὶ μιμεῖται κἀνταῦθα τὸν Παῦλον ὁ δίκαιος, ἐκ δεσμωτηρίου διὰ Χριστὸν πρὸς δεσμωτήριον μεθιστάμενος. Ὁ δὲ τῆς μονῆς ἀδελφὸς σκηνοῖ πρὸς Καρτὰκ, παῖδα μὲν Ἰεσδὶν Πέρσην τὸ γένος, ἀξίωμα μέγιστον περικείμενον, Χριστιανὸν δὲ ὅμως.

erant collaudantes, ad ea quae adhuc peragenda reſtabant incendentes: & quidam plane erat variarum vocum mixtus clamor, in unam viri gloriam intendens. Tum vero alter ex duobus fratribus ad monaſterium revertitur, alter autem cum Martyre proficiſcitur: ita enim huic Abbas praeceperat, tum ut ſua praeſentia Sanctum exhilararet, cum ut in neceſſitatibus Martyrem adiuvaret: vel quod verius, ac melius dicam, ut ex mandato totum certamen deſcriberet, ne ob locorum diſtantiam tantarum rerum eventus lateret. Interea circumvolitans fama ad viſendum Martyrem civitates evocabat. Dignus enim omnino erat ſuſpici Beatus, qui luminaris inſtar ſplendebat in nocte, & omnium oculos ad ſe trahebat intentos. Vere admirandus athleta, qui poſt victoriam ad certamen mittebatur. Itaque omnes ei undique plaudebant civitates, commune ornamentum fidei, habitaculum Dei, templum ſanctum, & pietatis non imminutum theſaurum eum appellantes: unaque erat omnibus, tum privatis, tum ſummis viris cura, hoſpitio excipere Martyrem, eo quod unuſquiſque a ſuorum peccatorum morbo levari ſperaret. Hac igitur ſplendida pompa deductus in itinere iuſtus, quaſi ad admirationem, non ad ſupplicium eſſet miſſus, in Perſidem pervenit. Ibi ſtatim eum excipit carcer, in loco cui nomen Bethſaloë (80), ſtadiis fere quadraginta procul a Diſcartha (81), ubi ſanguinarius Choſroa regiam ſuam (82) conſtruxerat. Tunc vere Paullum (83) imitatus eſt iuſtus, qui de carcere in carcerem propter Chriſtum eſt translatus. Sed qui ei comes e monaſterio frater venerat, apud Cartacum (84), filium Ieſdin, Perſam genere, & magnae dignitatis virum, attamen Chriſtianum divertit.

Ἐπεὶ δὲ παρεῤῥύη τις ἡμερῶν ἀριθμὸς, τὴν παρουσίαν τοῦ μάρτυρος Χοσρόης διδάσκεται. Ἐντεῦθεν ἑτέρων ἀγώνων ἀρχαὶ, καὶ νίκης ὑψηλότερα τρόπαια· ὅσον γὰρ ὁ διώκτης τοῦ διώκτου σφοδρότερος, τοσοῦτον οἱ στέφανοι τῶν στεφάνων λαμπρότεροι. Πέμψας οὖν ὁ τύραννος, ὃν ᾤετο πρὸς ἀσέβειαν ἐπιτήδειον, προστέταχεν ἀνακρῖναι τὸν ἅγιον, ἔγκλημα προβαλλόμενος αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν· παραδυσσεβεῖ γὰρ ὁ μὴ δυσσεβῶν ἀσεβέστατος. Οὗτος τὸν ἐπὶ τῆς φρουρᾶς χιλίαρχον οἷα σύμμαχον προσλαβόμενος, τῷ δεσμωτηρίῳ παρίσταται, καὶ τί, φησὶν, ὦ οὗτος, βούλεταί σοι τῆς μεταθέσεως ἡ προαίρεσις. Ὁ δὲ τῆς γλώττης ἐξηγητὴν προστησάμενος, τὴν πάτριον γὰρ εὐθὺς ἀπεῖπε διάλεκτον, νοθεύειν μηδὲ τρόπῳ τῆς φωνῆς ἀνεχόμενος τὰ ἡμέτερα· ὅτι σωτηρία μὲν ἐμοὶ καὶ Θεὸς τὸ τιμώμενον, ὑμῖν δὲ πλάνη καὶ δαίμονες τὸ σεβάσμιον· καὶ τούτων ἀκριβὴς ἐγὼ δικαστὴς, ὡς ἀμφοτέρων ἔχων τὴν εἴδησιν. Τί οὖν, ὦ τάλαν; Ἑβραίων παῖδες οὐ τὸν Χριστὸν ἀνεσταύρωσαν; καὶ πῶς τὴν ἀπάτην ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἐπόθησας; Ἐπ' αὐτὸν ὁ μακάριος. Ἐκλαλεῖς μὲν τὸ πάθος, ἀποκρύπτεις δὲ τὴν ἀνάστασιν. Χριστοῦ τὸ πάθος ἑκούσιον· ἑνωθεῖσα γὰρ θεότης τῇ σαρκὶ, θανάτῳ καταλύει τὸν θάνατον, τῶν παρ' ὑμῖν τιμωμένων δαιμόνων τῆς δουλείας ἐλευθεροῦσα τὸν ἄνθρωπον. Αὐτὴ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν διεμόρφωσε, καὶ διέπλασεν· ἀφίσ-

Interea cum aliquot dierum numerus effluxiſſet, de adventu Martyris conſcius factus eſt Choſroa. Exinde nova certaminum initia, & ſublimiora trophaea victoriae: quo enim perſecutore crudelior eſt perſecutor, eo coronis coronae ſplendidiores exſiſtunt. Igitur quem impietati promovendae magis idoneum exiſtimat tyrannus, eum ad Beatum mittit, ut inſtituto examine pietatis reum agat Sanctum; ab impietate enim deflectit, quicumque in ipſa impietate praeclare impius non perſtat. Is, in partem egregii operis aſſumpto carceris Tribuno (85), coram vincto ſe ſiſtit, & heus tu, inquit, quid haec ſibi vult tua conſilii mutatio? At ille interpretem linguae ſtatuens (nam patriam ſtatim valere iuſſerat dialectum, adulterari noſtra ſono, & forma vocis non ferens) reſpondit: Quia ſalus mihi eſt & adoratio Deus, vobis autem error, & daemonia religio: atque horum ego plane ſum perfectus iudex, qui utraque novi accurate. Quid ais miſer? Numquid Hebraeorum filii Chriſtum non crucifixerunt? Quomodo nam pro veritate fraudem, & dolos ſequi maluiſti? Ad eum Beatus: De paſſione diſerte narras, de reſurrectione autem nil dicis. Chriſto fuit paſſio voluntaria; nam unita carni Deitas mortem morte diſſolvit, a daemonum, quos vos colitis, ſervitute hominem liberans. Haec ipſa Deitas caelum, & ter-

ἀφέντες δὲ τὸν δημιουργὸν τῶν ἁπάντων Θεὸν, τοῖς κτίσμασιν ὑποτάττεσθε. Πάρες τούτους τοὺς τετυφωμένους λόγους, ὁ ἄρχων ἔφη τῷ μάρτυρι· πειθομένῳ γάρ σοι χαρίζεται βασιλεὺς ἀξιωμάτων λαμπρότητα, περιφανέστατον πλοῦτον, ἵππων εὐγένειαν, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, εἶναι σὺν αὐτῷ, καὶ βασιλέως ἀκούεσθαι. Προσαγωγικῶς ὁ ἀντιστάτης τῷ γενναίῳ προσφέρεται· τὴν πόρνην τῆς θρησκείας ψιμυθιώσας, τοῖς χρήμασι τοῦ κάλλους ἀνθέλκειν τῆς εὐσεβείας ἐπιχειρεῖ. Οὐ μὴν τοῦ ἀνδρὸς τὸν λογισμὸν διεσάλευσεν· τοῦ φυσικοῦ γὰρ τῆς ἀληθείας κάλλους ἐραστὴς ἦν γνησιώτατος. Τί οὖν φησι; Τὸν κτίσαντά με Θεὸν οὐκ ἀρνήσομαι· τὸν δὲ τοῦ βασιλέως πλοῦτον, αἰθάλην ἡγοῦμαι καὶ χοῦν. Τούτοις καταπαλαισθεὶς ὁ ἀντίπαλος τῷ τυράννῳ τὴν ἧτταν ἐμήνυσεν. Ὁ δὲ τοῖς λόγοις τὴν φλόγα τοῦ θυμοῦ, δίκην ἐλαίου προσαγωγῆς ἀναπτόμενος, τιμωρεῖσθαι τῷ ἄρχοντι προστάττει τὸν μάρτυρα. Ὁ δὲ τῷ τυράννου θυμῷ προσαγαγὼν καὶ τὸν ἴδιον ἐξελέσθαι τῆς φρουρᾶς παρεσκεύαζεν. Εἶτα γίγαντι δή τινα πύργον συντιθεὶς ἀπειλῶν, πορθεῖν ᾤετο τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον. Ὡς δὲ μάταιον ἠλέγχετο τὸ ἐγχείρημα, καὶ κόμπος ἀνόητος διαλυόμενος τῇ ἐνστάσει τοῦ μάρτυρος, αἰκίζεσθαι ῥοπάλοις προσέταττεν δαψιλῶς, ἐπιχωρίῳ σχήματι δεσμευόμενον, ὑπειπών· οὗτός σοι τῆς καλῆς ἀπειθείας μισθός· ταῦτά σοι μὴ πειθέντι ταῖς βασιλέως τιμαῖς ἀντιπεφέρηται· αὕτη σοι τῆς ζωῆς διημέρευσις. Ὁ δὲ πρὸς ἄρχοντα· οὐ γλυκὺς ὁ τοῦ βασιλέως σοι πλοῦτος, οὐδὲ ἐμοὶ πικρὸς ὁ τῶν ἀπειλῶν σου κόμπος. Τότε δὴ τὸν ἄρχοντα θηριωδῶς τραχυνόμενον ἀνευρεῖν τῆς ὀργῆς ἀξίαν ἐποίησεν· κελεῦσαι λυθῆναι μὲν τῆς δεσμευόσεως· ὕπτιον δὲ τῷ νώτῳ προσαπλωθέντα τῇ γῇ πρὸς οὐρανὸν ἀντιπρόσωπον ξύλον ἐπὶ ταῖς κνήμαις ἱδρύσασθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα ἄκραν ἄνδρας ἐπιβῆναι, τάχα τινὰ Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην, δίκην κναφικῶν ὀργάνων πιάζοντα τῶν ποδῶν τὴν ὀστέωσιν. Καὶ τίς ἂν ἐνταῦθα τῶν ἀλγηδόνων κατείποι τὸ μέγεθος, ἐμοὶ γὰρ ψυχὴ ὑποφρίττει, καὶ δέδια παρελθεῖν τῆς βασάνου πρὸς ἔννοιαν. Ὁ δὲ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ ζηλωτὴς ταῖς ἀλγηδόσιν ἐτέρπετο, καὶ τῇ βασάνῳ τοῦ ξύλου προσέχαιρεν· τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ λογιζόμενος, καὶ τὴν ἀντίθετον τοῦ Πέτρου διανοούμενος σταύρωσιν, τῷ ξένῳ τρόπῳ τῆς οἰκείας ἐνετρύφα σταυρώσεως. Ὡς δὲ καὶ βασάνοις ἀνάλωτον ἐτεθέατο, κελεῦσαι πάλιν πρὸς τὴν φρουρὰν μεταστήσασθαι, μέχρις ἂν τῷ τυράννῳ τοῦ ἀγῶνος δηλώσῃ τὴν ἔνστασιν. Ἐπεὶ δὲ Χριστιανὸς ὁ τῶν δεσμοφυλάκων ὑπῆρχε χιλίαρχος, ὁ τῆς μονῆς ἀδελφὸς ἀνεμπόδιστον ἔχων τὴν πρὸς τὸν ἅγιον εἴσοδον, καταντλῶν εὐσεβείας λόγοις τὰ τραύματα τῶν δυσσεβῶν ἀλγηδόνων ἀπέσμηχεν, καὶ οἷον εὐγενῆ τινα πῶλον χαλινῷ πρὸς τὸ τέλειον ἀνηγείρετο τῆς ἀθλήσεως. Ἤδη δὲ καὶ Περσῶν οἱ ὁμόφρονες, καὶ τοῦ Ἰεσδὶν οἱ παῖδες ἐπιφοιτῶντες τῷ μάρτυρι, τούς τε πόδας καὶ τὰ δεσμὰ κατησπάζοντο, καὶ τοῦ κρασπέδου τῆς ἐσθῆτος ἁπτόμενοι ᾔτουν αὐτοῖς παυθῆναι τὴν τῆς ἁμαρτίας αἱμόρρουν. Ἐδέοντο δὲ καί τι παρ' αὐτοῦ κομίζεσθαι φυλακτήριον· τοῦ δὲ τὸ φορτικὸν διακρούοντος, κηρὸν τοῖς δεσμοῖς ἐπιβάλλοντες, ἐκμαγεῖον

τὸ

& terram formavit, & effinxit: vos autem, rerum omnium artificem Deum pro nihilo aeſtimantes, ſubditi facti eſtis creaturis. Mitte, inquit Praefectus Martyri, hos tumidos, inflatoſque ſermones. Tibi enim obtemperanti rex praeclaras dignitates, ſplendidas divitias, & generoſos equos donabit, & quod maximum eſt, cum eo eſſe, & regem audire licebit. Multum inſidioſe generoſo viro ſe offert adverſarius. Meretricem enim ſuperſtitionem oblinens fuco (86), divitiarum ſplendore ſatagit a pietatis venuſtate virum avocare. Sed nec his artibus eum a ſententia dimovit, utpote qui non fucatae formae, qua veritas nitet, erat amator ingenuus. Quid igitur Beatus? Deum, qui me creavit, non negabo: regis autem divitias cinerem, & lutum eſſe duco. Hoc reſponſo deiectus adverſarius acceptam cladem tyranno renunciat, qui flammam irae, velut oleo indito (87), incendens dictis, torqueri Martyrem mandat Praefecto. Hic autem tyranni furori furorem addens ſuum, educi iubet Beatum e cuſtodia. Ac tum quidem compoſita quadam minarum in gigantem turre caeleſtem virum deiicere certo ſperabat. Ubi autem irritum eſſe conatum apparuit, & fatuus tumor firmitate Martyris ſolutus evanuit, Perſico more ligari, & largiter caedi fuſtibus Beatum iubet Praefectus, haec ſubdens. Haec tibi pro tua ad detrectandum pervicacia merces: haec tibi dicto non parenti pro regiis honoribus rependuntur munera. Ita omnis erit tibi vita tranſigenda quotidie. Ille vero ad Praefectum: Non mihi dulces (88) ſunt regis divitiae, nec amara eſt mihi tuarum minarum iactatio. Tunc vero Praefectum inſtar ferae concitatum furere, & quid dignum ſua rabie moliri. Solvi iubet Beatum vinculis, & porrectum ſupinumque, facie in caelum converſa, humi reclinari, tum lignum ſupra eius tibias ſtatui, & in extremitatibus utrimque inſiſtere immanes viros, Otum, & Ephialtem (89) diceres, tamquam fullonia pila pedum oſſa tundentes. Verum quae, quantaque fuerit doloris acerbitas alter dixerit: mihi enim horret animus & fugit in ipſum tam diri cruciatus cogitatum deſcendere. At generoſus Chriſti imitator tantos inter dolores laetus agebat, & ligni tormento gaudebat; Crucis enim Chriſti ſecum reputans lignum, & averſam Petri crucifixionem recolens mente, novo hoc ſuae crucifixionis genere delectabatur. Itaque cum etiam tormentis inexpugnabilem eſſe vidit Praefectus, iterum in cuſtodiam eum transferri mandat, quamdiu ipſe de incepto alacriter agone referat tyranno. Interea cum is, qui carceris cuſtodibus praeerat Tribunus (90), Chriſtianus eſſet, frater e monaſterio comes miſſus omni impedimento remoto Sanctum adit, piiſque ſermonibus inflicta ab impiis doloribus vulnera fovet, & detegit, & tamquam generoſum quemdam pullum ad finem certaminis inſtigat freno. Verum plurimi etiam Perſae in Chriſtum credentes (91), & ipſi Ieſdini filii Martyrem viſunt, eiuſque pedes, & vincula deoſculantur, & fimbriam veſtis manu tenentes

nentes

τὸ σπουδαζόμενον εἶναι, ἐκ τοῦ κηροῦ, ὥσπερ ἀποστολικὸν λαμβάνοντες σιμικίνθιον.

nentes a peccatorum fluxu liberari precantur. Quin & aliquam benedictionem (92) ad propriam tutelam ex eius corpore aſportare voluiſſent; ſed eo firmiter renuente, ceram eius catenis affundunt, & id quod deſiderant, figura ſaltem expreſſum obtinent, apoſtolicum veluti ſemicinthium (93) ab eius corpore ſumentes.

Εἶτα παρελθουσῶν ἡμερῶν ἀριθμῷ, πρὸς ἑτέραν ὁ διώκτης ἀναιδιζόμενος πάλην τῷ δεσμωτηρίῳ παρίσταται· τῆς ἤδη γὰρ ἡ συνήθεια τῆς ἀποτυχίας οὐκ αἰδουμένη τὴν ἔκβασιν, θρασύτερον ἐπιτρέχει τῷ σκάμματι· καί φησι πρὸς τὸν ἅγιον· τοῖς βασιλέως, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ πείθῃ προστάγμασιν; Διασείσας δὲ τὴν κεφαλὴν ὁ μακάριος, καὶ τὸ ἀγεννὲς τοῦ ἀντιστάτου διαφαυλίζων τῷ σχήματι· περὶ τῶν αὐτῶν ἀνόητον ἔφη πολλάκις πυνθάνεσθαι· ἠλίθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀνερωτᾶν τὸν νικήσαντα, ποίαν ἔχει πρὸς τὸν ἀγῶνα προαίρεσιν. Τότε τὴν βάρβαρον ἀνακινήσας ὀφρὺν, κελεύει τῷ προτέρῳ δεσμεύεσθαι σχήματι, καὶ ῥοπάλοις, δίκην μετάλλου χρυσοῦ σφυρηλατεῖσθαι τὸν ἅγιον. Ὡς δὲ πρὸς εὐσέβειαν ἑώρα ταῖς πληγαῖς μηκυνόμενον, οὐ γὰρ μεταβάλλεται χρυσὸς ἐλαυνόμενος, ἀλλ' ἐκτείνεται, τοῦ σταδίου τὸ πέρας ὀδυνώμενος ἀπεχώρησεν. Ἤδη δὲ καὶ πρὸς παγκράτιον αὐθαδιζόμενος ἔρχεται, καὶ κολακικαῖς προσβολαῖς ἀπεπειρᾶτο τοῦ μάρτυρος, ἢ φοβεραῖς ἀπειλῶν ἀνιστάτεσιν, αὖθις δεσμευομένῳ ῥοπάλοις ἀναιδῶς διεπύκτευεν. Εἶτα τῶν δεσμῶν ἀναλύσας τὸ κράτημα, τὴν χεῖρα κάλῳ διαλαβὼν, ταύτης ἀνήρτησε τὸν μακάριον, λίθον ἑτέρῳ τοῖν ποδοῖν ἐξαψάμενος, ὑπονοῶν τῷ βάρει καθέλκεσθαι τῆς πρὸς οὐρανὸν ἀναβάσεως. Ὁ δὲ πρὸς οὐρανὸν ἀποβλεπούσῃ τῇ δεξιᾷ προσανέχων τὸν νοῦν τῷ χαμαιρρεπεῖ τοῦ ποδὸς οὐδαμῶς ἀντεστρέφετο. Ὡς δὲ τῆς ἡμέρας δύο διηνύετο μόρια, καὶ τούτῳ προσάγχων παλαίσματι προσαποτεῖναι τῷ σκάμματι τὸν ἀθλητὴν οὐ κατίσχυσεν, ἄπεισι τῷ τυράννῳ τὴν τῆς νίκης δηλώσων ἀπόγνωσιν. Ἐνταῦθα τοῦ ἀγῶνος ἀλύων ὁ τύραννος, ἐκποδὼν ποιεῖσθαι τὸν δίκαιον ἐβουλεύσατο, ἀμνηστίαν ὡς ἐδόκει τῷ πράγματι σοφιζόμενος. Προσπέμψας οὖν αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα καὶ τῶν ἄλλων οἷς προσῆν τι καὶ φρυάγματος καὶ ὠμότητος, ἀνελεῖν προστάττει τὸν ἅγιον, συγκαταστήσας αὐτῷ καὶ τῆς αἰχμαλώτου τύχης τοὺς τῆς πίστεως κοινωνοὺς, καὶ κοινωνοὺς ἀναιρέσεως. Ἀφικόμενοι τοίνυν, οἷα θῆρες ὠμότατοι κατευωχεῖσθαι σαρκῶν ὀρεγόμενοι, γείτονι τοῦ Βηθσαλωὲ χωρίου ποταμῷ παριστήσαντο τόν τε μακάριον, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν τριάκοντα τῆς ἑκατοντάδος ἐνδέουσαν. Τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἡ δυὰς ἡ συναναβᾶσα τῷ μάρτυρι κατελέγετο. Ἐνταῦθα κιρνῶντες κολακείᾳ μὲν φόβον, ἀπειλὰς δὲ δωρεῶν ὑποσχέσεσι, πρὸς ἀποστασίαν ἐνῆγον τὸν ἅγιον. Ἤδη δὲ καθ' ἕνα ἐξάγοντες, καὶ βρόχῳ τὸν αὐχένα σφηνώσαντες, προσπατταλεύσαντες τὸ καλώδιον, καὶ τούτῳ μετέωρον τὸ σῶμα πᾶν ἐπιτρέποντες τῷ βάρει τῆς ὁλκῆς ἀποθλιβομένου τοῦ πνεύματος ἐναπέπνιγον, προσεπιλέγοντες τῷ μάρτυρι· Μέχρι τίνος, ὦ ἄνθρωπε, θανατῶσαι; Ταῖς τούτων παιδαγωγήθητι συμφοραῖς τὰς αὐτοῦ καλῶς διατίθεσθαι. Τίς κολάσεις ἀντὶ δωρεῶν ἑκὼν ἀναδέχεσθαι; τίς κακούργοις συνεῖναι τῆς βασιλέως διαίτης ἀσπάζεται; τίς ἀντὶ καλλίστης ζωῆς αἱρεῖται κάκιστον θάνα-

Cum autem aliquot dies excurriſſent, ad aliam perſecutor luctam ineundam factus audax (94) carceri ſe ſiſtit; (ſolent enim, qui ſemel victi ceſſerunt, iterum ac audacius ad ſcamma redire; ſiniſtro eventu non retardati) & ait Sancto: Regis ne an tuae vis obedire voluntati? At Beatus quatiens caput; & adverſarii ignaviam contemnens, ſtultum eſt, inquit, iterum, iterumque de eadem re interrogare. Ac profecto inſanum eſt ab athleta victore petere, quam habeat de agone ſententiam. Tunc Praefectus barbarum movens ſupercilium eodem, quo prius, modo Sanctum ligari, & ut ſolet malleo aurea virga, ita eius corpus fuſtibus caedi iubet. Verum cum eum videret in pietatem magis protendi verberibus, (nec enim aurum crebris ictibus agitatum immutatur, ſed extenditur) demum a ſtadio triſtis diſceſſit. Sed & iterum auſus ad pancratium inſolenter prodire, qua blandis pollicitationibus, qua diris comminationibus tentavit Martyrem, & cum rurſus illigari mandaſſet, fuſtibus, & virgis inique cum eo decertavit. Poſtea ſolutis catenis, manum ei fune conſtringit, atque ex ea Beatum ſuſpendit, alteri pedum ſaxo alligato; eo quippe pondere ratus ab aſcenſu in caelum deductum iri Martyrem. Sed is in dexteram in caelum converſam animum intendens a pede in terram protenſo neutiquam diſtrahebatur. Cum autem duae partes diei ita fruſtra abſumptae fuiſſent; nec enim hoc luctae genere athletam conſtringens, ipſum potuit in foſſam detrudere, abiit tyranno renunciaturus, iam deſperatam eſſe victoriam. Tyrannus autem, ut qui victus in agone ceſſiſſet, e veſtigio iuſtum educere ſtatuit; rem ſibi viſus praeclaram adinveniſſe, qua ſuum dedecus traderet oblivioni. Itaque miſſis cum Praefecto aliis (95), quibus multum inerat crudelitatis, & ſuperbiae, viris, Sanctum necari iubet, cui quos ei fecerat fides in captivitate ſocios, dedit tyrannus etiam in morte conſortes. Illi autem ſtatim profecti, tamquam ferae belluae ad depaſcendas carnes ventris ſtimulo concitatae, ad vicinum Bethſaloë fluvium (96) una ſimul Beatum, ac centum triginta minus (97) virorum multitudinem ſiſtunt, quos inter recenſebantur illi duo, qui Caeſarea cum Martyre in Perſidem venerant. Ibi territamentis illecebras (98), minaſque donorum pollicitationibus intermiſcentes conantur Sanctum ad defectionem deducere. Interea unum poſt alium educentes, & ſingulorum colla laqueo aſtringentes, funem clavo affigebant, ac tunc ſuo ponderi totum corpus concedentes, praepedito ſpiritu ſuffocabant, & ad Martyrem dicebant: Quouſque tandem, homo, tibi erit mori dulce? Horum calamitatibus tibi tuas non defuturas erudire. Quis pro donis tormenta ſponte ſuſcipiat (99)? Quis malit improbis adiungi, quam cum

θάνατον; Δέχου συμβούλους ἡμᾶς ἀνάγκῃ γένους πρὸς εὔνοιαν συμβουλεύοντας. Ταῦτα κατέλεγον, καὶ τούτων πολυπλασίονά τε καὶ πλείονα, ἕως ὅσου ὁ τῶν ἑβδομήκοντα καθ᾽ ἕνα γινόμενος θάνατος ἐπεμέτρει τῇ δημηγορίᾳ καιρὸν, τῇ ἐλπίδι τοῦ μέλλοντος ὡς οὔπω δεδιττόμενοι· φοβερὸν γὰρ τὸ προσδοκώμενον, ἐξελανθάνει δὲ τὸ αἰφνίδιον φόβου καιρὸν μὴ δεχόμενον. Τί οὖν ὁ μακάριος Ἀναστάσιος; Τῷ οὐρανῷ προσαναβλέπων τοῖς ὄμμασι, καὶ πλέον τῷ νῷ χάριν ὁμολόγει Χριστῷ τοῦ ποθουμένου τέρματος ἐφαπτόμενος, καὶ τοὺς διώκτας ἐφθέγγετο. Οὗτος ὁ φοβερὸς ὑμῶν θάνατος; οὗτος τῇ ἐλπίδι τῶν σφοδροτέρων ἐμοὶ παρευτέλισται· ἀναριθμήτοις ἐγὼ ἐξετετμῆσθαι τιμωρίαις ἐνόμιζον, καὶ νικᾶν ἀριθμῷ τῶν ἐμῶν μελῶν τὴν διαίρεσιν· νῦν δὲ μικρῷ θανάτῳ τοῖς μεγάλοις τοῦ Χριστοῦ στρατιώταις ἐναρίθμιος γίνομαι. Τούτοις ὑπειπὼν, Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου, Χριστὲ ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, τοῦ μαρτυρίου τὴν κορωνίδα τῷ βρόχῳ λαμπρῶς ἐπεγράψατο. Τοσούτοις ὁ καλλίνικος μάρτυς ἐναθλήσας παλαίσμασι, λιθοκολλήτου στεφάνου στεῤῥότερον δέχεται στέφανον, τοῖς ἐκ τοῦ παραδείσου διαπλακέντα ἄνθεσι, καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν αἰωνίων ἀπόλαυσιν, τῆς ἀρετῆς δωρεὰν ἀποφέρεται.

cum rege vivere (100)? Quis pro pulcherrima vita turpiſſimam eligat mortem? Ne ſpernas, nos tibi eſſe conſiliarios, quos generis neceſſitas facit, ut ob benevolentiam aequa tibi conſulamus. Haec, & alia plura hiſce ſimilia, quamdiu ſeptuaginta viri unus poſt alium tradebantur morti, eorumque ſupplicium concioni tempus praefiniebat, illi dicebant, quo res eſſet abitura timentes. Durum eſt enim, quod cogimur exſpectare; quod autem momentaneum eſt, cum locum timori non praeſtet, leve. Quid igitur ad haec Beatus Anaſtaſius? Intuens in caelum, oculis ipſis, & magis animo gratias egit Chriſto, quod optatum finem attingeret, ac deinde ad ſuos perſecutores converſus dixit: Haeccine eſt illa vobis adeo terribilis mors? At mihi longe graviora ſperanti omnino vileſcit. Innumeris ego rebar ſuppliciis a vobis concidi, & meorum membrorum numerum ſuperatura eſſe tormenta. Nunc autem exiguae mortis pretio magnis Chriſti militibus adnumeror. Tunc ſubiiciens: In manus tuas commendo ſpiritum meum (101), Chriſte Deus ſalutis meae; laqueo conſtrictus (102) ſplendidam martyrio coronidem impoſuit. Per haec igitur, ac tanta fortiter expleta certamina coronis auro, gemmiſque diſtinctis pretioſiorem (103) coronam ex Paradiſi floribus contextam egregius Martyr ſuſcipit, & aeternorum bonorum gaudium, ſuae fortitudinis praemium, obtinet.

Ἐπεὶ δὲ τῆς καλῆς ἀθλήσεως ὁ λόγος ἐρᾷ, καὶ τῆς τοῦ μάρτυρος ἀναλήψεως, ὡς Ἐλισσαῖος ἑκὼν οὐκ ἀφίσταται, ἔτι μικρὸν ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ διηγήματι χαρισώμεθα. Ὅτε τὸ μακάριον τέλος ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ἀπεδέξατο, ξίφει τὴν σεβασμίαν κεφαλὴν τοῦ σώματος διεχώριζον· ὅπως τὴν σφραγῖδα τῷ τυράννῳ τὴν περὶ αὐχένα ἀποδείξωσιν. Ὁ τοίνυν τῶν δεσμοφυλάκων ταξίαρχος τῷ πλήθει τῶν σωμάτων μὴ παραλλάττειν τὸ τοῦ μάρτυρος βουλόμενος τὴν διάγνωσιν, σπουδὴν ἐποιεῖτο διελεῖν τῆς ἀθροίσεως· οὐ μὴν οἱ δήμιοι συνεχώρησαν, Ἑβραῖοι τὴν θρησκείαν ὑπάρχοντες, εἰκότως γὰρ οἱ τὰς χεῖρας ἐπιβαλόντες Χριστῷ, καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν ἀντιεργοῦσι τὸν θάνατον. Ὡς δὲ τοῦ μάρτυρος τὴν τελείωσιν οἱ τοῦ Ἰεσδὶν παῖδες ἐπύθοντο, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν ἀνδρῶν συμπαραμάρτυρες αὐτῷ πρὸς τὴν ἄθλησιν, τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς βαρυνόμενον ὑπεριδόντες, τῶν δημοσίων χρήμασιν ἐξωνησάμενοι τὴν ὠμότητα, τοῦ μακαρίου τὸ σῶμα χωρὶς ἀπετίθεντο. Ἐπεὶ δὲ νὺξ παρῆν, καὶ καιρὸς θεοφιλοῦς ἐγχειρήσεως ἢ κλοπῆς εὐσεβοῦς παραδοῦναι ταφῇ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος, ὁ τῆς μονῆς ἀδελφὸς, τοὺς Ἰεσδὶν οἰκέτας, καὶ τῶν αὐτόθεν ὁμοτρόπους τὴν ἄσκησιν προσλαβόμενος, τῷ τόπῳ παρίσταται. Ἀλλὰ γὰρ ποία λογογραφικῆς ἰσχὺς ἐξαγγελτικὴ πλεονεξίᾳ πιεζοῦσα τὸ θαῦμα πρεπόντως ἀπαγγείλει τῆς ὄψεως; Κυνῶν πλῆθος περιστάντες τὸν ἅγιον, τὸ τῆς φύσεως αἱμοβόρον ἀπορρίψαντες, οἷα δὲ θησαυρὸν δεσπότου πολύτιμον ἀγρύπνως ἐφύλαττον. Εἶτα θρηνῶδές πως ὑλακὴν ὀδυρόμενοι, καὶ γοερῶς ἐπιπλαίοντες, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἐπήχησιν ἐπιτάφιον, ὥσπερ ἐπιτραγῳδοῦντες τῷ σώματι· καὶ καταισχύνοντες κύνες, ὃν οὐκ ᾐδέσθησαν οἱ ὁμόφυλοι· καὶ γίνεταί τις ἐναλλὰξ, ἄνδρες μὲν κυνῶν ἀγριώτεροι, οἱ κύνες, ἀνδρῶν ἡμερώτεροι.

At vero quoniam argumenti ſuavitate abrepta oratio ſuum nequit explere dicendi deſiderium, & Martyrem, donec tollatur, ut Eliſaeus Eliam (104), ſponte non dimittit, parum adhuc temporis rei enarrandae indulgeamus. Vix dum (105) finem beatum Chriſti diſcipulus acceperat, cum venerandum caput ab eius corpore abſciſſum eſt, ut ſignum cervici impreſſum (106) oſtenderent tyranno. Tum vero cuſtodum Tribunus (107) nolens inter corporum multitudinem ita Martyris confundi corpus, ut dignoſci amplius non poſſet, a cadaverum cumulo illud ſecerni diligenter curabat (108). Sed non permiſerunt lictores, qui erant Hebraei (109), quales decebat omnino eſſe; ut qui in Chriſtum iniecerant manus, etiam in Chriſti diſcipulos mortem molirentur. Ut autem Ieſdin filii martyrii conſummationem intellexerunt, (nam eorum famuli comites in agone adſtiterant Beato, eius corpus onuſtum vulneribus ſuffulcientes) pecunia data lictorum feritatem emollire, ipſum Martyris corpus redimere, ac ſeorſum collocare ſtuduerunt. Cum autem nox adveniſſet, & rem Deo gratam iam capeſſendam, piumque furtum non differendum eſſe tempus moneret, ut corpus Martyris opportune conderetur ſepulcro; e monaſterio frater, aſſumptis ſecum Ieſdin famulis, necnon quibuſdam illic degentibus (110) Monachis, illuc progreditur. Verum quae vis oratoris ipſa dicendi aviditate concitata, & incenſa ſatis accurate valeat enarrare miraculum, quod ſtatim obiectum eſt oculis (111)? Canum multitudo circumfuſa, naturali feritate proiecta, ut pretioſum domini theſaurum, Sanctum vigiles cuſtodiebant; & lugubri quodam latratu ululantes, & lamentabili quodam,

ἐρότερον. Τοῦτον οἱ πρὸς τὴν ταφὴν ἀφικόμενοι αὐτόπται γενόμενοι, καὶ αὐτήκοοι, χιτῶσι τὸ σῶμα λεπτοῖς ἐγκαλύψαντες, τῷ τεμένει τοῦ ἀθλοφόρου Σεργίου θεοπρεπῶς ἐναπέθεντο, σταδίοις ἑπτά που τοῦ Βηθσαλοὴ διϊστάμενον. Ἔπρεπε γὰρ, ὡς ἀληθῶς, συνοικεῖν τὸν μάρτυρα μάρτυρι. Ὡς δὲ τῆς νυκτὸς τὴν ἀχλὺν ἐκδιώξας ὁ ἥλιος, τὴν γῆν ταῖς ἀκτῖσι κατηύγασεν, διελάλουν τῶν δεσμοφυλάκων ἡ δυὰς, ὑπόθεσιν ἔχοντες τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· ὁ μὲν οὖν, τεθέαμαι τὸν νεκρὸν, ὅνδε πλείσταις βασάνοις ἐναθλῆσαι γινώσκομεν, πλήθει κυνῶν κυκλοτερῶς τειχιζόμενον, καὶ τάχα πως καὶ ἐμψύχῳ τειχίσματι παρεφάνησαν, πρὸς φυλακὴν ῥιζωθέντες τοῦ σώματος, μηδὲ πορρωτέρω πως ἀποκλίνοντες, μηδὲ πλησιαίτερον ἐπιτρέχοντες τὸν νεκρὸν ἐνστομίσασθαι· καί μοι θαυμαστὸν κατεφαίνετο τὴν φύσιν τῶν κυνῶν ἐξετάζοντι, ποίῳ ποτὲ ἄρα χαλινῷ κατεσφίγγοντο. Ὁ δὲ, παραδοξότερον ἔτ᾽ ἂν ἀκούσῃς ἔτι, καὶ οἷον οὐ πρότερον. Τῆς νυκτερινῆς φυλακῆς ἀναχωροῦντί μοι τὸ περιόρθριον ἀστὴρ ἐπὶ γῆς κατεφαίνετο, καὶ τῷ λαμπρῷ τῆς ἐκλάμψεως ἐδήλου τὴν ὅρασιν, καὶ λιχνοτέραν ἐποίει πρὸς ἀκριβεστέραν εἴδησιν ὄρεξιν· ἐβάδιζον οὖν ἐπιτρόχα, καὶ τὴν χεῖρά που προσεπιβαλέσθαι τῷ ἀστέρι γλιχόμενος· ὡς δὲ πλησίον γίνομαι τοῦ μὲν ἀστέρος ἴχνος οὐδὲν κατελίπετο· τὸν δὲ νεκρὸν, ὃν δὴ καὶ αὐτὸς καθιστόρησας, εὑρίσκω προκείμενον. Ἀπιὼν τοίνυν ἕτερον εἶχον οὐδὲν, ὅτι μὴ θαυμάζειν τὸ θέαμα. Ταύτης αὐτῶν ἐπακροῶνται τῆς διαλέξεως τῶν δεσμίων τινὲς πιστοὶ τοῦ Χριστοῦ, τῆς Περσίδος ἤδη συνιέντες φωνῆς.

dam, & triſti ſono funebrem, ut ita dicam, cantum emittentes, tragicum quiddam videbantur accinere corpori. Ita porro venerantur canes, quem eiuſdem generis non reverentur viri, & quaedam fit rerum, ac naturarum immutatio; nam viri quidem canibus ferociores, & canes viris mitiores evadunt. Id cum ſuis oculis vidiſſent, & audiſſent auribus, quotquot ad ſepeliendum Martyrem venerant, ſtatim eius corpus linteis ſubtilibus involvunt, & in templo glorioſi athletae Sergii rite deponunt, quod ſeptem circiter ſtadiis diſtat ab oppido Bethſaloë (112): aequum enim erat omnino, ut Martyr Martyri adhaerens ſub eodem tecto quieſceret. Cum autem noctis caliginem ſol expuliſſet, ſuiſque radiis terram illuſtraſſet, duo carceris cuſtodes inter ſe colloqui coeperunt de corpore Martyris differentes. Vidi, inquit alter, eius viri cadaver, quem nos plurima tormenta ſuſtinuiſſe novimus, canum multitudine circumſeptum undique, eoſque ad inanime munimentum collocatos, ad corporis cuſtodiam adeo immotos ſtare, ut nec longius umquam recederent, nec item propius ad frenandum cadaver accederent. Ac mihi quidem canum naturam conſideranti mirabile videbatur, quonam freno illic detinerentur constricti. At longe mirabilius, alter ait, eſt id quod dicam, quale forſan numquam alias auris audivit. Recedenti mihi primo mane a vigilia noctis ſtella humi inhaerens viſa eſt, quae ſui ſplendoris claritate viſionem faciebat manifeſtam, & incenſum deſiderium ad rem melius dignoſcendam magis, magiſque inflammabat. Itaque illuc velociter curro, manum in ſtellam, ſi forte contingeret, iniicere ſtudens: ſed cum propius acceſſiſſem, nullum erat amplius ſtellae veſtigium; hunc autem mortuum, de quo tu etiam narraſti, iacentem invenio. Abiens igitur illinc hoc unum ſum conſequutus, ut tam ſtupendum ſpectaculum admirarer. Haec illis enarrantibus quidam captivi, Chriſto fideles, & Perſicam callentes linguam audierunt.

Ὅτε τοίνυν τὴν ἀξίαν δίκην ὁ τύραννος Χοσρόης ἐξέτισε, συνωρὶς τῶν δεσμίων ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς τὸ τοῦ μάρτυρος τῆς ἀρετῆς ἀφικομένη γυμνάσιον, τοῖς ἐκεῖσε τὴν ἀκρόασιν διηγήσατο. Εἶτα καὶ τῶν τοῦ μακαρίου προρρήσεων ἀπομνημονεύματα μετεδίδοσαν. Ὡς αὐτοῖς προεῖπεν τὴν μέλλουσαν ἕω τὴν κορωνίδα τίκτειν τῆς οἰκείας ἀθλήσεως, καὶ τὴν ὀφειλομένην τῷ ἀλάστορι κόλασιν, καὶ τὴν αὐτῶν πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπάνοδον· καὶ ὡς αἰτήσαιτο τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτοῖς γινομένης ἀφίξεως τῶν πραγμάτων ἀνιστορῆσαι τὴν ἔκβασιν· τοῦ δὲ τῆς μονῆς ἀδελφοῦ βουλὴν ποιουμένου τῆς οἴκοι καθόδου τὴν ἀκίνδυνον ἀναχώρησιν· οἷον ἐκ χειμερίας νυκτὸς ἀναλάμψας Ἡράκλειος ὁ καλλίνικος βασιλεὺς, αἰθρίαν τοῖς ἐκεῖσε Χριστιανοῖς ἐπεποίησεν, ἀντιμεταγαγὼν τὴν νύκτα πρὸς τὸ βάρβαρον ὡς εἰπεῖν ἡμικύκλιον. Τότε τὸ Ῥωμαϊκὸν κατασπασάμενος στράτευμα, τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀπαρτισάμενος αἴτιον, τὴν τοῦ μάρτυρος κατέλεγεν ἄθλησιν, καὶ τούτοις διὰ τῆς Ἀρμενίων συναπέρχεται γῆς, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπανάγεται μοναστήριον, τῆς αὐτοπροσώπου τοῦ μάρτυρος ἀναλήψεως μισθὸν ἔχων τὴν Ἠλίου μηλωτὴν, τὸ κολόβιον. Ἐνταῦθα τὴν πᾶσαν πραγματείαν διεξελθὼν τῆς ἀθλήσεως, παράδοξον κατέγραψε θαυματουργίαν τῷ πέρατι. Ἀπό τις

Iam vero cum meritam pro factis poenam luiſſet tyrannus Choſroa, duo captivi Hieroſolymam, ad eum locum, qui olim fuit Martyri virtutis gymnaſium, profecti, quaecumque audierant, illic degentibus enarrarunt, eiuſque praedictiones memorabiles prodiderunt. Haec enim Beatus una ſimul cum illis duobus detentus in carcere praedixerat; quod proxima aurora ſuae decertationi finem eſſet allatura (113); quod impio tyranno parata eſſet poena; quod ipſi tandem in priſtinam libertatem eſſent edituri: ac proinde eos rogavit, ut ſtatim, ac Hieroſolymam perveniſſent, qui fuerit rerum exitus, edicerent. Sed & ſaepe memorato e monaſterio fratri domum reverti cogitanti praedixit, ſalvum, & incolumem ſine ullo periculo receſſurum. Quod quidem paullo poſt factum eſt, cum tamquam ex biberna nocte lucidum effulgens ſidus illuſtris Imp. Heraclius, noctem ipſam in barbarum, ut ita dicam, compulit hemiſphaerium. Tunc frater ille Romanum exercitum laetus excepit, conſalutavitque, & quid ageret, optaretque interrogatus, quanta pro Chriſto eſſet paſſus Martyr, enarravit. Poſtea vero una cum illis per Armeniae regionem ad ſuum monaſterium revertitur, de ſublato coram ſe Marty-

τις ἦν, ἔνθα τὸ τίμιον ἀπεθέμην σῶμα τοῦ μάρτυρος, ἀκαθάρτῳ συνεχόμενος πνεύματι· καὶ κυνηδὸν ἀνυλακτεῖ φοβερόν τι καὶ φρικῶδες, κορυβαντιῶν τε καὶ μανιωδῶς ἐξορχούμενος, κροτῶν τοῖν ποδοῖν, καὶ τὴν χαίτην ἅμα τῷ αὐχένι τῇ δὲ κἀκεῖσε στροβῶν, πρὸς τὸν νῶτον διακάμψας τὼ χεῖρε, προσέπλεκεν· εἶτα τῇ περιφορᾷ πρὸς τὸ κάταντες ἐκλυόμενος συνεχὲς περιεκυλινδεῖτο τῇ γῇ, καὶ τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι διεμασᾶτο προκύπτουσαν, ἀφρὸν δυσώδη διερρέων τοῦ στόματος. Τοῦτο λαβὼν ὁ τῆς ἐκεῖσε μονῆς προεστὼς τὸ κολόβιον· ἐπίστευε γὰρ ὥσπερ εὐωδίαν μεταλαβεῖν τὴν ἐσθῆτα τῆς τοῦ μάρτυρος χάριτος· τὸν ἄνθρωπον ἀμφιέννυσι· καὶ παραχρῆμα τὸ πάθος ἐκδύεται, καὶ τῆς συμφορᾶς ἐλεύθερος ἀνιστάμενος, καθαρᾷ τῇ γλώττῃ ὑμνεῖ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν μάρτυρα.

re teſtimonium, & mercedem, Eliae pallium (114) quod dixeris, colobium ferens (115). Ibi cum totum decertationis ordinem, & curſum, prout ſingula acta erant, expoſuiſſet, poſtremo rem prorſus admirandam ita deſcripſit. Vir, ait, quidam illic erat, ubi pretioſum Martyris corpus ego depoſui, qui ſpiritu vexabatur immundo. Hic canis inſtar, ſed triſte quiddam, & horridum ululans, & velut inſanus, ac furens ſaltans, pedibus terram pulſans, & comam una ſimul cum cervice huc illuc quaſſans, manuſque in tergum inflectens, acceſſit (116): donec diu multumque iactatus, humi tandem praeceps procubuit, ibi ſe continenter volutans, & linguam foris prominentem (117) dentibus mandens, ſpumamque ex ore foetidam effundens. Sed eius Monaſterii Abbas hoc ſumpto colobio, (credebat enim non ſecus ac odorem, gratiam Martyris concepiſſe veſtem) hominem induit: ac confeſtim ille exſuitur morbo, & triſti calamitate liberatus exſurgit, & pura lingua Chriſtum, & Martyrem decantat.

Τοῦτο δεῖγμα τῆς ἀεὶ βρυούσης τοῦ μάρτυρος χάριτος, ὥσπερ μία σταγὼν τὴν ὅλην τῆς πηγῆς πιστουμένη γλυκύτητα· τῶν μαρτύρων γὰρ ἀέναος ἡ χορηγία τῆς χάριτος, Χριστὸν ἔχουσα τῶν ἀγαθῶν τὴν πηγὴν, τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τῷ πιστεύοντι χαριζόμενον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Hoc unum in Martyre gratiae perennis ſpecimen, tamquam una gutta de totius fontis dulcedine fidem facit: quae enim in Martyribus iugis eſt gratiae diſpenſatio, a bonorum fonte, aquam vivam credentibus largiente Chriſto, dimanat, cui gloria in ſaecula ſaeculorum: amen.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ADNO-

ADNOTATIONES.

(*Nota* 1.) QUAM legem intelligat Piſida non video; niſi forte reſpexit ad antiquam, & a primis noſtrae religionis incunabulis in Eccleſia receptam conſuetudinem, qua factum eſt, ut tanta ſollicitudine, cura, & ſtudio deſcriberentur, colligerenturque acta Martyrum, ut Romae ſeptem Notariis id muneris eſſet demandatum; de qua re videſis Ruinartium *Acta ſincer. Martyrum in Praef.*, & Bollandum pariter *in Praef.* §. 2. Hanc autem conſuetudinem merito legem divinam appellare potuit Piſida, qui noverat non modo primorum Pontificum auctoritate eam eſſe munitam, ſed ipſo Sancto Spiritu afflante ſuſceptam: nam eo movente, ac dictante Apoſtolorum Acta ſcripſit S. Lucas, a quo primum laudabile hoc inſtitutum manaſſe recte quis dixerit. Proinde Noſter hanc legem non traditam ſcripto, ſed νοερῶς ἐγκεκολαμμένον τῇ ψυχῇ *intellectualiter inſculptam corde* mox appellat. Sed & huc facit illud Matthaei V. 16. *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in caelis eſt.*

(2) Moyſi Heraclium ſaepe comparat. At recens Pharao Piſidae eſt Abarum dux Chaganus, prout *in Abaricis v.* 495:

Ἔδει γὰρ οἶμαι τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον
Βλέψαντα αὐτὴν, καὶ νέον σε Μωσέα,
Τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκονίζειν ἐμφάσεις.

Alienigenae autem, quos in fugam vertit, ſunt Perſae, de quibus *in Acroaſ.* III. 415. *de Exped.* agens ſic pro Heraclio Deum deprecatur:

Καὶ δεῖξον αὐτὸν πᾶσι Μωσέα νέον,
Ἐν τῇ κατ' ἐχθρῶν δυσσεβῶν πανοπλίᾳ
Τὸν σταυρὸν ἐκτείνοντα τῶν χειρῶν πλέον.

(3) Ὁ μετὰ τὸν νομοθ. Haec verba recentiori atramento ſunt ſuperinducta in Ms. Legislatorem plane vocat Heraclium, ut eum cum Moſe comparandum omnino eſſe demonſtret. Sed quas leges Imp. Heraclius ediderit, ut ea etiam de cauſſa novus Moſes dici poſſet, mihi plane non conſtat. Eccleſiarum autem Magiſtrum idcirco appellat, quod poſt devictos Perſas Conſtantinopolim reverſus eccleſiaſticis controverſiis componendis totus incubuit; quod *in Poëm. contra Severum* fuſius explanatum eſt.

(4) Allegorice haec dicta ſunt, quaſi Heraclius Piſidam ad contexendum S. Anaſtaſio praeconium hortatus Moſem ipſum retulerit, qui Beſeleel architectum ad aedificandum tabernaculum foederis, Deo iubente, delegit. *Exod.* XXXI. 2. *Ecce vocavi ex nomine Beſeleel architectum ad aedificandum quidquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & aere, &c.*

(5) *Pſalm.* CX. 10. Ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου.

(6) Haec ad praenotatam allegoriam de conſtructione tabernaculi facile referri poſſunt.

(7) Πάντες δὲ .... aliquid deeſſe videtur.

(8) *Hebr.* XI. 38.

(9) Conſonat hoc exordium cum iis, quae in veteribus latinis Actis apud Bollandum ſic leguntur: *Horum unum exſtitit & noſter coronator Anaſtaſius, cuius vitam ab initio uſque ad finem ſcribere iuſſus ſum, ipſum praeponens teſtem, quem ipſe confeſſus eſt Deum, & Dominum Ieſum Chriſtum.*

(10) In Actis Bolland., & alibi *Razeth*, *Raſeth*, *Razett*, & pro *Raſuni*, *Raſnuni*, & pro *Bau*, *Bai*, & *Hau*.

(11) *Rom.* V. 20.

(12) Anno Heraclii V. Chriſti DCXV. Hieroſolymam a Perſis captam, ipſumque Dominicum Sepulcrum igne vaſtatum, & pretioſa Crucis ligna in Perſidem aſportata fuiſſe, narrant Theophanes, & Chronicon Paſchale. Tantae calamitatis hiſtoriam videſis apud Baronium an. DCXIV. At Choſroam, qui tam ſacrilegum facinus perpetravit, recte Piſida novum Nabuchodonoſorem appellat: ut enim eſt in libro IV. *Reg.* XXV. 9. cum hic Hieroſolymam occupaſſet, *ſuccendit etiam domum Domini, & domum regis, & domos Hieruſalem, omnemque domum combuſſit igne.* Choſroae feritatem, urbes, & omnia abſumentem igne, probe inſectatur Noſter ſic Heraclium alloquens in *Heracl. Acroaſ.* I. 188:

Πόσας παρῆλθες μὴ τεθλιμμένας ξίφει,
Τὰς γᾶς ἁπάσας δυσσεβῶς πεφλεγμένας;
Τὸ πῦρ γὰρ εἰκῇ προσκυνῶν ὁ Χοσρόης
Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

(13) *Iohan.* IX. 7.

(14) Num pro ἀπάγοντι legendum ἀπεργάζοντι? Argentariam fuiſſe artem, qua ſe primum Hierapoli, ac deinde Hieroſolymae exercuit B. Anaſtaſius, referunt Acta.

(15) Sanctae Reſurrectionis templum, in quo Elias Presbyter verſabatur, una cum aliis Hieroſolymitanis Eccleſiis Choſroa fere penitus everterat, ſed illud tunc reſtaurabat Modeſtus, de quo mox pauca dicenda.

(16) Cum Zacharias Hieroſolymitanus Patriarcha in Perſidem eſſet ductus, ibique duriſſima in captivitate quatuordecim annorum ſpatio detentus a Choſroa, eius vices in ſancta civitate geſſiſſe Modeſtum, certum eſt. Sed cum alii ex antiquis ſcriptoribus, qui hanc hiſtoriam enarrant, & Praeſidem, & Patriarcham Hieroſolymorum eo tempore Modeſtum ipſum appellent, de eius munere, & dignitate orta eſt dubitatio, & utrum aliquo tempore Eccleſiam Hieroſolymitanam ſuo nomine rexerit diſputatum eſt. Bollandus videtur eum ex Patriarcharum numero expunxiſſe; nam primum fuiſſe Vicarium diſerte affirmat, ſed poſtea Patriarcham eſſe factum non dicit,

cit, haec contentus monere, *ſed colitur a Graecis Modeſtus quidam Epiſcopus Hieroſolymitanus die 18. Decembris, cuius in vulgatis catalogis nomen non exſtat*. Eiuſdem ſententiae fuerunt Baronius, & Pagius, qui ex ipſa Actorum S. Anaſtaſii narratione evincunt, Modeſtum fuiſſe Eccleſiae Hieroſolymitanae adminiſtratorem, & vicarium, non autem Epiſcopum, nec de eo quidquam amplius adnotarunt. At vero etſi Modeſtum captivitatis Perſicae tempore vicarium, non autem Epiſcopum fuiſſe, res ipſa clamat, atque demonſtrat; nam Zacharias, Choſroa devicto, captivitate ſolutus ad ſuum Patriarchatum reverſus eſt; attamen quod poſt Zachariam in Sede Hieroſolymitana Modeſtus idem ei ſucceſſerit teſtis eſt Piſida, qui diſertis verbis id affirmat, προσάγει Μοδέστῳ, ἀξίωμα πρεσβυτέρῳ, φύλακι δὲ τὸ τηνικαῦτα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τυγχάνοντι, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὰς διευθύναντι τῆς ἱεραρχίας τὰς οἴακας, *obtulit Modeſto Presbytero, qui tunc quidem apoſtolici throni erat cuſtos, paullo autem poſt ipſa Hierarchiae rexit gubernacula*. Et ſane Pontifex erat Modeſtus, cum Heraclius Imp. Hieroſolymam profectus, vivificam Chriſti crucem e Perſidos captivitate incolumem reductam ei conſignavit: ſi quod ex Graecis Hiſtoricis tradit Suidas in v. Ἡράκλειος verum eſt: Εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο, καὶ Μοδέστῳ τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ αὐτοῦ κλήρῳ ταῦτα ὑπέδειξεν. *Hieroſolymam profectus eſt, eaque Modeſto ſummo Pontifici, eiuſque Clero monſtravit*. Quare omnino aſſentiendum Le-Quienio *Oriens Chriſt. tom.* III. *pag.* 256., qui in Patriarcharum Hieroſolymitanorum recenſione inter Zachariam, & Sophronium locum Modeſto aſſignat. Sed non item concedendum Le-Quienio, quod ibidem de ſuo affirmat, Modeſtum, cum Sedis Hieroſolymitanae adminiſtrationem ſuſcepit, Epiſcopali charactere fuiſſe inſignitum; aperte enim ἀξίωμα πρεσβύτερον *Presbyterum* declarat Piſida.

(17) Magundat, vel Anaſtaſius Modeſto ſtatim oblatus dicitur ab Elia, quia, ut videtur, cum Elias ipſe, cum Modeſtus in aede S. Reſurrectionis degebant. Rem faciunt, ut credam, litterae a S. Iohanne Eleemoſynario ad eumdem Modeſtum, dum eſſet Eccleſiae Hieroſolymitanae non Patriarcha, ſed cuſtos, & vicarius, ſcriptae, quarum excerptum profert Leontius Cyprius in vita eiuſdem Iohannis apud Roſweidum *pag.* 188. *Da mihi veniam, vere Chriſti operator, nihil dignum templis Chriſti mittenti. Vellem enim, crede mihi, ſi eſſet conveniens, & ipſe eo venire, & ipſe operari in domo Sanctae Chriſti Reſurrectionis &c.* Ac Modeſtum quidem, ut Apoſtolici throni cuſtodem, decebat eo in templo agere, quod, ut cum Quareſmio *Hiſt. Terrae Sanctae tom.* II. *pag.* 345. loquar, *dignitate, & ſanctitate excellit nedum cetera templa Hieroſolymis, vel in tota Palaeſtina aedificata, ſed omnia loca mundi*.

(18) III. *Reg.* XXXVIII. 33.

(19) Vox ἐνεδίεν, quae nihili eſt, ut puto, redundat in textu Graeco. Fortaſſis Amanuenſis ſcribere voluit ἐνέδειξατο, quae vox poſt pauca verba apposite occurrit.

(20) Acta Bollandiana ferunt ſocium S. Anaſtaſii martyrio fuiſſe coronatum in Edeſſa civitate.

(21) Δίαυλον *duplicati ſtadii curſum* Olympiade XIV. fuiſſe inſtitutum Elide, ac tum primum victorem diſceſſiſſe Hypenum Piſaeum narrat Pauſanias *Eliac. lib.* V. *pag.* 394. Quid autem eſſet δίαυλος innuit *ibid. pag.* 420. tradens, inſcriptionem in arca Cypſeli βουστροφηδὸν exaratam ſe vidiſſe, quae erat huiuſmodi. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ. *A ſuperioris verſus fine continenter ſinuatur ad ſequentis initium verborum ſeries, ea nempe forma, quae eſt iterati curriculi, quem diaulum appellant*. Itaque δίαυλος eſt eiuſdem ſtadii repetitum ſpatium, videlicet, a carceribus ad metam excurſio, iterumque a meta ad carceres reverſio: quod Scholiaſtes apud Ariſtophanem apertius explanat Ὀρνιθ. Δίαυλος ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληροῦν τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέφον.

(22) Neophyti albis veſtibus induebantur, quas octavo die poſt receptum baptiſma in Eccleſia deponebant. Per id temporis recens baptizati manebant ab omni hominum coetu ſeparati, & nonniſi rebus ſacris audiendis vacabant. Hunc ritum, de quo plura Martene *de antiq. Eccleſ. rit. tom.* I. *pag.* 148., & Binghamus *Antiquit. Eccleſ. tom.* IV. *cap.* 12. ἑβδοματικὴν παρατήρησιν *hebdomaticam obſervantiam* appellat Piſida.

(23) Hoc Monaſterium non a S. Anaſtaſio, ſed a quodam huius nominis Abbate iam antea ſic vocabatur. Piſida id aperte declarat dicens, τὸν τόπον τοῦ Ἀββᾶ Ἀναστασίου ὀνομάζουσι μονὴν, *Abbatis Anaſtaſii Monaſterium vocant*. At S. Anaſtaſius eius Monaſterii Abbas numquam fuit. Videſis Bollandum §. 3.

(24) In Graeco corrige σημείοις.

(25) Bollandus §. 2. recte ex hac nota temporis definit ſeptem annis antequam martyrium pateretur, monaſticum habitum ſuſcepiſſe S. Anaſtaſium, videlicet anno Chriſti DCXXI.

(26) In Graeco pro μέλλει lege μέλει.

(27) *Pſalm.* I. 3.

(28) In Graeco pro κατιόντι vel legerem κατιόντος, vel κατιόντι ἐπιτηδείας.

(29) *Pſalm.* XCI. 12.

(30) Patet, quod ſupra *num.* 24. eſt adnotatum.

(31) Ex Homero *Odyſſ.* XIX. 551.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ᾽ ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.

(32) In Graeco μικροπτὴς, ἢ ἀνώνυμος. Legerem μικροπρεπὴς ἢ ἄνανος.

(33) Pro τὸ κοινῷ. Mallem τῷ κοινῷ.

(34) *Eſ.* XXVI. 9.

(35) *Pſalm.* XXIII. 3.

(36) *Matth.* XXVII. 39.

(37) Praeſtat legere ναυαγίας.

(38) *Tit.* II. 13.

(39) *Matth.* X. 22.

(40) Ti-

(40) *Timoth.* I. 66. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας, *eſt autem quaeſtus magnus pietas cum ſufficientia* .

(41) Dioſpolis Palaeſtinae civitas , quae ab Iudaicis ſcriptoribus a profano nomine abhorrentibus ſemper Lydda vocatur , iter unius diei diſtabat ab Hieroſolymis , ut facile potuerit Anaſtaſius ſe illuc conferre .

(42) Dioſpoli magnificum viſebatur templum ab Iuſtiniano Imp. dedicatum S. Georgio , cuius reliquiae illuc translatae fuerunt , poſtquam Nicomediae martyrium paſſus eſt . Videſis Bollandum die XXIII. Aprilis .

(43) Garizim mons notiſſimus in eadem Palaeſtinae regione , ad cuius radices fuit urbs Sichem , alio nomine dicta Flavia Neapolis .

(44) *Gen.* XXII. 12.

(45) Caeſarea Stratonis , quae Caeſarea Palaeſtinae communius dicitur , urbs maritima , in Iudaeae finibus ſita , longe celeberrima , quam Herodes ornavit , & in honorem Auguſti *Caeſaream* appellavit , cum antea *Turris Stratonis* vocaretur , 600. ſtadiis aberat ab Hieroſolymis . In ea quondam Praeſides Romani ſedem habebant , ut ex hiſtoria Feſti , & Felicis *in Actis Apoſt. cap.* XXIV. conſtat : ſed cum Anaſtaſius illuc delatus eſt , tota fere ea regio ſuberat Perſarum ditioni , & Praeſes ibi erat pro Choſroa Marzabanas .

(46) In Cod. Ms. vox eſt abraſa , quod redundaret .

(47) Malim pro αὐτοῦ legere αὐτοῦ .

(48) *Derbas* Perſice fuiſſe Praetorium praeter Piſidam , qui id nominis graece exprimi poſſe per vocem ἀρχείων declarat , ſuadent etiam Acta ipſa S. Anaſtaſii , ex quibus pauca haec verba graece leguntur in Bollando . Ἴδον αὐτόν τινες τῶν καβαλλαρίων καθήμενοι ἔμπροσθεν τοῦ Δερβᾶς , ὅ ἐστι πραιτώριον τοῦ Σελλαρίου . Idem ex aliis Actis Mſs. , quae citat Du-Cange *in Gloſs. Graecit.* v. Καβαλλάριοι , confirmatur . Ἰδόντες τινὲς τὸν ἄνδρα τῶν συνήθως παρὰ Πέρσαις λεγομένων Καβαλλαρίων , πρὸ τοῦ Δερβᾶς καθημένοις , ὥσπερ ἂν καὶ εἰώθασι · τοῦτο δὲ ἐστι πραιτώριον τοῦ καλουμένου παρ' αὐτοῖς Σελλαρίου .

(49) In Graeco pro ἀντιπαύλιζεν lege ἀντιπαύλισεν .

(50) Sellarius , quid fuerit , Piſida melius quam Acta definit . Nam τῶν τὴν τάξιν ἱππικῶν *equeſtrium turmarum* quemdam praefectum , vel ducem fuiſſe demonſtrat . Sed non unus erat Sellarius , ut Acta videntur indicare , nec *Derbas* dici poterat πραιτώριον τοῦ Σελλαρίου *praetorium Sellarii* , niſi quatenus illic excubias agebat Sellarius ille , qui B. Anaſtaſium comprehendi iuſſit . Ceterum *Derbas* , ſive *praetorium* erat palatium , in quo Marzabanas Choſroae nomine Syriam gubernabat . Vide *infr. n.* 53.

(51) In Graeco lege ἀλλὰ τοῦ μὴ, pro ἀλλὰ τὸ μή.

(52) III. *Reg.* XVII. 6.

(53) Marzabanas , perperam alibi Barzabanas vocatus , erat Praeſes , qui ſubactam a Choſroa Palaeſtinam regebat , & Romanorum more Caeſareae degebat ; ſed de Anaſtaſio nondum aliquid intellexerat , quia tunc aberat ab urbe , ὡς ἐκδημος ὤν .

(54) Patet , quod ſupra *n.* 48. , & 50. monebamus , Derbas fuiſſe Praetorium , in quo urbis , & provinciae praeſes degebat , ab equitum turmis , earumque ducibus Sellariis cuſtodibus .

(55) Pro εὐδαιμόνιζε lege εὐδαιμόνει .

(56) Perſarum reges in congreſſum , colloquiumque venire ſecum neminem patiebantur , niſi qui ſe humi proſternere , eoſque venerari eſſet paratus . Videſis Briſſonium *de Perſ. princip. lib.* I. *pag.* 10. Id autem honoris etiam Praeſides in Provinciis ſibi vindicabant . Sed Anaſtaſius , qui noverat ſolum Deum eſſe adorandum , noluit patrio more ad genua Marzabanae procumbere .

(57) In Graeco mallem ἐξουσιῶν .

(58) Supra *n.* 10. Raſuni .

(59) Lege φρέμων .

(60) Ἄγε δὴ pro ἄγει .

(61) Confer *Hexaem.* v. 347. , & *ſeqq.*

(62) *De Exped. Acroaſ.* I. v. 23.

Παρ' οἷς Θεός τις ἀφρόνως νομίζεται ,
Ἔνσαρκος ἵππος προσκυνούμενος μάτην .
Ὃς εἰς ἔλεγχον τοῦ πλάνου σεβάσματος
Νῦν προσκυνεῖται , καὶ πάλιν μαστίζεται .

(63) *Ibid.* v. 32.

Ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ , τὰς ἐναντίας φύσεις ,
Θεὰς παρεισάγουσιν ἀλληλοφθόρους .

Et vide *Heracliad. Acroaſ.* II. in fine . Pro κατεθέλουσι legas κατειθαλ.

(64) *Act.* II. 3.

(65) *Ibid.* II. 4.

(66) Iuſtinus Abbas Monaſterii Anaſtaſii , de quo *ſupr. n.* 21. , & 23.

(67) In Graeco melius ἀρετῆς .

(68) *Matth.* XXV. 4.

(69) Scythopolis Palaeſtinae civitas , Galileae contermina , a ſacris ſcriptoribus *Bethſan* appellata , ſexcentis ſtadiis diſtabat ab Hieroſolymis . In Actis apud Bollandum Scythopolitanus , qui cum S. Anaſtaſio in eodem carcere detinebatur , index , & praefectus dicitur ; nos ἄρχοντα *principem virum* vertimus.

(70) In Graeco mendoſe eſt γλιχόμενος pro γλιχόμενος , & mox συμβουλεύουσι pro συμβουλεύουσιν , & ἰσταίαζεν pro ἰσταίασεν .

(71) Lege ὑπονοηθῇ .

(72) Cum duo Sellarii hic nominentur , patet , quod ſupra *n.* 50. dicebamus , Sellarii officium apud Perſas non ſummam inter equites dignitatem , ſed turmae ducem , & praefectum ſignificaſſe .

(73) In Graeco mallem οἶδε .

(74) Signum S. Anaſtaſio impreſſum fuiſſe infamiae notam non dubito , qualis ſervis fugitivis in fronte inuri ſolebat , unde *inſcripti* , & *litterati* dicebantur apud Romanos . Videſis Pignorium *de Servis pag.* 27. Quod autem ait Piſida , ὡς ἔθος Πέρσαις , *ut ſolent Perſae* , recte quidem dixiſſe arbitror ; nam antiquiſſimum hunc apud eos fuiſſe

morem teſtis eſt Herodotus, qui *lib.* VII. tradit Xerxem praeter alias ſerviles poenas ſtigmata etiam iuſſiſſe Helleſponto. Sed & hoc ipſum fortaſſis adnotavit Piſida, ut Perſarum feritatem oſtenderet, qui barbaram illam conſuetudinem adhuc retinerent, quam iamdiu Conſtantinus proſcripſerat, quod dedeceret faciem maculari, quae ad ſimilitudinem pulchritudinis caeleſtis eſſet figurata. Acta Graeca, Bollando teſte, pro *σφραγίσας αὐτὸν*, quod merum Helleniſmum ſapit, habent *βυλλώσας αὐτὸν*, quod barbaram Graecitatem olet; unde Latini interpretes reddiderunt *bullatum eum iuſſit duci*.

(75) Exaltationem S. Crucis, quam e Perſide Hieroſolymam reportavit Heraclius Choſroa devicto, nunc etiam recolimus die XIV. Septembris. Sed & antea idem feſtum ſub eodem titulo, ac die agebant Graeci, qui Crucem a Conſtantino Magno iamdiu inventam, & exaltatam celebrare conſueverunt. *Putamus itaque*, (quae verba ſunt Baronii in Martyrologium) *camdem ſolemnitatem multo prius celebrari ſolitam, tanta deinde per Heraclium parta victoria, eſſe auctam, redditamque ex eius memoria illuſtriorem*. Vide Suidam in *v.* Ἡράκλειος.

(76) Qui a Piſida *τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος* dicitur, in Actis Latinis *Reipublicae Diſpoſitor*, in Graecis autem Κομερκιάριος *Comercarius* vocatur, quam vocem ad *Commerciarium* Bollandus deflexit, negotiatorem, vel inſtitam quemdam per eam indicari exiſtimans. Sed ea Κομερκιαρίου vox non a commercio, ni fallor, derivata, ſed ex Κόμης *Comes*, & ἕρκος *vallum* compoſita eſt, quaſi diceres *Comitem*, vel *Praefectum valli*. Virum plane fuiſſe aliqua dignitate conſpicuum declarat Piſida *ſericae veſtis Principem*, vel *Praefectum* eum appellans, quibus verbis eius munus, & officium innui mihi certum eſt. Verum ille Chriſtianus erat, & multa pietate inſignis. Quinam igitur vir ob religionem certe inviſus Choſroae penes ipſum Choſroam eſſet in honore conſtitutus? Sed plures tunc in Perſide fuiſſe principes viros, qui Chriſtianiſmum profiterentur, declarant, quae leguntur *infra n.* 83.

(77) In Graeco legerem *συνεσόμενος*.

(78) Vide *ſupr. n.* 43.

(79) In Actis Graecis additur, *aliqua ex cauſſa calumniam paſſos*.

(80) Bethſaloë, vel, ut in Actis, Baliſiloë, *χωρίον oppidum*, in quo S. Anaſtaſius carceri incluſus, variiſque tormentis afflictus eſt, ad fluvium Tornam, ut ex probabili coniectura Theophanem ſequutus, vel interpretatus affirmat Bollandus §. III., ſitum erat. Piſida circa finem huius Encomii teſtatur fuiſſe locum fluvio vicinum *γείτων τοῦ Βηθσαλωὲ χωρίου ποταμοῦ*. Diſtabat autem a regia urbe Diſcartha, in qua ſuam ſedem collocaverat Choſroa, ut habent Acta, *ἓξ σημείων ſex milliaribus*. Quod facit cum Piſida, qui dicit ipſum oppidum *σταδίοις ἀπῳκισμένον πως τῆς Δισκαρθᾶς τεσσαράκοντα*, *ſtadiis fere quadraginta procul a Diſcartha fuiſſe aedificatum*.

(81) Diſcartha, regni Perſici metropolis, quae etiam Dyſtagerda, Daſtagerda, Deſeridan, Darſtager, & Daſtagerchoſar, invenitur dicta, ad flumen Tigrim poſita erat, & a Cteſiphonte diſtabat XXV. milliaribus. Eam urbem, Dartaſin appellatione minus barbara vocavit alibi Piſida *Heracliad. Acroaſ.* II. 173:

> Ἤδη προσῆψας τῇ Δαρταρτάσου πόλει,

eiuſque appellationis cauſſam aſſignat, quod eſſet ab Artaxare, vel Artaxerxe, qui e ſervo rex factus eſt, & regnum Perſicum occupavit, exſtructa. *Ibid. v.* 203:

> Ἐκεῖνος ὃν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν
> Εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ὑψηλὸν τόπον,
> Ὡς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἁμαρτίας.

(82) De regio palatio, quod Choſroës habuit Diſcarthae, & Heraclius Imp. evertit, plura *in cit. Heracliade Acroaſ.* II. 220.

(83) *Corinth.* II. IX. 23.

(84) Cartacius, Ieſdim filius, apud quem manſit Monachus S. Anaſtaſio datus comes, & teſtis, in Actis Ms. Monaſterii S. Maximini Treviris, quae laudat Bollandus, dicitur *Diſpenſator primus in rebus publicis*: hic autem *ἀξίωμα μέγιστον ἐγκεχειρισμένος in ſumma dignitate conſtitutus* declaratur. Inde patet multos fuiſſe in Perſide, etiam regnante Choſroa, principes viros, Chriſtianae religioni addictos, a quibus affligendis vel timore, vel reverentia impius rex detinebatur. Vide *ſupr. n.* 34.

(85) Idem *n.* 89. Τῶν δεσμοφυλάκων χιλίαρχος *cuſtodum carceris tribunus*, & caput vocatur. Erat autem, teſte Piſida, Chriſtianus.

(86) In Graeco melius *ψιμμυθιώσας*.

(87) Puto legendum *προσαγωγῇ*.

(88) Quamquam in Graeco ſit *οὐ πάντως*, vertere placuit, quaſi diceret *μαί*.

(89) Iphidemiam Aloëi uxorem duos filios ex Neptuno peperiſſe proceriſſimos narrat Homerus *Odyſſ.* XI. 307:

> Ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλέκλειτόν τ' Ἐφιάλτην,
> Οὓς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα.
> Ἐννέωροι γὰρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
> Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
> *Otumque virilem, & inclitum Ephialtem,*
> *Quos certe proceriſſimos enutrivit alma tellus:*
> *Novennes enim cum eſſent, novem cubitorum erant*
> *Latitudine. ceterum longitudo erat novem ulnarum.*

(90) Chiliarchus, vel Tribunus, quem Chriſtianum dicit Piſida, a Chiliarcho, de quo ſupra *n.* 83. non plane diverſus.

(91) Vide *ſupr. n.* 82.

(92) Φυλακτήριον, quod ex Anaſtaſio aſportare voluiſſent Chriſtiani, recte explicat Piſida quid fuerit; ne quis voce *phylacterii*, quod amuletum ſignificat, exiſtimaret eum Graecorum, aliarumque gentium vanitatem tueri, qui *περίαπτα*, *περιάμματα*, *ἐξαρτήματα*, *φυλακτήρια*, uno verbo *amuleta*, cum quorumdam verborum ſuſurro fronti, & collo appendere, & alligare conſueverunt: quam conſuetudinem omnes Sancti Patres damnarunt. Videſis in

Digitized by Google

in illud *Matth.* XXIII. 5. *Dilatant phylacteria*. Itaque Piſidae φυλακτήρια ſunt λείψανα *reliquiae*. Nos *Actorum* interpretes ſequuti, *benedictionem* vertimus.

(93) Σιμικίνθιον, quod rectius σημικίνθιον, ſemicinctium, ſudarium, ſtrophiolum, quo ſudor abſtergitur. Vox latina, quae cum aliis iam a tempore Apoſtolorum in Graeciam immigrarunt. Alludit Piſida ad illud *Act.* XIX. 12. de virtutibus, & miraculis, quae S. Paullus operatus eſt Epheſi. Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια, ἢ σημικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν τὰς νόσους. *Ita ut etiam ſuper languidos deferrentur e corpore eius ſudaria, vel ſemicinthia, & recedebant ab eis languores*. Unde S. Ioh. Chriſoſtomus *de Sacerdotio lib.* IV. *c.*6. S. Paulli eminentem virtutem laudans dixit: Οἱ δὲ νῦν πάντες ὁμοῦ συνελθόντες μετὰ μυρίων εὐχῶν καὶ δακρύων οὐκ ἂν δυνηθεῖεν, ὅσα ἴσχυσε τὰ σημικίνθια Παύλου ποτέ. *Hodierni autem homines, omnes ſimul coacti, infinitis tum precibus, tum lacrimis, numquam tantum poſſint, quantum olim Paulli ſemicinctia potuerunt*. Videſis clariſſimi viri Ioh. Lamii digreſſionem *de re veſtiaria hominis Chriſtiani* in libro vere ſingulari *de eruditione Apoſtolorum part.* I. *pag.* 156., quem nova diſſertationum, adnotationumque acceſſione hoc anno MDCCLXVI. iterum protulit in lucem.

(94) Ἀναιδιζόμενος pro ἀναιδευόμενος *impudenter, & arroganter* rem aliquam aggreſſus. Mox occurrit ἀνθαδιζόμενος, quae vox forſan hic etiam eſt reponenda pro ἀναιδιζόμενος.

(95) In Graeco lego τῶν ἄλλων.

(96) Vide *ſupr. n.* 78.

(97) Acta habent circa ſeptuaginta fuiſſe Chriſtianos, qui una ſimul cum S. Anaſtaſio martyrio coronati ſunt. Piſida poëtica quadam locutione, verumtamen claris verbis definit, *fuiſſe centum, minus triginta*, & infra apertius ἑβδομήκοντα *ſeptuaginta*, ut eſt in Martyrologio Romano.

(98) Lege κολακείαν.

(99) Puto melius vel ἀναδέχεται, vel ἀναδέχεσθαι θέλει.

(100) Supple ἀντὶ τῆς βας.

(101) *Luc.* XXIII. 46.

(102) Acta Graeca diem, quo S. Anaſtaſius martyrium conſummavit, aperte deſignant: Κατὰ τὴν δευτέραν καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς βασιλείας τοῦ Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ ἑξκαιδεκάτου Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *Vigeſima ſecunda menſis Ianuarii, anni decimi octavi imperii religioſiſſimi Heraclii, & decimi ſexti eius filii Conſtantini*. Omnes autem quotquot de S. Anaſtaſio Perſa egerunt, tum veteres ac recentes ſcriptores, quorum ſententias Alex. Politus expendit *in Martyrol. Rom. illuſtr.*, conveniunt S. Anaſtaſium, cum iam ſeptuaginta Chriſtiani ſtrangulati fuiſſent, ſimili morte eſſe defunctum; quamvis alii aliter id factum eſſe tradant, quod mox *n.* 105. obſervabimus. Ephemerides Graecae recte uno verſiculo diem, & genus mortis deſignant:

Εἰκάδι δευτέρῃ Ἀναστάσιος βρόχον ἔτλη.
Die XXII. *Anaſtaſius laqueum ſuſtinuit*.

Quod etiam duobus ſenariis expreſſum invenitur:

Ἀναστάσιος ἐν τραχήλῳ τὸν βρόχον,
Ὡς λαμπρὸν ὅρμον, ἀστράπτει φέρων.
Anaſtaſius in collo laqueum,
Quaſi ſplendidum monile, ferens coruſcat.

(103) Cod. Ms. pro στεῤῥότερον habet in margine τιμιώτερον, quam lectionem in verſione recepimus.

(104) *Reg.* IV. *cap.* II. 10.

(105) Cum de genere martyrii S. Anaſtaſii ſcriptorum varietas fecerit, ut oriretur dubitatio; alii enim ſuffocatum, alii vero decollatum obiiſſe tradunt; Alex. Politus coniecturam fecit *in Martyrol. Rom.* diverſas ſententias ſic eſſe conciliandas. *Potuit fieri, quod & factum videtur, ut dum Beatus Martyr, laqueo ad collum eius ſtrictius adducto, in eo iam erat ut ſuffocaretur, caput ei actutum praeciderent. Idque mihi ſatis ſignificaſſe videtur Menologium Graecum Sirleti. Hac ratione conciliari fortaſſe inter ſe poſſunt ea loca, quae inter ſe contraria videntur de genere martyrii S. Anaſtaſii: quem quidem Anaſtaſium alii laqueo, alii capitis praeciſione, martyrium confeciſſe commemorant*. Verum Politi coniecturam, ut levem, reiiciendam ſuadet Piſida, qui quemadmodum res acta ſit, adeo dilucide narrat, ut ea conciliatione neutiquam indigeat. Nuper noſter Encomiaſtes dixit, τῷ μαρτυρίῳ τὴν κορωνίδα τοῦ βρόχου λαμπρῶς ἐπεχαράξατο, *martyrio ſplendidam coronidem laqueo conſtrictus imponit*; quibus verbis genus mortis declarat. Hic autem, qua de cauſſa poſt mortem S. Martyri caput fuerit amputatum, explanat, ὅπως τὴν σφραγῖδα τοῦ τυράννου τὴν ἐπ᾽ αὐχένα ἀποδείξωσιν, *ut ſigillum cervici impreſſum oſtenderent tyranno*. Itaque genus martyrii, quod poſt multa tormenta S. Anaſtaſius pertulit, definitum eſt. Laqueo conſtrictus obiit, deinde vero decollatus eſt, ut de eius morte ex nota inuſta capiti certior fieret tyrannus.

(106) De ſigno S. Anaſtaſio impreſſo *ſupr. n.* 74.

(107) Cuſtodum carceris Tribunus, qui in *Actis* dicitur Sellarius, pietatis cauſſa, (Chriſtianus enim erat) S. Anaſtaſii corpus ſecerni volebat. Vide *ſupr. n.* 89.

(108) Mirabar Simeonem Metaphraſtam, qui S. Anaſtaſii vitam ex *Actis* a Bollando vulgatis contexuit, contra eorumdem fidem dixiſſe, tum S. Martyrem, cum eius ſeptuaginta ſocios *in flumen eſſe demerſos*: quod etiam legitur in Martyrologio Pariſienſi. *In Perſide S. Anaſtaſii Monachi, qui ... in flumen demerſus martyrium conſummavit poſt alios ſeptuaginta*. Nihil porro tale nec ex Actis ipſis, neque ex Piſida colligitur: quare quod de ſeptuaginta Martyribus in Martyrologio novo Romano primum adiectum eſt, *in fluenta demerſos*, omnino delendum eſt, ut monet nuper laudatus Alex. Politus *pag.* 366. Error ut videtur ex eo natus eſt, quod ſciolus neſcio quis, cum legiſſet

 Marty-

Martyres iuxta flumen eſſe adductos, & poſtea ſuffocatos, *in fluenta* tandem *demerſos* fuiſſe crediderit. Sed o ridiculum caput! nec enim animadvertit, quod deinde factum eſſe tradunt *Acta*, & Piſida confirmat: etenim nedum Martyrum corpora in decurrentem fluvium proiecta fuerint, late per campum fuſa, & congeſta, ut dignoſci non poſſent, per totam noctem iacuerunt.

(109) Iudaei, ut videtur, carnificis officio fungebantur ſub Choſroa. Narrat Theophanes *p.*252. eo anno, quo ſancta civitas capta eſt a Perſis, Iudaeorum manibus plurimos Chriſtianos, & ut quidam aſſerunt, ad nonaginta millia fuiſſe trucidatos, *πολλοὺς ἀπέκτειναν διὰ χειρὸς τῶν Ἰουδαίων, ὡς φασί τινες, μυριάδας ἐννέα*.

(110) Legerem *ὁμοτρόπων τὴν ἄσκησιν τινας προσλ.*

(111) In Ms. eſt *τῆς ἄψεως*, ſed *ὄψεως* legendum non dubito.

(112) Recte quod Piſida ait *σταδίοις ἑπτά που τοῦ Βηθσαλοὲ διϊστάμενον*, Acta reddunt, *uno circiter milliario diſtans*.

(113) Ex Actis Graecis haec pauca verba profert Bollandus §. 2. *Ἐγὼ μὲν αὔριον τελειοῦμαι· μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας ὑμεῖς μὲν ἀπολυθήσεσθε, ὁ δὲ ἄδικος καὶ πονηρὸς βασιλεὺς ἀναιρεθήσεται*. S. Anaſtaſii praedicationem exitus confirmavit.

(114) *Reg.* IV. *cap.* II. 13.

(115) *Colobium*, quod etiam *libitonarium* dictum fuit, erat interior tunica, qua utebantur Monachi Aegypti, manicis decurtatis, quales inter ſacras veſtes eſſe videmus, quae *dalmaticae*, vel *tunicellae* vocantur. Ea vox a Graeco, ut videtur derivata eſt; nam *κολοβὸν breve*, *mutilum*, ac *truncum* ſignificat. Iſidorus *Etym.* XIX. 22. *Libitonarium eſt colobium ſine manicis, quali Monachi Aegypti utuntur*. Caſſianus autem *lib.* I. *Inſtit. cap.*4., cur indumentum huiuſmodi adhiberent, explanat. *Colobiis lineis induti, quae vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, ut amputatos habere eos actus, & opera mundi, ſuggerat abſciſſio manicarum*.

(116) In Graeco melius *προσεπετείλαμεν*.

(117) *Ibid.* lege *προσκυνῆσαι*.

Additio ad ſuperiorem Notam (74)

Quo ſtigmate, ſeu mavis bulla ſignatus in fronte fuerit S. Anaſtaſius, vetus oſtendit Capitis eius Imago, certe effigie ex prototypo adhuc recens reciſo, quam aere inciſam pag. 303. apponi curavimus. Huius Imaginis meminit Auctor coaevus Miraculorum S. Anaſtaſii a Bollando ex graeco Ms. latine redditus; quae cum ipſo S. Martyris Capite Romam advecta novis miraculis inclaruit a ſeptima Synodo Oecumenica Nicaeae habita commendatis, & in Eccleſia Monaſterii SS. Vincentii, & Anaſtaſii extra muros ad Aquas Salvias etiamnunc adſervatur, & colitur.

IAMBOI

ΙΑΜΒΟΙ ΤΙΝΕΣ
ΣΥΝΕΙΛΕΓΜΕΝΟΙ

SENARIORUM
FRAGMENTA.

M O N I T U M.

NE quid ex iis, quae Piſida ſcripſit, Lector deſideret, omnia eius Fragmenta, quotquot vel ex Codicibus, vel ex libris prelo impreſſis excerpere licuit, qua potuimus diligentia huc congeſſimus. Quaedam ex iis in Codice Vaticano 1126. invenimus: alia ex Codice Pariſienſi 1630., & 2831. accepimus: cetera ex Suida, Theophane, & Cedreno collegimus. Atque id quidem operis antea ſuſceperat Jacobus Lectius; ſed novem tantum fragmenta invenit ipſe, quae Piſidano Hexaëmero ſubiiceret, ut videre eſt inter Poëtas Lyricos veteres Graecos, quos edidit pag. 273. Nos autem tanta hinc inde corrogavimus, ut ad nonaginta & amplius excreverint. Cum autem plura ex iis, quae in Suida, & Theophane leguntur, inter libros Piſidae hodie exſtantes non inveniantur, manifeſtum omnino eſt, ea fuiſſe deſcripta, & recitata ab illis auctoribus ex libro, qui vel iam intercidit, vel inter Bibliothecarum tenebras adhuc deliteſcit. Ac quod ad Suidam ſpectat, nonnulla quidem in eo ſunt Fragmenta, quae ad Piſidani Hexaëmeri poëma videntur pertinere: unde illud confirmatur, hoc ipſum opus eſſe mutilum, & eiuſdem Suidae fit probabilior ſententia, & auctoritas, qui in *voce* Γεώργιος teſtatur Piſidae Coſmopoeïam *duobus* fere millibus verſuum quondam conſtitiſſe. In vulgato Suidae textu legitur *tribus* millibus, ſed reſtituendum eſſe *duobus* millibus iure mihi videor iam conieciſſe in Praefatione; & quidem totum opus pluribus licet conſultis Mſs. Codd., haud copioſius edere potui quam ex verſibus 1910. Ceterum maximam Fragmentorum partem, quae a Suida laudantur, ex poëmate, in quo de Choſroa, eiuſque clade agebatur, eſſe petitam quivis facile intelliget, ſi ea legere non pigebit. Quae cum Piſida hoc ipſum argumentum *in Heracliade*, quam protulimus in lucem, pertractaverit, profecto dicendum eſt, vel eum aliud poëmation *de rebus Perſicis* ſcripſiſſe, ad quod ſenarii a Suida citati commode referantur, vel *Heracliadem* ipſam non duabus, ut nunc conſpicitur, ſed tribus vel pluribus Acroaſibus fuiſſe quondam incluſam, quarum aliqua pars hactenus deſideretur. Quam coniecturam Theophanes plane confirmat, qui cum ſuae de rebus ab Heraclio geſtis narrationi multos Piſidae ſenarios, prout ei veniebant in mentem, vel hiſtorici ſtili concinnitati magis convenire videbantur, intexere non dubitaverit, praeter eos, quos ad poëmation *de Exped.* pertinere manifeſtum eſt, alios etiam iambos paſſim interſperſit, ſub *num.* 177., *& ſeqq.* a nobis deſignatos, qui plane nullibi in Piſida reperiuntur, ſed tamen nonniſi Piſidae eſſe poſſunt: nam praeterquam quod nulla plane eſt ratio, cur ei, cuius eſſe primi dignoſcuntur, denegentur ceteri; ſatis id nobis etiam perſuadet, qui ex illis Fragmentis elicitur ſenſus: omnia enim vel ad caedem Choſroae, vel ad Heraclii victorias exprimendas intendunt, quae quidem ea ſunt, in quibus exornandis potiſſime verſatus eſt Piſida. Nemo autem qui ſapiat, haec ipſa Fragmenta iamborum eſſe lacinias plane negabit: nam ne de iis loquar, quos in ipſo Theophanis textu ſuo numero conſtare quivis facile intelligere poteſt, facile quidem eſſet alios, verbis paulliſper tantum immutatis, ad genuinam lectionem reſtituere, quam, ut par eſt credere, in Piſidae libello retinebant. Si enim ea verba, quae ſub *num.* 177. ita ex Theophane deſcripſimus:

Λάβοιτο νίκη τῶν φίλων φονεύτριαν,

hoc pacto diſponas,

Ἔτι λάβοιτο τὴν φίλων φονεύτριαν,

& quae ſub *num.* 182. ita leguntur:

Σβέννυμι τὸ πῦρ, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέξῃ,

hoc modo reddas,

Τὸ πῦρ ἐσβέννυμι, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέγῃ,

profecto habebis iambos metri legibus reſpondentes. Itaque cum multa ſint in Suida, & Theophane Piſidae fragmenta ex uno eodemque, ut videtur, hauſta libro, quae tamen inter opera Piſidae hodie non exſtant, certum omnino eſt, eum librum, vel Acroaſim, quae de relata ab Heraclio ultimum victoria contra Perſas agebat, intercidiſſe.

TOT

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΙΑΜΒΟΙ ΤΙΝΕΣ ΠΑΝΤΑΧΟΘΕΝ
ΣΥΝΕΙΛΕΓΜΕΝΟΙ

EIUSDEM
SENARIORUM FRAGMENTA
UNDEQUAQUE COLLECTA.

Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον.

Πλάτων σιωπᾷ· καὶ λαλεῖ σκυτεργάτης.

Εἰς ποδάγραν.

Ποδάλγα μῆτερ κωκυτοῦ τί με πλέον
Δειοῦσα τήκεις; μνῆμα σὸν λύσει πόνον·

Ἐμοὶ μὲν ἤδη κάλλος οὐ λείψει τόπος,
Ἄχρις δ' ἂν ᾖς ἐν βίῳ, σύνειμί σοι.

Εἰς τὸν ἅγιον Λάζαρον.

Ὁ τὴν φιλέχθρον συμβατεύσας τετράδα,
Τετραχθόνευτον ἐξανίστησιν νέκυν.

Εἰς ὄρνιν· πρὸς τὸν βασιλέα Ἡράκλειον.

Αὕτη μὲν ὄρνις, ἡ πρὸ μικροῦ παμφάγος,
Εὑροῦσα σῖτον τῶν γερόντων εἰς κόρον,
Πρὸς ὕψος ἤρθη σαρκικῶν φυσημάτων.
Ἀλλ' εἰ κελεύει τὸ κράτος σου, Δέσποτα,
Σχισθῇ τὰ νῶτα, καὶ πῦρ ὠσθῇ, καὶ μάθοι,
Πῶς σωφρονίζει τοὺς ἀτάκτους ἡ δίκη.

Εἰς τὸν Πατριάρχην.

Ἔχων νοητὴν, καὶ θεόγραφον βίβλον
Ὁ Πατριάρχης Σέργιος τὴν καρδίαν,
Τὴν τετράηχον τῶν Ἀποστόλων λύραν
Εἰς ἓν συνῆψεν, ὡς ἑνὸς τοῦ πνεύματος.

Πρὸς πέπονα.

Πέπων πεπανθεὶς ἐξυδαροῖ γαστέρα.
Οἶνος δ' ἄκρατος ἐκπατεῖ τούτου κράτος.

Εἰς βασιλέα Ἡράκλειον.

Μελαμβαφὲς πέδιλον ἐνδύσας πόδα
Βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν Θεοτόκον.

Γύναι γυναικῶν κόσμος ἐκλαμπὴς ἔφυς·
Κοινὴ δὲ παντὸς τοῦ γένους σωτηρία.

Εἰς αὐτὴν βαστάζουσαν
καὶ τὸ βρέφος καὶ ἀτενίζουσαν εἰς αὐτό.

Ὁρῶσα τὴν ἄφραστον ἐν σαρκὶ φύσιν,
Ἀμηχανεῖς δέσποινα, καὶ γεγραμμένη.

Εἰς τὴν σταύρωσιν.

Ὢ θαῦμα θαῦμα· τῇ σαθρᾷ ξύλου φύσει
Τὸ στερρὸν ἐξέκοψε τῆς ἀπιστίας.

Εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν.

Μωσῆς φοβεῖται καὶ θεωρῆσαι τὸ πῦρ·
Θωμᾶς δὲ χερσὶ ψηλαφήσας τὴν φλόγα
Τὴν πίστιν ἠκρίβωσεν ἐξ ἀπιστίας.

Εἰς

In S. Paullum.

Plato ſilet, & loquitur Coriarius.

In podagram.

Podagra mater, quid me cocyto fortius
Exagitans crucias? Tuum laborem abſolvet ſepulcrum.

Mihi quidem iam nulla ſpecies eo erit in loco.
Uſque dum vixeris, tecum mihi res erit.

In Sanctum Lazarum.

Qui diſcordem contudit quaternitatem
Quatriduo humatum ſuſcitavit mortuum.

In avim ad Imp. Heraclium.

Hac quidem avis nuper omnium devoratrix,
Senum invento frumento uſque ad ſatietatem,
Ad ſummum elata eſt carnalis arrogantiae.
At ſi iubeat tua potentia, o Deſpota,
Scindentur terga, ignis amovebitur, & addiſcet,
Quomodo caſtiget impios iuſtitia.

Ad Patriarcham.

Habens rationalem, & a Deo ſcriptum librum
Patriarcha Sergius, videlicet ſuum cor,
Quadruplicis ſonus Apoſtolicam lyram
In unum temperavit, tamquam ex uno ſpiritu.

In peponem.

Pepo bene maturus diluit ventrem,
Vinum autem purum domat eius audaciam.

In Heraclium Imperatorem.

Nigrum calceum, quo indutus es pedem,
Efficies rubrum Perſicis ex cruoribus.

In Sanctiſſimam Dominam Deiparam.

Mulier, mulierum es inclitum ornamentum,
Et communis totius generis ſalus.

In eamdem,
in ulnis ferentem puerum, ipſumque demirantem.

Videns ineffabilem in carne naturam,
Deficis, o Domina, vel etiam picta.

In crucifixionem.

Miraculum, miraculum! putri ligni natura
Duritiem exſcidit infidelitatis a cordibus.

In S. Thomam.

Moſes formidat vel intueri ignem:
Thomas autem manibus flammam contrectat,
Et ex infideli fit perfectus fidelis.

In

Εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν.

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ Θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς Παρθένου.
Ἡ γὰρ φέρουσα τὸν Θεὸν ταῖς ἀγκάλαις
Φορεῖ τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.
Ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τεταγμένοι
Τὰ σκῆπτρα πιστεύουσι τῆς νίκης ἔχειν.
Ἐνταῦθα πολλὰς κοσμικὰς περιστάσεις
Ὁ Πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει.
Οἱ βάρβαροι δὲ προσβαλόντες τῇ πόλει,
Αὐτὴν στρατηγήσασαν ὡς εἶδον μόνην,
Ἔκαμψαν εὐθὺς τῶν ἀκαμπεῖς αὐχένας.

Ἄλλως.

Ἔδει γενέσθαι δευτέραν Θεοῦ πύλην
Τῆς Παρθένου τὸν οἶκον, ὡς δὲ τὸν τόκον.
Κιβωτὸς ὤφθη τῆς πρὶν ἐνθεωτέρα,
Οὐ τὰς πλάκας φέρουσα τὰς θεογράφους,
Ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν Θεὸν δεδεγμένη.
Ἐνταῦθα κρουνοὶ σαρκικῶν καθαρσίων,
Καὶ ψυχικαὶ λυτρώσεις ἀγνοημάτων.
Ὅσαι γάρ εἰσι προσβολαὶ παθημάτων,
Βλύζει τοσαύτας δωρεὰς τῶν θαυμάτων.
Ἐνταῦθα νικήσασα τοὺς ἐναντίους,
Ἀπώλεσ' αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ.
Τροπῆς γὰρ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει μόνη
Θεὸν τεκοῦσα, καὶ κλονοῦσα βαρβάρους.

In templum Blachernarum.

Si tremendum in terra Dei quaeris thronum,
Vide atque admirare templum Virginis.
Nam quae geſtavit Deum ſuis in ulnis,
Ipſum nunc geſtat ad loci venerationem.
Hic qui ad terram regendam ſunt conſtituti
Sceptra confidunt victricia ſe manu tenere.
Hic permultas mundi calamitates
Patriarcha vigilans avertit;
Barbari vero aggreſſi civitatem,
Ipſam, ut eſſe belli ducem viderunt ſolum,
Flexerunt illico indomitas cervices.

Aliter.

Opus erat, ut eſſet ſecunda Dei porta
Virginis domus, perinde ac filius.
Apparuit arca illa priore divinior,
Quae non tabulas geſſit a Deo ſcriptas,
Sed intus ipſum Deum excepit.
Hic fontes ad carnis luſtrandas ſordes,
Et redemptiones animarum a peccatis.
Quot enim ſunt morborum aſſultus,
Tot ipſa effundit dona miraculorum.
Hic quos devicit Romanorum hoſtes
Occidit ipſos non haſta, ſed aqua.
Ne ſe enim in fugam vertat, datum eſt ei ſoli,
Quae Deum peperit, & deturbavit Barbaros.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

In voce Ἀγωγόν.

Πρὸς τοὺς ἀγωγοὺς ἐτράπετο τοῦ Τίγριδος.

In v. Ἅμματα.

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐντὸς ἦν τῶν ἁμμάτων
Δεσμοῦσιν αὐτὸν ἀσφαλεστέρᾳ δέσει.

In v. Ἀνεκτά.

Οὐκ ἦν ἀνεκτὰ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη.

In v. Ἀντλία.

Ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας.

In v. Ἀπορρῆξαι.

Οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, οἱ λίθοι τάχα
Φωνὰς ἀπορρήξουσι τῶν πεπραγμένων.

In v. Ἀπόσπονδον.

Ταύτην ἀφέντες τὴν ἀπόσπονδον μέθην,
Καὶ πᾶσαν ἰλὺν ἀλλοφύλων ᾀσμάτων.

In v. Ἀτρόμητος.

Φεύγων ἀτρόμως, καὶ τρέχων ὑποστρέφει.

In v. Ἄχηρος.

Ἄπους, ἄχηρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα.
Πλήρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις.

In v. Βάκχος.

Πολλοὺς δὲ Βάκχους ἦν ὁρᾶν ἀκουσίως
Τὴν ἐσχάτην ὄρχησιν ἐξορχουμένους.

In v. Βύουσι.

Ἐρῶ δέ σοι νῦν, εἴπερ οὐ βύειν θέλεις.

In v. Γιγαντιῶ.

Γιγαντιᾷ δέ, καὶ τυραννῆσαι θέλει.

In v. Διόπτρα.

Ταῦτα πρὸ πολλοῦ τῇ διόπτρᾳ σὺ βλέπεις.

In

FRAGMENTA EX SUIDA.

* * *

Ad canales Tigridis ſe convertit.

* * *

Poſtquam vero nodis conſtrictus erat,
Vinxerunt ipſum firmiore vinculo.

* * *

Non erat tolerabile vicinis illud damnum.

* * *

Et navibus, quae foetidas habent ſentinas.

* * *

Quos ſi tacuerimus, lapides forſan
Clamore ſuo id, quod geſtum eſt, indicabunt.

* * *

Hanc valere iubentes inviſam ebrietatem,
Et omnem faecem peregrinarum cantionum.

* * *

Fugiens intrepide, currenſque revertitur.

* * *

Pedibus, manibuſque carens non gravat cervicem.
Integrae ſunt ſingulorum membrorum iuncturae.

* * *

Multos autem Bacchos videre erat invitos
Extremam ſaltationem ſaltantes.

* * *

Nunc vero tibi dicam, ſi modo aures claudere nolis.

* * *

Gigantum more ſuperbit, & tyrannidem affectat.

* * *

Haec multo ante dioptra tua cernis.

Teli

In v. Διπλόη.

Ἐπέσχεν ὑμῶν τὴν βολὴν ὑπηγμένην
Ἡ τῷ χιτῶνος ἐμπεσοῦσα διπλόη.

* * *

Teli veſtri clam in me contorti ictum compreſſit
Oppoſita veſtis duplicata.

In v. Δύναμις.

Τὰς πέντε δυνάμεις Ἀρχιμήδης εἰς μίαν
Συνάψας ὕλην, εἰς τὸ κινῆσαι μόλις
Τῶν δυσμαχήλων ἐξοχῶν τὰ φορτία.

* * *

Cum Archimedis quinque facultates in unam
Contraxiſſet, ut machinis quibuſdam
Graviſſima onera moverentur.

In v. Αἰτός.

Οἷς οὔτε δίψης ἔστιν ἥττων ἡ φύσις,
Οὐδ' αὖ κονίστρας ἐνδεὴς ἡ στεῤῥότης·
Ἀλλ' εἰσὶ δίψης καὶ κρύους ἀνώτεροι.

* * *

Quarum natura neque ſiti eſt obnoxia;
Neque robur, & firmitas corporis palaeſtra indiget;
Sed ſitis, & frigus eas numquam vexat.

In v. Ἔγχερσον.

Ταύτην, κράτιστε, τὴν ἀπεξενωμένην
Ὁδὸν περάσας, ὥσπερ ἔγχερσον δρόμον.

* * *

Hoc, optime, ignotum iter
Cum confeceris, velut curſum terreſtrem.

In v. Ἐγγυῶν.

Νυνὶ πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω,
Τοῦ Χοσρόου λέγοντος ἐγγυωμένου,
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.

* * *

Nunc pleno orbe ſplendeat luna,
Choſroë annuente ſpondens,
Perſas non amplius rebus creatis divinos honores attributuros eſſe.

In v. Ἐμβραδῆ.

Ἔσω τῶν ἀσπίδων ἦλθες ἐμβριθεῖ τάχει.

* * *

Intra ſcuta veniſti tuta celeritate.

In v. Ἐμπίς.

Κύκλῳ περισφίγξαντες ἐμπίδων δίκην.

* * *

Corpus undique conſtringentes, culicum inſtar.

In v. Ἔναυλον.

Ἀεὶ γὰρ, ὡς ἔοικεν, αἱ περιστάσεις,
Ἐκ τῶν ἐναύλων ἠρεθισμέναι πόνων,
Τίκτουσιν ὁρμὰς κρείττονας βουλευμάτων.

* * *

Semper enim, ut par eſt, calamitates
Recentibus irritatae moleſtiis
Impetum pariunt omnibus fortiorem conſiliis.

In v. Ἐνθουσιώσας.

Καὶ τὰς ἀθέσμους ἡδονὰς τοῦ βαρβάρου
Ἐνθουσιώσας τῇ πυρώσει τῆς μέθης
Ἐπεξανῆπτον.

* * *

Et nefarias, inſanaſque voluptates barbari
Calore temulentiae inſuper accendebant.

In v. Ἐπαίκτης.

Ὅπως ὑφέξῃ τοῖς ἐπαίκταις Ἀγγέλοις
Τοὺς συλλογισμοὺς τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων.

* * *

Ut urgentibus nunciis
Rationem reddas debitorum, & uſurarum.

In v. Ἐπίδοσις.

Πρὸς τὰς ἐπιδόσεις τῶν ξιφῶν καὶ τῶν λίθων.

* * *

Ad incrementum gladiorum, & ſaxorum.

In v. Ἐπιστάτης.

Ὡς ἰχνολέσχης τῶν γραφῶν ἐπιστάτης.

* * *

Ut ſubtilis cauſſarum patronus.

In v. Εὐλαβηθείς.

Οὐκ ηὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους.

* * *

Non reformidaſti moleſtos morbos.

In v. Εὐφρόνη.

Τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης
Ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν εὐφρόνην;

* * *

Quis vocalem gallum docuit in aedibus
Horas noctis indicare?

In v. Ἐχῖνος.

Τοῖς δὲ Νηρεὺς τοῖς ἐχίνοις ἐν σάλοις
Προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βυθῷ κόρας,
Ὅπως φύγωσι πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης;

* * *

Nereus autem erinaceis in profundo maris,
Oculos dat, quibus futurum praevidere queant,
Ut ante tempeſtatem tempeſtatis incommoda fugiant.

In v. Εἰ ἐυτικόν.

. . . . Εἰ γὰρ ἂν τὸ Περσίδος
Ἔσβεστο θράσος.

* * *

. . . . Utinam vero Perſidos
Contuſa eſſet ferocia.

In v. Ἦν.

Κἀγὼ γὰρ εἷς ἦν τῶν βοᾶν ἠπειγμένων.

* * *

Etenim & ego unus eram vociferantium.

In v. Ἡρακλεία.

Πάντας δ' ἐφέλκων, οἷα Μαγνῆτις λίθος,
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν Ἡρακλείαν λίθον·
Φύσιν γὰρ αὐτὸς ἑλκτικωτέραν ἔχει.

* * *

Omnes attrahens, ut Magnes lapis,
Vel ut rectius dicam, ipſum Magnetem quoque;
Ipſe enim lapidem hunc vi attrahendi ſuperat.

In v. Κακῶν.

Καὶ πάντες ὥσπερ ἐν κακῶν πανηγύρει
Ἄλλος κατ' ἄλλην συμφορὰν ἐδυστύχει.

* * *

Et omnes tamquam in malorum panegyri
Alius cum alia calamitate conflictabatur.

In v. Κατηχῶν.

: Κρατῶν ἐν μάχαις, καὶ κατηχῶν ἐν μάχαις.

* * *

Vincens in praeliis, & milites propria voce in praeliis adhortans.

In v. Κίβδηλον.

: . . . . Πραγμάτων πάντως δύο
Κίβδηλός ἐστιν ἐργάτης εἷς, ὡς λόγος.

* * *

. . . . Rerum omnino duarum
Adulterinus eſt machinator unus, ut rumor eſt.

In v. Λειτουργία.

Ὅπως ὑφέξῃ τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων
Ἁπάσας ἁπλῶς ψυχικὰς λειτουργίας.

* * *

Ut rationem repetat de debitis, & foenore
At omni prorſus animae miniſterio.

In v. Λῃσταί.

Ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἀοιδίμου μάχης
Γίνεσθε λῃσταί.

* * *

In Paradiſo celebris pugnae
Eſtote latrones.

In v. Μαιεύεται.

Μαιεύεταί σε πᾶν τὸ Ῥωμαίων γένος,
Τοὺς σοὺς ἐπαίνους ἐκπιάζον, ὡς γάλα.

* * *

Obſtetricatur tibi totum genus Romanorum,
Laudes tuas, ut lac exprimens.

In v. Μόχθος.

Οὐκ εἶχε μόχθον εἰς τὸν Εὐφράτην πόρον.

* * *

Abſque multo labore Euphratem traiecit.

In v. Νεοσπάδα.

Ταύτην δὲ τὴν φάλαγγα τὴν νεοσπάδα

* * *

Hanc autem phalangem nuper avulſam.

In v. Νεῦρα.

Βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης
Τὸν πλοῦτον ἐκρυέντα πρὸς τοὺς βαρβάρους.

* * *

Videns praecipue pecuniam,
Quae eſt nervus belli, ad barbaros confluere.

In v. Νυμφίος.

Καὶ τὸν μέγιστον ἐκπεράσας Νυμφίον,
Ὅστις Τίγρητος ταῖς ῥοαῖς ὑπορρέων
Ἀποστερεῖται τοῦ καλεῖσθαι Νυμφίος.

* * *

Et cum Nimphium amnem maximum traieciſſet,
Qui poſtquam cum Tigrete aquas ſuas commiſcuit
Nimphii nomen amittit.

In v. Ξένας.

Ὕλας χορηγῶν καὶ τοσαύτας καὶ ξένας.

* * *

Silvas ſuppeditans & tantas, & admirandas.

In v. Ὄγκος.

Εἰς τρεῖς γὰρ ὄγκους τὸν στρατὸν διασχίσας
Ἔφειλκε τοὺς σοὺς, τῷ δοκεῖν περιέχων.

* * *

In tria enim agmina exercitu diviſo
Attraxit milites tuos.

In v. Οἶστρος.

Οἶστρος γάρ ἐστι καὶ μάλιστα βαρβάροις
Πρὸς τὰς μεταβολὰς εὐμεταπτώτως ἔχειν.

* * *

Furor enim eſt, & praecipue barbarorum
Ad mutationes eſſe proclives.

In v. Οὐσιῶσαι.

Καὶ πάντας ἡμᾶς οὐσιῶσαι σὺ θέλεις,
Καὶ τεκνοποιεῖν τοῦ Θεοῦ καθημέραν.

* * *

Et omnes nos creare tu vis.
Et filios Dei facere quotidie.

In v. Παράβασις.

Τὸν παραβάτην συμβαλὼν τῷ πλασμῷ ξένῳ
Πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάτην.

* * *

Parabatem cum ficto hoſpite committens,
Ante pugnam in adverſarium commiſiſti.

In v. Παροψωνεῖν.

Εἰ μὴ κακουργεῖς, καὶ παροψωνεῖν θέλεις
Ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας.

* * *

Niſi fraudem committis, & clam obſonia emere (vis;
Ab illis qui foetidas ſentinas habent.

In v. Πῶρος.

. . . . Καὶ τὰς ἰκμάδας
Πωροῦντα καὶ σφίγγοντα λιθώδει τρόπῳ.

* * *

. . . . Et humores
Indurantem, & in lapidem mutantem.

In v. Προσόχθισα.

Εἰ δ' αὖ χολάζει, καὶ προσοχθεῖ τῇ μέθῃ.

* * *

Si vero otioſus eſt, & ebrietati inimicus.

In v. Σταγειρίτης.

Ποίους στρατηγοὺς ἢ σταγειρίτας ἔχων
Ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων βαρβάρων;

* * *

Quales duces, aut Stagiritas habens
Veniſti in regionem fortunatorum barbarorum.

In v. Συμφορά.

Ἐκ τῆς ἀμέτρου συμφορᾶς τῶν συρμάτων.

* * *

Ex nimia copia nivis caelo confertim cadentis.

In v. Σύριγξ.

Τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφὴν τὴν ἐργάτιν
Γεωμετρεῖν ἔπεισεν Εὐκλείδου νόμος,
Ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' εὐθείας;

* * *

Quis apem, ſapientem illam artificem,
Geometriam docuit,
Et cellulas ſtruere non ad lineam rectam?

In v. Σύρω.

Σύρει πρὸς ἡμᾶς ὁ στρατὸς μετὰ δρόμου.

* * *

Exercitus ad nos cum curſu contendit.

In v. Σφύζει.

Σφύζεις, Ἀχιλλεῦ, καὶ μεθύσκῃ τὰς φρένας.

* * *

Exſultas, Achilles, & animo es ebrius.

In v. Ταυτότης.

Τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων.

150. Καὶ τὴν χαρὰν γὰρ πολλάκις χαρὰ τρέφει,

Καὶ δάκρυσίν τις ἐξεγείρει δάκρυα.

* * *

Similitudine lacrimarum confuſus.

Etenim laetitiam ſaepe laetitia nutrit,

Et lacrimis aliquis excitat lacrimas.

In v. Τέλμα.

Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους.

* * *

Fluvios in terram convertit, & lapides in paludes.

In v. Τελωνεῖον.

Ἐβουλόμην δὲ πᾶν τὸ τοῦ λόγου πλάτος

Ἐν τῷ στενῷ σου προσβαλεῖν τελωνίῳ.

* * *

Volebam autem de tota re prolixe

In anguſto tuo telonio tecum colloqui.

In v. Τόνον.

155. Εἷλκεν γὰρ αὐτοὺς, ὥσπερ ἡλίου τόνος

Σύρει πρὸς αὐτὸν ἑλκτικῶς τὰς ἰκμάδας.

* * *

Trahebat enim ipſos, quemadmodum ſolis vis

Ad ſe trahit humores.

In v. Τρόπος.

Ὁ βάρβαρος δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τῷ τρόπῳ.

* * *

Barbarus vero oratione, & more.

In v. Τύχη.

Οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπεσούσας τύχας.

Εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας.

* * *

Non formidaſti propter nos adverſam fortunam,

Si modo peccata vocare oportet adverſam fortunam.

In v. Ὑπεξελαύξεις.

160. Ὁ δὲ Χοσρόης ὑπεξελαύσεις ποικίλας

Ὑφίστατ' ἐμπόνους.

* * *

Choſroës vero tormenta varia,

Et gravia ſuſtinuit.

In v. Ὑποψία.

Τὴν τῶν φθασάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν.

* * *

Praeteritorum tutam ſuſpicionem.

In v. Φθόη.

Τὴν ἱππικὴν φθόην.

* * *

Equeſtrem tabem.

In v. Χρῶμα.

Οὐκ ἔστι ταῦτα πρὸς χάριν κεχρωσμένα·

Ἁπλοῖ δὲ πάντες τῆς ἀληθείας λόγοι.

* * *

Non ſunt haec falſo illita fuco,

Omnia enim veritatis verba ſimplicia ſunt.

In v. Ψῆφος.

166. Ψήφου μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.

* * *

Calculi nigri pronuntiavit ſententiam.

ΕΚ ΤΗΣ ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ.

EX THEOPHANIS CHRONOGRAPHIA.

167. Ἧκεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα καστελλωμένα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια, καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, καθὰ καὶ ὁ Πισίδιος Γεώργιος λέγει.

Heraclius ex Africa appulit cum navibus turritis, in quarum malis arculae, & Dei matris imagines appenſae, prout Piſidius Georgius narrat.

168. Λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν χερσὶ τὴν θεανδρικὴν μορφὴν,

Ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἵαν ἐν εἰκόνι

Ὁ πάντα μορφῶν, καὶ διαπλάττων Λόγος

Ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς

Κύησιν ἤνεγκεν, καὶ

Τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ

ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων.

Mox lata manibus Chriſti Dei, & hominis effigie,

Hominis manu non effiсta, ſed quam in imagine,

Quod cuncta formavit, & configuravit divinum Verbum.

Abſque colorum delineatione, ut abſque ſemine fe- (*tum*

In lucem eduxit: huiuſmodi dico

Figura divinitus exarata plane fidens

ad bellicos conflictus deſcendit.

169. Ἐβούλετο γὰρ τὴν ἐξουσίαν ἐν φόβῳ ὅσον ἐν πόθῳ ἔχειν. Εὑρὼν δὲ τὸν στρατὸν εἰς ῥαθυμίαν πολλὴν καὶ δειλίαν ἀταξίαν τε, καὶ ἀκοσμίαν, καὶ

Εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη ἐσπαρμένους,

συντόμως πάντας εἰς ἓν συνήγαγεν,

Καὶ πάντες ὡς ἐκ μιᾶς συμφωνίας

ὕμνησαν τὸ κράτος.

Studebat enim exercendam in milites auctoritatem potius affectu, quam timore comparare. Cum vero exercitum deſidia diſſolutum, animorum deiectione, ordinis defectu, & confuſione pene lacerum, &

In varias provinciarum partes diſſipatum

inveniſſet, quantocyus, & expedite cunctos in unum collegit,

Hinc ſinguli velut una voce

robur, & animum Imperatoris laudavere.

170. Καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἀναιμάκτων θυσιῶν αἱμάτων μιαιφόνων ἐπλήρωσαν,
Καὶ τὰς ἀδύτους τῶν παθῶν ἐκκλησίας
Ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάταις.

Et incruentarum victimarum menſas caedibus, & ſanguine inundarunt,
Et Eccleſias etiamnum labis omnis immunes
Voluptatibus foediſſimis conſpurcant.

171. Καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὸν θέαμα φόνου χωρὶς καὶ κινδύνου.
Καὶ πρὸς φόνους συμπτώσεις, αἱμάτων δίχα,
Καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τῶν τρόπους,
Ὅπως ἕκαστος ἐκ τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς
Λαβὼν ἀφορμὰς ἀσφαλέστερος μένῃ.

Tremendum ſane abſque caede, & periculo cernere licebat ſpectaculum,
Ad ſtragem citra ſanguinem impetus,
Et abſque neceſſitate belli ſpecimina;
Ut ex caede, quam nullum comitaretur periculum
Sumpto documento ſecurior unuſquiſque permaneret.

172. Οὐκ εἶχεν τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν βεβηκότα, ὅ, τι δράσει.

De quovis opere aggrediendo nullum certum conſilium inire poterat.

173. Καὶ τὴν πρὶν αὐτοῦ σεβασμίαν αὐτοῦ ἐδυσφήμει σελήνην.

Et colendum prius aſtrum diris omnibus exſecrabatur.

174. Καὶ τὰ ὄρη κατέλαβεν, ὡς δορκάδες, ὁρῶν
Τὴν καλλίστιχον καὶ σοφὴν στρατηγίαν.

Dorcadum more mentium cacumina occupavit, & ſublimis inde deſpiciebat
Praeclarum, & ad militaris diſciplinae praecepta compoſitum ordinem.

175. Καὶ πᾶσαν ἀκριβῶς τὴν τῶν βαρβάρων ἐξεῖπεν ἀτολμίαν.

Et meticuloſum barbarorum ſtatum omnem enucleatius expoſuit.

176. Τίς γὰρ ἤλπιζε τὸ τῶν Περσῶν δυσμαχώτατον γένος νῶτα δοῦναί ποτε Ῥωμαίοις.

Quis, amabo, Perſas gentem armis invictam terga Romanis dare umquam ſperaſſet?

177. Ἄνδρες, ἀδελφοί μου,
Λάβωμεν εἰς νοῦν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον,
στῶμεν γενναίως κατ' ἐχθρῶν
Τῶν πολλὰ δεινὰ Χριστιανοῖς εἰργασμένων·
αἰδεσθῶμεν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἀδείαστον κράτος, καὶ
Στῶμεν κατ' ἐχθρῶν δυσσεβῶς ὡπλισμένων,
Λάβωμεν πίστιν τῶν φόβων φονεύτειαν.
ἀναλογισώμεθα ὅτι ἔνδον ἐσμὲν τῆς τῶν Περσῶν γῆς, καὶ μεγάλον κίνδυνον ἡ φυγὴ φέρει, ἐκδικήσωμεν τὰς φθορὰς τῶν παρθένων.

Viri fratres,
Dei timorem in animum inducamus,
ſtemus animo forti in hoſtes,
A quibus hucuſque Chriſtiani tot adverſa perpeſſi.
Romani Imperii maieſtatem hucuſque indomitam barbaris ſuccumbere pudeat nos:
Et hoſtibus arma impia tractantibus invictum pectus opponemus.
Fide, mortis, ac metus omnis triumphatrice, accingamur.
In Perſicae ditionis meditullio conſiſtere nos contemplemur, & quantum periculum fuga ſecum vehat. Corruptas virgines noſtras ulciſcamur.

178. Ἤλωσας ἡμῶν τὰς καρδίας, δέσποτα,
Τὸ σὸν πλατύνας ἐν παραινέσει στόμα·
Ὤξυναν οἱ λόγοι σου τὰ ξίφη ἡμῶν.

Dilataſti gaudio corda noſtra, Domine,
Ubi os ad orandum, & ſuadendum recluſiſti.
Acuerunt gladios ſermones tui.

179. Ὥστε πάντες μετὰ δακρύων ηὔχοντο
Ῥύστην γενέσθαι καὶ τῆς Περσίδος
Τὸν κοσμόλεθρον ἀνελόντι Χοσρόην.

Ita ut omnes in lacrimas effuſi votis pro eo conceptis exoptaverint, ut perniciosa illa totius orbis peſte Choſroë occiſo, ipſe univerſae demum Perſiae liberator evaderet.

180. Καὶ παραινέσει τούτους ἤλειφε, λέγων.
Τὸ πλῆθος ὑμᾶς, ἀδελφοί, μὴ ταραττέτω·
Θεοῦ θέλοντος, εἷς διώξει χιλίους.

Et militum animos monitis iſtiuſmodi delinivit.
Hoſtium numerus plane ingens nuſquam vos, fratres, terreat,
Deo enim ita volente, Romanus vel unicus mille fugabit.

181. Ὁρᾷς τὸν Καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς, πρὸς τὴν μάχην ἵσταται,
Καὶ πρὸς τοσοῦτο πλῆθος ἀγωνίζεται,
καὶ ὡς ἄμμον τὰς βολὰς ἀποπτύει;

Vides Caeſarem, o Coſroa, quanta audacia pugnam conſerat,
Soluſque adverſus tantam multitudinem decertet,
& velut arenam vento excitatam tela, ſagittaſque deſpuat?

182. Ὁ δὲ Ἡράκλειος ἔγραψεν τῷ Χοσρόῃ,
Ἐγὼ διώκω, καὶ πρὸς εἰρήνην τρέχω.
οὐ γὰρ ἑκὼν πυρπολῶ τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθεὶς ὑπὸ σοῦ· ῥίψωμεν οὖν τὰ ὅπλα, καὶ εἰρήνην ἀσπασώμεθα· σβέσωμεν τὸ πῦρ, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέξῃ.

Scripſit autem Heraclius Choſroi:
Inſequor te, & ad ineundam pacem contendo:
non enim lubens Perſidem devaſto, verum a te coactus. Armis proiectis pacem amplexemur; & incendium extinguamus, priuſquam tota moles conflagret.

ΕΚ ΤΩΝ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

183. Ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης μετὰ τοιαύτης ταπεινώσεως ἔφη. Ὦ βασιλεῦ,

Μελαμβαφὲς πέδιλον εἱλίξας, πόδα
Βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

EX CEDRENI HISTORIA.

Tom. I. pag.410.

Hunc ita animo demiſſo orantem videns Georgius Piſidenſis, ita allocutus eſt:

Nigrum Imperator nunc indute calceum
Rubefacies; tinctum cruore Perſico.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

βιβλ. ιη΄. κεφ. μη΄.

184. Γεώργιος ὁ Πισίδης σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον, οὕτω πως διεξέρχεται·

Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν·
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγοις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.

EX NICEPHORI CALLISTI HISTORIA

lib. XVIII. cap. 48.

Georgius Piſida ad hunc modum refert, abſurditatem erroris refutans:

Unam, atque mox unam lapillo computat:
At unam, & unam forte ſi unam dixeris,
Pueri vel ipſi tale dictum riſerint.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΤΖΕΤΖΟΥ ΕΞΗΓΗΜΑΤΩΝ

Εἰς Λυκόφρονα, ὅπου τοῦτον ἴαμβον ἀναπτύσσει·

Ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων, ἄναξ,
Τοὶ τόνδε μῦθον.

185. Ἐγὼ δὲ λοξόν· αἰνιγματῶδες, ὅθεν καὶ Λοξίας ὁ Ἀπόλλων· ἢ παρὰ λοξὴν ἰὰν καὶ φωνὴν πέμπειν, λοξοχρήσμων γὰρ ἦν· ἢ παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι καὶ πορεύεσθαι, ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι τῷ ἡλίῳ, λοξῶς δὲ πορεύεται ὁ ἥλιος τὸν Ζωδιακὸν κύκλον·

Ὅπως ἄελλιτὸς τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης
Ἐξ ἀντιπαλαίοντων σφίγγεται καταδρόμων,

καθά φησιν ὁ Πισίδης.

EX ISAACII TZETZAE COMMENTARIIS

in Lycophronis iambum 1467.

Ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων, ἄναξ,
Τοὶ τόνδε μῦθον.

Ἐγὼ δὲ λοξόν, aenigmaticum, unde etiam Λοξίας dictus eſt Apollo; vel quod reſponſa, & voces oblique, & obſcure redderet, implexa enim erant eius oracula; vel quod oblique ſe moveat, & progrediatur, idem enim cum ſole eſt, & ſol quidem oblique per Zodiaci circulum fertur:

Immotus ut ſic lationis impetus
Decurſibus prematur adverſis ſibi,

ut ait Piſida.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

ADNOTATIONES.

Verſ. 1. REpetitus legitur hic verſiculus cum hoc titulo in Cod. Vaticano MCXXVI. ad calcem operum Piſidae; quamvis ex poëmatio *de Reſurrectione* ſit depromptus, ut videre eſt *ibid. v.* 27. Placet hic adſcribere Theodori Studitae iambos *in Sutores* ex Sirmondo *tom.*V. *pag.*758.

Πεδιλοποιῶν ὡς ἄριστος ἡ τέχνη.
Ἀποστόλου γάρ ἐστι Παύλου, τοῦ πάνυ.
O quantus artis eſt honos ſutoriae?
Ars namque Paulli maximi eſt Apoſtoli.

2. Ex eodem Cod. Vat. Piſida ut videtur multum laborabat podagra, quam idcirco opinor matrem ſuam appellat, quia tener adhuc eo dolore cruciabatur. Dialogus eſt, ut mihi videtur, inter Podagram matrem, & Georgium filium, qui eius morbi malignitatem, ac pertinaciam voluit exprimere: & eſt tritum illud Ovidii *Pont.*I. 4. *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* Confer, ſi placet, Lucianum in *Tragopodagra*, ubi ſtatim in principio Cocyti filia vocatur Podagra;

Ποδάγρα πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον.

4. Senſus mihi ſuadebat, ut pro *τόκος* legerem *πόνος*, vel *τόνος*, quaſi Piſida diceret, *mihi iam nullam relinquet ſpeciem dolor*, vel *doloris intenſio*; ſed nihil auſus ſum immutare.

5. Ita Piſidae percontanti reſpondet podagra.

6. Ex eodem Cod. Vaticano. Monophyſitae, eorumque Symmiſtae Acephali naturas ab hypoſtaſibus nolentes diſtinguere, duos filios una cum Neſtorio inducebant in Chriſto, & quaternitatem in Trinitate conſtituebant: qua de re plura dicta ſunt a nobis in pòëmatio *contra Severum*. At Dominus noſter Ieſus Chriſtus, unum ſe quidem hypoſtaſi, & duplici eſſe natura tum maxime oſtendit, quando Lazarum excitavit a mortuis; nam ut egregie, & ad rem ait S. Leo in epiſt. ad Flavianum *tom.*I. *pag.* 821. *Non eiuſdem naturae eſt, flere miſerationis affectu amicum mortuum, & eumdem remoto quatriduanae aggere ſepulturae ad vocis imperium excitare redivivum.* *φιλέχθρον* *diſcordem*, & inimicitiarum amantem recte vocat Noſter *quaternitatem*; mirum enim quot eo ex errore ortae ſint inter Chriſtianos diſſenſiones, & diſcordiae.

7. *Τετραχθόνιστον* ex *τέτραχθα*, & *χθὼν* *quatriduo humatum* Lazarum dicit, quem in poëm. *de Reſurrectione v.* 36. *νεκρὸν τετραήμερον mortuum quatriduanum* appellat.

8. Ex eodem Cod. Vaticano. Quam avim intelligeret Piſida, diu multumque dubitavi, nec quid certi ſtatuerem occurrebat. Nihilominus inſigne aliquod militare hic indicari putabam. Quippe manifeſtum eſt allegorice ſub avis nomine gentem rapacem, & feram notari. Ac Perſas quidem praeter Romanos aquila pro ſigno militari uſos eſſe, teſtis eſt Alexander ab Alexandro *Genial. dierum lib.*IV. *cap.* 2. dicens: *Perſis quoque aurea aquila ſupra oblongam haſtam patentibus alis militare ſignum fuit*; quod Xenophontis teſtimonio fretum dixiſſe exiſtimo; nam *Inſtit. lib.*VII. *cap.*1. ita Graecus hiſtoricus ait de Cyro: *Ἦν δ' αὐτῷ τὸ σημεῖον, ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος· καὶ νῦν δ' ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον βασιλεῖ διαμένει.* *Erat autem ei ſignum, aquila aurea in haſta ſublimi extenſa: & hodie ſignum hoc a rege Perſarum adhuc retinetur.* Itaque, ut coniicio, avis *παμφάγος* erat aquila, vel aquilam praeferens Choſroës, qui anno Heraclii quinto, & ſexto Romanorum ditionem pene totam occupaverat: aquila enim non tam Perſarum, quam regis erat proprium inſigne, ut nuper laudatus Xenophon teſtatur *in Exped. Cyri lib.*I. *in fin.* *τὸ βασίλειον σημεῖον ἀετός τις ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης*, *inſigne erat regium aquila aurea in pelta.* Num oppones aquilam non eſſe *σιτοφάγον* *frumentivoram*, praeſertim cum Ariſtoteles *Hiſt. anim. lib.*VIII. *cap.* 3. dicat aquilarum omne genus ex iis avibus eſſe, quae *σῖτον, οὐδ' ἐάν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν*, *fruges, etiamſi in os indideris, nequeunt devorare?* Eſto: ſed quis non ſentit omnia hic *ἀλληγορικῶς* eſſe dicta? Igitur ſi ita haec accipienda ſunt, quaſi Choſroae feritas deſignetur, dicendum eſt Piſidam hoſce ſenarios ſcripſiſſe circa annum 620., quando videlicet ſenſit Heraclium de bello Perſis inferendo iam cogitare.

12. *Πῦρ ὤθη*, ita in Codice, ſed mallem *πυρωθῇ*: nam Poëta allegoriam perſequens per ea verba *ψιλωθῇ τὰ νῶτα καὶ πυρωθῇ* hoc videtur ſignificare: *Haec avis tam avide, & ferox, ſi tu iubeas Imperator, perbelle tota depilabitur, & inaſſabitur.*

14. Sergium Patriarcham CP. praeter epiſtolas ad Monotheliſmum pertinentes plura ſcripſiſſe nobis ſaepe ſuadet Piſida, qui eius *οὐρανοδρόμους λόγους* *caeleſtes ſermones*, & ſapientiam propemodum divinam commendat. Sed hic aperte quatuor Evangeliorum concordantiam eum confeciſſe declarat, neque enim aliud eſſe potuit *ἡ τετράηχος τῶν Ἀποστόλων λύρα*, *Apoſtolorum quadruplex lyra*, quam uno ſpiritu temperatam eſſe demonſtravit Sergius.

18. Ex eodem Cod. Vaticano. Huius diſtichi feſtivitas, ſi quam tamen ineſſe fatendum eſt, in Graecarum vocum *πέπων, πεπανθᾶς, ἐκπεπᾷ*, ſimilitudine tota conſiſtit, quam in latina verſione ſervare nobis non licuit. De peponum qualitatibus videſis Dioſcoridem, & Galenum. Plinius *lib.*XX. 6. ita: *Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum.*

20. Ex eodem Cod. Vaticano. Celeberrimi ſunt hi duo ſenarii, quos coram Heraclio contra Perſas ituro Piſidam repente effudiſſe tradit Cedrenus *pag.* 337. necnon etiam Georgius Hamarto-

martolus in Chronico inedito, ut parum ſui memor videtur affirmaſſe Allatius *Diatr. de Georgiis pag.* 308. Nam fateor me nihil ſimile deprehendiſſe in Codicibus Vaticanis, quos ille innuit, & e quibus ſuam paravit Hamartoli verſionem. Sed de duobus hiſce verſiculis plura iam nos diximus in *Prolegomenis pag.* VI., qui alibi aliter leguntur, ut ex ipſo Cedreno patet infra *v.*183. In Catalogis Mſs. Angliae, & Hiberniae *tom.* I. *pag.*270. citatur Codex continens *Diſtichon in Heraclium Imp.* Georgii Piſidae, hoc eſt duos hoſce ſenarios. In Catalogo autem Bibliothecae Mediceae nuper edito *pag.*28.*Tom.*I. ex Codice x. Plut.v. ab imperito; & rudi Amanuenſi haec ſcripta leguntur: Στίχοι τοῦ Πισιδίου πρὸς τινα βασιλέα.

Μελισβαφὴς πέδιλον ἑλίξας πόδα
Βάψεις ἐρυθρὸν περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

Mirum editores Catalogi non ſenſiſſe legendum eſſe Περσικῶν.

22. Hoc epigramma cum tribus ſequentibus ex Codice 1831. Bibliothecae regiae Pariſienſis tranſcriptum humaniſſime nobis communicavit cl. vir Capperronerius eiuſdem Bibliothecae cuſtos, a quo hanc gratiam mihi impetravit optimae frugis, & ſummi ingenii adoleſcens Marchantius, quam mihi dederat, cum Romae degeret, fidem ſponte liberans.

24. Ex eodem Cod. Pariſienſi. Poëta Beatiſſimam Virginem, prout in templo Blachernarum viſebatur picta, eleganter deſcribit. Vide *infr. v.*33., *& ſeqq.* Forſan etiam hunc, & ſuperiorem diſtichum Piſida ea mente confecit, ut alteruter tabulae ipſi Deiparam referenti inſcriberetur.

26. Ex eodem Cod. Pariſienſi, atque, ut videtur, contra Monophyſitas. Nam qui in ligno pro nobis pependit, ut homo, Chriſtus, & a mortuis reſurrexit ut Deus, duarum in ſe naturarum coniunctionem citra confuſionem tam aperte docuit, & oſtendit, ut vere ferreus, & durus ille ſit, qui obſtipo capite id credere detrectet. Vide *ſupr. v.*6.

28. Ex eodem Cod. Pariſienſi, atque item adverſus Monophyſitas, quos nullo validiore argumento ad duas in Chriſto naturas profitendas adducere quis poſſit, quam teſtimonio S. Thomae de fide reſurrectionis Chriſti primum dubitantis, & poſtea clamantis, *Dominus meus*, *& Deus meus*. Vide *contra Severum v.* 645. Ac id quod Piſida innuit de Moyſe habes in *Exod.*III. 6. Cum enim Dominus ei apparuiſſet in flamma ignis de medio rubi, quae fuit Verbi incarnati ſignificatio, ἀπέστρεψεν ὁ Μωϋσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *abſcondit Moyſes faciem ſuam; non enim audebat aſpicere contra Deum.*

29. *Iohan.* XX. 27. Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος ἀλλὰ πιστός. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.*

31. Duo quae ſequuntur epigrammata *in templum Blachernarum* ſcripſit opinor Piſida anno 626., videlicet poſtquam Abares ab urbe, quam invadere, & evertere moliti ſunt, coacti ſunt recedere; atque ita ſcripſit, ut aeri, vel marmori inciſa ſupra templi valvas affigerentur. Utraque edidit primus Du-Cangius in notis ad Zonaram *tom.*II. *pag.* 65. ex Cod. Bibliothecae regiae Pariſienſis, qui nunc eſt 1630., ut patet ex Catalogo. Eadem poſt Du-Cangium recudit Bandurius in *Imp. Orient. tom.*I. *pag.* 177., & Fabricius in *Bibl. Graec. lib.* V. *part.* 3. *pag.* 693. Ac Bandurius quidem pene ad verbum ea reddidit latine, Fabricius autem iambicis verſibus ſatis eleganter expreſſit. Nuper autem Iac. Philippus d' Orville in ſuis animadverſionibus in Charitonem Aphrodiſienſem *pag.* 332. priores tantum quatuor Piſidae iambos, itemque alios tres neſcio ex quo fonte derivatos in lucem produxit, ut evinceret Charitonem ipſum vel imperite, vel inepte eſſe locutum in iis, quae de Callirrhoë ita refert *lib.* III. 8. Καλλιρρόη δὲ μόνη ἐθέλησε πρὸς τὴν Ἀφροδίτην λαλῆσαι· πρῶτον μὲν οὖν τὸν υἱὸν εἰς τὰς αὐτῆς ἀγκάλας ἐνέθηκε· καὶ ὤφθη θέαμα κάλλιστον, οἷον οὔτε ζωγράφος ἔγραψεν, οὔτε πλάστης ἔπλασεν; οὔτε ποιητὴς ἱστόρησε μέχρι νῦν· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐποίησεν Ἄρτεμιν, ἢ Ἀθηνᾶν, βρέφος ἐν ἀγκάλαις κομίζουσαν. *Callirrhoë vero ſola Venerem alloqui volebat. Primum ergo ſuum filium Deae ulnis imponebat: ſpectaculum pulcherrimum, neque a pictore pictum umquam, neque a fabro fictum, neque a poëta deſcriptum antea; nullus enim horum artificum Dianam, aut Minervam fecit, quae ulnis infantem geſtaret.* Quae cum legeret cl. d' Orville: *Miror*, inquit, *Charitonem, quem credimus merito poſt Conſtantini tempora vixiſſe*, divam puerum ulnis tenentem, *ſaeculo ſuo venditaſſe ceu inventum adeo mirum, ut neque pictor, neque ſculptor, neque poëta ſimile quid commentus fuerit. Talis vel picturae, vel ſtatuae memorant hi iambi in loco prope Conſtantinopolim.* Ἐν βλαχέρναις ἴαμβοι:

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ Θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς παρθένου·
Αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα τὸν Θεὸν ἐν ἀγκάλαις
Φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.

Εἰς τὴν Θεοτόκον βαστάζουσαν τὸν Χριστόν.

Αὐτὴ τεκοῦσα παρθένος πάλιν μένει,
Καὶ μητροπάρθενος· ἔστι γὰρ τὸ παιδίον
Θεός, θελήσας προσβαλέσθαι σάρκιον.

Neſcio an bene ita reſcripſerim pro μηθρονθῦς. Haec d' Orville, quae non ſatis accurate in Charitonem eſſe ſcripta mihi videntur. Primum enim Charito non de quacumque Dea id aſſeruit, ſed de Diana, & Minerva tantum. Secundo quamvis id de omnibus gentium Deabus dixiſſe concedamus, quid contra eum valet argumentum

a Deipa-

a Deiparae imagine petitum. Tertio demum valeat, ſi placet, a ſacris ad profana illatio; nihilo tamen minus nimis audacter ex allatis verſiculis concluditur per ea tempora, quibus ſcribebat Charito, minime verum id fuiſſe, quod ſcripſit. Nam ſi non multis annis poſt Conſtantinum is vixit, ut ego etiam iuratus dixerim, Piſida autem, qui ſenariorum eſt auctor, ſub Heraclio certe floruit, quomodo alterius contra alterum adducitur teſtimonium, cum inter utrumque trecentorum annorum interſit differentia? Utrum autem tempore Conſtantini coeperint Chriſtiani Mariam pingere cum puero Ieſu in ulnis, non facile dictu puto; quamquam enim multae coemeteriales memorentur picturae, in quibus eo modo Virgo mater depicta dicitur; ut notavit Du-Cangius *Diſſert. de inf. aev. numiſm. n.* XXX., attamen nihil inde certi ſtatuere quis poſſit. Sed illud certum eſt, huiuſmodi uſum penes Chriſtianos ipſos plurimum invaluiſſe, & crebrius uſurpari coepiſſe cum damnatus eſt Neſtorius, videlicet circa annum CDXL., ut contra ipſum Haereſiarcham, qui duas in Chriſto perſonas pervicax aſtruebat, Mariam Virginem vere Θεοτόκον, non Χριστοτόκον appellandam eſſe oſtenderent. Verum haec omnia, ut videtur, ſibi eſſe contraria non ſenſit d'Orville, quia priorum verſiculorum eſſe auctorem Piſidam ignoravit. Melius Charitonem refelliſſet cl. d'Orville, ſi ei occurriſſet, quod ex antiquis monumentis in contrariam ſententiam manifeſte evincitur. Nam Etruſci ſuam Deam Nortiam puellum faſciis involutum ſuſtinentem repraeſentabant, ut videre eſt in Gorio *Muſ. Etr. Tab.*IV., & Praeneſtini Fortunae ſignum cum Iove puero fecerunt, Cicerone auctore *de divinat. lib.*II., & infantem Plutum, divitiarum Deum, aliquando dedere antiqui in manus Fortunae, ut teſtatur Pauſanias *in Boeoticis lib.* IX. *c.*16., qui etiam adnotat, Cephiſodotum apud Athenienſes Pacem feciſſe, Plutum in ſinu ſuo gerentem: Sed & Romae in porticu, quem nuper ornari mandavit in ſuis aedibus Eminentiſſimus Cardinalis Lantes, viſitur Veneris ſedentis, & gremio puerum foventis ſtatua, quam Venerem genetricem nuncupavit; cuiuſmodi ſimillima etiam aſſervatur in Muſeo Florentino, ut ex Gorio in *Statuis*. Sed quid de tertio ſenario, quem ab Amanuenſi ſeptenarium oſcitanter factum eſſe non animadvertit idem d'Orville? Legendum enim omnino eſt: Ἡ γὰρ φέρουσα pro αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα. Quod autem ad alios tres ſenarios ſpectat, cuius ſint plane neſcio, cum nihil de auctore prodat d'Orville: certe Piſidae eſſe poſſunt. Sed lectionem, quam ipſe proponit, pro μηθρονηθῆς, μητροπάρθενος ſcribens, mihi ſatis probatam non eſſe fateor: unam enim tantum litteram, hoc eſt θ in τ immutaſſe mihi ſufficiat, ita ut pro μηθρονηθῆς legam μητρονηθῆς, & omnia mihi erunt plana, atque ita vertam:

In Deiparam Chriſtum in ulnis ferentem.
Haec ipſa, quae peperit, Virgo manet iterum,
Et matri in omnibus eſt ſimilis: Eſt enim puer
Deus, qui voluit carnem humanam aſſumere.

Atque hi ſenarii ſatis perbelle potuerunt una cum aliis affigi Blachernarum templo, quo nullum ex iis, quae Virgini Deiparae dicata fuerunt, umquam exſtitiſſe magnificentius, & celebrius tradunt Graeci. Videſis deſcriptionem in Nicephoro Calliſto *lib.* XV. *cap.* 25., & in CPoli Chriſt. *lib.* IV. *pag.* 84.

33. Patet ſuperiores iambos 24., & 25. in imaginem Blachernianam fuiſſe conſcriptos.

38. Confer verſum 137. *de bello Abarico*.

40. Vide *ibid.* *v.* 410., & quae paſſim ad eiuſdem poëmatii explanationem adnotavimus.

42. Du-Cangius, & Bandurius claudicantem hunc verſum edidere hoc modo: Δεῖ γίνεσθαι δευτέραν (τοῦ) Θεοῦ πύλην. Nos Fabricii correctionem amplecti non dubitavimus.

45. In arca foederis, quae ſymbolum fuit incarnationis Chriſti, nihil fuiſſe praeter duas lapideas tabulas colligitur ex *Deuteron. lib.*II. 5. 5., & *Regum* III. 8. 9. Verum magnis non deſtituuntur auctoritatibus, & teſtimoniis, qui praeter tabulas, virgam etiam Aaronis, & urnam cum manna in ea fuiſſe contentas adſeverant; in qua ſententia fuit S. Auguſtinus *in quaeſt. ſupr. Exod. lib.* II. *pag.* 455.

47. Georgius Nicomediae Metropolita in Narratione εἰς κατάθεσιν τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς Θεομήτορος ἐν Βλαχέρναις *de depoſitione veſtis Deiparae in Blachernis*, quae exſtat in Combefiſio *Hiſt. Monoth. pag.* 757., quamdam veluti paraphraſim epigrammatum Piſidae videtur inſtituiſſe. Iuvabit pauca referre. Διὸ καὶ πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἀρχιερεῖς τε καὶ βασιλεῖς, καὶ ὅσοι τούτων ὑπήκοοι, τῶν γε ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι, καὶ ὅσοι τὸν ἰδιωτικὸν βίον μετίασιν, παντὸς μὲν κοινοῦ καὶ ἰδίου πράγματος φαιδροῦ, χαριστήρια, ἐν Βλαχέρναις τρέχοντες Θεῷ καὶ τῇ Θεοτόκῳ προσάγουσι· παντὸς δὲ λυπηροῦ, ἐν Βλαχέρναις θαῤῥοῦντες, τὸ βάρος ἀποφορτίζονται· σιγῶ τῶν ἐκ ποικίλων νόσων θεραπευομένων ἐκεῖ τὸν ἀριθμὸν ἀμέτρητον· ἵνα μὴ πάλιν σμικρύνω τῇ ἀπορίᾳ τοῦ λόγου τὰ μέγιστα. Ἔστι οὖν, συνελόντι φάναι, ὁ ἐν Βλαχέρναις θεῖος τῆς Θεοτόκου ναὸς πάσης ἐλπίδος ἡμῶν σωτηριώδους ἀπόθετον, ἐν ᾧ, καὶ ἐξ οὗ πᾶν, ὅτιπερ ἐστίν τε καὶ ἔσται ἀγαθὸν, εἰλήφαμεν, καὶ ληψόμεθα. *Idcirco etiam univerſi ut ſic dicam Praeſules pariter, & Imperatores, ac quotquot iis ſubditi, ſive magiſtratus gerunt, ac ſunt in dignitate conſtituti, ſive privatam vitam agunt, ubi quid laeti vel privatis, vel publicis accidit rebus, ſtatim in Blachernas currentes, Deo, ac Deiparae gratiarum munera offerunt; ac ſi quid contra triſte ſit, concepta in Blachernis fiducia, eius a ſe onus abiiciunt. Taceo eorum immenſam multitudinem, qui illic ex morbis variis curantur, ut ne iterum ſermonis exilitate res maximas extenuem. Eſt itaque, ut paucis dicam, quod eſt in Blachernis divinum Deiparae templum, totius*

totius nobis ſalutis repoſita ſpes, in quo, ac ex quo accepimus, ac ſumus accepturi, ſi quid eſt boni & eſt futurum. At qui fuerunt κρουνοὶ mirabiles illi fontes, quos Piſida commendat, non ſatis mihi videtur elucere. Nam de balneo quidem Blacherniano agunt omnes fere Byzantini ſcriptores, fontem autem prope Blachernas poſitum nemo, quod ſciam, memorat. Quid quod alia fuit CPoli aedes *Deiparae ad fontem* titulo inſignis, ac multis quidem miraculis clara, ſed ab aede Blacherniana plane diverſa, & longe admodum ad portam auream ſita? Cuius aedis, & fontis deſcriptionem piis narratiunculis ornatam nobis reliquit Nicephorus Calliſtus *lib.* XV. *cap.* 25., & 26. Itaque facile inducar, ut credam, Piſidam balneum Blachernianum hic indigitare, quod ut *pag.* 212. teſtatur Theophanes, Tiberius Thrax ἤρξατο κτίζειν *coepit aedificare*, & ut *pag.* 220. refert, Mauricius Imp. abſolvit, ἀπεπλήρωσεν τὸ ἐν αὐτῷ δημόσιον λουτρὸν, publicum quod illic habebatur balneum abſolvit; ut autem narrat Anonymus *de Antiquit. CP. lib.* II. apud Bandurium, ab Heraclio cinctum fuit muro, γινομένων ἐκεῖσε θαυμάτων καὶ ὀπτασιῶν πολλῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, *quod ibidem multa miracula ederentur, & Sancta Deipara frequenter adpareret*: quae verba mirum eſt ob oculos habuiſſe Bandurium, & tamen non intellexiſſe, qua de cauſſa Anonymus, quem ſuis Commentariis illuſtrat, hoc balneum ſacrum appellet; ait enim *pag.* 661. *Cur balneum hoc Blachernianum ſacrum dicatur Anonymo noſtro, non conſtat ex ſcriptoribus, cum nemo ex eis tali illud titulo donet*. Nonne ſatis aperte cauſſam adſignavit Anonymus, qui plurima miracula per eas aquas patrari diſerte teſtatus eſt? En igitur alter locuples teſtis Piſida, qui non obſcuris verbis declarat, eam fuiſſe aquarum virtutem, ut omnes infirmi, quocumque laborarent morbo, ope Virginis Deiparae, ſuis languoribus ſanarentur. Ceterum idcirco Piſida Blachernianas balneas κρουνοὺς *fontes* vocavit, quia aquae illae, ut par eſt credere, e terra, vel e petra ſtatim erumpentes μετὰ κρότους cum impete, & ſtrepitu quodam ſubſiliebant, deinde vero in unum collectae, & ad balnei formam collectae eorum, qui biberent, vel lavarentur, corpora integrae valetudini reſtituebant. Ac Petrus quidem Gyllius *Typogr. CP. lib.* IV. *cap.* 5. ait ſuo tempore prope aedem Blachernianam fontem adhuc ſcaturientem exſtitiſſe, quem Graeci Virgini Mariae fuiſſe ſacrum dicebant. Quare vel una eademque res fuit balneum, & fons ad Blachernas, vel certe praeter fontem, balneum etiam eo erat in loco morborum curatione inſigne.

49. Ad animi, & corporis aeque ſanandas infirmitates vim aquis illis attribuit: nam πάθημα quoſcumque morbos, quibus ſive animus, ſive corpus affligitur, deſignat.

51. Vide *de bello Abar. v.* 456.

54. *Ibid. v.* 9.

55. Ex libro hactenus ignoto. Suidas addit eſſe περὶ Χοσρόου λόγον Piſidam *loqui de Choſroa*; hoc eſt de eius fuga e Daſtagerd Cteſiphontem verſus, qua tamen in urbe, Aſtrologis contradicentibus, ut ait Theophanes *pag.* 269. conſiſtere non confidit, ἀλλὰ περάσας τὸν πορθμὸν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ εἰς τὴν πόλιν, τὴν λεγομένην Σελεύκειαν παρ' ἡμῖν, *ſed traiecto Tigridis amnis ponte in urbem Seleuciam a nobis dictam* contendit. In Codice 158. Bibl. Coislinianae olim Seguerianae, qui continet Lexicon Graecum, citatur hic ſenarius Piſidae in voce Ἀγωγὸς ita: καὶ Πισίδης· πρὸς τὸν ἀγωγὸν ἐτράπη τοῦ Τίγριδος.

56. Ex libro nondum reperto: atque hic quoque Suidas monet agi de Choſroa. Itaque de eius captivitate, & morte haec intelligenda ſunt. Theophanes *pag.* 271. ita ad rem: Αὐτὸς δὲ φυγὴν δοκιμάσας, καὶ μὴ ἰσχύσας ἐκρατήθη· τοῦτον δὲ δεσμεύσαντες σφοδροῖς σιδηροπέδαις καὶ ὀπισθάγκωνα, τοῖς τε ποσὶ καὶ τῷ τραχήλῳ βάρη σιδηρᾶ περιέθηκαν, καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ σκότους. *Choſroës fugere molitus, nec fugae compos deprehenditur. Illum brachiis retroactis pedes, & collum gravibus catenis onuſtum, compedibuſque toto corpore circumligatum, in tenebrarum aedem includunt*.

58. Ex poëmatio *de bello Abar.* Vide *ibid. v.* 25. Suidas vocem ἀνεκτὰ ſic explicat, ὑπομονῆς ἄξια *digna quae tolerentur*.

59. Ex poëmatio *contra Severum*. Vide *ibid. v.* 621. Hunc verſum ex Suida citat Q. Septimius Florens *in Irenam* Ariſtophanis *pag.* 4.

60. Ex *Acroaſi* III. *de Exped. v.* 39., ubi pro αἱ πέτραι legitur οἱ λίθοι.

62. Ex libro non obvio. Ac recte quidem, quod ad hoc fragmentum ſpectat, non autem de omnibus dicere potuit Kuſterus, quod hic adnotavit: *Semel moneo, omnia quae apud Suidam leguntur Piſidis fragmenta, uno tantum, vel altero excepto, deprompta eſſe ex libris eius ſcriptoris hodie non amplius exſtantibus*. Ceterum, ut videtur, Poëta Romanos laudat, quod belli ſtudiis accenſi mollem Perſarum diſciplinam forti animo contemnerent. Confer *v.* 141., & *ſeqq. Acroaſeos* II. *de Exped.*, ſi mentem Piſidae melius aſſequi deſideras. Hi ſenarii a Lectio redduntur. *Hanc deferentes crapulam infeſtiſſimam, turmamque totam barbarorum carminum*.

64. Ex eodem libro forſan deperdito. Ut metri ratio conſtet, legendum eſt φεύγων ἀγρομένους. Suidas monet Piſidam loqui de Perſa.

65. Ex Heracliados *Acroaſi* I. *v.* 45. Suidas bene animadvertit hic agi περὶ τῆς Χοσρόου ὠμότητος, *de Choſroae crudelitate*.

67. Ex libro nobis ignoto. Perſas ebrietatibus, impudicitiis, & obſcenis ſaltationibus deditos non illepide Bacchos appellat. Vide ſupra *v.* 62. Patet autem Piſidam extremum bellum deſcribere, in quo Choſroës profligatus eſt.

69. Ex

69. Ex poëmatio *contra Severum v.* 508. Sed ibi pro εἰ βύνω θέλῃς recte, ut ſenſus ſuadet, legitur εἰ βύνῃς πάλιν.

70. Ex Heracliados *Acroaſi* I. *v.* 30. Suidas monet περὶ Χοσρόου de Choſroa id eſſe dictum.

71. Ex libro nondum reperto. Ad Heraclium, ut videtur, loquitur Poëta.

72. Ex eodem libro, ac de Heraclio certe ſermo eſt; ſaepe enim Piſida ob reverentiam dicit ὑμᾶς, ὑμῶν, ὑμῖν, pro *te*, *tui*, *tibi*, cum Imperatorem adloquitur. Senſus autem primi ſenarii, ni fallor, hic eſt: *A te repreſſit in te contortum telum &c.* Theophanes *pag.* 263. teſtatur Heraclium plura in bello Perſico vulnera accepiſſe.

74. Ex eodem, ut videtur, libro forſan deperdito, ac de Heraclio, & de machinis ab eo ad expugnandam Darartaſim regiam urbem, in qua Choſroës reſidebat, conſtructis, ut ex Heracliados *Acroaſ.* II. *v.* 210., *& ſeqq.* colligitur. Hinc recte Suidas animadvertit de facultatibus Geometricis hic agere Piſidam. Sed in verſu ſequenti Portus, & Kuſterus pro Συνάψας ὅλην metri gratia ſcribendum eſſe putarunt, Ὅλην συνάψας. Atque id probe quidem, ſi Proſodiae tantum habeatur ratio. Verum quid ſignificet συνάπτειν εἰς μίαν ὅλην, non video. Mallem legi εἰς μίαν συνάψας ὁλκὴν, *in unum tractum*, *in unam vim contraxit*, *una ſimul coniunxit*. Itaque hoſce tres ſenarios ſic redderem. *Cum* Heraclius *quinque Archimedis facultates in unum contraxiſſet*, *ut*, *quae vix flecti*, *& moveri poterant*, *machinarum pondera truderentur*. Vide Heracliados *Acroaſim* II. *v.* 214. Inter fragmenta a Lectio edita ita redduntur hi ſenarii. *Cum quinque vires Archimedes unicam in machinam conferret*, *ut ſic ponderis immanis onera de loco vix truderet*.

77. Ad Hexaëmerum certe videntur pertinere hi ſenarii, quos tamen nullo in Codice mihi contigit invenire. Inde autem multos verſiculos ex illo poëmate intercidiſſe confirmatur. De aquilarum qualitatibus, volatu, & victu &c. videſis praeter ceteros ſcriptores eruditiſſimum Samuelem Bochartum *Hierozoici tom.* II. *pag.* 171., qui omnia, quae ad aquilarum diverſa genera ſpectant, ſedulo expendens, illud etiam inquirit, num recte Ariſtoteles *Hiſt. lib.* VIII. *c.* 3. dixerit aquilam πάμπαν ἄποτον, *omnino potus expertem*, atque hoc ipſum teſtimonium Piſidae refert ex Suida, ac ita vertit, *ſitiſque*, *frigoriſque vires neſciunt*.

80. Ex eodem libro nondum reperto, de quo ſupra. Agitur de Heraclio, qui in intimas partes Perſidos per montium cacumina penetravit. Vide Heracliados *Acroaſ.* I. *v.* 157., *&* 192.

82. Ex Heracliados *Acroaſ.* I. *v.* 6., ad quem locum adnotavimus legendum eſſe λέγοντος pro λέγοντος.

85. Ex ſaepe laudato libro nobis ignoto. Patet autem haec verba eſſe duorum, vel plurium iamborum lacinias in laudem Heraclii.

86. Ex poëmatio *de bello Abarico v.* 64. Loquitur enim Poëta de Abaribus.

87. Ex libro hactenus non obvio: ſed quid ſimile legitur in *Acroaſi* III. *de Exp. Heraclii v.* 180.

90. Ex eodem libro. De Perſis agit Poëta, quorum libidinem, & temulentiam ſaepe carpit. Vide hic ſupra *v.* 62. At non ſatis, ut mihi videtur, in verſione Porti exprimitur vis vocis ἐνθυσιώσας. Equidem ita redderem: *Et nefarias voluptates Barbari calore temulentiae incitatas*, vel inflammatas *inſuper accendebant*.

93. Ex poëmate *in Hexaëmeron v.* 1481., quem vide.

95. Ex libro nondum edito.

96. Ex poëmatio *in Severum v.* 280., quem irridet Piſida.

97. Ex Heracliados *Acroaſ.* I. *v.* 169.

98. Ex poëmate *in Hexaëmeron v.* 1114. Sed eo loci recte pro ἐπίφρων legitur εὐφρόνην, atque ita ſane legendum eſſe vel ipſe Suidas monet.

100. Ex eodem poëmate *v.* 1162., ubi primus verſus ita habetur reſtitutus:

Ποῖος δὲ Νηρεὺς τοῖς ἰχθύσιν ἐν σάλοις.

At Kuſterus pro ἐν σάλοις mallet reponi τῆς ἁλὸς, quod nos quidem minime probamus.

103. Ex libro hactenus ignoto. Verum ſermo eſt de Heraclio.

105. Ex eodem, ut videtur, libro. Nec dubitandum ita de ſe loqui Piſidam, qui Heraclii comes fuit in prima expeditione contra Perſas.

106. Ex eodem plane libro: agitur enim de humanitate, qua Heraclius militum animos ſibi devinciebat, quod alibi etiam declarat Piſida. Vide *Acroaſ.* II. 164. *de Exped.*, & *Acroaſ.* II. *v.* 163. *Heracliad.* Quare verſionem Porti non laudo, qui cum non intellexiſſet hic agi de Heraclio, minus accurate vertit. *Omnes attrahit non aliter ac Magnes lapis, aut Herculanus, ſi vocare ſic velis: nempe attrahendi vim efficaciorem habet:* Ego vero ita redderem: *Omnes attrahens, ut Magnes lapis, vel ut melius dicam, ut Heracleius lapis, nam ipſe*, videlicet Heraclius, *attrahendi vim habet illo lapide efficaciorem*. Porro Piſida novit hunc lapidem non *Herculeum*, neque *Herculanum*, quaſi ab Hercule, ſed *Heraclium*, vel *Heracleium*, quod ab urbe Heraclea nomen acceperit, dicendum eſſe, unde etiam *Herocleotis* aliquando vocatur. Quin & quae inter *Heraclium lapidem*, & *Magnetem* ineſt differentia, videtur Piſida indicaſſe, cum dixit ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, *ut melius dicam*, multum enim differunt haec inter ſe, ut adnotavit Suida, Heſychius, & Helladius in *Chreſtomathia*, ac diſertius explanavit Salmaſius *Exercit. Plin.* 775., *&* 776. Appoſite autem, ut patet, Piſida Ἡρακλείαν λίθον nominavit, qui vocis ſimilitudine, & proprietate ſervata commode haec ad Heraclium Imp. referebat.

109. Ex eodem libro: atque haec de Perſis caeſis, & fugatis intelligenda ſunt.

111. Ex

111. Ex eodem libro plurium iamborum ſegmenta.

112. Ex eodem, ut videtur, libro: quamvis non ſatis apparet, quomodo haec de Choſroa dicantur. In Lectio ita eſt redditus hic ſenarius. *Utcumque res plane duae, adulterinus ceu artifex ſermo unus eſt*. Senſus eſt, ut videtur, *in rebus duabus omnino diverſis, Adulterinus eſt, ut fertur, unus tantum artifex*.

114. Sine interpretatione leguntur hi ſenarii in Suida. Et Kuſterus quidem haec adnotavit. *Locum hunc ἀνερμήνευτον reliqui, quoniam ſenſus eius prorſus obſcurus eſt, nec ex tam brevi fragmento auctoris mentem divinare potuimus. Sciendum autem eſt, pleraque fragmenta Piſidae, quae apud Suidam leguntur, propter brevitatem eſſe admodum obſcura, quibus lux afferri nequit; quoniam opus illius ſcriptoris, ex quo ea Suidas deſcripſit, hodie intercidit*. At Kuſterus non vidit hoſce iambos aliquantulum interpolatos non differre a ſuperioribus, qui leguntur in voce ἱππάκτης. Habentur autem integri, & ſuo ordine diſpoſiti in *Hexaëmero v.* 1481., 1482., *&* 1487.

116. Ex libro nobis ignoto. Ita fortaſſe Heraclius hortabatur ſuos milites, cum in eo eſſent, ut contra Choſroam dimicarent.

118. Ex eodem libro: nec dubium eſſe poteſt, quin hic ſermo ſit de Heraclio Perſarum domitore.

120. Ex eodem libro. Quod Piſida innuit de Heraclio, ita narrat Theophanes *pag.* 261. Καὶ τὰς πρὸς ἀνατολὴν αὐτὸς ἐκδραμὼν διεξόδους, ἀντιπρόσωπος ᾔει τοῦ βαρβάρου, καὶ περάσας τὸν Νυμφίον ποταμὸν, κατέλαβεν τὸν Εὐφράτην. *Ipſe per exitus, quibus in Orientem itur, egreſſus barbaro in adverſum ibat, & Nymphio amne ſuperato ad Euphratem pervenit*.

121. Ex eodem libro.

122. Ex Heracliados *Acroaſ.* I. *v.* 163.

124. Ex libro nondum reperto. Vide hic ſupra iambum 120., qui in Piſidae poëmatio forſan deperdito poſt hoſce tres ſenarios legebatur ſcriptus.

127. Ex *Acroaſi* III. *de Exped. v.*61. Confer, quae ibi adnotavimus circa vocis ὕλη ſignificationem, ſub qua voce idem Piſidae ſenarius iterum citatus invenitur in Suida ſine nomine auctoris.

128. Ex libro, ut ſaepe diximus, nobis ignoto. De Choſroa, vel eius duce ſermo eſt.

130. Ex eodem libro. Barbari ſunt Perſae.

132. Ex eodem libro, atque ut videtur de Heraclio haec dicta ſunt, cuius pietatem Piſida ſaepe immodicis effert laudibus. Fatear tamen melius haec Sergio convenire videri, qui ſimili laudum genere a noſtro Poëta commendatur in poëmatio *de vanitate vitae v.* 132:

Καὶ τεκνοποιῶν τοῦ Θεοῦ καθημέραν.

134. Ex *Acroaſi* II. *de Exped. v.* 284. Videſis *ibid.* noſtras adnotationes.

136. Ex poëmatio *in Severum v.* 620.

138. Ad Hexaëmeron haec videntur pertinere, & de generatione grandinis ſecundum mentem Ariſtotelis eſſe dicta. Vide *Hexaëm. v.*545., *& ſeqq.*

140. Ex libro ignoto. Forſan de Choſroa.

141. Ex Heracliados *Acroaſi* I. *v.* 159. Hi ſenarii ita vertuntur a Lectio. *Ecquos duces tecum, aut Stagiritas habens in barbarorum arva irruis felicium*.

143. Ex libro ignoto. Suidas addit περὶ χιόνος, videlicet eſſe ſermonem *de nive*; unde recta Porti interpretatio. Et σύρμα quidem vel συρμὸς τῆς χιόνος, vel χαλάζης, eſt illa nivis, vel grandinis congeries, quae tractu quodam delata in terram cadit. Mallem tamen reddi non *ex nimia*, ſed *ex immenſa copia nivium*. Certum enim omnino eſt, Piſidam hic illud indicare, quod Heraclio in media Perſide dimicanti eveniſſe narrat Theophanes *pag.* 257. Καὶ γίνεταί τι θαῦμα φοβερόν· ἐν γὰρ τῇ θερινῇ τροπῇ ἀὴρ γέγονε δροσώδης ψυχαγωγῶν τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν, ὥστε ἀγαθὰς ἐλπίδας ἀναλαβεῖν αὐτούς. *Tum vero inſuetum omnino, & horrore dignum miraculum fieri contigit: nam circa aeſtivam ſolis converſionem roridus, ac temperatus aër redditus adeo Romanum recreavit exercitum, ut ex eo felicis eventus ſequuturi fauſtam ſpem conciperent*.

144. Ex poëmate *in Hexaëm. v.* 1166., atque ut ibi leguntur hi ſenarii, plane melius.

147. Ex libro ignoto.

148. Ex eodem forſan libro. Hic ſenarius ita redditur a Lectio. *Cor tibi micat, Pelide, & animo es ebrio*.

149. Ex *Acroaſi* III. *de Exped. v.* 133.

152. Ex *Acroaſi* II. eiuſdem libri *v.* 311. Hic ſenarius ita vertitur in Lectio: *Facit ex aquis arva, & paludem e cautibus*.

153. Ex poëmatio *in Severum v.* 491.

155. Ex libro ignoto, ſed de Heraclio eſt ſermo. Vide ſupra *v.* 106.

157. Ex *Acroaſi* III. *de Exped. v.*17.

158. Ex Heracliados *Acroaſ.* I. *v.* 170., quo in loco ſecundum ſenarium in Codice deficientem ex hoc Suidae fragmento ſupplevimus.

160. Ex libro ignoto. Confer ea, quae de morte Choſroae adnotavimus ſupra *v.*56.

162. Ex poëmatio *de bello Abarico v.*43.

163. Ex libro ignoto.

164. Ex *Acroaſi* III. *de Exped. v.*37. Citantur hi duo ſenarii ex Suida in Lexico Budei *v.* χρώζω.

166. Ex Heracliados *Acroaſi* I. *v.* 35.

167. Locum, quem Theophanes innuit in Piſida, alium non eſſe exiſtimo, quam iambos duodecimum, & ſequentes, qui leguntur in II. *Acroaſi* Heracliados: ibi enim dicitur, Heraclium Virginis Deiparae imagine munitum Phocae, quem voraci belluae aſſimilat, primum occurriſſe.

168. Confer hanc Theophanis narrationem cum ſenariis 139., & ſeqq. I. *Acroaſeos de Exped.*

169. Vi-

169. Videſis *ibid. Acroaſ.* II. *v.* 44., 45., 56., & 77.

170. Leguntur hi ſenarii *ibid. v.*107., & *ſeqq.*

171. Conſule *v.*144., & *ſeqq.* eiuſdem Acroaſeos.

172. *Ibid. v.* 339.

173. *Ibid. v.*371., & 372.

174. *Ibid. Acroaſ.* III. *v.* 23., & 33. At Piſida habet καλλίτεχνον pro καλλίστιχον.

175. *Ibid. v.* 174.

176. *Ibid. v.* 296.

177. Quae ſequuntur ex Theophane deſcripta fragmenta, cum inter edita non exſtent Piſidae poëmata, manifeſtum omnino eſt, ea ad librum pertinere, quem ut iterum, iterumque monuimus, nobis non obtigit invenire.

183. Conſule, quae de hoc fragmento a Cedreno laudato diximus *in Praef.* Lectius ita vertit:

Nigrore tinctum cum trahas ſoccum, pedem
Rubore tinges Perſico de ſanguine.

184. Nicephorus tradit hos ſenarios ſcripſiſſe Piſidam contra Philoponum, quod falſum eſt: leguntur enim in poëmatio *contra Severum v.*533., & *ſeqq.* Atque ita ſunt redditi a Lectio:

Decernit ocyus unicamque, & unicam,
Nam ſi unicam & unicam, unam dixeris,
Magnum movebunt dicta riſum parvulis.

Melius quidem eos eſt interpretatus Ioh. Albertus Fabricius *Bibl. Gr. vol.* VII. *pag.* 695.

Unam ille protinus, & iterum unam computat;
Sed unam, & unam ſi modo unam dixeris,
Riſum movere dicto etiam pueris potes.

Sed a Nicephoro ſe decipi paſſus eſt Fabricius dicens ex hiſce tribus verſibus colligi Piſidam Tritheiſmum Philoponi, & computandi in Divinis temeritatem perſtrinxiſſe: nam qui ſedulo illos ſenarios perpendit, plane ſentit non de Tritheiſmo, ſed de Monophyſiſmo in eis tantum agi.

185. Verſiculi ab Iſaacio Tzetza citati leguntur *in Hexaëmero v.* 233., & 234.

PHRA-

PHRASIUM ET VERBORUM

PRAESERTIM MYSTICORUM SOPHISTICORUMQUE QUAE IN PISIDAE IAMBIS OBSERVANDA OCCURRUNT

ELENCHUS

A

Ἀβλεψία. Inviſibilitas, ideſt mentis obtenebratio. *Hex.*
Ἀγρέτης. Piſcator. *Hex.*
Ἀγχιγείτων. Prope accedens. *Hex.*
Ἀγώγιμον. Quod conducit, quod confert. *Hex.*
Ἀεισφαλής. Semper fallax. *Heracl.*
Ἀθυμία. Animi vilitas. *Hex.*
Αἱματόπτυστος. Sanguinem exſpuens. *Hex.*
Ἀκρέστερον νεῦρον. Nervus a cerebri tegmine deſcendens. *Hex.*
Ἀλληλοφθόρος. Se invicem deſtruens. *Hex.*
Ἀνάγκη. Neceſſitas. *Hex.*
Ἀνευτρέπιστος. Imparatus. *De Reſur.*, *& de Exp. Her.*
Ἀνθορεθεττᾶν πεπηγμένους ὅρους. Statutos fines ſubvertere. *De Reſur.*, *& de Exp. Her.*
Ἀνθυποτρέχειν πᾶσαν τὴν φύσιν. Omnem ſubire, vel induere naturam. *Hex.*
Ἀνοικτόκλειστος. Apertus, & clauſus. *Hex.*
Ἀνταπέρχομαι. Redeo. *Hex.*, *& in Sever.*
Ἀνταυάπτω. Accendo. *Hex.*
Ἀντεπικλάω. Refrango. *Hex.*
Ἀντεγείρων. Hinc inde incitans. *Heracl.*
Ἀντενθρονίζειν. Subrutum thronum excitare. *Heracl.*
Ἀντίγομφος. Clavus clavo oppoſitus. *Hex.*
Ἀντικλώμενος. Confractus, conciſus. *Hex.*, *& in Sever.*
Ἀντικειμένως ἔχειν. Ex adverſo oppoſitum habere. *Heracl.*
Ἀντίκρουμα. Repulſus. *De Exp. Heracl.*
Ἀντιλέξεως. Ex contradictione. *In Sever.*
Ἀντίληψις. Opitulatio. *In Sever.*
Ἀντίλοξος. Contra obliquus. *Hex.*
Ἀντίξεσις γονική. Dolatus, qui fit multo mentis ſtudio. *In Sever.*
Ἀντιστάδην, εἰς ἀντιστάδην. Ex adverſo. *De Exp. Heracl.*
Ἀντισύνθετος. Contra oppoſitus. *Hex.*
Ἀντισύνδρομος. Ex adverſo concurrens. *De Abar.*
Ἀντισύστροφος. Contra retortus. *In Sever.*
Ἀντιφθεγγία. Contradictoria locutio. *Hex.*
Ἀντοφρύομαι. Elato ſupercilio contra ſuſpicior. *De vanit. vit.*
Ἀπ' ἄκρου ἡλίου. Ab ultimo Oriente. *Heracl.*
Ἀπειρία. Infinitas, immenſitas. *Hex.*
Ἀποίκιλος. Simplex. *Hex.*
Ἀπόσκληρος. Durus, rigidus. *Hex.*
Ἀπόσχοινος τόνος. Iuncea funis. *De Exp. Her.*
Αὐτοδέσποτος. Sui iuris. *Hex.*
Αὐτόλεκτος γραφή. Scripturae verba. *In Sever.*
Αὐτοχάλκευτος. Arte non elaboratus. *Hex.*
Ἀφθεγξία. Ineffabilitas. *Hex.*
Ἀφλεξία. Incombuſtibilitas. *Hex.*

B

Βιοτρόφος. Vitae altor. *Hex.*
Βιωφελής. Utilis vitae, aut valde utilis. *De Exp. Her.*
Βραδυγράφος. Scriptor ſequis. *Heracl.*
Βροντᾶν. Tonare. *Hex.*
Βυθόδρομος. Urinator. *Hex.*

Γ

Γνόφος. Caligo in rebus divinis. *Hex.*
Γνῶσις. Divina ſcientia. *Hex.*
Γνωστικός. Theologus, & Theologicus. *Hex.*

Δ

Δεινός. Vafer, verſutus. *Hex.*
Δεικνύναι. Facere. *Hex.*
Δεκάγλωσσον στόμα. Os decem linguis inſtructum. *De Abar.*
Δεκαδρομοῦσαι ἐννάδες. Decem nonadum periodus. *In Sever.*
Δημιουργός. Opifex. *Hex.*
Δημοφθόρος. Univerſo exitialis. *Hex.*
Διπλόδρομος. Duplex curſus. *Hex.*
Διφρεστάτης. Auriga. *De vanit. Vit.*, *& Heracl.*
Δράγμα. Idem ac πλῆθος. *De Abar.*
Δροσίζω. Irroro. *Hex.*
Δυσδιάγνωστος. Non dignoſcendus. *Hex.*
Δυσπάσχω. Male ſum affectus. *Hex.*
Δυστράχηλος. Flecti, ac moveri difficilis. *In Fragm.*

E

Εἰκοσάδρομος χρόνος. Viginti annorum curſus. *In Sever.*
Ἐκδοχή. Exceptio, receptio. *Hex.*
Ἐκκοπρόω. Deſtercoro. *Heracl.*
Ἐκπληξία. Obſtupeſcentia. *De Reſurr.*
Ἐκχερσόω. Exſicco. *Heracl.*
Ἐλάσματα. Corpora agitata, & impulſa. *Hex.*
Ἐμπεριλείω. Circumclaudo. *Heracl.*
Ἐμφραγή. Pro ἐμφραγμός. *Heracl.*
Ἐνογκώδης. Tumidus. *Hex.*

Ἔνομβρος. Pluvius. *Hex.*
Ἔναλος. Marinus. *Hex.*
Ἐντολεὺς. Qui iubet. *De Abar.*
Ἑπτάκυκλος. Septem circulorum ambitus. *Hex.*
Ἑπτασύνθετος. Ex ſeptem compoſitus. *In Sever.*
Ἐργόμοχθος. Operis laborioſi. *Hex.*
Ἐργόχειρον. Opus manuum. *Hex.*
Ἔρως. Conventio. *De Abar.*
Ἐρωτιάω πόθῳ. Aeſtuo deſiderio. *In Sever.*
Ἑτοιμότρωτος. Statim vulnerandus. *Hex.*
Εὐσύνοπτα. Clare, manifeſte. *Hex.*
Εὐτάλαντος. Recte ponderans. *Hex.*

H

Ἡμίτμητος. Semiſectus. *Hex.*
Ἡνωμένως. Coniunctim. *Hex.*

Θ

Θηγόρος λόγος. Sermo diviniloquus, theologicus. *Hex.*
Θεόδεχος. Deum excipiens. *Hex.*
Θεόκριτος. Ex divino iudicio. *In Sever.*
Θεοκρυφὴς. Deum occultans. *Hex.*
Θεόπνους. A Deo inſpiratus. *Hex.*
Θεοστεφὴς. A Deo coronatus. *In Sever.*
Θεότροπος πόθος. Deſiderium in Deum converſum. *In Sever.*
Θεουργεῖν. Deificare. *Heracl.*
Θερμὸν. Idem ac θερμότης, Vis fervida. *Hex.*

I

Ἱπποστάτης. Auriga. *De Reſur.*
Ἰχνολίχνης. Subtilis, & argutus. *in Sever.*
Ἰχνοσύνθετος σχοῖνος. Funis veſtigiis accommodatus. *De vanit. vit.*

K

Καθάρσιον. Pro κάθαρσις. Expiatio. *Hex.*
Καλλιεργία. Pulchra alicuius rei confectio. *Heracl.*
Καμπορρήμων, vel καμποῤῥήμων. Glorioſus, qui ſe iactat. *Hex.*
Κενταυρόμορφος εἰκὼν. Centaurea forma praeditus. *In Sever.*
Κέντρον. Centrum, & principium. *Hex.*
Κεράστης. Cornutus. *Hex.*
Κόκκος. Granum frumenti. *Hex.*
Κομψεία, κόμπος, κομπάζειν. Affectata elegantia in dicendo, tumens, ſe iactare. *Hex.*
Κοπρόμοχθος. In coeno laborans. *Hex.*
Κοσμαγωγὸς. Mundi ſuſtentator. *Hex.*
Κοσμοκτόνος. Mundi interfector. *Hex.*
Κοσμόλεθρος. Mundo exitialis. *Hex.*
Κοσμορύστης. Mundi liberator. *Hex.*, *& Heracl.*
Κοσμοφθόρος. Mundi corruptor. *Heracl.*

Κουφοσύνθετος. In levitate poſitus. *De vanit. vit.*
Κτηνόμορφος. Iumentiformis. *De vanitate vit.*, *& Heracl.*
Κύλινδρος. Cylindrus. *Hex.*

Λ

Λαμπρόκλωστα νήματα. Splendide deducta fila. *Hex.*
Λεπτοδάκτυλος. Tenues habens digitos. *Hex.*
Λεπτοσύνθετος. Subtiliter compoſitus. *In Sever.*
Λεπτόσωμον. Tenue corpus habens. *Hex.*
Λευκόπυρσος. Candens, ſubalbicans. *Hex.*
Λιθόδρομος. Lapideus excurrens. *Hex.*
Λογογράφος. Scriptitator. *Hex.*
Λοξόδρομος. Oblique ſe movens. *Hex.*
Λοξοκίνητος. Tortuoſe ſe movens. *In Sever.*
Λύθρα. Chriſtiani, ut victimae a Perſis, interfecti. *De Exp. Her.*

M

Μακρόγηρος. Longa fruens ſenectute, longaevus. *Hex.*
Μεγιστόφωνος. Magnam habens vocem. *Hex.*
Μελαμπέδιλος. Nigros habens calceos. *De Reſur.*; *& de Exp. Her.*
Μελανθία. Nigra. *De Abar.*
Μελαχίτων. Nigram veſtem ferens. *De Reſur.*
Μελεμβαφὲς πέδιλον. Nigrum calceum. *In Fragm.*
Μελουργία. Mellificium. *De Exp. Her.*
Μεσόσκληρος γῆ. Terra dimidia ſui parte dura. *Hex.*
Μεταίχμιον τῆς μάχης. Medium, & ſpatium pugnae. *Hex.*
Μηχανουργέω. Machinas conficio. *De Abar.*
Μικρὸν ὕστερον. Paullo poſt. *Hex.*
Μιξανάῤῥους. Refluxus mixtus. *In Sever.*
Μυριαύχης. Multicervix. *Heracl.*
Μυριόβλαστος στάχυς. Spica ſexcentis ariſtis onuſta. *In Sever.*
Μυριόσταχυς. Mille ſpicis onuſtus. *Hex.*

N

Νικηφόρος. Pro *Sabaoth*, victor. *Hex.*
Νοουμένη πύλη. Porta intellectualis. *Heracl.*, *& in Sever.*

Ξ

Ξανθόχολος. Flavae bili commixtus. *Hex.*
Ξενόσπορος. Novus, peregrinus, recenter ſatus. *Hex.*
Ξενόσπορον τέρας. Monſtrum ex alieno, & promiſcuo ſemine natum. *De Abar.*
Ξενότροπος. Inuſitatus, admirabilis. *Hex.*
Ξενουργεῖν μελῳδίαν. Novum melodiae genus edere. *Hex.*

'Ομμα-

Ο

Ὀμματόπλουτος. Oculis dives. *Hex.*
Ὀξυδερκία. Acuta videndi facultas. *Hex.*
Ὀρθόφρων. Recte ſentiens. *In Sever.*
Οὐρανόδρομοι λόγοι. Sermones caelum pervadentes, caeleſtes. *Hex.*
Οὐρανοπράτης. Caeli venditor. *Hex.*

Π

Παγκενὴς. Omnia abſumens. *Hex.*
Παιδεύτρια. Magiſtra. *Hex.*
Πάλοι. Pali. *De Abar.*
Πανήμερος. Clementiſſimus. *De Exp. Her.*
Πανόμματος. Totus oculatus exſiſtens. *Hex.*
Πανόπτρια. Omnia videns. *Hex.*
Παντεργάτης. Rerum omnium effector. *Hex.*
Παντοποιὸς. Omnia efficiens. *Hex.*
Παντουργία. Vis omnia efficiens. *Hex.*
Παράπλασις. Seductio. *Hex.*
Παρέκτασις. Extenſio, ſpatium. *Heracl.*
Πατροφεγγὴς θεαρχία. Dei Patris ſumma alte coruſcans divinitas. *Hex.*
Πεντάχορδοι δάκτυλοι. Digiti quinque chordis inſtructi. *Hex.*
Πετροπόμπος. Funditor, ſaxa iaciens. *De Abar.*, & *Heracl.*
Πετρόστεγος. Inter petras latitans. *Hex.*
Πικρόφυλλος. Ex amaris foliis. *Hex.*
Πλασμὸς. Planities. *De Exp. Her.*
Πλαστουργία. Simulatio. *De Reſur.*
Πλέκειν τεῖχος. Munire murum. *De Abar.*
Πλινθομήτειρα. Lateripara, *vel* coſtipara. *Hex.*
Πλουτοπράτης. Divitiarum venditor. *Hex.*
Πλωτοὶ. Nautae. *De Exp. Her.*
Πνεῦμα πηλὸς. Homo. *De Reſur.*
Προάρχιος. Ante principium exſiſtens. *Hex.*
Προβλήματα. Iactus ſeminis. *Hex.*
Προεξαγγέλλω φθάσας. Ante praenuncio. *De Exp. Her.*
Προέρχεσθαι τῷ σπεύγματι. Summam operis implere. *Heracl.*
Πρωταγωγὸς. Introductorius. *In Sever.*
Πρωτεργάτης. Qui primas partes agit. *In Sever.*
Πρωτόχρονος. Primus in tempore. *Hex.*
Πτωχόκομπος. Miſere tumens. *Hex.*
Πυοτρόφος. Pus alens. *Hex.*
Πυρίστομος. Igniloquus. *Hex.*
Πυρὸς ἔργον. Incendium. *De Abar.*
Πυροβάλλω. Ignem emitto. *Hex.*
Πυρσόγλωσσον στόμα. Os ignea lingua munitum. *Hex.*
Πυρσοφεγγὴς. E flamma reſplendens. *Hex.*

Ρ

Ῥευματόω. Fluidum facio, reddo. *De Reſur.*

Σ

Σειρόμαστιξ. Frenum, flagellum. *Hex.*
Σιτοκλέπτης. Frumenti fur. *Hex.*
Σκυθοτρόφος. Scytharum altrix. *Heracl.*, & *de Abar.*
Σκυτεργάτης. Coriarius. *De Reſur.*
Σπαράγματα. Sectiones. *In Sever.*
Σταυρομόρφους ἀσπίδας. Cruciformia ſcuta. *Hex.*
Στηθοδρομεῖν. Pectore uti ad incedendum. *Hex.*
Στιχοδρομεῖν. Alternis greſſibus incedere. *Hex.*
Στρόφος. Tornus. *Hex.*
Συλλιθούμενος. Petrefactus. *De Reſur.*
Συμμεταπλέκω. Confero, connecto. *Heracl.*
Συνάφραστος. Aeque ineffabilis. *Hex.*
Συνέκδρομον σέλας. Una ſimul excurrens iubar. *Hex.*
Συνεκθέω. Simul excurro. *Heracl.*
Συνεκτικὸς. Aſſuetus, conſtans. *Hex.*
Συνεκτικὴ. Copulativa. *Hex.*
Συνεκτικώτατος. Ampliſſimus, capaciſſimus. *Hex.*
Συνεκτρέπω. Simul deflecto. *Heracl.*
Σύνεξις. Coniunctio. *Hex.*
Συνεπέρχομαι. Una ſimul aggredior. *De Abar.*
Σύνταγμα ζωτικὸν. Vitale remedium. *Hex.*
Συντομουργὸς λεπτουργία. In minutis rebus ſubtilis operatio. *Hex.*
Συρμὰς. Quid minimum. *Hex.*
Σύστημα φθαρτικὸν. Letale pharmacum. *Hex.*
Σφαιροσύνθετος. In ſphaerae modum compoſitus. *Hex.*
Σχηματουργεῖν τὸν φόβον. Timoris ſpeciem inferre. *Heracl.*
Σωματώδεις ἀρρήτων. Genitalia. *Hex.*

Τ

Τανυτόσωμος. Exili conſtans corpore. *Hex.*
Ταυροπρόσωπος. Tauri formam exhibens. *De vanit. vit.*
Ταχυδρομοῦσαι μηχαναὶ. Machinae ambulatoriae. *De Abar.*
Τεκνάρπαξ. Raptor natorum. *In Sever.*
Τετράνχος. Quadruplicem ſanum reddens. *In Fragm.*
Τετράμορφος. Quadriformis. *Hex.*
Τετραπρόσωπος. Ex quatuor perſonis conſtans. *In Sever.*
Τετράπωλος θίσις. Quadriga. *Hex.*
Τετρὰς. Quaternitas, quaternio. *Hex.*
Τετραχθόνιωτος. Quatriduo humatus. *In Fragm.*
Τομὸν. Idem ac τομικὴ φύσις. Subtilis, ac penetrans natura. *Hex.*
Τριαδικὴ μοναρχία. Trina monarchia. *In Sever.*
Τριπλοκίνδυνον. Triplici conſtans periculo. *Heracl.*
Τριφεγγὴς. Trina luce coruſcans. *Hex.*

Υ

Ὑγραντειὸς. Humectans, aquoſus. *Hex.*
Ὑδρόχερσος. Amphibium, quod in aqua, & in terra vivit. *Hex.*
Ὑπερζέσεις τῶν ποδῶν. Perniones. *Hex.*
Ὑπόσχεσις. Promiſſio. *Hex.*

Φ

Φατνιάω. A φάτνη. Stabulor. *Heracl.*
Φαῦσις. Illuminatio. *Hex.*
Φίλαρπαξ. Amicorum abactor. *Heracl.*
Φιλιππότης. Equorum ſtudioſus. *De Reſurr.*
Φιλοβλαβὴς. Inhumanus, in proximum ferox. *De Exp. Her.*
Φονοσταγὴς. Caedes ſtillans. *De vanit. vit.*
Φραγμέω. Sepio, includo. *Hex.*
Φρενοπαιδὸς λόγος. Mentem erudiens ſermo. *De Abar.*
Φρονεῖν μέγα. Altum ſapere. *Hex.*
Φωταγωγὸς. Lumen affundens. *Hex.*

Χ

Χριστοκίνητος. A Chriſto motus. *Heracl.*
Χυλίστραι. Machinae fuſoriae. *Hex.*
Χυλόω. Succoſus ſum. *Hex.*
Χῶναι. Infundibula. *Hex.*

Ψ

Ψαλμοκίνητος βέλος. Telum inter Pſalmos adactum. *Hex.*
Ψευδοπάτορος. Ex fabuloſa progenie. *De Abar.*
Ψυχαγωγεῖν λόγους. Animare ſermones. *Hex.*
Ψυχοκερδὴς. Animarum lucrator. *Hex.*
Ψυχολέπτης. Animarum direptor. *Hex.*
Ψυχοκόμπος. Inflans animam. *Hex.*
Ψυχοκράτης. Animae retinaculum. *Hex.*
Ψυχοτρόφος. Animarum altor. *In Sever.*

Ω

Ὠμόσαρκος. Cruda caro. *Hex.*

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΑΛΩΣΙΣ ΤΗΣ ΚΡΗΤΗΣ

THEODOSII DIACONI

EXPUGNATIO CRETAE.

Digitized by Google

B
V



Google

M O N I T U M.

CRETAM inſulam *centum* olim, ut Horatius cecinit lib. III. Od. 27. *potentem Oppidis*, quam Agareni ab Hiſpania profecti, Michaele Balbo Imperatore an. Chr. DCCCXXIII. occupaverant, Nicephorus Phocas tunc temporis Magiſter, & Scholarum Orientalium Domeſticus, fuſis, deletiſque barbaris, Romanorum Imperio reſtituit, Romano Iuniore Imperatore an. Chr. CMLXI. Hanc expeditionem, Romani Imperatoris iuſſu, a Nicephoro maxima celeritate feliciter confectam ſequentes Acroaſes quinque celebrant, & exornant. Eas edere meditatus eſt olim Maltretus, ſed primum nuper edidit Flaminius Cornelius nobilis Venetus in ſuo *de Creta Sacra* Commentario tom. I. pag. 269. Nullus alius, qui eas complectatur, uſquedum innoteſcit vetus Codex, praeter Vaticanum notatum num. 997. litteris pene iam exſoleſcentibus, & a Notario potius, quam a Librario ſcriptum, ex quo tum Maltretus, Allatii cura, tum Cornelius accepere. Itaque eaſdem recenſere, ac recudere iuſſus, hoc ſolum praeſtare potui, ut ipſum Codicem Vaticanum iterum conſulerem, & cum Corneliana editione conferrem, quem laborem non ſine fructu exegi, etſi anceps haereo, utrum & ego ipſe, tum ob Codicis vitia, tum ob ſingularem Poëtae ſequioris aevi ſtilum, omnia bene aſſequutus ſim. Quare dubitationes quaſdam meas, ac coniecturas in ſubiectis adnotationibus indicabo, ubi etiam plura proſequar, quae ſenſus auctoris, ac rerum hiſtoriam luculentius exponant.

Quis fuerit Theodoſius Diaconus, qui haſce Acroaſas compoſuit, obſcurum omnino eſt: ſed nullatenus dubitare licet fuiſſe eum Eccleſiae Conſtantinopolitanae Diaconum. Porro ex epiſtola, qua Acroaſas ſuas Nicephoro dedicat, plane liquet, emiſiſſe eas in lucem poſt praematurum Romani Imperatoris obitum, eo licet vivente compoſitas. Sic enim Theodoſius Nicephorum alloquitur: [illegible]. *Iamborum itaque initium prima fronte ad defunctum nuper Imperatorem noſtrum pertinere videtur: verum laudum ſumma ad quem potiſſimum ſpectet, ſtatim intelliges.* Praeterea ex eadem epiſtola aperte intelligitur, obtuliſſe eas Nicephoro, poſtquam ille victoriae Cretenſi victoriam etiam addiderat de Agarenis Orientalibus, Metropoli eorum Chalepe everſa: [illegible], inquit, [illegible]. *Accipe igitur, indignas licet maieſtate tua, Theodoſii nugas, & de everſione, & expugnatione Chalepe ſcribere permitte:* ad quae verba mirari ſubit, quomodo Cornelius adnotaverit, ſe prorſus neſcire, cur Theodoſius de Creta ſermonem inſtituens, Chalepi mentionem ingeſſerit. Nemo enim veterum, recentiorumque Hiſtoricorum praeterit, Nicephorum Phocam Creticos primum, deinde vero Chalepenſes Saracenos ſubegiſſe. Audi Cedrenum Hiſtor. Comp. pag. 645: [illegible]. *Nicephorus autem Phocas, Creta, uti diximus, iuſſus decedere ita eſt, ut non ei liceret Conſtantinopolim ingredi: ſed mandatum eſt, ut cum omni exercitu in Orientem tranſiret. Nam ab accepta clade ſe recolligens Chabdanus iam ſeſe erigebat: coactoque ad pugnam idoneo exercitu videbatur iamiam in Romanos moturus. Eum Phocas, in Syriam ut venit, praelio ſuperavit, ac fudit, & in Syriam interiorem compulit: urbem Berrhoeam, excepta arce, devaſtavit.* Idem enarrat etiam Michael Glycas in Annalibus P. IV. p. 304., & uterque hanc adferunt cauſſam adeo ſollicitae expeditionis Nicephori in Orientem, quod Ioſephus Bringa, qui rerum in aula potiebatur, Romano ob oculos callide poſuerit, invaluiſſe rumorem, victorem Cretae evehendum fore ad Imperium. At vero Cedrenus, & Glycas a Leone Diacono ſcriptore coaevo in hoc diſſentire videntur, quod hi Nicephoro e Creta reduci Conſtantinopolim venire non eſſe permiſſum, ſed recta via in Syriam ire mandatum ſcribunt, ille autem contra teſtatur, Nicephorum e Creta redeuntem non modo Conſtantinopolim veniſſe, ſed etiam Conſtantinopoli triumphaſſe, & hinc poſtea in Syriam profectum eſſe. Leonem rem ita enarraſſe compertum eſt ex Latinis excerptis Hiſtoriae ſuorum temporum, quam ad obitum uſque Ioh. Tzimiſcis protraxit, a Pagio in Critica in Annal. Baron. Tom. III. pag. 875., & Tom. IV. p. 5. relatis, nondum enim in lucem edita eſt integra, & graece Leonis Hiſtoria, ad prelum licet paratam reliquerit Combefiſius. Verum enimvero, ni fallor, facilem ad Cedrenum, & Glycam cum Leone Diacono in hoc quoque conciliandos aperit viam Simeon Magiſter, & Logotheta in Annalibus in fine, qui de Nicephori triumpho ob devictam Cretam ſic loquitur: [illegible]. *Imperator, ubi captam eſſe Cretam cognovit, Deo laudes, gratiaſque perſolvit. Tum brevi, etiam Nicephorus Scholarum Domeſticus, Imperatoris iuſſu, urbem ingreſſus cum multis ſpoliis, atque captivis a ſuis aedibus ad Circum pedes venit una cum Cretae Amera Curope nomine, eiuſque propinquis omnibus, cum Saraceni omnes albis veſtibus induti eſſent. Ac quidem Magiſter honores, magnaque praemia Imperatoris liberalitate conſequutus eſt; Ameras vero donis plurimis, auroque, atque argento ab Imperatore donatus, praedia ruri colere, atque habitare permiſſus eſt: quod tamen baptiſmo initiari noluit, in Senatum minime cooptatus eſt. Porro Romanus Imperator, Magiſtrum Nicephorum iterum in Orientem miſit, ut Chambdae arrogantiam frangeret. Sufceptaque expeditione, primum Chalepum urbem munitam cepit, unde etiam ſpoliorum vim magnam collegit.* Videſne quod triumphi genus Nicephorus e Creta redux obivit? *A ſuis aedibus cum multis ſpoliis, & captivis pedes in Circum venit*, quo ſcilicet modo ovantes procedebant, non triumphantes; ita ut ſi bene vertit Leonem Combefiſius, uſus ſit Leo voce triumphi lato modo, quomodo etiam a Latinis non ſemel factum eſſe novimus. Et profecto is erat, qui ob Cretam captam Nicephoro debebatur, honos ſecundum Romanorum morem, quia bellum Creticum indictum non fuerat, & quia fuerat ſine ſanguine confectum, de quibus luculenter certos nos faciet Theodoſius. Qua de re Cedrenum, & Glycam ita eſſe interpretandos cenſeo, ut dixerint negatum fuiſſe Nicephoro e Creta reduci Conſtantinopolim venire, ſcilicet ad commorandum, quia hinc ſtatim iuſſus eſt in Syriam proficiſci: & eos haud meminiſſe triumphi, quem tunc Nicephorum egiſſe narrat Leo Diaconus,

quia

quia nullatenus triumphans, *ſed ſolum ovans in Circum* proceſſerit, & ſolummodo poſt Chalepenſem victoriam ſolemnem triumphum egerit, quem Cedreno viſum eſt ſatis commemorare, cum in eo praeter Berrhoeenſia ſpolia etiam Cretica oſtentaverit.

Verum, ut ut quis malit hoc contigiſſe, certum eſt, quod Nicephorus poſt victoriam Creticam in Syriam profectus eſt, ac nova de Chalepenſi Sultano reportata victoria eo magis inclaruit; & quod cum interim Romanus, florens licet aetate, voluptatibus fractus die 15. Martii Indictione ſexta obiiſſet, a Theophanone Romani uxore filiorum nomine imperante accerſitus eſt Conſtantinopolim, ubi ſolemni pompa de Saracenis tum Creticis, tum Chalepenſibus triumphavit. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνὶ, inquit Cedrenus ibid., τῆς αὐτῆς ϛ´ ἰνδικτιῶνος, εἰσῆλθεν ὁ Φωκᾶς Νικηφόρος τῇ τῆς Αὐγούστης κελεύσει (τοῦ Ἰωσὴφ, καθάπερ καὶ πρώην κωλύοντος) ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Κρήτης λαφύρων καὶ τῆς Βεῤῥοίας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ. *Eadem ſexta Indictione, menſe Aprili iuſſu Auguſtae Nicephorus Phocas Conſtantinopolim venit, Ioſepho, ut ante, ne hoc fieret obſtante. Duxit triumphum in Circo, inferens in eo Cretenſia, & Berrhoeenſia ſpolia.* Eamdem rem iiſdem fere verbis ita narrat Iohannes Curopalates in Hiſtoriae Compendio pag. 66. *Aprili autem menſe, eadem ſexta Indictione Phocas iuſſu Reginae ingreditur Conſtantinopolim, Ioſepho omnino, ut pridem, prohibente, & de captis ſpoliis, & Berrhoea triumphavit in hippodromo.* Attamen neque tunc immorari diu potuit Nicephorus Conſtantinopoli: comperiens enim parari ſibi iterum inſidias a Ioſepho Bringa, mature in Cappadociam ſeceſſit, ubi ab exercitu Imperatorem ſe appellari die 2. Iulii paſſus eſt, & inde Conſtantinopolim rediit, coronatuſque eſt a Polieucto Patriarcha die 15. Auguſti. Haec eſt rerum ſeries, & hinc facile intelligi poteſt quo potiſſimum tempore Theodoſius Acroaſas ſuas Nicephoro obtulerit. Cum enim obtulerit iam mortuo Romano, & Chalepe urbe everſa, ſed antequam Nicephorus ad Imperium evectus foret, reſtat obtuliſſe intermedio quatuor menſium ſpatio, qui interceſſerunt a die 15. Martii ad diem 2. Iulii, atque adeo, ut arbitror, menſe Aprili, quo Nicephorus Conſtantinopoli e Syria redux triumphavit.

DE

DE DIPTYCHO VESONTIONENSI *DISSERTATIO.*

ECtypum Diptychi Eccleſiae Veſontionenſis, quod veluti quoddam voluminis ornamentum Acroaſibus Theodoſii Diaconi de bello Cretico Imp. Romani Iunioris iuſſu, & auſpiciis a Nicephoro Phoca feliciter geſto praefixum eſt, eiuſdem Imp. Romani imaginem referre cenſeo contra communem eruditorum omnium, qui illius meminere, opinionem. Itaque haud puto ingratum fore, quod hinc opportune occaſionem capere curaverim collocandi in nova, ac meliori luce vetus hoc Byzantinum monumentum a Iacobo Chiffetio in Criſi Hiſtorica de Linteis ſepulcralibus Chriſti cap. x. primum, & denuo vulgatum a Dufreſnio, tum in Familiis Byzantinis §. xxvi. pag. 162., tum etiam in Diſſertatione de Imperatorum CP., ſeu inferioris aevi, vel Imperii Numiſmatibus Tab. v., ac demum in Theſauro veterum Diptychorum recuſum, exactius tamen delineatum, ab Antonio Franciſco Gorio Tom. III. Tab. I.

Viſitur in medio anaglypho I. Chr. fornici Templi cuiuſdam, & ſolio gemmis ornato inſiſtens, ad cuius caput nimbo ex unionibus compacto condecoratum, hinc & inde ſanctum eius nomen ſolito Graecorum monogrammate ΙΣ ΧΣ notatum eſt. Inferius ad dexteram ſtat adoleſcens, ad ſiniſtram puella, ſuper quorum capita manus Chriſtus extendit; & ille inſcalpto nomine appellatur ΡΩΜΑΝΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΡΩΜΑΙΩΝ, haec vero ΕΥΔΟΚΙΑ ΒΑϹΙΛΙϹ ΡΩΜΑΙΩΝ. Iacobus Chiffetius, Dufreſnius, & Gorius unanimiter arbitrati ſunt haſce imagines exhibere vultus Imp. Romani Diogenis, & Eudociae Conſtantini Ducae Imperatoris viduae, quae poſtea Romanum Diogenem ſibi ſumpſit in coniugem, & Diptychon fortaſſe in eiuſdem coniugii memoriam fuiſſe ab eis Conſtantinopoli dedicatum Gorius coniectatur. Verum enimvero a tot licet doctiſſimis viris probata, ac recepta ſit haec opinio, conſideranti mihi rerum hiſtoriam, non modo minus certa, ſed etiam minus probabilis videtur.

Simul ac Conſtantinus Ducas obiit, cum Eudocia eius uxor vidua filiorum nomine Imperium regeret, Romanus Diogenes, qui ſibi imperium rapere conabatur, ab Armenio opportune captus, & Conſtantinopolim perductus, capite damnatus eſt. Sed iterum ad regium tribunal adductus, quum & ſtatura, & habitu corporis admodum pulcher eſſet, volente Eudocia, primum commiſeratione, deinde etiam amore tacta, in Cappadociam, unde oriundus erat, liber ſeceſſit, unde Auguſta eum rurſus Conſtantinopolim revocavit, & militiae praefecit, ac tandem ſibi matrimonio iugare conſtituit, quamvis Conſtantino Ducae marito ſuo, ſe in viduitate permanſuram ſolemniter, & cum iuramenti fide coram Patriarcha, & Proceribus Imperii, tamquam voti teſtibus, ſpopondiſſet. Quoniam vero timebat, ne ob huiuſmodi contra iura, & voti fidem contractum coniugium tumultus, ac perturbatio in urbe fieret, Diogenes ei clanculum nupſit. Fuſe haec ſcripto mandavit Iohannes Scylitza Curopalates, narrationem ſic claudens pag. 832: ἤγετο μὲν ὁ Διογένης νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια ἔνδον, καὶ τῇ βασιλίδι συνεζεύγνυτο· ἀνηγορεύετο δὲ αὐτοκράτωρ βασιλεὺς κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος ἔτους ‚ϛφοϛ', λαθὼν πάντας τοὺς τῆς βασιλίδος υἱούς. *Adducitur Diogenes noctu in regiam armatus, & cum Auguſta coniungitur, ſtatimque Imperator declaratur Ianuarii menſis prima die, Indictione ſexta, anno* ꟾↃↃCIↃIↃLXXVI. *clam omnibus Auguſtae filiis*. Qua de re, conſtat Imp. Romani Diogenis cum Eudocia connubium nulla ſolemnitate fuiſſe initum, & idcirco nullatenus probabile eſſe, quod eorum imagines in publicum huius connubii argumentum in hoc anaglypho repraeſentatae fuerint. Quinimmo, etſi ubi huius coniugii fama vulgata eſt, tum Michaël Auguſtae ex Conſtantino Duca filius, cui Imperium pertinebat, tum ceteri Proceres illud adprobare viſi ſunt, reapſe tamen tamquam Deo inviſum ſemper in corde reprobarunt; quod manifeſto tunc conſtitit, cum Michaël Romanum ab Imperio deturbavit, iuſſitque, ut ei oculi defoderentur: quum enim Archiepiſcopi Chalcedonis, Heracleae, & Coloniae pro eo intercedere vellent, eodem Hiſtorico teſte pag. 844., inter cetera εἰς καὶ τῶν ὅρκων ὑπεμίμνησκον, καὶ τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ νεμέσεως. *Eis etiam in memoriam redegit iusiurandum, & iuſtam Dei indignationem*.

Nec altera Gorii ſententia magis arridet opinantis eburneum hoc Diptychon effictum fuiſſe, cum Eudocia, & Romanus Imperii corona donati ſunt. Eudociam, quae iam huiuſmodi honorem conſequuta fuerat Conſtantino nubens, poſt ſecundas cum Romano contractas nuptias denuo coronatam fuiſſe nullibi legimus: & Romanum abſque ulla prorſus ſolemnitate occulte in palatio acclamatum fuiſſe Imperatorem ex Hiſtorici verbis ſuperius allatis aperte colligitur. Quod ſi deinceps etiam publice Imperatoris nomen obtinuit, ſolemnes tamen per Patriarcham adeptum fuiſſe coronationis honores, nullus veterum Hiſtoricorum, quod ſciam, nobis indicat.

Porro ipſaemet imagines in Diptycho inſculptae vehementer ſuadent neque Eudociam, neque Romanum Diogenem referre. Utraque imago iuvenilem, ne puerilem dicam, aetatem praeſefert, cum tamen Eudocia iampridem ex Conſtantino Duca, qui ſexagenarius obiit, ſex, ſeu, ut aliis placet, ſeptem liberos procreaſſet; & quod Romanus Diogenes ei nupſerit maturae aetatis, tum quae antea ab eo geſta fuiſſe narrant Hiſtorici, tum etiam ipſius, quae adhuc reſtant, numiſmata luculenter teſtantur.

Quae cum ita ſint, equidem puto iure mihi, meritoque hactenus latum de imaginibus in hoc Graeco Diptycho expreſſis iudicium non placere. Contra vero, ſi illud effictum fuiſſe mecum ſentias in gratiam Romani cognomento Pueri, ſeu Iunioris, quo imperante Creta a Saracenis vindicata eſt, cuiuſque laudes Theodoſius in ſuo de Cretae expugnatione Poëmatio proſequitur, mirifice cum hiſtoria imagines ipſas convenire comperies. Natus eſt Romanus ex Conſtantino Porphyrogenito, qui primum cum Romano Lacapene ſocero, deinde cum filio imperavit. Ei puerulo, ut puellam ex familia ſua Hugo Italiae Rex deſponderet, miſſis legatis petiit avus maternus Romanus Lacapenes: & cum legitimas Hugo filias non haberet, acceptam ex Bezola concubina nomine Bertham exhibuit, quam Paſchalius Protoſpatharius, & Longobardiae Dux, a Lacapeno eo miſſus, Conſtantinopolim adduxit, eam comitante, ut Luithprandus adnotat *Rer. per Europ. geſtar. lib. v. cap.* 9. etiam Sigrefredo Eccleſiae Parmenſis Antiſtite. Narrant, quae perſtrinxit Leo Grammaticus in Chorographia *pag.* 507., Cedrenus in Compendio Hiſtorico *pag.* 613., Simeon Magiſter, & Logotheta in Annalibus in Lacapene *num. xlviii. pag.* 491., Georgius Monachus in Hiſtoria recentiorum Imperatorum *p.* 591., incertuſque Continuator Theophanis in Romani Senioris vita *pag.* 267., cuius teſtimonium recitare ſufficiat: Δευτέρας δὲ ἰνδικτιῶνος, inquit, ὁ Ῥωμανὸς βασιλεὺς Παχάλιον Πρωτοσπαθάριον, καὶ Στρατηγὸν Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν Ῥῆγα Φραγγίας Οὖγον ἀπέστειλε, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ζητῶν εἰς νύμφην Ῥωμανῷ τῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ· ἐν ᾧ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Παχάλιος μετὰ [illegible] ἐν τῇ [illegible]· [illegible] ὁ [illegible] ἰνδικτιῶνος [illegible], ὅτε καὶ [illegible] μετὰ τοῦ [illegible] ἔτη [illegible], ἐτελεύτησε τῶν [illegible] τῶν

[illegible]. *Porro ſecunda Indictione Romanus Imperator Paſchalium Protoſpatharium, ac Longobardiae Ducem ad Hugonem Regem Franciae miſit, eius filiam Romano Conſtantini generi ſui filio ſponſam exquirens: quam & aſſumens, quem dixi, Paſchalius cum multa ſupellectile, atque opibus in urbem induxit. Celebratae nuptiae menſe Septembri Indictione tertia. Vixit cum viro annos quinque, tumque vivis exempta eſt, cum Conſtantinus illius ſocer ipſe ſummus Imperator eſſet, ſoluſque rerum potiretur.* Pueriles has nuptias Dufreſnius in Familiis Byzantinis *pag.*143. ad an. Chr. CMXLIII. refert, quando nempe a Lacapeno de illis cum Hugone actum eſt, ſed reapſe celebratae ſunt ſequenti anno CMXLIV., ut recte Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis *Tom.XVI. pag.*42., Pagius in Critica in Annal. Baron. *Tom.III. pag.*845., & Muratorius in Italiae Annalibus *Tom.V. pag.*353. ſtatuerunt. Eo anno Romanus Iunior annum aetatis ſuae agebat quintum: qua de re Bertham poſt exactos cum coniuge quinque annos intactam, ac virginem obiiſſe ſcriptores teſtantur. Porro notandum eſt, quod ſtatim ac Bertha Conſtantinopolim venit, non inſueto Graecorum more, aliud ei nomen eſt inditum, & Eudocia appellata eſt, quod non modo teſtatum reliquit Luithprandus *Rer. per Europ. geſt. lib.V. cap.*9., ſed ipſe etiam Conſtantinus Porphyrogenitus in ſuo, quem digeſſit libro de Adminiſtrando Imperio *cap.* 26., ubi ita ſcribit: [illegible]. *Eudocia autem vocata fuit de nomine aviae, & ſororis Conſtantini Deſpotae Chriſtum amantis.*

Interea vero Conſtantinus Porphyrogenitus patrium Imperium ſolus obtinere cupiens, quod, dum in minoribus eſſet, ſibi Lacapenus per fraudem abſtulerat, Stephanum ipſius Lacapeni filium ope Baſilii Petini, ut contra patrem inſurgeret curavit, quod Stephanus in ſocietatem adſcitis, praeter Baſilium, Mariano quodam Monacho, aliiſque, nactus opportunitatem, feliciter exſequutus eſt; patrem enim Imperio deiecit anno Chr. CMXLIV. die XVI. Decembris, & cum in Protam Inſulam relegaſſet, vel invitum, ut ſibi caput raderet, & Monaſticam vitam profiteretur, compulit. Verum ſpe, quam Stephanus adipiſcendi imperium conceperat, quamprimum fruſtratus eſt: nam Conſtantinus Porphyrogenitus ipſum cum Conſtantino fratre prandio exceptum repente corripi iuſſit, & palatio extractum die XXVII. Ianuarii ſequentis anni CMXLV. in Protam inſulam relegavit, Conſtantinum vero eius fratrem in Terebinthum. Stephanus biennio elapſo, anno ſcilicet CMXLVII. audacius quam par erat inſurgens, interfecto cuſtode, ipſe etiam necatus eſt; eodemque anno, menſe Iulio, Indictione ſexta Romanus Lacapenus mortuus eſt, & in Myrelaeo ſepultus. Itaque Conſtantinus Porphyrogenitus, cum nihil amplius eſſet quod timeret, Romanum Iuniorem filium ſuum imperiali corona decorare conſtituit: quod factum eſſe eadem ſexta Indictione ipſo Paſchatis die proximi anni CMXLVIII., Dufreſnius in Familiis Byzantinis *pag.* 143., Pagius in Critica in Annal. Baron. *Tom.III. pag.* 853., & Muratorius in Italiae Annalibus *Tom.V. pag.*365. unanimiter adverterunt. Cedrenus Hiſt. Comp. *pag.* 635., ex quo ea omnia, quae modo recenſui, potiſſimum excerpſi, ſolemnem hanc Romani Iunioris coronationem ſic enarrat: [illegible]. *Conſtantinus autem Porphyrogenitus, omnibus quae ſuſpecta erant ſubmotis, & ſolus iam imperans, eadem indictione, feſto Paſchatis die Romano filio ſuo diadema imponit, vota faciente Theophylacto Patriarcha.* Idipſum praeter Zonaram in Annalibus *lib.XVI. num.*21. *pag.* 193., firmat Iohannes Curopalates in Hiſtoriae Compendio *p.*62., cuius ſecundum Gabii verſionem, haec ſunt verba: *Porphyrogennetus autem, ſublatis e medio iis, quos ſuſpectos habebat, & ſolus ſupremum imperium nactus, ſacro Paſchate eiuſdem indictionis Romano filio diadema imponit, caeremonias ſacras peragente, ac benedicente Theophilacto Patriarcha.*

Iamvero hiſce praenotatis, ac conſtabilitis, Diptychon Veſontionenſe in memoriam ſolemnis huius coronationis ſcalptum fuiſſe exiſtimo, & Romani Iunioris, Eudociaeque ipſius ſponſae in eo imagines repraeſentari. Coniecturam meam, praeter hiſtoriam hactenus recitatam, comprobavit anaglyphi artifex, qui utramque imaginem ſub iuvenili aſpectu configuravit. Romanus, dum ſolemnes coronationis honores a patre conſequutus eſt, novem tantum annos natus erat, paremque aetatem Eudociam habuiſſe dubitari non poſſe videtur. De Romani aetate nulla oriri poteſt controverſia: quum enim apud omnes in confeſſo ſit obiiſſe an. Chr. CMLXIII. vigintiquatuor annos natum, & cum patre annos undecim, ſolum vero annos quatuor regnaſſe, conſtat igitur eum an. Chr. CMXLVIII. quo coronatus eſt, annum aetatis ſuae nonum egiſſe. His accedit Ieſum Chriſtum tamquam propriis manibus Auguſtos coniuges coronantem in hoc anaglypho induci, quod certe ad Graecorum Imperatorum morem paullo ante introductum videtur reſpicere, effingendi nempe ipſius Ieſu Chriſti imaginem in publicis monumentis, ut ſic peculiare eius patrocinium in Imperatores oſtenderent. In huius rei argumentum exſtant adhuc aurea Michaelis Rhangabe numiſmata, qui primus eamdem Servatoris effigiem cum eodem monogrammate $\overline{IC}$ $\overline{XC}$ in nummis cudi iuſſit: quod in aereis etiam, iiſque obviis, Iohannis Tzimiſcis, aliorumque poſteriorum Imperatorum nummis facile licet conſpicere.

Quin etiam coniectando hoc quoque addam, veriſimillimum mihi videri, quod eburneum hoc anaglyphum, quo nunc vetus Evangeliorum liber Eccleſiae S. Iohannis Veſontionenſis contegitur, Veſontium Hugoni Regi miſſum fuerit, poſtquam Eudocia eius filia una cum Romano ipſius ſponſo Graeci Imperii diademate decorata eſt, ut Patri adeptae a filia dignitatis publicum eſſet teſtimonium. Neque vero temere, & ex arbitrio id coniicio. Ad hanc coniecturam me impellit eiuſdem Conſtantini Porphyrogeniti auctoritas, qui in ſuo libro de Adminiſtrando Imperio *cap.* 26. ſcribit, Hugonem poſt Rodulphi obitum Burgundiam obtinuiſſe, cuius princeps urbs eſt Veſontium: & hoc Hugoni certe contigit, antequam Eudociam filiam Romano nuptui traderet. Atque hinc obiter advertam, immerito Pagium in Critica in Annal. Baron. *Tom.III. pag.* 846. ſcriptores Graecos erroris inſimulaſſe, quod de Romani connubio agentes, Hugonem, qui Rex Italiae dicebatur, & erat, Franciae Regem appellaverint: quum enim eo temporis Burgundia etiam potiretur, iure optimo etiam Franciae Rex dici poterat. Ceterum Chiffletio adſentire nequaquam poſſum, qui in Criſi Hiſtorica de Linteis ſepulcralibus Chriſti *cap.* 10. hoc Diptychon ex Conſtantinopoli Veſontium allatum exiſtimat, dum ad finem vergente Graecorum Imperio, Galli prae ceteris ſacras Reliquias in Oriente ſummo ſtudio conquirebant, ac plurimas in Galliam aſportarunt: nec enim video, quomodo eburnea haec ſcalptura inter reliqua Ieſu Chriſti, & Martyrum pretioſa pignora adnumerari queat.

De veſtibus, & ornamentis, quibuſcum Romanus, & Eudocia expreſſi ſunt, pluribus hic loqui non eſt opus. Quod unum in me acceperam explicare, ac ſtabilire, abunde iam eſſe a me expoſitum, & plus quam ſatis comprobatum cenſeo.

ΘΕΟΔΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΡΗΤΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΠΕΝΤΕ.

THEODOSII DIACONI
DE CRETAE EXPUGNATIONE ACROASES QUINQUE.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΝ.

Ταῦτά μοι, ὦ μαγίστρων ἥλιε, καὶ Ῥώμης ἐκδικητὰ, πεπόνηται μὲν πρὸ καιροῦ περὶ Κρήτης, οὐ δέδοται δέ. Τὸ μὲν, ἵνα μὴ χρόνοις τὰ σὰ τῶν γενναίων λήθῃ περιδοθῇ κατορθώματα· ἃ γὰρ ἀνδρεία ποιεῖ, ἀμαυροῖ χρόνος· εἰ μὴ λόγος προφθάσας ἐν βίβλοις τισὶν ἐναποθῆται· οὐ δέδοται δὲ, φόβῳ καὶ συστολῇ, καὶ τὰ πολλὰ ἐναπολειφθῆναι καὶ ἡττηθῆναι τοῖς σοῖς κατορθώμασι· δέξαι οὖν, εἰ καὶ τῆς ἀξίας εἰσὶν ἐνδεᾶ Θεοδοσίου ψελλίσματα, καὶ περὶ τῆς τοῦ Χάλεπε γράφειν ἐπίτρεψον καταστροφῆς καὶ ἁλώσεως· οὕτω γὰρ προθυμότερος γεγονὼς, τῶν σῶν κατορθωμάτων, ὡς ἔξον, γενήσομαι συγγραφεύς. Ἀχιλλεὺς γὰρ, καὶ ὁ Μακεδόνων Ἀλέξανδρος, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς στρατηγήσαντες, ἄριστα πολὺ τὸ κλέος τῇ συγγραφῇ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπηνέγκαντο· καὶ ὁ μὲν, Ὁμήρῳ, οἱ δέ γε Πλουτάρχῳ καὶ ἄλλοις μέχρι τοῦ νῦν ᾄδονται καὶ φημίζονται· ὡς ἐν προσώπῳ γοῦν ἡ μὲν ἀρχὴ ἰάμβων δοκεῖ πρὸς τὸν πάλαι βασιλέα ἡμῶν· τὸ δὲ τῶν ἐπαίνων κεφάλαιον πρὸς τίνα, εἴσῃ εὐθύς.

EPISTOLA AD NICEPHORUM.

Haec, Magiſtrorum ſol, & Romae vindex, iamdiu a me de Creta ſcripta ſunt, ſed nondum edita. Equidem aggreſſus opus fui, ne egregia facinora, ac tropaea tua temporum oblivione prementur: fortia enim facta tempus obſcurat, niſi oratio opportune ea litteris mandet. Sed ne ederentur verecundia quaedam, ac reverentia vetuit, quod dicta factis tuis paſſim inferiora eſſent, quinimmo ab iis prorſus vincerentur. Accipe tamen, indignas licet maieſtate tua, Theodoſii nugas, & de Chalepi victoria, & expugnatione eum ſcribere permitte. Hinc enim alacrior factus, rerum tuarum geſtarum, quantum licet, ſcriptor fiam. Achilles profecto, & Macedonum Rex Alexander, ceterique exercituum Imperatores magnam utique gloriam etiamnunc obtinent ex ſcriptis: atque ille quidem Homeri, hi autem Plutarchi, aliorumque opera canuntur adhuc, ac celebrantur. Enimvero iamborum initium prima fronte ad mox defunctum Imperatorem noſtrum pertinere videtur: at laudum ſumma ad quem potiſſimum ſpectet ſtatim intelliges.

ΑΛΩΣΙΣ ΚΡΗΤΗΣ
ΠΟΝΗΘΕΙΣΑ
ΠΕΡΙ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ
ΤΩΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΙ ΚΑΙ ΚΡΑΤΑΙΩΙ

ΒΑΣΙΛΕΙ ΡΩΜΗΣ.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Α' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Ῥώμη παλαιὰ, μὴ φθόνει τὸν δεσπότην,
Τοὺς σοὺς στρατηγοὺς προσβαλοῦσα τῇ νέᾳ.
Κενῇ γὰρ ὁρμῇ, καὶ μάτην ὁ Σκιπίων,
Τὸν πλοῦτον ἐσκύλευσε τῆς δόξης ὅλον.
Ἰσχὺς γὰρ ἦν τις, ἢ κράτος Καρχηδόνος,
Ὅταν παριστὰς μυριοξίφῳ μάχῃ,
Τὰς συμφορὰς ἔπεμπε τῇ πορθουμένῃ.
Τίς ἦν ὁ Σύλλας ὁ θρασὺς στρατηγέτης,

Ὁ τὴν

EXPUGNATIO CRETAE
DESCRIPTA
A THEODOSIO HUMILI DIACONO
HUMANISSIMO AC POTENTI

IMPERATORI ROMAE.

INCIPIT PRIMA ACROASIS:

O Roma vetus ne invideas Deſpotae
Novae opponens Romae duces tuos:
Immerito enim Scipio, conatuque irrito
Exhauſit omnes gloriae divitias:
Virium quid aderat, non tota vis Carthaginis
Quum pugnam iniens innumeris diſtrictis gladiis
Urbi devictae exitiabilem cladem intulit.
Quis ille Sylla imperator audax

Athena-

Ὁ τῶν Ἀθηνῶν τὴν κεκαυμένην πόλιν,
Βαλὼν ἀπ' αὐτῆς τῆς σφαγῆς ἡττημένην;
Τίς ἦν ὁ Καῖσαρ ὁ στρατευμάτων τρέχων
Ἐν ταῖς ἀφύκτοις συμπλοκαῖς καθημέραν;
Τίς ἦν ἐκεῖνος ὁ κρατηθεὶς ἐν στόλῳ,
Καὶ τοὺς κρατοῦντας ἀνταναλώσας ξύλῳ;
Οὐκ ἦν στρατηγὸς ἄλλος, ὡς ὁ δεσπότης,
Κἂν πλουτολεκτῶν ἐκδραμὼν ὁ Πομπήϊος,
Ὡς τῶν παρεστῇ ταῖς μάχαις ὡπλισμένος,
Καὶ δοῦ τὰ λαμπρὰ τῆς τύχης διπλᾶ στέφη.
Σὺ δὲ κτυπῶν, Ὅμηρε, κομπώδεις κτύπους
Ὑψῶν τὰ μικρὰ, δεῦρο μὴ κλέπτων λόγοις
Λάλει πρὸς ἡμᾶς ἡσύχως μετ' αἰσχύνης.
Πορθήσεως γὰρ τῆς δεκαχρόνου κλέος
Μικρὸς παρ' ἡμῖν ἐστὶ, καὶ πλήρης ψόγων.
Τῆς Ἰλίου γὰρ τῶν περιπυργίους δόμους
Ἐκ τῶν ἀπ' αὐτῆς λειψάνων ἐγνωκότες,
Εἰς θαῦμα καὶ γέλωτα συμπεπτωκότες,
Πῆ μὲν γελῶμεν τῇ πλοκῇ τῶν ψευσμάτων,
Πῆ δ' αὖ κροτοῦμεν τῇ στροφῇ τῶν ῥημάτων.
Ἀλλ', ὦ στρατηγῶν ὁ κρατὴρ, ὁ μιγνύων
Πράξεις ταπεινὰς εἰς ἐπηρμένους λόγους,
Δίκασον αὐτὸς, καὶ προσωποληψίαν
Ἀφεὶς παλαιὰν, ὡς ζυγὸς γενοῦ σταθμοῦ·
Τοῦ δεσπότου δὲ καὶ θανὼν κρότει λόγους,
Τὰς παντοπόμπους, καὶ σοφὰς στρατηγίας.
Μικρὸς γὰρ ἡμῖν ὁ στρατὸς τῆς Ἑλλάδος,
Μικραὶ φάλαγγες, ἀσθενεῖς στρατηγέται,
Αἴας, Ἀχιλλεὺς, Ὀδυσσεὺς, Διομήδης·
Οὓς δόξα πολλὴ καὶ θεῶν ψευδωνύμων,
Ἡ στρεβλὰ φέρουσα τὰς ὁμιλίας
Κακῶς κατεσπάραττεν ἐκ τῶν ἐλπίδων.
Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι τῆς ἀληθείας τρίβους
Καλῶς βαδίζειν, ἢ κακῶς περιτρέχειν,
Ἐνταῦθα παῦε τῶν φόνων τῆς Ἰλίου,
Κρήτης τραγῳδῶν τὰς ῥοὰς τῶν αἱμάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἧκεν ὁ στρατὸς τοῦ δεσπότου
Πολλαῖς ταχείαις ὁλκάσι πεφραγμένος,
Ἡ γῆ μὲν ἐστέναζεν ἡ τῶν βαρβάρων,
Καὶ γειτονοῦσαν τὴν ὑγρὰν ἀπεστράφη.
Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σταλεὶς Νικηφόρος,
Ἰδὼν ἑαυτὸν τῆς μάχης περιεργάτην
Ἔστησε τὰς φάλαγγας ἐγξίφους ὅλους.
Ἔστησε τάξεις, ἰλαμοὺς πυργοδρόμους·
Ἔλαμψεν ἀσπὶς, ἠκονημένη σπάθη,
Θώραξ κατ' ἐχθρῶν εἶχε τὰς λαμπηδόνας;
Δόρυ κρατηθὲν δεινὸν ἀπαύγει φόνον.
Ἐπεὶ δὲ πάντας εἶδεν ἐκ τῶν ὑδάτων,
Καὶ τῶν μεγίστων κυμάτων σεσωσμένους,
Μέσον σταθεὶς ἤνοιξε πρὸς Θεὸν στόμα.
Ἰδοὺ τὸ σὸν στράτευμα τοῖς ἐναντίων
Ὅροις παρεστὼς, δημιουργὲ κτισμάτων,
Τῶν σῶν κατ' ἐχθρῶν ἦρε τὴν πανοπλίαν,
Καί σοι προβάλλει μυρίων πυργωμάτων
Λύοντα δεσμοὺς εὐκλεᾶ στρατηγέτην.
Πλάτυνον αὐτῶν εἰς μάχην τὰς καρδίας,
Δίωξον αὐτοῖς τὴν πικρὰν δειλανδρίαν,
Αἴσχυνον ἐχθρῶν τῶν προφητῶν τοὺς λόγους.
Δεῖξον Πέτρος τίς, καὶ τίς ὁ ψευδοπλόκος,
Ὁ τὰς

Athenarum urbem flammis correptam rapidis,
Hoc ipſo excidio ſuperatam ſubigens?
Quis fuit Caeſar, qui exercituum excurrebat
Per conflictus quotidie inſuperabiles?
Quis ille, qui navali victus praelio
Poſtea victores ſuperavit claſſe?
Non fuit dux alius umquam ſicut Deſpota:
Pompeius namque irrupit aurum colligens,
Ac quaſi armatus adſtitiſſet praeliis,
Fortunae illuſtres coronas oſtentavit duplices.
Tu vero, Homere, ciens magnos ſtrepitus,
Magnificans parva, adſis verbis non decipiens
Placide nobiſcum, & verecunde loquere.
Namque obſidionis decennalis rumor
Parvi apud nos eſt, & mendaciorum plenus.
Ilii nam domos late munitas turribus
Ex eius adhuc noſcentes ruderibus,
In admirationem incidentes, & riſum;
Modo ridemus complexionem mendaciorum,
Modo verborum plaudimus ambagibus.
Aſt, o Ducum crater, qui Ducum miſces
Cum faſtuoſis verbis actiones humiles,
Iudica ipſemet, & perſonarum reſpectum
Dimittens veterem, fias uti ſcapus trutinae,
Et quamvis mortuus plaude verbis Deſpotae,
Miſſis ubique ſapientibus expeditionibus.
Parvus enim eſt nobis Graeciae exercitus,
Parvae phalanges, infirmi Duces
Aiax, Achilles, Ulyſſes, Diomedes,
Quos ambitio multa, & falſorum Numinum
Contentio afferens concionum diſcordias
Male divellebat a ſpe.
Verum ſi velis veritatis ſemitas
Calcare recte, nec male percurrere,
Hic finem impone Ilii caedibus,
Cretae tragice canens fluvios ſanguinis.
Namque ubi advenit exercitus Deſpotae
Multis velocibus munitus navibus,
Terra quidem barbarorum ingemuit,
Atque vicinum averſata eſt mare.
Dux autem, miſſus qui fuit, Nicephorus
Videns ſe pugnae conſtitutum principem,
Statuit phalangas cinctas omnes gladiis,
Acies, cohorteſque quadrato agmine proceden-
Emicuit clypeus, & acutus enſis: (tes
Thorax contra hoſtes emittebat radios,
Haſta apprehenſa caedem refulgebat terribilem.
Poſtquam autem omnes conſpexit ex aquis,
Et à procellis maximis incolumes,
Medius ſtans aperuit os ad Deum.
Ecce tuus exercitus iam hoſtium
Finibus adſtans, rerum creatarum opifex,
Contra tuos inimicos cepit arma,
Et te opponit, ut millium turrium
Compages diſſolvas, glorioſum Ducem.
Dilata eorum corda ad praelium,
Repelle ab illis acerbam timiditatem,
Confunde inimicorum Vatum verba,
Oſtende quis ſit Petrus, & quis mendacia fingens
Qui

Ὁ τὰς καμήλους ἐσθίειν ἐπιτρέψας,
Ὁ πορνομύσας ἐκτελῶν τοὺς βαρβάρους,
Ψευδοπροφήτης ἐκφανεὶς πανουργίᾳ.
Οὕτω βοήσας, καὶ λαβὼν τὴν ἀσπίδα
Δημηγορῶν ἔλεξε τοῖς συνεργάταις.
Ἄνδρες, στρατηγοί, τέκνα, σύνδουλοι, φίλοι,
Ῥώμης τὰ πύργα, δεσπότου πιστοὶ φίλοι.
Οὗτος γὰρ ὑμᾶς τέκνα καὶ φίλους ἔχει,
Λόγοις παραινῶν, οὐκ ἀναγκάζων πόνοις,
Ὁρᾶτε τούσδε τοὺς ἁλιδρόμους τόπους,
Ὁρᾶτε πολλὰς ἱμέρους νήσους πέριξ,
Ῥώμης ὑπῆρχον πατρικῆς κατοικία,
Καὶ δεσποτῶν γῆ· πλὴν παρερπύσας ὄκνος,
Καὶ νωθρότης, ἔδειξε γῆν ἀλλοτρίαν,
Τρέφουσαν ἐχθροὺς καὶ στερουμένην τέκνων.
Ἴωμεν ἀνθ' ὧν εὐθυνῶς πρὸς βαρβάρους,
Λάβωμεν αὐτῶν ἐν ξίφει καὶ τὰς πόλεις,
Καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τῶν τέκνων τέκνα.
Μηδεὶς φοβείσθω τὰς βολὰς τῶν βαρβάρων,
Μηδεὶς φοβείσθω τραῦμα φλεγμαῖνον μάχης,
Μηδεὶς τὸ πικρὸν τὴν τελευταίαν βλάβην.
Ἂν γὰρ τὸ λουτρόν τις λαβὼν ᾑμαγμένον
Εἰς αἷμα λουθῇ τῶν ὑβριστῶν βαρβάρων,
Πλύνει τὸ σῶμα ταῖς ῥοαῖς τῶν αἱμάτων,
Καὶ λαμπρὸς ἐκ γῆς αἴρεται νικηφόρος.
Εἰ δ' ἔστιν αὐτὸς τέκνα, καὶ κλήρους ἔχων,
Πατὴρ ὄπισθεν δεσπότης λελεγμένος,
Ἐκεῖνος αὐτοῦ φροντίσει, καὶ τῶν τέκνων,
Καὶ τῆς γυναικός, τοῦτο μὴ δεδοικέτω.
Μόνον κρατείτω συμπλοκαῖς τὴν ἀσπίδα,
Μόνον προθύμως ὀξὺ τεινέτω δόρυ,
Μόνον φανείτω πατρικὸς ὡπλισμένος,
Μόνον τὸ Ῥώμης μὴ καθυβρίσῃ κράτος.
Τούτοις πτερώσας τοῖς λόγοις τοὺς οἰκέτας
Ἀνὴρ ὁ πιστὸς ἐν μάχαις Νικηφόρος,
Λέοντας ἐξέπεμψεν ὡς ὀρειτρόφους,
Πᾶσαν κλονοῦντας Κρητικὴν κακουργίαν,
Οὐ μὴν παρέργως, ἢ στρατηγέτου δίχα.
Μέσον γὰρ αὐτὸς ἱππεύων ἐζωσμένος
Τανύστομον μάχαιραν ἠκονημένην,
Πῆ μὲν πατάσσων ἔπραττε ξενοτρόπως,
Πῆ δ' αὖ τὸ πῦρ μάστιγα βάλλων οἰκίαις.
Ἐπεὶ δὲ πάντες ἦσαν ἀντὶ θηρίων,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν λοιμικῶς ἡπλωμένοι,
Ἦν θρῆνον οἰκτρὸν καὶ φυγὴν βλέπειν τότε,
Καὶ θαῦμα πικρὸν συμφορᾶς ἐναντίας.
Ἔκειτο καὶ γὰρ πλῆθος εἰς κόνιν μίαν
Ἀνδρῶν, γυναικῶν δυστυχῶς ἐσφαγμένων.
Ἐκεῖ τὰ τέκνα πρὸς σφαγὴν ἐπειγμένα,
Ἔπιπτον εἰς γῆν τῇ ποδῶν συγκλάσει.
Ἐκεῖ γέροντες τῷ χρόνῳ κεκυφότες,
Ὄλεθρον εἶχον ἐμποδὼν πεπτωκότες,
Καὶ φοινικὰν ἔβαπτεν τὸ ξίφος τρίχα,
Ἣν εἶχε λευκὴν ὁ χρόνος βεβαμμένην·
Ἐκεῖ γυναῖκες ἀγκαλῶν κάτω βρέφη
Ἔρριπτον εἰς γῆν, καὶ γονῆς ἀστοργίαν
Κίνδυνος ἀντήγειρε ταῖς τεκνοτρόφοις.
Ἀνῆπτε καὶ πῦρ, ἀντέλαμπε τὰ ξίφη,
Ἐπορφύρου γῆν ἡ ῥοὴ τῶν αἱμάτων,

Καὶ

Qui camelos comedere permiſit,
Qui fornicatores effecit barbaros,
Falſus propheta calliditate proditus.
Ita eſt precatus, & accepto clypeo
Concionando allocutus eſt commilitones:
Viri, duces, filii, conſervi, amici,
Romae vires, & fidi amici Deſpotae,
(Ille enim vos filios, & amicos habet,
Verbis adhortans, non cogens laboribus)
Aſpicite hos omnes mari cinctos locos,
Circumſpicite multas pulchras inſulas:
Romae iam fuerunt patriae domicilia,
Et dominorum terrae: at irrepens deſidia,
Et ſegnities alienam terram reddidit
Nutrientem hoſtes, & carentem filiis.
Eamus ergo ſtrenue contra barbaros,
Capiamus illorum civitates gladio,
Simulque uxores, & filiorum filios.
Nemo extimeſcat barbarorum iacula,
Nemo extimeſcat vulnus ardens praelii,
Nemo, quod eſt acerbius, damnum ultimum.
Nam ſi cruentum quis accipiens balneum,
Impiorum barbarorum lavetur ſanguine,
Sanguinis fluento corpus abluit,
Et illuſtris e terra victor tollitur.
Quod ſi quis eſt, qui filios, & bona habeat,
Patris aſſumens nomen poſthac Deſpota,
Ipſe eius curam, & filiorum geret,
Et uxoris: nullo pacto hoc timeat.
Solum obiiciat clypeum in conflictibus,
Solum alacriter acutam intentet haſtam,
Solum ſe oſtendat patrium militem,
Solum Romae haud dedecoret imperium.
Cum ſic militibus addidiſſet alas
Vir fidelis in praeliis Nicephorus,
Emiſit eos tamquam leones montanos
Ad devaſtandam omnem improbitatem Creticam
Non ſine bellandi conſilio, aut abſque duce;
Medius enim ipſe equitans, armatus
Ingenti, & peracuto gladio,
Modo percutiens mira edebat opera,
Modo flagellum ignis iniiciens domibus.
At poſtquam omnes egreſſi ſunt contra belluas,
Hinc, & inde peſtis inſtar rapide excurrentes,
Conſpiceres gravem luctum, & fugam,
Et horrendas viſu hoſtium anguſtias.
Iacebat enim turba in uno pulvere
Virorum, & mulierum caeſorum miſere.
Illic pueri properantes ad necem
Humi cadebant conculcati pedibus:
Illic ſenes aetate incurvati
Caedebantur incidentes obvii,
Ac purpuream tingebat comam gladius,
Quam albam aetas tinxerat:
Illic mulieres e ſinu parvulos
Demittebant, & in filios amorem
Maternum extinguebat inſtans periculum.
Rutilabant flammae, coruſcabant gladii,
Rubefaciebant terram rivi ſanguinis,

Et

Καὶ Κρητικοῖς ἦν τοῖς τόποις μεμιγμένη,
Ὡς χρῶμα καινόν, τρίχροος τιμωρία.
Ἐπεὶ δὲ Κρῆτες δεῖπνον οἱ μὲν ὀρνέων
Ἔκειντο νεκροὶ καὶ πνοῆς ἐξῃρημένοι,
Ἄλλοι δὲ τὴν νέκρωσιν ἱππικῷ τάχει
Φυγόντες εἰσήγοντο τῶν πυλῶν ἔσω,
Ὁ μέν, πατήσας τῶν πυλῶν ἔνδον φόβῳ,
Ἔρεγχεν ἐχθρὸς τῇ φυγῇ πεπνιγμένος.
Ὁ δὲ στρατηγὸς ἐκδραμὼν χώραν ὅλην,
Καὶ τοὺς μὲν εἰς πῦρ τμητικῶς ἀποσχίσας,
Τοὺς δὲ ξίφει δούς, καὶ κατασκάψας πόλεις,
Ἤπειγεν εὐθὺς εἰς στροφὴν ὀπισθίως,
Καὶ θᾶττον ἐλθὼν ναυτικῶν ὁρμισμάτων,
Ἔνδον κατεκράτησε τὸν στρατὸν μόλις.
Καὶ ναῦς ἀνάψας, γῇ χαρίζεται φέρων,
Ἄπιστον εἰδὼς τὴν ὑγρὰν εὐεργέτιν.
Ἐκεῖ δὲ μείνας ἡμερῶν τριῶν κύκλους,
Τὸν ἵππον ἡτοίμαζε καὶ τὸν ἱππότην,
Καὶ γῆν σκοπήσας ἀμφιδεξίῳ τρόπῳ,
Ἔστησε πλῆθος χιλίανδρον τεκτόνων,
Καὶ γῆθεν ἐρρίζωσε πυργωμένην
Πόλιν φυλάττειν τὰς στροφὰς στρατευμάτων.
Ὅμηρε δεῦρο καὶ πάλιν μετ᾽ αἰσχύνης
Ἑλληνικὰς κήρυσσε τὰς τειχουργίας
Ἃς Ἕκτορος χεὶρ καὶ βολὴ καταστρέφει
Ἀραχνοειδῶς τοῖς στρατοῖς ἐκτισμένας.
Ὡς οὖν καμίνους οἱ μὲν ἐκ τῶν τεκτόνων
Περιφλεγείσας ἀνῆπτον ταῖς λίθοις,
Οἱ δὲ στροφὰς ἔπασχον ἀνθελιγμάτων,
Τοῖς μαγγάνοις βάλλοντες εἰς βάθρον πέτρας·
Οἱ Κρητικοὶ δράκοντες οἱ λοφόδρομοι
Ἐκ τῶν φαράγγων ἐκδραμόντες, εἰς μίαν
Βουλὴν συνηθροίζοντο τὴν αὐτόκτονον,
Καὶ τοῦ στρατοῦ μὲν συμβαλεῖν οὐκ εὐτύχουν·
Ἐξέπληττεν αὐτοὺς ὁ στρατὸς γὰρ ὡς βέλος.
Τοῖς τέκτοσι δὲ προσβαλόντες ὀξέως,
Πίπτουσιν εἰς γῆν τῇ βολῇ τῶν τεκτόνων.
Ὁ σὸς γὰρ αὐτοὺς ὡς στρατηγέτης πόθος
Ἔπεισε τὴν δίκελλαν εἰς ξίφος τρέπειν,
Καὶ γίνεται ῥοῦς ἐκχυθεὶς τῶν αἱμάτων
Εἰς πλησμονὴν ἄπειρον ὑδατουμένη,
Καὶ τὰς καμίνους σβεννύει τὰς ἐμπύρους,
Ὥσπερ χαράδρας εἰσπεσοῦσα πικρία.
Λαβὼν δὲ τὴν ἄσβεστον, εἶχεν ὁ κτίστης
Φοινικοειδῆ τῶν πετρῶν τὴν σύνθεσιν.
Κάλει στρατηγὲ τὴν πόλιν φοινικίαν,
Φοινίσσεται γὰρ τῇ βαφῇ τῶν αἱμάτων.
Ὡς οὖν στρατηγῶν ὁ κρατῶν Νικηφόρος
Ἔγνω τὸ συμβάν, καὶ γὰρ ἠγνόει τότε,
Πέμψας κατεῖχε ζῶντας ἐκ τῶν βαρβάρων,
Ὄφεις πονηροὺς πέντε πεντηκοντάδας.
Βαλὼν δὲ κλοιοὺς εἰς ἀκάμπτους αὐχένας,
Τούτοις παρεῖχε πατρικὰς τὰς ἀξίας.
Κρήτη τὰ τέκνα βαρβαρότροφε βλέπε,
Οἵων μετέχουν ἀξιωμάτων ἄφνω.
Ἐπεὶ δὲ μοῖραν εἶχε νὺξ τὴν ἑβδόμην,
Τῆς εὐφρόνης γὰρ τὸ σκότος παρεκράτει,
Σάλπιγγας ἠλάλαξαν ἐν βοῇ ξένῃ,
Καὶ πᾶς ἕκαστος ἦν σὺν βοῇ τὴν ἀσπίδα,
Πεζός,

Et mixta erat Cretaeis in locis
Tamquam color novus, ultio tricolor.
Et iam Cretenſes, alii in paſtum avibus
Proſtrati iacebant, & exanimes,
Alii autem, mortem ope equorum celerum
Fugientes, recipiebant ſe intra moenia;
Et quis ingreſſus portas ob metum
Hoſtis agebat animam fuga praefocatus.
Dux autem poſtquam totam excurrit regionem,
Atque his quidem exciſis, & igne perditis,
HIS autem gladio abſumptis, & everſis urbibus,
Illico properavit regredi:
Statimque accedens ad ſtationes navium,
Vix intus exercitum cohibuit.
Et naves alligans in terram trahit
Infidum benefactorem ſciens eſſe mare.
Ibi autem moratus diebus tribus
Equitatum paravit, atque equites,
Ac ſummo terram perſcrutatus ſtudio
Poſuit infinitum numerum artificum,
Et a fundamentis excitavit turrigeram
Civitatem ad cuſtodienda exercitus tentoria.
Adſis, Homere, & rurſus cum verecundia
Ediſſere Graecorum propugnacula,
Quae evertit manus, & impetus Hectoris
Aranearum inſtar, excitata ab exercitu.
Dum itaque calcarias alii artifices
Incendebant decoquentes lapides,
Et alii volventes labore improbo
Saxa, in foveas demittebant vectibus,
Cractaei dracones montivagi
Rapide egreſſi ex ſpeluncis, ſimul
Congregati agebant de accepta clade:
At deſperabant congredi cum exercitu feliciter
Terrebat enim eos exercitus inſtar fulminis.
Repente ergo irruentes in artifices
Interficiuntur icti ab artificibus:
Namque erga te ſtudium, inſtar ducis, eos
Ligonem docuit in gladium convertere.
Hinc prodit flumen ex effuſo ſanguine
In immenſum excreſcens aquarum inſtar,
Et fornaces ardentes extinguit,
Tamquam in alveos cadens acerba ultio.
Accipiens autem fabricator calcem, habuit
Purpuream ſaxorum compoſitionem.
Voca hanc, o Dux, civitatem purpuream,
Purpuraſcit enim tinctura ſanguinis.
Ut itaque ſupremus Dux Nicephorus
Cognovit factum, nihil nam ſciebat hactenus,
Detinuit ſuperſtites ex barbaris
Malos ſerpentes, quinquaginta quinquies.
Inflexibilia autem colla conſtringens vinculis,
Eos decoravit patriis honoribus.
Creta barbarorum nutrix filios aſpice
Quos dignos honores participarint illico.
At poſtquam venit noctis hora ſeptima,
Tunc enim noctis praevalebant tenebrae,
Perterricrepus tubarum clangor inſonuit,
Ac quiſque inclamans apprehendit clypeum,
Pedi-

Πεζὸς, στρατηγὸς, ταξιάρχης, ἱππότης.
Τῆς ἡμέρας δὲ τῆς ῥοδόχρου λαμπάδας
Ἐκ τῶν σκοτεινῶν ἐξαναψάσης πόρων,
Φάλαγξ ἀνώρμησ' ἱππικὴ ξιφηφόρος
Ἔχουσα πλῆθος μυριάνδρου πεντάδος,
Πεζῶν δὲ πολλῶν ἦν ὁρᾶν πανοπλίαν
Κινουμένην ἄριστα τακτικῇ βάσει,
Καὶ τοὺς στρατηγοὺς, ὥσπερ ἐν ποίμνῃ μέσον,
Βαίνοντας ἀρνῶν θηροβάκχους ποιμένας.
Ὡς δὲ κλοπῇ χαίροντες ἅρπαγες λύκοι,
Χειμῶνος ὥρᾳ καὶ παρεκτάσει κρύους,
Ὁμοῦ ζυγέντες τῶν ὀρῶν ὁμόφρονες
Μάνδρας κλοπῶσι καὶ βιάζουσι κύνας·
Οὕτω ζυγέντες οἱ κλάδοι τῶν σῶν πόνων
Ἱππεῖς, στρατάρχαι, τοξόται, λοχαγέται
Πύργους βαλεῖν ἔσπευδον ἐν τάχει κάτω,
Θυμοῦ πνέοντες, ὥσπερ οἱ πρῆστες ζάλης,
Ὁ λαμπάδας δὲ φωσφόρους κακοχρόης
Καιροῖς ἀνάπτων, καὶ καταστέλλων πάλιν
Αὐτοῖς κατημαύρωσε τὰς λαμπηδόνας,
Καὶ νὺξ τὸ πέπλον ἐκ βαφῆς μελαγχρόου
Εἰς πάντα γῆς ἥπλωσε, καὶ πόλου μέρη.
Τῶν σῶν δὲ πλῆθος οὐ στρατοῦ, ἢ θηρίων·
Θῆρες γὰρ οὗτοι τοῖς σπαραγμοῖς βαρβάρων·
Τὸν ὕπνον εἶχε τὴν βάσιν καὶ τὴν στάσιν.
Εἰδ' ἂν κλαπείς τις εἰς ἀμερίμνους ὕπνους,
Ἐκεῖ παρεστὼς ἐξ ὀνειράτων πύλης,
Τοιαῦτα φωνῶν, τῆς βλάβης ἀπεστόμους.
Τί τὸν στρατηγὸν οὐ δεδοικὼς, ἱππότα,
Μέσον σφαγῆς πέπτωκας εἰς ξένους τόπους,
Ὅπου ῥοπὴ, κίνδυνος ἰσομωμένος,
Πνεῖ καθ' ἡμῶν φλεγμονὰς πυριβόλους;
Μικρόν τι καρτέρησον, ἐμβαλὼν κράνος
Ὑπὲρ θυῶν ἵστασο καὶ τῆς δίκης.
Ἄφες τὸν ὕπνον, καὶ κράτει τὴν ἀσπίδα,
Μὴ γνῷ τὸ συμβὰν ὁ στρατηγὸς τῆς μάχης.
Οὕτω τὸ νωθρὸν ἐξέκοπτες ἐργάτου,
Εἴπερ παρῆν τις νωθρότης τοῖς οἰκέταις.
Ἐπεὶ δὲ καὶ φῶς ἡμέρας προμηνύειν
Λευκοῖς χιτῶσιν ἤρξατο ζοφορθόρος,
Πέπλοις δὲ λαμπροῖς ἐστόλισεν αἰθέρα,
Ἦν γῆν θεωρεῖν λευκόμορφον, καὶ μάχης
Κήρυκα τῶν σῶν ἐνδραμεῖν στρατευμάτων,
Τείχει μὲν ἄκρου τὴν φάλαγγα προσξέειν
Ἐπεισπεσοῦσαν τῶν ἐναντίων ἄφνω.
Ἐκεῖ τὸ πλῆθος τῶν φερικλείων ἅπαν
Τάξας στρατηγὸς τμητικῶς ἀναρπάσαι,
Οἱ συστρατάρχαι τῆς πικρᾶς ἀλγηδόνος
Τὸ συμβὰν οὐκ ἤνεγκον, ἀλλὰ τὰς θύρας
Ἤνοιξαν, ἐξέπτησαν ἀντὶ στρουθίων,
Καὶ πρὸς τάφρον πλήξαντες ἐξανακλύσει,
Τὴν τάφρον ἀντέβαινον, ἀλλ' ἐμπροσθίως
Πληγέντες, ἐξήλαυνον ἐξοπισθίως.
Ὡς οὖν φυγῆς ἦν, καὶ τρόμου, καὶ δειλίας
Δεινὸς χαρακτὴρ, καὶ ταχύστροφος κλόνος,
Ἡ τάφρος αὐτὴ τῶν ἐναντίων τάφος,
Καὶ συμφορᾶς ἦν ἀστέγαστος οἰκία.
Εἶχον γὰρ αὐτοὶ συμποδιστὰς καὶ τόπους,
Οὕσπερ κατεσκεύαζον εἰς σωτηρίαν,

Pedites, duces, centuriones, equites.
Verum, dum ſplendores dies roſea
E tenebroſis accendit meatibus,
Proceſſit phalanx haſtatorum equitum,
Decem quinque millia habens virorum.
Peditum autem videre erat armatam aciem
Greſſu militari ſe moventem optime,
Et duces, tamquam medio in grege
Paſtores ovium, gradientes rapide contra feras.
Ac veluti furto gaudentes rapaces lupi
Hiemali tempore, & acerbo frigore,
Eadem hora congruentes concorditer
Ovilia aggrediuntur, & ſaeviunt in canes;
Sic una ſimul inſtitutionis tuae germina,
Equites, duces, ſagittarii, centuriones
Turres repente feſtinabant evertere
Iram ſpirantes, tamquam venti turbinem.
At qui decolores ignes Heſperi
Miniſtrat opportune, & rurſum ſubtrahit,
Labentibus diem obſcuravit crepuſculis,
Et nox peplum colore tinctum nigro
Super omnes terrae, & caeli extendit plagas.
Tuis tamen omnibus militibus, aut mavis feris,
Ferae nam erant in barbarorum excidium,
Pro ſomno erat aut incedere, aut ſtare.
Quod ſi cui ſomnus quietus obreperet,
Tu illi adſtans e ſomniorum ianua
His verbis admonebas de periculo:
Cur non reformidans ducem, eques,
Fervente pugna cubas extraneis in locis,
Ubi conſternatio manifeſto periculo
Spirat contra nos ardentes impetus?
Paullum quid ſuſtine, & impoſita galea
Pro religione ſta, & pro legibus:
Excute ſomnum, & prehende clypeum,
Ne rem cognoſcat dux proelii.
Ita ſocordiam depellebas a milite,
Si quandoque inerat tuis famulis.
Cum autem aurora praenuntiare lucem
Coepiſſet alba veſte expellens tenebras,
Et aërem veſtibus exornaſſet lucidis,
Proſpiceres terram albicantem, & pugnae
Praeconem currere per tua agmina,
Et ex alto ſepto phalangem educere,
Quae repente irruitura erat in hoſtes.
Ibi cum omnem captivorum turbam
Dux ſtatuiſſet, ut traherentur ad necem,
Commilitones eorum acerbi doloris
Caſum non tulerunt, verum ianuis
Apertis advolabant inſtar paſſerum,
Et ad foſſam turmatim irruentes
Illam violenter pertranſibant, ſed a fronte
Percuſſi feſtinabant retro cedere.
Dum ergo eſſet fugae, & metus, & formidinis
Terribilis imago, & praeceps tumultus,
Foſſa ipſa ſepulcrum hoſtium
Fiebat, & caedis aperta domus.
Erant enim ipſis impedimento etiam loca,
Quae ad ſalutem ſibi praeparaverant,

Ὡς ἂν μάθωσιν ἐξ ἀναισθήτων τόπων
Τὴν πίστιν αὐτῶν ἀξίαν ὑβρισμένην.
Τίς ἂν προφήτης ἐρωτηθεὶς πρὸ τῆς μάχης
Τοῖς ταφρορύκταις εἶπεν ἂν τῶν βαρβάρων,
Ὡς τύμβον ἐξώρυττον, οὐ τάφρον τέκνοις;
Ἄνικμε Κρήτη, μὴ στένῃς ἀνομβρίαν
Τὰ τέκνα λαμβάνουσα τῇ μάχῃ νέφη,
Ἐν οἷς ἐπελθὸν ὡς πνοὴ Ῥώμης δόρυ,
Καὶ πνεῦσαν, ὥσπερ συστροφή τις, τοὺς φόνους
Ὄμβρους ἀφῆκεν αἱμάτων πολυρρύτων.
Δημόσθενες, Φίλιππος οὐκ ἔχει κράτος.
Πλούταρχε, Καῖσαρ οὐκ ἔχει παρρησίαν.
Δίων, ὁ Σύλλας εἰς μάτην Δημοκράτωρ.
Ἄφες, Ξενοφῶν, τοὺς ἀνίκητους γράφειν,
Τὸν Ῥωμανὸν θαύμαζε καὶ μόνον γράφε.
Κύζικε συνθρήνησον, ἡ κεκαυμένη
Κρήτη παθοῦσα συμφορὰς ἰσοκρατεῖς.
Σοὶ γὰρ παλαιὸς τοὺς φόνους Μιθριδάτης,
Νέος γε ταύτῃ Ῥωμανὸς πλέκει φόνους.
Ἀλλ' ὦ στρατηγὲ γῆς ὅλης, καὶ γὰρ πρέπει
Τὸ μέλλον εἰπεῖν, μὴ φθόνει τὸν οἰκέτην
Κροτοῦντα τὰς σὰς νικοπλουθέτους μάχας,
Τράνου δὲ γλῶτταν, δὸς παρρησίαν λόγου,
Πλήττει γὰρ ἡμᾶς κέντρῳ τῆς ἀτολμίας.
Θεοδοσίου μὴ παραβλέψῃς πόνους,
Τοῦ στέμματός σου συγγραφέντας εἰς κλέος,
Ὡς ἂν βαδίζῃ χεὶρ γράφειν ἠπειγμένη
Πρὸς δευτέραν σου τοῦ στρατοῦ πανοπλίαν.

Ut ex locis quoque ſenſu expertibus diſcerent
Suam fidem dignam contumeliis.
Quis iam rogatus propheta ante proelium
Barbaris dixiſſet foſſam effodientibus,
Sepulcrum filiis, non ſibi vallum effodere?
Arida Creta ſiccitatem ne gemas tuam,
Cum filii in proelio tibi ſint pro nubibus,
Quibus ſuperveniens inſtar venti Romanorum
Et ſpirans caedes, inſtar turbinis, (gladius,
Expreſſit imbres copioſi ſanguinis.
Demoſthenes, Philippo non eſt potentia:
Plutarche, Caeſari non eſt virtus animi:
Dion, fruſtra Sylla Dictator fuit:
Tuos, Xenophon, heroas laudare deſine,
Romanum admirare, & cum ſolum celebra.
Cyzice collacrimare: incendio perdita
Creta paſſa eſt clades tuis ſimiles:
Tibi enim cladem vetus Mithridates,
Huic iunior Romanus cladem intulit.
Sed, o Imperator orbis, namque decet
Fari futurum, ſervum tuum ne aegre feras
Plaudentem armis tuis victricibus: (beram,
Diſertam fac linguam, da loquendi facultatem li-
Stimulo enim timiditatis pungimur:
Theodoſii verſus ne deſpicias
Diadematis tui ſcriptos ad gloriam,
Ut manus pergat ſcribere, progrediens
Ad alteram expeditionem tui exercitus.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Β' ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Οὕτως ἐχόντων Κρητικῶν παλαισμάτων,
Ῥώμης τὸ κάλλος Ῥωμανὲ σκηπτοκράτορ,
Οἱ μὲν κακῶς ἔπασχον ἐν ξένοις τόποις,
Εἰς καῦμα καὶ μάχαιραν ἀνθωπλισμένοι.
Τὰς γὰρ φλογώδεις λαμπάδας βελῶν δίκην
Ἔπεμπε τοῖς σοῖς οἰκέταις ὁ φωσφόρος.
Αὐτὸς δὲ καῦμα καὶ ξίφος τὰς φροντίδας
Εἶχες δι' αὐτοὺς ἔνδον ἐν τῇ καρδίᾳ.
Ὡς οὖν τὸ πῦρ σε τῆς ἀγρυπνίας φλέγον
Ὠχρὰν ἐποίει τὴν ἔναστρόν σου θέαν,
Οὐκ εἶχον εἰπεῖν οἱ βλέποντες αἰτίαν,
Πῶς σου τὸ φαιδρὸν εἰς στυγνὸν μετετράπη·
Ἕως στενάξας ἐμπόνως ἐξ ἐγκάτων,
Φλογμοὺς ἀφῆκας τῶν κάτω πυρσευμάτων,
Λέγων τὸ πρᾶγμα πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις.
Ἔθλιψε γάρ σε πατρικῶν στρατευμάτων
Πληθὺς σταλεῖσα τοῖς ὁμοστόλοις πόνοις.
Ἀλλ' οὐ παρῆν σοι ψυχαγωγῶν οἰκέτης.
Πᾶσι γὰρ ἦν ἄγνοια τῶν πεπραγμένων.
Θεὸς δὲ τὴν σὴν θλῖψιν εἰς εὐθυμίαν
Θᾶττον μετεσκεύασεν, ὃς παραυτίκα
Τὸν ἄγγελόν σοι δεικνύει νικηφόρον
Ἐκ τοῦ μάχαιραν δουλικῶς ἐζωσμένου.
Ἐπεὶ δὲ τὸν νοῦν τῶν γεγραμμένων ἔγνως,
Ἐπιστολὴν γὰρ εἶχεν ἐσφραγισμένην,
Οὐ τὴν λύραν ἔκρουσας, ὡς Δαβὶδ πάλαι,
Ἢ γλῶτταν ἐτράνωσας ἀντὶ τῆς λύρας.
Εὐθὺς δὲ τὴν φάλαγγα τῶν μονοτρόπων·
Φά-

INCIPIT SECUNDA ACROASIS.

DUM ſic haberent ſe conflictus Cretici,
Romae decus, Romane, qui ſceptra regis,
Illi quidem mala patiebantur extraneis in locis
Adverſus aeſtum, & gladium in armis ſtantes:
Ardentes enim ignes inſtar iaculi
In tuos ſervos immittebat Lucifer.
Tibi autem aeſtus, & gladius ſollicitudines
Propter illos ingerebat in corde.
Cum ergo ignis urens te vigiliae
Pallore inficeret tuum aſpectum ſplendidum,
Neſciebant reſpicientes cauſſam reddere,
Cur in triſtitiam tua verſa eſſet hilaritas:
Donec aeger ſuſpirans imo ex pectore
Flammas emiſiſti ardoris intimi,
Cunctis rem enarrans tuis ſubditis.
Te patriorum namque angebat agminum
Multitudo miſſa ad belli labores:
Nec erat ſervus, qui te laetum faceret,
Etenim nulli facta haec erant cognita.
Verum Deus triſtitiam tuam in gaudium
Subito convertit, qui ſtatim
Ferentem victoriam tibi praeſto fecit nuncium
Miſſum ab eo, qui pro te gladium ſtrinxerat.
Ut vero cognoviſti ſcriptorum ſenſus,
Namque obſignatam habebat epiſtolam,
Non lyram pulſaſti, ut olim David,
Sed potius lingua uſus es pro lyra.
Ac ſtatim ſolitariorum phalangem adiens,
(Pha-

Φάλαγξ γὰρ αὕτη καὶ ξίφους χωρὶς τρέπει,
Κλίνει τὰ πάντα, καὶ καταστρέφει πόλεις·
Ταύτῃ κατ᾽ ἐχθρῶν μυστικῶς ἐπεκρότεις,
Καὶ παννύχους δέδωκας εὐχαριστίας
Τῷ συστρατηγῷ προσδραμὼν κατοικίῳ.
Τοιαῦτα μὲν σὺ συμποιῶν τοῖς οἰκέταις.
Ἐπεὶ δὲ πάσης ἐξεπληρώθη στόμα,
Ποινὴ γὰρ ἐχθροῖς τῆς σφαγῆς ἡ πικρία,
Τὴν τάφρον εἰδὼς ὁ στρατηγὸς τῆς μάχης
Κρημνοὺς ἔχουσαν καὶ φαραγγώδεις τόπους.
Βαλεῖν πέτρας ἔταξε, καὶ γῆν, καὶ ξύλον,
Ὁδοιπορῆσαι τὰς χελώνας εὐκόλως.
Ἐκεῖ τὸ πλῆθος εἶχε τῶν προσταγμάτων
Ἔργον τὸ λεχθέν· ἀλλὰ τῶν ἐναντίων
Νέφη παρεῖχον αἱ βολαὶ τεταγμέναι.
Ἄγε λάλησον, μαρτύρει, μὴ διστάσῃς,
Τοῦ σοῦ χιτῶνος τὴν ὑφανθεῖσαν κρόκην,
Ἐν ᾗ στολισθεὶς ἀπεκέκλακας βλάβην
Ἐκ τῶν ἀδήλων συμφορῶν ὑφασμένην,
Δι᾽ ἧς ἔπιπτον τῶν ἐπάλξεων κάτω
Οἱ τὴν ὀφρὺν ἔχοντες ἅρπαγες κύνες.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἡμερῶν ὀκτὼ μέχρι
Ὁ τῆς χαλάζης ὄμβρος οὐκ ἀνεστάλη,
Ἀλλ᾽ εἶχε κενὸν ἡ φαρέτρα καὶ βέλος,
Κριοὺς ἀφῆκε καὶ χελωνίους τέχνας,
Καὶ πετροπόμπους σφενδόνας, καὶ συνθέσεις
Δεινὰς κατ᾽ αὐτῶν κλιμάκων ἀσυνδέτων.
Ὡς οὖν ἐκείνων τὰς νέας τιμωρίας
Οἱ καστρογῖται μὴ φέροντες ἠπόρουν,
Τάττει τὸν ὄχλον καὶ πάλιν ποινὰς πλέκει
Ὁ σοὶ ποθητὸς οἰκέτης Νικηφόρος.
Τῶν γὰρ πεσόντων δυσμενῶν ταῖς σφενδόναις
Ἔταξε πέμπειν τὰς κάρας βελῶν δίκην,
Ὡς ἂν τὸ λεπτόνητον αἰθέρος πλάτος
Χαρῇ μολυνθὲν συμφορᾷ τῶν βαρβάρων,
Καὶ γνῷ τὸ πλῆθος τῆς ἁμαρτίας, ὅτι
Καὶ τῶν μελῶν ἔχουσιν εἰς ποινὴν θέσιν.
Ἐρρίπτον ἔνδον ἀντὶ πετρῶν τὰς κάρας,
Ἔβαλλον αὐτῶν πολλάκις καὶ πατέρας,
Καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ θανὼν εἰς ἐν μάχῃ
Φονεὺς ὑπῆρχε πατρικῇ φονουργίᾳ.
Τῆς γὰρ κρατούσης σαρκικῆς ἀβλεψίας
Λυθεὶς ἐκεῖνος, καὶ μαθὼν τὸ συμφέρον,
Τοῖς χριστολάτραις συμμαχεῖν ἠναγκασμένος,
Τοῖς ψευδολάτραις ἦν βολὴ πανώλεθρος.
Ὡς οὖν ἐκείνας εἶχε τὰς σάρκας πόλις
Πλήρεις μολυσμῶν, οἱ ξύναιμοι τῷ γένει
Ἔκραζον οὕτω τῇ βοῇ τῶν βαρβάρων·
Σείτφ ἐχνιμὰτ ἰσχαρὸπ καὶ τὴν ῥάσαν
Σερμὲτ μιδένη καὶ χάϊτ ἰπφησάνη.
Ἀλλ᾽ ἡ βοὴ μὲν ἦν ἔθει τῷ πατρίῳ,
Ἡ δὲ σφαγὴ σοὶ Κρητικοῖς εἰργασμένη.
Ἦν οὖν ἐκείνων ὁ κρατῶν στρατηγίας
Γέρων Ἀμηρᾶς, ὠχρός, ἔμπλεως πόνων,
Μικρός, φαλακρός, δαίφρων, τὸν ἐκ Πύλου
Γέροντα νικῶν ἐν μελιρρύτοις λόγοις.
Ἀλλ᾽ οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησαν οἱ λόγοι,
Κἂν ἦσαν εὐθὺς προσβαλεῖν σου τῷ κράτει.
Ὅμως ἐτόλμα, καὶ γὰρ ἦν στρατηγέτης

Τει-

(Phalanx namque iſta vincit abſque gladio,
Fugat copias, & evertit urbes)
Cum hac myſtice plaudebas devictis hoſtibus:
Atque tota nocte egiſti gratias
Accurrens in domum Dei adiutoris tui.
Talia quidem agebas cum tuis famulis.
Poſtquam ergo hiatus impletus eſt caedibus,
Poena enim cladis hoſtibus acerbiſſima,
Proſpiciens foſſam dux proelii
Multis locis praeruptam, ac praecipitem,
Inijcere ſaxa, & terram, & ligna iuſſit
Sub teſtudinibus, ut facile iter ſternerent.
Ibi mandatorum obibat plebs frequens
Commiſſum munus: at interim ab hoſtibus
Miſſa ſpicula caelum obducebant nubibus.
Age nunc, loquere, teſtare, ne dubites,
Tramam contextam tui tegminis,
Qua protectus repercuſſiſti noxam
Nectens dolos ex occultis inſidiis,
Ex quibus deiiciebantur e propugnaculis
Supercilia attollentes, rapaces canes.
Ceterum vero quum per octo dies
Non deſtitiſſet ferreus imber ingruens,
Sed fatum inferret iaculum, & pharetra,
Arietes admovit, & teſtudinum machinas,
Saxaque iacientes fundas, compoſitioneſque
Terribiles non iunctarum ſcalarum adverſus eos.
Dum igitur nova illa ſupplicia
Oppidani reformidantes neſcirent, quo ſe verterent,
Ordinat turbam, & novas poenas addit
Tuus dilectus famulus Nicephorus.
Fundis enim caeſorum hoſtium
Iuſſit iaci capita telorum inſtar,
Ut tenuis latitudo aetheris
Barbarorum caede inquinata hilareſceret,
Et populus peccator cognoſceret,
Etiam propria membra ipſis eſſe ad poenam.
Proiiciebant intus pro ſaxis capita,
Quae percutiebant ſaepe & ſuos patres,
Et fratres: ac mortuus iam in proelio
Homicida fiebat in caede patria;
Nam que a carnali caecitate, qua detinebatur,
Solutus ille, & meliora noſcens,
Chriſti cultoribus opem ferre coactus;
Falſis cultoribus erat fatale iaculum.
Dum ergo eas haberet carnes civitas
Plenas inquinamentis, coniuncti genere
Ita clamabant barbarorum voce:
Seepph, ethinat, iſcharop, & rhaſan,
Sermet, midene, & chait ipphesane.
Sed haec quidem ſtrepebant more patrio,
Caedes autem a te erat illata Creticis.
Erat porro eorum dux exercitus
Senex Ameras, pallidus, fractus laboribus;
Parvus, calvus, callidus, Pylium
Senem vincens mellifluis ſermonibus.
Sed nihil ipſi profuere verba,
Quamvis directa forent ad evertendas vires tuas:
Audebat tamen, etenim dux erat,

Qui

Digitized by Google

Τρέφων ἑαυτὸν ἐν κεναῖς ταῖς ἐλπίσι.	Qui ſeipſum paſcebat inani ſpe.
Βουλὴν δὲ ποιεῖ, καὶ καλεῖ τοὺς ἐν χρόνῳ	Concilium cogit, & ſeniores advocat
Ὁμοστόλους γέροντας ἐν συνεδρίῳ.	Expeditionis ſocios ad conſilium.
Ἐκεῖ καθεσθεὶς καὶ στενάξας ἐκ βάθους	Ibi ſedens, & ſuſpirans imo ex pectore
Φωνὴν ἀφῆκε τοῖς πόνοις μεμιγμένην.	Vocem ſic emiſit mixtam gemitibus:
Τίς, ἄνδρες, ὑμῶν πῦρ ἔχει τῇ καρδίᾳ	Quicumque veſtrûm, viri, ignem habet in corde
Καῖον φλογίζον, ὡς ἐμὲ φλέγει φάλαγξ	Ardentem, urentem, ut me urunt milites
Ῥώμης κλονοῦσα τὴν ἐμὴν ὑπαρχίαν·	Romani devaſtantes meum imperium;
Τίνος τὰ τέκνα τὴν τελευταίαν βλάβην	Cuius filii extremam noxam
Ἐκ τῆς σπάθης εἴληφε τῆς τεθηγμένης·	Acceperunt ab acuto gladio;
Τίνος τὸν ἀγρὸν ἐκβιβρώσκεται ζέον	Cuius agrum devorat urentis
Τὸ πῦρ ἐπελθόν, ἡ πικρὰ τιμωρία·	Ignis iniecti acerbum ſupplicium;
Ἐκεῖνος ἡμῖν ἄρτι συμβουλευέτω	Ille nos modo conſilio iuvet
Γνώμην διδοὺς ἄριστον ἀντὶ τοῦ σθένους.	Sententiam dicens optimam pro viribus.
Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, στήσωμεν ἄνδρας ἱππότας	Verum, ſi placet, collocemus equites,
Πρὸς ἑπτὰ τοὺς βάλλουσι πεντηκοντάδας·	Contra iaculatores, mille & quinquaginta;
Ἔπειτα πεζῶν ἑξάδας τρισμυρίους,	Peditum vero triginta ſex millia,
Πάντας σιδηροῦς, εἰς θέαν μελαγχρόους,	Omnes ferro armatos, aſpectu terribiles,
Ὡς ἂν καταπλήξωσι τοὺς ἐναντίους	Ut timorem iniiciant hoſtibus,
Φανέντες αὐτοῖς τῶν πυλῶν παρ' ἐλπίδα.	Inopinato extra portas prodeuntes adverſus eos.
Οὕτως ὁ τὸ πρὶν αὐθαδῶς ἡπλωμένος,	Sic, qui antea audacter ditionem dilataverat
Δημηγορῶν ἦν δυστυχῶς ἐσφιγμένος·	Differebat ad incitas redactus.
Καὶ δὴ στρατεύσας καὶ φαλαγγώσας ὅλους	Et iam cogens phalangas, omnemque exercitum
Ἐκ τῶν ὀπῶν ἤθροιζεν ὁ δράκων ὄφεις.	Ex antris congregabat ſerpentes draco;
Εἰδὼς δὲ πάντας εἰς ὁδοὺς δειλανδρίας	Sed cum vidiſſet cunctos deſidiae vias
Ὁμοῦ βαδίζειν, οὐ σφαγῆς αἱρουμένους,	Calcare potius, quam caedes appetere,
Σταθεὶς παρώρμα τοὺς κακοὺς παρεργάτας.	Stans incitabat malos illos milites:
Ἐν τῇ ζυγῇ σπεύσωμεν, ἄνδρες ἱππόται,	Laetantes feſtinemus, viri equites,
Τῆς νῦν φανείσης μυριοξίφου μάχης,	Ad pugnam ingentem, quae ſe nobis offert,
Ἴωμεν εἰς μάχαιραν ἀντὶ τῶν τέκνων,	Sumamus gladium pro filiis,
Ὑπὸ γυναικῶν, καὶ φίλων, καὶ πατρίδος.	Pro uxoribus, pro amicis, & pro patria.
Μηδεὶς φοβείσθω τὰς τομὰς τῶν φασγάνων.	Nemo timeat acutas ferri acies;
Εἰ γὰρ θάνῃ τις, σώζεται παραυτίκα,	Si quis enim moritur, ſalvus fiet illico,
Καὶ ζῶν πορευθῇ καὶ λάβῃ κατοικίας,	Et vivens ibit, & ſedes accipiet,
Ὅπου προφήτης εἶδε χειμάρρους λέγει	Ubi propheta dixit ſe vidiſſe torrentes
Γάλακτα ἐμμέλιτα ἐξοίνου ῥέειν.	Lacte, & melle, & vino manare.
Εἰ δ' αὖ δεδοικὼς οὐχ ὑπὲρ τέκνων θάνῃ,	Quod ſi quis pavidus renuerit pro filiis mori,
Τοῦ δὲ προφήτου τοὺς λόγους παραδράμῃ,	Atque prophetae verba contempſerit,
Θνήξει παρ' ἡμῶν, καὶ μεταστὰς τοῦ σκότους	A nobis occidetur, & involutus tenebris
Τὴν ἀπροσδόκητον δέξεται τιμωρίαν.	Non opinatum accipiet ſupplicium.
Οὕτω παραινῶν καὶ παρ' αὐτὴν εἰς μάχην	Sic milites hortatus, eos ad pugnam
Προωδοποίει τὴν σφαγὴν τοῖς ἀξίοις.	Praeivit, iter ſternens ad caedem meritam.
Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ κρατῶν Νικηφόρος	Dux autem ſupremus Nicephorus
Οὐκ εἶχε καιρὸν ἀγνοεῖν τὰς τοῦ πλάνου,	Opportune noſcebat deceptoris
Ἅσπερ παρέλκων ἔπλεκε στρατουργίας.	Fraudes, quas incaſſum ſtruebat:
Ἦν γάρ τις αὐτὰς τὰς ὁδοὺς προμηνύων,	Erat enim, qui ipſas nunciabat inſidias
Ἐκ τῶν ἀκόσμως ἔνδον ἐγκεκλεισμένων.	Ex iis, qui furtim intus clauſi erant.
Οὕτω στρατάρχας, ἄνδρας εὐθεῖς ἱππότας,	Quare militum duces, excelſos equites,
Φαλαγγοστάτας, πεζοτοξοκράτας	Legionarios, pedites arcitenentes
Εἰς ἓν συνῆψε τοῖς στρατηγέταις ἅμα,	In unum collegit cum praefectis ſimul.
Μέσον δὲ τούτων, εὐτελὴς ὡς ἱππότης,	Interque hos medius, tamquam privatus eques
Σταθεὶς ἀφῆκεν ὁπλικωτάτους λόγους.	Stans haec emiſit verba ad bellum excitantia:
Ῥώμης τὰ νεῦρα, τέκνα, σύνδουλοι, φίλοι,	Romae robur, filii, conſervi, amici,
Ἰδοὺ καθ' ἡμῶν καὶ πάλιν τὸ θηρίον	Ecce adverſum nos iterum bellua
Κενὰς ἔσωθεν ἤρξατο σκευωρίας·	Molita eſt intus irritas inſidias:
Ἰδοὺ τὸ δεινὸν τῆς Χαρύβδεως στόμα	Ecce Charybdis os terribile
Ἀναρροφῆσαι μαίνεται Ῥώμης κράτος·	Romanum abſorbere imperium nititur:
Ἰδοὺ συριγμοὺς ὁ δράκων χειᾶς μέσον	Ecce ſibila draco luſtro in medio
Κήρυκας ὀργῆς καὶ σφαγῆς ἀναπτύει,	Emittit, irae, atque caedis nuntia,

Φυσᾷ Spi-

Φυσᾷ τὸν ἰὸν καὶ βιάζει τὴν φύσιν.
Ἀλλ' ἔστιν αὐτοῦ τὸ θράσος δειλανδρία.
Μηδεὶς φοβηθεὶς ἐξόπισθεν φευγέτω·
Θυμὸς γὰρ αὐτοῦ μέχρι τῶν χειλέων μόνον.
Ἴωμεν ἀνθ' ὧν εὐσθενῶς ὡπλισμένοι,
Ἔχουσι σάρκας καὶ τὰ τῆς Ἄγαρ τέκνα.
Οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σὰρξ σιδηρᾶ ἢ λίθος.
Ἀλγοῦσιν, ἂν λάβωσι, Ῥωμαίων πλέον,
Ἀργοῦσιν, αὐτῶν εἰ κοπῶσιν αἱ χεῖρες,
Πίπτουσιν εἰς γῆν, εἰ κοπῶσιν οἱ πόδες.
Μηδεὶς νοσείτω τὴν πικρὰν ἀνανδρίαν.
Μηδεὶς φοβηθεὶς ὁ φανῇ Ῥώμης κλάδος.
Μηδεὶς νόθον γέννημα καὶ σπορὰν ξένην
Δεῖξαι ἑαυτὸν ἐν κακοῖς σπουδαζέτω.
Αἰδώς, ἀδελφοί, τῆς φυγῆς ἡ ζημία·
Αἰδεῖσθε φεύγειν καὶ πτοεῖσθαι τὰ ξίφη.
Ποῦ γὰρ φυγοῦσιν εὑρεθῇ σωτηρία,
Μένουσιν ἔνδον Κρητικῶν ὁρισμάτων;
Οὐκ ἔστιν ἰσχὺς τοῖς Ἄγαρ τοῖς ἐγγόνοις·
Θεὸς γὰρ ἡμῖν συμμαχεῖ καὶ συντρέχει.
Οὕτω στομώσας τοῦ στρατοῦ σου τὰ ξίφη,
Λόχους ἔστησε, καὶ φυγὴν πεπλασμένην,
Ὡς ἂν πλανηθέντες ἔνδοθεν τειχισμάτων,
Ἔξωθεν θαρρήσωσιν ἐκβεβηκέναι.
Ὡς οὖν ὁ καιρὸς ἤγγισε τῶν θελημάτων,
Χώραν ἐχούσης τῆς ῥοδοχρόου τρίτην,
Χειᾶς ἀνέρρησσον, ὡς ὄφεις, ἐκ τὰς κάρας
Ἔχοντες, ὡς ὄνειδος, ἐξυρημένας.
Τούτοις ὑπῆρχε καὶ κρότος ταῖς ἀσπίσι,
Βοή τε πολλή, καὶ τρόμου πατὴρ φόβος,
Καὶ πάντα δεινά· τοῖς δὲ σοῖς στρατηγέταις
Τάξις, σιωπή, σεμνότης, προθυμία.
Εἷς οὖν στρατηγῶν εὐγενοῦς ῥίζης κλάδος,
Ἀνὴρ κραταιὸς εἰς στροφὴν ἀκοντίου,
Βραδὺς δὲ φεύγειν, καὶ ταχὺς κατατρέχειν,
Λόγους γλυκεῖς ἔλεξεν ἐν στρατοῦ μέσῳ.
Πρωτοστράτηγε, πῶς λιπὼν τὸν δεσπότην,
Οὐχ ὡς μάγειρος τῇ βαναυσίῳ τέχνῃ,
Κυκῶν ἔμιξας τοῦτον ἐν παραινέσει,
Ὡς ἂν τὸ νέκταρ ὁ γλυκὺς στεφηφόρος
Ταῖς σαῖς γένηται στρατηγίαις ἀρτυσία;
Ἐκεῖνος ἡμᾶς νουθετῶν ἐπιστρέφων,
Τὴν χεῖρα πᾶσιν ἐξαπλῶν εὐεργέτιν.
Μνησθῶμεν αὐτοῦ ῥημάτων μελιρρύτων
Καὶ τῶν τραπεζῶν, εἶτα τῶν χαρισμάτων.
Μνήσθητε, καὶ θάνωμεν, ἄνδρες, εἰ δέον,
Ὑπὸ γένους ἄνακτος εὐσεβεστάτου.
Μόνον πλατυνθῇ σκῆπτρον τῆς μοναρχίας,
Καὶ γῆς ἀνάξῃ Ῥωμαῖος πάσης μόνος.
Ἐπεὶ δὲ πληθὺς μυρίανδρος βαρβάρων
Ἐκ τῶν πυλῶν ὥρμησεν, ὡς νότου νέφος,
Βρυχὴν ἀπειλῶν, καὶ προδεικνύον σπόρον,
Οἱ σοὶ τραπέντες εἰς φυγὴν πεπλασμένην
Πάγην ἐτεχνάζοντο τὴν κρητοκτόνον.
Πύργων δὲ μακρὰν πάντες ἐκβεβηκότες,
Καὶ τῶν πυλῶν ἔξωθεν ἐξωρμηκότες
Ποινὰς ὑπεῖχον πίστεως τὰς ἀξίας.
Ἐκ τεττάρων γὰρ στρατικῶν ἐγκρυμμάτων
Κλύδων ἐγερθείς, καὶ σφοδρῶς ἐπιβρίσας,
Χειμῶ-

Spirat venenum, & vim infert naturae.
Attamen timida eſt eius audacia:
Nemo exterritus vertat terga fugae,
Namque illi eſt animus ſummis tantum labiis.
Armati itaque eamus contra illos ſtrenue,
Carnei ſunt etiam Agar filii,
Nec illis ineſt caro ferrea, aut ſaxea.
Si vulnerentur, plus quam Romani, dolent:
Torpeſcunt, ſi incidantur eorum manus:
Humi procumbunt, ſi amputentur pedes.
Nemo laboret improba deſidia,
Nemo tremens non appareat Romae germen,
Nemo ſpuriam progeniem, & extraneum genus
In adverſis ſe ſatagat oſtendere.
Turpis eſt, fratres, fuga, & periculoſa,
Pudeat vos fugere, & pavere gladios:
Nam quo fugientes ſalutem invenient
Manentes intra Cretica confinia?
Nullum eſt robur Agar poſteris,
Deus enim nos tuetur, atque adiuvat.
Cum ſic acuiſſet enſes ſui exercitus,
Inſidias paravit, & fictam fugam,
Ut decepti, qui ſtabant intra moenia,
Foras auderent egredi.
Ut igitur ſtatutum tempus advenit,
Horam habente roſea die tertiam,
Ex antris, ut ſerpentes erumpebant, capita
Detonſa habentes, tamquam de plebis faece.
His erat etiam clypeorum ſtrepitus,
Clamorque multus, & tremoris pater metus,
Et undique confuſio: tuis autem militibus
Ordo, ſilentium, gravitas, alacritas.
Unus porro militum claro natus genere
Vir fortis in iactu iaculi,
Tardus ad fugam, & ad inſectandum velox,
Haec dulcia emiſit verba in medio exercitu.
Supreme Dux, cur nam omiſſo Deſpota,
Veluti coquus in arte culinaria
Non eum admiſcuiſti in horum adhortatione,
Ut dulcis dominator, inſtar nectaris,
Tuis condimentum fieret imperiis?
Admonens ille, & noſtri curam gerens
Beneficam manum extendebat omnibus.
Recordemur eius verba melliflua,
Et menſas, atque munera.
Recordemini, & moriamur, ſi opus fuerit,
Pro familia Regis piiſſimi.
Solum extendatur ſceptrum imperii,
Cunctoque orbi unus Romanus imperet.
Poſtquam vero infinita multitudo barbarorum
E portis irruit, tamquam coacta ab Auſtro nubes
Minitans tempeſtatem, & mala nuntians ſegetibus,
Tui ſe vertentes in fictam fugam
Laqueum parabant in perditionem Creticam.
Cuncti autem e longis exeuntes turribus,
Atque portis ſe foras erumpentes,
Poenas luebant fide eorum dignas.
A quatuor namque inſidiis tuorum militum
Aeſtus commotus, & vehementer fervens,
Pro-

Χαρμόνην γεννᾷν ἤρξατο πρὸς τῆς μάχης·
Καὶ δυσμενῶν ἦν συμφορὰ, κλόνος, στόνος,
Λαῶν δὲ τῶν σῶν χαρμονὴ νικηφόρος.
Ὡς οὖν σταθέντες ἦσαν ἐν μεταιχμίῳ,
Τὴν ἔκβασιν βλέποντες ἐστενωμένην,
Οἱ τῆς ἑαυτῶν αἴτιοι φονουργίας,
Ἔβαλλον εὐθὺς, ἀντεβάλλοντο πλέον,
Καὶ τὴν φυγὴν ἔχοντες ἠπορημένην,
Πάντη γὰρ αὐτοῖς ἦν παρεστῶσα βλάβη,
Ἔστησαν εἰς ἓν τῆς ταφῆς τὸ χωρίον.
Τίς ἐκ τραγῳδῶν ἐκβοήσει τοὺς φόνους,
Καὶ τὴν ἑκάστου τῆς σφαγῆς τιμωρίαν;
Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν νεφροῖς βεβλημένος
Περιτροπὰς ἔπασχεν, ἅσπερ ἠγνόει,
Καὶ πρὶν χορευτῶν, οὐ μαθὼν περικλάσεις,
Ἄκων χορευτὴς ἦν λαβὼν ἀκοντίῳ.
Ἄλλος στερηθεὶς τῆς κεκαρμένης κάρας
Ἔκειτο πρηνὴς στρατικοῖς ἠλωμένος,
Καὶ τοὺς ἑαυτοῦ δυστυχῶς κινῶν πόδας,
Χύσει κολυμβᾶν ἤθελε τῶν αἱμάτων.
Ἄλλος δὲ πληγεὶς τὴν κατάξηρον ῥάχιν,
Κύπτων ἄκων ἦν προσκυνῶν σου τὸν στόλον.
Ἄλλος δὲ νεκρὸς, καὶ πόδας τετμημένος
Λελειμμένος προὔκειτο τῶν ἱππασμάτων.
Ἄλλος δὲ τὴν ἄναλτον ὠθεὶς γαστέρα
Χερσὶ κατεῖχε τὴν πλοκὴν τῶν ἐντέρων,
Καὶ πρὶν μαχητὴς εὐσθενὴς κεκριμένος
Μάγειρος ἦν ἄπειρος ἐντεροσπράτης.
Οὕτως μετηλλάξαντο τὴν πανοπλίαν
Εἰς ἀλλοτέχνους συμφορὰς οἱ τῆς Ἄγαρ·
Καὶ πᾶς τελευτῶν εἶχε τὴν τιμωρίαν
Τέχνην πονηρὰν εἰς ἀναίρεσιν βίου.
Εἷς οὖν ἐκείνων ἦν ἀνὴρ Κρὴς ἱππότης,
Γιγαντοειδὴς, ὃς λαβὼν τὴν ἀσπίδα,
Καὶ τὴν μάχαιραν, τοῦ στρατηγοῦ τῆς μάχης
Ἐναντίως ἤλαυνε προσβαλεῖν θέλων.
Ἀλλ᾽ οὐκ ἀφῆκεν ἡ δίκη τοῦτον φθάσαι·
Πλήττει γὰρ αὐτὸν ὁ κρατῶν Νικηφόρος
Τῆς ὀσφύος κάτωθεν, ὀμφαλοῦ μέσον.
Καὶ τοῦ μὲν εἶχε σῶμα νεκρὸν ἡ κόνις,
Τοῦ δὲ κλέος μέγιστον ὁ πλατὺς στόνυξ.
Οὕτω κακῶς ἔπασχον ἐγκεκλεισμένοι
Ἐκεῖθεν ἔνθεν τοῖς φονευταῖς ἐνδίκως
Οἱ τῶν ἀθέσμων πράξεων ὑπηρέται.
Εἰδ᾽ ἦν τις αὐτῶν εἰς φυγὴν ὡρμημένος,
Ἔμπροσθεν εἶχε θραγμὸς ἔμποινον ξίφος,
Καὶ τὸν στρατηγὸν πανταχοῦ Νικηφόρον
Βάλλοντα, καὶ κράζοντα τοῖς στρατηγέταις·
Βάλλωμεν, ἄνδρες, τοὺς βιοφθόρους λύκους.
Ὅμηρε, ποιητῶν λόγοις ὁ τῆς μάχης
Πόρρω πεφυκὼς, ὡς παρὼν δὲ συγγράφων,
Ὁ πολλὰ κάμνων ἐν κενοῖς, καὶ τοὺς πόνους
Διεξιὼν ἅπαντας Ἑλλήνων μάτην·
Σὺ δεῦρο, καὶ βόησον ὄγκῳ ῥημάτων
Ῥώμης στρατοῦ καύχημα, καὶ μέγαν στόνον
Ἐχθρῶν παλαιῶν, δυσμενῶν, δουλοσπόρων.
Ἕξεις γὰρ ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν τύπον,
Ὡς τοῖς ἀχαιοῖς τὴν παρέκβασιν τύπον.
Οὐκ ἦν γὰρ ἔνθα τις φυγὼν ἐκ τῆς μάχης,
Οὐδ᾽

Procellam coepit producere in proelio;
Hoſtibuſque erat clades, tumultus, ſuſpirium,
Tuis autem populis triumphale gaudium.
Cum ergo eſſent circumventi ab aciebus,
Sibi praecluſum aſpicientes exitum,
Et ſibi eſſe auctores propriae caedis,
Vulnerabant ſtatim, ſed vulnerabantur magis;
Nullumque habentes ad ſalutem effugium,
Nex enim illis imminebat undique,
Conſtiterunt in unum ſepulcri locum.
Quis ex tragicis caedes enarrabit,
Et ſingulorum ſaevum mortis genus?
Alter quidem eorum ſauciatus renibus,
Quas ignorabat, patiebatur vertigines;
Ac ſaltans, non edoctus motus choreae,
Invitus ſaltator fiebat ictu iaculi.
Alter orbatus ſuo detonſo capite
Iacebat pronus ſtratus ab exercitu,
Suoſque infelix movens pedes
Natare videbatur rivo ſanguinis.
Alter autem ictus in arida dorſi ſpina
Procumbens, tuum invitus adorabat exercitum.
Alter mortuus, & abſciſſis pedibus
Neglectus iacebat ad conculcationem equitum.
Alter inſatiabili confoſſus in ventre
Manibus tenebat inteſtinorum gyros,
Et qui antea cenſebatur pugnator ſtrenuus,
Coquus fiebat inexpertus viſcerum.
Ita commutabant arma
In alias artes calamitoſas Agareni,
Ac quiſque moriens habebat pro ſupplicio
Saevam aliquam artem ad interitum.
Erat porro inter illos vir Cretenſis eques
Gigantis ſpecie, qui accepto clypeo,
Et gladio, contra pugnae ducem
Agebat equum cum eo cupiens congredi.
Sed non permiſit Deus eum propoſitum ſuum ex-
Percutit enim illum imperans Nicephorus (ſequi,
Infra renes umbilico in medio:
Et hic quidem occubuit ſtratus in pulvere,
Illius autem laudem maximam aſſecutus eſt gladius.
Sic mala patiebantur anguſtiati
Merito hinc inde ab interfectoribus
Iniquarum actionum miniſtri.
Si quis autem ex illis erat, qui tentaret fugam,
Letalem enſem habebat ſibi obicem,
Et imperantem ubique Nicephorum
Ferientem, & voce adhortantem milites,
Feriamus, viri, hos voraces lupos.
Homere, qui poëticis ſermonibus proelia
Licet longe abſens, ut praeſens tamen conſcribis,
Qui multum fatigaris in rebus inanibus, ac labores
Graecorum omnes fruſtra verſu complecteris,
Huc adſis, & verborum gravitate celebra
Romani exercitus gloriam, ingenteſque gemitus
Veterum inſenſorum hoſtium ex ſervili ſemine:
Habebis enim in noſtris veritatem pro typo,
Sicut in Achaeis exceſſum pro typo.
Hic nam non erat qui ex pugna fugeret
Bar-

Οὐδ᾽ εἰ πτερωτὴν εἶχε βάρβαρος φύσιν.
Ξέρξης ὁ τὸ πρὶν γῆν θαλασσῶσαι θέλων,
Μὴ προσβαλών σου τῷ κράτει, τιμὴν ἔχει.
Οὐκ οἶδεν οὗτος γυμνὰ Ῥωμαίων ξίφη.
Οὐκ οἶδε τὴν σήν, Ῥωμανέ, σκηπτουχίαν.
Ἦ γὰρ παρῆλθε τὸν στρατόν σου θαυμάσας,
Τὴν ἧτταν ἐν σοὶ προσλαβών, σκηπτοκράτορ.

Barbarus, neque ſi alatam haberet naturam.
Xerxi, qui olim terram in mare redigere ſtuduit,
Quod non ſit congreſſus tuis viribus honori eſt.
Non novit ille nudos Romanorum gladios,
Non novit tuum, o Romane, imperium.
Retroceſſiſſet certe, tuum admiratus exercitum,
Accipiens a te cladem, o ſceptriger.

ΑΚΡΟΑΣΙΣ ΤΡΙΤΗ.

Ὁ τῆς ἀβύσσου τὰς πολυστόμους χύσεις
Κλείων, χαλινῶν, ἐξανοίγων, ἐξάγων,
Οὗτος πλατύνοι τῶν ὅρων τοῦ σοῦ κράτους,
Ἄνακτος υἱέ, καὶ κρατύνοι τὸν στόλον,
Καὶ πάντα ποιοῖ καὶ καταστρέφοι πόλεις.
Καὶ τίς κατ᾽ ἀξίαν σε τῶν λογογράφων,
Ἄναξ, ἐπαινεῖν εἰς τοσοῦτον ἰσχύσει,
Κἂν ἦ τις ἄλλος ἐν Σταγειρίταις, Πλάτων,
Ἢ τῶν Ἀθηνῶν ὁ κράτιστος Δημοσθένης,
Ἢ τὴν πολυθρύλλητον ὁ κρούων λύραν;
Ἐγὼ δὲ τῶν σῶν δουλικῶς ἐγκωμίων
Ὁ τῆς παρούσης ἡμέρας λογογράφος
Ἀπάρχομαι μέν, ἀλλὰ τῆς ἀτολμίας
Τὰ κέντρα κεντεῖ, καὶ βιάζει τὸν λόγον.
Σὺ δὸς τὸ τολμᾶν, ἐξάνοιγε τὸ στόμα,
Δίδαξον ἡμᾶς μὴ σιωπᾶν εὐκόλως·
Ὅταν τοσαύτη συμφορὰ τοῖς βαρβάροις.
Πλάτυνον τὸν φάρυγγα τῇ παρρησίᾳ,
Καὶ γὰρ στενοῦται προσβαλών σου τοῖς πόνοις·
Ἀγωνιᾷ χείρ, ἀργεῖται νοῦς πολλάκις,
Συστέλλεται δέ, καὶ πτοεῖται, καὶ θέλων
Τοὺς σοὺς βαδίζων χριστομιμήτους τρόπους,
Ὡς πτὼξ δεδοικὼς τὰς ὁδοὺς περιτρέχει.
Σὺ γὰρ τὸ νικᾶν πανταχοῦ κεκτημένος,
Τὸ κοινὸν ὠφέλησας, ηὔξησας μόνος,
Σὺ τὴν φάλαγγα τῶν ἐναντίων πόνοις
Ὤθησας εἰς φάραγγα δυσβάτων τόπων.
Σὺ τὰς πόλεις ἔπλησας οὐ σκύλων μόνον,
Ἀλλ᾽ εἰρήνης ἔπλησας, καὶ πολλῆς δόξης.
Ἀγαλλιάσθω τάξις ἀγγέλων ἄνω,
Χορευέτω σύστημα τῶν βροτῶν κάτω.
Οὐχ Ἡρακλῆς ἔσωσε τοῦ κήτους Φρύγας,
Ὁ δεσπότης δὲ κόσμον ἐκ φονουργίας.
Οὐ Μελέαγρος τοῦ πυρὸς τὴν πατρίδα,
Ὁ Ῥωμανὸς δὲ πᾶσαν ἄρτι τὴν κτίσιν.
Τοῖς σοῖς Ἀλωεῦ τίς χάρις παισὶ πάλαι
Χαλκοῦν τεχνουργεῖν Ἄρεος πίθον μέγαν;
Οὐ μητρυιὰ γὰρ τοῦτον, ἀλλ᾽ ὁ δεσπότης
Κινεῖ κατ᾽ ἐχθρῶν Κρητικῶν, λύσας πίθον.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκός, ἄστρον Ἥλιε, στέφους
Σοῦ σκῆπτρον λαμπρύνοντος ἐν μοναρχίᾳ,
Ἐκεῖνον εἱρκτῇ καὶ στενοῦσθαι, καὶ μένειν·
Ἀλλ᾽ ἢ σὺν αὐτῷ σε κρατεῖν τὴν ἀσπίδα,
Καὶ γῆν μολύνειν αἵμασι τῶν βαρβάρων.
Ἐπεὶ δὲ Κρητῶν ἡ φάλαγξ κατεσφάγη,
Ὡς ἐν κυνηγοῖς πτὼξ πεσὼν ἀνῃρέθη,
Πολλῶν μὲν ἡ γῆ συμφορῶν ἀπηλλάγη,
Ἀπελύθη δὲ μυρίων μιασμάτων·
Καὶ πᾶς Σκύθης ἔκειτο νεκρὸς εἰς χθόνα

Κυσὶ

ACROASIS TERTIA.

QUI abyſſi circumfuſos gurgites
Claudit, cohibet, aperit, emittit,
Ille tui fines extendit imperii,
O Regis proles, & roborat exercitum,
Et omnia agit, urbeſque deſtruit.
Ecquiſnam Oratorum te pro meritis,
O Rex, laudare in tantis rebus poterit,
Etiamſi ſit alius aut Stagirita, aut Plato,
Aut Athenienſium maximus Demoſthenes,
Aut qui canora clarus cecinit lyra?
Ego tuarum laudum, ut ſervum decet,
Scriptor factus hac die
Incipio quidem: ſed formidinis
Stimuli me urgent, & orationem premunt.
Tu animum praeſta, linguam tu ſolve meam,
Tu edoce nos loqui confidentius,
Quoniam tanta eſt barbaris anguſtia.
Dilata guttur data fandi copia,
Arctatur enim geſta tua aggrediens:
Labat manus, ſaepius mens refugit,
Contrahitur, & paveſcit, & cupiens
Tuos imitantes Chriſtum mores pingere
Trepide circumcurſat inſtar leporis.
Nam tu aſſequutus undique victorias,
Rempublicam iuviſti, auxiſti ſolus.
Tu ingenti labore hoſtium agmina
Redegiſti in loca praerupta, & impervia.
Tu urbes replevisti non ſolum ſpoliis,
Sed etiam pace, atque multa gloria.
Exſultet Angelorum ordo in caelis,
Tripudiet coetus mortalium in terris:
Non Hercules ſervavit a cete Phrygios,
Sed mundum ab immani caede Deſpota:
Non ab immani bellua Meleager patriam,
Sed univerſum nuper Romanus orbem.
Quid olim profuit Aloëe filiis tuis
Aeneum fabricare magnum contra Martem do-
(lium?
Non enim hunc noverca, verum Deſpota
Movet contra hoſtes Creticos ſolvens dolium.
Nam non par erat, o Sol, corona
Tua ſceptrum adornante monarchiae,
Illum arctari, & manere in carcere,
Sed potius cum eo te geſtare clypeum,
Terramque inficere barbarorum ſanguine.
Cum ergo Cretenſium caeſa eſſent agmina,
Perempta ut lepus, quae in venatores incidit,
A multis terra erepta eſt miſeriis,
Atque purgata ab infinitis ſordibus:
Et quiſque Scytha iacebat humi mortuus

A ca-

Κυσὶ ποθητὸς, καὶ γυναιξὶ, καὶ τέκνοις.
Τούτων ἁπάντων ἀγνοῶν τὰς ἐκβάσεις,
Αὐτὸς, στρατηγὲ, καὶ πάλιν τὰς φροντίδας
Ἔνδον συνῆγες ὡς στρατὸν τῆς καρδίας,
Ἕως τὸ γράμμα θᾶττον ἐξ ὑπηκόων
Πολλῆς ἐπῆλθε χαρμονῆς πεπλησμένον.
Μαθὼν δὲ πάντα, καὶ κροτήσας τὰς χεῖρας,
Οἵας προσευχὴν οὐκ ἔχει λέγειν φύσις,
Πρὸς τὸν Θεὸν δέδωκας· ἀλλ' ἴσως, ἄναξ,
Τὴν τοῦ προφήτου· Κύριε, κράζων μέγα,
Ὁ κύριός μου μὴ σιωπήσῃς ὅλως,
Εἰ γὰρ σιωπήσειας, ὡς τῶν ἐν βόθρῳ
Βαινόντων εἰμὶ, σκυθρωπὸς, πλήρης μόχθων.
Ἄκουσον ἡμῶν εὐτελῶν ὀδυρμάτων,
Καὶ σὸν φυλάττων ποίμνιον σεσωσμένον
Τρόπωσον ἐχθροὺς, καὶ κόπασον τῶν πόνους,
Οὓς ὁ στρατός σου καρτερῶν ἀσπάζεται.
Ταῦτα μὲν σὺ συστρατηγῶν οἰκέταις,
Καὶ μὴ παρὼν ἔπραττες, ὡς Μωσῆς πάλαι
Τρεπῶν Ἀμαλὴκ τῇ χερῶν ἐκτάσει.
Ὁ δὲ στρατός σου ταῖς ἐπ' ἀλλήλοις μάχαις
Νικῶν ὑπῆρχεν εἰς ὕβριν ἐπηρμένος.
Ἔδει τὸ λοιπὸν ἐνεργοῦς φαρμάκου
Εἰς σωφρονισμὸν τῆς ἐπιστάσης νόσου.
Καὶ νυκτὸς ἄρτι τῆς στυγνῆς ἁπλουμένης,
Καὶ τοῦ στρατοῦ χαίροντος ἢ καυχωμένου,
Καὶ πρὸς μονὴν σπεύδοντος ἢ καλουμένου,
Ὡς ἐν ξυρῷ πᾶς ἦν τόπος ξιφηφόρος,
Βουνοὶ, νάπαι, φάραγγες, εὐθεῖς κοιλάδες.
Τῶν Κρητικῶν γὰρ ἐκχυθεὶς φωλευμάτων,
Πρωυστερισθεὶς ἑπτατήμαρτος στόλος
Πολλὴν παρεῖχε τῷ στρατῷ δειλανδρίαν,
Ἄφνω προκύψας, καὶ φανεὶς παρ' ἐλπίδα.
Καὶ νὺξ μὲν ἐσόλιζεν ἐν φωτὶ σκότος.
Θώραξ γὰρ ὡς φῶς, καὶ μάχαιρα, καὶ κράνος
Μετημφίαζον τὴν βαφὴν τῆς ἑσπέρας.
Οἱ δὲ στρατηγοὶ πρὸς φυγὴν κεκλιμένοι
Ταῖς ἀσπίσι σκέποντες ὥρμων αὐχένας,
Καὶ πᾶς ὁ φεύγων εἶχεν ὡς εὐεργέτιν
Θάλασσαν αὐτὴν, καὶ τὰ τῶν πλοίων σκάφη.
Οὐκ ἦν γὰρ ἰσχὺς νυκτὶ, καὶ τοῖς βαρβάροις
Ἄμφω μάχεσθαι, καὶ κατασφάττειν πάλιν·
Εἰ μήπερ αὐτὸς, θαῦμα καὶ τοῦτο ξένον
Ἄκουσμα, θερμὸς πᾶσιν ἑστὼς ἱππότης
Ἐκ τῶν ἀδήλων, ὡς δοκεῖν, ἱππασμάτων
Παραινέτης ἦς, καὶ κατάπληξις μόνος·
Καὶ θᾶττον ὥρμας ἐκ φυγῆς πρὸς τὴν μάχην
Τοὺς ἐκπλαγέντας τῇ κεκρυμμένῃ μάχῃ.
Ὡς οὖν στραφέντες εἰς ἀνελπίστους βίας
Ἔτεινον ἁπλῶς ἠκονημένα ξίφη,
Ἤχησεν ἀσπὶς, ἐκρότησε τὸ κράνος,
Ἔλαμψεν ἡ νὺξ συμπονοῦσά σοι τότε,
Καὶ πᾶς ἔκειτο Κρητικὸς παρεργάτης
Εἰς αἷμα νεκρὸς, καὶ πνοῆς ἐξηρημένος.
Οὐκ εἶχε λοιπὸν νὺξ ἀφορμὴν τὸ σκότος
Ἐν τῇ τοσαύτῃ συμφορᾷ τῶν τῆς Ἄγαρ.
Ἤριζε ταῖς πρὶν ἡμέραις, καὶ τῶν φόνους
Πλείω προεξέτεινεν ἡμερῶν δέκα.
Οἱ βάρβαροι δὲ καίπερ ὄντες ἐκ σκότους,

Κατη-

A canibus deſideratus, uxoribus, & filiis.
Quia horum omnium ignorabas exitus
Ipſe, Imperator, novis curis
In animo angebaris ob tuum exercitum,
Donec paullo poſt a ſervis tuis litteras
Plenas accepiſti multo gaudio.
Cuncta ergo edoctus, atque plaudens manibus,
Quas non valet natura edicere preces,
Ad Deum fudiſti: ſed fortaſſe, o Rex,
Illud Prophetae cecinisti: Domine, valde clamabo
Dominus meus, ne ſileas omnino,
Si enim ſilueris, tamquam qui in lacum
Deſcendunt, fio, triſtis, plenus miſeriis.
Exaudi quaeſo noſtros fletus humiles,
Tuumque ovile cuſtodi, quod ſalvum feciſti:
Fuga hoſtes, & da finem laboribus,
Quos exercitus tuus conſtanter ſubit.
Haec quidem tu, militans cum ſervis tuis,
Licet abſens, agebas, ut Moſes olim,
Qui fugavit Amalec levans in altum manus.
Verum exercitus tuus in mutuis proeliis
Victor exſiſtens extollebatur ſuperbia.
Opus ergo erat efficaci pharmaco,
Ut ſanaretur ab imminenti morbo.
Iamvero triſti nocte habente omnia, (perbiam
Et exercitu in gaudium effuſo, vel potius in ſu-
Nondumque vocato properante ad praeſidia,
Omnis locus gladiis, tamquam novaculis cinctus
Montes, valles, rupes, antra immania. (erat,
E Creticis enim effuſus latebris
Antea tremens exercitus victus ſepties
Multam incuſſit militibus tuis formidinem,
Repente irrumpens, & praeter ſpem prodiens.
Et nox quidem habebat mixtas luci tenebras,
Thorax namque, ut lux, & enſis, & galea
Commutabant colorem veſperae.
Duces autem ruentes in fugam
Clypeis protegentes colla dabant ſe praecipites,
Et omnis fugiens habebat pro benefactore
Mare ipſum, atque navium alveos.
Non enim valebant cum nocte, & barbaris
Simul pugnare, & novas caedes facere,
Niſi ipſe, (mirabile hoc, & novum
Auditu) ardens omnibus adſtans eques
Ex occultis, ut videbatur, equitatibus
Hortator fuiſſes, & terrefaciens ſolus,
Statimque ex fuga vertiſſes ad proelium
Eos, qui ob nocturnam pugnam erant territi.
Ut ergo converſi ad inſperatos impetus
Eduxerunt omnes acutos gladios,
Inſonuit clypeus, obſtrepuit galea,
Emicuit nox collaborans tecum,
Iacebatque omnis operarius Creticus
Sanguine immerſus, & exanimis.
Ceterum non habuit nox opportunas tenebras
In tanta caede Agarenorum:
Contendit enim cum praeteritis diebus, & cladem
Maiorem effecit, quam decem dies.
Barbari vero, quamvis extra tenebras,

Cri-

Κατῃτιῶντο τοῦ σκότους τῆς ἑσπέρας,
Καὶ τὴν ῥοδόχρουν εἰς προστυχὴν ἡμέραν
Ἔσπευδον ἐλθεῖν· εἶτα καὶ τοῦ φωσφόρου
Ἀκτῖσι λευκάναντος ἄρτι γῆς πλάτη,
Ἀπηυχαρίστουν ταῖς ὁδοῖς τῆς ἑσπέρας,
Καὶ τὴν ποθητὴν, ἥνπερ εἶχον ἡμέραν,
Ἐχθρὸν βδελυκτὸν ἔβλεπον μεμηνότα.
Οὕτω κακῶς τρωθέντες ἐξοπισθίως,
Φεύγοντες ἐξήλαυνον οἱ λελειμμένοι·
Καὶ γῆ στολὴν εἴληφεν ἐκ τῶν σωμάτων
Καινὴν ὑφαντὴν, ἐκ ξιφῶν τεθηγμένων.
Ἐκεῖ τὸν ἵππον ἱππόται θεὸν τότε
Πρὸ τοῦ πεσεῖν [illegible], οἱ πεπτωκότες
Τὸν εὐσθενῶς βάλλοντα, μὴ βαλεῖν ἔτι.
Τοὺς οὖν φυγόντας τὴν πικρὰν ταύτην μάχην
Οὐ μέχρι φημὶ τεττάρων, ἢ καὶ δέκα·
Τοσοῦτον ἦσαν τῆς τελευταίας τύχης,
Ἐξ ὧν κακῶς ἔπασχον οἱ Κρῆτες τότε.
Τίς Ἰδομενεὺς ὁ θρασὺς δημηγόρος,
Ὁ συστρατηγῶν Ἑλλάδος στρατηγέτῃ,
Ὧι τὰς ἀπειλὰς ἐξονειδίζων πάλαι
Πρὸς τὴν μάχην ἤγειρεν Ἀτρέως γόνον,
Φθάσας παρελθεῖν εὐτυχὴς ἦν τὸν βίον·
Ὡς τὴν ἅλωσιν οὐκ ἰδὼν τῆς πατρίδος;
Ὡς δὲ τρέψαντας εἶδεν ὁ πρῶτος Χάρων
Κρήτης Ἀμηρᾶς ἔνδοθεν πεφραγμένος,
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ ἔβλεπε πυργωμάτων,
Λαοῖς κατασχεῖν τὰς πύλας ἐπιτρέπει,
Καὶ τὸ πρόσωπον χερσὶ τύψας ὁ δράκων,
Ἀφῆκε καπνὸν συμφορῶν ἐκ καρδίας.
Ἧψας γὰρ αὐτῷ πῦρ, ὦ ἄναξ, τοῖς ἐγκάτοις,
Σπινθῆρας αὐτῷ σοὺς ἀφεὶς στρατηγέτας.
Ἀγαλλιάσθω πᾶσα Ῥωμαίων πόλις,
Θάλασσα συγχορευέτω, εὐφραινέσθω κτίσις.
Ὁ θὴρ ὁ δεινὸς σάρκας ὁ πρὶν ἐσθίων,
Κοινῶν στερεῖται σιτίων κεκλεισμένος.
Ὁ μὴ κορεσθεὶς ἐν ῥοαῖς τῶν αἱμάτων,
Διψᾷ σταλαγμὸν ὕδατος τετηγμένος.
Οὕτω κακῶς ἔχουσιν οἱ θεαρχίας
Πλέξει πονηρᾷ τὸ [illegible] τὸ κράτος
Ἐκ τῆς ἑαυτῶν καρδίας ὠθηκότες.
Ὡς οὖν ὑπῆρχεν ἔνδοθεν πεφραγμένος,
Τείχει πεποιθὼς, οὐ σθένει στρατευμάτων·
Ὁ σὸς στρατηγὸς καὶ πάλιν Νικηφόρος
Κριοῖς, χελώναις, σφενδόναις ἐπιτρέπει
Βαλεῖν τὸ τεῖχος, τὰς ἐπάλξεων βάσεις,
Τοὺς εἰς τὸ τεῖχος, πάντα σὺν προθυμίᾳ
Ποιεῖν, τελεῖν, πράττειν τε τοῖς ἐναντίοις.
Τούτου λαλοῦντος τῆς ἀηδόνος δίκην,
Αἰσθητικῆς ἔκαμνε πεντάδος μέτρον.
Τῶν ὀμμάτων γὰρ κρουνὸς ἔρρει δακρύων,
Ὀσφρήσεως πῦρ, ἦχος ἐκ τῶν ὤτων,
Λόγων δὲ κρουνοὺς ἐξέπεμπε τὸ στόμα,
Καὶ χεὶρ ῥοὰς ἔβλυζε πολλῶν αἱμάτων
Ἐκ τῆς στροφῆς πάσχουσα τῶν ἀκοντίων.
Οὕτως ἐκεῖνος, ὡς φανῇ σὸς οἰκέτης,
Ἐπλήσσετο ζέοντι καρδίας πόθῳ.
Πλὴν εἶχε καιρὸν ἐμποδὼν τῶν πραγμάτων
Βάλλοντα τοῦτον ἀντὶ μυρίων πόνων.

Ἦν

Criminabantur tamen tenebras veſperae,
Et precabantur auroram roſeam
Ut adventaret: ſed quum poſtea Lucifer
Iam totam terram dealbaret radiis,
Gratias agebant viis veſperae,
Atque auroram, quam deſideraverant,
Inſani reſpiciebant quaſi hoſtem abominabilem.
Ita vulnerati a tergo turpiter,
Qui ſuperfuerant, fugientes ruebant:
Veſtemque terra accepit cadaveribus
Novo more intextam opera acutorum enſium.
Ibi equites equum veluti Deum
Antequam caderent precabantur, & qui cecide- (rant,
Strenuum percuſſorem, ne feriret amplius.
Qui ergo evaſerant ex hoc ſaevo proelio,
Vix, ut ita dicam, quatuor fuere, aut decem,
Adeo redacti erant ad extremam fortunam,
Ob mala, quae patiebantur, Cretenſes.
Quis, ut Idomeneus orator audax,
Qui commilitavit cum Duce Graeciae,
Quem olim minas ei, quas iactaverat, exprobrans
Ad proelium excitavit Atrei filius,
Adeo felix fuit, ut ſua prius relinqueret
Quam captivitatem videret patriae?
Ut ergo primum ſuos fugatos vidit Charon
Cretae Ameras, qui erat intra propugnacula,
Ex altis enim reſpiciebat turribus,
Gentibus ſuis mandavit portas claudere,
Atque faciem manibus tundens draco
Fumum emiſit ſuſpiriorum ex aeſtuanti pectore:
Nam accendiſti, o Rex, ignem in eius praecordiis,
Tamquam ſcintillas, tuos immittens milites.
Exſultet omnis Romanorum civitas,
Tripudiet mare, totus laetetur orbis:
Fera terribilis carnes antea devorans
Arctata, cibis privatur communibus,
Et quae non eſt ſatiata rivis ſanguinis
Guttam aquae nunc tabeſcens ſitit.
Talia habent mala, qui divini imperii
Tripliciter ethicans dominium factis improbis
Procul ab eorum corde tentant pellere.
Ergo cum ille intus communitus foret
Moenibus confiſus, non viribus militum,
Tuus dux iterum Nicephorus
Arietibus, teſtudinibus, fundis iubet
Percuti moenia, & pinnarum baſes,
Et eos, qui ſupra moenia ſtabant, & cuncta ala- (criter
Facere, perficere, operari contra hoſtes.
Illo loquente luſciniae inſtar
Fatigabatur quinque ſenſuum numerus,
Nam fons lacrimarum fluebat ex oculis,
Nares ſpirabant ignem, reſonabant aures,
Os autem verborum emittebat flumen,
Manuſque fundebat rivos multi ſanguinis
In iaculandis adlaborans telis.
Ita ille, ut videretur ſervus tuus,
Flagrabat ardenti cordis deſiderio.
Verumtamen tempus erat impedimento rebus,
Quod eum angebat prae mille doloribus.

 Quare

Ἦν οὖν βαδίζων, ἦν τρέχων ἄνω κάτω,
Κλαίων, παραινῶν, καὶ παρορμῶν τὸν στόλον.
Ἠδεῖτο καὶ γὰρ τῶν πόνους τῶν σοῦ κρατοῦς,
Κενῶς δὲ αὐτοὺς μὴ περιβλέψας ὄκνος
Ἐν τοῖς ἀθέσμοις κρητικοῖς ἀναπλάσῃ.
Ὁ δὲ στρατηγὸς σφενδονοστρόφων, ἄναξ,
Ποιεῖ γέλωτος ἄξιόν τι καὶ πλέον.
Ἐν σφενδόνῃ γὰρ νωθρὸν ἐμβαλὼν ὄνον
Ῥίψαι κελεύει ζῶντα τοῖς ὄνοις ὄνον.
Οἱ δὲ, στραφέντες τῇ πλοκῇ τῶν σφιγμάτων,
Πέμπουσι τὸν δύστηνον αἰθεροδρόμον·
Ὁ δὲ περιπτερύζιζεν, ἐξήπλου πόδας,
Εἰς ἀέρα προὔβαινεν ἀγροτικὸς ὄνος,
Ὁ πρὶν ταπεινὸς, ἐν μεταρσίῳ βάσει,
Ὁ νωθρὸς ἐν γῇ καὶ χελωνόπους ὄνος,
Νεφεδρομῶν ἔπληττε τοὺς Κρῆτας τότε.
Ξέρξης ἐδείκνυ γῆν ὕδωρ, τὸ πρὶν νέα,
Καὶ πάντας ἐξέπληττε τοὺς ἐναντίους·
Ὁ σὸς δὲ, παμμέγιστε Ῥωμαίων, στόλος
Νωθροὺς ὄνους φάλκωνας ἀπτέρῳ βάσει.
Τοῦτον πετεινὸν ὁ στρατηγέτης βλέπων
Τοῖς συστρατηγοῖς μειδιῶν, ὡς ἐκ ζάλης
Τὸν νοῦν ἀνέλκων, εἶπεν, ἐκ τῶν φροντίδων.
Νέον πετεινὸν εἰς τροφὴν τὰ θηρία
Καθήμενα νῦν ἔνδοθεν, φίλοι, λάβῃ
Ὡς ἐξ ἀφάντων καὶ κεκρυμμένων πόρων,
Πλήσει τε τὴν τράπεζαν ἐκ τῶν βρωμάτων·
Δεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς τῶν ἀναγκαίων λόγος.
Ὦ φθέγμα κλεινὸν, ὦ μελίρρυτον στόμα
Τοῦ σοῦ στρατηγοῦ, δόξα τῶν ἀνακτόρων.
Τίς οἶδεν ἄλλος τῶν πάλαι βροτῶν πλέον,
Ἐξ ὧν ἀνέγνω, τῶν τανῦν πεπραγμένων;
Εἴ τις γινώσκει θαῦμα Ῥωμαίων μάχαις
Τοῖς ἱστοροῦσιν ἐντυχὼν λογογράφοις,
Ταῖς δεσπότου νῦν δεῦρο δὴ προσβαλλέτω
Νίκαις ἐκεῖνο, καὶ φανήσεται ξένον
Ὕψει μεγίστῳ, καὶ πόνοις ἀνενδότοις.
Κῦρος, Δαρεῖος, Κροῖσος οἱ στρατοκράται,
Καῖσαρ, Ἀχιλλεὺς, Μακεδὼν, καὶ Πομπήϊος,
Φίλιππος ὁ πρὶν, ὃν γράφει Δημοσθένης,
Ὁ μικροτερπὴς, πλὴν φανεὶς ἀριστόπαις,
Κάρβων, ὁ Σύλλας, Βροῦτος, ὃς τοῦ Πομπηΐου
Ἔβαψε τὴν μάχαιραν ἐκ τῶν αἱμάτων·
Οὗτοι καθ' ἡμῶν τῶν ὑπηκόων, ἄναξ,
Ὁμοῦ στρατευέτωσαν, οὐκ ἔχει φόβον
Ἔχουσα τὴν σὴν ἡ πόλις πανοπλίαν.
Μῦθοι βοῶσι τοὺς πόνους Ἡρακλέους,
Ὑψοῦσιν αὐτὸν τῆς ἀληθείας πέρα,
Φωνοῦσι πολλὰ, καὶ καταπλήττουσί με,
Καὶ πλεῖστα φημίζουσιν ἴσως ἀξίως.
Πλὴν ἐκράτησεν, οὐ κατέστρεψε πόλεις.
Πολλὰς γὰρ εἴποις· ἀλλὰ τοιαύτην πότε;
Οὐκ ἦν τις ἄλλος τῆς πάλαι Ῥώμης ἄναξ·
Οὐκ ἦν τις ἄλλος, ὡς ὁ κλεινὸς δεσπότης.
Πολλῶν ἀνέγνων ἱστόρων πολλὰς βίβλους·
Πλούταρχον ἐξαίροντα Ῥωμαίων κράτη,
Ἔγνων γὰρ αὐτὸν, οὗτος ἀλλὰ πολλάκις
Κλέπτει τὸ χαῦνον, καὶ τὸν ὄγκον εἰσάγει,
Ὑψοῖ τὸ μικρὸν, καὶ κατασπᾷ τὸ πλέον·

Δίωνα

Quare circuibat, excurrebat hac illac
Flens, adhortans, & confirmans exercitum.
Verebatur enim labores tuorum militum,
Ne ſenſim in eos irrepens ſegnities
Creticis iniquis pares redderet.
Dux autem funditorum, o Rex,
Facit quid riſu dignum maxime.
Funda enim inſerens pigrum aſinum
Iubet proiici vivum in aſinos aſinum.
Quare hi converſi ad eum arctandum vinculis
Proiiciunt infelicem per aëris ſemitas:
Ipſe vero ſe agitabat, extendebat pedes,
Per aërem gradiebatur ruſticus aſinus,
Antea vilis in ſublimi erat poſitus,
In terra ignavus, atque tardus aſinus
Per aërem currens terrori erat Cretenſibus.
Xerxes oſtendit terram in aquam verſam, novum
Et omnibus terrorem incuſſit hoſtibus, (antea,
Tuus autem, maxime Romane, exercitus
Pigros aſinos, falcones volantes abſque alis.
Hunc factum alitem dux aſpiciens,
Sociis ducibus, ſubridens, tamquam a procella
A curis mentem abſtrahens, dixit:
Novum volucrem in cibum belluae
Iacentem nunc intus, o amici, accipient
Tamquam ex imperviis, & occultis locis,
Illorumque menſam implebit cibis,
Nam eos egere neceſſariis intelligo.
O vocem inclitam, o mellifluum os
Ducis tui, Romane, Regum decus!
Quis veterum mortalium novit maius
His, quae modo ſunt geſta, libros perlegens?
Si quis cognovit mirum quid in Romanorum
Volvens quae ſcripta ſunt ab Hiſtoricis, (proeliis
Modo, quaeſo, conferat cum Deſpotae
Victoriis illud, & apparebit leve (res.
Adverſus tantam ſublimitatem & improbos labo-
Cyrus, Darius, Croeſus exercituum duces,
Caeſar, Achilles, Macedo, & Pompeius,
Philippus prior, in quem ſcripſit Demoſthenes,
Parvis inſiſtens, viſus licet filii pater maximi,
Carbo, Sylla, Brutus, qui Pompeii
Tinxit pugionem ſanguine:
Hi omnes contra nos ſervos tuos, o Rex,
Simul arma moveant, non timet,
Dum tuis armis ſit munita, civitas.
Fabulae valde celebrant labores Herculis,
Ultra veritatem exaltant illum,
Inclamant multum, & me terrefaciunt,
Ac maxima ei tribuunt, forſan merito;
Verumtamen vicit, non evertit urbes:
Quod ſi multas dixeris, ſed talem quando?
Non fuit alter veteris Romae Rex,
Non fuit alter, ut inclitus Deſpota.
Plurium Hiſtoricorum legi multos libros:
Plutarchum extollentem Romanum imperium,
(Novi enim ipſum) ſed iſte ſaepius
Celat mollitiem, & gravitatem praedicat,
Exaltat parva, atque magnis detrahit:

Dionem

Δίωνα τὸν τέττιγα, τὴν σοφὴν λύραν.
Οὐχ εὗρον, ὡς σὲ λαμπρὸν ἐν στρατηγίαις·
Οὐχ εὗρον ἄλλον δεύτερον στρατηγέτην·
Οὐχ εὗρον ἄλλον Ῥωμαίων βουληφόρον·
Οὐχ εὗρον ἄλλον· οὐδὲ τὸν τοῦ Φιλίππου,
Ὃν πρῶτον ὁ Πλούταρχος ἐν μάχαις ἔχει.
Τοσοῦτον ἤρθης τῇ Θεοῦ συνεργίᾳ·
Τοσοῦτον ἐκράτησας ἄλλων ἐν μάχαις·
Τοσοῦτον ἐξέπληξας ἐχθροὺς ἐν ξίφει.

Dionem etiam cicadam, ſapientem lyram.
Non inveni, ut te illuſtrem in imperio militum,
Non inveni alium ſecundum ducem,
Non inveni alium Romanum in conſiliis,
Non inveni alium, neque Philippi filium,
Quem Plutarchus in proeliis habet principem:
Adeo elevatus es cooperante Deo,
Adeo ſuperaſti ceteros in proeliis,
Adeo exterruiſti hoſtes gladio.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

Ἄρτι, κραταιὸν φῶς, ἄναξ οἰκουμένης,
Τοῦ σοῦ στρατοῦ κάμνοντος ἐν ὑπερορίᾳ
Βάρει σιδήρου, καὶ κόπῳ, καὶ φροντίδι,
Χειμῶνι πολλῷ, καὶ κρυμοῖς ἀνενδότοις·
Τῶν Κρητικῶν ἔξωθεν οἱ πρῶτοι κύνες,
Οὐ γῆς τοπάρχαι, καὶ φαλαγγάρχαι τότε·
Κρημνοὺς γὰρ αὐτοί, καὶ φαραγγώδεις τόπους
Ὤικουν, ἐκεῖθεν ἐξελασθέντες ξίφει,
Πληγέντες ὁρμῇ καὶ βολῇ τῇ τοῦ κρύους,
Καὶ τῶν ἑαυτῶν οὐκ ἀποκνοῦντες χρόνους,
Ὁμοῦ καθ' ἡμῶν (καὶ γὰρ εἰς συμπολίτας)
Ἐκ τῶν ὀρῶν ὥρμησαν εἰς σφαγὴν μίαν.
Ὡς οὖν τὸ βουνόθρεπτον ἄγριον γένος
Αἰγῶν, λαγωῶν, καὶ ταπεινῶν δορκάδων
Χειμῶνι πικρῷ τὴν τροφὴν λελειμμένον,
Ἐκ τῶν ἄνωθεν ψυχοκρυστάλλων τόπων
Κοίλοις προβαίνει καὶ βαδίζει χωρίοις,
Τροφὴν ἐρευνῶν καὶ βοτανώδεις τόπους·
Οὕτως τὰ φαῦλα τῆς ἁμαρτίας τέκνα
Τοῖς τῆς θαλάσσης κυμοδέγμασι τόποις,
Σκέπαις ἀπακταῖς ἔτρεχον, καὶ κοιλάσιν.
Ὡς δὲ κρεῶν τὸ λίχνον ἐν θηρσὶ γένος
Λύκοι κόρον σπεύδοντες εὑρεῖν γαστέρος
Βαίνουσιν ὀργῇ, καὶ κενώσει κοιλίας
Πρὸ τοῦ φθάσαι χαίνοντες ἐκτάδην στόμα·
Οὕτως τὸ φῦλον τῶν ἐκεῖ δουλοσπόρων
Τοῖς σοῖς βιασθὲν, ποιμενάρχα, ποιμνίοις
Κατεξανίστη, καὶ παραστομοῖ ξίφος,
Βρῶξαι προθυμῶν σάρκας ἀντὶ βρωμάτων,
Πίνειν τε θερμὸν αἷμα Ῥωμαίων θέλον,
Καὶ πρῶτα λαμπρᾶς τῆς μάχης λαβεῖν κράτη.
Τούτοις ὑπῆρχεν ἡγεμὼν τοῖς βαρβάροις
Ὁ Καραμούντης, ὁ σφαγιπλούτης γέρων,
Ὁ τῶν παλαιῶν ἡμερῶν νέος δράκων,
Ὁ καὶ κρατῆσαι Κρητικῶν τὰς ἡνίας
Εἰς νοῦν ἔχων ἅπαντα τὸν ζωῆς χρόνον.
Οὗτος προευτρέπιζεν εἰς σφαγὴν τότε
Πλῆθος δεκαπλᾶς ἐμβαλεῖν χιλιάδας.
Ἐπεὶ δὲ πάντας τῶν ὀρῶν εἶδε κάτω,
Ξιφηφοροῦντας, ἱππικούς, πεζηλάτας,
Σταθεὶς παρῄνει, καὶ παρώρμα πρὸς ξίφη,
Φάλαγγας ἱστῶν, καὶ φαλαγγάρχας νέους,
Φράττων κύκλοις ἔξωθεν τὰς περιστάσεις,
Τοιαῦτα φωνῶν, καὶ βοῶν τοῖς βαρβάροις.
Πολλὴ μὲν ἡμῖν, ἄνδρες, ἐστὶν ἡ βία,
Πολὺς ταραγμὸς, καὶ καταιγὶς, καὶ πόνος,
Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν θᾶττον ἡ σωτηρία,

Μόνον

INCIPIT QUARTA ACROASIS.

IAM, o potens lumen, dominator orbis,
Exercitu tuo laborante procul a patria
Onere armorum, & moleſtiis, & curis,
Summa hieme, & frigoribus aſperis,
Creticorum, qui foris erant, primi canes,
Non amplius terrae domini, & duces agminum,
Praerupta enim ipſi, & algentia loca
Habitabant, inde erumpentes armati gladio,
Impetu afflicti, & acerbitate frigoris,
Suoſque nondum recuſantes annos,
Simul contra nos (nam contra concives noſtros)
E montibus irruperunt ad caedem unam.
Ut igitur in montibus educatum ſilveſtre genus
Caprearum, leporum, & trepidantium damarum
Dura hieme deſtitutarum cibo,
Ex altis locis conglaciatis frigore
Deſcendit gradiens per apertos campos,
Inquirens eſcas, & herboſa loca:
Ita perverſi peccati filii
Per loca maris illiſa fluctibus,
Impervia, & ſenta ſitu currebant, & per valles.
Ac veluti carnium avidum inter feras genus
Lupi, invenire feſtinantes cibum,
Gradiuntur ira, & ieiunio perciti,
Antequam quid tollant, aperto hiantes ore:
Ita horum barbarorum ſervile genus
A tuis oppreſſum, ſumme Paſtor, gregibus
Contra illos inſurrexit, & exacuit gladios,
Comedere cupiens carnes pro cibis,
Calidumque bibere Romanorum ſanguinem,
Primaſque illuſtris pugnae conſequi victorias.
His imperator erat barbaris
Caramuntes, ſenex iugulans divites,
Antiquorum dierum iuvenis draco,
Qui & habenas regere Cretenſium
In mente habuit toto vitae tempore.
Hic tunc parabat ad faciendam caedem
Immittere numerum decem millium hominum.
Ut autem hos vidit deſcendiſſe e montibus,
Enſiferos, equites, atque pedites
Stans hortabatur, & incitabat ad proelium,
Phalangas ſtatuens, iuveneſque phalangum duces,
Exterius muniens in gyrum circumſtantes milites,
Talibus confirmans verbis barbaros.
Multa nobis, viri, adeſt neceſſitas,
Multa turbatio, & procella, & calamitas,
Verum nobis eſt ſollicita ſalus

Prae-

Μόνον θέλωμεν, χερσὶν ἐξωπλισμένοι.
Βῶμεν πρὸς ἐχθρούς, μὴ φοβηθῶμεν ξίφη,
Στῶμεν κατ' αὐτῶν, μὴ πτοηθῶμεν δόρυ,
Καὶ πάντας εἰς θάλατταν ἐξωθηκότες
Τρόπαιον ὧδε στήσομεν λαοκτόνον.
Καὶ πάντες εὐθὺς εἶπον ὥσπερ ἓν στόμα·
Θάνωμεν, εἰ δεῖ, σήμερον πατρῶν ἅμα,
Σὺ δὲ πρόθυμον, ὡς ἐν πᾶσι, δίδου·
Σὺ γὰρ πατὴρ καὶ πύργος ἡμῶν ἐν μάχαις.
Τούτοις τὸ κοῦφον ἐμπτερωθὲν ἀπτέρως
Ὥρμησε φῦλον προσβαλεῖν σου τῷ στόλῳ,
Λαὸς πονηρός, δυσμενής, αἱμορρόφος,
Φῦλον πονηρὸν Ἰσμαὴλ δουλοσπόρου.
Τοιαῦτα μὲν πράττοντες ἦσαν ἐν ζάλῃ
Βίας τοσαύτης Κρῆτες, οἱ πεφευγότες,
Οἱ πολλάκις μὲν ἐκδραμόντες εἰς μάχην,
Καὶ πολλάκις πληγέντες ἐκ τοῦ σοῦ στόλου.
Τί δαὶ τὸ σὸν στράτευμα; τοῖς θαλαττίοις
Οἱ μὲν τόποις ἔκειντο, καὶ γὰρ ἦν κρύος
Βορρᾶ πνέοντος εἰσβολαῖς δυσπρακτίοις·
Οἱ δὲ κρατοῦντες τῶν πυλῶν τὰς ἐξόδους
Τοὺς ἔνδον ἐξέπληττον ἐν παραστάσει.
Μαθὼν δὲ τὴν φάλαγγα τῶν ἐναντίων
Κοίλοις τόποις βαίνουσαν, ὡς δὲ θηρίον
Θυμὸν πνέουσαν, ἀλλὰ καὶ δειλανδρίας,
Ἄρχων στρατηγὸς ἐν μάχῃ Νικηφόρος,
Ἄπιστον εἶχε τοῦτο· καὶ παραυτίκα
Τάττει τὸ τάγμα τῶν Θρακησίων ὅλον
Μαθεῖν τὸ πρᾶγμα· καὶ γὰρ ἦν τοῦτο ξένον
Ἐν τῇ τοσαύτῃ συμφορᾷ πλέκειν δόλους
Τοὺς ἐκκοπέντας ἑπτάκις τῷ σῷ στόλῳ.
Τούτοις στρατηγὸς ἦν ἀνὴρ ὁ τὸ ξίφος
Ποθῶν ὑπὲρ σοῦ, καὶ προτείνων εἰς μάχην,
Καὶ μὴ δεδοικὼς τὴν τομὴν τῶν φασγάνων·
Ὃ καὶ πρὶν εἰς ἄπληστον ἐμπεσὼν γένος
Θάρσει μεγίστῳ, καὶ προθυμίᾳ ξένῃ,
Καὶ δοὺς ἑαυτὸν εἰς σφαγὴν μονωτάτως,
Καὶ τῶν ἀνίππους συνταράξας βαρβάρους,
Ὅς, φεῦ, κρατηθεὶς τῇ ῥοπῇ Μακεδόνων,
Καὶ πρὸς ξένην γῆν δέσμιος κατήχθη,
Καὶ τῶν ῥυποῦντας εἶχε πικροὺς δεσπότας.
Οὗτος σταλεὶς ἐκεῖθεν εἰς πρῶτον λόχον,
Ἔρωτι πληγῶν, καρδίας [illegible],
Μέσον τὸ κοινὸν εὗρε βαρβάρων τέλος,
Ὡς φύλλα ῥίψας τῶν μελῶν τὴν τετράδα.
Ὡς γὰρ μέγιστος καὶ πολύχρονος λύκος
Ἔμπειρος ὢν ἅρπαξ τε καὶ ποιμνηλάτης,
Πεινῶν, ἑαυτὸν τῇ μονῇ τῶν ποιμνίων
Θάρσει προπέμπει, καὶ καταξαίνει κύνας,
Ἕως κρατηθῇ, καὶ σφαγῇ τοῖς ἀνδράσι,
Οἳ πολλάκις ἔβρυξαν εἰς αὐτὸν μέγα·
Οὕτως ἐκεῖνος ἐμπεσὼν στρατηγέτης
Ῥώμης κραταιός, καὶ μονωθεὶς εἰς μέσον,
Ἔδειξεν, οἵους ἄνδρας ἡ Ῥώμη τρέφει.
Πολλῶν γὰρ αὐτὸν κύκλοθεν περιειργμένων,
Πάντες τὸ κοινὸν ἐπτοοῦντο τοῦ τέλους·
Ὡς γὰρ κεραυνὸν εἶχε χερσὶ τὸ ξίφος,
Κινῶν κατ' ἐχθρῶν καὶ καθαιμάττων φόνοις,
Οἳ τῶν μὲν ἐξέκοπτε τῶν ἐναντίων,

Ἄλλους

Praeſens, modo velimus uti manibus.
Eamus contra hoſtes, ne timeamus gladios,
Reſiſtamus illis, ne paveamus haſtas,
Cunctoſque detrudentes in mare
Trophaeum hic erigemus de caede huius populi.
Tum omnes ſtatim dixerunt uno ore,
Moriamur, ſi opus ſit, cum patribus hodie,
Tu vero alacrem te praebe, ut ſemper ſoles,
Pater enim,& propugnaculum noſtrum es in proeliis.
Ita ad ſpem erecta ſine ſpe ignava illa
Generatio erupit congreſſura cum exercitu tuo,
Populus iniquus, infeſtus, cupiens ſanguinem,
Genus improbum, Iſmaëlis orti ex famula.
Talia quidem agebant in procella
Tantae neceſſitatis Cretenſes diſperſi in fugam,
Qui ſaepe excurrentes in proelium
Saepe percuſſi ſunt a tuis militibus.
At quid exercitus tuus agebat? littoreis
Alii quidem in locis iacebant, nam frigus erat
Borea ſpirante vehementi impetu:
Alii autem cuſtodientes portarum exitus
Adſtando terrebant eos, qui intus erant.
Iam vero edoctus agmen hoſtium
Per anfractus incedere, ac ferarum inſtar
Iram ſpirare ſimul, & formidinem,
Supremus dux pugnae Nicephorus
Vix illud potuit credere: ſed ſtatim
Ex Thracibus iuvenibus totum agmen inſtruit,
Ut rem inquirat: etenim erat novum
In tantis anguſtiis dolos nectere
Eos, qui ab exercitu tuo caeſi erant ſepties.
Vir erat illis dux, qui gladium
Libenter pro te ſtringebat in proelio,
Neque reformidabat acies enſium:
Qui & antea genus inexplebile invaſerat
Audacia maxima, & alacritate mira,
Dederatque ſeipſum in caedem unice,
Imperitoſque equitandi confuderat barbaros,
Qui, heu! captus fuerat ob fugam Macedonum,
Vinctuſque ductus in terram extraneam,
Sordidos habuerat, & iniquos dominos.
Hic inde miſſus ad primas inſidias
Vulnera cupiens ardenti pectore
Barbarorum in medio communem invenit finem,
Dum quatuor membra proiiceret tamquam folia.
Quemadmodum enim ingens, & ſenex lupus
Peritus raptor, & vaſtator gregum,
Eſuriens, ſeipſum in ſtationem ovium
Audacter introducit, & laniat canes,
Donec captus ſit, caeſuſque ab hominibus,
Qui ſaepe infremuere in ipſum maxime:
Ita dux ille irruens
Romae fortis, ſoluſque in medio hoſtium
Oſtendit quales viros Roma nutriat.
Multis enim ex ipſis eum circumdantibus,
Omnes communem extimebant finem,
Stringebat namque enſem, inſtar fulminis
Rotans contra hoſtes, & inficiens caedibus,
Quo alios quidem mactabat ex hoſtibus,

Alios

Ἄλλους κατηνάγκαζε φεύγειν ἐντρόμους,
Ἄλλους, Θεὸν κράζειν σε πείθων εἰς μάχην,
Νεκροὺς ἐδείκνυ, καὶ πεφυρμένους κόνει.
Ὅμως δὲ πληγαῖς, καὶ πεσὼν ξένοις τόποις,
Πολλοὺς προσεξένησε τῷ στρατῷ πόνους.
Καὶ δὴ δραμόντες ἱππόται, πεζόδρομοι
Κρημνοὺς ἐκείνους, καὶ φαραγγώδεις τόπους,
Πάντας καθεῖρξαν, καὶ κατέκλεισαν μέσον,
Καὶ βρῶσιν εἰργάσαντο Κρῆτας ὀρνέων.
Τοσοῦτον αὐτὸς εὐτύχησας ἐν μάχῃ,
Τοσοῦτον αὐτὸς ἐκράτησας βαρβάρων,
Ἐκ τῆς ἄνω ῥοπῆς τε καὶ συνεργίας.
Ἰδὼν δὲ τοῦτο καὶ φοβηθεὶς εὐθέως
Ὁ Καραμούντης ἐν χρόνοις ὁ δυσγέρων
Βάλλει τὸν ὄγκον τοῦ φρονήματος κάτω,
Φυγῇ δὲ χρᾶται πεζὸς· ἀλλὰ καὶ μόνος
Ὀπῇ δὲ μικρᾷ προστρέχει πετροστέγῳ,
Κτᾶται δ' ἐκεῖθεν δυστυχῆ σωτηρίαν.
Ἔδει, γέρον, θανεῖν σε πολλῶν πρὸ χρόνων,
Ἤπερ κλονεῖσθαι καὶ παρασφίγγεσθαι πέτραις,
Ὥσπερ λαγωὸς ἐκφυγὼν κυνηγέτας.
Ἐκεῖ καθεσθεὶς μέχρι δυσμῶν ἡλίου,
Ἔβρεχε τὸ πρόσωπον ἐκ τῶν δακρύων
Κλαίων τὸ πικρὸν τραῦμα τῆς δυσβουλίας,
Βάλλων ἑαυτὸν δυσταλαίπωροις φροντίσι.
Πρώτης δὲ νυκτὸς ἐξαναστὰς τοῖς ἔσω
Ἤλαυνε κρημνοῖς τῶν ὀρῶν ἀγωνίᾳ
Γέρων Ἀμηρᾶς πεζὸς, ἀλλὰ τετράπους·
Βίαν γὰρ εἶχεν, ἥτις αὐτοῦ τὰς χεῖρας
Ἐπεκράτησεν εἰς ποδῶν ὑπουργίαν.
Ὁ σὸς δὲ, παμμέγιστε Ῥωμαῖε, στόλος
Τείχη στραφεὶς ἔπληττεν ἐν προθυμίᾳ,
Χαίρων κατασπᾶν ταῦτα, ῥιπτεῖν εἰς χθόνα.

Alios cogebat trepidos aufugere,
Et alios, rogans te, ut advocares Deum ad pugnã,
Mortuos oſtentavit, & conſperſos pulvere.
Attamen vulneribus confoſſus extraneis in locis
Multos exercitui dolores intulit.
Et iam accurrentes equites, ac pedites
Hiantia illa, & praerupta loca
Omnia cinxere, & incluſerunt in medio,
Et Cretenſes dedere in paſtum avibus.
Adeo in proelio fortuna uſus es proſpera,
Adeo domuiſti barbaros
Cooperante divino auxilio!
Videns autem hoc, & extimeſcens ſtatim
Caramuntes ſenex miſerrimus
Animi ſui arrogantiam proiicit,
Fugaque utitur pedes, atque ſolus
Ad cavernam currit arctam in ſaxo excisam,
Ibique infelicem ſalutem invenit.
Multos ante annos, ſenex, te mori oportuit,
Potius quam vexari, & includi inter ſaxa,
Veluti lepus, quae venatores aufugit.
Illic inſidens uſque ad occaſum ſolis
Vultum profuſis irrigabat lacrimis
Flens acerbum vulnus temeritatis ſuae,
Seipſum curis maximis excrucians.
Prima autem nocte conſurgens per intima
Praecipitia montium feſtinabat anxius
Senex Ameras pedes, aut potius quadrupes;
Cogebatur enim, ut ſuas manus
Detineret in pedum miniſterium.
Tuus autem, maxime Romane, exercitus
Ad moenia converſus ea percutiebat alacriter,
Gaudens haec diruere, & ad terram deiicere.

ΑΚΡΟΑΣΙΣ ΠΕΜΠΤΗ.

Γῆ πᾶσα Ῥώμης, καὶ θάλασσα, καὶ πόλις,
Βουνοὶ, φάραγγες, ἄστρα, τῶν ἀρρύτων
Ὕδωρ ποταμῶν, τάγμα τῆς ἐκκλησίας,
Τὰ πάντα κοινῇ συγχάρητε δεσπότῃ.
Ἀγαλλιάσθω πλῆθος ἀστέρων ἄνω,
Χορευέτω δὲ τάξις ἀγγέλων, ὅτι
Τὸ δυστρόπιστον θηρίον κατεσφάγη,
Τὸ δεινόμορφον κῆτος ἀνταπῃρέθη,
Τὸ δυσκάθεκτον τραῦμα γῆς ἀνεστάλη.
Κήρυξον αἰθὴρ τοῦτο πάντας εἰς χθόνα,
Βόησον, ἀστὴρ ἡλίου, τρέχων ἄνω
Τοῖς βαρβάροις νῦν τὴν σφαγὴν τῶν βαρβάρων.
Γνώτωσαν ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ χωρία
Τὸ τοῦ μεγίστου Ῥωμανοῦ νέον κράτος.
Μάθωσιν αὐτοῦ τῶν ἀκοιμήτων πόνους,
Οὓς δι' ἡμᾶς ἔσχεν ὁ στεφηφόρος.
Λάβωσιν αὐτοῦ πεῖραν ἐκ τῶν πλησίον,
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτοὺς ὁ σφαγεὺς ἀναδράμῃ.
Τῆς Ἀφρικῆς γῆς φρίξατε ξιφηφόροι·
Ταράσσεται γὰρ Ταρσιωτῶν ἡ πόλις.
Ἀρὰν παλαιὰν, Ἀράβων φυλὴ, λάβῃς
Δορὶ κραταιοῦ Ῥωμανοῦ· πλὴν ἐν τάχει
Τῶν Δελεμιτῶν, Βελεβιτῶν τῶν τόπους

ACROASIS QUINTA.

Terra omnis Romae, & mare, & civitas,
Montes, valles, ſtellae, ſemper fluentium
Fluminum aquae, ordo Eccleſiae,
Omnia concorditer gratulamini Deſpotae.
Exſultet multitudo aſtrorum caelitus,
Angelorumque ordo tripudiet, quoniam
Indomita occiſa eſt bellua,
Terribilis viſu ſublatus eſt cetus,
Repreſſa eſt terrae plaga intolerabilis.
Clama hoc aether per univerſam terram,
Refer, o ſolis aſtrum currens deſuper,
Barbaris hanc barbarorum cladem.
Noſcant nationes, civitates, pagi
Novam Romani maximi potentiam:
Diſcant ipſius curas pervigiles,
Quas propter nos Imperator habuit.
Sumant de eo experimentum ex finitimis
Antequam ad illos percuſſor accedat.
Africanae terrae formidate milites,
Conturbatur enim Tarſenſium civitas.
Maledictionem antiquam, Arabum tribus, accipe
Ab haſta potentis Romani: ceterum cito
Ut Delemitarum, Belebitarum loca

Google

Πᾶσι καλλωπιεῖ σὸν βέλος, σκηπτροκράτορ.
Αἰγυπτίων δὲ, χαῖρε, γῦπες σῷ ξίφει
Σάρκας καταβρώξουσι τὰς ἀσυστάτους.
Χαβδᾶς ὁ χανδὸν γῆν ὅλην λαβεῖν θέλων,
Χανὼν ἄναυδος συμφορᾷ Κρητῶν μένει.
Ὦ Χριστὲ Πατρὸς τοῦ πρὸ αἰώνων τέκνον,
Οἷον παρέσχου σῷ στεφηφόρῳ κλέος.
Τίς ἂν στενάξῃ τὸν Πολυξένης τάφον;
Τίς τὴν Φρυγῶν ἅλωσιν; ὦ χορὸς νέων,
Ὅσοις Ὁμήρου φροντὶς ἡ τῶν σκεμμάτων,
Μὴ τοῖς λόγοις κλέπτεσθε τοῦ γεροντίου,
Μὴ τοῖς κτύποις θέλγεσθε τοῦ μυθοπλόκου.
Ψευδῆ γὰρ ἱστόρησεν, εἰ καὶ πανσόφως,
Ὁ πηρὸς, ὡς θέλγητρα τῶν λόγων ἔχων.
Κρήτης κροτεῖτε τὴν ἅλωσιν, ἣν χρόνος
Καθεῖλε δορὶ τῶν σοφῶν ἀνακτόρων·
Κρήτης ἐκείνης τοῦ Διὸς τῆς πατρίδος,
Διὸς τυράννου, δαίμονος ψευδωνύμου,
Ὃς εὗρε τὴν κάμινον ἀλλ' αἰωνίαν,
Ἀνθ' ὧν ἑαυτὸν ἦν θεὸν στήσας κάτω·
Ἀνθ' ὧν ἔπλησε γῆν σφαγῆς μιασμάτων·
Ἀνθ' ὧν ὑπῆρξεν εὑρετὴς παθημάτων.
Ταύτης ὁ κλεινὸς, ὁ γλυκὺς Ῥώμης κλάδος,
Ὁ πανγάληνος, ὁ σφαγεὺς τῶν βαρβάρων,
Ὁ πανσέβαστος καὶ διώκτης Συρίας,
Ταύτην καθ' ἡμῶν φλογμονὰς πυριβόλους
Πέμπουσαν ἐκράτησεν. ὦ μέγα σθένος,
Ὦ δίστομα τρίλογχα, δίστομα ξίφη,
Βέλη δὲ τὰ τρίλογχα, πάγχαλκα κράνη,
Τὰ τὴν σφαγὴν δράσαντα τῶν μιαιφόνων,
Ἢ τῶν φόνους στήσαντα τῶν καθημέρων,
Οὓς εἶχεν ἡ θάλασσα λῃστρικωτέρους.
Ὦ πετροπόμπων σφενδονῶν στροφουργία,
Ἵππων φριμαγμὸς, ὀξύτης ἀκοντίων,
Σπάθης τε, καὶ θώρακες, ἀσπίδες τάσις,
Αἳ γῆν κατηδάφισε βαρβαρωμένην,
Ἃς δεσπότης δέδωκεν ἀντὶ φαρμάκου,
Καὶ κόσμον ἐξέσωσε τῆς τυραννίδος.
Ὦ ναυστολῆσαν πνεῦμα μυρία σκάφη,
Καὶ πομπὸς ὀφθεὶς ἀβλαβὴς τοῦ δεσπότου.
Θρήνησον ὦ γῆ πᾶσα νῦν τῆς Συρίας,
Ἔχουσα τὸν σὸν τῆς βοῆς πρωτοστάτην,
Τὸν σὸν πλανήτην, οὐ προφήτην, Μωάμεθ,
Οὗ τὸν χιτῶνα μυρίαις αἰσχρουργίαις
Πεφυρμένον κρύπτουσιν οἱ δούλης γόνοι·
Κρύπτουσιν ὡς ἄσπιλον ἐσπιλωμένον·
Ἔχουσιν ὡς ἄχραντον ἐγκεχραμμένον.
Ἔδει γὰρ ὄντας ἐκ μιασμάτων ἄγη
Καλεῖν ἄχραντον τῶν ξενοσπόρους ἄγος.
Χόρευε λοιπὸν Ἀφρικῶν Σικελία,
Εὐαγγελίζου πᾶσι τὴν εὐθυμίαν.
Ἐλευθερώσει σε συντόμως ὁ δεσπότης.
Χόρευε γῆ, χόρευε Ῥωμαίων ὅση,
Ὡς ηὐτύχησας εἰς ἀνακτόρων στέφη,
Ὡς ἐπλάτυνας εἰς τὰ πατρῷα πλάτη,
Ὡς ἐκράτησας τῶν πάλαι κρατουμένων.
Εἴθε προκύψαις τοῦ τάφου, Κωνσταντῖνε,
Εἴθε σκοπήσαις, ὡς ἔχει τὰ Συρίας.
Ἔγνως ἂν υἱὸν, ὡς Φίλιππος, ἱππότην·

Καὶ

Vocentur efficiet iaculum tuum, o ſceptrifer.
Euge, Aegyptiorum vultures a gladio tuo
Dilaceratis veſcentur carnibus:
Chabdas, qui potiri inhiabat tota terra
Mutus ſtupeſcit ob cladem Cretenſium.
O Chriſte Patris ſempiterni Fili,
Quantam tribuiſti Regi tuo gloriam!
Quis iam plorabit Polyxenae necem?
Quis Phrygûm captivitatem? o iuvenes,
Quibus Homeri cordi ſunt commenta,
Ne verbis ſenis ſinatis vos decipi,
Ne carminibus fabulatoris mulceamini,
Falſa enim cecinit, ſapienter licet,
Caecus verborum adhibens illecebras.
Cretae plaudite excidio, quam denique
Domuit haſta ſapientum Regum;
Cretae illius, quae Iovis fuit patria,
Iovis tyranni, mendacis daemonis,
Qui detinetur in igne, coque aeterno,
Quoniam ſe in terris Deum appellari paſſus eſt,
Quoniam implevit mundum iniquis caedibus,
Quoniam inventor vitiorum exſtitit.
Hanc inclitum, dulce Romae germen,
Sereniſſimus, barbarorum domitor,
Auguſtiſſimus, & perſequutor Syriae,
Hanc adverſus nos ardores igneos
Emittentem vicit: O magnam potentiam!
O trifidi umbones, gladii ancipites,
Telaque trifida, & aeratae galeae,
Quae homicidarum perfecerunt cladem,
Ac quotidie occiderunt eos,
Quos habuit mare praedones peſſimos!
O ſaxa iaculantium fundarum gyri,
Equorum hinnitus, telorum acies,
Gladiique, ac thoraces, lati clypei,
Quae terram everterunt effectam barbaram,
Quae Deſpota dedit pro pharmacis,
Ut mundum ſanaret a tyrannide!
O aura gubernans infinitas rates,
Tutumque comitem te praebens Deſpotae!
Plora modo terra omnis Syriae,
Habens gemitus tui conſortem principem
Tuum deceptorem, non prophetam, Moameth;
Cuius veſtem infinitis ſordibus
Maculatam occultant filii famulae,
Maculatam occultant, tamquam ſine macula,
Pollutam, tamquam impollutam habent.
Oportebat enim, ut in ſordibus inſtituti, ſcelera
Barbaro orti ex genere vocarent immaculata.
Iamvero laetare Africanorum Sicilia,
Annuntia omnibus laetitiam,
Te cito in libertatem vindicabit Deſpota.
Exſulta, exſulta terra, quae Romanis ſubiaces,
Quod felix facta es in corona Regum,
Quod dilataſti ditiones patrias,
Quod ſuperaſti potentes in proeliis.
Utinam, Conſtantine, e ſepulcro ſurgeres,
Utinam proſpiceres, quomodo ſe habeant res Sy-
Noſceres filium, ut Philippus, equitem, (riae,

Eique

Καὶ τοῦτον εἶπες, ὦ τέκνον ζήτει κράτος,
Οὐκ ἀρκετόν σοι γῆς ὅλης καὶ γὰρ κράτος.
Κρήτης γὰρ οἷος τῶν ὀδυρμάτων στόνος.
Οἷος ταραγμὸς, γυμνὰ Ῥωμαίων ξίφη
Ὅταν κατεῖδον ἔνδοθεν πυργωμάτων,
Ὅταν κατεῖδον τέκνα μικρὰ μητέρας,
Τὰς μὲν βραχίοις ὄπισθεν ἐσμβλωμένας,
Τὰς δὲ πρὸς αἷμα καὶ κόνιν πεφυρμένας,
Τὰς δὲ στοιχηδὸν εἰς σφαγὴν προκειμένας.
Ἐκεῖ τὰ τέκνα πατέρας, καὶ πατέρες
Παῖδας κατησπάζοντο, καὶ κοινῇ ξίφος
Κρουνηδὸν ὁρμαῖς ἔβρεχεν τῶν αἱμάτων.
Ὑπῆρχε θρῆνος, ἦν βοὴ πορθουμένων.
Οὐκ ἦν προφήτης ἰσχύων, οὐδὲ σπάθη·
Αὕτη γὰρ ἐχθροῖς ὡς θεὸς τιμωμένη.
Ἐκεῖ γέροντες εἰς φυγὴν ὡρμηκότες,
Ὄπισθεν ἐπλήττοντο τοῖς ἀκοντίοις.
Ἐκεῖ νέους φεύγοντας ἡ χιτωνίων
Ἄζωστος εἰς ὄλισθον ἔκλωθε τάσις,
Καὶ συμποδισμὸν ἐμπαρεῖχεν ἀξίως
Νόμος παλαιὸς πατρικὸς τοῖς βαρβάροις.
Τῶν ἦν στρατηγῶν ἐν ὑπηκόοις νόμος,
Καὶ τοῦτο τῆς σῆς προσταγῆς, σκηπτροκράτορ,
Μὴ πρὸς γυναῖκας πορνικῶς καθυβρίσαι,
Μήπως τὸ σεμνὸν εἰς ἀβαπτίστους κόρας
Βάπτισμα χρανθῇ, καὶ μελανθῇ σου στόλος.
Τοσοῦτον ἐφρόντιζες οἰκετῶν, ἄναξ,
Ὡς μέχρι λεπτῶν προφθάνειν σε τοὺς λόγους,
Καὶ μέχρι τούτων συντεταπεινῶσθαι φίλοις.
Καὶ γὰρ φίλος σοι πᾶς κρατῶν τὴν ἀσπίδα,
Καὶ πᾶς ὁ τείνων τὴν μάχαιραν ἐν μάχαις,
Καὶ πᾶς ὁ φεύγων τὴν πικρὰν δειλανδρίαν.
Οὕτω ταραγμὸς εἶχε Κρητῶν τὴν πόλιν,
Τὴν οὖσαν, ὡς πρὶν καὶ πάλιν Ῥώμης πόλιν,
Πόλιν ποθητὴν, τὴν ἐξῃρημένην πόλιν,
Τὴν ὀξάκουστον, τὴν πολύπλουτον πόλιν.
Ἤκουσε Ταρσὸς, καὶ κατασκάπτει τάφρους·
Καὶ πύργον ὑψοῖ, καὶ σιδηροῖ τὰς πύλας,
Καὶ πάντα ποιεῖ, συμφοραῖς ἀλλοτρίαις
Τὸ μέλλον αὐτῇ προβλέπουσα φορτίον.

Eique diceres, fili, aliud quaere imperium,
Non enim tibi imperium totius orbis ſufficit.
Sed Cretae qualis erat gemitus miſer!
Qualis turbatio, nudos Romanorum enſes
Statim ac conſpexerunt ex turribus,
Statim ac parvuli viderunt matres,
Alias quidem poſt terga ſtrictas vinculis,
Alias autem ſanguine foedatas, & pulvere,
Alias ordinatim ad caedem expoſitas!
Ibi filii patres, & patres
Filios amplectebantur, & enſis ubique
Tumidos torrentes effundebat ſanguinis.
Erat luctus, erat obſeſſorum clamor:
Potens non erat propheta, neque gladius,
Qui ab inimicis tamquam Deus honoratur.
Ibi ſenes ruentes in fugam
Iaculis percutiebantur a tergore:
Ibi iuvenes fugientes veſtium
Diſcincta extenſio cogebat fataliter, ut caderent,
Et impedimentum praebebat merito
Lex patria antiqua barbaris.
Lex autem erat ſubditis a ducibus lata,
Et hoc ex iuſſione tua, o ſceptrifer,
Ne dedecorarent ſtupris feminas,
Ne in non baptizatis puellis venerabile
Baptiſma polluerent, & macularent milites tui.
Adeo tibi cordi erant ſervi tui, o Rex,
Ut etiam minutiora praeveniret tuum conſilium,
Et uſque ad haec te humiliares ob amicos tuos:
Nam tibi amicus eſt quicumque tenet clypeum,
Et quicumque ſtringit enſem in proeliis,
Et quicumque fugit turpem ſegnitiem.
Ita turbata erat urbs Cretenſium,
Quae modo eſt, ut antea, Romae civitas.
O urbem optabilem, eximiam urbem,
Urbem celebrem, abundantem opibus!
Audivit Tarſus, & effodit foſſas,
Erigitque turrem, & munit ferro portas,
Facitque cuncta, ex alienis infortuniis
Imminere ſibi proſpiciens captivitatis onus.

Τ Ε Λ Ο Σ.

F I N I S.

ADNO-

ADNOTATIONES IN PRAEFATIONEM.

Verſ.1. Ὦ Μαγίστρων ἥλιε. Nicephorum Phocam Magiſtri dignitate fuiſſe inſignitum Cedrenus Curopalates, incertus continuator Theophanis, ceterique ſcriptores teſtantur. Magiſter autem dicebatur primus inter nobiles Imperatoris familiares, ſeu, ut inquit Evagrius Hiſtor. lib.III. cap.29. ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων *Praefectus officiorum palatii*. Haec dignitas, vel ipſo Patriciatu illuſtrior, & ὑπέρλαμπρος *ſplendidiſſima* ab Hiſtoricis dicta, uni primum conferebatur, at deinceps conlata eſt pluribus, ut ex Luithprando Rer. per Europ. geſt. lib.VI. cap.5. colligitur, qui vigintiquatuor Magiſtros enumerat. Theodoſius *Magiſtrorum ſolem* Nicephorum appellaſſe videtur, vel quia Nicephorus inter plures primus eſſet, vel ob praeclara eius geſta, quibus huius dignitatis ſplendorem auxerat ad ceterorum Magiſtrorum exemplum.

2. Ῥώμης ἐκδικητὰ *Romae vindex* certe fuit hic Nicephorus, quia, ut inquit Cedrenus Hiſt. Comp. pag.642. πολλὰ τρόπαια στήσαντα κατὰ τῶν ἑῴων Σαρακηνῶν *multa de Saracenis Orientalibus ſtatuerat tropaea*, qui Romani Imperii provincias depopulabantur, & quia Cretam a Saracenis Hiſpanis olim occupatam Romanorum Imperio reſtituerat.

3. Πεποίηκα μὲν πρὸ καιροῦ &c. Haec de Cretae expugnatione carmina *jam antea*, vivente nempe Imp. Romano iuniore, a ſe confecta fuiſſe Theodoſius teſtatur. Cur autem ea in lucem non produxerit, necdum capta occaſione triumphi, atque adeo ovationis, quam Nicephorus de Creta expugnata egerat, rationem hanc reddit: id facere timuiſſe, quod a geſtorum eius gloria plus aequo illa diſtarent. At vera cauſſa fortaſſe potius fuit, ne Imp. Romano diſpliceret, in cuius ſuſpicionem venerat nimis apud populum inclareſcens Nicephori nomen. Vid. Monitum.

4. Καὶ περὶ τῆς τοῦ Χαλέπ &c. Confecto Cretico bello Nicephorum ad Chalepi expugnationem ſe contuliſſe omnium Hiſtoricorum conſenſu certum eſt; & hanc expeditionem dum ille gereret, Romanus obiit. Itaque cum Chalepum expugnaſſet, a Theophanone Auguſta Romani uxore revocatus eſt Conſtantinopolim, ubi de utraque victoria, Cretica nempe, & Chalepenſi ſolemnem egit triumphum. Hac occaſione Theodoſius Acroaſas ſuas Nicephoro obtuliſſe videtur, & quia ſolummodo victoriam Creticam in eis celebraverat, Chalepenſem etiam victoriam alio Poëmatio ſe celebraturum ſpondet. Vide, quae hac de re fuſius in Monito diſſeruimus.

7. Ὡς ἐν πορφυρῷ νῦν &c. Haec ea ſunt verba, ex quibus liquet Theodoſium has Acroaſas Nicephoro obtuliſſe poſt Romani obitum. Videſis Monitum. Cornelius verba τὸν πάλαι βασιλέα ἡμῶν minus recte vertit *veterem noſtrum Imperatorem*, quum *defunctum* vertere omnino debuiſſet.

ADNOTATIONES IN PRIMAM ACROASIM.

Τῷ φιλανθρώπῳ &c. Humaniſſimo, ac potenti Imperatori Romae, Romano ſcilicet Iuniori Poëma ſuum inſcribit Theodoſius, quia illud perfecerat, dum Romanus in vivis agebat, & quia Romani iuſſu Creticum bellum a Nicephoro ſuſceptum fuerat. Quamvis autem defuncto iam Romano, & ſolummodo ut blandiretur Nicephoro vulgaverit, nihil tamen in eius inſcriptione immutavit, fortaſſe ne Theophanonem Romani uxorem offenderet, & ne totum Poëmation, in quo exſtant plurima ad Romanum ſpectantia, refigeret. Quare de hoc Nicephorum monere in Praefatione non praetermiſit, aſſerens tamen ad eum potiſſimum ſpectare, quae in Poëmatio continentur, laudes Imperatori Romano conlatas.

Verſ.3. Ὁ Σκηπίων. P. Cornelium Scipionem intellige, *cui*, ut inquit Florus lib.II. cap.6. p.292., *tam grande de Africa nomen fata decreverant*. Is admodum iuvenis in Africam profectus, contra Carthaginenſes bellum indixit, in quo adeo praeclare ſe geſſit, ut brevi Carthaginem expugnaverit. *Conſul ante annos factus*, inquit Sex. Aur. Victor de Viris illuſtr. cap.49., *concedente collega in Africam claſſe traiecit. Aſdrubalis, & Syphacis caſtra una nocte perrupit. Revocatum ex Italia Hannibalem ſuperavit. Victis Carthaginenſibus leges impoſuit.* Ideo autem addit Theodoſius tunc totum Carthaginis robur non adfuiſſe, quia Hannibal cum exercitu ſatis magno Romam aggreſſurus in Italia commorabatur.

8. Τίς ἦν ὁ Σύλλας. Obſidionem a Sylla Athenis poſitam, ἔργῳ μὲν οὐ μεγάλην, τῇ δὲ δόξῃ λαμπροτάτην, *facto ſane haud magnam, ſed gloria clariſſimam* appellat Plutarchus in vita Syllae p.102. Athenienſes enim eo tempore, ut obſervat Velleius Hiſt. Rom. lib.II. cap.25., *oppreſſi Mithridatis armis, homines miſerrimae conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; & animos extra moenia, corpora, neceſſitati ſervientes, intra muros habebant*. Praeterea quo tempore Athenas Sylla obſidebat, magnum ſane paſſae ſunt ex igne detrimentum, ab Athenienſibus ipſis hoſtiles machinas conflagrare ſtudentibus primum excitata: qui deinde Syllae conſilio ſaevius etiam exarſit, dum Piraeo capto τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ Φίλωνος ὁπλοθήκη, θαυμαζόμενον ἔργον,

ἦγεν : *Pleraque inſlammavit, in quibus armamentarium Philonis, inclitum opus, fuit;* ſicut teſtatur praelaudato loco Plutarchus pag. 65. Huc itaque reſpicit Theodoſius, dum Syllae virtuti ſuccenſere ſtudens, eum in Athenarum oppugnatione nihil praeclari geſſiſſe affirmat.

10. Βαλὼν ἀπ' αὐτῆς. In Corneliana editione claudicat hic verſus, quem tamen facile reſtitues, ſi nobiſcum ad fidem Codicis articulum τῆς ante vocem σφαγῆς ſuppleveris.

11. Τίς ἂν ὁ Καῖσαρ. C. Iulium Caeſarem innumera, eaque difficillima certamina, felici exitu ſubiiſſe fatetur: ſed duce fortuna potius, quam virtute cenſet.

12. Ἀφύκτους. Ita haec vox legitur in Codice, ſed reſtituendum eſſe verbum ἀφύκτοις, bene monuit Cornelius.

13. Τίς ἂν ἐκεῖνος. Reticet Poëta Imperatoris nomen, de quo hic loquitur: hiſtoria tamen, quam adducit, clare, ut arbitror, Auguſtum deſignat. Celebre eſt navale praelium ab Auguſto contra Sextum Pompeium prope Meſſanam commiſſum, in quo Auguſtus, Dione teſte lib. XLIX. §. 5. pag. 573., non modo maiorem ſuae claſſis partem amiſit, ſed parum etiam abfuit, quin ipſe periret. Ad hanc cladem alludit etiam, ut videtur, Svetonius in Auguſti vita cap. XVI., cuius haec ſunt verba: *Traiecto in Siciliam exercitu, cum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret, oppreſſus ex improviſo a Demochare, & Apollophane praefectis Pompeii, uno demum navigio aegerrime effugit.* Non diu tamen Pompeius victoria gaviſus eſt, nec fortunam expertus eſt permanentem; inſtaurato enim ab Auguſto contra ipſum praelio, eoque ſtrenue admodum terra, marique oppugnato, tandem Auguſtus M. Agrippae opera adiutus, inſignem retulit victoriam; adeo ut merito de Auguſto dici poſſit, eum prius victum navali praelio, mox ſuos victores ſuperaſſe.

14. Στόλῳ. Hoc verbum *claſſem* interpretati ſumus, frequenter enim illud a Graecis inferioris aevi ſcriptoribus ad naves deſignandas uſurpatur. Praeſto cuique eſſe poſſunt exempla, quae Du-Freſnius in Gloſſario mediae, & infimae Graecitatis adducit.

15. Οὐκ ἂν στρατηγός. Mancum hunc verſum edidit Cornelius contra fidem Codicis, ex quo nos reſtituimus ante articulum ὁ particulam ὡς, quam tamen neceſſario addendam, ut ſenſus integer prodiret, Cornelius coniectando adnotavit.

16. Quam de Pompeio hiſtoriam Theodoſius adumbrat, haec eſt: An. U. C. 679. L. Licinio Lucullo, M. Aurelio Cotta Coſs. Creticum bellum a M. Antonio infeliciter inceptum, a Q. Caecilio Metello perfectum eſt. Sed quum victoria elatus Metellus ſaevius in captivos animadverteret, multi Pompeio in Aſia commoranti ſe dediderunt. De hac re ita Florus Rer. Rom. Epit. lib. III. cap. 7. *Metellus deinde totam inſulam igni, ferroque populatus, intra caſtella, & urbes redegit, & Cnoſſum, & Erythraeam, & ut Graeci dicere ſolent, urbium matrem Cydoneam: adeoque ſaeve in captivos conſulebatur, ut veneno ſe plerique conficerent, alii deditionem ſuam ad Pompeium abſentem mitterent.* Pompeius autem Romam reverſus non modo de Mithridate, & Tigrane in Aſia ſubactis triumphavit, ſed alterum etiam triumphum egit de bello Cretico: captivis e Creta ducibus, qui ad ſe defecerant, ſecum adductis, Metelli triumphum imminuens, quamvis reapſe nullam in bello Cretico partem habuiſſet. Theodoſius itaque hiſce in verſibus Pompeium cum Romano, ſeu potius cum Nicephoro confert, ut eo magis eiuſdem Nicephori virtutem extollat, quoniam ei Cretenſis victoriae gloria vere debebatur, dum e contrario Pompeius veteris illius Cretenſis belli laudem uſurpaverit, ac quaſi praeſens decertaſſet, alterum de eadem Creta triumphum Romae oſtentare praeſumpſerit.

Ibid. Πομπήϊος. In Cod. ſupra hoc nomen haec legitur nota interlinearis eiuſdem, ut videtur ſcriptoris manu exarata ὁ Καῖσαρ ὁ μέγας, quod animadvertit etiam Cornelius, ſed omnino praeterit coniectari quid ea ſibi velit. Itaque ſcias volo, eam reſpicere ad verſum 13., qui in Codice in tres columnas ex tribus verſibus ſibi ſubſequentibus ordinatim compoſitas diſtincto, ſuperior exſtat verſiculo 16. Quum enim in v. 13. Theodoſius, ſuppreſſo nomine, obſcurius cuiuſdam Imperatoris mentionem fecerit, ſcriptor Codicis ſubiecit ὁ Καῖσαρ ὁ μέγας *Magnus Caeſar*, Auguſtum nempe deſignans, de quo reapſe Theodoſium fuiſſe in eo loquutum, iam ſupra luculenter oſtendimus.

19. Σὺ δὲ κυνηγὸν Ὅμηρε. Theodoſius Homerum incuſat, quod in Iliade omnia pro lubito ſuo confinxerit, nihilque de vera Troiae hiſtoria ſcripſerit. Obiecerat hoc Homero crimen iam antea Dio Chryſoſtomus Orat. XL, quam totam ad Homerum conviciandum concinnavit, ubi inter cetera ταῦτα δέ μοι εἴρηται, inquit pag. 157., ὥσπερ ἤδη ἔφην, οὐ κατηγορίας ἕνεκεν, ἀλλ' ὅτι ἀνδρειότατος ἦν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ψεῦδος Ὅμηρος· καὶ οὐχ ἧττον ἐθάῤῥει καὶ ἐσεμνύνετο ἐπὶ τῷ ψεύδεσθαι ἢ τῷ τ' ἀληθῆ λέγειν· οὕτω γὰρ σκοποῦσιν οὐδὲν ἔτι φανεῖται παράδοξον, οὐδὲ ἄπιστον, τῶν ὑπ' ἐμοῦ δεικνυμένων· ἀλλὰ σμικρὰ καὶ ἀνθρώπινα ψεύσματα πρὸς θεῖα καὶ μεγάλα. *Porro haec a me dicta ſunt, quemadmodum dixi, non accuſandi gratia, ſed iudicandi, quod audaciſſimus hominum fuerit ad mendacia Homerus: & non minus confidens, & iactabundus in mendaciis dicendis, quam veritate. Ita enim attendentibus valde parva, & nullius pretii videbuntur ea, quae ego mentitum eſſe dicam. Sunt enim revera humana mendacia, & valde credibilia, ſi conferantur ad ea, quae de divina, atque immenſa natura mentitus eſt.*

24. Πυργοπυργίοις δόμοις. His verbis notat Poëta Homerum, qui Troiam εὐτείχεον *bene muratam*, & ἐυδμήτους πύργους *bene aedificatas turres, frequenterque diſpoſitas habentem*, ſaepius in Iliade vocare ſolet.

27. Ψευσμάτων. Cornelius edidit ψευσάντων, ſed ad oram paginae mendum in ea voce latens advertit.

29. Ἀλλ' ὦ στρατηγῶν ὁ κρατήρ. Non ineleganter adſimilatur Homerus crateri, in quo humilia Graecorum Ducum facta cum elatis, ac faſtuoſis verbis miſcentur, & adtemperantur, eo modo, quo in cratere vinum cum aqua ſolebat temperari. Audi Phavorinum: Κρατὴρ σκεῦος τί, ἐν ᾧ τὸν οἶνον οἱ παλαιοὶ κιρνῶντες ὕδατι, ἐξ αὐτοῦ ἔπινον λαμβάνοντες. *Crater vas quidam, in quo vinum cum aqua antiqui miſcebant, ex quo ſumentes bibebant.*

32. Ὡς ζυγὸς σταθμοῦ. Ultimum huius verſus verbum deſideratur in editione Cornelii, quoniam in Codice eo loci maxime abſumpto, vix ullum eius veſtigium ſupereſt. Nos tamen ſuperſtitibus litteris diligenter, ut potuimus, inſpectis, σταθμοῦ reponi poſſe cenſuimus.

46. Πολλαῖς ταχείαις ὁλκάσι. Nicephorum claſſe ſatis magna comparata exercitum Cretam adduxiſſe, cum aliis Graecis ſcriptoribus, Theodoſius hic commemorat. Harum navium numerum diligentius perſtringit Incertus Continuator Theophanis, auctor, ut creditur, coaevus, in Romani Iunioris vita num. x. pag. 297. hiſce verbis: νῆες γὰρ ὑπῆρχον μετὰ ὑγροῦ πυρὸς δισχίλιαι, δρόμωνες χίλιοι, καβάρια καματηρὰ σιτήσεις ἔχοντα, καὶ ὅπλα πολεμικὰ τριακόσια ἑπτά. *Naves erant igne Graeco inſtructae bis mille, celoces mille, carabia oneraria annonas, armaque bella convehentia ſeptem ſupra trecenta.* Parem navium numerum recenſet etiam Simeon Magiſter, & Logotheta in Romano Iuniore num. 1L pag. 498., in eoque ſolo differt, quod naves onerarias uſque ad trecentas ſexaginta auget.

51. Ἔστησε τὰς φάλαγγας. Nicephori ſolertia, ac peritia rei bellicae his verſibus commendatur, qui poſtquam exercitum in Cretam eduxit, milites ordinatim diſpoſuit, ac in ſuo quoſque loco ſtare iuſſit, ne forte inopinato aggreſſi ab Agarenis opprimerentur: quod laudi etiam Nicephoro tribuit Simeon Magiſter in Romano Iuniore num. 1L pag. 498. ita ſcribens: Ἀπάρας οὖν τῆς βασιλίδος Νικηφόρος ὁ Δομεστικὸς, καὶ τὰ Φύγελα καταλαβὼν, ἐφρόντιζεν, ὅπως ὁ σύμπας στόλος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἴη, καὶ προσορμίζοιτο. *Solvens itaque Byzanzio Nicephorus Domeſticus, & Phygela veniens, hoc maxime ſtuduit, omnique cura enixus eſt, ut omnis ei claſſis uno agmine conſerta eſſet, ac appelleret.*

52. Οὐλαμοὺς πυργοδρόμους. Haec duo nomina, tamquam inter ſe diſtincta explicabam, ac πυργοδρόμους de *turribus* illis *ambulatoriis* intelligebam, quae ad maturandam turrium expugnationem apud veteres in uſu erant. Heſychius vocem πύργους eo etiam ſenſu interpretatur, ſcribens πύργος πολεμιστήριον ὄργανον, *bellicum* nempe *inſtrumentum*, de quo fuſius diſſerunt Hero de Machin. Bellic. cap. 13., & Vegetius lib. IV. cap. 17., ubi machinae huius bellicae etiam imaginem vulgavit Steuvechius. Verum, quum πύργος, eodem adnotante Heſychio, ſit item τάξις ἐν τετραγώνῳ ὁπλιτῶν *agmen militum quadrangula forma*, eoque ſenſu frequentius a ſcriptoribus Graecis uſurpatum occurrat, de hoc ipſo agmine fortaſſis loquutum Theodoſium cenſendum eſt. Euſtathius ad lib. IV. Iliad. pag. 469. edit. Rom. diſcrimen affert, quod intercedebat inter οὐλαμὸς, & πύργος, aitque primum, agmen fuiſſe ex 40. viris compactum, alterum vero trecentis, ſexaginta viris conſtitiſſe: οὐλαμὸς δὲ τάξις ἐκ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν . . . . . πύργος δὲ ἐκ τριακοσίων καὶ ἑξήκοντα· τάξις αὕτη τετραγωνοειδῶς συγκειμένη. *Ουλαμὸς acies eſt, ſeu globus virorum quadraginta . . . . Πύργος vero acies turrita, ſeu quadrata, agmen eſt virorum trecentorum & ſexaginta: ita ut hoc agmen quadrangula forma confertum ſit, atque conſtipatum.* Quum tamen idem eruditus Grammaticus ſubdat, non ſemper ea nomina adeo praeciſe, ſed latiori etiam modo ſaepius ab Homero adhibita fuiſſe, non ideo improbanda eſt Cornelii verſio, qui οὐλαμοὺς πυργοδρόμους de uno eodemque agmine eſt interpretatus. Fieri enim poteſt, ut Theodoſius voce πυργοδρόμους hic uſus ſit eodem ſenſu, quo πυργηδὸν dixit Homerus Iliad. lib. XII. v. 43. ſcribens:

Οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες
Ἀντίοι ἵσταντο.
Hi autem inſtar turris ſeipſos conglobantes
Adverſi ſtabant;

ad quae verba ita adnotat praelaudatus Euſtathius pag. 892. edit. Rom. Τὸ δὲ πυργηδὸν ἀρτύναντες ἀντὶ τοῦ δίκην πύργου συντάξαντες· πυργὸς δὲ νῦν ἐνόηθη ἡ τάξις στρατιωτικὴ τετραγωνοειδὴς, κατὰ πλίνθιον συντεταγμένη. *Ea autem verba* πυργηδὸν ἀρτύναντες *inſtar turris diſpoſitos ſignificant: turris vero nunc a poeta dicta eſt inſtructio militaris quadriformis iuxta laterculum diſpoſita.*

53. Ἡκονοδὴν. Ita in Codice ſcriptum legitur amanuenſis oſcitantia; ſed ἠκονημένη legendum eſſe, bene iam vidit Cornelius.

56. Ἐπεὶ δὲ πάντας. Nullus ex Graecis, qui ad nos pervenere, ſcriptoribus, precum meminit, quas ad Deum fudiſſe Nicephorum Theodoſius modo enarrat. Veriſimile eſt tamen, id non prorſus ad aſſentationem Nicephori a Poëta fuiſſe ſcriptum, quum Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita num. XI. pag. 298. Nicephorum ab Agarenis reformidatum ſcribat ob eius τὴν διήγερσιν, καὶ σύνεσιν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν, καὶ δικαιοσύνην, *vigilem, ſolertemque animum, fidemque in Deum, & iuſtitiam.*

62. Καὶ

62. Καὶ τὰ περιβάλλει. Rogat Deum Nicephorus, ut in obſequium Chriſtiani populi Cretenſium turres, & moenia deiiciat, quemadmodum pro Hebraeis in expugnatione Ierico ad preces Ioſue fecit. *Ioſ. cap.* VI., qua de re & Dux glorioſus Deus appellatur.

64. Ἀυτῷ. Ita Codex, non αὐτὸν, ut in editione Cornelii, qui tamen ſic emendandum eſſe notaverat.

67. Δεῖξον Πετρός τις. Pergit Nicephorus Deum precari, ut potentia ſua oſtendat, quis ſit Petrus Apoſtolus Chriſtianae Eccleſiae baſis, & fundamentum, & quis impius Moameth Saracenicae ſuperſtitionis auctor, quem dicit falſitatis convictum ab ipſa ſua calliditate; cum enim ut Hebraeos ſibi conciliaret, & Chriſtianos utriuſque Legis veteris nimirum, ac novae praecepta immiſcuerit, aſſeclas ſuos utriuſque Legis tranſgreſſores effecit. Itaque permiſſam Hebraeis polygamiam concedens, Chriſtianos ad ſe deficientes fecit fornicatores, & docens cum Chriſtianis veritum non eſſe omnibus carnibus veſci, Hebraeos ſequaces ſuos docuit praeceptum tranſgredi eis datum ne camelorum carne veſcerentur, Levit. cap. XI. v.4., Deuter. cap.XIV. v.7. Videſis eruditum auctorem Siphra in Leviticum cap.III. & IV., in Theſaur. Ugolini Tom.XIV. pag. 1000. Narrat Cedrenus Hiſtor. Compend. pag.421., Hebraeos, qui Moſaicam Legem deſerentes Moamethi adhaeſerant, rati eum eſſe Meſſiam, poſtquam carnibus cameli veſci ſolitum conſpexerunt, eum non eſſe id quod opinati fuerant ſenſere. Fortaſſis Theodoſius ad hanc ipſam alludit rem.

79. Ῥώμης ὑπῆρχεν. Cretam Romano Imperio paruit uſque ad Michaëlem Balbum, quo imperante a Saracenis capta eſt, occaſionem ipſis potiſſimum praebente Thoma quodam, qui a ſancta Chriſtianorum fide deſciſcens, Moamethicam ſectam amplexus erat. Videſis Cedrenum fuſius de hoc agentem Hiſtor. Compend. pag. 499., & ſeqq.

80. Παρεργούντας ὄντας. Ob deſidiam certe Graecorum tamdiu Creta ſub iugo Saracenorum ingemuit. Claſſis enim ab ipſo Michaële Balbo eo miſſa Duce Cratero Cabyraeotarum praefecto adeo feliciter barbaros fudit, ut Cretam facile recuperaſſent, niſi victoria elati milites, adventante nocte, compotationibus, ac luxuriis ſeſe immerſiſſent, ex quo factum eſt, ut ſomno, vinoque oppreſſos, barbari ſubito adorti eos ſint, & uſque ad internecionem turpiter profligaverint. Conſule Cedrenum Hiſt. Comp. pag. 511. Plures deinde expeditiones in Cretam ab aliis etiam Imperatoribus ſuſceptae ſunt, omnes tamen haud proſpero exitu; & praecipue, quae iuſſu Conſtantini Porphyrogeniti ſuſcepta eſt, Ducis imperitia, ac ſocordia male omnino Graecis ceſſit. Habes rei hiſtoriam in excerptis Leonis Diaconi apud Pagium Critic. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874. *Conſtantinus Imperator cum Cretenſium iniuriam, occultaſque graſſationes ferre non poſſet, iuſto conſcripto exercitu, multaque longe navium incendiariarum inſtructa claſſe adverſus Cretam miſit, quaſi primo ſtatim aſſultu, praeliique incoeptantis clamore ea potiturus: Ducis tamen, ac Praetoris ignavia, imperitiaque, (viri ſcilicet exſecti, Cubiculariique in umbra educati, Paphlagonum regione oriundi, Conſtantinus ei nomen, Gonzyles cognomen erat, tametſi Patriciorum illuſtri dignitate fulgebat) omnis hic exercitus, paucis dumtaxat exceptis, a barbaris conciſus, internecioneque deletus eſt.*

89. Ἂν γὰρ τὸ λυτρόν. Ad excitandos eo magis militum animos, Nicephorus martyrii deſiderium illis inſpirat. Hanc credulitatem diu late invaluiſſe pluribus comprobari poteſt exemplis. Vide Bollandum Tom. IV. Iun. pag. 658., & Tom. V. pag. 81., Mabillonium Annal. Tom. III. pag. 227.

97. Κροτοῦντα. In Codice ſic eſſe ſcriptum videtur. Cornelius emendandum cenſuit κρατοῦντα: ſed, ut opinor, nihil immutandum eſt.

99. Πατρικὸς ὡπλισμένος. Cornelius edidit πατρικῶς, vertitque *more patrio armatus*. Codex habet πατρικὸς, quam vocem *patrium militem* latine reddidi, eamque lectionem eo libentius recepimus, quod magis cum ſequenti verſu cohaereat. Quum enim hic dicat Nicephorus, quod quiſque patrium militem ſatagat ſe oſtendere, addit, nec dedecoret Romanum Imperium. Ὡπλισμένος vero dictum eſt hic pro ὁπλίτης, quemadmodum eadem ratione τῶν ἐν ὅπλοις ſcribit aliquando Thucydides.

101. Πτερῶσας. Hic militibus ad committenda cum hoſtibus praelia allocutio Nicephori, Caco vero apud Virgilium Aen.VIII. v.224. ad effugiendam Herculis iram *timor addidit alas*.

105. Οὐ μὴν παρέργους. Virtutem Graecorum militum optime hiſce verbis exprimit Poëta. Graeci enim ſcriptores, eum, quem ab hoſte ſtrenue pugnantem occiſum indicare volunt, ἔργον τοῦ πολεμίου, ἔργον πολέμου, καὶ ξίφους dicunt: ſenes autem, mulieres, infantes, ceteroſque imbelles, quos hoſtis ſine ullo negotio, ac quaſi aliud agens interficit, ei πάρεργον factos aiunt, ad caedis facilitatem ſignificandam. Ita ſenio confectum Priamum, dum a Neoptolemo, ſtrenuo, fortique iuvene occiſus eſt, πάρεργον eidem fuiſſe, hoc eſt nullo labore ab eo caeſum ſcribit Pauſanias in Phocicis lib.X. cap.27. Eadem itaque ex cauſſa Theodoſius Graecorum fortitudinem innuere volens, inquit Nicephorum emiſiſſe ſuos milites οὐ παρέργους, *non facili* nempe *negotio ſuperandos*, utpote recte inſtructos, tantoque animo praeditos, ut non ſine maximo labore vinci a barbaris poſſent.

110. Ἐπεὶ δὲ πάντες. Cladem, quam ſimul ac Nicephorus cum exercitu Cretam applicuit, barba-

barbari acceperunt, graphyce deſcribit Poëta. De hoc Graecorum cum Saracenis Cretenſibus primo conflictu agit Leo Diaconus, ubi ait: *Tunc Romanorum Dux Nicephorus triplici agmine diſtributa acie, clypeiſque ac haſtis longe conſtipata, bellicum canens, cum crucis tropaeum praeire iuſſiſſet, adverſa fronte in barbaros irruit: gravique conſerto praelio, inſtarque grandinis devolantibus telis haud fieri poterat, ut barbari Romanorum imbrem ſagittarum diutius ferrent: quin imo terga vertentes, ſolutaque phalange, quam effuſe licuit curſum expedientes, in ſuum ſe praedium recepere. Romani pone ſequentes, immenſam eorum ſtragem dederunt. Talem nimirum prima aggreſſio, pugnaque fauſtum Romanis nacta finem eſt.* Vid. Pagium Crit. in An. Bar. Tom.III. pag. 874.

123. Γονῆς ἀστοργίαν. Tantum accepta clades timorem feminis incuſſerat, ut naturalis etiam affectus in filios ob imminens periculum obliviſcerentur. Γονῆς ἀστοργίαν κίνδυνος ἀντίγνωσι, ut melius vis Graecae huius locutionis exprimeremus vertimus: *periculum extinguebat maternum amorem in filios.* Ἄστοργος a Graecis proprie dicitur, qui expers eſt amoris, quo parentes liberos ſuos proſequuntur: quare Athenaeus Deipn. lib. XIV. cap.20. pag.655. de avium natura loquens, quas Meleagridas appellant, inquit: ἔστι δὲ ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ζῶον, *eſt autem animal, quod non ita prolem ſuam amat.* A voce ἄστοργος, vocem ἀστοργίαν derivavit Theodoſius, quam vocem in Graecis melioris aevi ſcriptoribus vix reperies.

128. Τρίχροος τιμωρία. Clades a Graecis inlata barbaris *tricolor ultio* appellatur a Theodoſio ob caedem nempe ſenum, puerorum, ac mulierum, quos modo memoravit.

132. Εἰσάγωσι τῶν πυλῶν ἔσω. In excerptis Leonis Diaconi, ſi bene vulgata Latina verſio ineditum reddit Graecum textum, legitur, Cretenſes, quum impetum Graecorum ferre non poſſent, *in ſuum ſe praedium recepiſſe.* Theodoſius illos prae metu portas urbis ingreſſos ait, cui concinit etiam Incertus Continuator Theophanis in Roman. Iun. num. X. pag. 298. ita ſcribens: Πρὸς δὲ κάστρον χωρήσας, πάντας τοὺς Κρητικοὺς τοὺς ἔξω ὄντας τοῦ κάστρου μετὰ φόβου ἔσω ἐνέκλεισεν. *Admotis autem ad urbem caſtris, cunctos Cretenſes foris palantes metu conterritos intra moenia cogit.*

138. Εἰς στροφάς. In editione Cornelii deeſt εἰς, quod ad fidem Codicis reſtituimus.

139. Ὁρμημάτων. Vox, ut arbitror, mendoſa; ὅρμημα enim numquam ſtationem navium ſignificat, de quibus Theodoſius loquitur. Fortaſſis ſcriptor Codicis ſcripſit ὁρμημάτων pro ὁρμίσεων ob litterarum ſimilitudinem in errorem lapſus. Ὅρμισις profecto ſaepe apud Graecos auctores ad ſtationes navium deſignandas occurrit, eodemque ſenſu verbum ὁρμίζω pro *naves in ſtationibus continere* a Graecis etiam inferioris aevi ſcriptoribus uſurpatur.

141. Καὶ ναῦς ἀνέλκας. Naves in terram Nicephorum ſubduxiſſe, ut contra aeſtus maris tutas redderet dicit Poëta: quod, magis licet generatim, adnotarunt etiam Leo Diaconus, & Cedrenus. *Triremes vero, ac reliquas onerarias tranquillo in portu, ac navali confertas ſtationem habere iubet*, inquit Leo Diaconus, apud Pagium Crit. in An. Bar. Tom.III. pag.874., ac Cedrenus ſcribit, quod τὸν στόλον ἐν ὅρμοις γαληνοτάτοις ὁρμίσας, *naves tutiſſimis in ſtationibus continuerit.*

142. Ἄπιστον εἶδος. Verbum εἶδος deſideratur in editione Cornelii, quamvis adſit in Codice.

145. Καὶ γῆν σκοπήσας. Hanc Nicephori diligentiam in perſcrutanda ſummo ſtudio tota Saracenorum regione, adnotaverat etiam laudato ſaepius loco Leo Diaconus.

147. Καὶ γῆθεν ἐρρίζωσε. Munimentum hoc a Nicephoro excitatum, ut exercitum ſuum, caſtraque protegeret, memorat Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita, num. X. pag. 297. ſcribens. Καὶ ἐκβιβάς τῶν νηῶν χάρακα, καὶ τάφρον βαθεῖαν κατεσκεύασεν, *eductiſque e navibus copiis, altum aggerem duxit, vallumque poſuit*; idque iiſdem fere verbis teſtatur etiam Simeon Magiſter, & Logotheta, in Roman. Iun. num.II. pag. 498. Sed prae ceteris diligentius idipſum in ſua hiſtoria recenſuit Cedrenus p.643., inquiens: Χαρακά τε ἐν ἐπήξατο καρτερὸν, τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ σταυρώμασι, καὶ πασσάλοις τοῦτον κατοχυρώσας, καὶ τὸν στόλον ἐν ὅρμοις γαληνοτάτοις ὁρμίσας, καὶ πάντα κατασκευασάμενος κατὰ τὸ ἀσφαλὲς, ἐναργοῦς εἴχετο τῆς πολιορκίας τῶν ἐν τῇ νήσῳ πόλεων. *Inde caſtris poſitis, iiſque alta foſſa, vallo, ac palis defixis communitis, naves tutiſſimis in ſtationibus continens, omnibus probe conſtitutis, inſulae urbes omni vi oppugnat.*

148. Τὰς στροφάς. A verbo στρέφω *flecto, torqueo*, deduxit forte Theodoſius nomen στροφὰς ad ſignificanda militum tabernacula, ſeu tentoria: ſuſpicor tamen legendum potius eſſe τροφάς. Τροφὴ enim proprie *annonam*, & *commeatum* ſignificat: ac latiori etiam modo pro *tentoriis*, ſeu *caſtris* accipitur, quod adnotarunt eruditi Lexicographi Heſychius, & Phavorinus ſcribentes τροφὰς, χάραξ.

150. Ἑλληνικὰς κύρωσε. Homeri locus exſtat in Iliade lib. VII. v.435., ubi ſic deſcribit murum a Graecis aedificatum, ut naves, & caſtra communirent:

ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν
Πύργους θ' ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε, καὶ αὐτῶν.
Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
Ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη
Ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
Εὐρεῖαν, μεγάλην ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.
apud autem ipſum, murum exſtruxerunt
Turreſque altas, munimentum navium, & ipſorummet.
In ipſis vero portas fecerunt bene aptatas,
Ut

Ut per illas equeſtris via eſſet :
Exterius autem profundam circa ipſum foſſam foderunt ,
Latam , magnam , & in ea ſudes acutas defixerunt .

151. Αἱ Ἕκτορος χεὶρ. Saevum ab Hectore commiſſum praelium ad naves, & propugnacula Achivorum, fuſius deſcribitur ab Homero Iliad. lib. XV. v. 374., & ſeqq.

Ibid. Βολὰ. Ita Codex, Cornelius autem legit βυλὰ. Βολὰ profecto de cunctis armis, quae *ictu* feriunt, & occidunt a Graecis dicitur, eaque vox magis huic loco videtur convenire, quum Hectorem telis, haſtiſque naves, ac munimenta Achivorum aggreſſum Homerus ſcribat.

153. Ἀραχνοειδῶς. Quum Homerus dixerit Hectorem tanto impetu in Graecos irruiſſe, ut eorum propugnacula cito deiecerit, Theodoſius Poëtam, ſeu potius Graecos ipſos reprehendit, quod eorum munimenta adeo debilia exſtruxerint, ut aranearum inſtar excitata viderentur. Verum hanc erroris notam immerito Homero inurit, quum Apollinem in hac expugnatione Hectori adiutorem fuiſſe, ac cum eo dimicantem turres facillime diruiſſe confingat Iliad. lib. XV. v. 353., & ſeqq.

155. Οἱ δὲ στρεφὰς. Artifices hic deſcribuntur allaborantes in fundamentis ſubſtruendis, quae quum ex ſaxis potiſſimum quadratis, ac ingentibus confecta eſſent, ideo dicit Theodoſius, quod hi plurimum inſudarent in volvendis ope vectium huiuſmodi ſaxis, ut ſenſim in foveas ad hoc paratas demitterent. In verſu hoc verbum verbo reddere fidi interpretes non curavimus, ne ſenſum abſtruſum nimis eliceremus. Στρεφὰς ἐπάγει ἀπολιγμάτων proprie dictum eſt de iis, qui intenti erant in detinendis magno niſu ac labore in oppoſitos gyros ergatis, quae ob ingens lapidum iis alligatorum pondus ad ſibi proprias volutationes magno impetu tendebant.

163. Βολῇ. Hoc etiam in loco Cornelius edidit βυλῇ a fide Codicis aberrans, ideoque non *a conſilio artificum* vertendum eſt, ſed *icti ac percuſſi ab artificibus*.

179. Πελεκεὺς τὰς ἀξίας. Ad morem apud Orientales omnes, barbaraſque gentes receptiſſimum geſtandi circa collum torques, ſeu circulos aureos alludit Poëta. Quum enim Nicephorus captivis ex barbaris colla catenis circumdediſſet, ait, eos patriis honoribus decoraſſe. Haſce autem torques, patrios honores, ac dignitates appellat, quoniam iis primores potiſſimum, & principes ornabantur; ut de Medis ſcribit Agathias de Bello Gothico lib. III. obſervans, quod iis *Medorum primores praecipue decorantur, ut ſpectatiores ceteris ſint, & a vulgaribus aliis noſcitentur*; ac teſtatur etiam Tertullianus de Idol. cap. XVIII. pag. 245., inquiens: *Igitur purpura illa, & aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios, & Babylonios inſignia erant dignitatis*. Sed de torquium apud barbaros uſu conſule fuſius diſſerentem Iohannem Schefferum in Syntagmate de antiquorum torquibus cap. 12.

202. Οἱ κρῆς. Haeret in hoc verbo mihi aqua, nec quid ſibi velit omnino aſſequor, adeo ut mendum ſubeſſe non dubitem, quemadmodum ſuſpicatus eſt quoque Cornelius. Ἀκραὴς reponendum ſuſpicabar, quae vox *ventum per ſumma flantem* ſignificat: verum ne id tuto ſtatuam me deterret quorumdam Graecorum Grammaticorum auctoritas, qui ἀκραὴς non ventum vehementem interpretantur, ſed potius proſperum, ſuaviterque ſpirantem, inter quos Euſtathius ad lib. XIV. Odyſſ. pag. 1759. edit. Rom. ſic loquitur: Ἔνθα βορέαν ἀκραῆ λέγει, οὐχ' ὅτι τὸν ἄκρως ἄεντα, ὡς μᾶλλον τὸν μὴ κεκραμένον ἑτέροις ἀνέμοις· τοῦ γὰρ τοιούτου δυσχέρειαν κατηγορεῖ Ὅμηρος ἐν τῷ, δεινὴ μισγομένη ἀνέμοις θύελλα. *Hinc boream ἀκραῆ dicit, non per ſumma flantem, ſed potius quod non ſit aliis ventis admixtus: huius enim aſperitatem reprehendit Homerus eo in verſu, terribilis eſt mixta vento procella*. Fieri tamen potuit, ut Theodoſius voce ἀκραὴς latiori modo uſus ſit pro quocumque vento indicando.

215. Ξένος. Ita Codex, non Ζένος, ut edidit Cornelius, qui tamen ξένος emendandum eſſe bene cenſuit.

219. Ὑπὲρ θυῶν. Aliquid in hoc verſu deeſt ad numeri complementum, ſed in Codice nihil amplius ſcriptum apparet. Legendum forte θυῶν σῦ.

227. Λευκόμορφον. Terram albicantem, utpote ab Aurora illuſtratam, recte vocat Theodoſius, eo modo, quo Aurora exoriente *albeſcere lucem* dixit Virgilius Aen. lib. IV. v. 586. Sed propius ad rem noſtram agrum ob Aurorae lumen albentem deſcripſit Claudianus de Rap. lib. III. v. 232. ita canens:

Et prima ſub luce legunt, cum rore ſerenus
Albet ager:

nec abſimili plane modo idem ſic aſſeruit Valerius Flaccus Argon. lib. II. v. 72:

Iamque ſub Eoae dubios Atlantidis ignes
Albet ager:

qui etiam alio in loco ibid. lib. III. v. 258. ob diem ortam *turres albeſcere* ſcripſit.

229. Τεῖχος. Septum illud, ſeu aggerem a Nicephoro pro ſui exercitus munimine iam aedificatum hic deſignari pro certo habeo. Audi Leonem Diaconum apud Pagium Crit. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874. *A littore ad Auſtrum ſpectante coepta ſtructura, ad alteram uſque litteris partem, quod terrae interiectum erat, ſepto intercludit, ne ſcilicet barbari pro libito in agrum facile effundi poſſent, liberumque ipſi erat pugnam conſerere, aut non conſerere cum & liberet*.

Ibid. Μὴ ἄκρῳ. Cornelius edidit μακρῷ, & corrigendum cenſuit μακρῷ: ſed neutrum horum in Codi-

Codice ſcriptum eſſe videtur. Equidem μὴν ἀκρὸ legendum arbitror, eo magis quod monoſyllaba neceſſario eſt addenda, ut verſus menſura recte ſe habeat.

Ibid. Προσξέειν. Ξέσαι, κατασκευάσαι interpretatur Heſychius, quod verbum pro armando, inſtruendoque exercitu non ſemel apud Graecos auctores occurrit. Hic autem peculiari magis ſignificatione pro advocandis ad bellum militibus uſurpatum videtur: adeo ut praeco bellicum tuba canens phalangem e ſepto illo advocaverit, & eduxerit, quae in barbaros irrueret.

231. Ἐκεῖ τὸ πλῆθος. Pulchrum profecto Nicephori ſtratagema collocandi in fronte phalangis captivos barbaros, ut in conſpectu ſuorum civium necarentur, ac vel ſic commoti Saraceni ad pugnam exire concitarentur. Simile quid ſtratagema contra Sardes a Cyro excogitatum refert Polyaenus Stratag. lib.VII. cap.6. num.3.

237. Πρὸς τάφρον. Foſſa haec illa eſt, quam Saracenos ad ſui cuſtodiam effodiſſe ſic enarrat Leo Diaconus: *Accedebant & duae in latum quam maxime ductae foſſae, atque profundae, quae undique munimentum praeſtarent.* Vid. Pag. Crit. in Annal. Baron. Tom.III. pag.874.

239. Καὶ. Ita Codex: & ſic quoque ad oram paginae corrigendum adnotavit Cornelius.

256. Παῤῥησίαν. De viribus, vel de animi virtute explicandam hanc vocem cenſemus, eo nempe ſenſu, quo illam ſignificatione ſibi minus propria adhibitam fuiſſe ſcribit Phavorinus: Ἐκ τούτου δὲ καταχρηστικῶς ἐῤῥέθη παῤῥησία καὶ τὸ θάῤῥος καὶ ἡ ἐξουσία. *Ex hoc autem per abuſionem παῤῥησία dicta eſt & animi virtus, & vires.*

260. Κύζικον συνθραύσει. De Cyzici obſidione a Mithridate poſita agit Cicero *pro Lege Manilia* in principio, ubi L. Luculli laudes, qui Cyzicum ab oppugnatione Mithridatis liberavit, perſtringit. Verum propius hoſce verſus illuſtrat Appianus Alexandrinus *de bello Mithridatico* p.221., ſeu al. 371., qui urbis incendium deſcribit, quod hic memorat Theodoſius. Ita enim inquit: Καὶ τάδε αὐτοῖς φερεπονώτατα δὴ κακοπαθοῦσιν, ὅμως γε τὸ τεῖχος ἐκαύθη τι καὶ συνέπεσεν ἐς ἑσπέραν· οὐ μὴν ἔφθασέ τις ἐσπηδῆσαι ἔτι θερμὸν, ἀλλ' αὐτοὶ νυκτὸς αὐτίκα ἀνῳκοδόμησαν οἱ Κυζικηνοί. *Attamen omnem laborem patientiſſime ferentes, efficere non potuerunt quin pars moenium exuſta corrueret ſub veſperam: ſed propter calorem incendii nemo ſuſtinuit irrumpere: verum ipſi Cyziceni noctu ſubſtruxerunt munitionem aliam.*

261. Ἰσοχεπής. Ita bene emendandum iam viderat etiam Cornelius.

265. Εἰπὼν. Ita certe legendum eſt, non εἴπω, ut edidit Cornelius, qui tamen εἰπὼν reponendum eſſe, & ipſe adnotaverat.

271. Ὡς ἂν βαδίζῃ χρῄς. Ex his duobus Theodoſii verſibus aperte colligitur, eum vel ſcripſiſſe, vel certe conſcribere voluiſſe aliud Poëmation ad celebrandam quoque Nicephori de Chalepenſi Sultano victoriam, quod ſupra etiam ex eius epiſtola ad Nicephorum in noſtro Monito comprobavimus.

ADNOTATIONES IN SECUNDAM ACROASIM.

Verſ.4. Εἰς καῦμα. Menſibus fere octodecim in Cretae expugnatione pugnatum eſſe ſcribit Incertus Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XVI. pag.300., quare & ardentes ſolis aeſtus ea in expeditione Graecos milites ſuſtinuiſſe recte adnotat Theodoſius.

7. Αὐτὸς δὲ καῦμα. Has Imp. Romani curas, ac ſollicitudines, nullus ex ſuperſtitibus Hiſtoricis memorat. Quamobrem ad eius aſſentationem confictas a Theodoſio arbitror, ut ab aulicis potiſſimum ſcriptoribus fieri aſſolet; ſcimus enim Romanum voluptatibus potius domi indulgere conſueviſſe, quibus fractus paullo poſt contabuit.

20. Τὴν σὴν θλίψιν. Ita hunc verſum ad fidem Codicis reſtituimus, qui in editione Cornelii male ſe habebat ob defectum pronominis σὴν.

23. Ἐζωσμένου. Pro verbo hoc Cornelius a Codice aberrans, nullo ſenſu edidit ἐξεσμένου. Nuncium afferentem victoriam Romano miſſum dicit Poëta ab eo, qui in ſui ſervitium ſtrinxerat gladium, quibus verbis Nicephorum deſignat, qui in Romani obſequium ad bellum huiuſmodi Saracenis inferendum proceſſerat.

28. Μονοτρόπων. Hoc nomine proprie dicuntur, qui idem vitae inſtitutum ſectantur, ſeu, qui concorditer ſimul degunt, ut in Pſal.LXVII. v.6. Ὁ Θεὸς κατοικίζει ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΥΣ ἐν οἴκῳ. *Deus inhabitare facit* UNIUS MORIS *in domo.* Sed Symmachus vertit: *Domum praebet iis, qui ſolitarie vivunt.* Itaque Iohannes Tzetzes Chil. IX. v.338., aliique inferioris aevi Graeci ſcriptores ea voce ad Monachos deſignandos ſaepius uſi ſunt. Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap.28. Monachorum virtutes deſcribens, allatum Pſalmi verſiculum ad Monachos transfert.

33. Συστρατηγοῦ. Quis huius vocis hoc in loco verus ſit ſenſus non bene aſſequor. Συστρατηγὸς pro collega imperii militaris, ſeu pro eo, qui ſimul militat, & praeliatur, auctores Graeci adhibent; & proinde ad Nicephorum referenda videretur. Verum ea interpretatio cum reliquis, quae a Poëta hic enarrantur, non bene cohaeret; & idcirco potius Deus ipſe Συστρατηγὸς a Theodoſio appellatus videtur, cuius potiſſimum ope, ac virtute reportata eſt de Saracenis victoria, quaſi cum Nicephoro contra eos pugnaverit. Certe εὐκλεᾶ στρατηγέτην glorioſum Ducem Deum ab eodem Nicephoro appellatum ſupra vidimus

mus Acroaſ. I. v. 63., ubi illum invocat, ut ad auxilium ſibi ferendum contra barbaros veniat.

35. Στόμα. Os nempe, ſeu hiatus foſſae illius, in quam Saracenos caeſos incidiſſe ſuperius enarravit.

36. Ἡ πικρία. Hoc verbum, quod in Codice ob chartae vitium ferme omnino periit, quodque ideo Cornelius penitus omiſit, ex litterarum veſtigiis adhuc ſuperſtitibus ſic legendum videtur.

40. Ὀδοιποιήσαι. Ita Codex, non ὀδοιποιῆσαι, quemadmodum edidit Cornelius.

Ibid. Εὐκόλως. Ita Codex, non ἀκόλως, ut in editione Cornelii. Nicephorus, ut viam ad commodum ſui exercitus facile coaequaret, hiatum illius foſſae iuſſit repleri: cumque ea prope moenia Saracenorum eſſet, ne milites, dum opus perficiunt, a barbaris laedi poſſent, eos teſtudinibus protegi mandavit. Porro haec teſtudo machina erat tectoria, e corio, duriorique alia materia deſuper contecta, quae muris admota, tuto in ſe milites continebat. Hunc Theodoſii locum apprime illuſtrat Iulius Caeſar de Bell. Civil. lib. II. cap. 2., ubi ita inquit: *Antecedebat teſtudo pedum LX.* AEQUANDI LOCI CAUSSA, *facta item ex fortiſſimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis iactus, & lapides defendi poſſent.* Vide plura apud Vitruvium lib. x. cap. 20., & 21.

44. Ἄγε. In editione Cornelii legitur ἀὴρ, ſed ἄγε reſtituendum eſſe contextus certe, ac ſenſus ipſe Poëmatis expoſcere videntur.

45. Τοῦ σοῦ χιτῶνος. Teſtudinem nempe, quam veluti veſtem quamdam, ſeu tegumentum metaphorice deſcribit.

Ibid. Τὸν. Omiſit hunc articulum Cornelius: qua de re verſum edidit claudicantem.

46. Ἀντανεκλάσας. Damnum, quod barbari Graecis inferre conabantur contra ipſos cedebat: nam Graeci teſtudini incluſi, ex ipſius machinae meatibus conſulto tutis in locis ad hoc exciſis, contra illos tela mittebant, quae eos ſupra turres, & moenia in apertum ſtantes plurimum laedebant.

48. Κάτω. Sic Codex; Cornelius aliter legerat, ſed ita emendandum bene coniectavit.

52. Κριὸν. Pro κριὸς poſitum arbitror, ſeu errore Librarii, ſeu potius aevi vitio, quo Graecae linguae elegantia magna ex parte perierat.

53. Κριὸς. Nicephorum haſce machinas ad oppugnanda Saracenorum moenia adhibuiſſe narrat etiam Leo Diaconus, ita ſcribens: *Qua re perſpecta Praetor petrarias quantocyus adduxit, illiſque lapidum imbre barbaros peti iuſſit. Ad haec etiam obſidionalem peculiarius machinam (arietem Romani vocant) adhibuit: petrariis autem crebra ſaxorum pondera rotantibus, facili negotio Barbari repreſſi ſunt: interimque ariete muris admota maiore impetu quatiente, viri non pauci foſſam ſubiere.* Vid. Pag. ibid. pag. 874.

Ibid. Χελώνης τέχνας. Teſtudines ſcilicet oppugnatorias ab iis, quas ſupra memoravit, diverſas, ideoque & ab eo aliter nuncupatas. Erat haec machina quatuor ſuffulta rotis, quo facilius, ubi opus foret veheretur, crudiſque animalium coriis ad ſui munimen extrinſecus contecta. Continebat ea milites ad muros ſuffodiendos, & ad eos deinde quaſſandos libratus aries contorquebatur. Optime eam deſcripſit hiſce verbis Vitruvius lib. x. cap. 19. *Ceteras autem Chalcedonius de materia primum baſim ſubiectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectariis, & iugis varas, & in his ſuſpendit arietem, coriiſque bubulis texit, ut tutiores eſſent, qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati. Id autem, quod tardos conatus haberet, teſtudinem arietariam appellare coepit.* Huiuſmodi machinae iconem exhibuit Lipſius in Polyorcetico Dial. VIII. Tom. III. Opp. pag. 279.

55. Κλιμάκων ἀναλύτων. Scalae hae ſunt, quae compactiles, ſeu ſolutiles dicebantur. Hae pluribus conſtabant partibus, earumque gradus ita erant compoſiti, ut facile removeri, ac ſtipite coeunte quaſi in vaginam recondi poſſent. Κλιμάκας πτυκτὰς, hoc eſt *ſcalas plicatiles* appellavit illas Appianus in Ibericis, magiſque ad rem noſtram διαλυτὰς, *ſolutiles* nempe, Plutarchus in Arati Vita pag. 317., ubi ait Aratum obſeſſurum Sicyonem, eas in modios frumentarios coniectas, recondidiſſe.

57. Οἱ. Hunc a Cornelio omiſſum articulum, cum Codice reſtituimus.

61. Τὰς κάρας. Terribile certe ſtratagema ad terrefaciendos hoſtes a Nicephoro excogitatum, iaciendi nempe fundarum ope abſciſſa barbarorum capita, ut vel ab ipſis concivibus ſuis percuſſi caderent. Nullus hiſtoricorum, quorum ſcripta ad nos pervenere, tale Nicephori commentum recenſuit: ſed fortaſſis de eo mentionem fecerat Leo Diaconus, qui plura in hac Cretenſi expugnatione Nicephori ſtratagemata, teſte Pagio ibid. pag. 874. memoraverat.

62. Ἀπόπληκτον. Ita melius corrige pro Ἀπόπληκτων.

68. Θανὼν ὡς. Ita lego haec verba, quae mendoſa, & manca edidit Cornelius.

77. Σούρπ. Saracenorum perturbationem, clamoremque inter eos excitatum rei crudeliſſimae novitate, propria eorum lingua, ac dialecto exprimit Theodoſius. Verba videntur Turcica, ſed difficillimae interpretationis, quia obſoleta, & Graecis litteris, fortaſſe non ſine librarii mendis expreſſa. Si quid interim emerſerit, dabimus ad calcem.

82. Ἀμηρᾶς. *Amir* vox Arabica, quae dominum, ſeu dominatorem ſignificat, ex qua, tum apud Graecos, tum apud Latinos ſequioris aevi deducta ſunt plura vocabula ad ſignificandas apud Saracenos, & Turcas varias, quas habe-

habebant, cum aliquo imperio dignitates. Quin etiam ex ea voce apud nos in honore eſt titulus *Ammiraglio*, qua Siculi ſummos claſſium Praefectos ad Saracenorum imitationem adpellaſſe videntur primi. Porro Amerae huius in Creta tunc imperantis nomen reticet Poëta, ſed nobis illud innoteſcit ex Anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n.XI. pag. 298., & ex Cedreno pag. 643., qui eum Κυρώπας *Curupam* vocant, necnon ex Simeone Magiſtro, & Logotheta, in Rom. Iun. num.IV. pag.498., qui paullo aliter Κυρώπα *Curopam* eum nuncupat.

83. Τὸν ἐκ πύλου. *Pylium ſenem*, Neſtorem nempe, quem tamquam Graecorum diſertiſſimum ſaepius deſcribit Homerus.

108. Αὐθαδῶς. Cornelius minus correcte, nulloque ſenſu edidit ἀφθαδῶς.

Ibid. Ἡπλωμένος. Curupas certe imperium ſuum extendere nitebatur, quoniam barbari, teſte Anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n.VII. pag.296., πολλὰ δ᾽ ἀνὰ, καὶ κακὰ καὶ αἰχμαλωσίας καθ᾽ ἑκάστην εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐποιοῦντο, ἀφ᾽ ὅτου ταύτην τὴν μεγάλην νῆσον ἐπόρθησαν. *Damna multa, ac mala quotidie Romanis inferebant, captivoſque, ac praedas abigebant, quo ex tempore vaſtam eam inſulam ſuae ditionis fecerant*: ſed potiſſimum ob victoriam de Graecis nuper reportatam nimis inſoleſcentes, Romani Imperii loca in ſervitutem redigebant. Audi ſaepius laudatum Leonem Diaconum: *Etenim infortunio, quod Romanis nuper acciderat, immenſum ſuperbiens, Romanae ditionis littora, locaque maritima praedationibus maxime infeſtabat*. Vid. Pagium ibid. pag. 873.

111. Ἐκ τῶν ὀπῶν. Saracenos extra urbem palantes, antra, & impervia loca habitaſſe teſtatur mox laudatus Theophanis Continuator Anonymus in Rom. Iun. num. X. pag. 298., ſcribens: Μαθὼν δὲ ὁ Νικηφόρος ὅτι οἱ ἔξω τοῦ κάστρου ἀποκλεισθέντες εἰς τὰ στενώματα, καὶ κλεισούρας καὶ ῥυάκια, καὶ ὕλη καὶ ὄρη προσέφυγον. *Intellexit autem Nicephorus, eos qui urbe excluſi erant, in anguſta, & clauſuras, alveoloſque, & ſaltus, & montes confugiſſe*.

122. Προφάτης οἶδε. Confictam Moamethis viſionem de Paradiſi beatitudine recitat Arabice, & Latine Ludovicus Marraccius in P. II. Prodromi ad Refutationem Alcorani pag.20., ubi haec leguntur: *Sunt autem ibi calices ad bibendum tot numero, quot ſunt ſidera in caelo: & puellae, & pueri miniſtrantes in Paradiſo ad manducandum, & bibendum: & adoleſcentulae pulcherrimae, quantum cogitari poſſit; ex quibus ſi una appareret in caelo, vel in aëre nocturno tempore, illuminaret mundum univerſum, non ſecus ac ſi eſſet ſol lucentiſſimus: & ſi ſpueret in mare, certe mutaret ſalſedinem eius in mel, & amarorem aquarum eius in dulcedinem, & ſuavitatem*. Verum propius hoſce Theodoſii verſus illuſtrat Cedrenus Hiſt. Comp. pag. 422., ubi de impiis Moamethis dogmatibus diſſerens, inquit: Εἶναι δὲ τρεῖς παραδείσους ἐν τῷ παραδείσῳ φλυαρεῖ, ἕνα μέλιτος, καὶ ἕτερον γάλακτος, καὶ ἕτερον οἴνου. *Praeterea nugatur in Paradiſo tres eſſe Paradiſos, unum mellis, alterum lactis, vini tertium*.

126. Μεταστὰς τοῦ σκότους. In tenebricoſis locis impios detineri ſcripſit Moameth, ubi vento urente, ferventeque aqua excrucientur: ita enim in Alcorano Sur. LVI. num.44. inquit: *In vento urente, & aqua fervente morabuntur: & umbra, & fumo nigerrimo*.

133. Τὰς ὁδοὺς προμηνύων. Eadem narrat Theophanis Continuator Anonymus in Rom. Iun. n. X. pag. 297., ita ſcribens: Ἔμπροσθεν δὲ ὁ συνετὸς ταχυδρόμους γαλέας ἀποστείλας, κατασκοπῆσαι, καὶ ἀγρεῦσαι γλῶσσαν προσέταξεν. *Miſſis itaque vir prudens, ac catus, quae claſſi praeirent, celeribus galeis, explorare iuſſit, ac indigenas loci, rerumque indices captare*.

139. Σταθεὶς. Mancum hoc verbum edidit Cornelius, quoniam in Codice ob chartae vitium primae eius litterae ferme omnino deletae ſunt.

142. Κνὰς. Litterarum veſtigia adhuc in Ms. exſtantia diligenter conſiderans ita legendum hoc verbum cenſui, quod in Cornelii editione deſideratur.

145. Ἰδὼ. Eadem ex cauſſa huius etiam verbi primas tantum litteras innuit Cornelius.

152. Τῆς Ἄγαρ τέκνα. Agareni ſcilicet, ita dicti, quod ab Iſmaële deſcenderent filio Agar ancillae Abrahae, quam ipſe, permittente Sara, duxit in coniugem. Huiuſmodi populos etiam veteres cognoverunt: Agarenos enim memorant ſacrae Paginae Pſalm. LXXXII. v. 6., necnon Plinius lib. VI. cap. 28., qui Arabiam Felicem habitaſſe dicit, & Strabo lib. XVII. pag. 528., qui ipſos Nabathaeis adiungit. Obſervandum tamen, quod Agarenorum nomen a recentioribus ſcriptoribus latiori modo ad deſignandos omnes cuiuſcumque regionis Arabas, ac Saracenos uſurpatum fuit. Agraei etiam ii nuncupati occurrunt, ab Agar, urbe Arabiae Petreae principe, cui eamdem Agar Abrahae uxorem nomen dediſſe contendunt nonnulli.

161. Τῆς φυγῆς ἡ ζημία. Hanc a Nicephoro habitam ad milites allocutionem nullus ex Graecis, qui adhuc reſtant, huius expeditionis ſcriptoribus recenſet. Plura tamen his ſimilia ſunt, quae adlocutum eſſe Nicephorum ad milites alia occaſione refert Theophanis Continuator Anonymus in Rom. Iun. num. XII. pag. 299., ex qua haec ad rem noſtram accipe: Λάβωμεν πίστιν τὴν τὸν φόβον φονεύουσαν· ἀναλογισώμεθα ὅτι ἔνδον ἐσμὲν τῆς Συριακῆς νήσου· μέγαν κίνδυνον ἡ φυγὴ ἀπὸ τῶν ὧδε φέρει. *Fidem arripiamus, quae timores perimit: animo reputemus nos in Syriaca inſula verſari. Ingens periculum eſt, ſi inde fugerimus*.

166. Θεὸς γάρ. Haec etiam a praefata, quam Theophanis Continuator recitat, allocutione illuſtran-

luſtrantur: ibi enim ſic Nicephorus loquitur: Στῶμεν καὶ καρτερήσωμεν εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς συνεργήσει ἡμῖν, καὶ ὀλέσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ πορθήσονται τὸ κάστρον τῶν ἀλαζόνων τοῦ Χριστοῦ. *Stemus intrepidi, adverſaque acie Chriſtum negantes infideles audacter appetamus, feretque ſuppetias Chriſtus Deus noſter, hoſteſque profligabit, ac ſuperborum, eique inſultantium oppidum arcemque diruet.*

169. Τειχισμάτων. Sic recte Codex, quod mendoſe edidit Cornelius, etſi ita eſſe emendandum adnotavit.

171. Χώραν. *Stationem* ſcilicet, ſeu *ſedem*, in qua tunc dies conſiſtebat. Eleganter autem dixit diem ſedem tertiam habuiſſe, ut horam ipſius tertiam indicaret.

174. Ὡς ὄνειδος. Turcarum morem ſatis notum tangit radendi ſibi capita. Quod autem addit, ὡς ὄνειδος, Romanorum, Graecorumque morem reſpicit, apud quos vilibus, & ignominioſis hominibus capita radebantur. De ſervis, atque ad opus publicum damnatis ita Artemidorus Oneirocrit. lib. I. cap. 22: Ὁπότερον δ' ἂν τῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχῃ τις ἐκ τῶν ἐνυπνιωδῶν, καταχριθήσεται τὴν εἰς ἔργον δημόσιον κατὰ δίκην· τοῦτο γὰρ καὶ παράσημόν ἐστι τοῖς καταδικαζομένοις. *Utram autem capitis partem quis nudam habet, ut non probe cognoſci queat, damnabitur in opus publicum adiudicatus. Hoc enim etiam iſtic inſigne eſt damnatis.* Qua de re Polygnotum, ut ſervilem Aethrae Theſei matris conditionem oſtenderet, deraſam uſque ad cutem eam pinxiſſe obſervat Pauſanias Phocic. lib. X. cap. 25. Scurras item, alioſque viles homines raſo fuiſſe capite teſtatur Iuvenalis lib. I. ſat. V. v. 171. ita inquiens:

pulſandum vertice raſo
Praebebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

188. Ἡμᾶς. Ita ad fidem Codicis ſuo loco hoc pronomen repoſuimus omiſſum in editione Cornelii.

194. Πλατυνθῇ. Sic bene emendandum quoque cenſuit Cornelius.

198. Βρυχλῷ. Cornelius legendum maluit βροχλῷ, ſed nihil immutandum: βρυχὴ enim pro *tempeſtate*, ac *procella* bene ponitur.

204. Ἐγκρυμμάτων. Cornelius male legit ἐγχρημάτων. Ἔγκρυμμα ad deſignandas militares inſidias paſſim uſos eſſe Graecos ſcriptores conſtat. Ceterum ἔγκρυμμα a κρύπτομαι, quod eſt *ſe abdere*, derivatum contendit Euſtathius in ſuo ad Homerum Commentario pag. 932. edit. Rom. ſcribens: Ὅθεν καὶ ἔγκρυμμα τὸν λόχον ὁ τοῦ δήμου ἄνθρωπος λέγει· κρύπτονται δὲ πάντως εἰ μὴ τεταμένοι ἑστῶτες, ἀλλ' ἀναγκαίως ἐν τῷ συνιζάνειν συστέλλοντες ἑαυτοὺς, ὡς μὴ περιφαίνεσθαι. *Quare & ἔγκρυμμα inſidiae vulgo dicuntur: occultantur enim omnino, qui coarctati ſtant, ac neceſſario, dum inter ſe coëunt, contrahunt ſemetipſos, ne videantur.*

Ibid. Plura huius generis ſtratagemata referuntur a Polyaeno lib. II. cap. 1. num. 27., lib. V. cap. 10. num. 4., cap. 16. n. 2., lib. VIII. cap. 3. num. 2., & alibi.

233. Ἐντεροπώλης. *Viſcerum* nempe *venditor*; πώλης enim apud Graecos pro venditore adhibetur. Frigent, quae fuſius quam par eſt, hic proſequitur Theodoſius.

242. Ἡ δίκη. *Deus*, ſeu *iuſtitia divina*; Δίκην Dei comitem, divinaeque legis vindicem, ideoque ex Iove ipſo genitam finxerunt veteres.

245. Ἡ κόνις. Ita ex Codice reſtitue. Ἀκόνης, nullo certe ſenſu, edidit Cornelius.

246. Ὁ πλατὺς .... Verbum, quod ultimo loco ſubſequitur, adeo eſt deletum in Codice, ut ne eius quidem veſtigia dignoſci poſſint. Στόνυξ forte, ut arbitror, vel quid aliud ſimile ibi eſt reſtituendum, quaſi nimirum Cretenſis illius gigantis occiſio maximam Nicephoro gloriam attulerit.

251. Φραγμὸς. Cornelius quoque ita eſſe corrigendum bene adnotavit.

261. Δουλοσπόρων. Ex ſervili progenie genitos Agarenos vocat, utpote qui ex Iſmaële filio Agar, quae Abrahae famula erat, originem ſuam ducerent. Mohamet enim, ut ſcribit Cedrenus Hiſt. Comp. pag. 421., genere, ac tribu Iſmaëlita fuit, ad Iſmaëlem Abrahami filium genus referens.

266. Ξέρξης. Male edidit contra Cod. fidem hoc nomen Cornelius: ſed bene ad oram paginae correxit.

Ibid. Θαλλασσῶσαι. Celebre apud Hiſtoricos eſt Xerxis facinus, qui Athon montem a continente abſcidit, per eum mare derivans, ut ſuis navibus commodum praeberet tranſitum. Audi Plinium ita de hac re diſſerentem lib. IV. cap. 10: *Fretum, quo montem Athon Xerxes rex Perſarum continenti abſcidit in longitudine paſſuum* MD. *Mons ipſe a planitie excurrit in mare* LXXV. *mill. paſſ.* Hoc idem, ut alios praeteream, memorat etiam Pomponius Mela lib. II. cap. 2: *Qua continenti Athos adhaeret, Xerxe in Graios tendente, perfoſſus, tranſnavigatuſque eſt, factus freto navigabili pervius*; unde Lucanus Pharſal. lib. II. v. 676. cecinit:

cum vela, rateſque
In medium deſerret Athon.

ADNOTATIONES IN TERTIAM ACROASIM.

Verſ. 1. Τῆς ἀβύσσου. Quod in ſe continet immenſam aquarum multitudinem, ἄβυσσον Graeci dicunt. Hic autem *Abyſſi* nomine intelligitur maxima aquarum congeries in aëre a Solis attractu collecta, ex qua pluviae, ac tempeſtates gignuntur; ideoque additur πολυστόμους χύσεις, *qui habet effuſiones ex multis oſtiis erumpentes.*

8. Ἐν Σταγειρίταις. Ita Codex; ſed malim legi: Σταγειρίτης ἢ Πλάτων. Stagiritam dictum fuiſſe Ariſtotelem, quod Stagirae natus eſſet, nemo ignorat.

9. Ὁ κρατῶν. Demoſthenes inter Athenienſes ſummus, ac plurimum pollens dicitur, vel quod, poſt mortem Alexandri, & Antipatri, rebus Graeciae praepoſitus fuerit, vel potius, quod prae omnibus doctrinae, & eloquentiae laude excelluerit.

10. Ὁ κρέων. Pindarum intellige Lyricorum Poëtarum principem.

14. Κρατεῖ. Ad fidem Codicis hoc verbum reſtitui, in editione Cornelii praetermiſſum.

28. Πόλεις. Πόλαις ſcripſit Codicis librarius, ſicque ad eius fidem edidit Cornelius; nos πόλεις emendavimus.

32. Ἡρακλῆς. Quum Laomedon Troiae moenia moliri ſtatuiſſet, Neptunum, & Apollinem ad opus pacta mercede conduxit, quam poſtea Laomedon perſolvere recuſavit; qua de re Neptunus ira percitus *omnes*, ut inquit Ovidius Met. lib. XI. v.207., *inclinavit aquas ad avarae littora Troiae*: neque hoc contentus Heſionem quoque Laomedontis filiam, & Priami ſororem, ceto obiiciendam popoſcit, quam *dura ad ſaxa revinctam* Hercules liberavit.

34. Τοῦ συνὸς. Vitioſum eſſe hoc verbum arbitror, ac potius legendum θηρός. Meleagri fabulam, qui patriam ſuam Calydonem ab immani illo apro a Diana vindici animo immiſſo, totumque regnum evaſtante liberavit, ſatis omnes cognoſcunt. Non adeo autem ſe praeclare geſſiſſe ait Meleagrum, dum feram illam interfecit, ut Romanus Imp., ſeu potius Nicephorus, qui mundum univerſum a Cretae tyranno, regiones omnes praedationibus plurimum affligente, vindicavit.

36. Ἀλωεῦ. Aloëi filii Otus, & Ephialtes gigantes Cretenſes, ut loquitur Apollodorus lib. I. pag. 15: Ἔδησαν δὲ καὶ Ἄρην· τοῦτον μὲν οὖν Ἑρμῆς ἐξέκλεψεν. *Martem inſuper in vincula coniecere, quem demum Mercurius furto eripuit*; hinc Claudianus de Bello Get. carm. XXVI. v. 67. cecinit:

Quid mirum, ſi regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos aſper Aloëus,
Martem ſubdiderint vinclis?

Sed prae ceteris omnes hos Theodoſii verſiculos illuſtrat Homerus Iliad. lib.V. v. 385. ubi ait:

Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης
Παῖδες Ἀλωῆος δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ·
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας·
Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἆτος πολέμοιο,
Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν· ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἄρηα
Ἤδη τειρόμενον· χαλεπὸς δέ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα.

Paſſus eſt quidem Mars, quando ipſum Otus, fortiſque Ephialtes
Filii Aloëi ligaverunt validis vinculis.
Aereo autem in carcere ligatus fuit tredecim menſes:
Et quidem ibi periiſſet Mars inſatiabilis belli,
Niſi noverca perpulchra Eeriboea
Mercurio illud indicaſſet: hic autem furtim ſubduxit,
Iam dura enim ipſum vincula conficiebant.

38. Οὐ μητρυιὰ. Eeriboeam ſcilicet, quam ope Mercurii, Martem ex aereo illo carcere liberaſſe ex Homero mox vidimus. Dicit autem, quod in Cretenſi hac expeditione, non Eeriboea, ſed ipſe Deſpota Martem in libertatem vindicaverit, ut iterum de Cretenſi tyranno vindictam ſumeret.

47. Πελλαῖς. Ita Codex, ſed librarii oſcitantia. Lege πελλῶν.

59. Κύριε. Verba ſunt ex Pſalmo XXVII. v.1., paullulum a Poëta immutata, ut verſus menſurae accommodaret.

61. Ἐν βόθρῳ. Cornelius a Codicis lectione recedens edidit ἐμβόθρων.

68. Ὡς Μωσῆς. Victoriam adverſus Amalecitas a Ioſue precibus Moſis reportatam innuit. Legitur in Exod. cap. XVII. v. 11: *Cum levaret Moiſes manus, vincebat Iſraël: ſin autem paullulum remiſiſſet, ſuperabat Amalec*. Qua de re quum manus Moiſis fatigarentur, Aaron, & Hur ex utraque parte eas ſuſtentarunt, *fugavitque Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladii*.

73. Ἐπιστάσης. Sic ad fidem Codicis emendavimus hoc verbum, quod minus correcte edidit Cornelius.

80. Περιωχυρωθεὶς. Ita cum Codice hoc verbum corrige mendoſe editum a Cornelio.

Ibid. Ἑπτασήμαντος. Hoc verbum, quod alibi non reperias, adhibet Theodoſius, ut indicet exercitum Saracenorum fuiſſe ſepties a Graecis victum, ac profligatum, quod quidem inferius magis aperte teſtatur. Compoſitum autem illud eſt ex ἑπτὰ, & σημαῖον, quaſi Graeci ſeptem tropaea erexerint.

94. Ἐκ τῶν ἀδήλων. Romanum Imperatorem incognitis equitibus ſtipatum exercitui ſuo a facie barbarorum fugienti mirabili modo apparuiſſe, verbiſque ad proelium confirmaſſe, nullus ex ſuperſtitibus Hiſtoricis commemorat, nec dubito fictam eſſe fabellam ad ornatum Poëmatii.

115. Μεμηνότα. Mallem μεμηνότες, quod carminis explicationi magis cohaereat.

117. Λελειμμένοι. Qui nempe ſuperſtites evaſerant ab accepta clade. Audi Leonem Diaconum: *Tandem multis eorum caeſis in fugam vertuntur per anguſta viarum cedentes. Romani vero eos inſequuti dire trucidabant; qui vero hactenus ſuperſtites erant, ac quotquot ardor belli non demeſſuerat, proiectis armis in praeceps vertebantur*. Vid. Pagium ibid. pag.875. Cornelius a Codicis lectione recedens edidit λελεγμένοι.

126. Ἔπαθον. Nihil hic verbum ἔπαθον, nec dubito quin ſit legendum ἔτραπον.

127. Τίς.

127. Τίς. Cornelius legendum eſſe coniectavit τίς ὡς, quoniam, inquit, *& carmen, & ſenſus melius ſe habebunt.* Senſus certe, addita particula ὡς, magis perſpicuus foret, ſed carmen nullo modo melius ſe haberet, quum nihil in eo deſit ad ſenarii complementum. Quare nihil eſſe addendum arbitror, praedictamque particulam potius eſſe ſubintelligendam.

Ibid. Ἰδομενεύς. Idomeneus Rex Cretenſis, qui maxime in Troiano bello inclaruit. Hic cum poſt everſam Troiam cum ſuis reverteretur, & dira tempeſtate eius claſſis agitaretur, devovit Diis ſacrificaturum ſe rem, quae ei primum occurreret. Itaque filium, qui primus ei obviam venit, ſacrificavit, vel, ut aliis placet, ſacrificari iuſſit, ob quam cauſſam a civibus regno pulſus, Salentinum Calabriae promontorium divertit, ubi civitatem condidit.

129. Τὰς. Sic Codex, & ſic quoque Cornelius emendandum cenſuit.

130. Ἀτρέως γόνος. Agamemnonem intellige Atrei ex Aerope filium. Is Idomeneum ad proelium adverſus Troianos forti animo committendum, teſte Homero Iliad. lib. IV. v. 251. excitavit. Quod autem inquit, τὰς ἀπειλὰς ἐξωνείδιζεν, Agamemnonem nempe Idomeneo minas, quas antea ille contra Troianos intentaverat, exprobraſſe, ad eadem Agamemnonis verba ab Homero allata reſpicit. Ibid. v. 264., ubi ait:

Ἀλλ' ὄρσευ πόλεμόνδ', οἷος πάρος εὔχεαι εἶναι.

Sed prorumpe ad bellum talis, qualis antea gloriabaris.

131. Παρελθεῖν ... τὸν βίον. Βίον hic pro *bonis*, ſeu *fortunis* adhibetur, quo ſenſu plures Graeci, tum Poëtae, tum Oratores uſurparunt, adeo ut παρελθεῖν τὸν βίον *a bonis deficere* ſignificet. Melius itaque ſe geſſiſſe affirmat Idomeneum, qui e Creta pulſus abſque certamine regno ceſſit, ne patriam ſuam perderet, quam Saraceni, qui Graecorum armis reſiſtentes patriae ſuae perniciem calamitoſiſſimam moliebantur.

133. Χάρων. Homines terribili ſqualore, ac pravo, turpique animo praediti ſic per convicium dicebantur. Apuleius de Sicinio Aemiliano ſui accuſatore ita inquit in Apologia pag. 497: *Igitur agnomenta ei duo indita; Charon, ut iam dixi, ob oris, & animi duritatem: ſed alterum, quod libentius audit, ob Deorum contemptum Mezentius.*

143. Ὁ θήρ. Sic Codex, contra cuius fidem Cornelius edidit ὁ θὴρ, ſed emendationem ad oram paginae adiecit.

144. Στερηθεὶς σιτίων. Saracenis urbe incluſis annonam defeciſſe ſic enarrat Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XVI. pag. 300: Τῆς ξηρᾶς καὶ δαπάνης τῶν Κρητικῶν δαπανηθείσης, καὶ εἰς ἀνάγκην περιχωρησάντων, καὶ καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν Μάγιστρον αὐτομολούντων, ἐν τῇ τὰ πάντα Θεοῦ ἀνέχοντος προστάξει τῇ τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος ὁ Δομέστικος τῶν Σχολῶν τὸν στρατὸν πρὸς πολεμικὰς ὄντως παρατάξεις, διαφόρους συστησάμενος φάλαγγάς τε καὶ ἀσπίδας, καὶ σάλπιγγας. *Conſumpta Agarenis Cretenſibus omni annona, iiſque in anguſtias coactis, ac cum ex illis quotidie ad Magiſtrum ultro confluerent, Dei tandem cuncta moderantis imperio, menſe Martio, ſexta indictione, Scholarum Domeſticus aciem inſtruxit, diverſoſque ex illis cuneos, & phalangas, ac turmas conſtituit.*

148. Τεισίμφοις. Mendum huic voci ſubeſſe non dubito, magiſque placeret ξυμφοῖς. Porro advertas velim vocis ſingularitatem, non inconcinne tamen a Theodoſio confictam, ut in unius Dei imperio Trinitatem etiam exprimeret. Eam ex τρεῖς, ἕν, φῶς, ut videtur, compoſuit.

151. Πτωχῶς. Sic corrige ad Codicis fidem, quam contra Cornelius edidit πτωχοῖς.

155. Πάντα σὺν προθυμίᾳ. Perperam omnino legit haec verba Cornelius: ſed hanc ipſam Codicis lectionem ad oram paginae coniectando ſubiecit.

175. Ἐμβαλὼν ὄνον. Novum certe eſt ſtratagema, quod hic modo deſcribitur; & forte a Theodoſio confictum eſt, qui etiam alibi iocis indulget. Σφενδόνη autem de machina ex balliſtarum, ſeu catapultarum genere intellige, quae grandiora ſaxa contra hoſtes emittebant. De balliſta certe interpretatus eſt hoc nomen Philoxenus in Gloſſario, ſcribens: *Balliſta*, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν: quare balliſtas ipſas, ſeu petrarios monancones a quibuſdam σφενδόνας, *fundas*, appellari animadvertit Apollodorus Architectus in Poliorceticis pag. 40.

182. Χελωνόπους. Aſinum *teſtudineos pedes habentem* dicit, ob eius ſegnitiem, & tarditatem.

184. Ξέρξης. Vide, quae de hoc Xerxis facto ſuperius adnotavimus. Acroaſ. II. v. 266.

Ibid. Νέα. Corrige νῦν.

193. Ἀφάντων. Saracenos fame laborantes aſinum ex imperviis, occultiſque locis in cibum accepiſſe inquit, quoniam per aërem, ideoque per vias ſibi non proprias eis immiſſus fuerat.

195. Αὐτὰς. Sic bene corrigendum coniectavit Cornelius.

207. Φίλιππος ὁ πρίν. Philippus primus, quia alii poſt eum eiuſdem nominis Reges Macedonicum imperium obtinuere. Eum totius Graeciae dominatui ambitioſe inhiantem, & Athenienſes praecipue, quorum vires magis extimeſcebat, ſibi ſubiicere adnitentem, Demoſthenes vehementiſſime inſectatus eſt, ſeptem illas celeberrimas Orationes contra eum recitans, quarum tres Olinthiacae, quatuor Philippicae nuncupantur.

208. Φασὶς ἀεςσένως. Acute Theodoſius utitur verbo φασίς, quia fama fuit Olympiadem non ex marito, ſed ex Nectanebo, atque adeo ex Iove ſub draconis figura Alexandrum M. genuiſſe. *Namque mater eius Olympias*, inquit Iuſtinus lib. XI. cap. 11., *confeſſa viro ſuo Philippo fuerat*,

rat, Alexandrum, non ex eo ſe, ſed ex ſerpente ingentis magnitudinis concepiſſe. Denique Philippum ultimo prope vitae ſuae tempore, filium ſuum non eſſe palam praedicaverat. Qua ex cauſſa Olympiadem, velut ſtupri compertam, repudio dimiſerat. Qua de re bene adnotat Freinshemius in Supplementis ad Q. Curtium lib.I. cap.1. num.15: *Nec deſunt, qui fabuloſum id quidem, non tamen adulterium matris falſo iactatum adſerant.*

209. Κάρβων. Cn. Carbo, cuius plurima fuit in Republica auctoritas, partes Marianas ſequutus. Is in tertio ſuo Conſulatu iuſſu Pompeii in Sicilia ad ſupplicium ductus eſt, ibique, dum alvum ſibi levaret, caput ei abſciſſum. Conſule Valerium Maximum lib.IX. cap.13. §.2.

Ibid. Ὁ τοῦ Πομπηίου. Sic Codex, quem erroris arguit Cornelius, & ſufficit nomen Καίσαρος, quia Brutus Caeſarem, non Pompeium percuſſit. Mihi tamen vix perſuadeo, ſcriptorem Codicis adeo turpiter erraſſe, ut duo nomina adeo inter ſe diverſa in ſcribendo confuderit. Itaque aliquem potius verſiculum intermedium omiſiſſe malim: quod facilius evenire ſolet. Porro cum Iulius Caeſar in Curia Pompeii, ubi Senatum coëgerat, a Bruto ante eiuſdem Pompeii ſtatuam fuerit perfidioſe confoſſus, veriſimillimum eſſe videtur Theodoſium huius rei meminiſſe, adeo ut dixerit, quod Brutus Pompeii manibus litans, Caeſaris ſanguine pugionem tinxerit, vel quid ſimile, quod commode in intermedio verſiculo poſſit aptari.

223. Κρίται. Ita exſtat in Codice: ſed errore forſan librarii. Cornelius opportune corrigendum adnotavit κρίτης.

227. Δίωνα. Cur Dionem cicadam, ac ſapientem lyram appellet non bene intelligo, Poëtae enim potiuſquam Hiſtorico hae appellationes conveniſſent, niſi quis malit a Theodoſio Dionem ita eſſe appellatum propter eius ſingularem facundiam, elegantemque ſtilum.

231. Τὸν τοῦ Φιλίππου. Philippi filium, ſcilicet Alexandrum Magnum, cuius vitam, ac res ab eo praeclare geſtas copioſe deſcripſit Plutarchus.

ADNOTATIONES IN QUARTAM ACROASIM.

Verſ. 2. ἘΝ ἀποδημίαις. *In exſilio, ſeu procul a patria*: nam inter plures, quas huic voci Graeci explicationes tribuere, ea potiſſimum, licet minus obvia, Theodoſii ſenſum exprimit.

4. Χειμῶνι πολλῷ. Graecos contra barbaros in Creta militantes, frigore adeo fuiſſe afflictos, ut domum reverti cogitaverint, tum Simeon Magiſter, & Logotheta in Rom. Iun. num.II. p.498., tum Continuator Theophanis in Rom. Iun. n.XII. pag.299. ſcripſere: atque is quidem Nicephori quoque adlocutionem, qua milites detinuit, a Simeone tantummodo indicatam, integram recitat. Verum Theodoſius hoc militum conſilium, & Nicephori adlocutionem omnino reticuit, qua in re cum Leone Diacono conſentit, qui, quantum ex eius excerptis colligi poteſt apud Pagium ibid. pag. 875., idipſum commemorare praetermiſit.

7. Φαραγγώδεις τόπους. Vide, quae ſuperius notavimus Acr.II. v.111.

8. Ἐξελαθέντες. Ita bene Codex, non ἐξελαθέντες, ut legit Cornelius, qui ideo verſum claudicantem edidit.

14. Λαγωῶν. Sic ex Codice reſtitue: at λαγῶν forte errore typographi in editione Cornelii irrepſit.

21. Σκέπαις ἐπακταῖς. Σκέπη eſt proprie *tegumentum*, ſed hic pro locis occultis, & imperviis interpretandum cenſeo, eo modo, quo σκεπεινοὺς τόπους eodem ſenſu notatum occurrit apud Suidam, quare & adiectivum ſubſequens ἐπακταῖς loca *obſtructa*, aut aſpera, ſeu, ut inquit Virgilius Aen. v. 662., *loca ſenta ſitu* ſignificat, quum a verbo ἐπάγω *obſtruo, ſepio*, ſit derivatum.

29. Ἀντὶ. Cornelius, Codicis fidem non ſequutus edidit αὐτὸν, ſed ita eſſe corrigendum notavit.

30. Πίναν. Sic optime Cornelius emendavit pro ποιῶν, quod hic locum habere non poteſt. In Codice non ſatis clare haec vox legitur, ſed πίναν ſcriptum eſſe videtur.

33. Ὁ Καραμούντης. Non ad principem Cretae Ameram hoc nomen refer, quem Curupam fuiſſe dictum ſuperius Acroaſ.II. v.82. vidimus. Nec te moveat hunc etiam a Theodoſio inferius v. 134. Ameram nuncupari: nam plures Cretae Ameras fuiſſe ex Cedreno pag.643. diſcimus, qui praeter Curupam alium etiam memorat nomine Anemam, quem ſupremam poſt Curupam poteſtatem habuiſſe ſcribit. De Caramunte tamen nulla ibi mentio: non enim hic Caramuntes cum Caramone a Cedreno ibid. pag.642. item memorato ullo modo eſt confundendus, quum is Tarſi dominus & Ameras fuerit.

37. Προσευτρέπιζεν. Cornelius male omnino legit προσευτρέπιζεν.

39. Πάντας. Ex Codice ſic corrigimus, quum ταύτας non bene apud Cornelium legatur.

53. Καὶ. Cornelius Codicis fidem non ſequutus, neſcio qua ratione ὡς ediderit.

54. Πατρῷον. Perperam πατέρων legitur in editione Cornelii, contra Codicis fidem, & verſus menſuram.

55. Ἐν. Hanc eſſe Codicis lectionem videtur. Cornelius legit ἐν, verſumque ideo claudicantem edidit.

60. Ἰσμαὴλ. Vide ſupra ad Acr.II. v.261.

64. Καὶ. Omiſit hanc particulam Cornelius, quae

quae quidem in Codice adeo eſt evanida, ut vel diligenter inſpicientem facile effugiat.

69. Τοὺς ἔνδον. Cretenſes intellige, qui obſidione, fameque afflicti in urbe erant incluſi, quoſque Graeci milites ante portas urbis adſtantes, ne egrederentur, prohibebant. Ita ſane magis placet, quam de Graecis ob frigus domum reverti cogitantibus id interpretari, quod ea explicatio obſcurum nimis Theodoſii ſenſum redderet, eo magis, quod Nicephorus tumultuantes milites non vi, ſed verbis, & adhortationibus detinuerit.

75. Θρακησίων. Thraces etiam ſub Nicephoro in hac expeditione militaſſe refert Continuator Theophanis in Rom. Iun. num.XVI. pag.300.

78. Ἑπτάκις. En ubi Theodoſius perſpicue narrat Saracenos ſepties a Graecis fuiſſe profligatos: quod ſuperius obſcurius expreſſerat. Vide Acr. III. v.80., & quae ibi adnotavimus.

92. Τῶν μελῶν τὴν τετράδα. Occubuit nempe, dum magnam barbarorum faceret caedem, ad quam deſignandam dicit ſtrenuum hunc militem membra Saracenorum abſciſſa proieciſſe aeque ac ſi eſſent folia. Quatuor autem membrorum nomine exprimit, ut arbitror, caput, brachia, truncum, & crura.

108. Θεὸν. Difficile admodum lectu eſt hoc verbum in Codice, ancepſque haereo, an haec vera ſit lectio. Cornelius edidit ὃν, ſed id certe ſcriptum non eſſe apparet, eo magis, quod nec verſus menſura, nec ſenſus ipſe illud ferant.

129. Ἔῤῥιψεν. Sic ad fidem Codicis reſtitue: ἔῤῥεψε enim, forſan errore typographi, male edidit Cornelius.

ADNOTATIONES IN QUINTAM ACROASIM.

Verſ. 9. Τραῦμα. Ita melius, quam στραῦμα, ut bene adnotavit Cornelius.

20. Ταρσιωτῶν. Tarſum iam antea non ſemel fruſtra oppugnatam, Nicephorus Phocas, priuſquam bellum Cretenſe ſuſciperet, vaſto impete concuſſit, & Caramonem eius Ameram, teſte Cedreno Hiſt. Comp. pag.642. compeſcuit. Ubi vero Nicephorus ipſe ad Imperium evectus eſt, anno eius Imperii ſecundo, menſe Iulio, Indictione ſeptima, magno conſcripto exercitu eo ſe contulit, Tarſumque, ac Mopſueſtiam in ſuam poteſtatem redegit: reverſuſque Conſtantinopolim menſe Octobri, indictione nona, Tarſi portas, ac Mopſueſtiae ſecum adduxit, quas cum extrinſecus auro diſtinxiſſet, munus attulit regiae urbi dedicandum, alias ad arcem collocandas, alias ad aureae portae murum. Conſule, quae fuſius narrat praelaudatus Cedrenus pag.654., necnon Leonis Diaconi excerpta apud Pagium in Critic. Tom.IX. pag.8. 12.

21. Ἀράβων φυλή. Arabas tum veteres, tum recentiores, itemque Turcas in plures fuiſſe Tribus diſtinctos ex Hiſtoricis ſatis conſtat.

23. Δελεμιτῶν, βελεβιτῶν. Delemitarum nomine Saracenos procul dubio innuit Theodoſius; & forte hoc nomen duxit a Dhalem, qui primus religioſum quemdam cultum inter Arabas conſtituit. Ludit autem in verbis, inquiens, Romani Imp. *telum*, quod Graece βέλος dicitur, commutaſſe Delemitarum nomen in Belebitas.

27. Χαμδᾶς. Sic Codex: alii autem ſcriptores χάβδας ſcribunt. Porro Chabdas, ſeu, ut Continuator Theophanis, ac Simeon Magiſter ſcribunt, Chambdas fuit Chalepi dominus, & Ameras, quem a Leone Phoca primum domitum, poſtea Nicephorus, Chalepe everſa, penitus ſubegit. Videſis, quae fuſius in Monito praefati ſumus.

30. Παρέχει. Sic bene Codex: Cornelius neſcio qua cauſſa emendandum adnotavit παρέχεις, quod verbum, niſi error typographo ſit tribuendus, nec bene quidem ſe habet ſecundum Grammatices regulas.

31. Πολυξένης. Fallitur Theodoſius. Neque Polyxenae ad Achillis tumulum occiſionem, neque Troiae excidium Homerus deſcripſit.

35. Μυθοπλόκε. Sic ex Codice reſtitue. Cornelius male edidit μυθοπλόν, & coniecit eſſe corrigendum μυθοπλάνε.

36. Παντόφως. Ita melius ad fidem Codicis lege: παντοίφως enim, ut Cornelius edidit, non bene ſe habet.

37. Ὁ πηρὸς. Caecum Homerum appellat, plurimos tum Graecos, tum Latinos ſcriptores imitatus, quorum nonnulli ex hoc morbo *Homerum* fuiſſe dictum putant, quum antea Meleſigenes vocaretur: Ὁμήρους enim Iones, & Cumaei *caecos* appellant. Verum de Homeri caecitate conſule, quae fuſius, ac multifaria eruditione diſſeruit Leo Allatius de Patria Homeri cap.VIII.

40. Τοῦ Διὸς. Inter plures populos, qui ſibi Iovis natalia tribuerunt, Cretenſes potiſſimum de iis ſuperbire ſolitos, res eſt adeo pervulgata, ut nihil hic addere opus ſit.

41. Διὸς τυράννου. Theodoſius ſequutus ſententiam videtur, Iovem eumdem fuiſſe ac Picum, qui in Aſſyrios tyrannicum exercens imperium, flagitiiſque turpiſſimis regnum ſuum dedecorans, populo perſuaſit, ut eum veluti Deum praedicaret: ac quum diem ſuum obiiſſet, Cretae ſepultus, divinos deinceps honores ſub Iovis appellatione nactus eſt. Videſis, quae fuſe enarrat Cedrenus in Comp. Hiſtor. pag. 16. 17.

43. Στέγας. Huic voci nullus ſenſus aptari poteſt. Cornelius emendat στέγα, qua tamen ratione, & quo ſenſu, non intelligo. Equidem corrigerem στέξας, adeo ut ἂν στέξας indicet *paſſus eſt*, ſeu *permiſit*, nam hoc etiam ſenſu verbum στέγω apud ſcriptores Graecos occurrit.

46. Ταί-

46. Ταύτης. Malim ταύτην, ut in v.49., quem e contrario Cornelius ex hoc loco emendat ea ratione ductus, quod verbum κρατέω plerumque cum genitivo conſtruitur. Verum, licet rarius, ſcriptores Graeci accuſativum quoque ei tribuunt, ac Theodoſium ſic illud conſtruxiſſe, argumento eſt participium πέμπουσαν, quod alioquin emendare item debuiſſet Cornelius.

51. Τρικόγχῳ. Triconchum quod erat cubiculum in palatio Imperatorum tribus fornicibus exſtructum, ſaepe memorant ſcriptores Byzantini, quorum auctoritates refert Du-Freſnius in Deſcriptione Conſtantinopolis Chriſtianae lib.II. ſect.IV. num.11., & lib.IV. ſect.VII. num.1. Verum diverſo plane ſenſu hoc nomen adhibet Theodoſius, qui ad arma illud transferens adhibuiſſe videtur ad ſignificandum, quod Polybius lib.VI. pag.469. σιδηρὰν κόγχον appellavit, clypei nimirum umbonem, ſeu ferreum illud ſpiculum, quod in medio clypei prominebat, & erat triangulare. Non abſimiliter voce τρίκογχον ad triangulum deſignandum Graeci recentiores utuntur.

53. Μιαιφόνων. Ita Codex, & ſic quoque ad oram paginae emendavit Cornelius, quam inſeruit in textu non a veteri, ſed a novo ſcriptore vitiatam vocem.

62. Πνεῦμα. Sic habet Codex, & ſic Cornelius corrigendum adnotavit, quod male deſcriptum acceperat.

67. Τὸν χιτῶνα. Huius veſtis Mohametis, quam religioſo cultu Turcas proſequutos adfirmat Theodoſius, apud eos, qui de Mohametis vita, & de Turcarum dogmatibus ſcripſere, nulla mentio eſt. Quare vel huic voci mendum ineſſe, vel alio ſenſu, quam de veſte, explicandam eſſe crediderim. Scriptores Eccleſiaſtici, quos inter Theodoretus Quaeſt.XXXIX. in Geneſim pag.34., S. Athanaſius Quaeſt. LV. ad Antiochum, S. Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. pag. 619., & Origenes teſte S. Epiphanio, tum haereſi LXIV. pag.229., tum in Ancorato pag. 494., de tunicis illis pelliceis differentes, quibus Adam, & Hevam Deus poſt peccatum contexit, vocem χιτῶνα, qua ſacrae Paginae utuntur ad carnem, corpuſque deſignandum, ſenſu certe minus obvio, tranſtulere. Conſule, ſi lubet, eorum auctoritates apud Suicerum in Theſauro Eccleſiaſtico. Itaque, quid ſi in eodem ſenſu Theodoſius vocem adhibuerit? Corpus profecto Mohametis Medinae ſuperexſtructa aedicula ſepultum, ita ut a nemine poſſit conſpici, maximis ibi prorſuſque divinis Turcas proſequi honoribus apud omnes in comperto eſt. Hinc fit, quod Poëta infames hoſce cultores merito ſugillet, qui Mohametis corpus, tamquam puri, ſanctique hominis ſpolium venerabantur, dum ob vitae rationem ab eo turpiſſime ductam, tamquam pollutum, exſecrandumque devovere debuiſſent.

72. Ξενοσπόρους. Cornelius male edidit ξενοπόρους, fortaſſis typographi vitio.

73. Ἀφρικῶν Σικελία. Ex ea Siciliae parte, quae Lilybaeum complectitur, quaeque Africo mari alluitur, Saraceni Africani, Euphemii artibus, doliſque adiuti, in Inſulam irruperunt, ſuique iuris fecere, Michaële Balbo Imperatore an. Chr. DCCCXXVIII. Videſis inter ceteros Cedrenum Hiſtor. Comp. pag.512. Nicephorus vero de ea ab Africanis vindicanda, in ipſo imperii ſui exordio cogitavit, eoque Manuelum miſit, qui iuventutis aeſtu fervens, quum nec bene ducis officio fungeretur, & vitiis deditus ſanioribus non obtemperaret conſiliis, aſperis quibuſdam, inviiſque locis Siciliae incluſus, ſeipſum, totumque exercitum foede perdidit. Conſule praelaudatum Cedrenum ibid. pag. 654.

78. Πλάτη. Cornelius edidit πλάγη, nec ſatis bene πλάγη legendum coniectavit, quum id ſenarii menſurae repugnet. Nos πλάτη ex Codice reſtituimus.

82. Ἱππότην. Alexandri Magni factum ad mentem revoca, dum equum ferocientem, planeque indomitum, manſuetiorem, mitioremque ſibi reduxit: ex quo ingenii, animique ſui experimento tantam conſecutus eſt laudem, ut Philippus equo deſcendentem, manantibus gaudio lacrimis, complexus exclamaverit: *maius imperium ſibi circumſpicere, nec enim Macedoniae regnum tantam indolem capere*. Conſule Freinshemium in Supplem. in Q. Curt. lib.I. cap.IV.

83. Ζῆτα. Ζῆσα edidit Cornelius, ſed veram lectionem Codicis ad oram paginae ſubiecit.

85. Κρήτης. Cornelius maluit Κρητῶν, ſed immerito: nihil enim hic immutandum.

88. Τέκνα μικρὰ. Haec, quae modo Theodoſius deſcribit, ſingillatim recenſuerat Incertus Continuator Theophanis: ſed malo quodam fato eius hiſtoriae complementum, ubi ea narrabantur, perierat in Codice, ad cuius fidem editionem ſuam adornavit Combefiſius.

96. Προφήτης. Mohametem intellige. cuius patrocinio, ac potentia Turcae confidunt plurimum.

97. Ὡς θεὸς τιμώμενον. Turcas gladio, veluti Deo, honorem adhibere Theodoſius forſan dicit, quod ei potiſſimum confiderent, quum Mohamet gladio ad religionem ſuam tuendam, ac propagandam fidenter uti eos docuiſſet.

101. Τάσις. Orientales nationes veſtibus ad talos uſque demiſſis uti ſolitas ſatis omnes norunt.

119. Ταρσὸς. De Tarſo a Nicephoro poſt Cretenſe bellum ſubacta, vide ſupra ad v. 20.

Demum animadvertas oportet, conſtare ex Conſtantino Porphyrogen. *de Ceremoniis Aulae Byzantinae* lib.II. cap.45., quod deſcriptam a Theodoſio expeditionem in Cretam idem ipſe Conſtantinus ab an. DCCCCXLIX., cum iam Romanum filium in collegam aſſumpſiſſet, animo conceperat, & pro illa apparatum bellicum diſpoſuerat, eo licet iam vita functo Romanus feliciter confecerit an. Chr. DCCCCLXI.

FL. CRESCO-

FL. CRESCONIUS CORIPPUS
DE LAUDIBUS
IMP. IUSTINI MINORIS.

MONITUM.

Michaël Ruizius Aſſagrius Celtiberus omnium primus Antuerpiae typis Chriſtophori Plantini in lucem emiſit anno 1581., dedicavitque Sereniſſimo Principi Alberto S. R. E. Presbytero Cardinali Archiduci Auſtriae Corippi Africani Grammatici *Fragmentum Carminis in laudem Imp. Iuſtini Minoris : Carmen Panegyricum in laudem Anaſtaſii Quaeſtoris, & Magiſtri* : & libros quatuor *de laudibus Iuſtini Aug. Minoris*, ex Ms. Cod., quem confidenter adſerit, *non ex coniecturis, ſed ex fide certiſſima conſtare, fuiſſe ante ſeptingentos, & amplius annos deſcriptum*. At vero quo loco eum Cod. repererit alto preſſit ſilentio, quae prima mali labes; cum enim nullus alius inventus ſit uſque adhuc haec eadem Carmina exhibens Ms. Codex, quo cum Ruizii editionem conferre quis potuerit, neque datus quidem ſit cuique locus eumdem ſaltem Codicem, quo ille uſus fuit, recenſendi, hinc factum eſt, ut eleganti ſane Poëtae nuſquam omnino, certaque fide licuerit integritatem, decoremque ſuum reſtituere, quem partim ei veterem detraxiſſe librarium non abnuo, ſed partim detraxiſſe etiam videtur ipſe Ruizius, quod exſoleſcentes veteris Codicis litteras non bene perceperit. Itaque poſt Ruizium plures alii docti viri medicam manum Corippo apponere ſtuduerunt, ſed coniecturis quiſque indulgens ſuis. Inter hos primus in medium venit Thomas Dempſterus, qui Corippum & ſuas in eum *coniecturas, & commentarium cum caſtigationibus* edidit Pariſiis an. 1610. Verum haec quoque editio multis male mulctatum plagis Corippum exhibet, praetereaque innumeris oppleta eſt erroribus typographicis. Gaſpar Barthius (*Adverſ. lib.* XVII. *cap.* 33.) de ſe ipſo teſtimonium perhibet, quod a puero ſategerat totum Corippum recenſere, ut typis committeret, ſed in propoſito nequaquam permanſit; & ſolummodo plures, doctas ſane, & acutas, in Corippum animadverſiones ſuis Adverſariorum libris interſeruit. Tertium igitur editus eſt Corippus ab Andrea Rivino Lipſiae an. 1655., quartum a Nicolao Rittershuſio Altorfii Noricorum an. 1664., ac demum quintum ab Andrea Goëtzio, qui Norimbergae degens editionem Nicolai Rittershuſii iterum Altorfii an. 1743. recudi curavit, Conradi Rittershuſii I. C. notis, quas Nicolaus filius ſuis ſociaverat, cum autographo recognitis, & quibuſdam e penu etiam ſuo ſuperadditis, ſed quae nullius fere pretii ſunt; qua de re ex eo ſolum aliquam meretur laudem, quod nempe vocum omnium Indicem, ex quibus contexta ſunt Corippi carmina, primus adiecerit. Praeter has quinque carminum Corippi editiones, nullam novi eſſe aliam; etſi plures alios novi eruditos exſtitiſſe viros, qui illa iterum expolire meditati ſunt. Id enim in ſe receperat Maltretus, aſſeruitque: *multo caſtigatiores ſe poſſe* Corippi libros *edere*, praeteriens tamen dicere, an ſolummodo ex coniecturis, an vero ex aliquo, qui ei tunc forte innotuerit, Ms. Codice. Qua vero de cauſſa promiſſum haud ſolverit non ſubit; quod aeque dictum volo de Leyſero, qui in conſpectu corporis Poëtarum Latinorum medii aevi, Corippi libros refingendi ex editionibus Ruizii, ac Dempſteri ſpem pariter fecit, pariterque nuſquam exegit. Demum cum nova haec mea ferveret editio, en mihi obviam fit Cornel. Val. Vonckii opuſculum Traiecti editum an. 1744., cui titulus: *Specimen Criticum*, in quo plures in Corippum emendationes proponuntur, nec non eiuſdem eruditi viri libri duo *Lectionum Latinarum* ſequenti anno in lucem emiſſi, ubi alias quoque in eumdem Corippum emendationes miniſtrat, praetereaque profitetur Corippum totum innumeris locis emendatiorem dediſſe, & iam in procinctu eſſe, ut primus cum omnibus doctorum notis, & cura etiam ſua auctiorem ederet, conſilium tamen differre contra votum debuiſſe, aliunde ſibi ſubſidii ſpe nata ad eum magis exornandum. Utinam Vonckius tam bene conceptum, & tam prolixe promiſſum opus exegiſſet! Sed eadem mala fortuna, qua in irritum ceſſere Maltreti, ac Leyſeri conſilia, hoc quoque nobis invidit.

Itaque cum apud me conſtituerim Corippum huic volumini inſerere, ne amplius a Corpore Scriptorum Rerum Byzantinarum

 vaga-

vagaretur disiunctus, inprimis opus mihi fuit, ut eius textum ipſe diſtinguerem, & emendarem; & ne quis aliquid deſideraret, variorum etiam notis eumdem exornavi, Ruizii primum, deinde vero Dempſteri, Gaſparis Barthii, utriuſque Rittershuſii, ac Vonckii, nec praeteriiſſem a Goëtzio ſubintroductas ſi quid valerent, & quas forte habet Rivinus, dummodo editionis ab eo confectae exemplum aliquod quovis pretio acquirere potuiſſem. Praeter aliorum notas appoſui etiam meas, in quibus facile profecto mihi fuiſſet multo plures, & multo copioſiores eruditionis manipulos coacervare, ubi de rebus tum ſacris, & civilibus, tum militaribus, & aulicis Auguſtae urbis Conſtantinopoleos, quarum Corippus meminit, ſermonem inſtituere placuiſſet: ſed cui non dicta ſummorum virorum opera, Du-Freſnii praeſertim, & Bandurii, in quibus quicquid ad eas pertinet luculentiſſime expoſitum, illuſtratumque reperitur? Cum autem Iohan. Henrici Leichii, & Iohan. Iacobi Reiſchii ſtudio mox etiam in medium prodierint Conſtantini Porphyrogenniti Imp. Conſtantinopolitani *de Ceremoniis Aulae Byzantinae* libri duo, vix plane aliquid nunc ſupereſt, quod deſiderare quis poſſit ad mores dignoſcendos aulae Byzantinae. Hos igitur quiſque per ſe conſulere poterit Graecae eruditionis theſauros, ſi ei opus libebit. Satis mihi eſſe volui, ut quae coniectando primus in textu Corippi loca emendavi, atque reſtitui, in notis meis confirmarem; quaedam licet etiam eruditionis capita interdum extulerit currens calamus. Porro haeſi dubius an ſolummodo textum Corippi emendatum darem, an potius qualem Ruizius, ut ſibi viſum eſt, ex Ms. Cod. typis expreſſit, ſed tandem id conſilii captandum cenſui, ut praeſtarem utrumque, unde quis poſſit ex utriuſque textus collatione, & ex rationibus, quae in adiectis variorum notis proponuntur, eam lectionem ſequi, quae ſibi placeat magis. Variorum eruditorum notae Ruizii textum reſpiciunt, meae textum, quem emendatum inſcripſi, etſi ſentio adhuc multa adeſſe, quae aut ſecundas curas, aut peritioris medici manus exſpectant, ut ſanentur; quorum aliqua, cum per tempus ſubſenſerim, in notis inde reconcinnare non praetermiſi, in quibus etiam typographica quaedam errata correxi. Neque enim litteratorum hominum curis minus digni ſunt Corippi libri. Plura in eis acute concepta, & eleganter dicta deprehendes; praetereaque locuples teſtis eſt Corippus multarum rerum temporis ſui; qua de re eius auctoritate, & fide non ſemel uſus eſt Baronius ſtatim ac in lucem prodiit; & mox Iohan. Petrus De-Ludevvig in eius commendationem ſcripſit: *Utinam Corippus, Africanus Poëta, eſſet in plurium manibus; ſed eius exempla Ruizii, & Rittershuſii non ita obvia! Meretur certe is Poëta recudi; idque ob plures cauſſas. Nam Iuſtiniani laudes canit: res Iuſtini deſcribit ſucceſſoris: idque ingenioſe, prudenterque, ut liceat inde noſſe curialia tum vitia, tum virtutes, ſolemniaque*. Quod ſi Nicolaus Alemannus, Bibliothecae Vaticanae olim Praefectus deceſſor meus, hanc tulit adverſus Corippum cenſuram in Praefatione ad Procopii Caeſarienſis libros, qui ἀνέκδοτα inſcribi ſolent: *Corippus tam improvidus eſt Iuſtiniani, atque Iuſtini adulator, quam levis poëta, in alterius enim laudibus exſultans alterius in vituperationem labitur incautus, vel potius adductus veritate*; animadvertas volo virum ceteroquin egregiae indolis, & eruditionis, ita ſenſiſſe neſcio quo abreptum in Iuſtinianum furore, Principem profecto non ſine magnis vitiis, ſed multis quoque virtutibus conſpicuum. Is furor effecit, ut Alemannus ne Corippum quidem aequis oculis aſpicere potuerit, quia poëtico quodam aeſtu, & ſecundum ſaeculi ſui morem effuſis laudibus Iuſtinianum celebravit. Ceterum criticorum omnium communis eſt ſenſus, Corippum nec invenuſtum eſſe Poëtam, nec levem; & ſciens, prudenſque cenſeo futurum fore, ut quo emendatior legatur, eo magis dignoſcatur elegans, & plane dignus, ut illi, inter aequales, regnum poëticum conferre non ſine ratione poſſis, ſecundum Barthii iudicium, qui hoc etiam ſapienter addit, Corippi libros *ultimos eſſe eloquentiae Romanae conatus*. Et ſane manifeſto ſe prodit in lectione librorum Virgilii apprime verſatum, & gentilis ſui Poëtae Claudiani imitatorem, cuius ſublimes volatus, etſi non aequis ſemper pennis, aemulari ſtudet. Praeſtant hanc mihi cenſuram eius Carmina, quae prae manibus ſunt, & quae ſenio iam feſſus, ut ipſe loquitur, ſcripſit. Utrum fervidus iuventa aliquid amplius potuerit, tunc conſtare poterit, ſi quando in apricum aetas proferat Poëmation, quo *Lybicas gentes*, & *Syrtica bella* com-

complexus iam fuerat, & cuius ipſe meminit in Praefatione ad Iuſtinum.

Iamdiu huius etiam Poëmatii editionem in votis habet Reſpublica Litteraria, neque elapſam eius ſpem mihi auguror, ex eo quod mihi certo conſtat in pluribus olim Codicibus deſcriptum fuiſſe. Ioh. Cuſpinianus in ſuo *de Caeſaribus, & Imperatoribus* libro, agens de Imp. Iuſtiniano M., repertum a ſe eſſe narrat Budae in Bibliotheca Regia hoc Poëmation octo libris diſtinctum, inſcriptumque Fl. Cresconii Corippi nomine, & titulo *Iohannidos*, cuius argumentum erat Bellum Lybicum, quod Iohan. Patricius contra Afros geſſit. Praeterea hos recitat eius primos verſus:

Signa, duces, genteſque feras, Martiſque ruinas,
Inſidias, strageſque virûm, duroſque labores,
Et Lybiae clades, & fractos viribus hoſtes,
Indictamque famem populis, laticeſque negatos,
Utraque lethiferi turbantes caſtra tumultus &c.

Hinc igitur exſtitiſſe olim Budae huius Poëmatii Codicem innoteſcit: & praeterea ex eo Cod. intelligimus Corippum noſtrum fuiſſe dictum Fl. Creſconium Corippum, ex quo fit ut duos alios in medium adducere valeam de eodem Corippi Poëmatio veteres teſtes. Primus eſt Petrus Diaconus in Actuario ad Chronicon Caſinenſe Leonis Marſicani, ubi inter libros, quos deſcribi curavit Abbas Deſiderius ad Romanam Cathedram poſtea evectus ſub Victoris II. nomine, Cresconium memorat *de Bellis Lybicis*. Hunc Codicem in Bibliotheca Monaſterii Montis Caſini adhuc ſuperfuiſſe ann. 1532. novi ex Ms. Cod. Vatic. 3961., qui Indicem continet Caſinenſium Mſs. Clementis VII. iuſſu confectum, ſic enim in claſſe librorum Grammaticalium legitur: *Liber Creſconii Incip. Victoris*. Nec mirere hoc initium haud bene convenire cum initio Poëmatii *de Bellis Lybicis*, quod refert Cuſpinianus; laudati enim Indicis auctor nec ſatis peritus, nec ſatis diligens paſſim deprehenditur, qualem ſe ipſe etiam fatetur in epiſtola opellae ſuae praemiſſa, in qua ulterius adſerit praecipitanter eam exegiſſe; aut ſi mavis reponam, tunc temporis fuiſſe illum Creſconii Codicem ob vetuſtatem corruptum, & mancum. Utinam vero etiam nunc ſupereſſet, aut quo aſportatus fuerit innoteſceret! Omnem profecto adhibuiſſem curam, ne amplius hoc Poëmation deſideraretur. At modo nulla ibi reſtat membrana, quae Creſconii nomen praeſeferat, nulla, in qua *de bellis Lybicis* agatur, ut a docto viro illius Bibliothecae Curatore factus ſum certior; qui me etiam monuit, Angelum de Nuce, Chronici Caſinenſis editorem diligentiſſimum, ad ſeriem librorum, quos Deſiderius deſcribi curaverat, iure merito hanc notam appoſuiſſe: *Eorum plurimi ſuperſunt, non tamen omnes, expilata non ſemel noſtra Bibliotheca*.

Alter demum Poëmatii *de Bellis Lybicis* a Fl. Creſconio Corippo ſcripti teſtis eſt auctor Anonymus, qui Creſconianam collectionem veterum Canonum, aliaque SS. Patrum Opuſcula deſcripſit in membranaceo Ms. Cod. ſaec. x. Romae in Bibliotheca Vallicellana adſervato, & nunc notato tom. XVIII., qui texens pag. 136. Opuſculorum omnium a ſe deſcriptorum Indicem ſub hoc titulo: *Haec ſunt, quae in Codice habentur*; ita incipit: *Concordia Canonum a Creſconio Africano Epiſcopo digeſta ſub capitulis trecentis. Iſte nimirum Creſconius Bella, & Victorias, quas Iohannes Patricius apud Africam de Saracenis geſſit, hexametris verſibus deſcripſit ſub libris*. Hanc notam iuris publici fecit Baronius (*Ann. 527. num. 76.*), & iterum ex ipſo Codice deſcripſit, ac recudit Mabillonius (*It. Italic. pag. 69.*); ita ut plane mirum ſit quomodo Chifletius (*in Praef. Opp. Ferrandi*), & Coutantius (*in Praef. ad epiſtolas Romanorum Pontificum par. 2. § 7.*) adſerere non dubitaverint Baronium inveniſſe illam in Ms. Cod. Vatic. Operi Creſconiano praefixam, cum ſignanter ille notaverit Cod. Vallicellanum, & intermedium eius folium, unde eam deſcripſerat. Quoniam vero iidem docti viri plus aequo eamdem notam aeſtimantes confidentiſſime vocarunt illam in teſtimonium aetatis, qua Creſconius Collector Canonum floruit, iuvat ſingula, quae in ea Adnotator affirmat, obiter expendere, neque enim fore moleſtum arbitror, ut capta occaſione aliquid miniſtrem ad illuſtrandos Fl. Creſconii Corippi libros *de Bellis Lybicis*, ſi quando obveniat, ut in apricum proferantur.

Itaque nugas agere puto, qui Creſconii Canonum Collectoris aetatem ex ea nota comperiſſe ſibi blandiuntur, cum mihi videatur,

tur, Anonymum adnotatorem ex eo tantummodo ſibi perſuaſiſſe, quod eiuſdem auctoris eſſet Carmen *de Bellis Lybicis*, ac Collectio Canonum, quia nimirum Creſconii nomen utrique Operi praefixum invenerat, & quia Operis utriuſque auctorem, Africanum hominem eſſe ſentiebat. Verum animadvertamus oportet, quod Creſconii, ſeu mavis Criſconii nomen fuit Afris familiariſſimum, ut plane liquet ex Collatione Carthaginienſi, & ex epiſtola Concilii Milevitani ad Innocentium Papam I., quarum uni plures interfuerunt, & hanc alteram plures nuncuparunt diverſarum ſedium Epiſcopi, qui uno, eodemque Creſconii nomine appellabantur. Eſt igitur Adnotatoris adſertio admodum incertae fidei, etſi indubitanter falſitatis non arguo, tum quia minime pugnat aliquem eſſe Iuris Canonici peritum, & in arte Poëtica potentem, tum etiam quia nulla ſuppetit ratio cur pernegem non eodem fere tempore editam fuiſſe Collectionem Canonum Creſconianam, ac editum eſt a Fl. Creſconio Corippo Carmen *de Bellis Lybicis*. Quinimmo equidem ſentio apprime probabile videri, quod eadem ferme aetate, ſub imperio nimirum Iuſtiniani Magni, utrumque opus prodierit, nam ex Iohan. Cuſpiniani teſtimonio, aliiſque inferius adducendis rationum momentis, certo teneo huius carminis argumentum eſſe Africana praelia ſub Iuſtiniano M. geſta, & quod pertinet ad Collectionem Canonum, quia ſub eiuſdem Iuſtiniani M. imperio eam quoque prodiiſſe coniicio ex epiſtola eidem Operi praefixa, quae adhuc integra ſupereſt, ad Liberinum Epiſcopum. Et ſane Creſconius in ea dicit ſe excuſaſſe ab iniuncto Opere, quod Breviarium Canonum *a viro reverentiſſimo Ferrando Carthaginienſis Eccleſiae Diacono digeſtum iam fuerat*; & quod vereretur *ne aliud* Breviarium *exſequendo eius prudentiae deprehenderetur in aliquo derogare*; Quae loquendi ratio, non ſecus ac *ſapientiſſimi*, & *venerabilis viri* appellationes, quae ibidem Ferrando inſuper tribuuntur, vehementer ſuadent, aut adhuc in vivis Ferrandum fuiſſe, aut ſaltem eius Breviarium non multo ante fuiſſe editum. Iamvero quem latet ſub imperio Iuſtiniani Magni Ferrandum floruiſſe? Fuit enim S. Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis in Monaſterio Sardiniae Calaritano diſcipulus; & cum S. Fulgentius Kal. Ian. an. ſal. 533. mortem obierit, eiuſdem vitam deſcripſit, & Feliciano in Sede Ruſpenſi eidem poſt annum integrum ſuffecto dedicavit. Qua de re factum hoc eſſe conſtat an. ſal. 534., quo Iuſtinianus Magnus annum VIII. imperii ſui numerabat.

Unde vero bonus Adnotator acceperit Creſconium Collectorem Canonum fuiſſe Epiſcopum, divinare non auſim: quinetiam, ſi praelaudatam Epiſtolam Creſconianae Collectioni praefixam iterum conſulas, facile intelliges, eius auctorem, ſaltem tunc temporis, nullatenus fuiſſe in tali dignitate conſtitutum; Liberino enim *ſubiectum ſe* dicit, & Liberini *paterna auctoritate* coactum, ut Operi manum admoveret. Hae phraſes haud bene conveniunt Epiſcopo ad Epiſcopum ſcribenti, etiamſi probare poſſes Liberinum Creſconio praeſtantiorem fuiſſe ſeu dignitate veluti Primatis, & Archiepiſcopi, ſeu antiquitate conſecrationis.

Demum aut minus veraciter, aut ſaltem minus diligenter indicatum puto ab Adnotatore argumentum Carminis *de Bellis Lybicis*, quod ei innoteſcebat Creſconii nomine inſcriptum. Si enim, quia tunc forte in ore vulgi celebrabatur praecipue inſignis victoria, quam recentius in Africa de Saracenis Iohan. Patricius Imp. Leontio reportaverat, hanc ille victoriam Creſconiani Carminis argumentum eſſe adſerere intendit, prout Chifletius, & Coutantius ſibi perſuaſerunt, falſitatis eum arguunt primi eiuſdem Carminis verſus a Cuſpiniano editi, qui bellum indicant vario, ac diuturno Marte agitatum, cum e contrario Bellum Saracenicum ſub Leontio brevi temporis ſpatio confectum eſſe conſtet ex Anaſtaſio Bibliothecario, & Cedreno, qui eius meminere. Anaſtaſius ita loquitur: *Mundi anno ſexies milleſimo* CXC. *Divinae Incarnationis* DCXC. *anno vero imperii Leontii tertio, acie Arabes in Africam mota, hanc obtinuerunt, & ex proprio exercitu taxatos in ea quoſdam conſtituerunt. Quibus compertis Leontius mittit Iohannem Patricium virum idoneum cum omnibus Romanis claſſibus; qui cum Carthaginem perveniſſet, & bello catenam portus eius aperuiſſet, inimicoſque in fugam convertiſſet, hos viriliter inſecutus, univerſa liberavit Africae caſtra*. Si quis autem malit Adnotatorem, ſecundum aetatis ſuae morem, Saracenorum nomine Africanas gentes appellaſſe, Africana licet bella ſub Iuſtiniano geſta indi-

indicare voluerit, eum non fuiſſe mendacem dabo, ſed in proprietate verborum minus diligentem dicam. Quamobrem cum Fl. Creſconius Corippus libris ſuis *de Bellis Lybicis* titulum *Iohannidos* praefixerit, quis foret ille Iohannes, a quo Poëmation ita nuncupabatur, Chifletio, & Coutantio opus erat diligentius expendere, ne deciperentur exiſtimantes, celebraſſe Corippum bellum in Africa a Iohanne Patricio geſtum Imp. Leontii anno tertio. Neque enim hoc ſolum in Africa geſtum eſt bellum a quodam Iohan. Patricio, ſed etiam confecta ſunt diuturna Romanorum cum Mauris, & Wandalis agitata praelia ſub Iuſtiniano Magno; & nullatenus dubito ceciniſſe Fl. Creſconium Corippum Latinis verſibus, quae ſoluta Graeca oratione ſcripſit Procopius in Hiſtoria de Bello Wandalico: & Heroëm, ſeu mavis Maecenatem, Poëmatis ſui Iohannem illum nuncupaſſe, a quo militiae Romanorum in Africa Magiſtro ſine conſorte tandem aliquando confecta, & abſoluta fuerunt praelia pluribus annis, pluribuſque cum gentibus, variaque fortuna geſta in Africa, Iuſtiniano Magno imperante. Erat iſte Iohannes Patricius Pappi illius frater, qui unus fuerat ex quatuor ductoribus equitum in bello adverſus Wandalos Beliſario Duce commiſſum, & eum Procopius celebrat in altero Hiſtoriae ſuae libro de Bello Wandalico, quem claudit his verbis: *Revocato Artabane, Iohannem, Pappi fratrem, militum per Africam magiſtrum* (Iuſtinianus) *creavit, ei nullo conſorte addito. Hic Iohannes, ut Africam attigit ſtatim inito cum Antala ac Mauris Bizacenis praelio victor multos occidit, & recepta ad unum omnia Salomonis ſigna Imperatori miſit, quae illi Barbari, cum extinctus eſt Salomon, reportaverant: reliquos longiſſime ab Imp. Romani finibus abegit. Poſt iterum Lebanthae e Tripolitanis partibus magno cum exercitu profecti, ingreſſique Bizacium, copiis Antalae ſe adiunxerunt, quibus Iohannes cum occurriſſet, diſceſſit acie victus, & ſuorum deſideratis quamplurimis, fuga recepit ſe Laribum. Hinc hoſtes loca omnia Carthaginem uſque incurſantes magnam in Afros obvios crudelitatem exercuere. Aliquanto poſt Iohannes militibus, qui cladem evaſerant, congregatis, ac Mauris, qui Cutzinae parebant, aliiſque in ſocietatem allectis, conflixit cum hoſtibus, eoſque praeter opinionem fudit. Incompoſite fugientibus inſtantes Romani ſtragem dedere maximam; ceteri ad extremas oras Africae evaſerunt. Atque ita Afri, quos Belli calamitas reliquos fecerat, ad exiguum numerum magnamque egeſtatem redacti, vix tandem aliquando reſpirarunt.* Haec Procopius.

Iamvero cum de libris Corippi editis, ineditiſque ſatis dixerim, nunc de Corippo ipſo aliquid commentari operae pretium foret, ſed nullum novi veterem Graecum, Latinumve ſcriptorem, qui eius meminerit. Commentariolum de eo ſcribere Dempſterus ſategit inſcriptum: *De Corippo coniectura non obſcura ex ſcriptis ipſius*, ſed vacuas diverberat umbras, & fingens ſibi captare lucem captat tenebras. Itaque meliora quaedam proferam, paucis tamen me expediam.

Corippus dicebatur etiam Flavius Creſconius, ſeu Criſconius, quod laudatus nos docet vetus Codex a Iohanne Cuſpiniano Budae repertus. Afer gente fuit, & arte Grammaticus, utriuſque rei teſte Ms. Cod Ruizii; nec ſemel ipſe Corippus Africanum ſe prodit in ſuis, qui ſuperſunt, verſibus. Grammatici autem appellatio ita eſt accipienda, ut virum ſignificet in dicendo, ſcribendoque praeclarum, quales fuerunt, quorum memoriam poſteritati mandavit Svetonius in Opere *de claris Grammaticis*.

Senio iam feſſus *de laudibus Iuſtini Auguſti Minoris* Corippus ſcripſit, cum iam pluribus libris ſcripſiſſet *de Bellis Lybicis*. De utraque re teſtimonium certum ipſe perhibet: & ex coniectura adiiciam ſcripſiſſe de Bellis Lybicis ante annos plus minus triginta. Hanc annorum ſupputationem mihi praeſtat tempus, quo hoſce libros edere potuit, & tempus, quo ſcripti eſſe videntur libri de laudibus Iuſtini. Bellis enim Lybicis Iohannes Patricius finem impoſuit, qui creatus eſt Militum in Africa Magiſter ſine conſorte anno VIII. imperii Iuſtiniani; qua de re ante hoc tempus haud plane potuit edere Corippus libros ſuos de iiſdem Bellis huic Iohanni nuncupatos; neque eſt veriſimile eos edidiſſe poſt longum tempus. Porro cum Iuſtinianus M. imperaverit annis XXXIX., conſtat proinde quod multo poſt ſcripti fuerint libri de laudibus Iuſtini Auguſti: quinetiam plane liquet ſcriptos fuiſſe duobus ſaltem annis poſtquam Iuſtinus imperabat. Cum enim Corippus lib. I., & lib. IV. Iuſtinianum in extremo vitae praedicentem inducat,

ducat, futurum fore, ut qui ei nocere meditati fuerant, Iuſtino etiam inſidias molirentur, ut meritis poenis ad aliorum exemplum mulctarentur; fingendae huius fabulae occaſionem ex eo aucupatum eſſe facile eſt intelligere, quod Iuſtini iuſſu, anno imperii eius ſecundo, die tertia Octobris, capitali ſupplicio affecti fuerunt Conſtantinopoli Aetherius, & Addaeus magnae auctoritatis apud Iuſtinianum Patricii, quos plurium criminum, ac praecipue conſpirationis in ipſum Iuſtinum actos fuiſſe reos narrant omnes illius temporis Hiſtorici. Euſtathius vero, ſeu mavis Euſtratius, ſcriptor coaevus in vita S. Eutychii Patriarchae Conſtantinopolitani (*vide Acta SS. ad diem* 11. *Aprilis*) factum hoc eſſe adiicit ultione divina, quod eorum potiſſimum conſilio, & opera e Sede Conſtantinopolitana detruſus ab Imp. Iuſtiniano fuerat S. Eutychius, & in exſilium miſſus, ei, nullo plane iure, ſuffecto Iohanne Scholaſtico. Corippus quoque ultionem divinam ſuper eos factam eſſe fingit, quia ipſi Iuſtiniano nocere voluerint, neque explicat qua ratione; at quis Principi nocet magis, quam malus conſiliarius, & qui perverſa conſilia non modo ſuggerit, ſed operam etiam praeſtat, ut executioni mandentur? Praeterea cum lib. IV., quem aliquanto poſt alios tres editos eſſe ſuadent verſus, quibus tertius explicit, Palatia Sophiana Corippus commemoret, hinc etiam manifeſtum fit hos libros non edidiſſe ſtatim ac Iuſtinus ad Imperium evectus fuit, cum haec Palatia condendi, atque adeo renovandi, ampliandique, & exornandi occaſionem enarret Theophanes ad an. IV. Imperii eiuſdem Iuſtini. Hae meae coniecturae videntur mihi eſſe probabiliſſimae, & fortaſſis luculentioribus etiam argumentis conſtarent, ubi integrum haberemus librum IV., & alios libros, qui eum proſequebantur, ſicuti enim tribus libris Imperii Iuſtini initia, ſic etiam totidem Conſulatum eius, & in eo geſta Corippum celebraſſe vehementer ſuſpicor.

Corippo familiares erant ſacrae litterae, quod eius verſus oſtendunt, in quibus plura ex illis imitatur: Illius vero pro recta fide contra ſui temporis Haereticos ſtudium mirifice teſtatur Symbolum Fidei, quod ſecundum Nicaeni, & Conſtantinopolitani Conciliorum conſtituta verſibus diligenter expreſſum inſerit lib. IV., & fortaſſis non modo veritati Catholicae obſequium ita praeſtare voluit, ſed etiam ipſi Iuſtino plaudere, qui ſtatim ac Imperio potitus eſt edictum de recta fide, quod Evagrius recitat (*Hiſt. Eccl lib.* V. *cap.* 4.) conſcripſit, hortatuſque eſt omnes ad Catholicae Eccleſiae doctrinam, atque unitatem amplexandam.

Velificatos eſſe Corippo primos Aulae Byzantinae miniſtros, Anaſtaſium praeſertim Magiſtrum, & Quaeſtorem, tum ex carmine Panegyrico in laudem ipſius Anaſtaſii, tum ex libro primo de laudibus Iuſtini luculenter diſcimus, ſed obſcurum remanet, utrum hiſce editis libris ſolatia obtinuerit, quibus indigebat. Nam de inopia ſua ſaepius queritur, in quam *ſaeva Fortunae ira* ſe incidiſſe dicit, reticens tamen cauſſas, unde translucere quid amplius potuiſſet de eius vitae ratione. Demum, ſi Dempſterum audias, *certe officium aut in Aula Palatina, aut in provincia geſſiſſe videtur* ex v. 48. Panegyr. in laudem Anaſtaſii, quod ego tamen nullatenus video, ut in notis ad eum locum patefaciam. Praeter haec nihil aliud in promptu habeo, quod de Fl. Cresconio Corippo Africano Grammatico commemorem.

PERIO-

P E R I O C H A E

Quas in fronte Codicis Ms. Carminum Corippi Ruizius invenit (a).

I. PRaefatio, in qua Poëta Iuſtini Imperatoris laudes exſequitur (*b*).

II. Dum Avares, vel gentes alias ſubditas Iuſtino commemorat, ad eius laudem refertur edomita ferocitas Barbarorum.

III. Iuſtinum, Sophiamque dicit dignos Imperio, a quibus ſubiectae gentes foedus pacis expoſtulant.

IV. Propitiari ſibi vates Principem deprecatur, ut (*c*) feſſum ſenio, & calamitatibus implicatum praeſtanti regat pietatis intuitu.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

III. Commemorat auctor eos, quorum exhortatione Carmen hoc in laudem Iuſtini conſcripſerit (*d*).

IV. Iuſtiniani obitum artificioſe Poëta introducit, ut ex Conſulto Senatus Iuſtinum avunculo condignis laudibus * (*e*)

V. Ubi (*f*) conlacrimans Iuſtinus, & de morte Iuſtiniani. Dum ſopor oculis irrepſiſſet (*g*), per quietem vidit Sanctam Mariam Virginem, Imperium ſibi decedentis avunculi ſurrogare.

VI. De Iuſtini aedibus Calinici concitatis impulſu, ut aditus daretur Senatui Imperatorem Iuſtinum eligere, & cuſtodis ad ſtrepitum cum indignatione reſponſis.

VII. Deſcriptio domus Iuſtini. Quam pretioſa viſu (*h*), & operoſo fuerit labore conſtructa * * * rit, ut ad honorem Iuſtini quam propere conveniretat.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

XVII. Quid Circus, vel eius apparatus, ſignificent, hic Poëta admirabili ratione complectitur.

XVIII. Dicit hic, qui primum quadrigas iunxerit; & quod vana ſuperſtitio Paganorum Deum Solem putaverit: qui tamen honor ſolis poſtea Romanis (*i*) delatus eſt.

XIX. Amore Iuſtiniani populus incitatus, Iuſtinum heredem regni favore laudis exſequitur.

IN LIBRO II.

CONTINENTUR HAEC.

I. De conventu (*k*), & intentione populi cernere Iuſtinum Principem cupientis.

II. Non prius Iuſtinus, Sophiaque regalia ſigna ſumſerunt, niſi pia thura ſanctis offerentes altaribus precibus Dominum exorarent.

III. De apparatu veſtium Auguſtarum, vel (*l*) reliquis ornamentis, quibus ad percipiendum regnum Iuſtinus emicuit.

IV. Iuxta (*m*) primorum ritum quatuor iuvenum manibus in clypeum Iuſtinus ad regnandum attollitur.

V. A Iohanne Pontifice (*n*) Iuſtinus ſacro diademate coronatus, Imperator efficitur: & Senatorum, vel totius populi vocibus, cum Sophia pariter, laudibus efferuntur.

VI. Quibus verbis Iuſtinus Senatum eſt allocutus, poſtquam ſolium conſcendit Imperii.

VII. Iuſtinus, magno ſtipante Senatu, in publicam rem, populum de emendatione operum (*o*), ac futuris donis, alloquitur.

VIII. Iuſtiniani Imperatoris ſyngrapha creditores Iuſtini vultibus cum lacrimis repraeſentant: quibus ille miſeratus (*p*), debitum perſolvit avunculi; atque multos criminibus implicatos a carcerali iubet cuſtodia relaxari.

IN LIBRO III.

CONTINENTUR HAEC.

I. More Patrum, Iuſtinus funus decedentis avunculi regiis opibus exornat, chorique (*q*) miniſterio ſupremum honorem concelebrans, corpus eius aureae tradidit ſepulturae.

II. Poſt

(*a*) Barthius *Adverſ. lib. XXV. cap. 3.* Demptum [illegible] quod has Periochas in ſua Corippi editione omiſerit: *Faciunt enim*, inquit, *ad Auctoris ſententiam apprime bene, & pervetera eſſe ex genere dictioni & indubie ſua apparent.* Praeterea nonnullis etiam notis eas Barthius exornavit, quas [illegible] nos praeterire; neque tamen eruditiſſimo viro aſſentiri cenſitimum ab ipſo Corippo Carminibus ſuis praefixas, & a Gloſſatore aliquibus in locis immutatas fuiſſe. Intercidiſſe autem [illegible], & praeſertim doleo in fine eſſe mutilas, ex quo incompertum manet quot libros totum opus Corippus complexerit. Cum enim initia Imperii Iuſtini tribus libris celebraverit, totidem etiam eius Conſulatum celebraſſe ſuſpicor.

(*b*) In prima Periocha Praefationis nomine argumentum ponitur Fragmenti Carminis in laudem Iuſtini. Quod eo lubentius dico, ne quis inferendos operi iſtius Fragmenti verſus putet, quod faciebat olim Helias Puteſchius, cuius conlectaneas aliquot ad nos miſit, dum viveret, perquam noſtri ſtudioſus Goth. Iungermannus. *Barthius.*

(*c*) Inepte *praeſtanti*. Quid enim hoc ad aerumnas Corippi. Praeſtans vero nomen eſt, quod in praeſentia opitulatur. Sammonicus Serenus:

[illegible] praeſens [illegible] morbo.

Vide plura alibi ad Petronium. Ex ſtilo vero penitius conſiderato non alium, quam Corippum ipſum, harum Periocharum auctorem puto. Nec indignetur, qui Grammaticum titulo praefert, officium ſuum etiam in propriis Poematis feciſſe. *B.*

(*d*) Haec nota ad primum iam librum Corippi pertinet, cuius ſex marginales diſtinctiones ſunt omiſſae. *B.* Praeterea que perierunt etiam intermediae Periochae Carminis Panegyrici ad Anaſtaſium.

(*e*) Quae hic deſunt ſuppleri debent: *commendatum ſucceſſiſſe decrevit*. Nam Iuſtinum Senatus a moriente Iuſtiniano commendatum traditur libro I., & lib. IV. *B.*

(*f*) Excidit ordo narrationis ex libro primo. Adfuit Senatus Iuſtinum, & de infirmitate avunculi narravit, ipſumque ſucceſſione admovendum dixit. Cui ſermoni conlacrimavit Iuſtinus. Haec deſunt in lacuna illa bene magna. Cetera tamen [illegible]. Haec [illegible] Puteſchius, abſtinuiſſet inſertionis de Fragmento [illegible] aliquot ambagibus afferere voluit. Maria vero a Corippo [illegible], qui Diis ſuis cum Principibus magnam familiaritatem tacebant. [illegible] vero Graeci ſcriptores in talibus minus Poëtae eſſent, quo [illegible] libri poſteriori aevo ſecundo iſtarum rerum ſunt. *B.*

(*g*) Ex iſtius haec reucum Monachum gloſſatorem valebis. Poëta enim Patruis ſimulacrum caelo deſcendere facit, familiare ut veluti perpetuo Iuſtino, Ille vero Beatam Virginem ex ea concinnat. Nec inde minus horum auctor Corippus eſſe poſſit ipſe. Monachi enim diu imperium in bonas literas [illegible] omnia, tyranni veri, habuerunt. Melius aevum ſpirat phraſis, quae ſequitur cap. 4: *Ut aditus daretur Senatui Imperatorem Iuſtinum eligere*; Quod Monachus ſane aliter extuliſſet. *B.*

(*h*) Vonckius recte corrigit: *Speciosa viſu.*

(*i*) Adde, *Principibus*. *B.*

(*k*) Suppoſititium eſt argumentum primum libri II. Nec una vox quidem in tribus primis eius libri capitibus, quae ad conventum, & intentionem populi Iuſtinum videre cupientis, poſſit traduci. *B.* Lunatam potius credideram hanc Periocham, & fuiſſe XVI. libri primi.

(*l*) *Vel hoic ſcriptori & ſonat*, eſtque Graeciſmi imitatio. In ea enim lingua ἢ nonnunquam ἢ ſonat. Vide quae notat Andreas a Lacuna ad Dioſcoridem. Sic lib. I. Perioch. XVII: *Quid Circus, vel eius apparatus ſignificent, hic Poëta admirabili ratione complectitur.* *B.*

(*m*) Emenda, *iuxta priorum*, Imperatorum videlicet. De ritu ipſo vide eruditiſſimi Pithaei adverſaria. Eam ſcripturam veram eſſe docent marginalia quoque argumenta a Ruizio ex antiquo libro adnotata; Quae ſane omittenda non erant editori alteri. *B.*

(*n*) Gloſſam haec olent. Iohannem enim Romanum Pontificem haec ingerunt, cum haud dubio alius Patriarcham ſcriptum foret. Nota epiſtola Iohannis ad Iuſtinianum, & notae ad eam Iurecconſultorum. *B.*

(*o*) Vocem *operum* ex gloſſa eſſe puto, & eiiciendam. Nam emendatio morum, & Reipublicae a Iuſtino proponitur, quam ad bona opere iſte retulit. Eſt vero emendatio correctio ſtatus publici, ſaepe ea voce a ſcriptoribus intellecta. Sic tamen Corippus loquitur lib. II. v. 158:

Lux operum aeterno lucet ſplendore laborum.

Sed in alia re. *B.*

(*p*) *Miſertus* cum dandi caſu uſurpat. Quae ne quis aliter capiat ipſum lib. II. cap. 9. ita locutum notet:

Publica privato cum debita redderet auro,
Sponte ſua dominus ſervis miſeratus egenis. *B.*

(*q*) *Chorus* pro collegiis Sacerdotum, & Clericorum ponitur. Corippus ipſe lib. III. v. 41:

Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus ſonat inde chorus. *B.*

Google

II. Poſt luctum populus priſtina laetitia iucundatur; honoris frondibus (*a*) aedium poſtes exornat, comitque limina; & in laudem Iuſtini, Sophiaeque multiplici clamore perſultat.

III. Egregios apparatus imperialis convivii Poëta deſcribit, & in magno delitiarum luxu ſobrietatem, & temperiem Iuſtini: collaudatque avunculi recordationem, nec inter epulas dilectione ſolita patitur obliviſci (*b*).

IV. De conſummatione convivii; & pro re publica curas (*c*) regiae ſollicitudinis; atque Poëtae precibus pro ſui carminis perfectione Sapientiam implorantis.

V. Exornata (*d*) Auguſta domus regentis imperium; & coactis proceribus omnis ordo Palatinus per officium, cultumque diſponitur urbis; Romanaque potentia cunctis praeeminere gentibus praedicatur (*e*).

* * * * * * * * * * * * * * *

(*a*) Eleganter *frondes honoris* appellat, quae a depulſo luctu feſto quodam publico in honorem Principis aedibus praefigebantur. Multa de his docti, & nos ad Virgilium, & Claudianum. R.

(*b*) *Obliviſci* paſſive poſuit. Virgilius:

. . . . . *Oblita mihi tot carmina*

Boëthius lib. IV. cap. 1. de conſolat: *Eaque mihi, etſi ob injuriae dolorem nuper oblita, non tamen antehac prorſus ignorata dixiſti*. R.

(*c*) Scribe *curis*. Inibi quoque gloſſa eſt; *Sophiam* enim *deprecantis Poëtae* ſcripſerat auctor priſcus. Quod nomen Reginae interpretabundus Monachus *Sapientiam* ſubſtituit, licet auctore non nimis invito, qui in talibus luſit etiam. R.

(*d*) Tranſpoſita ſunt verba, ſcribe: *Exornatur auguſta domus coactis proceribus, & omnis ordo Palatinus &c.* Apparet vel ex ultimo hoc ſuperſtitum capite ſtilus hominis eruditi, qui talis ſingulis phraſibus videri velit; hoc eſt talis, quem bona fide Grammaticum appellare poſſis. Atque haec hactenus, ut vita ſaltem ſervetur his Periochis, quae in ſecunda editione omiſſae, tandem plane intercidiſſent, niſi vindicarentur: dignae tamen vita ſemel adepta, potius quam oblivione feliciter poſt multa ſaecula expugnata. R.

(*e*) Etſi hoc loco ſuperiora cum ſequentibus in manuſcripto exemplari cohaerebant, continenterque legebantur, manifeſtum procul dubio eſt deeſſe medium fere indicem capitum hujus tertii libri, integrumque quarti: quem tamen ex ipſius Corippi margine reſtitui minime placuit, quod ab auctore brevior aliquanto appoſitus ibi fuerit. Quin etiam principium Praefationis Corippi ad Juſtinum Auguſtum, manifeſto deeſt. Cujus injuriae [illegible] non oſcitanti, aut indocto deſcriptori tribuenda videtur, qui fortaſſis antiquius exemplar libri, unde deſcribebat, folio uno mutilum, jam illo tempore nactus fuerit. *Ruizius*.

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI

FRAGMENTUM CARMINIS PANEGYRICI

IN LAUDEM IUSTINI AUGUSTI MINORIS

SEU PRAEFATIO LIBRORUM SUORUM DE LAUDIBUS IUSTINI AUG. MINORIS.

EDITIO RUIZII.

. . . . Deus omnia regna
Sub pedibus dedit eſſe tuis, regeſque ſuperbos
Subdidit, hoſtileſque manus decreſcere fecit.
II. *Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis,*
Horribilis viſu, crudiſque aſperrima bellis,
Imperio ſubiecta tuo ſervire parata,
In media ſupplex defuſis crinibus aula
Exorat pacem, nec fidere millibus audet
Tot numeroſa ſuis Romana laceſſere ſigna:
Quae totiens victos numeret per proelia Francos;
Edomitoſque Getas, captos ſtratoſque tyrannos,
Langobardorum populos, Gepidumque feroces,
Mutua per latos inter ſe vulnera campos
Miſcentes feritate ſua, cum milite tuto
Alternas gentes domini fortuna necaret.
Pars inimicorum cecidit cum magna tuorum
Perfidia punita ſua: nunc Marte peracto
Victores, victique . . . famulantur in aula.
III. *Solum excellentem conſcendere iuſſit in arcem*
Te Pater omnipotens, ſummaque in ſede locavit,
Mater conſilii placidis Vigilantia veſtris
Semper ineſt oculis; quamque omni pectore geſtas,
Alma Auguſta, tui conſors Sapientia regni.
Tu quoque, iuſtitiae nomen de nomine ſumens,
Fraena regendorum retines firmiſſima Regum.
Nominibus tribus his regitur, quodcumque movetur.
Certatim gentes Romana ad foedera currunt:
Principe pro iuſto Romanum nomen amatur,
Subque pio domino cuncti bene vivere quaerunt.
Ille etiam, Solis qui ſe ſubiactat amicum,
Ardua ſuſcipiens minuentis cornua Lunae,
Noctivagoſque colens aſtrorum conſulit ignes,
Urgetur terrore tuo, properatque ſuperbum
Inclinare caput, ſubiectaque ponere colla.
IV. *Quid Libycas gentes, quid Syrtica proelia dicam*
Iam libris completa meis; maiora canendi
Tempus adeſt: ſenio dextram pie porrige feſſo.
Tu mihi materiam dicendi carminis aptam,
Ingenium, ſtudiumque dabis, cui vincere fas eſt
Indomitas gentes, & Barbara ſubdere regna.
Vince meae ſaevam fortunae, deprecor, iram:
Vincere fortunam plus eſt, quam vincere bella.
Nudatus propriis, & vulnera plurima paſſus
Ad medicum veni, precibus pia pectora pulſans;
Ad medicum, verbo peſtem qui ſummovet uno,
Et ſine compoſito medicamine vulnera curat.
Huic ego ſananti, ſi qua eſt fiducia ſervis,
Grates ſemper ago, & pro munere carmina poſco.

Avares vel gentes alias Iuſtino ſubditas dicit.

Iuſtinum, Sophiamque dignos eſſe deſcribit imperio.

Forte *ſuſpiciens.*

Propitiari ſibi poſtea Principem deprecatur.

EDITIO EMENDATA.

. . . . Deus omnia regna
Sub pedibus dedit eſſe tuis, regeſque ſuperbos
Subdidit, hoſtileſque manus decreſcere fecit.
Illa colubrimodis Avarum gens dira capillis,
Horribilis viſu, crudiſque aſperrima bellis,
Imperio ſubiecta tuo, ſervire parata
In media ſupplex defuſis crinibus aula
Exorat pacem, nec fidere millibus audet
Tot numeroſa ſuis Romana laceſſere ſigna.
Quis totiens victos numeret per proelia Francos?
Edomitoſque Getas? captos, ſtratoſque tyrannos?
Langobardorum populos, Gepidumque feroces,
Mutua per latos inter ſe vulnera campos
Miſcentes feritate ſua? Cum, milite tuto,
Alternas gentes Domini fortuna necaret,
Pars inimicorum cecidit tunc magna tuorum
Perfidia punita ſua: nunc, Marte peracto,
Victores, victique tua famulantur in aula.
Solum excellentem conſcendere iuſſit in arcem
Te Pater omnipotens, ſummaque in ſede locavit.
Mater conſilii placidis Vigilantia veſtris
Semper ineſt oculis, quamque omni pectore geſtas,
Alma Auguſta, tui conſors Sapientia regni.
Tu quoque, Iuſtitiae nomen de nomine ſumens,
Frena regendorum retines firmiſſima Regum.
Numinibus tribus his regitur, quodcumque movetur,
Certatim gentes Romana ad foedera currunt:
Principe pro iuſto Romanum nomen amatur,
Subque pio Domino cuncti bene vivere quaerunt.
Ille etiam, Solis qui ſe ſubiactat amicum,
Ardua ſuſpiciens minuentis cornua Lunae,
Noctivagoſque colens aſtrorum conſulit ignes,
Urgetur terrore tuo, properatque ſuperbum
Inclinare caput, ſubiectaque ponere colla.
Quid Libycas gentes, quid Syrtica proelia dicam
Iam libris completa meis? maiora canendi
Tempus adeſt: ſenio dextram, pie, porrige feſſo.
Tu mihi materiam dicendi carminis aptam,
Ingenium, ſtudiumque dabis; cui vincere fas eſt
Indomitas gentes, & barbara ſubdere regna,
Vince meae ſaevam fortunae, deprecor, iram:
Vincere fortunam plus eſt, quam vincere bella.
Nudatus propriis, & vulnera plurima paſſus
Ad medicum venio, precibus pia pectora pulſans;
Ad medicum, verbo peſtem qui ſummovet uno,
Et ſine compoſito medicamine vulnera curat.
Huic ego ſananti, ſi qua eſt fiducia ſervis,
Grates ſemper ago, & pro munere carmina porto.

CARMEN PANEGYRICUM
IN LAUDEM
ANASTASII QUAESTORIS ET MAGISTRI.

In laudem Anaſtaſii Quaeſtoris elocutio * tropica.

EDITIO RUIZII.

Immenſam ſylvam laudum, vir iuſte, tuarum
Aſpiciens, celſos nitor contingere ramos,
Grandiaque a ſummis decerpere poma racemis.
Sed parvus maiora peto: nec prendere poſſum
Menſuram tranſfuſa meam, longeque remota.
Suſpicio, mirorque videns, & brachia tendo
Ingenii, ſtudiique mei. Stat fertilis arbor
Sacrorum in medio nemorum pulcherrima viſu,
Per mundi ſpatium ramos quae tendit opacos,
Fructibus omnigenis, etiam ſine tempore, plena,
Et nova maturis admiſcens germina pomis:
Cuius apex ſummi contingit ſydera caeli,
Et radix de fonte bibit, ſacriſque fluentis
Expandit ſatiata comas, & nubila ſupra eſt.
Arboris & fontis, ſi fas componere magnis
Parva datur, iuſtas videor poſuiſſe figuras:
Sin aliter videar, veniam petit, optime Quaeſtor,
Simplicitas ignara mali. Tu fertilis arbor
Auguſto de fonte bibens; fons maximus aulae eſt
Communis benefactor herus, fons omnia ditans,
Qui tuo per latas eduxit brachia terras,
Et populos veſtra requieſcere fecit in umbra.
Hoc mihi da de fonte bibam, tu pabula praebens,
Fons mihi dulcis aquae. Haec inter amoena libenter
Nutriar, & veſtra ſatiatus protegar umbra,
Summe magiſtrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Principis auſpicio leges, & iura gubernans,
Iuſtitiae vindex, inopum pater, omnia curans
Iudiciis relevare piis, quia munera temnis,
Spernis avaritiam, fulvum quia reſpuis aurum,
Quaeſtor Anaſtaſi, quem Chriſti munere fidum
Cognovit princeps, geminoque ornavit honore.
H. Felix eſt totus Iuſtino principe mundus,
Felix haec aetas, in qua ſapientia regnat:
Felices populi te iudice, quos facis ipſe
Sub dominis gaudere piis. Generaliter orbi
Quamquam provideas, miſeri ſpecialiter Afri
In te oculos, atque ora ferunt: agit Africa grates,
Et veſtram iam ſentit opem, gaudetque quod ampla
Semper Anaſtaſii referunt ſolatia cives.
Me quoque gaudentem, Quaeſtorum maxime, redde:
Quod labor indulſit, quod feſſis provida muſis
Alma per inſomnes meruit vigilantia noctes,
Hi ſacri monſtrant apices: lege, ſumme magiſter,
Et cauſſam defende meam: tibi ſanctio veſtrum
Commendat famulum: veſtro de fonte creatur
Rivulus iſte meus, ſub cuius nomine geſto
Principis officium. Feſſae miſerere ſenectae,
Vulneribuſque meis ſolita pietate medere,
Ut grates tibi laetus agam, ſacroſque triumphos
Principis invicti felici carmine dicam.

EDITIO EMENDATA.

Immenſam ſilvam laudum, vir iuſte, tuarum
Aſpiciens, celſos nitor contingere ramos,
Grandiaque a ſummis decerpere poma racemis.
Sed parvus maiora peto: nec prendere poſſum
Menſuram tranſfuſa meam; longeque remota
Suſpicio, mirorque videns, & brachia tendo
Ingenii, ſtudiique mei. Stat fertilis arbor
Sacrorum in medio nemorum, pulcherrima viſu,
Per mundi ſpatium ramos quae tendit opacos,
Fructibus omnigenis, etiam ſine tempore, plena,
Et nova maturis admiſcens germina pomis:
Cuius apex ſummi contingit ſidera caeli,
Et radix de fonte bibit, ſacriſque fluentis
Expandit ſatiata comas, & nubila ſupra eſt.
Arboris, & fontis, ſi fas componere magnis
Parva datur, iuſtas videor poſuiſſe figuras:
Sin aliter videar, veniam petit, optime Quaeſtor,
Simplicitas ignara mali. Tu fertilis arbor
Auguſto de fonte bibens: fons maximus aulae eſt
Communis benefactor herus, fons omnia ditans,
Qui tua per latas eduxit brachia terras,
Et populos veſtra requieſcere fecit in umbra.
Hoc mihi da de fonte bibam: tu pabula praebeas.
Fontis dulcis aquis haec inter amoena libenter
Nutriar, & veſtra ſatiatus protegar umbra,
Summe Magiſtrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Principis auſpicio leges & iura gubernans,
Iuſtitiae vindex, inopum pater, omnia curans
Iudiciis relevare piis, quia munera temnis,
Spernis avaritiam, fulvum quia reſpuis aurum,
Quaeſtor Anaſtaſi, quem Chriſti munere fidum
Cognovit Princeps, geminoque ornavit honore.
Felix eſt totus Iuſtino Principe mundus;
Felix haec aetas, in qua Sapientia regnat:
Felices populi te iudice, quos facis ipſe
Sub Dominis gaudere piis. Generaliter orbi
Quamquam provideas, miſeri ſpecialiter Afri
In te oculos, atque ora ferunt: agit Africa grates,
Et veſtram iam ſentit opem, gaudetque quod ampla
Semper Anaſtaſii referunt ſolatia cives.
Me quoque gaudentem, Quaeſtorum maxime, redde.
Quod labor indulſit, quod feſſis provida Muſis
Alma per inſomnes meruit vigilantia noctes,
Hi ſacri monſtrant apices. Lege, ſumme Magiſter,
Et cauſſam defende meam: tibi ſanctio veſtrum
Commendat famulum: veſtro de fonte creatur
Rivulus iſte meus, ſub cuius nomine geſto
Principis officium. Feſſae miſerere ſenectae,
Vulneribuſque meis ſolita pietate medere,
Ut grates tibi laetus agam, ſacroſque triumphos
Principis invicti felici carmine dicam.

CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
DE LAUDIBUS
IUSTINI AUGUSTI MINORIS
LIBER PRIMUS.

EDITIO RUIZII.

Praelocutio poëtae de ſui carminis opere.

IMperii culmen rerum non motibus ullis,
Non armis ſumptum, non ambitione potitum
Auſpicio meliore cano, licet omnia nullus
Inclyta geſtorum valeat monimenta piorum
Ordinibus numerare ſuis: tamen utile ſervis
Eſſe reor mentem dominis aptare fidelem.

Invocatio poëtae Sapientiam deprecantis.

Officio quocunque datur, praecommodo linguam;
Vos divae date verba, & quae Vigilantia mater,
Et quae ſumma regens Sapientia protegis orbem.
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina muſis
Sufficitis: vos, quaeque latent arcana, monetis.
Tuque Dei genitrix ſanctam mihi porrige dextram,
Et fer opem quaeſo: magni mihi cauſa laboris
Surgit, & invalidos ad pondera tendo lacertos.

Commemorantur exhortatores huiuſce carminis.

Urget amans Dominus, carmenque impellit adire
Quaeſtor Anaſtaſius, ſancti pars magna ſenatus,
Compoſitor morum, iuris, legumque ſacerdos:
Et Thomas Libycae nutantis deſtina terrae,
Qui lapſam ſtatuit; vitae ſpem reddidit Afris,
Pacem compoſuit, bellum ſine milite preſſit,
Vicit conſiliis, quos nullus vicerat armis.
Nec non magnanimus meritis, & nomine Magnus,
Mente placens dominis, ſacris rationibus aptus.
Rectorum Latii diſcuſſor providus orbis,
Succeſſorque boni, recidivaque gloria, Petri.
Hinc Theodolus adeſt patria gravitate magiſter:
Hinc ſecreta ſacrae tractans Demetrius aulae.

Hoc loco deerat folium unum in exemplari.

. . . .

Humentes oculos preſſit ſopor. Haud ſine ſummi
Numinis auſpicio reor hanc veniſſe quietem.
Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum
Venerat ille viro, rerumque arcana docere.
Nondum plena quies victos laxaverat artus,
Cum virgo ſuperas caeli demiſſa per auras,
Aſpectu clemens, & greſſu laeta pudico,
Purpureas velata comas, oculiſque benigna:
Quantum ſigna dabant, ſacrae pietatis imago,
Divinos ſtetit ante pedes, dextraque coronam
Impoſuit, ſanctique caput diademate cinxit.
Auguſtoque virum circumdans mitis amictu,
Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit,
Terribilis princeps, & amabilis omnibus idem,
A magno dilecte Deo, divalis origo.
En ego laeta tuis occurro prima ſecundis,
Geſtorumque tibi felix praenuncia veni.
Suſtulit haec nox alma patrem, fortiſſime ſurge:
Te expectat Iuſtine dies, tu proximus haeres.

EDITIO EMENDATA.

IMperii culmen rerum non motibus ullis,
Non armis ſumptum, non ambitione potitum
Auſpicio meliore cano. Licet omnia nullus
Inclita geſtorum valeat monumenta piorum
Ordinibus numerare ſuis, tamen utile ſervis
Eſſe reor, mentem Dominis aptare fidelem
Officio quocumque datur. Praecommodo linguam,
Vos divae date verba, & quae Vigilantia mater,
Et quae ſumma regens Sapientia protegis orbem.
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Muſis
Sufficitis: vos, quaeque latent arcana, monetis.
Tuque Dei genitrix ſanctam mihi porrige dextram,
Et fer opem quaeſo: magni mihi cauſſa laboris
Surgit, & invalidos ad pondera tendo lacertos.
Urget amans dominos, carmenque impellit adire
Quaeſtor Anaſtaſius, ſancti pars magna Senatus,
Compoſitor morum, iuris legumque ſacerdos:
Et Thomas Libycae nutantis deſtina terrae,
Qui lapſam ſtatuit, vitae ſpem reddidit Afris,
Pacem compoſuit, bellum ſine milite preſſit,
Vicit conſiliis, quos nullus vicerat armis.
Nec non magnanimus, meritis & nomine Magnus,
Mente placens Dominis, ſacris rationibus aptus,
Rectorum Latii diſcuſſor providus orbis,
Succeſſorque boni, redivivaque gloria Petri.
Hinc Theodorus adeſt patria gravitate magiſter:
Hinc ſecreta ſacrae tractans Demetrius aulae.

. . . .

Humentes oculos preſſit ſopor. Haud ſine ſummi
Numinis auſpicio reor hanc veniſſe quietem;
Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum
Venerat ille viro, rerumque arcana docere.
Nondum plena quies victos laxaverat artus,
Cum virgo ſuperas caeli demiſſa per auras,
Aſpectu clemens, & greſſu laeta pudico,
Purpureas velata comas, oculiſque benigna,
Quantum ſigna dabant, ſacrae Pietatis imago,
Divinos ſtetit ante pedes, dextraque coronam
Impoſuit, ſanctoque caput diademate cinxit;
Auguſtoque virum circumdans mitis amictu,
Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit,
Terribilis Princeps & amabilis, omnibus idem,
A magno dilecte Deo, divalis origo.
En ego laeta tuis occurro prima ſecundis,
Geſtorumque tibi felix praenuncia veni.
Suſtulit haec nox alma patrem: fortiſſime, ſurge;
Te exſpectat, Iuſtine, dies, tu proximus heres.

Te pater omnipotens divino ornavit honore;
Te dominum ſacrae firmavit avunculus aulae.
Quid fundis lachrymas? rerum quid gaudia defles?
Proiice triſtitiam; vivit pater, aethere vivit,
Et fruitur meliore die: ſuccede labori,
Atque regendarum curas nunc ſuſcipe rerum.
Et virtus, roburque tibi, praeſtantior aetas,
Prudens conſilium, ſtabilis mens, ſancta voluntas,
Et rerum cuſtos vigilantia, dignaque caelo
Veſtra gubernatrix lati ſapientia mundi.
Haec ne vana putes, aut credas omnia fingi:
Accelera, manifeſta loquor: tibi ſerviet orbis,
Fortia virtutum miratur facta tuarum.
Forte per ſe. Quiſquis erit veſtra, * prae ſe cadet, invidus aulae,
Afficietque viros legum pius enſis iniquos,
Barbara Romanos augebunt bella triumphos,
Regnaque ſub veſtris venient fortiſſima plantis.
Ecce tuae proceres pulſantes limina portae
Iuſtinum, Sophiamque rogant ſuccedere patri.
Dixerat haec virgo, placidus cum lumina ſomnus
Deſeruit, puriſque volans ſe miſcuit auris.
Et iam crebra manus veloci concita pulſu
Limina quaſſabat ductis munita catbenis:
De Iuſtini aedibus Calinici impulſu concitatis, & cuſtodis ad ſtrepitum [illegible] ſa.
Ad ſtrepitum cuſtos, cura eſt cui clauſtra tueri,
Sic ait indignans: Quiſnam temerarius hic eſt,
Qui placidos audet dominorum rumpere ſomnos
Tempore, quo dulcem nox intempeſta quietem
Ingerit, & membro ſopor eſt gratiſſimus omni?
Si te fida manet dominorum cura tuorum,
Surge, Calinicus ait. Mox agnita vox eſt:
Ante fores domini Calinicum nunciat eſſe:
Auſpicium felix illo de nomine cepit.
Proſperitas ea prima fuit, fortunaque rerum
Tempora defeſſo renovans felicia mundo,
Quod primum ad limen bona tunc victoria venit,
Orbis in Auguſtam dominos ut duceret aulam.
Hoc nomen fors laeta tibi Calinice dicavit;
Pro meritis vir clare tuis: factuſque miniſter
Tanti conſilii, licet haec Deus omnia fecit,
Tu quoque cum dominis, quoniam ſic mente fideli
Vixiſti, viveſque tuis, mercede laborum
Aeternam famam, laudemque, & nomen habebis.
Fit iuſſis mora nulla Dei: mox clauſtra reſolvens
Ianitor excelſam ſtridenti cardine portam
Imperio reſeravit heri. Iam viſio certum
Fecerat illa virum, dulceſque a pectore ſomnos
Expulerat, curaeque altae pia corda movebant.
Forte ut. * Et latae patuere fores, ſubit ampla Senatus
Atria, & aurati ſubter faſtigia tecti
Corripuit feſtinus iter monſtrante miniſtro.
Deſcriptio domus Iuſtini. VII. Eſt domus interior tectorum in parte ſuperna,
Luce ſua radians. & aperto libera caelo,
Conſpicuo vitrei ſplendens fulgore metalli:
Dicere ſi fas eſt, rutili non indiga Solis,
Vel Solis dicenda domus; gratiſſima viſu,
Et facie miranda loci. Pars proſpicit una
Immenſum pelagus; pars reſpicit altera portum,
Portum, quem geminae complexant brachia ripae
Moenibus adpoſitis, rapidos contemnere ventos
Et

Te Pater omnipotens divino ornavit honore;
Te Dominum ſacrae firmavit avunculus aulae.
Quid fundis lacrimas? rerum quid gaudia defles?
Proiice triſtitiam; vivit pater aethere, vivit,
Et fruitur meliore die: ſuccede labori,
Atque regendarum curas nunc ſuſcipe rerum.
Eſt virtus, roburque tibi, praeſtantior aetas,
Prudens conſilium, ſtabilis mens, ſancta voluntas,
Et rerum cuſtos Vigilantia, dignaque caelo
Veſtra gubernatrix lati Sapientia mundi.
Haec ne vana putes, aut credas omnia fingi,
Accelera, manifeſta loquor: tibi ſerviet orbis,
Fortia virtutum miratus facta tuarum.
Quiſquis erit veſtrae, per ſe cadet, invidus aulae,
Afficietque viros legum pius enſis iniquos,
Barbara Romanos augebunt bella triumphos,
Regnaque ſub veſtris venient fortiſſima plantis.
Ecce tuae proceres pulſantes limina portae
Iuſtinum, Sophiamque rogant ſuccedere patri.
Dixerat haec virgo, placidus cum lumina ſomnus
Deſeruit, puriſque volans ſe miſcuit auris.
Et iam crebra manus veloci concita pulſu
Limina quaſſabat ductis munita catenis:
Ad ſtrepitum cuſtos, cura eſt cui clauſtra tueri,
Sic ait indignans: quiſnam temerarius hic eſt,
Qui placidos audet Dominorum rumpere ſomnos
Tempore, quo dulcem nox intempeſta quietem
Ingerit, & membro ſopor eſt gratiſſimus omni?
Si te fida manet Dominorum cura tuorum,
Surge agedum, Calinicus ait. Mox agnita vox eſt:
Ante fores Dominis Calinicum nunciat eſſe:
Auſpicium felix illo de nomine cepit.
Proſperitas ea prima fuit, fortunaque rerum
Tempora defeſſo renovans felicia mundo,
Quod primum ad limen bona tunc victoria venit,
Orbis in Auguſtam Dominos ut duceret aulam.
Hoc nomen fors laeta tibi, Calinice, dicavit
Pro meritis, vir clare, tuis: factuſque miniſter
Tanti conſilii (licet haec Deus omnia fecit)
Tu quoque cum Dominis, quoniam ſic mente fideli
Vixiſti, viveſque, tuis, mercede laborum
Aeternam famam, laudemque, & nomen habebis.
Fit iuſſis mora nulla Dei: mox clauſtra reſolvens
Ianitor excelſam ſtridenti cardine portam
Imperio reſeravit heri. Iam viſio certum
Fecerat illa virum, dulceſque a pectore ſomnos
Expulerat, curaeque altae pia corda movebant.
Ut latae patuere fores, ſubit ampla Senatus
Atria, & aurati ſubter faſtigia tecti
Corripuit feſtinus iter, monſtrante miniſtro.
Eſt domus interior tectorum in parte ſuperna,
Luce ſua radians, ut aperto libera caelo;
Conſpicuo vitrei ſplendens fulgore metalli,
Dicere ſi fas eſt, rutili non indiga Solis,
Vel Solis dicenda domus; gratiſſima viſu,
Et facie miranda loci. Pars proſpicit una
Immenſum pelagus; pars reſpicit altera portum,
Portum, quem geminae complexant brachia ripae
Moenibus adpoſitis, rapidos contemnere ventos
Ut

Et faciant, praebentque ſalum ſtatione quietum,
Aequoreos frangunt obiecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas anguſtis faucibus undas.
Gratior ille fuit dominis locus, unde ſolebant
Undivagum ſpectare fretum, curvaſque carinas
Omnia vectantes gemini commercia mundi.
Illic e ſtratis conſurgens impiger altis
Electus princeps ſecreta in parte ſedebat,
Atque oſtenſa ſibi charae referebat amanti.

De conventu, & perſuaſione patrum pro Iuſtini regimine.

VIII. *Dum loquitur, penſatque pia cum coniuge curas,*
Limina ſacra Patres deiectis vultibus intrant
(Ille habitus caſum ſignis monſtravit apertis)
Surrexere citi, verbiſque in ſede relictis
Ad medias venere locos. Quid fertis amici?
Cur triſtes, Iuſtinus ait? Pater inclytus orbis
Occidit, an vivit? Magno tunc regia fletu
Ingemuit; gemitus uno Calinicus ademit
Ora premens digito, dextraque ſilentia fecit.

Comparatio.

Aggere non aliter quam victo flumen inundans
In latos erumpit agros, ſi cautior illic
Marginibus ſparſis erectas colligat undas
Agricola, in ſeſe refluus revocabitur amnis,
Praecipites frenantur aquae, redit impetus omnis,
Et clauſi bibula rivi minuuntur arena.
Romanum Imperium, patris dum vita manebat,
Veſtris conſiliis, veſtriſque laboribus auctum,
Et plebi notum eſt, & nos cum plebe fatemur;
Auguſtum, Iuſtine, genus te principe dignum,
Te dominum ſacrae quis non praedixerit aulae?
Cum magni regeres divina palatia patris,
Par extans curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum vocitatus cura palatii:

Forte dato.

*Diſpoſitu * nam Caeſar eras. Cum ſceptra teneret*
Fortis adhuc ſenior, regni tu ſumma regebas
Conſilio moderata gravi. Nil ille peregit
Te ſine, magnanimus ſeu fortia bella moveret,
Foedera ſeu pacis cum victis victor iniret.
Nunc idem genitor laetus, plenuſque dierum
Funere felici caeleſtia regna petivit,
Te ſucceſſorem ſtatuens ſibi; ſuſpice gaudens.
In tua iura ſuum tranſmiſit avunculus orbem.
Non te cognatum ſanctiſſimus ille putavit,
Sed genitum: te iura vocant, te ſuſtinet aula.
Tu decus imperii, lumen, virtuſque Latini:
In te noſtra ſalus, in te ſpes noſtra reſurgit.
Oramus concede tuis, ſuccede parenti,
Rumpe moras, cape dona Dei, ſceptriſque paternis
Utere, & Auguſtum, quod defuit, accipe nomen.

De renunciatione Iuſtini ſummam imperii tenentis.

IX. *Talibus orabat ſacras vir ſidus in aures*
Hortans, & rerum dominis cunctantibus inſtans;
Conſenſuſque ſui manifeſtans vota Senatus
Creverat, orabat dominos, & poplite flexo
Plurima divinis ſupplex dabat oſcula plantis,
Verbaque narrantis tacite firmabat amici.
Ipſe autem patris concuſſus ſorte beati
Sceptra recuſabat lachrymans, largoque rigabat
*Imbre genas, * fletuſque viri veſteſque madebant,*

Forte pullus, aut vultus.

Tantus amor ſenioris erat. Deſiſtite, dixit;
Duram rem petitis, fruſtraque inſtatis amici.

Ergo,

Ut faciant, praebentque ſalum ſtatione quietum,
Aequoreos frangunt obiecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas anguſtis faucibus undas.
Gratior ille fuit Dominis locus, unde ſolebant
Undivagum ſpectare fretum, curvaſque carinas
Omnia vectantes gemini commercia mundi.
Illic e ſtratis conſurgens impiger altis
Electus Princeps ſecreta in parte ſedebat,
Atque oſtenſa ſibi carae referebat amanti.
Dum loquitur, penſatque pia cum coniuge curas,
Limina ſacra Patres, deiectis vultibus, intrant;
(Ille habitus caſum ſignis monſtravit apertis.)
Surrexere citi: verbiſque in ſede relictis,
Ad medios venere locos. Quid fertis amici?
Cur triſtes, Iuſtinus ait? Pater inclitus orbis
Occidit, an vivit? Magno tunc regia fletu
Ingemuit; gemitus uno Calinicus ademit
Ora premens digito, dextraque ſilentia fecit.
Aggere non aliter quam victo flumen inundans
In latos erumpit agros, ſi cautior illic
Marginibus ſparſis erectas colligat undas
Agricola, in ſeſe refluus revocabitur amnis,
Praecipites frenantur aquae, redit impetus omnis,
Et clauſi bibula rivi minuuntur arena.
Romanum Imperium, patri dum vita manebat,
Veſtris conſiliis, veſtriſque laboribus auctum,
Et plebi notum eſt, & nos cum plebe fatemur,
Auguſtum, Iuſtine, genus: te Principe dignum,
Te Dominum ſacrae quis non praedixerit aulae,
Cum magni regeres divina palatia patris,
Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar?
Ordine pro rerum vocitatus Cura-palatij,
(Diſpoſitu nam Caeſar eras) cum ſceptra teneret
Fortis adhuc ſenior, regni tu ſumma regebas
Conſilio moderata gravi. Nil ille peregit
Te ſine, magnanimus ſeu fortia bella moveret,
Foedera ſeu pacis cum victis victor iniret.
Nunc idem genitor laetus, plenuſque dierum
Funere felici caeleſtia regna petivit,
Te ſucceſſorem ſtatuens ſibi; ſuſcipe gaudens:
In tua iura ſuum tranſmiſit avunculus orbem.
Non te cognatum ſanctiſſimus ille putavit,
Sed genitum: te iura vocant, te ſuſtinet aula.
Tu decus imperii, lumen, virtuſque Latini:
In te noſtra ſalus, in te ſpes noſtra reſurgit.
Oramus, concede tuis, ſuccede parenti:
Rumpe moras, cape dona Dei, ſceptriſque paternis
Utere, & Auguſtum, quod defuit, accipe nomen.
Talibus orabat ſacras vir fidus in aures
Hortans, & rerum Dominis cunctantibus inſtans;
Conſenſuſque ſui manifeſtans vota Senatus
Creber adorabat Dominos, & poplite flexo
Plurima divinis ſupplex dabat oſcula plantis,
Verbaque narrantis tacite firmabat amici.
Ipſe autem patris concuſſus ſorte beati
Sceptra recuſabat lacrimans, largoque rigabat
Imbre genas, vultuſque viri, veſteſque madebant;
Tantus amor ſenioris erat. Deſiſtite, dixit;
Duram rem petitis, fruſtraque inſtatis amici.

Ergo

Ergo, ſuperpoſita caput hoc ornabo corona,
Quando Iuſtinum triſtem decet eſſe per orbem?
Flere liber: patrem res publica perdit & orbis
Non dominum. Quem non hominem pietate benigna
Continuit, fovit, monuit, nutrivit, amavit,
Et tamen innocuo plures voluere nocere?
Non caret invidia regni locus: ibo paternas
Triſtis in exequias, regalia ſigna recuſo.

De precibus a Senatu pro Imperio Iuſtinus iterum oblatis.

X. Talia dicentis pedibus proſtrata, iacenſque
Omnis turba ſimul, Pius es, miſerere, perorat,
Supplicibus vir ſancte tuis, ſuccurre periclis,
Omnia mox veniente die periiſſe videbis,
Si vacuam vulgus ſine principe ſenſerit aulam.
Quantumcumque boni moveat dilectio patris,
Non ſit amor patriae patrio minor: ipſe tenere
Sceptra tuus moriens te iuſſit avunculus ore.
Aſpice, quanta fuit noſtrae ſimul urbis, & orbis
Provida cura ſeni. Pro te Deus omnia fecit,
Quae fieri voluit. Solium conſcende paternum,
Et rege ſubiectum princeps fortiſſime mundum.
Aurea naſcetur vobis regnantibus aetas,
Nec mutans dominos Romana videbitur aula.
Vocibus his flexus ceſſit tandem: itur in arcem
Obſequio comitante patrum, gratiſſima coniunx
Subſequitur, non tunc ſolito ſtipata tumultu.
Incedunt media ſecuram nocte per urbem
Fronte parum laeti, quamvis (gaudente Senatu)
Imperium peterent: quanquam omnia tuta viderent;
Divinis animis inerat dolor ille parentis.
Ante pios oculos mitis verſatur imago;

Forte movet.

Illa * monet mentem, penituſque in pectore utroque
Indiviſa manens pia numina numine complet.

Felix auſpicium ex gallorum cantu Iuſtino, Sophiaeque contexitur.

XI. Limen ut Auguſtae ſacro pede contigit aulae,
Omnia gallorum ſtrepuerunt culmina cantu:
Exactam noctem primi ſenſere volucres,
Et laetum cecinere diem, alarumque dedere
Plauſibus aſſiduis, & acuta voce favorem.

De excubiis, & ſollicitudine domus regiae.

XII. Excubiae primum, quae ſumma palatia ſervant,
Imperium felix dominis intrantibus optant,
Et cunctos aditus armato milite vallant,
Ne quis in Auguſtam contrarius audeat aulam
Infenſum conferre pedem (devotio tanta,
Atque hominum cautela fuit, ſolerſque bonorum
Sollicitudo patrum.). Nam quis tentaret obeſſe,
Cum Deus imperium ſancto iam dixerat ore
Iuſtino, Sophiaeque datum? muroque potenti
Cinxerat, et armis totam caeleſtibus aulam,
Omnia diſponens, munivit providus arcem,
Tiberius, domini ſemper cui maxima cura
Utilitatis erat: Namque illum maximus orbis
Communis benefactor alens, & ab ubere matris
Suſcipiens primis puerum praelegit ab annis,
Utque pater genitum nutrivit, fovit, amavit,
Paullatimque virum ſumma in faſtigia duxit.
Hinc eſt * iuvenis tota virtute laborans

Aut deeſt quod, aut legendum Hinc etiam.

Pro rerum dominis animam, vitamque periclis
Non dubitat praebere ſuam: vigilatque, fidemque
Exhibet, & ſummum meruit dominantis amorem.
Hic bene ſuſcepti primordia proſpera regni

Diſcre-

Ergo ſuperpoſita caput hoc ornabo corona,
Quando Iuſtinum triſtem decet eſſe? Patrem orbis
Flere liber: Patrem res publica perdidit orbis,
Non Dominum. Quem non hominem pietate benigna
Continuit, fovit, monuit, nutrivit, amavit?
Et tamen innocuo plures voluere nocere!
Non caret invidia regni locus: ibo paternas
Triſtis in exequias: regalia ſigna recuſo.
Talia dicentis pedibus proſtrata, iacenſque
Omnis turba ſimul, pius es, miſerere, perorat,
Supplicibus, vir ſancte, tuis: ſuccurre periclis.
Omnia mox, veniente die, periiſſe videbis,
Si vacuam vulgus ſine Principe ſenſerit aulam.
Quantumcumque boni moveat dilectio patris,
Non ſit amor patriae patrio minor: ipſe tenere
Sceptra tuus moriens te iuſſit avunculus ore.
Aſpice, quanta fuit noſtrae ſimul urbis, & orbis
Provida cura ſeni. Pro te Deus omnia fecit,
Quae fieri voluit. Solium conſcende paternum,
Et rege ſubiectum, Princeps fortiſſime, mundum.
Aurea naſcetur vobis regnantibus aetas,
Nec mutans Dominos Romana videbitur aula.
Vocibus his flexus ceſſit tandem: itur in arcem
Obſequio comitante Patrum; gratiſſima coniux
Subſequitur, non tunc ſolito ſtipata tumultu.
Incedunt media ſecuram nocte per urbem
Fronte parum laeti, quamvis (gaudente Senatu)
Imperium peterent: quamquam omnia tuta viderent.
Divinis animis inerat dolor ille parentis:
Ante pios oculos mitis verſatur imago;
Illa movet mentem, penituſque in pectore utroque
Indiviſa manens pia numina numine complet.
Limen ut Auguſtae ſacro pede contigit aulae,
Omnia gallorum ſtrepuerunt culmina cantu.
Exactam noctem primi ſenſere volucres,
Et laetum cecinere diem, alarumque dedere
Plauſibus aſſiduis, & acuta voce favorem.
Excubiae primum, quae ſumma palatia ſervant,
Imperium felix Dominis intrantibus optant,
Et cunctos aditus armato milite vallant,
Ne quis in Auguſtam contrarius audeat aulam
Infenſum conferre pedem. Devotio tanta,
Atque hominum cautela fuit, ſollerſque bonorum
Sollicitudo Patrum; nam quis tentaret obeſſe,
Cum Deus imperium ſancto iam dixerat ore
Iuſtino, Sophiaeque dari? muroque potenti
Cinxerat, atque armis totam caeleſtibus aulam?
Omnia diſponens, munivit providus arcem,
Tiberius, Domini ſemper cui maxima cura
Utilitatis erat: namque illum maximus orbis
Communis benefactor alens, & ab ubere matris
Suſcipiens primis puerum praelegit ab annis,
Utque pater genitum nutrivit, fovit, amavit,
Paullatimque virum ſumma in faſtigia duxit.
Hinc etiam iuvenis tota virtute laborans
Pro rerum Dominis animam, vitamque periclis
Non dubitat praebere ſuam: vigilatque, fidemque
Exhibet, & ſummum meruit Dominantis amorem.
Hic bene ſuſcepti primordia proſpera regni

Diſcre-

*Diſcreta ratione * vocans properare, fideles*
Forte vocans [illegible] *Urgebat famulos, & cunctis parare iubebat.*
Quibus ornamentis Iuſtinianus poſt mortem fuerit honoratus. XIII. *Aurato interea corpus ſublime feretro*
Impoſitum turba famulorum flente iacebat,
Et fletum lachrymis iuſtus dolor ora rigabat,
Arbor uti mediis avibus gratiſſima campis;
Comparatio. *Annis victa cadens antiquum robur opacis*
Servat adhuc foliis, & corpore fuſa ſupino,
Languida per latas expandit brachia terras:
At circum querulae volitantque, ſedentque volucres,
Moerenteſque dolent ſedem cecidiſſe priorem,
Et quaerenda novis arbor placet altera nidis:
Sic ſuprema ſuae ſervans inſignia vitae
Deeſt hic [illegible] erat. *Iuſtinianus * non mutans morte colorem,*
Sed ſolito candore nitens; quia vicerit orbem,
Mors veneranda viri, ſignis monſtravit apertis.
Ipſe videbatur cunctis plangentibus unus
Effigie gaudere pia, diademate comptus,
Purpureaque in veſte iacens requieſcere ſomno,
Credere quod poſſis, non duro funere corpus
Haud reor immerito ſic laetus, & ore benignus
Ille foret moriens, niſi mens ſibi conſcia recti
In caelum properans ſecuros linqueret artus,
Et totum imperium firmato haerede locaret.
[illegible] affectu [illegible] erga corpus [illegible] XIV. *Huc ubi magnanimus ſacra cum coniuge venit,*
Chara per exanimum circumdans brachia corpus,
Cum lachrymis Iuſtinus ait: Lux urbis, & orbis,
Iuſtiniane pater, dilectam deſeris aulam?
Cognatos famulos, & cunctos linquis alumnos?
Contemnis terras? Feſſo non proſpicis orbi?
Forte Avares. *En * Arabes, Francique truces, Gypideſque, Getaeque,*
Totque aliae gentes commotis undique ſignis
Bella movent: qua vi tantos ſuperabimus hoſtes,
Cum virtus Romana iacet? Haec patris amore
Verba loquebatur lachrymans: nam pectore toto
Bellorum iam cura fuit; iam ſigna, duceſque
Diſpoſiti, claſſes, acies, exercitus, arma
Conſilio moderata novo, taciteque parata.
Iuſtini nutu gentes, & regna tremiſcunt:
Omnia terrificat rigidus vigor. Hic pietatem
Oſtendit natura ſuam, iuſtumque dolorem
Divinis animis nulli evitabilis auxit
Carnis conditio, cunctis mortalibus aequa;
Hic pietas laudanda viri eſt, ſemperque canenda.
Dicite, quis hominum lachrymis ita poſſit amaris
Flere ſenis mortem? regni ſucceſſor & haeres
Imperat, & dolet: imperium proferre parenti
Mallet, quam regni ſolium, quam ſceptra tenere.
[illegible] XV. *Nec minus imperii gratum patrem inclyta conſors*
Flebat, & humanam ſortem pietate dolebat.
Exequiis adiicit ſolito plus dona paternis,
Itaque contractas denſo iubet agmine turbas:
Et tulit intextam precioſo murice veſtem,
Iuſtinianorum ſeries ubi tota laborum
Necto auro inſignita fuit, gemmiſque coruſca.
Illic Barbaricas flexa cervice phalanges,
Occiſos reges, ſubiectaſque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formaverat arte.
Fecerat & fulvum diſtare coloribus aurum,

Omnis

Diſcreta ratione vocans properare, fideles
Urgebat famulos, & cuncta parare iubebat.
Aurato interea corpus ſublime feretro
Impoſitum, turba famulorum flente, iacebat:
Et fletum lacrimis iuſtus dolor ora rigabat.
Arbor uti mediis, avibus gratiſſima, campis
Annis victa cadens antiquum robur opacis
Servat adhuc foliis, & corpore fuſa ſupino
Languida per latas expandit brachia terras:
At circum querulae volitantque, ſedentque volucres,
Moerenteſque dolent ſedem cecidiſſe priorem,
Et quaerenda novis arbor placet altera nidis;
Sic ſuprema ſuae ſervans inſignia vitae
Iuſtinianus erat, non mutans morte colorem,
Sed ſolito candore nitens. Quod vicerit orbem,
Mors veneranda viri ſignis monſtravit apertis.
Ipſe videbatur cunctis plangentibus unus
Effigie gaudere pia, diademate comptus,
Purpureaque in veſte iacens: requieſcere ſomno,
Credere quod poſſis, non duro funere, corpus.
Haud reor immerito ſic laetus, & ore benignus
Ille foret moriens, niſi mens ſibi conſcia recti
In caelum properans ſecuros linqueret artus,
Et tutum imperium firmato herede locaret.
Huc ubi magnanimus ſacra cum coniuge venit,
Cara per exanimum circumdans brachia corpus,
Cum lacrimis Iuſtinus ait: Lux urbis, & orbis,
Iuſtiniane pater, dilectam deſeris aulam?
Cognatos famulos, & cunctos linquis alumnos?
Contemnis terras? Feſſo non proſpicis orbi?
En Avares, Francique truces, Gepideſque, Getaeque,
Totque aliae gentes, commotis undique ſignis,
Bella movent: qua vi tantos ſuperabimus hoſtes,
Cum virtus Romana iacet? Haec patris amore
Verba loquebatur lacrimans: nam pectore toto
Bellorum iam cura fuit; iam ſigna, duceſque
Diſpoſiti, claſſes, acies, exercitus, arma
Conſilio moderata novo, taciteque parata.
Iuſtini nutu gentes, & regna tremiſcunt:
Omnia terrificat rigidus vigor. Hic pietatem
Oſtendit natura ſuam, iuſtumque dolorem
Divinis animis nulli evitabilis auxit
Carnis conditio, cunctis mortalibus aequa;
Hic pietas laudanda viri eſt, ſemperque canenda.
Dicite, quis hominum lacrimis ita poſſit amaris
Flere ſenis mortem? Regni ſucceſſor, & heres
Imperat, & dolet: imperium proferre parenti
Mallet, quam regni ſolium, quam ſceptra tenere.
Nec minus imperii gratum patrem inclita conſors
Flebat, & humanam ſortem pietate dolebat.
Exequiis adicit ſolito plus dona paternis,
Itaque contractas denſo iubet agmine turbas:
Et tulit intextam pretioſo murice veſtem,
Iuſtinianorum ſeries ubi tota laborum
Necto auro inſignita fuit, gemmiſque coruſca.
Illic Barbaricas flexa cervice phalanges,
Occiſos reges, ſubiectaſque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formaverat arte.
Fecerat & fulvum diſtare coloribus aurum:

Omnis

Omnis ut aſpiciens ceu corpora vera putaret:
Effigies auro, ſanguis depingitur oſtro.
Ipſum autem in media victorem pinxerat aula,
Effera Wandalici calcantem colla tyranni;
Plaudentem Libyam, fruges laurumque ferentem.
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,
Altricem imperii, libertatiſque parentem.
Haec ideo fieri vivax Sapientia iuſſit,
Ornatum ut propriis funus regale triumphis
Auguſtum in tumulum fatalis duceret hora.

Refert, quod univerſum vulgus pro Iuſtini honore fama commoverit.

XVI. *Dum famuli pia iuſſa parant, aptantque feretrum,*
Vox ingens facta eſt, plauſus, & gaudia ſurgunt:
Et fragor ex imis altum petit aethera terris;
Almaque diſcreto placuit concordia vulgo.
Laeta per Auguſtam pennis plaudentibus urbem
Fama volans ſomnum populos inopina gravantem
Increpat, impellitque fores, & limina pulſat,
Multiplicatque ſuas felix praenuncia linguas.
Somnus ſe veniente fugit, ſecumque cadentem
Traxit ſegnitiem, totaque exceſſit ab urbe.
Imminet illa favens, & crebro pollice pulſat,
Tardantes populos, & ſurgite, ſurgite, clamat:
Caſtigatque moras, & plena palatia narrat
Conventu procerum, forti ſenioris adempti
Dilecti numen ſtruerent quo nocte peracta.
Urget, agit, ſtimulat, pulſat latus, imprimit, inſtat:
Accelerant, vacuantque domos, vicoſque per omnes
Gaudentes currunt, & murmura prima moventur
Nondum clara metu; civemque interrogat omnem
Occurrens civis, rumorque per agmina ſerpit.

Quid circus, vel eius apparatus ſignificet, mirabiliter diſſerit.

XVII. *Solis honore novi grati ſpectacula circi*
Antiqui ſanxere patres, qui quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putabant,
Tempora continui ſignantes quattuor anni:
In quorum ſpecie, ſignis, numeriſque, modiſque
Aurigas totidem, totidem poſuere colores,
Et fecere duas ſtadia in contraria partes,
Ut ſunt aeſtivis brumalia frigora flammis.

Haec aliquo modo perturbata videntur.

Nam viridis vernis campus ceu concolor herbis,
Pinguis oliva, comis luxu nemus omne vireſcit,
Aeſtatis roſeus rubra ſic veſte refulgens,
Ut nonnulla rubent ardenti poma colore.
Autumni venetus ferrugine dives & oſtro
Maturas uvas, maturas ſignat olivas:
Aequiparans candore nives, hyemiſque pruinam,
Albicolor viridi ſocia coniungitur una.
Ipſe ingens circus, plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Amplectens geminas aequo diſcrimine metas,
Et ſpacium mediae, qua ſe via pandit, arenae.

Dicit hic, quis primum quadrigas iunxerit.

XVIII. . . . . *referam primas iunxiſſe quadrigas,*
Et currus armaſſe novos, Pelopemque ſecundum
In ſoceri veniſſe necem: praeſtantior alter
Inventus gener eſt plus ſponſae iunctus amore.
Hunc veterum primi ritum non rite colebant,
Eſſe Deum Solem recta non mente putantes:
Sed factor Solis poſtquam ſub Sole videri
Se voluit, formamque Deus de virgine ſumpſit

Huma-

Omnis ut aſpiciens ea corpora vera putaret,
Effigies auro, ſanguis depingitur oſtro.
Ipſum autem in media victorem pinxerat aula,
Effera Wandalici calcantem colla tyranni;
Plaudentem Libyam, fruges laurumque ferentem.
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,
Altricem imperii, libertatiſque parentem.
Haec ideo fieri vivax Sapientia iuſſit,
Ornatum ut propriis funus regale triumphis
Auguſtum in tumulum fatalis duceret hora.
Dum famuli pia iuſſa parant, aptantque feretrum,
Vox ingens facta eſt, plauſus, & gaudia ſurgunt:
Et fragor ex imis altum petit aethera terris;
Almaque diſcreto placuit concordia vulgo.
Laeta per Auguſtam pennis plaudentibus urbem
Fama volans ſomnum populos inopina gravantem
Increpat, impellitque fores, & limina pulſat,
Multiplicatque ſuas felix praenuncia linguas.
Somnus, ea veniente, fugit, ſecumque cadentem
Traxit ſegnitiem, totaque exceſſit ab urbe.
Imminet illa favens, & crebro pollice pulſat
Tardantes populos, & ſurgite, ſurgite, clamat:
Caſtigatque moras, & plena palatia narrat
Conventu procerum, forti ſenioris adempti
Delectum numen ſtruerent quo nocte peracta:
Urget, agit, ſtimulat, pulſat latus, imprimit, inſtat.
Accelerant, vacuantque domos, vicoſque per omnes
Gaudentes currunt, & murmura prima moventur
Nondum clara metu; civemque interrogat omnem
Occurrens civis, rumorque per agmina ſerpit.
Solis honore novi grati ſpectacula circi
Antiqui ſanxere patres, qui quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putabant,
Tempora continui ſignantes quattuor anni,
In quorum ſpeciem ſignis, numeriſque, modiſque
Aurigas totidem, totidem poſuere colores:
Et fecere duas ſtudia in contraria partes,
Ut ſunt aeſtivis brumalia frigora flammis;
Nam viridis verni, campus ceu concolor herbis,
Pinguis oliva comis, luxu nemus omne vireſcit:
Ruſſeus aeſtatis, rubra ſic veſte refulgens
Ut nonnulla rubent ardenti poma colore:
Autumni venetus, ferrugine, dives & oſtro
Maturas uvas, maturas ſignat olivas:
Aequiparans candore nives, hiemiſque pruinam,
Albicolor viridi ſummo coniungitur imus.
Ipſe ingens circus, plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Amplectens geminas aequo diſcrimine metas,
Et ſpacium mediae, quo ſe via pandit, arenae.
Heniochum haud referam primas iunxiſſe quadrigas,
Et currus armaſſe novos Pelopem, atque per undas
In ſoceri veniſſe necem: praeſtantior alter
Inventus gener eſt plus ſponſae iunctus amore.
Hunc veterum primi ritum non rite colebant,
Eſſe Deum ſolem recta non mente putantes:
Sed factor ſolis poſtquam ſub ſole videri
Se voluit, formamque Deus de virgine ſumpſit

Huma-

Humani generis, tunc munere Solis adempto
Principibus delatus honor, munuſque Latinis,
Et iocunda novae Circenſis gaudia Romae.

Amore Iuſtiniani pro honore Iuſtini populus mentatur. * Carmen hoc ita legitur in exemplari.

XIX. *Huc omnes populi, pueri, iuveneſque, ſeneſque*
** Dant agmina plauſus, vox omnibus una,*
. . . .
Mens eadem, nomen populis placet omnibus unum.
Ales ut expoſitos cum phoenix innovat artus
A buſto recidiva ſuo, concentus in unum
Stans avium ſpectat ſolem, ſoliſque volucrem
Dum veniat, regemque novum clamore ſalutant:
Sic decus imperii ſanctum, ſic lota reſurgens
Exortum eſt de fine ſuo, ſeniumque reponens
Nominis & recti Iuſtino in principe vivit
Iuſtinianus apex domini. Sic vulgus amore
Undique conveniens laetarum more volucrum,
Tu vincas Iuſtine, canunt: ingenſque tumultus
Creſcit, & Auguſta luctus diſceſſit ab aula
Laetitia veniente nova. Vox excitat omnes.
Omnia Iuſtino praebent elementa favorem.
Omnia congaudent. Omnes clamore vocati
Conveniunt proceres: lux ſacra palatia complet,
Ipſum quinctiam . . . gaudere putares
Corpus in Angelica mutatum morte figura.
Signa dedit manifeſta Deus, ſeque ipſe probavit
Iuſtino claram regni poſuiſſe coronam.

Humani generis, tunc, munere ſolis adempto,
Principibus delatus honor, munuſque Latinis,
Et iucunda Novae circenſia gaudia Romae.
Huc omnes populi, pueri, iuveneſque, ſeneſque
. . . . dant agmina plauſus
. . . . vox omnibus una,
Mens eadem: Nomen populis placet omnibus unum.
Ales ut expoſitos cum phoenix innovat artus
A buſto rediviva ſuo, concentus in unum
Stans avium ſpectat ſolem, ſoliſque volucrem
Dum veniat, regemque novum clamore ſalutant:
Sic decus imperii ſanctum, ſic lota reſurgens
Exortum eſt de fine ſuo, ſeniumque reponens
Nominis & recti Iuſtino in Principe vivit
Iuſtinianus apex: Domini ſic vulgus amore
Undique conveniens laetarum more volucrum,
TU VINCAS, IUSTINE, canunt: ingenſque tumultus
Creſcit, & Auguſta luctus diſceſſit ab aula
Laetitia veniente nova. Vox excitat omnes.
Omnia Iuſtino praebent elementa favorem:
Omnia congaudent. Omnes clamore vocati
Conveniunt proceres: lux ſacra palatia complet.
Ipſum quinctiam exanimum gaudere putares
Corpus in Angelicam mutatum morte figuram.
Signa dedit manifeſta Deus, ſeque ipſe probavit
Iuſtino claram regni impoſuiſſe coronam.

CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS

LIBER SECUNDUS.

EDITIO RUIZII.

De conventu, & intentione populi pro regno Iuſtini.

I. *Roſcida purpureos aurora oſtenderat ortus,*
Imperio ſacrata Dei, dominiſque iubebat
Sumere conceſſum caeleſti munere regnum.

Non prius Iuſtinus, Sophiaque ſumpſerunt imperium, quam Dominum votis, precibuſque exoraſſet.

II. *Ipſe autem procerum magnis oratibus actus*
Non primum imperii regalia ſigna recepit,
Ni ſacrata prius ſupplex oracula poſcens
Effuſis precibus Chriſto ſua vota dicaret.
Ilicet Angelici pergens in limina templi
Impoſuit pia thura focis, ceraſque micantes
Obtulit, & ſupplex lacrimis ita coepit obortis.

Oratio Iuſtini pro adſumptis honoribus.

Omnipotens princeps, ſummi pater inclyte verbi,
Lux aeterna Deus, rerum formator, & auctor,
Cuius ſtelliferum fecit ſapientia caelum,
Fundavit terram, veſtivit floribus agros,
Arboribus tribuit ſua germina, vallibus herbas,
Et caeli liquidos formatrix condidit ignes
Diſcernens a nocte diem, rutiliſque comantem
Ornavit Solem radiis, & cornua Lunae
Paullatim minui, paullatim creſcere iuſſit:
Formavit varias habitu diſtante figuras,
Produxit pronis animalia caetera membris,
Solum hominem rectum, quem mox ratione replevit,
Vivificans ſiccum ſacro ſpiramine lutum:
Cuius ſubtractis coſtis ex omnibus una
Perfecit facto ſimilem, ſociamque dicavit,

Hiſque

EDITIO EMENDATA.

Roſcida purpureos aurora oſtenderat ortus,
Imperio ſacrata Dei, Dominiſque iubebat
Sumere conceſſum caeleſti munere regnum.
Ipſe autem procerum magnis oratibus actus
Non primum Imperii regalia ſigna recepit,
Quin ſacrata prius ſupplex oracula poſcens,
Effuſis precibus Chriſto ſua vota dicaret.
Ilicet Angelici pergens in limina templi
Impoſuit pia thura focis, ceraſque micantes
Obtulit, & ſupplex lacrimis ita coepit obortis.
Omnipotens princeps, ſummi Pater inclite Verbi,
Lux aeterna Deus, rerum formator, & auctor,
Cuius ſtelliferum fecit ſapientia caelum,
Fundavit terram, veſtivit floribus agros,
Arboribus tribuit ſua germina, vallibus herbas,
Et caeli liquidos firmatrix condidit ignes
Diſcernens a nocte diem, rutiliſque comantem
Ornavit ſolem radiis, & cornua lunae
Paullatim minui, paullatim creſcere iuſſit:
Formavit varias habitu diſtante figuras,
Produxit pronis animalia cetera membris,
Solum hominem rectum, quem mox ratione replevit,
Vivificans ſiccum ſacro ſpiramine limum:
Cuius ſubtracta coſtis ex omnibus una
Perfecit facto ſimilem, ſociamque dicavit:

Hiſque

Hiſque creaturam, claro eſt quae ſubdita caelo,
Subiectam fecit divini iuſſio verbi:
Quas tibi perſolvi tanto pro munere grates
Parvus homo, immenſi factus factoris imago?
En ego, parva creaturae pars, ſubditus adſto
Ante oculos excelſe tuos, tibi ſervio ſoli,
Atque meum ſubmitto caput, cui flectitur uni
Omne genus, quem cuncta pavent, elementa tremiſcunt:

Forte promiſſa, aut quae non iuſſa, aut & nunquam iuſſa.

Quaeque vident homines, & non quae iuſſa videri,
Ante oculos ſunt clara tuos, famulantur, adorant,
Et laudant factoris opus. Si ſceptra tenere
Me Romana iubes, ſoliumque aſcendere patris:
Si tibi complacuit populos mihi credere tantos,
Velle tuum fac poſſe meum. Tu ſubiicis hoſtes,
Colla ſuperborum, furiataque pectora frangis:
Tu reges ſervire facis: da poſſe volenti,
Ut faciam placitura tibi. Placuere parenti
Orantis pia verba viri, genituſque precanti
Annuit, & ſanctus regnator ſpiritus inquit:
Vox arcana Dei geſtis ſit nota peractis,
Non fieret, niſi ſancta Dei vox illa iuberet.

Deprecatio eiuſdem Iuſtini coniugis, quam coram Chriſti genitrice expandere poeta docte enarrat.

II. *Ipſa etiam ſummi conſors caſtiſſima regni*
Virginis & matris templum ſublime petivit,
Cuius adoratum limen feliciter intrans
Ante pios vultus expanſis candida palmis
Conſtitit, & pronis ſupplex haec vultibus infit.
Virgo creatoris genitrix ſanctiſſima mundi,
Excelſi regina poli, ſpecialiter una
Vera parens, & virgo manens ſine ſemine patris:
Quam Deus elegit matrem ſibi, credula verbum
Concipiens, noſtram genuiſti foeta ſalutem.
O pietas miranda Dei, dictuque tremenda,
Caelorum factor dominus Deus, unica patris
Forma Dei, verae ſeſe velamine carnis
Induit, & ſervi formam de virgine ſumpſit.
Quos tibi, quos genito dignos ſolvemus honores
Pro tantis benedicta bonis? Te gloria matrum,
Auxiliumque imploro tuum: te ſemper adorem,
Te fatear dominam, ſervatricemque novarum
Iuſtini rerum. Noſtrum caput inclyta ſerva:
Tutare imperium, vitam rege, perfice coepta.
Da bene diſpoſitis procedant omnia noſtris:
Subde feras gentes: iuſto mucrone ſuperbi
Depereant: veſtro ſemper tutamine vivam.
Plurima praeterea verbis clementibus orans
Oblatis ceris altam remeavit in aulam.
It ſacrum comitata latus pulcherrima proles,
Luce ſua plenam quae poſſit vincere lunam,
Aequiparans humeris matrem: ſic lucida cultu,
Sic niveis formoſa genis, ſimiliſque parenti.
Igne micant oculi, nomen diſtabat & aetas:
Non tamen egregiae diſtabat gratia formae:

Comparatio.

Arboris ut matris quae de radice propago
Naſcitur, & celſis caput erigit ardua ramis,
Aequiparatque novis maternae frondibus umbrae:

Forte propriis.

At mater propriam florentem germine natam
Gaudet habere parem, laetaſque adtollit in auras
Felices ramos, & vertice deſpicit arva.

De [illegible] Auguſtarum.

III. *Iam laetus princeps divalia tecta ſubibat,*
Ampla-

Hiſque creaturam, claro eſt quae ſubdita caelo,
Subiectam fecit divini iuſſio verbi;
Quas tibi perſolvet tanto pro munere grates
Parvus homo, immenſi factus factoris imago?
En ego, parva creaturae pars, ſubditus adſto
Ante oculos, Excelſe, tuos, tibi ſervio ſoli,
Atque meum ſubmitto caput, cui flectitur uni
Omne genu, quem cuncta pavent, elementa tremiſcunt.
Quaeque vident homines, & quae non iuſta videri,
Ante oculos ſunt clara tuos, famulantur, adorant,
Et laudant factoris opus. Si ſceptra tenere
Me Romana iubes, ſoliumque aſcendere patris:
Si tibi complacuit populos mihi credere tantos,
Velle tuum fac poſſe meum. Tu ſubiicis hoſtes,
Colla ſuperborum, furiataque pectora frangis,
Tu reges ſervire facis; da poſſe volenti,
Ut faciam placitura tibi. Placuere Parenti
Orantis pia verba viri, Genituſque precanti
Annuit, & Sanctus, REGNATO, Spiritus inquit.
Vox arcana Dei geſtis ſit nota peractis:
Non fieret, niſi ſancta Dei vox illa iuberet.
Ipſa etiam ſummi conſors caſtiſſima regni
Virginis, & Matris templum ſublime petivit,
Cuius adoratum limen feliciter intrans
Ante pios vultus, expanſis candida palmis,
Conſtitit, & pronis ſupplex haec vultibus infit:
Virgo Creatoris genitrix ſanctiſſima mundi,
Excelſi regina poli, ſpecialiter una
Vera parens, & virgo manens: ſine ſemine patris
Quam Deus elegit matrem ſibi: credula Verbum
Concipiens, noſtram genuiſti foeta ſalutem.
O pietas miranda Dei, dictuque tremenda!
Caelorum factor dominus Deus, unica Patris
Forma Dei, verae ſeſe velamine carnis
Induit, & ſervi formam de virgine ſumpſit!
Quos tibi, quos genito dignos ſolvemus honores
Pro tantis, benedicta, bonis? Te, gloria matrum,
Auxiliumque imploro tuum; te ſemper adorem,
Te fatear dominam, ſervatricemque novarum
Iuſtini rerum. Noſtrum caput inclita ſerva,
Tutare imperium, vitam rege, perfice coepta.
Da bene diſpoſitis procedant omnia noſtris:
Subde feras gentes: iuſto mucrone ſuperbi
Depereant; veſtro ſemper tutamine vivam.
Plurima praeterea verbis clementibus orans,
Oblatis ceris, altam remeavit in aulam.
It ſacrum comitata latus pulcherrima proles,
Luce ſua plenam quae poſſit vincere lunam,
Aequiparans humeris matrem: ſic lucida cultu,
Sic niveis formoſa genis, ſimiliſque parenti.
Igne micant oculi, nomen diſtabat, & aetas,
Non tamen egregiae diſtabat gratia formae:
Arboris ut matris quae de radice propago
Naſcitur, & celſis caput erigit ardua ramis,
Aequiparata novis maternae frondibus umbrae;
At mater propriam florenti germine natam
Gaudet habere parem, laetaſque adtollit in auras
Felices ramos, & vertice deſpicit arva.
Iam laetus Princeps divalia tecta ſubibat,
Ampla-

Amplaque gaudentes implebant atria turbae:
Accelerant fidi, cura eſt ut cuique, miniſtri
Obſequiis praebere manus, promuntque feruntque
Auguſtas veſtes, pretioſaque cingula gemmis,
Et capitis diadema ſacri. Cultu ipſe priore
Exuitur, tantumque uno veſtitus amictu
Conſtitit, & lumen membris regalibus auxit.
Comparatio. *Haud ſecus ut nubes, cum ſe reſcindere denſam*
Coeperit, & caelum monſtraverit aethra ſerenum,
Ardentes radios mittit iubar, omnia viſo
Congaudent elementa die, mox erigit herba
Molle caput, vernant ſegetes, & gramina creſcunt,
Ipſaque conſpectis gratantur lumina terris.
Haec eſt illa dies, laeti dixere clientes,
Quam pater ille bonus ſancto praedixerat ore.
Egreditur, tunicaque pius induitur artus
Aurata ſe veſte tegens, qua candidus omnis
Enituit, lumenque dedit, fuſcaſque removit
Aetherea nondum prolata luce tenebras.
Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quae tergora fuco,
Qui ſolet edomitos victor calcare tirannos
Romanus princeps, & barbara colla domare,
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris tactu molliſſima plantis.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus regum cruor: omne profecto
Myſterium certa rerum ratione probatur.
Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro
Baltheus effulgens lumbos praecinxit heriles.
Subſtrictoque ſinu veſtis divina pependit
Poplite fuſa tenus, pretioſo candida limbo.
Caeſareos humeros ardenti murice texit
Circumfuſa chlamys, rutilo quae ornata metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra:
Aurea iuncturas morſu praeſtrinxit adunco
Fibula, & a ſummis gemmae nituere catenis:
Gemmae, quas Getici felix victoria belli
Praebuit, atque favens dominis Ravenna revexit,
Quaſque a Wandalica Beliſarius attulit aula.
Signa triumphorum, pie Iuſtiniane, tuorum
Soſpite Iuſtino, mundumque regente, manebunt;
Amborum nomen per ſaecula cuncta canetur:
Narrabunt populi miracula veſtra futuri.
Armati manibus ſacrati circulus auri
Impoſitus collo imperium ſublime dicavit:
Quod faciens ter, ter dextram cum munere tendens,
Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero, dixit.
Aſt ego, te iubeo, princeps ait, eſſe tribunum.
Felix Armatus, primus qui verba loquentis
Audiit, & primus ſolennia dona recepit.
[illegible] attollitur. IV. *Quattuor ingentem clypeis ſublimius orbem*
Adtollunt lecti iuvenes, manibuſque levatus
Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit, ut ſua rectus
Littera, quae ſigno ſtabili non flectitur unquam,
Nominibus ſacrata tribus: qui viribus aequis
Imperium rexere ſuum. Genus omnibus unum,
Sceptrum continuum, tempus iuge, iuncta poteſtas.

Suc-

Amplaque gaudentes implebant atria turbae:
Accelerant fidi, cura eſt ut cuique, miniſtri
Obſequiis praebere manus, promuntque, feruntque
Auguſtas veſtes, pretioſaque cingula gemmis,
Et capitis diadema ſacri. Cultu ipſe priore
Exuitur, tantumque uno veſtitus amictu
Conſtitit, & lumen membris regalibus auxit.
Haud ſecus ut, nubes cum ſe reſcindere denſam
Coeperit, & caelum monſtraverit aethra ſerenum,
Ardentes radios mittit iubar: omnia viſum
Congaudent elementa diem, mox erigit herba
Molle caput, vernant ſegetes, & gramina creſcunt,
Ipſaque conſpectis gratantur lumina terris.
Haec eſt illa dies, laeti dixere clientes,
Quam pater ille bonus ſancto praedixerat ore.
Egreditur, tunicaque pios induitur artus
Aurata ſe veſte tegens, qua candidus omnis
Enituit, lumenque dedit, fuſcaſque removit,
Aetherea nondum prolata luce, tenebras.
Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis;
Parthica Campano dederant quae vellera fuco,
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris, tactu molliſſima, plantis.
Quia ſolet edomitos victor calcare tyrannos
Romanus Princeps, & barbara colla domare,
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus regum cruor: omne profecto
Myſterium certa rerum ratione probatur.
Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro
Baltheus effulgens lumbos praecinxit heriles;
Subſtrictoque ſinu veſtis divina pependit
Poplite fuſa tenus, pretioſo candida limbo.
Caeſareos humeros ardenti murice texit
Circumfuſa chlamys, rutilo quae ornata metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra:
Aurea iuncturas morſu praeſtrinxit adunco
Fibula, & a ſummis gemmae nituere catenis:
Gemmae, quas Getici felix victoria belli
Praebuit, atque favens Dominis Ravenna revexit,
Quaſque a Wandalica Beliſarius attulit aula.
Signa triumphorum, pie Iuſtiniane, tuorum,
Soſpite Iuſtino, mundumque regente, manebunt;
Amborum nomen per ſaecula cuncta canetur:
Narrabunt populi miracula veſtra futuri.
Armati manibus ſacrati circulus auri
Impoſitus collo imperium ſublime dicavit:
Quod faciens ter, ter dextram cum munere tendens,
Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero, dixit.
Aſt ego, te iubeo, Princeps ait, eſſe tribunum.
Felix Armatus, primus qui verba loquentis,
Audiit, & primus ſolemnia dona recepit.
Quatuor ingentem clypei ſublimius orbem
Adtollunt lecti iuvenes, manibuſque levatus
Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit, ut ſua rectus
Littera, quae ſigno ſtabili non flectitur umquam,
Nominibus ſacrata tribus, qui viribus aequis
Imperium rexere ſuum. Genus omnibus unum,
Sceptrum continuum, tempus iuge, iuncta poteſtas.

Suc-

Digitized by Google

Succeſſu res acta ſuo eſt : iam regna duorum
In caelis translata manent, nunc maximus orbis
Communis benefactor adeſt, cui ſubdita reges
Colla parant, nomenque tremunt, & numen adorant.
Adſtitit in clypeo princeps fortiſſimus illo
Solis habens ſpecimen : lux altera fulſit ab urbe.
Mirata eſt pariter geminos conſurgere Soles
Una favens eademque dies : mea carmina, numen,
Menſuram tranſgreſſa ſuam mirabere forſan,
Quod dixi geminos pariter conſurgere Soles :
Nec vacuis verbis, nec inanibus acta figuris
Ore feras prolata meo, ſi dicta rependis.
Mens iuſti plus Sole nitet, non mergitur undis;
Non cedit tenebris, non fuſca obtexitur umbra;
Lux operum aeterno lucet ſplendore bonorum.

A Iohanne Pontifice Iuſtinus imperio conſecratur.

V. *Poſtquam cuncta videt ritu perfecta priorum*
Pontificum ſummus, plenaque aetate venuſtus
Adſtantem benedixit eum : caelique potentem
Exorans dominum ſacro diademate iuſſit
Auguſtum ſancire caput, ſummoque coronam
Imponens apici feliciter . . . . . .
Intonuit patrum ſubitus fragor, inde clientum
Clamores creſcunt, clamoribus adſonat aequor :

Forte aether.

Laudibus innumeris regnantum nomina tollunt;
Iuſtino vitam tercentum vocibus optant :
Auguſtae totidem Sophiae plebs tota reclamat.
Mille canunt laudes vocum diſcrimine mille :
Iuſtinum, Sophiamque pares, duo lumina mundi
Eſſe ferunt : regnate pares in ſaecula, dicunt.
Felices annos dominis felicibus orant.
Inſonuit vox illa diu, tandemque quievit.

Quibus verbis poſt acceptum Imperium Iuſtinus allocutus eſt Senatum.

VI. *Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum,*
Atque crucis faciens ſignum venerabile ſedit;
Erectaque manu, cuncto praeſente Senatu,
Ore pio haec orans ait : Super omnia regnans
Regna Deus regnum nobis conceſſit avitum,
Et patrium diadema dedit, curaſque regendi
Impoſuit rerum genitor, quas ipſe creavit.
Laudamus factoris opus, regemque tremendum
Suſcipimus, grates agimus, grateſque fatemur.

Forte ſuſpicimus.

Ipſius eſt quodcumque ſumus ratione probante
Et rerum certas . . . .
Pluribus ex membris animal componitur unum,
Sed caput eſt quod membra regit : Deus ergo creator
Componens hominem natus . . . .
Omnibus ut membris caput imperet, atque regantur.

Forte ipſe.

Coniuncta eſt capiti Sapientia, corporis arcem
Quae retinens oculis ſpeculetur membra ſerenis :
Et quoſcumque videt vigilanti lumine ſolers
Peſte laborantes ſubiecti corporis artus,
Sanet, & infeſtos pellat medicamine morbos.
Romanum imperium corpus bene ponitur unum,
Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris.
Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis huius.
Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,
Quae mihi commiſſum pariter regat inclyta mundum

Fortaſſe deeſt hoc loco ſede.

. . . ſedens una : vos o mihi proxima membra,
Conſcripti Patres, noſtri ſpes maxima regni,
Vos eſtis pectus, vos brachia verticis huius :

Quo-

Succeſſu res acta ſuo eſt : iam regna duorum
In caelis tranſlata manent, nunc maximus orbis
Communis benefactor adeſt, cui ſubdita reges
Colla parant, nomenque tremunt, & numen adorant.
Adſtitit in clypeo Princeps fortiſſimus illo
Solis habens ſpecimen : lux alta fulſit ab urbe;
Mirata eſt pariter geminos conſurgere ſoles
Una favens eademque dies. Mea carmina, Numen,
Menſuram tranſgreſſa ſuam mirabere forſan,
Quod dixi geminos pariter conſurgere ſoles.
Nec vacuis verbis, nec inanibus acta figuris
Ore feres prolata meo, ſi dicta rependis.
Mens iuſti plus ſole nitet : non mergitur undis,
Non cedit tenebris, non fuſca obtexitur umbra;
Lux operum aeterno lucet ſplendore bonorum.
Poſtquam cuncta videt ritu perfecta priorum
Pontificum ſummus, plenaque aetate venuſtus,
Adſtantem benedixit eum : caelique potentem
Exorans Dominum ſacro diademate iuſſit
Auguſtum ſancire caput, ſummoque coronam
Imponens apici, FELICITER ACCIPE, dixit.
Intonuit Patrum ſubitus fragor, inde clientum
Clamores creſcunt, clamoribus adſonat aether :
Laudibus innumeris Regnantum nomina tollunt;
Iuſtino vitam ter centum vocibus optant :
Auguſtae totidem Sophiae plebs tota reclamat.
Mille canunt laudes vocum diſcrimina mille;
Iuſtinum, Sophiamque pares, duo lumina mundi
Eſſe ferunt : regnate pares in ſaecula, dicunt :
Felices annos Dominis felicibus orant.
Inſonuit vox illa diu, tandemque quievit.
Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum,
Atque Crucis faciens ſignum venerabile, ſedit;
Erectaque manu, cuncto praeſente Senatu,
Orans haec ait ore pio : Super omnia regnans
Regna Deus regnum nobis conceſſit avitum,
Et patrium diadema dedit, curaſque regendi
Impoſuit rerum genitor, quas ipſe creavit;
Laudamus factoris opus, regemque tremendum
Suſpicimus, grates agimus, grateſque fatemur.
Ipſius eſt quodcumque ſumus, ratione probante;
Et rerum certas poſuit Deus ipſe figuras.
Pluribus ex membris animal componitur unum,
Sed caput eſt, quod membra regit : Deus ergo creator
Componens hominem naturae foedere iuſſit,
Omnibus ut membris caput imperet, utque regantur.
Coniuncta eſt capiti ſapientia, corporis arcem
Quae retinens oculis ſpeculetur membra ſerenis,
Et quoſcumque videt, vigilanti lumine, ſollers
Peſte laborantes ſubiecti corporis artus
Sanet, & infeſtos pellat medicamine morbos.
Romanum imperium corpus bene ponitur unum
Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris.
Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis huius :
Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,
Quae mihi commiſſum pariter regat inclita mundum
Sede ſedens una : vos o mihi proxima membra,
Conſcripti Patres, noſtri ſpes maxima regni,
Vos eſtis pectus, vos brachia verticis huius :

Quo-

Quorum conſiliis, quorumque laboribus uſa
Publica res domuit gentes, & regna ſubegit.
Summa regendarum cura eſt mihi credita rerum:
At quia ſubiectum noſtrum eſt diſponere mundum,
Nos etiam vobis curas committimus orbis:
Adloquimur fidos, & vos hac voce monemus:
In primis Deus eſt tota virtute colendus,
Semper adorandus, ſemper metuendus, amandus,
Omnia qui fecit pulchri miracula mundi.
Nos imitatores factoris, & omnia dantis,
In quantum natura valet, contendimus eſſe:
Utque Deus voluit, propriis caput impero membris.
Iuſtitiam populis generaliter omnibus aequam,
Et iuris ſervate modos, diſponite plebes,
Ut decet imperii veros diſponere patres;
Utque pedes proprios, & membra minora fovete.
Non minor eſt membris cura impendenda minutis:
Obſequium pedibus naturae lege videmus
Admotas praebere manus, oculoſque miniſtros
Cernimus eſſe pedum, quibus interiora tuemur.
Ante pedes planate vias, ne temnite partem
Magnis officiis, ſummiſque laboribus aptam,
Qua vehitur totum ſummo cum vertice corpus.
Qui pedibus rectis graditur, mala nulla veretur:
Non timet offenſam, neſcit via recta ruinam:
Forte quo nec. *Qui nec cauſa rei cultu eſt ornanda diurno.*
Nullus vile putet, quod novit corporis eſſe.
Sit cenſura patrum, ſit diſciplina per orbem:
Priventur caedes populorum, iurgia ceſſent,
Nullus laedendi pateat locus, uſus iniquae
Ceſſet avaritiae, ſubiectis parcite noſtris,
Colla ſuperborum confringite, culpa nocentes
Puniat ipſa ſuos, ſerventur iura quietis.
Huc aures, totamque viri deflectite mentem,
Quaeque ſit ex dictis veſtri ſpes, diſcite, noſtris.
Comparatio. *Agricolae ſua rura colunt, cultuque diurno*
Implorant fructus, & terram vomere ſindunt,
Dividiturque bonis gratus labor ille colonis:
Pars ſcindit glebas, pars ſulcis ſemina mandat,
Pars liquidas deducit aquas, hortoſque virentes
Irrigat, ac tractis ſatiat pomaria rivis:
Novit culta ſuos tellus ditare colonos.
Sic bene pro meritis donis Reſpublica ditat,
Terra velut pinguis, cuius ſpes magna Senatus
Hic floret virtute, fide, gravitate, rigore:
Hanc quicumque colunt, multum mercedis habebunt.
Quod fiſci eſt, nullus rapiat: cognoſcite fiſcum
Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur.
Venter alit corpus: fuerit ſi venter inanis,
Omnia deficiunt, tenuantur robore membra,
Et contracta rigent arentibus oſſa medullis.
Omnibus ſufficiunt ſacrati commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum; commune levamen
Tutetur fiſcus iuſtorum nemine laeſo:
Quae ſua ſunt capiat, quae ſunt privata relinquat.
Iuſtitiam colimus, iuſtos veneramur, amamus:
Hanc commendamus, hanc vos retinere iubemus.
Plurima ſunt vivo nimium neglecta parente,
Unde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus,

Redde-

Quorum conſiliis, quorumque laboribus uſa
Publica res domuit gentes, & regna ſubegit.
Summa regendarum cura eſt mihi credita rerum:
At quia ſubiectum noſtrum eſt diſponere mundum,
Nos etiam vobis curas committimus orbis.
Adloquimur fidos, & vos hac voce monemus.
In primis Deus eſt tota virtute colendus,
Semper adorandus, ſemper metuendus, amandus,
Omnia qui fecit pulchri miracula mundi.
Nos imitatores factoris, & omnia dantis,
In quantum natura valet, contendimus eſſe:
Utque Deus voluit, propriis caput impero membris.
Iuſtitiam populis generaliter omnibus aequam,
Et iuris ſervate modos, diſponite plebes,
Ut decet imperii veros diſponere patres,
Utque pedes proprios, & membra minora, fovete,
Non minor eſt membris cura impendenda minutis;
Obſequium pedibus, naturae lege, videmus
Admotas praebere manus, oculoſque miniſtros
Cernimus eſſe pedum, quibus inferiora tuemur.
Ante pedes planate vias: ne temnite partem
Magnis officiis, ſummiſque laboribus aptam,
Qua vehitur totum ſummo cum vertice corpus.
Qui pedibus rectis graditur, mala nulla veretur:
Non timet offenſam: neſcit via recta ruinam.
Quin & cauſſa rei cultu eſt ornanda diurno:
Nullus vile putet, quod novit corporis eſſe.
Sit cenſura Patrum, ſit diſciplina per orbem:
Priventur caedes populorum, iurgia ceſſent,
Nullus laedendi pateat locus, uſus iniquae
Ceſſet avaritiae: ſubiectis parcite noſtris,
Colla ſuperborum confringite, culpa nocentes
Puniat ipſa ſuos, ſerventur iura quietis:
Huc aures, totamque, viri, deflectite mentem,
Quaeque ſit, ex dictis, veſtri ſpes, diſcite noſtris.
Agricolae ſua rura colunt, cultuque diurno
Implorant fructus, & terram vomere ſindunt,
Dividiturque bonis gratus labor ille colonis:
Pars ſcindit glebas, pars ſulcis ſemina mandat,
Pars liquidas deducit aquas, hortoſque virentes
Irrigat, ac tractis ſatiat pomaria rivis.
Novit culta ſuos tellus ditare colonos:
Sic bene promeritos donis Reſpublica ditat,
Terra velut pinguis; cuius ſpes magna Senatus
Hic floret virtute, fide, gravitate, rigore.
Hanc quicumque colunt, multum mercedis habebunt.
Quod fiſci eſt, nullus rapiat: cognoſcite fiſcum
Ventris habere locũ, per quẽ omnia membra cibantur.
Venter alit corpus: fuerit ſi venter inanis,
Omnia deficiunt, tenuantur robore membra,
Et contracta rigent arentibus oſſa medullis.
Omnia ſufficiunt ſacrati commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum, commune levamen.
Tutetur fiſcus, iuſtorum nemine laeſo;
Quae ſua ſunt, capiat, quae ſunt privata, relinquat.
Iuſtitiam colimus, iuſtos veneramur, amamus:
Hanc commendamus, hanc vos retinere iubemus.
Plurima ſunt vivo nimium neglecta parente,
Unde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus,

Redde-

Reddere quae miſeris moti pietate paramus.
Quod minus ob ſenium factum, actumve parentis,
Tempore Iuſtini correctum gaudeat orbis.
Nulla fuit iam cura ſenis, iam frigidus omnis
Alterius vitae ſolo fervebat amore:
In caelum mens omnis erat, iam corporis huius
Immemor hanc mundi faciem tranſiſſe putabat.
Et licet exhauſti vacuarit commoda fiſci,
Illa tamen ſancti mecum eſt benedictio patris,
Quae totum reparare poteſt, & lapſa novare.
Nec patimur quemquam ſacratum laedere fiſcum,
Nec laedi quemquam ſinimus ſub nomine fiſci:
Utantur cuncti propriis; ac iure fruantur.
Haec poſtquam princeps tranquillo protulit ore,
Pronus adoravit laudans pia dicta Senatus,
Et ſummi clamor pervenit in aſtra favoris.

Iuſtinus populum de emendatione operum alloquitur.

VII. *Protinus in magni ſurgit faſtigia circi,*
Cerneret ut laetos populos, plebemque moneret
Eloquii pietate ſui. Tunc ordine longo
Incedunt ſummi proceres, fulgenſque Senatus.
Ipſe inter primos vultu praeclarus honoro,
Fratris in obſequium gaudens, Marcellus abibat;
Diſpoſitorque novus ſacrae Baduarius aulae,
Succeſſor ſoceri, factus mox cura palati eſt.
His aetas diſpar, ſed par votum, atque voluntas:
Ambo patricii, dilecti principis ambo

Comparatio.

Fulgebant geminis ſimiles radiantibus aſtris,
Aſtris, quae caelum flamma meliore perornant,
Solaque prolato poſſunt cum Sole videri
Stellarum fugiente globo, quando omnia pallent
Sydera, & adflatas ortum iubar aſpicit herbas,
Atque operit novus aſtra dies. Praenuncius ante
Signa dedit curſor poſita de more lucerna:
Exoritur laetum iucunda per agmina murmur,
Intentos oculos ad ſedem vulgus herilem
Extulit adſurgens, quoniam plebs laeta videre
Felicem dominum ſummo cupiebat amore.
Egreditur cum luce ſua, frontemque ſerenam
Armavit ſancti faciens ſignacula ligni:
Utque ſalutato tetigit ſubſellia vulgo
Auratum ſcandens ſolium, ſedemque paternam
Conſtructam plumis, pulchriſque tapetibus altam,
Aſpexit laetus populos, vultuque modeſto
Circumfuſa videns plaudentum millia riſit
Cenſuram ſervans, & plebi gaudia donans.
Ut princeps ſolio ſubnixus ſedit in alto,
Ingens laetitiae ſonuit fragor: aurea plebes
Tempora principibus centenis vocibus optant:
Iuſtino vitam partes utraeque reclamant,
Auguſtae Sophiae votis quam pluribus orant.
Excutiunt plauſus, ſtudiorum gaudia ſurgunt,
Alterniſque ſibi reſpondent agmina dictis.
Emittunt dextras . . . pariterque remittunt:
Certatim toto vulgus micat undique circo,
Ut veniunt denſae manicis albentibus undae:
Diſponunt cantus, modulos & cantibus addunt:
Nunc ſimul erectis, pronis nunc ardua membris
Dant capita: accedunt pariter, pariterque recedunt:
Fertque, refertque globum moles condenſa virorum.

Exal-

Reddere quae miſeris moti pietate paramus.
Quod minus ob ſenium, factumve, actumve, parentis,
Tempore Iuſtini correctum gaudeat orbis.
Nulla fuit iam cura ſeni: iam frigidus, omnis
Alterius vitae ſolo fervebat amore:
In caelum mens omnis erat: iam corporis huius
Immemor hanc mundi faciem tranſiſſe putabat.
Et licet exhauſti vacuarit commoda fiſci,
Illa tamen ſancti mecum eſt benedictio patris,
Quae totum reparare poteſt, & lapſa novare.
Nec patimur quemquam ſacratum laedere fiſcum,
Nec laedi quemquam ſinimus ſub nomine fiſci.
Utantur cuncti propriis, ac iure fruantur.
Haec poſtquam Princeps tranquillo protulit ore,
Pronus adoravit laudans pia dicta Senatus,
Et ſummi clamor pervenit in aſtra favoris.
Protinus in magni ſurgit faſtigia circi,
Cerneret ut laetos populos, plebemque moneret
Eloquii pietate ſui. Tunc ordine longo
Incedunt ſummi proceres, fulgenſque Senatus.
Ipſe inter primos vultu praeclarus honoro,
Fratris in obſequium gaudens, Marcellus abibat;
Diſpoſitorque novus ſacrae Baduarius aulae,
Succeſſor ſoceri, factus mox Cura-palati.
His aetas diſpar, ſed par votum, atque voluntas:
Ambo patricii, dilecti Principis ambo,
Fulgebant geminis ſimiles radiantibus aſtris,
Aſtris, quae caelum flamma meliore perornant,
Solaque prolato poſſunt cum ſole videri
Stellarum fugiente globo, quando omnia pallent
Sidera, & adflatas ortum iubar aſpicit herbas,
Atque operit novus aſtra dies. Praenuncius ante
Signa dedit curſor. Poſita de more lacerna,
Exoritur laetum iucunda per agmina murmur,
Intentos oculos ad ſedem vulgus herilem
Extolit adſurgens, quoniam plebs laeta videre
Felicem Dominum ſummo cupiebat amore.
Egreditur cum luce ſua, frontemque ſerenam
Armavit ſancti faciens ſignacula ligni:
Utque ſalutato tetigit ſubſellia vulgo,
Auratum ſcandens ſolium, ſedemque paternam
Conſtructam plumis, pulchriſque tapetibus altam,
Aſpexit laetus populos, vultuque modeſto,
Circumfuſa videns plaudentum millia, riſit,
Cenſuram ſervans, & plebi gaudia donans.
Ut Princeps ſolio ſubnixus ſedit in alto,
Ingens laetitiae ſonuit fragor: aurea plebes
Tempora Principibus centenis vocibus optant:
Iuſtino vitam partes utraeque reclamant,
Auguſtae Sophiae votis quampluribus orant.
Excutiunt plauſus, ſtudiorum gaudia ſurgunt,
Alterniſque ſibi reſpondent agmina dictis.
Emittunt dextras pariter, pariterque remittunt:
Certatim toto vulgus micat undique circo,
Ut veniunt denſae manicis albentibus undae.
Diſponunt cantus, & motum cantibus addunt:
Nunc ſimul erectis, pronis nunc ardua membris
Dant capita: accedunt pariter, pariterque recedunt:
Fertque, refertque globum moles condenſa virorum.

Exal-

Comparatio. *Exaltata putes placidis bene flantibus euris*
Ludere coniferae frondoſa cacumina ſylvae,
Et flexis nutare comis, lentoque viciſſim
Vertice foecundos huc, illuc flectere ramos.
Inde dato populi fecere ſilentia ſigno,
Cunctaque clamoſi tacuere ſedilia circi.
Comparatio. *Mollior ut ventis quotiens venit aura remotis,*
Fluctivagum pelagus, quod tempeſtate movetur,
Manſuetis planatur aquis, tunc ſolis honore
Omnia clara ſilent tranquillis aequora ripis,
Et clamor magnus populi, ſtrepituſque quievit.
Enarratio Iuſtini in favorem populi. VIII. *Divinus princeps Auguſta voce perorans*
Haec plebi mandata dedit: bene vivite cives,
Tempus gaudendi eſt, gaudete, hilareſque manete:
Contulit iſta Deus, nullus ſua gaudia turbet.
Priventur caedes, ſtudiorum iurgia ceſſent.
Et iam poſt duros cunctis promitto labores:
Otia ſint plebi, nobis vigilantia ſolers.
Tranquillam faciam ſecuris civibus urbem;
Nos curam veſtri gerimus, nos veſtra tuemur.
Credite, non patitur ſeclorum ſecta meorum
Iniuſtos ſaevire diu; componite mores,
A furtis cohibete manus, ceſſate nocere.
Diſcite iuſtitiam, legum praecepta tenete:
Iuſtitiam quicumque facit, fora nulla timebit;
Omnis erit iudex informidabilis illi.
Corripiet ſontes iuris vigor, eſtote quieti.
Si ſocium ſocius, ſi civem civis amabit,
Non ſolum optati iubeo ſpectacula circi,
Praemia ſed populis, & maxima dona parabo.
Ditabo plebes opibus, nomenque negatum
Conſulibus conſul poſt tempora cuncta novabo,
Gaudeat ut totus Iuſtini munere mundus.
Dona calendarum properant vicina mearum,
Vos veſtris adſtate locis, properate, parate,
Promiſſaque die noſtras ſperate curules.
Expavit gaudens inopino nomine vulgus
Conſulis audito: natus fragor, itque tumultus
Per laetos, ingens fremit undique murmur,
Ingeminantque cavos dulci modulamine plauſus.
IX. *Interea laeti ſpoliant ſubſellia circi;*
Undique plorantum deſcendit turba virorum,
Et poſitis totam chartis implevit arenam
Ante ipſam domini ſedem, largiſque rigantes
Ora viri lachrymis, & terrae corpora dantes
In facies cecidere ſuas: miſerere, perimus,
Inſonuit vox magna diu: lege ſacra parentis
Syngrapha, de tantis rationem collige chartis:
Iam ſervis ſuccurre tuis, nos noſtra iubenti
Credidimus domino. Vobis quis veſtra negaret,
Cum veſtrum eſt, quod mundus habet? Scis, ſumme regentum,
Publica quid veſtro proſint commercia fiſco.
Unde tributa tuis ſuccedent annua rebus,
Deficiet ſi noſtra manus? Tibi militat omne,
Quod gerimus: nos, quae tua ſunt, privata vocamus.
Vix nobis vitae conſtant alimenta diurnae
Afflictis, quae longa dies, longoque labore
Sors quaerit, parvoſque cibos ſub nocte reponit.
Flere diu tantis lachrymis non paſſus acerbis
Condo-

Exaltata putes placidis bene flantibus Euris
Ludere coniferae frondoſa cacumina ſilvae,
Et flexis nutare comis, lentoque viciſſim
Vertice fecundos huc, illuc flectere ramos,
Inde dato populi fecere ſilentia ſigno,
Cunctaque clamoſi tacuere ſedilia circi.
Mollior ut ventis quotiens venit aura remotis,
Fluctivagum pelagus, quod tempeſtate movetur,
Manſuetis planatur aquis, tunc ſolis honore
Omnia clara ſilent tranquillis aequora ripis.
Ut clamor magnus populi, ſtrepituſque quievit,
Divinus Princeps Auguſta voce perorans
Haec plebi mandata dedit: Bene vivite, cives,
Tempus gaudendi eſt, gaudete, hilareſque manete:
Contulit iſta Deus, nullus ſua gaudia turbet,
Priventur caedes, ſtudiorum iurgia ceſſent.
Et iam poſt duros, cunctis promitto, labores
Otia ſint plebi, nobis vigilantia ſollers:
Tranquillam faciam ſecuris civibus urbem.
Nos curam veſtri gerimus, nos veſtra tuemur.
Credite, non patitur ſaeclorum ſecta meorum
Iniuſtos ſaevire diu; componite mores,
A furtis cohibete manus, ceſſate nocere.
Diſcite iuſtitiam, legum praecepta tenete:
Iuſtitiam quicumque facit, fora nulla timebit,
Omnis erit iudex informidabilis illi.
Corripiet ſontes iuris vigor, eſte quieti.
Si ſocium ſocius, ſi civem civis amabit,
Non ſolum optati tribuam ſpectacula circi,
Praemia ſed populis, & maxima dona parabo.
Ditabo plebes opibus, nomenque negatum
Conſulibus conſul poſt tempora multa novabo,
Gaudeat ut totus Iuſtini munere mundus.
Dona calendarum properant vicina mearum,
Vos veſtris adſtate locis, properate, parate,
Promiſſaque die noſtras ſperate curules.
Expavit gaudens inopino nomine vulgus
Conſulis audito: natus fragor, itque tumultus
Per laetos ingens, ingens fremit undique murmur:
Ingeminantque cavos dulci modulamine plauſus.
Interea laeti ſpoliant ſubſellia circi;
Undique plorantum deſcendit turba virorum,
Et poſitis totam chartis implevit arenam
Ante ipſam Domini ſedem, largiſque rigantes
Ora viri lacrimis, & terrae corpora dantes
In facies cecidere ſuas: miſerere, perimus,
Inſonuit vox magna diu: lege ſacra parentis
Syngrapha, de tantis rationem collige chartis:
Iam ſervis ſuccurre tuis, nos noſtra iubenti
Credidimus Domino. Vobis quis veſtra negaret,
Cum veſtrum eſt, quod mundus habet? Scis, ſumme re-
Publica quid veſtro proſint commercia fiſco. (gentum,
Unde tributa tuis ſuccedent annua rebus,
Deficiet ſi noſtra manus? Tibi militat omne,
Quod gerimus: nos, quae tua ſunt, privata vocamus.
Vix nobis vitae conſtant alimenta diurnae
Afflictis, quae longa dies, longoque labore
Sors quaerit, parvoſque cibos ſub nocte reponit.
Flere diu tantis lacrimis non paſſus acerbis
Condo-

Condoluit miſerans, & ſe pietate ſubegit
Legibus ultro ſuis. Aliena pecunia, dixit,
Reddenda eſt. Vivus patri qui ſubſtitit haeres,
Theſauros fidis privatos ferre miniſtris
Imperat. Innumerae mox advenere catervae,
Fortia centenis oneratae brachia libris:
Depoſuere humeris, turmae glomerantur in unum,
Et totus fuſo circus reſplenduit auro.
Tunc poſita ratione palam, populoque vidente,
Debita perſolvit genitoris, cauta recepit.
Gaudia quanta illic, quantus favor! undique laetus
Tollitur in caelum populorum clamor ovantum.
Mirantur proceres, mirantur talia plebes.
Hinc rutili lucent chartis ardentibus ignes:
Hinc radiat fulvum concertans ignibus aurum.
Hinc chartas flammis ſubigunt, hinc pondere fuſos
Exaequant ſolidos, & lancem pollice pulſant.
Tunc finibus plenis abeunt, quaeſtuque laborant:
Elatiſque oculis pro vita principis orant.
Forte patre, *Largior inventus pater eſt, clementior idem;*
Qua virtute animi mentem calcavit habendi,
Publica privato . . . debita redderet auro,
Sponte ſua dominus ſervis miſeratus egenis.
Priſcorum hoc uno vicit novus omnia facto
Facta prius princeps (quamvis meliora ſequantur)
Hoc primum tamen omen erat, quod nullus avorum
Auguſtos unquam cecinit feciſſe priores.
Hinc aliud pietatis opus tam grande ſecutum eſt:
Pro vinctis flentes nuptae venere maritis,
Matres pro genitis (neſcit ſervare pudorem
Rebus in afflictis ingens dolor) immemor ibat
Turba ſui ſexus, cultu miſerabilis ipſo,
Per medios populos. Poſtquam venere verendam
Caeſaris ante caram, cunctae ſua pectora durae
Inlidunt terrae: Pius es, potes omnia, clamant.
Cerne pias lachrymas, miſerorum vincula ſolve:
Matribus his natos, his nuptis redde maritos.
Omnibus haec ſit laeta dies, tua gaudia princeps
Nullus agat triſtis: cunctorum crimina dele,
Gaudeat ut laetus miti te principe mundus,
Has pius aſpexit lachrymas, precibuſque dolentum
Annuit, & ſolvi cunctos a crimine juſſit
More Dei: Deus eſt, cui verbo competit uno
Juſtificare malos, mediaque a morte levare.
Credite ſimpliciter, vox haec temeraria non eſt;
Qui facit hoc, Deus eſt, Deus eſt in corde regentum:
Principibus princeps quidquid Deus imperat, hoc eſt,
Terrarum dominis Chriſtus dedit omnia poſſe:
Ille eſt omnipotens, hic omnipotentis imago.
Plurima praeterea ſolemni munere donans
Dimiſſis populis arcem remeavit in altam.

Condoluit miſerans, & ſe pietate ſubegit
Legibus ultro ſuis. Aliena pecunia, dixit,
Reddenda eſt. Vivus patri qui ſubſtitit heres
Theſauros fidis privatos ferre miniſtris
Imperat; innumerae mox advenere catervae
Fortia centenis oneratae brachia libris.
Depoſuere humeris, ſummae glomerantur in unum,
Et totus fuſo circus reſplenduit auro.
Tunc poſita ratione palam, populoque vidente,
Debita perſolvit genitoris, cauta recepit.
Gaudia quanta illic, quantus favor! undique laetus
Tollitur in caelum populorum clamor ovantum:
Mirantur proceres, mirantur talia plebes'.
Hinc rutili lucent chartis ardentibus ignes:
Hinc radiat fulvum concertans ignibus aurum.
Hinc chartas flammis ſubigunt, hinc pondere fuſos
Exaequant ſolidos, & lancem pollice pulſant.
Tunc finibus plenis abeunt, quaeſtuque laborant:
Elatiſque oculis pro vita Principis orant.
Largior inventus pater eſt, clementior item,
Qui virtute animi mentem calcavit habendi,
Publica privato cum debita redderet auro
Sponte ſua, Dominus ſervis miſeratus egenis.
Priſcorum hoc uno vicit novus omnia facto
Facta prius Princeps. Quamvis meliora ſequantur,
Hoc primum tamen omen erat, quod nullus avorum
Auguſtos umquam cecinit feciſſe priores.
Hinc aliud pietatis opus tam grande ſecutum eſt:
Pro vinctis flentes nuptae venere maritis,
Matres pro genitis. Neſcit ſervare pudorem
Rebus in afflictis ingens dolor; immemor ibat
Turba ſui ſexus, cultu miſerabilis ipſo,
Per medios populos. Poſtquam venere verendam
Caeſaris ante caram, cunctae ſua pectora durae
Inlidunt terrae: Pius es, potes omnia, clamant:
Cerne pias lacrimas, miſerorum vincula ſolve:
Matribus his natos, his nuptis redde maritos.
Omnibus haec ſit laeta dies, tua gaudia Princeps
Nullus agat triſtis: cunctorum crimina dele,
Gaudeat ut laetus, miti te Principe, mundus.
Has pius aſpexit lacrimas, precibuſque dolentum
Annuit, & ſolvi cunctos a crimine iuſſit
More Dei: Deus eſt, cui verbo competit uno
Iuſtificare malos, mediaque a morte levare.
Credite ſimpliciter, vox haec temeraria non eſt;
Qui facit hoc, Deus eſt: Deus eſt in corde regentum:
Principibus princeps quidquid Deus imperat, hoc eſt.
Terrarum Domino Chriſtus dedit omnia poſſe;
Ille eſt omnipotens, hic omnipotentis imago.
Plurima praeterea ſolemni munere donans,
Dimiſſis populis, arcem remeavit in altam.

CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS
LIBER TERTIUS.

EDITIO RUIZII.

More patrum Iuſti- nus erat ut funus decedentis avun- culi.

Contigit ut princeps Auguſtus limina tecti,
Quanquam feſta dies ſextam conſumpſerat horam,
Non dulces epulas, non pocula grata petivit,
Ni patris primum ſanctum & venerabile corpus
Ornatum exequiis tumulo mandaret opimis.
Ante fores iam . . . fuit, paſſimque per aulam
Porticibus longis ſtabat cum plebe Senatus,
Interius flentes famuli, vaſa aurea mille,
Mille columnarum ſpecies, argentea mille,
Quae ſuper impoſitis implebant atria ceris,
Ordine cuncta ſuo patrum ſic more parata:
*Triſte miniſterium * laetam ferviebat in aulam.*
Alta ſuperpoſitis radiabant ſtramina gemmis,
Tempore quas priſco Romana potentia cepit;
Quas viridis Nereus, quas protulit Indica tellus,
Et quas Memphitica Caeſar perduxit ab aula:
Quas ſupplex Cleopatra dedit, cum vincula fratris
Frangeret, & rupto pallens cuſtode veniret.
Ex quibus adverſis cernebant fulgura mitti,
Sed lumen non ignis erat; lux undique fulget
Aurea conſpicui luſtrans laquearia tecti.
Thura Sabaea cremant, flagrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balſama ſucco.
Centum aliae ſpecies, unguentaque mira feruntur
Tempus in aeternum ſacrum ſervantia corpus.
*Supremum patri talem * celebravit honorem*
Auguſto melior Iuſtinus Caeſare princeps.
Ut prius ingrediens corpus venerabile vidit,
Incubuit lachrymans, atque oſcula frigida carpſit
Divini patris, verbiſque dolentibus inquit.
Nos flemus triſtes, mentiſque ardore dolemus:
Tu pater Angelicas inter ſanctiſſime turmas
Laetus abis, poſitoque Deum iam corpore cernis,
Et frueris meliore die ſub lumine Solis.
*Nos, cui * nullus ait ſalve, pater inclyte ſalve,*
Aeternum pater alme vale. Non plura moratus
Auguſtus nutu tolli ſublime feretrum
Imperat, & tota populus proceſſit ab aula:
Moeſtaque funereas accendunt agmina ceras:
Omnis in exequias ſexus convenit & aetas.
Quis memorare poteſt tanta miracula pompae?
Hinc laevitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus; vox aethera pulſat;
Funduntur lachrymae ritu nivis, imbre madebant
Cunctorum veſtes, proprioque in fonte natabant,
Madentes oculi vultuſque, ſinuſque rigabant.
Attonitae matres reſolutis crinibus ibant:
Ante fores aliae, tectis ſublimibus illae
Implentes altas turba ſtipante feneſtras,
Quantus Hyperborei volucrum concentus in Iſtri
Contrahitur ripis, gelidas quas linquere terras

Forte *laetam*.

Forte *celebrabat*.

Forte *nulla ſalus*.

EDITIO EMENDATA.

Contigit ut Princeps Auguſti limina tecti,
Quamquam feſta dies ſextam conſumpſerat horā,
Non dulces epulas, non pocula grata petivit,
Ni patris primum ſanctum, & venerabile corpus
Ornatum exſequiis tumulo mandaret opimis.
Ante fores iam turba ruit, paſſimque per aulam
Porticibus longis ſtabat cum plebe Senatus.
Interius flentes famuli: vaſa aurea mille,
Mille columnarum ſpecies, argentea mille,
Quae ſuper impoſitis implebant atria ceris,
Ordine cuncta ſuo patrum ſic more parata.
Triſte miniſterium lata fervebat in aula:
Alta ſuperpoſitis radiabant ſtramina gemmis,
Tempore quas priſco Romana potentia cepit,
Quas viridis Nereus, quas protulit Indica tellus,
Et quas Memphitica Caeſar perduxit ab aula,
Quas ſupplex Cleopatra dedit, cum vincula fratris
Frangere corrupto pallens cuſtode veniret;
Ex quibus adverſis certabant fulgura mitti,
Sed lumen, non ignis erat; lux undique fulget
Aurea conſpicui luſtrans laquearia tecti.
Thura Sabaea cremant, fragrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balſama ſucco.
Centum aliae ſpecies, unguentaque mira feruntur,
Tempus in aeternum ſacrum ſervantia corpus.
Supremum patri talem celebravit honorem
Auguſto melior Iuſtinus Caeſare Princeps.
Ut pius ingrediens corpus venerabile vidit,
Incubuit lacrimans, atque oſcula frigida carpſit
Divini patris, verbiſque dolentibus inquit:
Nos flemus triſtes, mentiſque ardore dolemus,
Tu, pater, Angelicas inter, ſanctiſſime, turmas
Laetus abis, poſitoque Deum iam corpore cernis,
Et frueris meliore die ſub lumine Solis,
Nox cui nulla ſubit: ſalve, pater inclite, ſalve,
Aeternum, pater alme, vale. Non plura moratus
Auguſtus nutu tolli ſublime feretrum
Imperat, & tota populus proceſſit ab aula:
Maeſtaque funereas accendunt agmina ceras:
Omnis in exſequias ſexus convenit, & aetas.
Quis memorare poteſt tantae miracula pompae?
Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus; vox aethera pulſat:
Funduntur lacrimae ritu nivis: imbre madebant
Cunctorum veſtes, proprioque in fonte natabant
Manantes oculi, vultuſque, ſinuſque rigabant.
Attonitae matres, reſolutis crinibus, ibant:
Ante fores aliae, tectis ſublimibus illae
Implentes altas, turba ſtipante, feneſtras.
Quantus Hyperborei volucrum concentus in Iſtri
Contrahitur ripis, gelidas quas linquere terras

Aſpera cogit hyems glacie nivibuſque coactis,
Innumerae glomerantur aves, ſtipantur in unum,
Innectuntque moras, & flumina linquere nolunt.
Tranſitus ob cauſam multi pia thura cremabant:
Undique currebat ſtudio plebs moeſta videndi.
Omnibus unus amor, iuſtus dolor omnibus unus
Augebat lachrymas, & viſo funere flebant,
Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi
Inclyta ſacrato poſuiſſent membra ſepulcro,
Forte prius. *Quod * pius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.*
Post luctum populi gaudium laetitia, & iucunditas. II. *Poſtquam facta quies, totam plebs laeta per urbem*
Sacra coronatis ornavit moenia tectis:
Pratorum ſpoliatur honos, nemus omne refertum
Frugibus, & glaucae frondes rapiuntur olivae.
Exornant poſtes, & arundine limina comunt,
Feſtaque per cunctos tendunt velamina vicos.
Ludere tunc iuvenes, & laudibus addere laudes
Incipiunt, plaudunt pedibus, mollique reponunt
Crura gradu, miriſque modis nova carmina flectunt:
Iuſtinum, Sophiamque pios, duo lumina dicunt:
Organa, plectra, lyrae totam inſonuere per urbem.
Mille voluptatum ſpecies, convivia mille,
Saltatus, riſus, diſcurſus, gaudia, plauſus:
Auguſtis vitam laetis clamoribus optant.
Poſt ſenium dicunt ſeſe iuveneſcere, mundus
Gaudet, & antiquae repetit primordia formae.
Ferrea nunc abeunt, atque aurea ſaecula ſurgunt
Temporibus Iuſtine tuis, ſpes urbis & orbis,
Romani iubar imperii, decus: addita cunctis
Retro principibus cuius ſapientia victrix
Obtinuit patrii faſtigia maxima regni.
Ingeminant Sophiae nomen, lumenque ſecundum
Hanc dicunt, carmenque novum cum plauſibus addunt.
Egregii apparatus imperialis convivii referuntur. III. *Interea laetus ſacra cum coniuge princeps*
Coeperat Auguſtae felicia carpere menſae
Gaudia, regales epulas, & dulcia Bacchi
Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat,
Aſcalon & laetis dederat quae Graeca colonis:
Quaeve antiqua Tyros, quae fertilis Africa mittit:
Quae Meroë, quae Memphis habet, quae candida Cypros;
Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulyxes,
Arce ſub Ithalia Laërtia lumina ſervans,
Nondum Troiani vitans diſcrimina belli:
Quaeque Methymnaeis expreſſit cultor ab uvis
Pocula, quae vitreo flagrabant plena Falerno.
Priſca Palaeſtini miſcentur dona Lyaei
Alba colore nivis, blandoque leviſſima guſtu.
Fuſca dabant fulvo Riſattica vina metallo,
Quae natura parit liquidi non indiga mellis:
Et Gariſaei permiſcent munus Iacchi,
Cuncta quis expediet, dominis quae parturit orbis,
Romano quaeque eſt provincia ſubdita regno?
Haec magno luxu quanquam cumulata redundent,
Temperie ſolita parvus cibus ore modeſto
Sumitur, & quantum capiat mens ſobria potus
Cenſura ſervante modum. Cura ipſa regendi
Clementiſque animus praeſumere parcius eſcas
Forte potus. *Iure facit, * potumque parum ſapientia quaerit.*

Aurea

Aſpera cogit hiems: glacie, nivibuſque coactae
Innumerae glomerantur aves, ſtipantur in unum,
Innectuntque moras, & flumina linquere nolunt.
Tranſitus ob cauſſam multi pia thura cremabant:
Undique currebat ſtudio plebs maeſta videndi.
Omnibus unus amor, Iuſtus dolor omnibus unus
Augebat lacrimas, & viſo funere flebant;
Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi
Inclita ſacrato poſuiſſent membra ſepulcro,
Quod pius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.
Poſtquam facta quies, totam plebs laeta per urbem
Sacra coronatis ornavit moenia tectis:
Pratorum ſpoliatur honos, nemus omne refertum
Frugibus, & glaucae frondes rapiuntur olivae.
Exornant poſtes, & arundine limina comunt,
Feſtaque per cunctos tendunt velamina vicos.
Ludere tunc iuvenes, & luſibus addere laudes
Incipiunt: plaudunt pedibus, mollique reponunt
Crura gradu, miriſque modis nova carmina flectunt.
Iuſtinum, Sophiamque pios, duo lumina dicunt:
Organa, plectra, lyrae totam inſonuere per urbem.
Mille voluptatum ſpecies, convicia mille,
Saltatus, riſus, diſcurſus, gaudia, plauſus:
Auguſtis vitam laetis clamoribus optant.
Poſt ſenium, dicunt, ſeſe iuveneſcere mundus
Gaudet, & antiquae repetit primordia formae.
Ferrea nunc abeunt, atque aurea ſaecula ſurgunt
Temporibus, Iuſtine, tuis, ſpes urbis & orbis,
Romani iubar imperii, decus addite cunctis
Retro Principibus, cuius ſapientia victrix
Obtinuit patrii faſtigia maxima regni.
Ingeminant Sophiae nomen, lumenque ſecundum
Hanc dicunt, carmenque novum cum plauſibus addunt.
Interea laetus ſacra cum coniuge Princeps
Coeperat Auguſtae felicia carpere menſae
Gaudia, regales epulas, & dulcia Bacchi
Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat,
Aſcalon & laetis dederat quae Graeca colonis:
Quaeve antiqua Tyros, quae fertilis Africa mittit,
Quae Meroë, quae Memphis habet, quae candida Cypros:
Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulyſſes,
Pace ſub Iliaca Laërtia limina ſervans,
Nondum Troiani vitans diſcrimina belli:
Quaeque Methymnaeis expreſſit cultor ab uvis:
Pocula quae vitreo flagrabant plena Falerno.
Priſca Palaeſtini miſcentur dona Lyaei,
Alba colore nivis, blandoque leviſſima guſtu.
Fuſca dabant fulvo chryſattica vina metallo,
Quae natura parit liquidi non indiga mellis:
Et Gariſaei permiſcent munus Iacchi.
Cuncta quis expediet, Dominis quae parturit orbis
Romano quaeque eſt provincia ſubdita regno?
Haec magno luxu quamquam cumulata redundent,
Temperie ſolita parvus cibus ore modeſto
Sumitur, & quantum capiat mens ſobria potus,
Cenſura ſervante modum. Cura ipſa regendi,
Clementiſque animus praeſumere parcius eſcas
Iure facit, potuſque parum ſapientia quaerit.

Aurea

Aurea purpureis apponunt fercula menſis
*Pondere gemmarum plus * gravis. Pictus ubique*
Iuſtinianus erat, dominis pictura placebat,
Gaudebantque ſui genitoris imagine viſa.
Felicis geniti veras ibi credere poſſes
Sacras effigies, vivaſque adſtare putares.
Ars & materies animas ſimul addere poſſunt,
Addendi vitam niſi tu natura negares.
Ingeniis hominum poſt mortem vivere famam
Conceſſum eſt, clarum ſervat ſua gloria nomen.
Ipſe triumphorum per ſingula vaſa ſuorum
Barbarico hiſtoriam fieri mandaverat auro
Tempore, quo captis iniecit vincla tyrannis
Iuſtinianus, ovans quarto cum conſule princeps
Alta triumphali terret capitolia pompa.
Sacris principibus iucundae fabula menſae
De divo genitore fuit: tum nomen honorum
Inter delicias, & dulcia pocula ſummis
Laudibus adtollunt, vivumque per ora fatentur.
Sic deceſſorem regnantum nullus amavit,
Quamquam ſceptra patris natus ſucceſſor haberet;
Ante oculos geniti genitor dulciſſimus omni
Tempore ſemper erit, ſemperque in corde manebit.

De conſummatione convivii.

IV. *Poſtquam divinae ſumpſere noviſſima coenae*
Pocula, & excelſae ſiluerunt gaudia menſae,
Contulerat quae prima dies, ſurrexit ab alto
Laetus uterque thoro, ſecretaque tecta petivit:
Sed non in ſegnes ſolverunt pectora ſomnos,
Invigilant animi, quibus eſt pia cura regendi
Tot latos populos, duros domitare tyrannos,
Conſiliis uti, cauſas diſponere mundi.
Maxima pro rerum quae diſpoſuere ſalute
Admiranda magis, quam connumeranda fateri
Humanum decet ingenium. Quis carmine digno
Tot divinarum miracula pandere rerum
Sufficiat? Quibus haec verbis, qua laude reponat?
Diva Auguſta favens, ſanctum & venerabile nomen,
Immortale bonum, noſtrae ſapientia linguae,
Auſpiciis haec ſacro tuis: tua vota canentem
Reſpice, & oranti clemens ſolatia praebe.

Exornatur Auguſta domus regentis imperium.

V. *Septima gaudentem lux aurea viderat orbem,*
Expellens placido brumalia frigora verno;
Omnia Sol oriens radiis melioribus afflans,
Tranquillo gelidas tepefecerat igne pruinas.
Gaudebant elementa ſimul, mollique calebant
*Temperie, votiſque ſuis nova Roma * ſiebat.*
Ornata eſt Auguſta domus, iuſſuque regentis
Acciti proceres omnes, ſcholaque palati eſt
Iuſſa ſuis adſtare locis: iamque ordine certo
Turba decanorum, curſorum, in rebus agentum.
Cumque palatinis ſtans candida turba tribunis,
Et protectorum numerus mandante magiſtro,
Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum
Ornatu vario, cultuque, habituque, modoque.
Ingens excubitus, divina palatia ſervans,
Porticibus longis porta condenſus ab ipſa
Murorum in morem laevam, dextramque tegebat;
Scuta ſub erectis coniungens aurea pilis:
Enſe latus cincti, praeſtricti crura cothurnis

* Forte *favebat*, aut *fremebat*.

Adſta-

Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum pondus grave. Pictus ubique
Iuſtinianus erat; Dominis pictura placebat,
Gaudebantque, ſui genitoris imagine viſa,
Felices geniti: veras ibi cernere poſſes
Sacras effigies, vivaſque adſtare putares.
Ars & materies animas ſimul addere poſſent,
Addendi veniam niſi tu, natura, negares.
Ingeniis hominum poſt mortem vivere famam
Conceſſum eſt: clarum ſervat ſua gloria nomen.
Ipſe triumphorum per ſingula vaſa ſuorum
Barbarico hiſtoriam fieri mandaverat auro,
Tempore, quo captis iniecit vincla tyrannis
Iuſtinianus, ovans quarto cum conſule Princeps
Alta triumphali tereret Capitolia pompa.
Sacris Principibus iucundae fabula menſae
De divo genitore fuit: tum nomen honorum
Inter delicias, & dulcia pocula ſummis
Laudibus adtollunt, vivumque per ora fatentur.
Sic deceſſorem regnantum nullus amavit,
Quamquam ſceptra patris natus ſucceſſor haberet.
Ante oculos geniti genitor dulciſſimus omni
Tempore ſemper erit, ſemperque in corde manebit.
Poſtquam divinae ſumpſere noviſſima coenae
Pocula, & excelſae ſiluerunt gaudia menſae,
Contulerat quae prima dies, ſurrexit ab alto
Laetus uterque thoro, ſecretaque tecta petivit:
Sed non in ſegnes ſolverunt pectora ſomnos.
Invigilant animi, quibus eſt pia cura regendi
Tot latos populos, duros domitare tyrannos,
Conſiliis uti, cauſſas diſponere mundi.
Maxima, pro rerum quae diſpoſuere ſalute,
Admiranda magis, quam connumeranda, fateri
Humanum decet ingenium. Quis carmine digno
Tot divinarum miracula pandere rerum
Sufficiat? Quibus haec verbis, qua laude reponat?
Diva Auguſta favens, ſanctum, & venerabile nomen,
Immortale bonum, noſtrae Sapientia linguae,
Auſpiciis haec ſacra tuis: tua vota canentem
Reſpice, & oranti clemens ſolatia praebe.
Septima gaudentem lux aurea viderat orbem,
Expellens placido brumalia frigora verno;
Omnia ſol oriens radiis melioribus afflans,
Tranquillo gelidas tepefecerat igne pruinas;
Gaudebant elementa ſimul, mollique calebant
Temperie, votiſque ſuis nova Roma favebat.
Ornata eſt Auguſta domus, iuſſuque regentis
Acciti proceres omnes, ſcholaque ipſa palati eſt
Iuſſa ſuis adſtare locis: iamque ordine certo
Turba decanorum, curſorum, in rebus agentum,
Cumque palatinis ſtans candida turba tribunis,
Et protectorum numerus, Mandante magiſtro,
Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum,
Ornatu vario, cultuque, habituque, modoque.
Ingens excubitus divina palatia ſervans,
Porticibus longis, porta condenſus ab ipſa,
Murorum in morem, laevam, dextramque tegebat,
Scuta ſub erectis coniungens aurea pilis.
Enſe latus cincti, praeſtricti crura cothurnis

Adſta-

Adſtabant celſi pariter, pariterque nitebant
Extantis latis humeris, duriſque lacertis.
Comparatio. *Coniferae veluti ſacra inter flumina quercus,*
Per quas blanda fluens rauco ſonat unda ſuſurro,
Condenſam faciunt frondoſo robore ſylvam,
Excluduntque diem ramis, intonſque laetae
Attollunt capita, & vertice ſydera pulſant.
Et laeva, dextraque acies adſtare videres,
Multaque ancipites ſplendeſcere luce bipennes,
Terribiles, aetate pares. Imitatur Olympum
Officiis Auguſta domus, ſic omnia clara,
Sic numeris bene compta ſuis, ita luce coruſca:
Comparatio. *Aurea convexi veluti rutilantia caeli*
Sydera menſura, numeris, & pondere curſus
Perficiunt librata ſuo, ſtabilique receſſu
Firma manent, unumque iubar ſuper omnia fulget:
Omnia ſuccumbunt flammis melioribus aſtra,
Et quo tecta latent regis paſcuntur ab igne.
Hac ſe magnarum Romana potentia rerum
Lege tenens, medias inter ſuper omnia gentes
Regna micat, claro tantum uni ſubdita caelo.
Pulchritudo palatii Conſtantinopolitani laudatur. VI. *Atria praelargis extant altiſſima tectis,*
Sole metallorum ſplendentia, mira paratu,
Et facie plus mira loci, cultuque ſuperba.
Nobilitas medios ſedes Auguſta penates,
Quattuor eximiis circumvallata columnis:
Quas ſuper ex liquido praefulgens cymbius auro
Immodico, ſimilans convexi climata caeli,
Immortale caput, foliumque ſedentis obumbrat
Ornatum gemmis auroque, oſtroque ſuperbum.
Quattuor in ſeſe nexos curvaverat arcus,
Par laevam dextramque tenens victoria partem
Altius erectis pendebat in aëre pennis,
Laurigeram geſtans dextra fulgente coronam.
Mira pavimentis, ſtratiſque tapetibus ampla
Planicies, longoque ſedilia compta tenore.
Clara ſuperpoſitis ornabant atria velis:
Vela tegunt poſtes: cuſtodes ardua ſervant
Limina, & indignis intrare volentibus obſtant
Condenſi numeris, ſaſtu, nutuque tremendi.
Poſtquam diſpoſitis ornata palatia turmis
Officia explerunt, adytis radiavit ab imis
Inclyta lux, & conſiſtoria tota replevit.
Egreditur princeps magno comitante ſenatu:
Adfuit obſequio caſtorum turba virorum;
Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſupernis,
Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, veſteſque parare.
Armiger interea, domini veſtigia luſtrans,
Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes
Agmina, & Auguſtam cultu praefulgurat aulam
Comptus caeſarie, formaque inſignis, & ore.
Aureus omnis erat, cultuque, habituque modeſtus,
Et morum probitate placens, virtute verendus,
Fulmineus, cautus, vigilans noctéſque dieſque
Pro rerum dominis, & honora luce coruſcus,
Matutina micans ut caelo ſtella ſereno
Comparatio.

Aura-

Adſtabant celſi pariter, pariterque nitebant
Exſtantes latis humeris, duriſque lacertis.
Coniferae veluti ſacra inter flumina quercus,
Per quas blanda fluens rauco ſonat unda ſuſurro,
Condenſam faciunt frondoſo robore ſilvam,
Excluduntque diem ramis, intonſaque laetae
Attollunt capita, & vertice ſidera pulſant.
Et laeva, dextraque acies adſtare videres,
Multaque ancipites ſplendeſcere luce bipennes,
Terribiles, aetate pares. Imitatur Olympum
Officiis Auguſta domus, ſic omnia clara,
Sic numeris bene compta ſuis, ita luce coruſca:
Aurea convexi veluti rutilantia caeli
Sidera, menſura, numeris, & pondere curſus
Perficiunt librata ſuo, ſtabilique receſſu
Firma manent, unumque iubar ſuper omnia fulget:
Omnia ſuccumbunt flammis melioribus aſtra,
Et, quo tecta latent, regis paſcuntur ab igne.
Hac ſe magnarum Romana potentia rerum
Lege tenens, medias inter ſuper omnia gentes
Regna micat, claro tantum uni ſubdita caelo.
Atria praelargis exſtant altiſſima tectis,
Sole metallorum ſplendentia, mira paratu,
Et facie plus mira loci, cultuque ſuperba.
Nobilitat medios ſedes Auguſta penates,
Quattuor eximiis circumvallata columnis,
Quas ſuper ex liquido praefulgens cymbius auro
Immodico, ſimulans convexi climata caeli,
Immortale caput, foliumque ſedentis obumbrans
Ornatum gemmis, auroque, oſtroque ſuperbum,
Quattuor in ſeſe nexos curvaverat arcus.
Par laevam, dextramque tenens victoria partem,
Altius erectis pendebat in aëre pennis,
Laurigeram geſtans dextra fulgente coronam.
Mira pavimentis, ſtratiſque tapetibus ampla
Planicies, longoque ſedilia compta tenore:
Clara ſuperpoſitis ornabant atria velis:
Vela tegunt poſtes: cuſtodes ardua ſervant
Limina, & indignis intrare volentibus obſtant
Condenſi numeris, faſtu, nutuque tremendi.
Poſtquam diſpoſitis ornata palatia turmis
Officia explerunt, adytis radiavit ab imis
Inclita lux, & conſiſtoria tota replevit.
Egreditur Princeps, magno comitante Senatu.
Adfuit obſequio caſtorum turma virorum,
Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſuperbis,
Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, veſteſque parare.
Armiger interea, Domini veſtigia luſtrans,
Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes
Agmina, & Auguſtam cultu praefulgurat aulam
Comptus caeſarie, formaque inſignis, & ore.
Aureus omnis erat, cultuque, habituque modeſtus,
Et morum probitate placens, virtute verendus,
Fulmineus, cautus, vigilans noctéſque, dieſque
Pro rerum Dominis, & honora luce coruſcus;
Matutina micans ut caelo ſtella ſereno

Aura-

by Google

Auratis radiis argentea ſydera vincit,
Vicinumque diem claro praenunciat igne:

Legatos Avarum ſiſti Iuſtinus imperat praeſentari.

VII. *Ut laetus princeps ſolium conſcendit in altum,*
Membraque purpurea praecelſus veſte locavit,
Legatos Avarum iuſſos intrare magiſter
Ante fores primus divinae nunciat aulae,
Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre
Clementis domini: quos voce & mente benignus
Imperat admitti. Miratur Barbara pubes
Ingreſſus primos, immenſaque atria luſtrans
Ingentes adſtare viros, ſcuta aurea cernunt?
Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro
Aurea, & auratos conos, criſtaſque rubentes:
Horreſcunt lanceas, ſaevaſque inſtare ſecures:
Caeteraque egregiae ſpectant miracula pompae,
Et credunt aliud Romana palatia caelum.
Spectari gaudent, hilareſque intrare videri:

Comparatio.

Non ſecus Hircanae quoties ſpectacula tygres
Dat populis nova Roma ſuis ductore magiſtro
Non ſolita feritate fremunt, ſed margine toto
Intrantes plenum populorum millia circum
Suſpiciunt; magnoque metu miteſcere diſcunt,
Deponunt rabiem, gaudent fera vincla ſubire,
Per medios intrare locos, ipſumque ſuperbae
Quod ſpectentur amant, caveam, turbaſque faventes,
Luſtrant, & proni ſolium regnantis adorant.
Verum ut contracto patuerunt intima velo
Oſtia, & aurati micuerunt atria tecti,
Caeſareumque caput diademate fulgere ſacro
Ter gazis ſuſpexit Avar, ter poplite flexo
Pronus adoravit, terraeque adfixus inhaeſit:
Hunc Avares alii ſimili terrore ſecuti
In facies cecidere ſuas, ſtratoſque tapetas
Fronte terunt, longiſque implent ſpacioſa capillis
Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam:
Ut clemens princeps legatos ſurgere iuſſit,
Officio ſtratos iuſſo monituque iubentis
Erexere viros: Quod poſcitis, ore ſereno
Clementer regnator ait, memorate, docete,
Et veſtri regis quae ſit legatio, ferte.
Haec poſtquam princeps tranquilla voce profatus,
Crudus & aſper Avar dictis ſic coepit acerbis:
Rex Avarum Cagan, debellans intima mundi,
Famoſos ſtravit magna virtute tyrannos,
Innumeros populos, & fortia regna ſubegit.
Cuius Threicium potis eſt exercitus Hebrum
Exhauſto ſiccare lacu, fluviumque bibendo
*Nudare, & nondum * plene ſatiatus abire.*
Quem Perſae timuere feri, genibuſque minantis
Admovere manus, pacem meruere precando.
** Ni fieret, fruſtra celſis Babylonis muris*
*Cincta foret, * dominos humeris nunc ferre parata.*
Rupimus Euphratem, gelidos ſuperavimus amnes,
** Hybernaſque nives, curſus qua fraenat aquarum*
Frigus, & omnigenis fit durior unda metallis.
*Vidimus * extenſos vitrea teſtudine * poſtes,*
Stagna, lacus, fluvioſque ſuper, fonteſque iacere
In ſilicis morem, vel ſtratae marmore terrae:
*Cognatos latices laticum * concreta tegebant.*

Al. plene.
Al. ni forte excelſis fruſtra.
Al. dominoſque, Avares nunc patria ferret.
Al. dulces dominos patriaque ferre.
Al. Hybernos curſus quando refrenat.
Al. pontes.
Al. & tectos.
Al. tum cruſta tegebat.

Plau-

Auratis radiis argentea ſidera vincit,
Vicinumque diem claro praenunciat igne.
Ut laetus Princeps ſolium conſcendit in altum,
Membraque purpurea praecelſus veſte locavit,
Legatos Avarum, iuſſos intrare, Magiſter
Ante fores primus divinae nunciat aulae
Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre
Clementis Domini: quos voce, & mente benignus
Imperat admitti. Miratur Barbara pubes
Ingreſſus primos, immenſaque atria luſtrans
Ingentes adſtare viros, ſcuta aurea cernunt,
Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro
Aurea, & auratos conos, criſtaſque rubentes:
Horreſcunt lanceas, ſaevaſque inſtare ſecures:
Ceteraque egregiae ſpectant miracula pompae,
Et credunt aliud Romana palatia caelum.
Spectari gaudent, hilareſque intrare videri.
Non ſecus Hircanae quoties ſpectacula tigres
Dat populis nova Roma ſuis, ductore magiſtro,
Non ſolita feritate fremunt, ſed margine toto
Intrantes plenum populorum millia circum
Suſpiciunt, magnoque metu miteſcere diſcunt,
Deponunt rabiem, gaudent fera vincla ſubire,
Per medios intrare locos, ipſumque ſuperbae
Quod ſpectentur amant, caveam, turbaſque faventes
Luſtrant, & pronae ſolium regnantis adorant.
Verum ut contracto patuerunt intima velo
Oſtia, & aurati micuerunt atria tecti,
Caeſareumque caput diademate fulgere ſacro
Targites ſuſpexit Avar, ter poplite flexo
Pronus adoravit, terraeque adfixus inhaeſit.
Hunc Avares alii ſimili terrore ſecuti
In facies cecidere ſuas, ſtratoſque tapetas
Fronte terunt, longiſque implent ſpacioſa capillis
Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam.
Ut clemens Princeps legatos ſurgere iuſſit
Officio ſtratos: iuſſu, monituque iubentis
Surrexere viri: Quod poſcitis, ore ſereno
Clementer Regnator ait, memorate, docete,
Et veſtri Regis quae ſit legatio, ferte.
Haec poſtquam Princeps tranquilla voce profatus,
Crudus, & aſper Avar dictis ſic coepit acerbis.
Rex Avarum Chagan, debellans intima mundi,
Famoſos ſtravit magna virtute tyrannos,
Innumeros populos, & fortia regna ſubegit.
Cuius Threicium potis eſt exercitus Hebrum
Exhauſto ſiccare lacu, fluviumque bibendo
Nudare, & nondum plene ſatiatus abire.
Quem Perſae timuere feri, genibuſque minantis
Admovere manus, pacem & meruere precando;
Ni facerent, fruſtra celſis Babylonia muris
Cincta foret, dominos Avares nunc ferre parata.
Rupimus Euphratem, gelidos ſuperavimus amnes
Hibernos curſus tum quando refrenat aquarum
Frigus, & omnigenis fit durior unda metallis.
Vidimus & tectos vitrea teſtudine pontes
Stagna, lacus, fluvioſque ſuper, fonteſque iacere.
In ſilicis morem, vel ſtratae marmore terrae,
Cognatos latices laticum cum cruſta tegebat,

Plau-

Plauſtra ſuper ſolidas ſtridentia duximus undas:
Illic volventum veſtigia nulla rotarum
Area, nec ſolitos labens dedit orbita ſulcos,
Nec fragilis potuit cryſtalli forma noceri
Prae ſolido ſtringente gelu: fremituſque ſonorum
Cornipedum liquidos ceu terruit ungula campos.
*Inſanum volvens ſtrepitum calcavimus * Imorem.* Al. Iſtrum, vel Ebrum.
Ivimus in fluctus ſicco pede, praebuit amplas
Nix ſpacioſa vias: praeduris gentibus acre
Intulimus bellum, pars altera caſtra locavit.
Miſcuimus pugnas, munitas cepimus urbes,
Firmaque diſruptis deiecimus oppida muris.
Nunc ripas Scythici victor rex contigit Iſtri,
Denſaque per latos figens tentoria campos,
Ad tua nos princeps haec ſplendida moenia miſit:
Annua praelargi patris ſolatia veſtri
Sumere tempus adeſt. Sanctus quae praebuit ille,
Vos etiam praebere decet, ſi foedera pacis
Intemerata tibi; ſi mavis pacta manere,
Debita quaerenti tranſmittite munera regi.
Talia iactantem, nulla commotus in ira
Tranquillus princeps, oculis pietate ſerenis
Aſpexit iuvenem, placidoque haec edidit ore:
Quantum eſt legatis conceſſa licentia fandi,
Tantum legatos animo decet eſſe modeſto,
Et vitae probitate graves, quique ordine poſſint
Scire locis humiles quibus, & quibus ora ſuperbi
Expediant, noſtramque petant quod mitiget iram,
Proſpiciantque ſuae poſcentes foedera vitae.
Quid tua ventoſis inflata ſuperbia verbis
Iactitat, ignavae mentis deformia nudat.
Quid profugos laudas, famaque adtollis inani
Extorrem populum? Quae fortia regna ſubegit?
Effera gens Avarum proprias defendere terras
Non potuit, ſedeſque ſuas fugitiva reliquit.
*Tu velut * ignarus falſis rumoribus audes* Al. ignavis.
Vana loqui, turpique dolo nova ſomnia fingis.
Quod tibi nunc viſum eſt veſtro adſignare labori,
Militibus noſtris ludo ſolet eſſe diurno.
Hoc ſtudium dominis, ea ſunt ſua feria ſervis:
Sanctum hoc imperium toto ſic floruit orbe
Bella gerens, pacemque tuens. Nos more parentum
Pacem diligimus, nunquam fera bella timemus.
Pax eſt ſubiectis, pereunt per bella ſuperbi.
Parcimus innocuis, ſonti non parcimus ulli.
Res Romana Dei eſt, terrenis non eget armis,
Iure pio vivit, bellum non ingerit ultro,
Suſcipit illatum, vel ſi ſervire negabunt
Ingratae gentes; primum tamen admonet hoſtes
More gubernandi: monitus qui ſuſcipit iſtos
Vivit, & a nobis meritos expectat honores.
Quiſquis amat pacem, tutus ſub pace manebit:
Et qui bella volunt, bellorum clade peribunt.
Gens, quaecumque auſa eſt Romana laceſſere ſigna,
Horruit extinctas inopino fulmine turmas;
Innumeros cecidiſſe ſuos, regeſque ſuperbos
*Vidit * per noſtros humiles, factoſque triumphos.* Al. ſub noſtris humiles, fractiſque triumphis.
Ergo ſigna meis Cagan contraria ſignis
*Ferre parat; lituoſque mihi, * campumque minatur* Al. campos.

Gens

Plauſtra ſuper ſolidas ſtridentia duximus undas:
Illic volventum veſtigia nulla rotarum,
Aerea nec ſolitos labens dedit orbita ſulcos,
Nec fragilis potuit cryſtalli forma noceri
Praeſolido ſtringente gelu: fremituſque ſonorus
Cornipedum liquidos ceu terruit ungula campos
Inſanum volvens ſtrepitum. Calcavimus Imaum:
Ivimus in fluctus ſicco pede: praebuit amplas
Nix ſpacioſa vias. Praeduris gentibus acre
Intulimus bellum. Pars altera caſtra locavit?
Miſcuimus pugnas, munitas cepimus urbes,
Firmaque diſruptis deiecimus oppida muris.
Nunc ripas Scythici victor Rex contigit Iſtri,
Denſaque per latos figens tentoria campos,
Ad tua nos, Princeps, haec ſplendida moenia miſit.
Annua praelargi patris ſolatia veſtri
Sumere tempus adeſt: ſancte quae praebuit ille,
Vos etiam praebere decet. Si foedera pacis
Intemerata tibi, ſi mavis pacta manere,
Debita quaerenti tranſmittite munera Regi.
Talia iactantem, nulla commotus in ira
Tranquillus Princeps, oculis pietate ſerenis
Aſpexit iuvenem, placidoque haec edidit ore.
Quantum eſt legatis conceſſa licentia fandi,
Tantum legatos animo decet eſſe modeſto,
Et vitae probitate graves: quique ordine poſſint
Scire locis humiles quibus, & quibus ora ſuperbi
Expediant: noſtramque petant quod mitiget iram,
Proſpiciantque ſuae, poſcentes foedera, vitae.
Quod tua ventoſis inflata ſuperbia verbis
Iactitat, ignavae mentis deformia nudat.
Quid profugos laudas, famaque adtollis inani
Extorrem populum? Quae fortia regna ſubegit
Effera gens Avarum? proprias defendere terras
Non potuit, ſedeſque ſuas fugitiva reliquit.
Tu velut ignarus, falſis rumoribus audes
Vana loqui, turpique dolo nova ſomnia fingis?
Quod tibi nunc viſum eſt veſtro adſignare labori,
Militibus noſtris ludo ſolet eſſe diurno:
Hoc ſtudium dominis, ea ſunt ſua feria ſervis.
Sanctum hoc Imperium toto ſic floruit orbe
Bella gerens, pacemque tuens. Nos, more parentum,
Pacem diligimus, numquam fera bella timemus.
Pax eſt ſubiectis, pereunt per bella ſuperbi:
Parcimus innocuis, ſonti non parcimus ulli.
Res Romana Dei eſt, terrenis non eget armis:
Iure pio vivit: bellum non ingerit ultro,
Suſcipit illatum: vel ſi ſervire negabunt
Ingratae gentes, primum tamen admonet hoſtes
More gubernandi: monitus qui ſuſcipit iſtos
Vivit, & a nobis meritos exſpectat honores.
Quiſquis amat pacem, tutus ſub pace manebit:
Et qui bella volunt, bellorum clade peribunt.
Gens quaecumque auſa eſt Romana laceſſere ſigna,
Horruit extinctas inopino fulmine turmas;
Innumeros cecidiſſe ſuos, Regeſque ſuperbos
Vidit ſub noſtris humiles, fractoſque triumphis.
Ergo ſigna meis Chagan contraria ſignis
Ferre parat? lituoſque mihi, campoſque minatur

Gens

Gens Avarum, ut pacta damus? Terrore putatis
Id noſtrum feciſſe patrem, miſeratus egenis
Et profugis quod dona dedit? Pietate regendi
Alias grata. *Hoc facimus, * gratiſque dari proviſa iubemus.*
Noſtra manus larga eſt, non prodiga, perdere neſcit:
Iure ſuas diſpenſat opes, quo continet orbem:
Sponte damus dignis, indignis ſponte negamus.
Tu numeros numeris, & vires viribus audes
Exaequare meis? noſtris non fidimus armis,
Quamquam ductores, numeri, forteſque tribuni,
Subiecti reges, & gentes rebus abundent,
Quot caelum guttas mittit, quot littus arenas.
Quod ſupereſt, unumque meum ſpeciale levamen,
Imperii Deus eſt virtus & gloria noſtri,
A quo certa ſalus, ſceptrum datur, atque poteſtas:
Qui populos clemens ſuper omnia regna Latinos
Conſtituit, pacemque ſuam commendat amari.
Cuius ſpe fruimur, cuius virtute ſuperbos
Al. populum. *Deiicimus, cuius * populos pietate tuemur.*
Qui noſtros auget mira virtute triumphos;
Ipſius laudamus opus, ſolumque timemus
Al. verum. *Hunc unum colimus * regem, dominumque fatemur.*
Fortaſſis omnium. *Cognoſcant Avares, quoniam Deus * omnium hic eſt.*
Faſtus non patimur, gentes ſervire volentes
Al. dono, humileſque in honore. *Suſcipimus, doniſque humiles & honore levamus.*
Al. ſuam menſuret opem. *Quiſque * ſuas menſuret opes, vireſque ſuorum,*
Cum queis bella gerat; ſub qua ſpe ſumpſerit arma.
Fortaſſis Divinos ſibi ... plus. ** Divino ſibimet plus conſulat, unde petatur*
Auxilium, poterint ſi numina vana potentem
Al. poſſint. *Oppugnare Deum; ſi poſſunt ſponte venire*
Perſculpti lapides, ſurdae, mutaeque figurae,
Monſtraque, quae variis extant conflata metallis.
Si caelo tellus bellum movet, arma feretis
Vos armis adverſa meis? Si Barbare neſcis,
Quid virtus Romana poteſt, antiqua require,
Quae proavi, patres, & avi potuere Latini?
Quid noſter ſenior potuit pater, inſcie diſce?
Fortaſſis quo. *Sub * qua Wandalici ceciderunt ſtrage tyranni,*
Edomitique Getae, pubes Alamannica, Franci,
Totque aliae gentes, famoſaque regna per orbem
Ardua ſub noſtris flectentia colla triumphis
Suſcepere iugum, mentes, animoſque dedere
Servitio; nobiſque manent ex hoſte fideles.
Al. Scaldor. *En * Scultor noſtra ſervire paratus in aula*
Legatos nobis, & plurima munera mittit.
Quos contra ingratos defendimus, arma paramus.
Al. Obſtamus. ** Optamus dominis, profugis damus oſtia ſervis?*
Legibus hoc noſtris non convenit, arguo factum:
Indignis praebemus opem, Caganque timeri
Se putat, & bello mea ſigna laceſcere tentat?
Ite licet; campos, acies & caſtra parate,
Signorumque duces certos ſperate meorum.
Contremuit ſtupefactus Avar, magnoque timore
Diriguit, ſiccis vox humida faucibus haeſit,
Turbatuſque malis Auguſta ab ſede receſſit.
Caetera, conſiliis quae princeps providus altis
Diſpoſuit, verbis fateor comprehendere nullus
Sufficit, & pleni tenor eſt in fine libelli.
Haec dilata parum non praetereunda relinquo

Quae-

Gens Avarum, ut pacta damus? Terrore putatis
Id noſtrum feciſſe patrem, miſeratus egenis,
Et profugis quod dona dedit? Pietate regendi
Hoc facimus, gratiſque dari proviſa iubemus.
Noſtra manus larga eſt, non prodiga: perdere neſcit,
Iure ſuas diſpenſat opes, quo continet orbem.
Sponte damus dignis, indignis ſponte negamus.
Tu numeros numeris, & vires viribus audes
Exaequare meis? Noſtris non fidimus armis,
Quamquam ductores, numeri, forteſque tribuni,
Subiecti Reges, & gentes ſubditae abundent,
Quot caelum guttas mittit, quot littus arenas.
Quod ſuper eſt, unumque meum ſpeciale levamen,
Imperii Deus eſt virtus, & gloria noſtri,
A quo certa ſalus, ſceptrum datur, atque poteſtas:
Qui populos clemens ſuper omnia regna Latinos
Conſtituit, pacemque ſuam commendat amari:
Cuius ſpe fruimur, cuius virtute ſuperbos
Deiicimus, cuius populos pietate tuemur:
Qui noſtros auget mira virtute triumphos.
Ipſius laudamus opus, ſolumque timemus:
Hunc unum colimus Regem, Dominumque fatemur.
Cognoſcant Avares, quoniam Deus omnipotens eſt.
Faſtus non patimur, gentes ſervire volentes
Suſcipimus, doniſque humiles, & honore levamus.
Quiſque ſuas menſuret opes, vireſque ſuorum;
Cum queis bella gerat; ſub qua ſpe ſumpſerit arma;
Divinum, ſibimet plus conſulat, unde petatur
Auxilium; poterint ſi numina vana potentem
Oppugnare Deum; ſi poſſint ſponte venire
Perſculpti lapides, ſurdae, mutaeque figurae,
Monſtraque, quae variis exſtant conflata metallis.
Si caelo tellus bellum movet, arma feretis
Vos armis adverſa meis. Si, Barbare, neſcis
Quid virtus Romana poteſt, antiqua require,
Quae proavi, patres, & avi potuere Latini.
Quid noſter ſenior potuit pater, inſcie, diſce,
Sub quo Wandalici ceciderunt ſtrage tyranni,
Edomitique Getae, pubes Alamannica, Franci,
Totque aliae gentes: famoſaque regna per orbem
Ardua ſub noſtris flectentia colla triumphis
Suſcepere iugum, mentes, animoſque dedere
Servitio, nobiſque manent ex hoſte fideles.
En Soldan noſtra ſervire paratus in aula
Legatos nobis, & plurima munera mittit,
Quos contra ingratos defendimus, arma paramus.
Obſtamus dominis, profugis damus oſtia ſervis?
Legibus hoc noſtris non convenit: arguo factum:
Indigenis praebemus opem. Chaganque timeri
Se putat, & bello mea ſigna laceſcere tentat?
Ite, licet; campos, acies, & caſtra parate,
Signorumque duces certo ſperate meorum.
Contremuit ſtupefactus Avar, magnoque timore
Diriguit, ſiccis vox humida faucibus haeſit,
Turbatuſque malis Auguſta ab ſede receſſit.
Cetera, conſiliis quae princeps providus altis
Diſpoſuit, verbis fateor comprehendere nullus
Sufficit, & pleni tenor eſt in fine libelli.
Haec dilata parum, non praetereunda relinquo;

Quae-

by Google

Quaeque ſuis aptare locis, rerumque favorem
407. *In quantum potis eſt devota mente notabo.*

Quaeque ſuis aptata locis, rerumque favorem,
407. In quantum potis eſt, devota mente notabo.

CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS
LIBER QUARTUS.

EDITIO RUIZII.

De expectatione, & opere, ubi laeti- ti munere populi praeparantur.

IAM vicina dies ſpectandi conſulis omnes
Urgebat turmas arcus ſtatione replere,
Et loca, quae populis praefectus deputat urbis,
Conſultor legum, libertatiſque tuendae
Diſpoſitor, iuſti vindex, corrector iniqui
Cenſuram gravitate regens, multoque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.
Tunc partes munire ſuas, ſpaciumque parare
Accelerant: medioque fori, qua divite dextra
Egrediens princeps ſacra trabeatus ab aula,
Divitias vulgo ſolenni munere donans,
More nivis ſparſurus erat, nova fabrica ſurgit.
Turbator tota lignorum venditor urbe
Emptorum numero, ſtudio ruit agmen emendi:
Robora ſylvarum tunc plauſtra gementia ducunt,
Magnis ponderibus tractu ſtridente rotarum.
Explicitae moles; nec ſufficit arida tantum
Ligni materies; ratibus tunc ire per urbes
Finitimas, ferro virides ſuccidere ſylvas.
Rareſcunt luci, campi ſpoliantur opaci,
Arboribus ferrum ſedit; gemit undique feſſus
Conciſor nemorum, crebriſque ſecuribus ictus
Congeminant, nidis volucres fugere relictis.
Horreſcunt ſua luſtra ferae, dulceſque latebras
Linquunt; concuſſae penitus tremuere cavernae,
Immiſſamque timent tenebroſa cubilia lucem.
Denſa per antiquas diſcurrunt agmina ſylvas
Comparatio.
More apum, quas ver tepidum nova condere caſtra,
Et munire favos ceris iubet aethere captos,
Denſa per herboſos errant examina campos,
Floribus inſidunt variis, roremque madentem
Ore legunt, onerantque humeros, ceraſque liquentes
Conficiunt, dulceſque lares in pumice figunt,
Incumbunt operi, gratiſque laboribus inſtant.
Protinus omnigeni caeduntur robora ligni
Quaeque ſuis aptanda locis; duriſſima coſtas,
Mollia dant tabulas. Quadrata caeſa bipenni
Fraxinus, & crebris cadit ictibus ardua pinus.
Tunc fagi dulces, & ſucco taxus amaro,
Iliceaeque trabes forteſque, & pallida buxus,
Pulchra magis pallore ſuo, cecidere ſecuri
Antiquae quercus, & amictae vitibus ulmi,
Cedrus olens, ſolidum nunquamque natabile robur,
Eſculus, alnus, acer, terebinthus, populus, ornus.
In tenues tabulas abies montana ſecatur:
Iuniperi, tiliaeque leves, & odora cupreſſus.
Mille ſecant in fruſta trabes. tonat aethere pulſans
Malleus, & tractae ſtrident ſcabredine ferrae,
Curvaque percuſſo longe ſonat aſcia ligno.

Tan-

EDITIO EMENDATA.

IAM vicina dies ſpectandi Conſulis omnes
Urgebat turmas arcus ſtatione replere,
Et loca, quae populis Praefectus deputat urbis,
Conſultor legum, libertatiſque tuendae
Diſpoſitor, iuſti vindex, corrector iniqui,
Cenſuram gravitate regens, multoque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.
Tunc partes munire ſuas, ſpaciumque parare
Accelerant: medioque fori, qua divite dextra
Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula,
Divitias, vulgus ſolemni munere donans,
More nivis ſparſurus erat, nova fabrica ſurgit.
Turbatur tota lignorum venditor urbe
Emptorum numero, ſtudio ruit agmen emendi.
Robora ſilvarum tunc plauſtra gementia ducunt,
Magnis ponderibus tractu ſtridente rotarum.
Explicitae moles; nec ſufficit arida tantum
Ligni materies; ratibus tunc ire per urbes
Finitimas, ferro virides ſuccidere ſilvas.
Rareſcunt luci, campi ſpoliantur opaci,
Arboribus ferrum ſedit; gemit undique feſſus
Conciſor nemorum, crebriſque ſecuribus ictus
Congeminant. Nidis volucres fugere relictis:
Horreſcunt ſua luſtra ferae, dulceſque latebras
Linquunt; concuſſae penitus tremuere cavernae,
Immiſſamque timent tenebroſa cubilia lucem.
Denſa per antiquas diſcurrunt agmina ſilvas
More apium, quas ver tepidum nova condere caſtra,
Et munire favos ceris iubet: aethere in alto,
Denſa per herboſos errant examina campos,
Floribus inſidunt variis, roremque madentem
Ore legunt, onerantque humeros, ceraſque liquentes
Conficiunt, dulceſque lares in pumice figunt,
Incumbunt operi, gratiſque laboribus inſtant.
Protinus omnigeni caeduntur robora ligni
Quaeque ſuis aptanda locis; duriſſima coſtas,
Mollia dant tabulas. Quadrata caeſa bipenni
Fraxinus, & crebris cadit ictibus ardua pinus.
Tunc fagi dulces, & ſucco taxus amaro,
Iliceaeque trabes, fortiſque, & pallida buxus,
Pulchra magis pallore ſuo: cecidere ſecuri
Antiquae quercus, & amictae vitibus ulmi,
Cedrus olens, ſolidum, numquamque natabile robur,
Eſculus, alnus, acer, terebinthus, populus, ornus.
In tenues tabulas abies montana ſecatur,
Iuniperi, tiliaeque leves, & odora cupreſſus.
Mille ſecant in fruſta trabes, tonat aethere pulſans
Malleus, & tractae ſtrident ſcabredine ferrae,
Curvaque percuſſo longe ſonat aſcia ligno.

Tan-

Tanta nec Inachides ſecuerunt robora plebes,
Armatas claſſes ratibus cum mille pararent.
Illa prius laetae ſpectacula praebuit urbi
Fabrica. Mirantur populi, ſtudioque videndi
Omnis concurrens ſexus veniebat & aetas.
Roboribus flexis teretes curvaverat arcus
Artificum praedocta manus, trabibuſque cavatis
Adfigens tabulas pendentes ſtruxerat aedes,
Quattuor informans molem ſtationibus unam.
Buxea populeis aptans capitella columnis,
Materiaque ipſa baſes firmaverat imas.
Omnia roboribus ſternunt loca plana politis,
Coniungunt tabulas, & ferri nexibus arctant:
Quae pondus, ſtrepituſque virum, motuſque faventis
Ferre queant populi. Cunctorum terga locorum,
Alternumque latus concluſit ſectile lignum,
Undique munimen, decus, & tutamina praebens.
Diſpoſuere gradus, quis ſtaret in ordine longo
Diviſum in turmas, atque in ſua corpora vulgus,
Poſſet & exertas ad munera tendere palmas,
Liberius ſpectare oculis, manibuſque favere,
Et donis aptare ſinus, quae plurima conſul
In plebes miſſurus erat, palmaſque capaces
Tendere, quo veniens lato pluat aureus imber.
Ut labor artificum perfecta mole quievit,
Atque operis tanti nituit decus, omnia late,
Quae modo lignorum ſquallebant fragmine, mundant,
Exornantque locos, & feſta fronde coronant
Partes quique ſuas: fixis tabulata virebant
Palmarum ramis, & amicae pacis olivae.
Cuncta triumphalis pendentia culmina laurus
Comit, & amplectens foliis felicibus ambit.
Quos illic ludos, quae feria vulgus habebat?
Ludere nunc alios, alios ſpectare videres,
Mille voluptatum ſpecies. Velamina tendunt,
Ut loca quaeque decent; ut plus mirentur, obumbrant:
Quod vulgo eſt, vile eſt: quidquid latet, extat honorum;
Quodque magis tegitur, pretii maioris habetur.
Tunc intercluſos nulli tranſire ſub arcus
Forte patebat. *Conceſſum eſt, cunctis medio via lata * patere.*
De conſulatu Iuſtini, in quo primum Senatores ditati ſunt. *II. Lux octava novo naſcentis lumine Chriſti*
In ſe volventis veſtigia flexerat anni;
More ſuo currens totum compleverat orbem
Circulus alterius referens de ſine dierum
Principium, teretemque rotam novus ordine menſum
Urgebat numerus, totum qua volvitur aevum,
Et finit ſine fine dies. Iubar axe ſereno
Emicuit, votiſque pie ſeſe obtulit orbi,
Laetificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux hauſerat altera lucem,
Cum terris gaudente polo prodibat uterque
Sol radians, & conſul ovans, nova Roma nitebat,
Certabantque ipſo iucunda palatia caelo.
Dona Kalendarum, quorum eſt ea cura, parabant
Officia, & turmis implent felicibus aulam.
Convectant rutilum ſportiſque capacibus aurum,
Adcumulant, onerantque locos, quibus altior ipſa
Sella triumphalis firma ſtatione locata
Iam fuerat, nondum claro tunc conſule plena.

Hinc

Tanta nec Inachides ſecuerunt robora plebes,
Armatas claſſes ratibus cum mille pararent.
Illa prius laetae ſpectacula praebuit urbi
Fabrica. Mirantur populi, ſtudioque videndi
Omnis concurrens ſexus veniebat, & aetas.
Roboribus flexis teretes curvaverat arcus
Artificum praedocta manus, trabibuſque cavatis
Adfigens tabulas pendentes ſtruxerat aedes,
Quattuor informans molem ſtationibus unam,
Buxea populeis aptans capitella columnis,
Materiaque ipſa baſes firmaverat imas.
Omnia roboribus ſternunt loca plana politis,
Coniungunt tabulas, & ferri nexibus arctant,
Quae pondus, ſtrepituſque virum, motuſque faventis
Ferre queant populi. Cunctorum terga locorum,
Alternumque latus concluſit ſectile lignum,
Undique munimen, decus, & tutamina praebens.
Diſpoſuere gradus, queis ſtaret in ordine longo
Diviſum in turmas, atque in ſua corpora vulgus,
Poſſet & exſertas ad munera tendere palmas,
Liberius ſpectare oculis, manibuſque favere,
Et donis aptare ſinus, quae plurima Conſul
In plebes miſſurus erat, palmaſque capaces
Tendere, quo veniens late pluat aureus imber.
Ut labor artificum, perfecta mole, quievit,
Atque operis tanti nituit decus, omnia late,
Quae modo lignorum ſquallebant fragmine, mundant,
Exornantque locos, & feſta fronde coronant
Partes quique ſuas. Fixis tabulata virebant
Palmarum ramis, & amicae pacis olivae.
Cuncta triumphalis pendentia culmina laurus
Comit, & amplectens foliis felicibus ambit.
Quos illic ludos, quae feria vulgus habebat!
Ludere nunc alios, alios ſpectare videres,
Mille voluptatum ſpecies. Velamina tendunt,
Et loca, quaeque decent, ut plus mirentur, obumbrant.
Quod vulgo eſt, vile eſt: quidquid latet, exſtat honorũ;
Quodque magis tegitur, pretii maioris habetur.
Tunc intercluſos nulli tranſire ſub arcus
Conceſſum eſt, cunctis medio via lata patebat.
Lux octava novo naſcentis lumine Chriſti,
In ſe volventis veſtigia flexerat anni;
More ſuo currens totum compleverat orbem
Circulus alterius referens de fine dierum
Principium, teretemque rotam novus ordine menſum
Urgebat numerus, totum qua volvitur aevum,
Et finit ſine fine dies. Iubar axe ſereno
Emicuit, votiſque pie ſeſe obtulit orbi,
Laetificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux auxerat altera lucem,
Cum terris, gaudente polo, prodibat uterque
Sol radians, & Conſul ovans; nova Roma nitebat,
Certabantque ipſi iucunda palatia caelo.
Dona Calendarum, quorum eſt ea cura, parabant
Officia, & turmis implent felicibus aulam.
Convectant rutilum ſportiſque capacibus aurum
Adcumulant, onerantque locos, quibus altior ipſa
Sella triumphalis firma ſtatione locata
Iam fuerat, nondum claro tunc Conſule plena.

Google

Hinc vetus argentum formas, ſpecieſque novatum
In varias, preſſum titulis, ſculptumque figuris
Excelſis portant humeris, magniſque laborant
Ponderibus, ciſtaeque graves funduntur in unum:
Utraque materies in magnos ſurgit acervos.
Aedibus in magnis miro conſtructa paratu
Extabat ſedes, auro gemmiſque ſuperba,
Lumen habens ſine ſole ſuum: luſtratque propinquos
Gemmarum natura locos, rerumque colores
Mutans, & Phoebi radios fulgentis obumbrans.
Miſcentur teretes quadris, viridantibus albae:
Chryſolithi mireque micant, flammaſque pyropos
Afflans, & propria depellens luce tenebras.
Hanc prius, in media quam Sol praecederet aula,
Auratis gradibus ſacriſque tapetibus altam
Conſcendit princeps trabea ſuccinctus avita,
Regalem ditans auguſta fronte coronam;
Cenſuramque piam ſervans gravitate reſedit,
Caeſareos augens habitus, rituſque Gabinos:
Cuius id aſpiciens radiabat purpura gemmis,
Vincens luce diem, plus maieſtate ſedentis
Lucidior, meliorque ſui: primumque Senatus
Pronus adoravit, vincas Iuſtine, perorans:
Conſule te felix, te principe floreat orbis:
Salve Auguſtorum numeri non ordine primo,
Sed merito; largitor opum, largitor honorum,
Libertatis apex, mundi caput, unica virtus,
Et rerum manifeſta ſalus, reparator opimi
Nominis. Antiqui redeunt nova ſaecula faſti,
Auguſti primum renovaſti Caeſaris aevum:
Clarius eſt, meliuſque tuum: tua gaudia tecum:
Hinc veſter primus feliciter excipit annus,
Votaque plura tuis celebret nova Roma triumphis.
Inde Senatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina, conſcripti patres: qua voce citati
Accedunt hilares, ſubeuntque altiſſima ſedis
Culmina: praetendunt dextras, & praemia ſumunt
Conſulis, & mundi domini; doniſque ſuperbi
Fulvo plena ferunt argentea vaſa metallo.
Qualia foecundi connectant munera campi
Agricolae, cum prata virent, pleniſque caniſtris
Comparatio. Lilia cana ferunt, mediumque intermicat aurum
Floris odoriferi: primordia fertilis anni
Ferre domum gaudent, poſteſque & limina comunt,
Et ſua placandis nectunt donaria templis.
Tunc oratorum geminae facundia linguae
Egregias cecinit ſolenni munere laudes
Conſulis Auguſti: dignis fortuna favorem
Praebuit, & iuſtis ſucceſſit gratia dictis.
O fortunati, quibus eſt ex rebus abundans
Laudum materies: quid non laudabile dicunt,
Qui vitam tanti, qui principis acta reponunt?
Quis fuit ille fragor, tantus favor unde repertus?
Tot laudatorum numerus? Quibus artibus uſi,
Et quibus ingeniis? Quanto conamine niſi
Tunc phaleris phaleras, & laudibus addere laudes?
Non potuere tamen ſanctae miracula vitae
Ordinibus numerare ſuis; divina referre
Nec virtus hominum, nec ſenſus ſufficit ullus.

Fontis

Hinc vetus argentum formas, ſpecieſque novatum
In varias, preſſum titulis, ſculptumque figuris
Excelſis portant humeris, magniſque laborant
Ponderibus, ciſtaeque graves funduntur in unum:
Utraque materies in magnos ſurgit acervos.
Aedibus in magnis miro conſtructa paratu
Exſtabat ſedes, auro, gemmiſque ſuperbá,
Lumen habens ſine ſole ſuum: illuſtratque propinquos
Gemmarum natura locos, rerumque colores
Mutans, & Phoebi radios fulgentis obumbrans.
Miſcentur teretes quadris, viridantibus albae:
Chryſolithi mireque micant, flammaſque pyropos
Afflans, & propria depellens luce tenebras.
Hanc prius in media, quam Sol procederet, aula,
Auratis gradibus, ſacriſque tapetibus altam
Conſcendit Princeps trabea ſuccinctus avita,
Regalem ditans auguſta fronte coronam,
Cenſuramque piam ſervans gravitate reſedit,
Caeſareos augens habitus, cinctuſque Gabinos:
Cuius Hydaſpeis radiabat purpura gemmis
Vincens luce diem, plus maieſtate ſedentis
Lucidior, meliorque ſui: primumque Senatus
Pronus adoravit, VINCAS IUSTINE, perorans:
Conſule te felix, te Principe floreat orbis.
Salve Auguſtorum numeri non ordine prime,
Sed meriti; largitor opum, largitor honorum,
Libertatis apex, mundi caput, unica virtus,
Et rerum manifeſta ſalus, reparator opimi
Nominis. Antiquis redeunt nova ſaecula faſtis:
Auguſti primum renovaſti Caeſaris aevum,
Clarius eſt, meliuſque tuum: tua gaudia tecum.
Hinc veſter primus feliciter incipit annus,
Votaque plura tuis celebret nova Roma triumphis.
Inde Senatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina. Conſcripti Patres qua voce citati
Accedunt hilares, ſubeuntque altiſſima ſedis
Culmina: praetendunt dextras, & praemia ſumunt
Conſulis, & mundi Domini; doniſque ſuperbi
Fulvo plena ferunt argentea vaſa metallo.
Qualia fecundi convectant munera campi
Agricolae, cum prata virent, pleniſque caniſtris
Lilia cana ferunt, mediumque intermicat aurum
Floris odoriferi: primordia fertilis anni
Ferre domum gaudent, poſteſque & limina comunt,
Et ſua placandis nectunt donaria templis.
Tunc oratorum geminae facundia linguae
Egregias cecinit ſolemni munere laudes
Conſulis Auguſti: dignis fortuna favorem
Praebuit, & iuſtis ſucceſſit gratia dictis.
O fortunati, quibus eſt ex rebus abundans
Laudum materies! quid non laudabile dicunt,
Qui vitam, tanti qui Principis acta reponunt!
Quis fuit ille fragor? tantus favor unde repertus?
Quot laudatorum numerus? Quibus artibus uſi,
Et quibus ingeniis? Quanto conamine niſi
Tunc phaleris phaleras, & laudibus addere laudes?
Non potuere tamen ſanctae miracula vitae
Ordinibus numerare ſuis; divina referre
Nec virtus hominum, nec ſenſus ſufficit ullus.

Fontis

Comparatio. *Fontis Niliaci ſi quiſquam aut hauriat undas,*
Et bibat, aut bibulis rivos inducat arenis,
Ipſe quidem ſatiatur aquis, ſatiantur & agri;
Sic quos ille rigat, fontes & flumina replet,
Et praebet largas haurire volentibus undas.
Quae circa dominos aptamus vota, probamus;
Dum canimus, colimuſque pios, veneramur ovantes:
Quos dum laudamus, laudem de laude meremur,
Et fruimur maiore bono: nam dulias propago
Humanae nil laudis eget, ſed vota clientum
Penſat, devotoſque ſibi pietate coronat.
Fertilis hic Auguſta manus, felixque videri
Plus voluit, nullumque ſuo praeferre favori.
Namque illos donis conſcriptis patribus aequos
Eſſe dedit, cum diſtet honor: vigilantia noſtis
Hac meruit, chariſque favens ſapientia muſis.
Doctior eſt princeps, novit quod littera rerum
Pars magna eſt, magnuſque labor ſcribentibus inſtet.
Protinus officiis ſummam tutantibus aulam
Ordinibus propriis, & priſco more notatis,
Per ſcholas, turmaſque vocans, pia praemia gaudens
Praebuit, & fidos opibus ditavit alumnos
Pro meritis, gradibuſque ſuis: Idem inclytus omnes
Nutrierat, vivoque etiam genitore regebat
Natus in imperio, media nutritus in aula
Inter alumnorum numeros, caetuſque fideles.
Nomina cunctorum, cunctorum noverat actus:
Omnes mitis amans, omnes pietate paterna
Semper alens, ſemperque monens, rituque regendi
Continet ipſe ſuos, nutritque, fovetque clientes:
Comparatio. *Providus ut paſtor, longo qui tempore tauros,*
Lanigeroſque greges herboſis pavit in agris,
Omnia, quae poſuit, taurorum nomina novit;
Creſcere dilectum gaudet pecus, intrat ovile,
Diſcernit teneros, & in unum congregat agnos
Nomina nota vocans: audita voce ſequuntur,
Agnoſcunt dominum, pulſantque balatibus auras,
Atque avidi ſumunt virides, quas attulit, herbas.
De multitudine populi adventum principis expectantis. III. *Interea populus totas compleverat aedes,*
Ornatas nexis diverſa ex fronde coronis.
Forte Serica. * *Syrica per cunctas pendebant vela columnas;*
Perque arcus, vicoſque omnes adſtabat utraque
Parte favens vulgus, palmaſque, ſinuſque parabat.
Conſulis adventum ſumma tardantis in aula
Expectant, pendentque moras, cauſaſque morarum
Inquirunt, oculoſque omnes ad regia tollunt
Limina, proceſſumque Auguſti conſulis optant.
Comparatio. *Haud ſecus, ut Libyci terra ſitiente coloni*
Forte ſuſpiciunt. *Nubila * ſuſcipiunt, moto cum fulgura caelo*
Prima micant, crebroque tonans Notus implicat aethram,
Ruricolum ſiccos diſcurrit turba per agros
Spe pluviae, mundantque locos, adituſque viarum
Librant, & curſus omnes moderantur aquarum,
Unde fluant liquidi per prata virentia rivi:
Cogit dura ſitis, cumuloſque arentis arenae
Obiiciunt, pinguiſque ſoli declivia claudunt.
Poſtquam opibus fidos conſul ditavit alumnos,
Auguſto nutu cunctos incedere iuſſit,
Ut populis pia dona daret: praecepta faceſſunt,
Tolli-

Fontis Niliaci ſi quiſquam aut hauriat undas,
Et bibat: aut bibulis rivos inducat arenis;
Ipſe quidem ſatiatur aquis, ſatiantur & agri,
Sed, quos ille rigat, fontes & flumina replet,
Et praebet largas haurire volentibus undas.
Quum circa Dominos aptamus vota, probamus:
Dum canimus, colimuſque pios, veneramur: ovantes
Quos dum laudamus, laudem de laude meremur,
Et fruimur maiore bono: nam diva propago
Humanae nil laudis eget, ſed vota clientum
Penſat, devotoſque ſibi pietate coronat.
Fertilis hic Auguſta manus, felixque videri
Plus voluit, nullumque ſuo praeferre favori;
Namque illos donis Conſcriptis Patribus aequos
Eſſe dedit, cum diſtet honor. Vigilantia noſtris
Hoc meruit, cariſque favens Sapientia muſis.
Doctior aſt princeps. Novit, quod littera rerum
Pars magna eſt, magnuſque labor ſcribentibus inſtet
Protinus officiis ſummam tutantibus aulam,
Ordinibus propriis, & priſco more notatis,
Perque ſcholas, turmaſque vocans, pia praemia gaudens
Praebuit, & fidos opibus ditavit alumnos
Pro meritis, gradibuſque ſuis. Idem inclitus omnes
Nutrierat, vivoque etiam genitore regebat.
Natus in imperio, media nutritus in aula
Inter alumnorum numeros, caetuſque fideles,
Nomina cunctorum, cunctorum noverat actus:
Omnes mitis amans, omnes pietate paterna
Semper alens, ſemperque monens, rituque regendi
Continet ipſe ſuos, nutritque, fovetque clientes.
Providus ut paſtor, longo qui tempore tauros,
Lanigeroſque greges herboſis pavit in agris,
Omnia, quae poſuit taurorum nomina novit;
Creſcere dilectum gaudet pecus, intrat ovile,
Diſcernit teneros, & in unum congregat agnos
Nomina nota vocans: audita voce ſequuntur,
Agnoſcunt dominum, pulſantque balatibus auras,
Atque avidi ſumunt virides, quas attulit, herbas.
Interea populus totas compleverat aedes,
Ornatas nexis diverſa ex fronde coronis.
Serica per cunctas pendebant vela columnas;
Perque arcus, vicoſque omnes adſtabat utraque
Parte favens vulgus, palmaſque, ſinuſque parabat.
Conſulis adventum ſumma tardantis in aula
Exſpectant, penduntque moras, cauſſaſque morarum
Inquirunt, oculoſque omnes ad regia tollunt
Limina, proceſſumque Auguſti Conſulis optant.
Haud ſecus, ut Libyci, terra ſitiente, coloni
Nubila ſuſpiciunt, moto cum fulgura caelo
Prima micant, crebroque tonans Notus implicat aethrã:
Ruricolum ſiccos diſcurrit turba per agros
Spe pluviae, mundantque locos, adituſque viarum
Librant, & curſus omnes moderantur aquarum,
Unde fluant liquidi per prata virentia rivi.
Cogit dura ſitis, cumuloſque arentis arenae
Obiiciunt, pinguiſque ſoli declivia claudunt.
Poſtquam opibus fidos Conſul ditavit alumnos,
Auguſto nutu cunctos incedere iuſſit,
Ut populis pia dona daret. Praecepta faceſſunt:
Tolli-

Tollitur in magnum divalis ſella triumphum
Mille miniſtrorum manibus, gratoque labori
Submittunt humeros, & loris fortibus aptant
Electi iuvenes, aetas quibus omnibus una,
Par habitus, par forma fuit, veſtiſque rubebat
Concolor, atque auro lucebant cingula mundo.
Inceſſit laetus praeclara in veſte Senatus,
Pars trabeis, pars compta togis, ut cuique probatus
Ordo locum, cultumque dabat: divina ſequuntur
Officia, & primis praeco clamoribus inſtat
Forte nudis. *Omnibus imperitans * ſectis praecedere turmis.*
Incedunt denſae mixto lictore cohortes:
Hinc armata manus dextram, laevamque tuetur
Caeſarei lateris, clypeis pia terga tegebat
Ingens excubitus, protectorumque phalanges
Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.
Ipſe autem conſul ſacro diademate fulgens
Ornatus trabea, gemmiſque, oſtroque nitebat
Forte patens. *Ore, humeriſque * potens, & ſacri luminis inſtar*
Illius aſpectus gemmas vincebat, & aurum,
Angelicis oculis exaequans ſydera caeli.
Contigit ut ſacrae felicia limina portae,
Tramite qua recto mediam via ducit in urbem,
Terruit inceſſu populos, oculiſque refulſit
Comparatio. *Qualis ab Oceani liquidis Sol aureus undis*
Splendentes mittit radios, rutiluſque ſerenum
Fundit ubique diem, mundumque inluminat omnem
Lucis honore ſuae. Viſo tunc conſule plebes
Plauſibus adſurgunt, & voces vocibus addunt:
Comparatio. *Sic bene, quaeſitas ut pullis porrigat eſcas,*
Mitis hirundo redit, poſtquam ſua tecta videndum
Garrula per patulas fuerit delata feneſtras,
Matris in adventum nido conſurgit ab omni
Turba loquax, flagitantque cibos, fidaeque parentis
Oribus ora petunt, & apertis faucibus adſtant:
Illa ſed impendens nidum circumſpicit omnem,
Diſtribuitque pias, ut cunctos nutriat, eſcas.
S. Sophiae baſilicam operis mirifico praedicat inſtauratam. IV. *Sanxerat Auguſtus Sophiae cognomine templum,*
Romanum princeps cum Iuſtinianus haberet
Imperium, Chriſtoque vovens ſua vota dicaret
Mens Auguſta, reor, iam non ignara futuri,
Aut magis ignarum recto Deus ordine ducit
Ante futurorum quae ſunt arcana bonorum
Auſpiciis ſacrare piis. Theodora regebat
Tempore, quo ſacram fundavit conditor arcem,
Et Sophiae nomen nondum regnantis habere
Arx meruit: ſceptri fuerant ea ſigna futuri.
Ingens myſterium, magna quod mole latebat,
Perfectum patefecit opus: via lucida noſtris
Nunc facta eſt oculis: manifeſta luce videmus
Olim promiſſum caeleſti munere regnum
Iuſtino Sophiaeque piis, patuitque quod ante
Clauſum erat, & nullis velamen viſibus obſtat.
Rem Sophia dignam certo Sapientia fecit:
Inſtituit pulchrum, ſolidavit robore templum,
Coepit, perfecit, doniſque ornavit, & auxit.
Iam Salomoniaci ſileat deſcriptio templi,
Ced ut cunctorum miracula nota locorum:
Inclyta praeclarum duo ſunt imitantia caelum

Conſi-

Tollitur in magnum divalis ſella triumphum
Mille miniſtrorum manibus, gratoque labori
Submittunt humeros, & loris fortibus aptant
Electi iuvenes, aetas quibus omnibus una,
Par habitus, par forma fuit, veſtiſque rubebat
Concolor, atque auro lucebant cingula mundo.
Inceſſit laetus praeclara in veſte Senatus,
Pars trabeis, pars compta togis, ut cuique probatus
Ordo locum, cultumque dabat: divina ſequuntur
Officia, & primis praeco clamoribus inſtat
Omnibus imperitans ſectis procedere turmis.
Incedunt denſae mixto lictore cohortes:
Hinc armata manus dextram, laevamque tuetur
Caeſarei lateris, clypeis pia terga tegebat
Ingens excubitus, protectorumque phalanges
Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.
Ipſe autem Conſul ſacro diademate fulgens,
Ornatus trabea, gemmiſque, oſtroque nitebat,
Ore, humeriſque patens, & ſacri luminis inſtar
Illius aſpectus gemmas vincebat, & aurum,
Angelicis oculis exaequans ſidera caeli.
Contigit ut ſacrae felicia limina portae,
Tramite qua recto mediam via ducit in urbem,
Terruit inceſſu populos, oculiſque refulſit
Qualis ab Oceani liquidis ſol aureus undis
Splendentes mittit radios, rutiluſque ſerenum
Fundit ubique diem, mundumque inluminat omnem
Lucis honore ſuae. Viſo tunc Conſule plebes
Plauſibus adſurgunt, & voces vocibus addunt.
Sic bene, quaeſitas ut pullis porrigat eſcas,
Mitis hirundo redit: poſtquam ad ſua tecta videnda
Garrula per patulas fuerit delata feneſtras;
Matris in adventum nido conſurgit ab omni
Turba loquax, flagitantque cibos, fidaeque parentis
Oribus ora petunt, & apertis faucibus adſtant:
Illa ſed impendens nidum circumſpicit omnem,
Diſtribuitque pias, ut cunctos nutriat, eſcas.
Sanxerat Auguſtus Sophiae cognomine templum,
Romanum Princeps cum Iuſtinianus haberet
Imperium, Chriſtoque volens ſua vota dicarat
Mens Auguſta, reor, iam non ignara futuri;
Aut magis ignarum recto Deus ordine duxit
Ante futurorum quae ſunt arcana bonorum
Auſpiciis ſacrare piis. Theodora regebat
Tempore, quo ſacram fundavit conditor arcem,
Et Sophiae nomen nondum regnantis habere
Arx meruit. Sceptri fuerant ea ſigna futuri.
Ingens myſterium, magna quod mole latebat,
Perfectum patefecit opus: via lucida noſtris
Nunc facta eſt oculis: manifeſta luce videmus
Olim promiſſum caeleſti munere regnum
Iuſtino, Sophiaeque piis, patuitque quod ante
Clauſum erat, & nullis velamen viſibus obſtat.
Rem Sophia dignam certo Sapientia fecit:
Inſtituit pulchrum, ſolidavit robore templum,
Coepit, perfecit, doniſque ornavit, & auxit.
Iam Salomoniaci ſileat deſcriptio templi:
Cedant cunctorum miracula nota locorum.
Inclita praeclarum duo ſunt imitantia caelum,

Conſi-

Conſilio fundata Dei, venerabile templum,
Et Sophianarum ſplendentia tecta novarum.
Principis eſt haec aula Dei: Deus illud utrumque
Glorificavit opus, ſed maieſtatis honore
Plus templum terroris habet: namque ibi probatur
Quam ſit ubique Deus praeſens, ſimul omnia complens
Internis oculis. Illic pia cernitur eſſe
Indiviſa manens patris genitique poteſtas:
Spiritus & ſanctus ſubſtantia creditur una.
Tres ſunt perſonae, ſubſiſtunt, nomina fulgent:
Utque pater Deus eſt, genitus Deus aequus honore,
Spiritus & ſanctus pariter Deus. Ex tribus una,
E caelo veniens mundi perſona redemptrix,
Humani generis formam de virgine ſumpſit.
Sponte ſua venit, factorque & conditor orbis
Factus homo eſt, veruſque Deus non deſtitit eſſe:
Natus non factus: plenum de lumine lumen:
Una in naturis extans perſona duabus
*Conſimilis deitate patris * omnique profecto* Forte Procerumque.
Conſimilis: ſine peccato peccata relaxans,
Plurima per populum faciens miracula Chriſtus:
Calcavit mortem moriens, vitamque reſurgens
Vita dedit cunctis in ſe credentibus ipſe:
In caelum aſcendens a dextris ſedit honori
Aequaevi patris, iudex venturus in orbem,
Et regnum ſine fine tenens. Hunc mente fideli
Regnator Iuſtinus amans, trabeatus ab aula
Egrediens, templum primus ſublime petivit,
Atque Deo grates ſolita pietate peregit.
Plurima votorum ſacravit dona ſuorum,
Immenſoque pium ditavit munere templum.
Obtulit & ceras, ſed mitis voce petivit,
Corde humilis, dextraque Dei benedictus abivit
Plus exaltatus, plus iuſtificatus in ipſum,
Quod ſe humilem ſtans ante Deum, veramque fatetur,
Quam retinet pietate, fidem; cum diligit ipſe,
Diligitur; cum Chriſtus amat, rex magnus, amatur.
Ipſe regit reges, ipſe & non ſubditur ulli.
Iuſtinus princeps hoc protectore quietus
Imperat, hunc ipſum ſolum ſpe certus adorat.

De Iuſtini in arcem conſcenſu.

V. *Ut pius expletis templorum limina votis*
Liquit, in ingentem vectandus conſulis arcem
Conſcendit gaudens, & ſeptus lumine ſedit.
Ante pedes Domini, faciunt qui iuſſa, clientes
Adſtabant laeti; vultuque & veſte nitebant
Romani populi patres ſine ſemine facti.
Patricius, ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater imperii meruit iam factus haberi,
Gratior Auguſti ſervans pia gaza ſacelli:
Namque illi moriens mox Iuſtinianus honores
Contulerat, fidaeque prius narraverat auri
Conſilii ſecreta ſui: Vocor, inquit, alumne,
Et properat ſuprema dies, iuſſuque creantis
A regnis in regna vehor. Deus omne Latinum
Iuſtino dedit imperium: tu fide memento
Verborum, quae mando tibi, dum carne relicta
Spiritus aſcendens claram penetraverit arcem.
In medium procerum Iuſtini ad limina perge:
*Invitato virum * videlicet ille ſubire*

Sorte

Conſilio fundata Dei: venerabile templum,
Et Sophianarum ſplendentia tecta novarum,
Principis aula, atque aula Dei; Deus illud utrumque
Glorificavit opus, ſed maieſtatis honore
Plus templum terroris habet: namque inde probatur
Quod ſit ubique Deus praeſens, ſimul omnia complens,
Internis oculis illic pia cernitur eſſe
Indiviſa manens Patris, Genitique poteſtas,
Spiritus & Sancti: ſubſtantia creditur una,
Tres ſunt perſonae: ſubſiſtunt, nomina fulgent:
Utque Pater Deus eſt, Genitus Deus aequus honore,
Spiritus & Sanctus pariter Deus. Ex tribus una
E caelo veniens mundi perſona redemptrix
Humani generis formam de Virgine ſumpſit:
Sponte ſua venit, factorque & conditor orbis
Factus homo eſt, veruſque Deus non deſtitit eſſe;
Natus non factus: plenum de lumine lumen:
Una in naturis exſtans perſona duabus
Conſimilis deitate Patri, omnimodeque profecto
Conſimilis: ſine peccato peccata relaxans,
Plurima per populum faciens miracula Chriſtus;
Calcavit mortem moriens, vitamque reſurgens
Vita dedit cunctis in ſe credentibus: ipſe
In caelum aſcendens a dextris ſedit honoris
Aequaevi Patris, iudex venturus in orbem,
Et regnum ſine fine tenens. Hunc mente fideli
Regnator Iuſtinus amans, trabeatus ab aula
Egrediens, templum primum ſublime petivit,
Atque Deo grates ſolita pietate peregit,
Plurima votorum ſacravit dona ſuorum,
Immenſoque pium ditavit munere templum.
Obtulit & ceras, ſed mitis voce petivit
Cor humile, a dextraque Dei benedictus abivit
Plus exaltatus, plus iuſtificatus in ipſo,
Quod ſe humilem, ſtans ante Deum, veramque fatetur,
Quam retinet pietate, fidem. Cum diligit ipſe,
Diligitur: cum Chriſtus amat Rex magnus, amatur;
Ipſe regit Reges, ipſe & non ſubditur ulli,
Iuſtinus Princeps hoc protectore quietus
Imperat, hunc ipſum ſolum ſpe certus adorat.
Ut pius expletis templorum limina votis
Liquit, in ingentem ſpectandi Conſulis arcem
Conſcendit gaudens, & ſeptus lumine ſedit.
Ante pedes Domini, faciunt qui iuſſa, clientes
Aſtabant laeti; vultuque & veſte nitebant
Romani populi Patres ſine ſemine facti.
Patricius, ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater imperii meruit iam factus haberi,
Gratior Auguſti ſervans pia gaza ſacelli:
Namque illi moriens mox Iuſtinianus honores
Contulerat, fidaeque prius narraverat auri
Conſilii ſecreta ſui. Vocor, inquit, alumne,
Et properat ſuprema dies, iuſſuque creantis
A regnis in regna vehor. Deus omne Latinum
Iuſtino dedit imperium: tu, fide, memento
Verborum, quae mando tibi. Quum carne relicta
Spiritus aſcendens claram penetraverit arcem,
In medio procerum Iuſtini ad limina perge,
Invitato virum, nolit licet ille ſubire.

Sorte

d by Google

Sorte mea triſtis venlet, conſentiet iſthinc
Ne dubitare velis, nullus contemnere poſſit
*Terribilis praecepta Dei: cognoſcet * amans*
Quos fidos habui mihi, qui nocuere nocebit.
Ipſum etiam facto ſimili tentare parabunt,
Ut pereant, iuſtaſque ſuo dent ſanguine terras:
Sed pietas Auguſta malos caſtigat alumnos
Conſilii bonitate ſui, dum perdere non vult
S . . . . ſibi quidquid erat, ſic punit iniquas
** Carnevetas animas, ut mortis poena . . .*
Non maneat, breviuſque luant, cruciant . . .
*Praeteritur * abri ſatis eſt aeterna tremiſcant*
Supplicia, inflictas timeant in ſaecula poenas:
Ultio commiſſum lenit ſcelus illa profecto.
Paucorum multis proſunt exempla malorum:
Quorum poſt mortem noſtrae monumenta perhorrent,
Et damnant leges. Erit unius utile multis
Exitium, ceſſantque doli, dum poena timetur.
Legislatores ſtatuit Deus ipſe per orbem.
Haec animo retinens ſyncera mente fidelis
Paruit, & domino meruit dilectus haberi.
Nec non enſipotens membrorum robore conſtans,
Aſpectu mentis, non a gravitate benignus,
Adſtabat Narſes, ſedemque ornabat herilem
Splendida ſigna gerens, qualis pretioſus achates,
Aut medius fulvo Parius lapis enitet auro
Artificis formante manu; ſic luce coruſcus,
Sic animo placidus, mitis, ſic gratior ore,
Terga tegens domini claris fulgebat in armis.
Adfuit & ſacrae domino gratiſſimus aulae
Tiberius, curaſque omnes implebat & . . .
Implens offici . . . .
Obſequiis inſtare ſuis tranquillus al . . . .
. . . .

Forte cognoſcet, amabit.

Forte carne fovet, aut carnifices.

Forte praeteritura pati.

Sorte mea triſtis renuet, conſentiet iſthinc.
Ne dubitare velis, nullus contemnere poſſit
Terribilis praecepta Dei. Cognoſcet amantes,
Quos fidos habui mihi, qui nocuere, nocere
Ipſi etiam, facto ſimili, tentare parabunt,
Ut pereant, iuſtaſque ſuo dent ſanguine poenas.
Sed pietas Auguſta malos caſtigat alumnos
Conſilii bonitate ſui, dum perdere non vult
Subiectum ſibi quidquid erit; ſic punit iniquos
Carnificis manibus, ut mortis poena recedat,
Non maneat, breviuſque luant. Cruciantia corpus
Praeteritura pati ſatis eſto: aeterna tremiſcant
Supplicia, inflictas timeant in ſaecula poenas.
Ultio commiſſum lenit ſcelus, illa profecto
Paucorum multis proſunt exempla malorum,
Quorum poſt mortem noſtrae monumenta perhorrent,
Et damnant leges. Erit unius utile multis
Exitium, ceſſantque doli, dum poena timetur.
Legislatores ſtatuit Deus ipſe per orbem.
Haec animo retinens ſincera mente, fidelis
Paruit, & Domino meruit dilectus haberi.
Nec non enſipotens, membrorum robore conſtans,
Aſpectu mitis, necnon gravitate benignus,
Adſtabat Narſes, ſedemque ornabat herilem
Splendida ſigna gerens; qualis pretioſus achates,
Aut medius fulvo Pyrous lapis enitet auro
Artificis formante manu; ſic luce coruſcus,
Sic animo placidus, miti ſic gratior ore,
Terga tegens domini claris fulgebat in armis.
Adfuit & ſacrae Domino gratiſſimus aulae
Tiberius, curaſque omnes implebat & actus
Implens offici . . . .
Obſequiis inſtare ſuis tranquillus alumnos.
. . . .

MICHAE-

MICHAELIS RUIZII ASSAGRII CELTIBERI
IN LIBROS QUATUOR
CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS
SCHOLIA ET OBSERVATIONES.

EA librarii fuit, candidiſſime Lector, vel negligentia, vel ignorantia in deſcribendo Corippo, niſi iam ex antiquiori exemplari identidem depravato imitationem fecerit, ut in manuſcripto noſtro aliquot carmina omiſſa, perverſave fuerint, non pauca mutila, pleraque depravatiſſime legantur. Quibus malis etſi a nobis ſumma cura, & labore deſudatum eſt, ut ſalutare aliquod remedium inveniremus, fieri id quidem multis in locis minime potuit. Mendae itaque nullius difficultatis, & periculi, partim ex ipſa carminum, orationiſve ſtructura, partim ex ſententiae conformatae ratione, facile emendari potuerunt: aut ſaltem ad marginem ex conjectura emendatae ſcrupulum a nobis iniectum lectori ſignificarunt. Quae vero mala nullum, aut non ſine maxima difficultate, remedium ſibi poſtulare videbantur, ea nos omnino intacta reliquimus, alienam potius circa ipſa curationem requirentes, quam ut, ubi ſalutis remedium vix ullum, aut dubium eſt, noſtram temere (ut plerique arroganter ſimul, & impudenter id faciunt) nobis plus nimio confidentes adhiberemus. Placuit itaque in gratiam omnium, maxime vero eorum hominum, qui minutiſſima quaeque in antiquis ſcriptoribus ad ſuperſtitionem uſque rimantur, vitiata Corippi loca, aut miſere confracta, ſed quibus a nobis curatio aliqua adhibita eſt, ad finem ipſius operis cum noſtra ſententia, emendationeve reiicere: periculoſiſſima vero non alio modo intra ipſum Corippi contextum repraeſentare, quam ut plane in noſtro unico manuſcripto exemplari leguntur. Quod ſi quandoque, iuvantibus bene ſuperis, exemplar alicubi alterum reperiretur, non dubitamus, quin inde Corippi editio tum integra, tum emendatior multo in lucem publicam dari poſſet: ſed cum hactenus in univerſa Europa, ne de ſolo quidem nomine, Corippus cognitus ulli antiquariorum hominum fuerit, vix umquam, aut nulla potius ſpes ipſum integrum, nedum emendatiſſimum, inveniendi nobis effulgere poteſt.

Iam quod primum omnium Lectori animadvertendum circa Corippi opus venit, eſt perturbatus index capitum ſimul cum numeris, qui ſtatim in fronte ipſius operis oſtenditur. Verumtamen hoc loci in eo tota difficultas vertitur, quod numeri primi quatuor, indicantes quatuor capita praefationis Corippi ad Iuſtinum Caeſarem, implicati fuerint cum iis numeris, qui capita etiam primi libri ipſius poëmatis indicant: quorum ibi & numeri, & capita duo priora ſine dubio abſunt, ut facile videre eſt ex numero III. ſubſequenti ad ipſum indicem, ex duobuſque rurſus capitibus Praelocutionis, & Invocationis poëtae ad marginem operis annotatis, etiamſi numeris ex adverſo carentibus. Quod etſi mihi plus quam certiſſimum ſit, nihil tamen alicubi addere, nihil omnino invertere, aut immutare animus eſt: quin potius omnia, utut ſunt, ita intacta iudicio diligentiſſimi Lectoris relinquere.

IN PRAEFATIONEM
AD IUSTINUM CAESAREM.

Verſ. 2. SUB *pedibus dedit eſſe tuis*]. *Sub ſedibus* legebatur in exemplari manuſcripto contra carminis rationem. Sed & alibi Corippus in hoc opere eadem quaſi loquendi forma uſus eſt, ut ſtatim lib. I. ſub num. V:

Regnaque ſub veſtris veniant fortiſſima plantis.

& lib. II. ſub num. III:

Sub quorum eſt pedibus Regum cruor.

4. *Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.*] De Avaribus inter alias Barbaras gentes etiamſi multa mentio fiat in hoc Corippi poëmate, non tamen qui, aut unde ſint, longa diffuſaque narratione dicam: tum quod ego non me Corippi plenum Scholiaſtem modo agere profitear, tum vero quod inter alios auctores Evagrius lib. V. Eccleſ. Hiſt. Abaros (ita enim, ut plerique alii, declinat, & ſcribit) ex gente Scytharum, qui Hamaxobii, quique agros ultra Caucaſum iacentes accolunt, oriundos eſſe narrat. Fuere vero Avares anno imperii Iuſtini quarto in Thraciis devicti per Tiberium excubitorum Comitem, qui de ipſis ampliſſimam victoriam Conſtantinopolim reportavit, ut Victor Epiſcopus Tunnenſis in Africa, eius aetatis ſcriptor, teſtatur in Chronicis ad Euſebium, alioſque ſecum auctores adiectis. Id adhuc hoc loco, ubi primum nomen ipſo-

ipſorum Avarum occurrit, ſignificabo, ſemper in noſtro manuſcripto exemplari per v, litteram conſonantem, non autem per b, legi, ſicuti apud pleroſque auctores videre eſt.

10. *Quae totiens victos numeret per proelia Francos.*] Ita repoſuimus, cum legeretur, *qui totiens victor*; ita ut *quae* ad gentem Avarum victorias Romanas numerantem referatur. Ceterum in noſtro exemplari, quod, ut alibi ad opus Dracontii poëtae de Fabrica mundi, & ad carmina ſimul D. Eugenii Epiſcopi Toletani diffuſe praefati ſumus, non ex coniecturis, ſed fide plane certiſſima conſtat ante ſeptingentos, & eo amplius annos fuiſſe deſcriptum, ſemper *totiens*, & *quotiens* adverbia cum n littera, & non *toties*, nec *quoties* leguntur. Quae rurſus carmina ad finem uſque huius numeri ſubſequuntur, mihi perturbatiſſime legi videntur.

12. *Longobardorum populos, Gepidumque feroces.*] Hoc loco tantum *Gepides* ita in noſtro manuſcripto Codice legitur, cum alias *Gypides* ſemper legatur. Ceterum mutua ſtrages inter Longobardos, & Gepidas, non ea quae iam ſub Imperatore Iuſtiniano prius facta eſt, cuiuſque meminit Procopius Caeſarienſis lib.III. de bello Gothorum, intelligenda videtur, ſed quae poſtea anno ſexto imperii Iuſtini contigit: ubi Gepides cum Cuniemundo ipſorum Rege a Longobardis funditus ſunt deleti, regiique theſauri ad Iuſtinum Conſtantinopolim perducti, ut auctor eſt Victor Tunnenſis.

21. *Mater conſilii placidis Vigilantia veſtris*
22. *Semper ineſt oculis.*] Vigilantia, mater Iuſtini minoris, ſoror quidem fuit Iuſtiniani Imperatoris, non autem filia, quemadmodum falſo id annotatum eſt ſaepius quam uno loco ab Onuphrio Panvinio, viro alioqui diligentiſſimo. Quod etſi liquido conſtat ex Corippo, qui ipſum Iuſtinianum avunculum aliquoties Iuſtini nominat, verum ut & hoc, & nomen patris Iuſtini, quod ab eodem Onuphrio Panvinio memoriae proditum non eſt, manifeſto omnibus innoteſcat, libuit hic apponere ea, quae de Iuſtino apud Victorem Tunnenſem iam nobis ſuperius adductum, nec adhuc in lucem editum, in ipſius Chronico ſcriptae reperiuntur: quae haec ſunt: *Iuſtinus iunior, Vigilantiae ſororis Iuſtiniani Auguſti filius, patre Dulciſſimo natus, cum tranquillitate populi maxima Imperii ſumit ſceptra. Huius coniux Sophia Theodorae Auguſtae nepos adſeritur.*

25. *Fraena regendorum retines firmiſſima regum.*] *Retines* repoſitum eſt a nobis pro *retinens*.

30. *Ille etiam Solis qui ſe ſubiactat amicum.*] Perſarum Regem, Imperatoremve, acerrimum perpetuo Conſtantinopolitanis Imperatoribus inimicum, intelligere puto; quod ea gens Solem adoraret, ipſique ſacrificaret, ut docet Procopius lib.I. & II. de bello Perſico.

33. *Urgetur terrore tuo: properatque ſuperbum.*] Legebatur in exemplari manuſcripto *urguetur terre tuo*: ſed pro *terre*, *terrore* omnino reponendum eſt. Atque hoc loco, ut alias ſemper, *urgeo* verbum cum u, littera liquida invenitur *urgueo*, quod animadvertendum lectori viſum eſt.

35. *Quid Libycas gentes, & Syrtica proelia dicam?*] *Syrtica proelia* hoc loco intelligere Corippum arbitror ea, quae apud Syrtes, loca Africae arenoſa omnino, & ſiticuloſa, commiſſa ſunt: nam praeter ea bella, quae per Iuſtiniani duces in ea provincia geſta fuerant, aliquoties etiam a Iuſtini ducibus pugnatum eſt, nec ſatis feliciter, in eadem, ubi Theodorus praefectus, Amabilis, & Theoctiſtus magiſtri militum interfecti a Mauris fuere: quemadmodum ex Victore Tunnenſi facile conſtat.

IN PANEGYRICUM
ANASTASII.

Verſ.23. HOC *mihi da de fonte bibam tu pabula praebens.*] Pro *pabula*, aliquis ſciolus in manuſcripto Codice ex littera ſatis quidem antiqua *pocula* repoſuerat ſupra: at nobis ita, ut fuit carmen hoc, magis retinere placuit, quod ex proxime conſequenti facile confirmari poteſt. Neque tamen carmina haec aliqua difficultate carent, nata hoc loco, & aliis pleriſque huius poëtae, ex quadam orationis perturbatae, abruptaeque ſimul brevitate, ut quae in Africanis ſcriptoribus paſſim conſpicitur.

IN CORIPPI LIBRUM PRIMUM
SCHOLIA ET OBSERVATIONES.

Verſ.8. VOS *Divae date verba, & quae Vigilantia mater.*] *Et quae* pro *atque*, quod in manuſcripto legebatur, repoſuimus tum ratione carminis ipſius, tum etiam ſententiae.

14. *Urget amans Dominus.*] Et ſi poſt praelocutionem, & invocationem poëtae ingreſſus huius operis, neſcio quid in ſe extraneum planeque novum habere videatur, mihique ipſi ſaepius

ſaepius ſuſpicionem ideo iniecerit, ne hoc loco aliqui verſus anteriores fortaſſis deeſſent, nulla tamen omnino huiuſce rei veſtigia in manuſcripto exemplari apparent, quin imo omnia ibidem ſuperiora cum ſubſequentibus continenter cohaerent. Porro hic ſub nomine *Domini*, niſi iam ad Anaſtaſium in proximo verſu referendum ſit, ipſum Iuſtinum Caeſarem, ut alias paſſim in hoc poëmate, aut aliquem fortaſſis alium, qui & ita vocaretur, intelligere Corippum arbitror inter ipſius carminis exhortatores.

17. *Et Thomas Libycae nutantis deſtina terrae.* Cum nullibi me legiſſe meminiſſem *deſtina*, animus erat *dextera*, pro *deſtina* reponere in hoc carmine, quod omnino vitioſum eſſe crederem. Interim vero admonitus a Iohanne Baptiſta Perezio, viro & litteris & humanitate candidiſſimo, apud D. Braulionem in vita D. Iſidori *deſtinam* legi; ita ſcilicet: *Quem Deus poſt tot defectus Hiſpaniae noviſſimis temporibus ſuſcitans, credo ad reſtauranda antiquorum monumenta, ne uſquequaque ruſticitate veteraſceremus, quaſi quamdam appoſuit deſtinam*, mutare plane ſententiam ſum coactus. Placuit itaque *deſtina*, uti erat in manuſcripto Codice, retineri: quod nomen ex utroque loco & D. Braulionis, & ipſius Corippi, ſi diligenter inter ſe conferantur, quid ſignificet non difficile elici, atque colligi poteſt.

52. *Atque regendarum curas nunc ſuſcipe rerum.*] *Curas* nos repoſuimus pro *ſudores*, quod minus congrueret & rationi carminis, atque ſententiae: niſi alicui potius *nunc* expungendum videatur. Quin & Corippus hoc loquendi modo utitur inferius lib.2. ſub num.VI.

69. *Limina quaſſabat ductis munita cathenis.*] Cum ad finem huius verſus imperfecte *cae* tantum legeretur in manuſcripto, nos *cathenis* ex coniectura ſuperaddidimus.

102. *Et facie miranda loci.*] In manuſcripto erat, *& facie mira loci.*

120. *Cur triſtes Iuſtinus ait? Pater inclytus orbis.*] *Pater* hoc loco pro *par* repoſitum.

137. *Ordine pro rerum vocitatus cura palati.*] Iuſtinus enim, ut conſtat ex Iohanne Zonara, apud avunculum Iuſtinianum ſummam curae palatii dignitatem, quam Curopalatem, ex Latino factum nomen, Graeci vocant, obtinebat. Cui poſtea Caeſari iam de more appellato Baduarius eius gener in eadem dignitate ſucceſſit, ut manifeſto patet inferius lib.II. ſub num. VII.

138. *Diſpoſitu nam Caeſar eras.*] *Diſpotu* legebatur vitioſe in manuſcripto Codice.

154. *Talibus orabat ſacras vir fidus in aures.*] *Orabat* hic pro *ornabat* reſtitutum.

210. *Iuſtino Sophiaeque datum? muroque potenti.*] *Datum* pro *dare* repoſitum neceſſario eſt in hoc verſu. Ceterum aliquot ipſi anteriores, & poſteriores mihi non ſatis inter ſe congruere videntur, carereve difficultate nec minima.

215. *Tiberius, Domini ſemper cui maxima cura Utilitatis erat.*] Tiberius, de quo etiam Corippus ad finem libri IV. ſub num. V. adoptatus a Iuſtino, & Comes excubitorum palatii fuit, & tandem, in vita adhuc ipſius Iuſtini, Caeſar, & poſt mortem Imperator appellatus: quemadmodum haec omnia conſtant ex Iohan. Zonara, & Abbate Biclarenſi.

252. *Cognatos, famulos, & cunctos linquis alumnos.*] *Cunctos* pro *tantos* in hoc verſu non iniuria fortaſſe repoſuimus: niſi iam Corippi ſaeculo, quo Latina lingua in barbariem praecipitabatur (uti & eodem nomine quantitatis ex frequenti ſacrae Scripturae uſu, & auctoritate hodie Hiſpani, Itali, Gallique vulgari noſtro ſermone abutimur) aliquid concedendum fuerit.

283. *Omnis ut aſpiciens ceu corpora vera putaret.*] Carmen hoc ita perverſe, & falſo, ni fallor ego, legebatur: *Ut omnis aſpiciens ea corpora vera putaret.* Ceterum Iuſtiniani Imperatoris labores, & triumphi, de quibus hoc loco Corippus, & lib.II. ſub num.III., & itidem lib.III. ſub numeris III., & VII. agit, profuſe, & eleganter inter multos alios auctores, deſcripti ſunt per Procopium Caeſarienſem, ut qui rebus a Iuſtiniano geſtis ipſe plerumque in Perſiâ, Italia, & Africa interfuerit, comes, & conſiliarius ipſi Beliſario, duci omnium ſuae aetatis praeſtantiſſimo, & feliciſſimo.

288. *Addidit antiquam tendentem brachia Romam.*] *Romam antiquam* appellat Corippus eam Italiae urbem, quae iam totius fere orbis regina, & domina eſſe delierat: quemadmodum & paullo inferius hoc eodem lib.I. ſub num.XVIII., & rurſus lib.III. ſub num.V., atque alibi ſaepius in hoc opere, Byzantium, Conſtantinopolisve in Thracia, ob translatum in eam Romanum Imperium *nova Roma* per oppoſitionem ab eodem Corippo nuncupatur.

307. *Conventu procerum ſorti ſenioris adempti.*] *Sorti*, pro *forte* hoc loco reſtitutum eſt, ratione carminis.

324. *Aeſtatis roſeus rubra ſic veſte refulgens.*] In manuſcripto Codice perverſe legebatur: *Roſeus aeſtatis rubra ſic veſte refulgens.* Sed & omnia ſub hoc numero mihi admodum perturbata videntur, quod & ad ipſius Corippi marginem lectori ſignificavimus. Praeterea in penultimo verſu *metas* pro *moetas* repoſuimus.

334. ... *Referam primas iunxiſſe quadrigas.*] Libentius *referunt*, quam *referam*, in hoc verſu legerem. Ceterum primus inventor quadrigarum, cuius nomen deeſt, Ciceroni lib.III. de natura Deorum Minerva videtur eſſe, Virgilio III. etiam Georg., necnon & Plinio Erichthonius, Euſebio in Chronico Arogilus, aut Proclytus, nam utroque modo legitur in exemplaribus manuſcriptis, ut in aliis Iſidori etiam Chronici Pro-

cyclus, & Prociolus. Quin & Raviſius Textor in Officina ſua Tregillum facit, & nominat; tanta utique eſt unius nominis varietas ob ignorantiam, ſomnolentiamve librariorum.

IN CORIPPI LIBRUM SECUNDUM

SCHOLIA ET OBSERVATIONES.

Verſ.4. I*pſe autem procerum magnis oratibus actus.*] In Codice manuſcripto *orantibus auctus* legebatur: & alicui fortaſſis *hortatibus* potius, quam *oratibus*, reſtituendum placeret.

43. *Orantis pia verba viri, genituſque precanti.* In manuſcripto legebatur *genitoque precantis.*

72. *It ſacrum comitata latus pulcherrima proles.*] Nomen huius filiae Iuſtini, & Sophiae nullibi monumentorum, quod ego quidem legerim, exſtat: ſed quam uxorem fuiſſe Baduarii exiſtimaverim, de quo paullo inferius ſub num.VII.

80. *Aequiparatque novis maternas frondibus umbras.*] Ita debere reſtitui verſum hunc mihi viſum eſt, cum legeretur: *Aequiperat novis materna frondibus umbra.* Sed & verbum *aequiparare*, quod admodum Corippo frequens eſt, ſemper in exemplari noſtro manuſcripto *aequiperare* legitur.

93. *Coeperit, & caelum monſtraverit aethra ſerenum.*] Pro *aethere*, repoſitum eſt *aethra*: ut in proxime duobus ſubſequentibus verſibus *viſo*, *& die* pro *viſu*, *& diem.*

97. *Ipſaque conſpectis gradiuntur lumina terris.*] *Gradiuntur* eſt reſtitutum, pro *gradantur*: niſi aliquis malit *gratantur* reponere, quod mihi minime placet.

106. *Parthica Campano dederant quae tergora fuco.*] In manuſcripto *fugo* legebatur: nec tamen memini apud aliquem me legiſſe, qui ſit Campanus fucus. Septem porro verſus huic proxime ſubſequentes optime ſunt integritati ſuae reſtituti, cum a librario fuiſſent perverſiſſime deſcripti.

133. *Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero, dixit.*] Sciolus aliquis *Auguſtum* in manuſcripto emendaverat, at nobis magis veterem lectionem *Auguſti*, uti erat, placuit retineri.

138. *Adtollunt lecti iuvenes, manibuſque levatus.*] *Lecti*, pro *leti* reſtitutum, quod tribus verſibus inferius non auſi ſumus facere in *qui*, cum alioqui pronomen hoc ad *nomina* referendum videatur. Neque vero huius rei abſtinuimus ſine cauſſa, legitimaque ratione, ut lectori diligenti diſcutiendum relinquimus.

139. *Ut ſua rectus littera.*] Intelligit Iota litteram, quae figura inter omnes alias rectiſſima eſt. Plautus longam litteram vocat. Appellat vero *ſuam*, quod Iuſtini nomen ab ea ſcilicet incipiat: *ſacratamque tribus nominibus*, propter Iuſtinum primum, Iuſtinianum, & Iuſtinum Caeſarem ſecundum, aut minorem, cui ita Corippus toto hoc opere pro viribus adulatur, quique ſibi invicem alter alteri in Imperio Romano ſucceſſere.

151. *Una favens eademque dies: mea carmina, numen.*] In manuſcripto *nomen* legebatur perperam: nec aliud quam *numen* in vocandi caſu reponi poteſt.

160. *Iohannes Pontifex*, qui ad Corippi poëmatis marginem dicitur conſecraſſe Iuſtinum, fuit ſine dubio Iohannes ille Scholaſticus, qui poſtremis vitae annis Iuſtiniani, Eutychio Patriarcha Conſtantinopolitano ab ipſo Imperatore in Amaſiam relegato, ex Apocriſiario Antiocheno ipſi Eutychio in Patriarchatu Conſtantinopolitano ſucceſſit. Ex Iohanne Zonara

178. *Ore pio haec orans ait.*] *Haec* repoſitum eſt pro *ſic* in hoc verſu, ut ſibi conſtaret: niſi iam mavis hoc modo legere: *Ore pio orans ſic ait.*

180. *Et patrium diadema dedit, curaſque regendi.*] *Regendi* reſtituimus pro *regenti*: ut ſtatim inferius *probante* pro *probate* in verſu: *Ipſius eſt quodcumque ſumus, ratione probante.*

252. *Omnia deficiunt, tenuantur robore membra.*] *Robore* pro *ab ore*, quod perperam legebatur in exemplari manuſcripto, repoſuimus.

255. *Ex quibus eſt commune bonum, commune levamen.*] Hoc loco, ut & inferius lib.III. ſub num.VII. *levamen* reſtitutum eſt pro *libamen*, quod contra carminis, & ſententiae rationem erat.

283. *Fratris in obſequium gaudens Marcellus abibat; Diſpoſitorque novus ſacrae Baduarius aulae.*] De Marcello Iuſtini fratre nullibi mentionem factam invenio. *Baduarius* vero, aut *Badoarius*, nam utroque modo in exemplaribus manuſcriptis legitur, gener fuit Iuſtini Caeſaris, qui anno ipſius imperii decimo miſſus in Italiam contra Longobardos ibi proelio victus eſt, nec multo poſt etiam mortuus: ut ait in Chronico Iohannes Abbas Biclarenſis.

317. *Diſponunt cantus, modulos, & cantibus addunt.*] Carmen hoc ita emendatum eſt, cum non bene in manuſcripto Codice legeretur: *Diſponunt cantus, & modum cantibus addunt.* Quo loco nobis audendum aliquid profecto fuit, ut verſus ipſa ratio conſtaret.

346. *Omnis erit iudex informidabilis illi.*] *Illi* potius, quam *ille*, ut in manuſcripto eſt, legendum nobis videtur.

351. ... *Nomenque negatum Conſulibus conſul poſt tempora cuncta novabo.*] Hoc ideo a Corippo dictum eſt, quod poſt Baſilii Iunioris Conſulatum per XXV. annos Oriens ſine Conſulibus fuerit;

fuerit, uſque ad primum ſcilicet annum Iuſtini Iunioris, qui factus Imperator Conſulis nomen uſurpavit, & ita poſt eum ſubſequentes Imperatores: ut ex Marcellini faſtis Graecis, & Maſſeiorum, diligentiſſime probat Onuphrius Panvinius.

354. *Dona Calendarum properant vicina mearum.*] Iuſtinianus enim Imperator obierat Conſtantinopoli Idibus Novembribus anno Chriſti DLXV. unde iam novus annus, ſeu Calendae Ianuariae inſtabant: quibus mos erat apud antiquos, & varios ludos exercere, auſpicia novi anni capere, dona, & ſtrenas accipere mutuo & dare, ſed praeſertim conferri ab Imperatoribus, ut inferius libro IV. ſub num. V., & tandem eodem etiam die iniri Conſulatum.

402. *Sponte ſua Dominus ſervis miſeratus egenis.*] Nos hoc loco libenter emendaviſſemus, *ſervos miſeratus egenos*, niſi Corippus ita ſemper loqueretur, ut lib. III. ſub num. VII., & ultimo.

406. *Auguſtos unquam cecinit feciſſe priores.*] Carmen hoc ita correctum a nobis eſt, cum in manuſcripto corrupte admodum legeretur: *Auguſtus nunquam cecinit feciſſet priore.*

413. *Caeſaris ante caram, cunctae ſua pectora durae.*] *Cara* nomen, quo uſus hoc loci Corippus eſt, quoque nos Hiſpani, ut & Itali, & Galli, omnes vulgaribus noſtris linguis, pro uniuſcuiuſque idiomate non uno modo, hodie utimur, Graecum proculdubio eſt, κάρη ſcilicet Aeolibus, κάρα autem Doribus. Quod etſi proprie Graecis *caput* ſignificet, aliquoties autem pro tota ipſa facie, plenoque oris vultu uſurpatum invenitur, quemadmodum ab Henrico Stephano apud Euripidem eſt obſervatum. Neque vero nomen hoc ab alio, qui Latine ſcripſerit, quam hic a Corippo, Graeciſſante nimirum, ita dictum invenio.

IN CORIPPI LIBRUM TERTIUM

SCHOLIA ET OBSERVATIONES.

Verſ. 3. NON *dulces epulas, non pocula grata petivit.*] *Grata* repoſuimus pro *rata*, quod in manuſcripto Codice legebatur.

14. *Tempore quas priſco Romana potentia cepit.*] In manuſcripto *humana*, & non *Romana* fuit.

52. *Aſpera cogit hyems glacie, nivibuſque coactis.*] *Coactis*, pro *coeclae* repoſitum eſt.

72. *Organa, plectra, lyra & totam inſonuere per urbem.*] Carmen hoc ita quidem eſt reſtitutum, cum perverſe legeretur in manuſcripto: *Organa, plectrum, lyra & totam inſonuere per urbem.* Sed & in proxime duobus ſubſequentibus *convivia* pro *convicia*, & *diſcurſus* pro *diſcuſſus* emendavimus.

94. *Arce ſub Ibalia Laërtia flumina ſervans.*] Carmen hoc ita corruptiſſime legitur in Codice manuſcripto: *Parces ubi balia Lacertia lumina ſervans*: quod nos nec emendare omnino potuimus, neque emendatum ab aliquo, & ad marginem adſcriptum, placuit, ita ſcilicet: *Arce ſub Acilia Lernaeia flumina ſervans.* Quin & aliquot verſus ſubſequentes mihi ſuſpicione non carent, ſed quos animus non eſt emendare, niſi inſigniores dumtaxat mendas in his noſtris Obſervationibus indicare.

100. *Fuſca dabant fulvo Riſattica vina metallo.*] In manuſcripto eſt: *Fuſca dabant fulvoris attica vina metallo.* Quod nec ſtare ullo modo poteſt, nec emendatum, quemadmodum ad marginem fuerat, ſatis nobis placuit, ſic enim eſt: *Attica fuſca dabant fulgenti vina metallo.* Sed & huic proximum carmen vitioſe legi exiſtimarem, *naturamque* ibi pro aliquo loci alio nomine, ignorantia ipſius librarii ſuppoſitum fuiſſe, niſi iam ſubſequentia *liquidi non indiga mellis*, non ad *naturam*, ſed potius ad ſuperiora, *vina* ſcilicet, referenda ſint, quae ita dulcia forent, ut melle ad id nequaquam indigerent.

112. *Pondere gemmarum plus gravia.*] Ita quidem legitur hoc carmen in Codice manuſcripto, ſed quod propter primam ſyllabam brevem nominis *gravia* conſtare minime poſſit. Quod ſi *grandia* pro *gravia* reponatur, non ſatis commode ſententiae congruere videtur: nec aliud quidem occurrit remedium, quo verſus hic ſanari, & ſuae integritati reſtitui poſſit.

115. *Felicis geniti veras ibi credere poſſes*
Sacras effigies, vivaſque adſtare putares.] Duo hi verſus ita depravate legebantur in manuſcripto exemplari:

Felices geniti veras ibi credere poſſes
Sacras & figies, vivaſque adſtare putares.

124. *Iuſtinianus ovans quarto cum Conſule Princeps.*] Nam quarto Conſulatu Iuſtiniani, qui fuit annus eiuſdem imperii, & principatus ſeptimus, natalis autem Domini noſtri Ieſu Chriſti DXXXIV. Carthago de Vandalis recepta, & Africa Romano Imperio redacta eſt per Beliſarium, qui Gilimerem Vandalorum Regem captivum Conſtantinopolim in triumphum adduxit. Auctores Iohan. Zonaras, Comes Marcellinus, & alii.

151. *Septima gaudentes lux aurea viderat urbem.*] Dies ſcilicet decimus nonus Novembris, quo anni tempore iam dies, utpote ad brumam ipſam propiores, ſolent eſſe frigidiſſimi, potiſſimum vero Conſtantinopoli, & toto eo Thraciae tractu, ubi inſtanti hyeme perpetuis nivibus, & altiſſima glacie omnia rigere conſpiciuntur.

177. *Et laeva, dextraque acies adſtare videres.*] In manuſcripto ita perverſe fuit: *Laevaque,*

que, *dextraque acies adſtare videres*: quemadmodum altero verſu inferius *terribilis*, quod nos in *terribiles* mutavimus.

209. *Condenſi numeris*, *faſtu*, *metuque tremendi*.] Legebatur in manuſcripto: *Condenſi in humeris*. Et alicui fortaſſis magis placeret *condenſi innumeri* corrigi, quod mihi non arridet.

211. *Officia explerunt*, *adytis radiavit ab imis*.] *Adytis* repoſuimus pro *atiis*, quod in manuſcripto erat: quo modo etiam Virgil. lib. v. Aeneid. locutus eſt:

> *Dixerat haec: adytis cum lubricus anguis ab imis*
> *Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit*, &c.

niſi iam alicui *atriis* potius reponendum videretur.

230. *Vicinumque diem claro praenunciat igne*.] In manuſcripto fuit, *pronunciat ignem*.

240. *Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro*.] Pro *ſuſpiciunt* legebatur in manuſcripto *ſuſcipiunt*: quod & in aliis locis Corippi a nobis emendatum etiam fuit.

241. *Aurea*, & *auratos conos*, *criſtaſque rubentes*.] Diu, multumque profecto me dubium tennit huius carminis emendatio, quod depravatiſſime ita in noſtro exemplari manuſcripto legeretur: *Aurea*, & *auratas crines*, *criptaſque rubentes*: verum ex illo Virgiliano III. Aeneid. *Et conum inſignis galeae*, *criſtaſque comantes*: atque altero in IX. *Ipſum illum clypeum*, *criſtaſque rubentes*, facile nobis tandem indubiae, certiſſimaeque coniecturae lux quaedam effulſit.

253. *Quod ſpectentur amant*, *caveam*, *turbaſque faventes Luſtrant*.] *Caveam* hic pro *caveant*, quod perperam legebatur, repoſuimus, adiuti Virgilii carmine lib. v. Aeneid. *Hic totum caveae conceſſum ingentis*: quod proculdubio Corippus hoc loco imitatus eſt.

272. *Famoſos ſtravit magna virtute tyrannos*.] In Codice manuſcripto fuit: *Famoſos intravit magna*. Ceterum pleraeque variae lectiones ad marginem ipſius Corippi poëmatis a nobis appoſitae ad finem uſque huius tertii libri conſpiciuntur, ex antiquiſſimo quodam volumine Ovetenſis Eccleſiae collectae ſunt, ubi duae hae orationes legati Regis Avarum, & Iuſtini Imperatoris cum aliis variis operibus continentur.

289. *Illic volventum veſtigia nulla rotarum Area*.] *Illic* pro *illis*, & *area* pro *aurea*, quae in manuſcripto legebantur, ſunt reſtituta. Quatuor carmina, quae his ordine ſuccedunt, perturbatiſſima ſunt: atque ideo ea de verbo ad verbum repraeſentanda fore duximus.

300. *Nunc ripas Scythici victor Rex contigit Iſtri*.] Repoſitum eſt *Iſtri* loco *aſtri*, quod legebatur in manuſcripto.

307. *Debita quaerenti tranſmittite munera Regi*.] Mirum lectori non ſit, quod Corippus hoc loco pluraliter loquatur, cum ſuperiori verſu ſingulari numero uſus fuerit: nam & paullo ſuperius: *vos etiam ſervare decet*, dixerat. Neque a Barbaro legato ita exacta loquendi ratio fortaſſis petenda erat, quod Corippus de induſtriâ quidem, & artificioſe hoc loco expreſſit.

314. *Scire locis humiles quibus*, & *quibus ora ſuperbi*. Carmen hoc in vetuſto Codice ita depravatum legebatur: *Scire locos humiles quibus equibus ora ſuperbis*.

IN CORIPPI LIBRUM QUARTUM

SCHOLIA ET OBSERVATIONES.

Verſ. 7. *Terribilis*, *mitique magis pietate tremendus*.] *Miti* pro *mitis* in hoc verſu reponendum cenſuimus.

9. *Accelerant*: *medioque fori*, *qua divite dextra Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula*.] Hos verſus ita emendavimus, cum in vetuſto Codice hoc modo perperam legerentur:

> *Accelerant mediumque fori qua divite dextra*
> *Egrediens Princeps ſacrata beatus ab aula*.

50. *Tanta nec Inachides ſecuerunt robora plebes*.] In manuſcripto exemplari: *Tanta nec in acies ſecuerunt*, legebatur. Nos ex coniectura *Inachides* repoſuimus, quo nomine Argivi ipſi ſignificantur, qui eam claſſem ingentem mille navium contra Troiam comparaverunt.

65. *Alternumque latus concluſit ſectile lignum*.] *Latus* pro *latos* hoc loco repoſuimus.

82. *Quos illic ludos*, *quae feria vulgus habebat*.] Novo quodam, & inuſitato plane modo Corippus hoc loco uſus eſt nomine *feria* in neutro genere pro ſolenni feſtaque ceſſatione populi ab omni opere cum laetitia publica.

86. *Quod vulgo eſt vile eſt*: *quidquid latet extat honorum*.] *Honorum* pro *honorat* emendatum a nobis eſt: quo etiam nomine Corippus frequenter in hoc poëmate utitur.

89. *Conceſſum eſt*, *cunctis medio via lata patere*.] In manuſcripto *violata* pro *via lata* depravate legebatur.

100. *Cum terris gaudente polo prodibat uterque*.] Ita correximus hoc carmen, cum in pervetuſto Codice legeretur: *Cum terris gaudenti populo prodibat uterque*. Quae caſtigatio etſi nobis omnino non ſatisfaciat, melior quidem ad praeſens non occurrit.

122. *Hanc prius*, *in media quam Sol praecederet aula*.] *Hanc*, ita ut ad *ſedem*, de qua proxime Corippus dixit, referatur, pro *haec* repoſuimus in hoc verſu: ubi fortaſſis melius *procederet*, & *in mediam aulam* accuſandi caſus etiam legeretur.

127. Cae-

127. *Caeſareos augens habitus ; rituſque Gabinos.*] Videtur hoc loco Corippus imitatus Lucanum lib. I. ubi ait ; *Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabino.* Qui autem fuerit cinctus Gabinus, oſtendit Servius in illud Virgilii lib. VII. Aeneid. *Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino* : & Iſidorus lib. XIX. Etymol. cap. XXIV.

173. *Quae circa dominos aptamus, vota probamus.*] Cum in manuſcripto *habemus* vota legeretur contra carminis, necnon & ſententiae rationem, nos *aptamus* repoſuimus ; quo fere loquendi modo Corippus ſtatim in principio huius operis uſus eſt, cum dixit :

. . . . *Tamen utile ſervis*
Eſſe reor mentem dominis aptare fidelem.

190. *Pro meritis, gradibuſque ſuis.*] *Pro* repoſitum eſt loco *prae* : ut paullo etiam inferius *herboſis pavit in agris*, pro *herboſos pavit in agros* : quod ita in vetuſto Codice mendoſe legebatur.

257. *Mitis hirundo redit poſtquam ſua tecta videndum.*] Ita quidem legitur in manuſcripto, ſed quod *videndum* in hoc verſu, etiam ſi congrue fortaſſis, ſuſpicione tamen aliqua apud me non careat.

262. *Illa ſed impendens nidum circumſpicit omnem.*] *Sed* hoc loco pro *&* repoſuimus : qui lapſus deſcribenti librario facile contingere potuit.

288. *Principis eſt haec aula Dei.*] Quae iam inde ad finem uſque huius libri IV. ſequuntur, neſcio quonam malo fato, ita ſunt pleriſque locis perturbata, non paucis mutila, ut conſultius nobis fuerit omnia fere, ut melius fieri potuit, Lectori repraeſentare, quam dum eadem incredibili animi noſtri contentione emendare ſtudemus, fortaſſis corruptiora adhuc multo reddere ; quemadmodum aliquibus plus nimio ſuo ingenio confidentibus accidiſſe in alienis laboribus compertum eſt. Sed tamen nec omnino abſtinere potuimus, quin pari diligentia, qua in ſuperioribus ſumus uſi, aliqua minus difficilia caſtigaremus : reliquis, quae omnino curationem nullam admittunt, aſteriſcis ſuprapoſitis, quaſi apicibus, inſignitis.

321. *Quam retinet pietate fidem : cum diligit ipſe*
Diligitur ; cum Chriſtus amat, Rex magnus amatur.] In manuſcripto Codice *quam* pro *cum* bis ; & *amator* pro *amatur* mendoſe, niſi iudicio noſtro fallimur, legebatur.

Atque haec quidem a nobis in Corippum obſervata pro noſtro captu ; cum multo plura obſervari potuiſſent ab aliis, qui & ingenio, & diligentia plus valent, tum ad poëmatis lectionem emendatiorem reddendam, tum vero ad hiſtoriam Iuſtini II. Caeſaris ex multis auctoribus Graecis & Latinis magis illuſtrandam ; quorum neutrum munus eſt ſuſceptum a nobis, quibus tantum in animo fuit Corippum ipſum ita in lucem dare, ut noſtra opera ab omnibus ſtudioſis legeretur, & ſine multis difficultatibus etiam intelligi poſſet.

THO-

THOMAE DEMPSTERI A MURESK IC.

CONIECTURAE ET COMMENTARIUS CUM CASTIGATIONIBUS

IN CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI

QUATUOR LIBROS

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

NATALIBUS CLARISSIMO ADOLESCENTI D. GASPAR DE LA TUILLERIE
Thomas Dempſterus a Muresk Scotus L. ST. P.

MULTA ſunt, Nobiliſs. Iuvenis, quae citra ſolem lucent. Lampyrides, quas Tullius Nitedulas vocat, in tenebris igniculi videntur, at ubi purior dies illuxit, decedit fulgor, & aſcititium fucatumque nitorem veri luminis perfectio diſcuſſit: ita haec qualiacumque in Corippum, dum meliora compareant, petentibus amicis emittere decrevi, utinam meliori eruditionis ſolidae face brevi obruenda: nam *ut Polygnotus, aut Aglaophon delineavi tantum* (Plin. lib.35. c.9.) *difficilis*. Parrhaſii ſunt, aut Apelles, a quibus ſumma manus ſperari debeat. Errores detexi aetatis, operarumque inſcitias, veritatis vix umbram conſecutus, quod cur mireris? cum a triginta retro annis nemo luculento & digniſſimo lucubrationibus poetae, manum admovere in tot doctis ſit auſus. Primus Michaël Ruizius Aſſagrius blattis tineiſque depugnantem e latebris & ſitu extraxit, & lacunis faede interpolatum, corruptum, iniuria vetuſtatis arroſum, ſordibuſque ſqualentem in lucem dedit, neque ex illo quiſquam in Europa, quod ſciam, ullam aliam membranam vidit, ut plane pro afflicto ac pene conclamato in fano Aeſculapii ſit pernoctandum, quo tandem ſanitati reſtituto, non unus deberetur gallus, non unum ſacro (Quintil. lib.3. c.6.) parieti anathema, *non triginta praemia, ut tyrannicidae olim Thraſybulo*, verum, ut ipſe ait:

Aeternam famam, laudemque & nomen habebunt, (Corippus lib.1. verſ. 33.)

quibus tantum felicitatis ſeu ſors, ſeu induſtria dederit? Interea tu meas curas boni conſule, conceptas, ut noſti, & expreſſas una dierum hebdomade, in privata domeſtici ſtudii umbra, quas volui *Ciminium* (Liv. 1. Dec. l.9.) *ſaltum tranſmittere, etiam ſine criticorum ſenatus conſulto*, & in apertos Famae campos deſcendere, tamquam exploratrices aliarum, quas habeo in eadem caſtra brevi educendas. Exigua haec eſſe ſcio, ſed rudes meo modulo metior, nec mihi propoſitum eruditis quicquam ſcribere, quorum vocem audire aveo, ſed iuventutem poëtices & politioris literaturae ſtudioſam promovere: quo ut nihil aliud profecerim, certe *habes* (Fulgent. Praefat. in l.1. Mythol.) *arenam noſtri ſtudii, ubi tui exerceas palaeſtram ingenii*. Tuo haec inſcripta nomini, quo ſponte properantem hortarer, ut metam pertingas, & inſtar hieronicae, in beata Iuriſprudentiae arce requieſcas, avi patriſque inhaerens veſtigiis (ne ulteriorem familiae tuae claritudinem tibi oſtendam) quem utrumque magnae res (Praefat. ad Epiſt. l. in patrem.) actae, ſolida virtus, ac principum favor erigit, illum etiam ſcriptorum aeternitas commendat. Ego vero, ut verba Auſonii uſurpem, *non ut laudes exigo, ſed ut ames poſtulo*. Vale. Lutetiae Prid. Calend. Quintiles M. DC. X.

DE CORIPPO CONIECTURA NON OBSCURA EX SCRIPTIS IPSIUS.

Explorata de Corippo tradere velle, in tam alto antiquitatis ſilentio, non minus difficile & arduum, quam frivolum & non profuturum: *quod qui tentant oportet* (Sen. l. 9. controv. Praefat.) *neceſſaria deſerant, dum ſpecioſa ſectantur*: idemque eſſe iudico, atque de nutrice Hecubae, de Sirenum nominibus, de ordine Iliados, & Odyſſeae cum Appione altercari: cum ante triginta annos nec huius, nec alterius quidem Corippi nomen umquam in Europa lectum, auditum, quod ſciam. Epigraphe igitur praefert nomen GRAMMATICI, quo olim ſignificabant non pulvere ſcholaſtico ſordidos, aut *ſyllabarum minutias aucupantes*, ſed *illuſtres viros, doctos, atque eruditionis genere excellentes*, ut eſt apud Auſonium; ut recte ab Aurelio Caſſiodoro dicatur *Grammaticorum ſchola glorioſa mater facundiae*. Sequitur deinde in titulo, AFRICANI, quod & ipſe fateri videtur, dum nomine Africae agit gratias Anaſtaſio Quaeſtori, ob fidelem Africanis navatam operam v.37:

. . . . miſeri ſpecialiter Afri
In te oculos atque ora ferunt, agit Africa grates.

Senex hoc opus ſcripſit, nam in Paneg. Anaſtaſii v.48:

. . . . feſſae miſerere ſenectae;

& in Praefatione v.37:

. . . . . . ſenio dextram pie porrige feſſo.

Minus locupletem ei fuiſſe rem familiarem ſuſpicor ex iis, quae lego in Praefatione v.41:

Vince meae ſaevam fortunae deprecor iram.

Neſcio an ex lite, nam in Paneg. Anaſt. v.44:

Hi ſacri monſtrant apices, lege ſumme magiſter,
Et cauſam defende meam.

Officium certe aut in aula Palatina, aut in provincia videtur geſſiſſe, ſed quale id ſit, non exprimit, Paneg. Anaſt. v.47:

Quaeſtor Anaſtaſi, ſub cuius nomine geſto
Principis officium.

Deſcripſit res a Iuſtiniano Auguſto in Africa geſtas ductu Beliſarii, ſic enim Praefat. v.35:

Quid Libycas gentes, & Syrtica praelia dicam
Iam libris completa meis?

Dedicavit hoc opus Sophiae Auguſtae Iuſtini Minoris uxori: nam haec apud eum lego lib.III. v.147:

Diva, Auguſta frequens, ſanctum & venerabile nomen,
Immortale bonum, noſtrae ſapientia linguae,
Auſpiciis haec ſacro tuis: tua vota canentem
Reſpice, & oranti clemens ſolatia praebe.

Scriptum nihilominus rogatu Anaſtaſii non obſcure inſinuat, dum canit lib.I. v.15:

Urget amans dominus, carmenque impellit adire
Quaeſtor Anaſtaſius.

LECTORI MEO S.

Non me latet culpaturum te forſitan ſuppletas a me lacunas: ac primum par utrique noſtrum votum eſſe ſuſpicor, reſtitutum priſtino cultui Corippum aliquando videre, quod cum fieri non poſſit per Ms. quid vetat ingenio & probabili coniectura id tentari? Reprehenſum hoc olim, inquies, in Grammaticis nonnullis, qui temere Virgilianae purpurae burrum ſuum admiſcere ſunt auſi. At ego non conatus, ſed inicitiam taxatam contendo; & ne omnes proſequar ineptias, quale illud prodigioſae additionis nugamentum? Dixit Maro in perſona Andromaches ad Aeneam:

Quid puer Aſcanius, ſuperatne, & veſcitur aura? (Lib.3. Aeneid. v.339.)
Quem tibi iam Troia . . . . . .

Scio-

Sciolus quidam impudentiſſime ſupplevit;

. . . . *peperit fumante Creuſa*,

2. Aen. v.724. cum tamen in eodem opere, Troia fumante *ſequutur patrem non paſſibus aequis*. Sed mihi certum ab antiquitate patrocinium: nam Lucretio Caro, amatorio, ut fertur, medicamine primum in inſaniam verſo, ac mox extincto, M. Cicero opus *de rerum natura*, quod etiamnum hodie exſtat, *perpolivit*, *atque emendavit*. Dices recenſuiſſe tantum, & a librarii negligentia vindicaſſe. Imo *ad obelum & unguem revocavit*, neque illi idcirco cenſoria nota inuſta. Idem noſtro aevo praeſtitit in Nonno Panopolitano Franciſcus Nanſius, cuius induſtriam laudatiſſimus commendat Lipſius: ut ſileam criticam ſeveritatem Leogorae Syracuſani, Ariſtarchi, Zenodoti Epheſii, & aliorum, qui Homeri, ceterorumque ſcripta corrigebant, emaculabant, immutabantque. Quis neſcit Homericum opus ad libitum quorumdam contextum? Hos ego ſequi utinam tam potuiſſem, quam cupiebam! Vale. Cent. 2. epiſt. 60. Hiſtor. l.1. c. 20. Suidas.

IN PRAEFATIONEM

COMMENTARIUS ET CONIECTURAE.

Verſ. 1. D*Eus*. Ita hanc lacunam coniectura, ut ceteras expleo:

. . *ſubiectus paret mundus*

Nam lib.I. v. 184.

Et rege ſubiectum, princeps fortiſſime, mundum.

lib.II. v. 206.

. . . *ſubiectum noſtrum eſt diſponere mundum.*

2. *Pedibus*. Paul. Diacon. lib. XVI. *Ecce Deus qui benefecit mihi* (Iuſtino) *hunc habitum dedit tibi*. Frequens locutio poëtis, Virgilio Ecloga V., & aliis, cum ſubeſſe unum alteri volunt. Infra lib.I.

Regnaque ſub veſtris venient fortiſſima plantis.

Vel quia πόδες μόνοι οἰκέτας σημαίνουσι, inquit Artemidorus lib. I. cap. 50. *pedes ſolos domeſticos ſignificant*: (Male interpres verterat *ſervos*; ſi domeſticos diſplicuiſſet verti, famulos ex Feſto potuiſſet) vel quia in triumphali pompa victi ſub victorum pedibus effigiabantur. Achm. Oneirocrit. c.114. ſi quis pedes ferreos ſibi factos videre viſus fuerit, εἰ μὲν ᾖ βασιλεὺς μακροζωήσει καὶ καταπατήσει τοὺς ἐχθρούς, *ſi rex fuerit, longam vitam producet, & conculcabit hoſtes*; & certe hoc ſimulacrum triumphatorum. Ovid. lib. IV. Triſt. Eleg. II.

Et ducis invicti ſub pede moeſta ſedet.

Claudian. de IV. Conſul. Honorii.

Colla triumphati proculcet Honorius Iſtri.

Aurel. Prudent. lib.I. in Symmachum:

Colla tyrannorum media calcemus in urbe.

Alii paſſim. Infra lib.I. v.286.

. . . *Vandalici calcantem colla tyranni.*

lib. II. v.107.

Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos.

Atque ita in equeſtribus ſtatuis domitae gentes equorum ſubiectae pedibus. Stat. lib.I. Silv. 1. de Domitiano Aug.

Aenea captivi crinem tegit ungulà Rheni.

4. *Colubrimodis*. Diacon. lib. XVI. *Avares habebant retrorſum comas prolixas valde, atque perplexas*. Facit hic locus, ut putem Avares Germaniae eſſe gentem (dicam tamen infra fuſe lib. III. num. 7.) Germanis enim familiare crines calamiſtrare, & in cirrum torquere, ad pulchritudinem, ut puto, formaeque decorem conciliandum. Martial. ſpectac. epigr. III.

Crinibus in nodum tortis venere Sycambri.

Sed qui poſt magnum Marcilium dicat? Iuven. Satyr. XIII.

Caerula quis ſtupuit Germani lumina, flavam

Caeſariem, & madido torquentem cornua cirro?

Neque vero libenter Rameſio aſſentiar, qui, licet probabili coniectura ex eodem Iuvenale, in Satyra IV. legit, *tortiſque Sicambris*, cum antea eſſet *torviſque Sicambris*, vult enim Satyrographus difficilem vinci & bellicoſum eſſe populum: quod bene *torvus*, exprimit, a terrore, aut ferocia ſumpto nomine. Feſt. lib. XVIII. Pacuvius Armorum iudicio:

. . . . . . *cum recordor*

Eius ferocem, ac torvam confidentiam;

ut omittam Martem *torvum* vocari ab Horatio lib. I. Ode 28., & aprum leoni congredientem a Claudiano epigrammatis, & Propertio lib. II. eleg. 3. Torvos itaque ſuperaſſe laudi cedit, tortos, ſeu calamiſtratos, dedecori. Effeminati illi. Sen. Praefat. ad lib.I. Controverſ. *Capillum frangere, & ad blanditias muliebres vocem extenuare, mollitie corporis cum feminis certare: noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt*. Sed ſatis velitatus. *Colubrimodi* ſunt cincinnati in formam colubri agentis ſe in ſpiras. Stat. lib. VI., Thebaid., & alii paſſim:

Anguicomam monſtri effigiem.

5. *Terribilis viſu*. Ortos ex Hunnis Avares innuit hic locus, nam deformes admodum Hunni, ut hic *viſu terribiles*. Ammian. lib. XXXI: *Ab ipſis naſcendi primitiis, infantum ferro ſulcantur altius genae; ut pilorum vigor tempeſtivus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes abſque ulla venuſtate*. Et poſt: *Deformes & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incompte*. Iornand. de reb. Get: *Species eis pavenda nigredine, velut quaedam (ſi dici fas eſt) deformis offa non facies, habenſque magis puncta quam lumina*. Caſſiod. lib. I. epiſt. 4. *facies illas* (Attilae Hunnorum regis) *terribiles & minaces deſpexit*. Claudian. lib. II. in Rufin. *turpibus Hunnis praeſtabit famulas*. Et lib.I. in eumdem:

Eſt genus extremos Scythiae vergentis in ortus

Trans gelidum Tanaim, quo non deformius ullum

Arctos

Arctos alit, triſtes habitus, obſcaenaque viſu
Corpora &c.

Corrigendus idem lib.I. de laud. Stilich., ſic enim hactenus: *Non vaga Hunnorum feritas*. Vetus Codex meus Venetus, *Hunorum*: in editione mea Flexienſi cenſueram legendum, *non vaga te Hunnorum feritas*, deinde *Thunorum* legi poſſe credidi, nam *Thuni* Thraciae populi, Danubii accolae, Solin. Polyhiſt. c.16. at Ms. Bongarſianus diſerte, *Chunorum feritas*, quae lectio optima, ex hiſtoricis, Ptolemaeo, Auſonio epigr.5. Idyll.8., Sidonio Apollinare carm.5., carm.7., carm. 23. lib. VIII. epiſt.9., & aliis.

7. *Defuſit*. Promiſſis, ſupplices enim capillos demittebant. Heliodor. lib.VII. Aethiop. τὴν δὲ ἱερὰν κόμην ἄδετον ὅταν καθῆκε. *Sacram vero comam non religatam demiſit*. Praeſertim nuper devicti. Ovid. lib.IV. Triſt. Eleg. 2., quo ſenſu dictam a Propertio lib.IV. Eleg.12. *Africam tonſam* viri magni contendunt. De origine ritus, uſu, & varietate dixi ad illud Claudiani de IV. Honor. Conſulatu:

... Flavam ſparſere Sicambri — Caeſariem.

Quod ſi rex in ſomnis vidit defluxiſſe ſibi pilos, νίκας κατ᾽ ἐχθρῶν καὶ χαρὰν ἐλπίζεται, inquit Achmes Oneirocrit. cap.41. *Victorias contra hoſtes, & gaudium ſperet*. Lege Artemidorum lib.I. cap.20.

10. *Franci*. Regnante Theodoſio Hiſpano res magnae cum Francis geſtae a comite Stilichone. Exciti illi e Maeotidis confinio, ac primum ad Maenum in Germania conſederunt, poſtea traiecto Rheno Gallias occuparunt: quibus ducibus, quo ſucceſſu, quid a Romanis iis conceſſum principibus, quoties dimicatum? Hiſtorici, & ex iis abunde, ut ſpero, dicam ad illud Claudiani lib.I. in Eutropium:

Ante pedes humili Franco.

Et lib.I. de laud. Stilichonis:

Gallica Francorum montes armenta pererrant.

Meminit infra lib. I. verſ.254., lib.III. ad finem v. 385.

12. *Longobardorum*. Amica haec gens Romanis dum in Pannonia degeret, Iuſtiniano principe: Anno vero Dominicae Incarnationis DLXVIII. Cal. April. egreſſa Pannoniis, coepit praedari in Italia. Paul. Diacon. lib.XVI. Scio alios aliter ſupputare.

Ibid. *Gepidum*. Occidentalis Scythiae incolae, ex Gothorum proſapia trahentes originem, convicio gravi ſic cognominati, nam *Gepanta* tardum pigrumque denotat idiomate Gothico. Iornand. de reb. Get., ſed audiendus Diaconus lib. XIV: *Gothi, Hypogothi, Gepides, & Vandali, nomen tantum & nihil aliud mutantes, ſub Arcadio, & Honorio Danubium tranſeuntes, locati ſunt in terra Romanorum, & Gepides, ex quibus diviſi ſunt poſtmodum Longobardi, & Avares, villas, quae ſunt circa Singidonem, habitavere*; atque haec quidem ſub Theodoſio Iuniore Arcadii filio geſta ſunt, Sigebertus in Chron. Sidon. Apollin. Carm. 7:

... Pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux ſequitur.

Bellum hic ſignatum ex eodem Diacono petendum lib.XVI., nam Alboinus Longobardorum rex Turiſendum Gepidarum regem proelio ſuperavit, ſtrenua Alboini filii ſui adiutus opera. Legebatur autem in antiquo Codice, *Gypidumque*, male, ut puto, contra etymologiam, quam dixi, & receptum uſum ſcriptorum, idemque mendum tollendum infra ex lib.I. v.254.

15. *Fortuna*. Ita creditum olim. Nabarzanes apud Q. Curtium lib.V: *Novis initiis, & ominibus opus eſt, auſpicia, & imperium alii trade*. Ammian. lib. XVI: *Quicquid per omnem terrae ambitum agebatur, felicibus auſpiciis eius aſſignantes*. Auſpicium ergo aliis, huic fortuna eſt. Flor. lib. IV. cap. 6: *Stabat pro partibus invicta fortuna, & ultoris, & qui vindicabatur*. Mamertin. Paneg. Maximiani: *Veſtrae fortunae, veſtrae felicitatis eſt, Imperator, quod iam milites veſtri ad Oceanum pervenere victoria*. Dux licet abſens bellum conficit. Svet. in Auguſto cap.21., Horat. lib.IV. Od.14., Ovid. l.I. de Arte:

Auſpiciis, animiſque patris puer arma movebis,
Et vinces animis, auſpiciiſque patris.

Claudian. ſaepe de Bello Gildon:

Illius auſpiciis immenſa per aequora miles
Non plauſtris Arctove regor.

De 3. Hon. conſul:

.. Pugnaſtis uterque — Tu fatis, genitorque manu.

De 4. Hon. conſul:

... Civile ſecundis — Conficis auſpiciis bellum.

Sidon. Apollin. carm.5:

... Certatum eſt iure magiſtri — Auguſti fato.

18. *Victique*. Ita expleri poteſt lacuna:

Victores victique ſacra famulantur in aula

Corippo ipſo authore, qui lib.I. v. 27. *ſecreta ſacrae aulae*, & v.48. *dominum ſacrae aulae* dixit. Ut & v.134:

Te dominum ſacrae quis non praedixerit aulae.

Et lib.IV. v.10., & alibi:

Egreditur princeps ſacra trabeatus ab aula.

Ut videri poſſit hoc epitheti affectaſſe; & recte, nam & *ſacrum imperium*, & *ſacra maieſtas* apud IC. ſaepe, & *ſacras opes* pro Imperatorio fiſco lego apud Claudianum de Conſulatu Theodori. Vel certe legi poteſt, *alta famulantur in aula*, idque ipſo authore noſtro duce, qui lib.II. v.71. *altam remeavit in aulam*. Scio magnum purpuratorum principum lumen Caeſarem Baronium tom. VII. ſuppleviſſe *una*, quod ferri poteſt.

Ibid. *Famulantur*. Ritus nulli quod ſciam, obſervatus, hic latet: nam fercula triumphalia in ſolenni epulo per captivos inferebantur. Sidon. Apollin. carm. 22:

Succedit captiva cohors, quae fercula gazis
Fert onerata ſuis.

Nam quod in ferculo triumphali eſſent ſubactorum hoſtium expreſſae effigies, notiſſimum eſt,

ex

ex L. Annaeo Seneca de vita beata c.25: *In alienum imponar ferculum, exornaturus victoris ſuperbi ac feri pompam*: Sveton. in Caeſare c.37. Alter Sen. Herc. Oetaeo act. 1. choro:

Non Pompae veniet nobile ferculum.

30. *Solis*. Inſolentes Perſarum reges humani faſtigii modum excedentes in litteris ad exteros ſuis, epiſtoliſque formalibus, ut loquitur Svetonius, *participes ſe ſiderum, fratres ſolis ac lunae* profitebantur. Sic Sapor Conſtantio ſcribit. Ammian. lib.XVII. Sidon. Apollin. lib.VIII. epiſt. 9:

Qui cognata licet ſibi aſtra fingens
Phoebaea tumeat propinquitate.

Et carm. 23:

Qui ſupra ſatrapas ſedet tyrannus,
Ructans ſemideum propinquitates.

Docte eruditiſſimus Savaro. Addendus elegans locus Lucani lib.VIII., ubi Medi pro Perſis ſumendi, nota enim eſt ab his ad illos imperii devolutio:

O utinam non tanta mihi fiducia ſaevis
Eſſet in Arſacidis, fatis nimis aemula noſtris
Fata movent Medos, multumque in gente deorum eſt.

31. *Suſpiciens*. Ita reſtitui, cum antea eſſet *ſuſcipiens*. Idem mendum aliquoties infra, ut admonebo: correxi ex Ovidio lib.I. Triſt. eleg.3. de luna:

Hanc ego ſuſpiciens, & ab hac capitolia cernens.

Virgilio lib.IX. Aeneid:

Suſpiciens altam lunam.

Certe in votis concipiendis mos ſolemnis ad caelos erigere vultus, ac ſi deos adhibere teſtes factorum vellent. Dixi, ut ſpero, fuſe de hoc ritu ad illud Claudian. lib.II. in Ruff.

. . . Tandem indignatus ad aſtra
Extollit palmas.

Ibid. *Minuentis*. Infra lib.II. num.1. v.191.

. . . . . . Et cornua lunae
Paulatim minui, paulatim creſcere iuſſit.

Sedul. lib.I. de idolorum cultoribus:

Quam creſcere cernunt, & minui.

35. *Syrtica*. Bellum in Africa contra Vandalos ſuſceptum a Iuſtiniano, & ductu Beliſarii confectum innuit; notum quippe, domita Africa, & Gelimere Carthagine ſuperato, Beliſarium Byzantium revocatum, rebus Africanis Salamoni Praetori commiſſis. Zonar. tom.III., Paul. Diacon. lib.XVI., Procop. de bello Vandalico lib.II. Summa autem victoriae fuit in monte Papua difficillimo acceſſu, quem Pharas obſedit iuſſu Beliſarii. Conſule ſanctionem ipſius Iuſtiniani lib. I. C. de Offic. Praefect. Praet. Afric., & novell. 35., & Coripp. lib. II. num.4. v.125.

IN PANEGYRICUM ANASTASII

COMMENTARIUS.

Titulus in veteri Codice hoc modo concipiebatur: *Item panegyricum in laudem Anaſtaſii Quaeſtoris, & Magiſtri*; male omnino, *panegyricus* dici debuit. Scio Iſidorum etymol. lib.VI. c.8. *panegyricum* in neutro dixiſſe, pro *laſcivioſo, & licentioſo genere dicendi in laudibus regum*; atque ita concipitur in Codice manuſcripto Claudiani, *Panegyricum de conſulatu Theodori*; quem communicavit mihi pridem de litteris optime meritus D. Iacobus Bongarſius ad Germaniae Principes legatus; vicit tamen uſus apud melioris notae auctores, ut *panegyricus* diceretur. Claudian., Sidon. Apollin., Plinius, Ennodius Ticinenſis, Mamertinus. Auſon. carm. 1:

Sive panegyricos placeat contendere libros.

Tullius ante hos de clar. Orator: *Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit panegyricum*. Translatio a conventu pompaque publica. Heliodor. lib.7: Ἵππόν τε Ἀρμένιον τὸν εἰς πομπὰς καὶ πανηγύρεις τῷ σατράπῃ φατνιζόμενον. *Equum Armenium, qui ad pompas & panegyres ipſi ſatrapae alebatur*. De epigraphe ergo nullum dubium.

Sed quis hic *Anaſtaſius*? forte ille qui magno apud Iuſtinianum, nec minori apud Iuſtinum honore, ab eodem tamen ſeptimo ſui imperii anno in exſilium actus, extorris viginti quatuor annis egit. Cauſſae relegationis, *quod ſacrae rei theſauros profuderit inutiliter, & petenti Iuſtino pecuniam dare noluerit, cum deſignatus eſſet Epiſcopus*. Evag. lib.V. c.6. Nihil ſtatuo.

Verſ.1. *Silvam*. Imitatus eſt Caelium Sedulium civem meum, qui in ſua invocatione:

. . . . . Silvamque patentem
Ingrediens, aliquos nitor contingere ramos.

8. *Sacrorum*. Veterum ſuperſtitionem inſignem in arbores lucoſque nemo eſt qui ignoret. Cornel. Tacit. lib.XIV. Annal: *exciſi luci ſaevis ſuperſtitionibus ſacri*. Magnum conſule Lipſium, quem non exſcribo. L. Apul. lib.I. Apolog: *Nullum in villa eius delubrum ſitum, nullus locus, aut lucus conſecratus*. Receptum hunc a Gallis ritum loquuntur Druydes, a Germanis auctor Tacitus de moribus eorum, ab Indis Q. Curtius lib.VIII: *Deos putant quicquid colere coeperunt, arbores maxime, quas violare nefas*. De Romanis quis quaereret exempla? multa mihi dicta ad illud Claudiani lib. I. de laud. Stilic:

. . . . . . Lucoſque vetuſta
Religione truces, & robora numinis inſtar.

Addo hic tantum, in fontibus altitudinem, in lucis opacitatem, terrorem in animis agreſtium produxiſſe; ex quo primum quidem conſternatio, mox reverentia & cultus ortus. Praeter Senecam, Servium, ac Statium, Aurel. Prudent. I.I. in Symmac:

Quos penes omne ſacrum eſt, quicquid formido tremendum
Suſſerit.

Valer. Flac. Argonaut. lib. III:
Utque metum numenque loco, ſacramque quietem
Addidit.

Sil. Ital. lib. II. corrigendus levi manu:
. . . Priſco inde ſavore . . . leg. *pavore*
Arbor numen habet.

Claudian. lib. III. de raptu:
Inde timor, numenque loco.

18. *Arbor*. Homines arboribus comparari ſolemne. Praeter Ariſtotelem, & poëtas paſſim. Infra lib. I. n. 13. v. 229. Quintil. lib. x. c. 1: *Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem*. Lucan. lib. I. Pompeium quercui comparat, *quae licet*
Tot circum ſilvae firmo ſe robore tollunt,
Sola tamen colitur.

22. *Umbra*. Delicatum receptaculum. Metaphora a viatoribus ducta. Cornel. Tacit. 14. Annal: *Ego quid aliud adhibere potui, quam ſtudia, ut ſic dixerim* (Seneca) *in umbra educata*. Ammian. l. XVI: *Adoleſcens, primaevus ut Erichtheus in ſeceſſu Minervae, ex Academiae quietis umbraculis, non e militari tabernaculo in pulverem Martium tractus*. Petron. Arbiter in Satyrico, *nondum umbraticus doctor ingenia deleverat*: adi interpretes. Iuven. ſat. 7:
Sed genus ignavum, quod tecto gaudet & umbra.
Et eodem loci poſt:
Ad pugnam qui Rhetorica deſcendit ab umbra.
Cultiſſime Papinius lib. V. ſil. 2:
Tu quamquam non ante forum legeſque ſeveras
Paſſus, ſed tacita ſtudiorum occultus in umbra.

27. *Leges*. Quaeſtoris ſacri palatii officium leges condere auctoritate principis. Apud Suidam Tribonianus Macedoniani filius, Iuſtiniani Quaeſtor, pecuniae avidus ius vendit, & legum dies alios tollit, alios ſcribit, pro cuiuſque neceſſitate accepto pretio. Caſſiodor. lib. I. epiſt. 13: *Puritati noſtrae paruit* (*veridicus quaeſtor lateri Caeſaris adhaerens*) *& ad pietatem iuſſionum innocentiam ſuam praebuit*. Lib. x. epiſt. 6: *Facias generalitatis votum, iuridicorum ſequendo iudicium, totum te legibus, totum reſponſis trade prudentium*. Lib. IX. epiſt. 24: *Quaeſtorem reperit, conſcientia praeditum, & legum eruditione maturum, in dictationibus amoenum, ad iuſtitiam rigidum, a cupiditatibus alienum*. Idem auctor corrigendus lib. VIII. epiſt. 13. *Vos leges dicetis, dum nos iura condimus*; reponendum cenſeo cum docto Furnerio, *vox legum diceris*. Dixi multa ad Panegyr. de Conſulat. Manlii Theodori apud Claudianum:
. . . . . . Nec dignius umquam
Maieſtas meminit ſeſe Romana loquutam.
Leges autem, & *iura* coniungit, ut Caſſiodorus proxime citatus. Infra lib. I. num. 1. v. 17:
Compoſitor morum, iuris legumque ſacerdos.
Ante utrumque Iuven. ſat. 3. *iuris nodos, & legum aenigmata*, dixit. Horat. lib. 1. ſat. 1.

32. *Gemino*. *Magiſterii*, & *Quaeſturae*, nam illa duo officia frequenter coniungebantur. Caſſiodor. lib. I. epiſt. 13. Rutil. Numatian. lib. I. Itiner:
Officiis regerem cum regia iura magiſter.
Eſt & titulus C. Theodoſiano lib. VI. tit. 9.

46. *Fonti*. Arbori e fonte bibenti confert Anaſtaſium. Memini autem legere Ariſtomeni datum oraculum; *cum Edae fluminis aquam hircus potaſſet, captum iri Hiram montem: & ob id prohibitum, ne hirci inde biberent*, at caprificus erat iuxta flumen, cuius folia inclinata in fluentum vergebant, Meſſeniis autem caprificus dicitur τράγος, ea igitur ex aqua bibente, mons captus eſt. Suidas in voce τράγος. Corrigendus Statius, eadem ille ſiquidem habet lib. I. ſil. 4., quae hic noſter:
. . . . Nec conſcia detur
Pyrene, largus potius mihi gurges inhauſtus
Qui rapitur de fonte tuo.
Nec eſt cur laboret vir doctus Bernartius, cum in Codice Argentoratenſi, qui penes me eſt, ita legatur, meo iudicio recte. Fidem faciunt eiuſdem lectionis editiones Venetae, & Florentinae:
. . . Largos potus mihi gurges, in hauſtus
Qui rapitur de fonte tuo.

IN LIBRUM PRIMUM CORIPPI
COMMENTARIUS ET CONIECTURAE.

ARGUMENTUM OPERIS HISTORICUM.

IUſtinus Minor, qui & ſecundus, Dulciſſimi filius (lib. III. num. 3.) Iuſtiniani Auguſti ex ſorore Vigilantia nepos, ab avunculo vivo in aula educatus (infra lib. IV. num. 2. in fine) & Palatinis officiis impoſitus, dictus eſt inde Curopalates. Paul. Diacon. lib. XVI. in fine Iuſtiniani. Duxit in uxorem Sophiam Theodorae Auguſtae neptem, quam conſortem Imperii coronatam adſcivit, ab Urbe condita MCCCXVIII., a Partu ſalutifero DLVIII. placet enim Diaconi ſupputatio, a qua recedunt viri maximi, & Iuſtini inaugurationem ponunt in anno ſalutis DLXVI. Initio principatus pius, edictum propoſuit Catholicis ſub avunculo vehementer, naſcentibus haereſibus, turbatis: liberalis, & in ſacros ordines profuſus. Poſtea non caruit ſuſpicione haereſeos Pelagianae aſſertae, ut nonnullis viſum, tamen caret probato auctore: certe pecuniae ſupra modum appetens (Evagr. lib. V. cap. 1.) ut

ut iuſſerit arcas ferreas fieri, in quibus ereptas omnibus ordinibus opes conderet: periit podagra undecimo Imperii anno; vel ut aliis viſum, decimo ſexto. Cetera ſuis locis:

Mycillus.

Ingenio, & pietate minor, non tempore tantum
Hic fuit, aſt ingens cultor avaritiae.
Regna ſub hoc Longi coeperunt Itala Bardi,
Ipſe pedum morbo, mentis egenus obit.

Velius.

Aſſerit hic Pelagi ſectam Iuſtinus, avarus,
Ut pedibus, captus mente quoque occubuit.

Sed ad Corippum redeo, apud quem lib.I. Iuſtinianus obit, & a Callinico Iuſtinus eum obiiſſe admonetur, qui in aulam tendit, ubi preces audit Senatus Imperium deferentis, ſed tamen ad demortui laudes prius maeſtus convertitur, nec minus Sophia luctum ingeminat; tum circus deſcribitur. Lib.II. ſupplicatio decreta exſequialis, & deliberatio Iuſtini de aſſumendo Imperio: ornatur, & ſcuto elevatur, quod inaugurationis formula: oratio ad Senatum ſuadens pietatem, aequitatemque: favet laeto aſſenſu plebs. Lib. III. Iuſtiniano pompa funebris adornatur, laetitia publica populi, & ad convivium apparatus: palatium Conſtantinopolitanum deſcribitur: audiuntur Legati Avarum, & bellum iis indicitur. Lib. IV. exſpectatio muneris edendi, dona & ſparſio miſſilium Senatui indulta, Baſilica D. Sophiae, & excurſus in laudes Trinitatis: denique in arcem conſcenditur, & proceres comitantur principem. Finis vero deſideratur.

Verſ. 2. *Non ambitione potitum*. Legendum cenſeo, *non ambitione petitum*, claro ſenſu.

5. *Servis*. Liberi homines & ingenui Caeſarum ſervi dicti, aut etiam privatorum procerum (Martialis paſſim, & alii) adeoque gentes, & populi: hinc Caractacus 18. Scotorum rex ad Claudium Auguſtum apud Tacitum lib. XII. Annal: *Si vos omnibus imperitare vultis, ſequitur ut omnes ſervitutem accipiant*. Supra in Praefatione:

. . . . *Si qua eſt fiducia ſervis.*

lib.II. num. 10. v.402:

Sponte ſua dominus ſervos miſeratus egenos.

lib. III. num. ult. v.370:

Gentes ſervire volentes — Suſcipimus.

Claudian. lib. I. in Ruff:

. . . . *Populi ſervire coacti.*

10. *Cunctis*. Imitatur Lucanum lib. I. ad Neronem:

Tu ſatis ad vires Romana in carmina dandas.

Vide locum, & confer cum iſto.

12. *Porrige*. Pii principis geſta deſcripturus, invocat Deiparam Virginem, recepto more in primo naſcentis Eccleſiae exortu a fidelibus, *qui Dei amicos honorantes* (Euſeb. de praeparat. Evangel. lib. XIII. c. 7.) *ad monumenta eorum accedebant, votaque iis faciebant tamquam viris ſanctis, quorum interceſſione apud Deum non parum iuvari profitebantur*. Et Theodoſius Aug. *cum ſacerdotibus, & populo* (Rufinus lib. II. c. 33.) *omnium loca orationum, ante Martyrum, & Apoſtolorum thecas cilicio proſtratus, auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione poſcebat*. D. Hieron. Epitaphio Paulae in fine. Aurel. prudent. hymno de D. Caſſiano:

Audit, crede, preces Martyr proſperrimus omnes,
Ratasque reddit quas videt probabiles.

Vide lib. II. n.3. infra.

Ibid. *Sanctam mihi porrige dextram*. Formula vulgata. Aurel. Caſſiodor. lib. IV. epiſt. 36: *Neceſſe fuit civica vaſtatione deiectis porrigere dextram ſalutarem*. Ovid. lib. IV. de Ponto eleg. 5:

Ad te manſuetas porriget ille manus.

18. *Deſtina*. Hic eſt ille *Thomas agens in rebus* a Iuſtino ſeniore ad inquirendum contra haereticos miſſus: liquet ex Quint. Synod. act.7. Deinde *exquaeſtor ſacri palatii* ſub Iuſtiniano, unus fuit e Decemviris Codici compilando, ex Conſtitutione de nov. Cod. fac., & fortaſſe idem eſt, cuius meminit Chriſtodorus poëta Thebanus Copita lib.V. Antholog., nam epigraphe talis eſt epigr. 128. εἰς Ἀναςάσιον Θωμᾶ πατρικίε καὶ λογοθέτε τȣ̃ δρόμε. *In Anaſtaſium Thomae patricii, & iudicis curriculi*. Fuit ergo, ut apparet, hic Anaſtaſius (cui erecta in circo Conſtantinopoli ſtatua) libertus Thomae huius: Agathius Scholaſt: Θωμᾶν παμβασιλῆος ἀμεμφέα κηδεμονῆα ἄνθεσαν. *Thomam ſummi Imperatoris irreprehenſibilem procuratorem poſuerunt*. Fuerunt qui hic non, *deſtina*, ſed *dextera*, legere volebant. ſed nihil mutandum. D. Braulio toties a tam multis citatus in vita D. Iſidori, cuius locum vide apud Aſſagrium. *Deſtina* eſt firmus nexus, nam pro vinculis in aedificio ſumit Vitruvius *deſtinas* lib.V. cap. ult., & *deſtinare* eſt colligare apud D. Auguſtinum citatum a Iacobo Cuiacio lib.XXI. obſervat. c. 28. *Captus deſtinatuſque Romam mittebatur*, inquit Sidonius Apollinaris lib.I. epiſt. 7., ſed propius eſt, ut aſſentiar amiciſſimo Marcilio meo, atque omnium qui vivunt doctiſſimo, qui me admonuit hunc locum eſſe expreſſum ex illo Arnobii lib. II: *Non poſt Theutin Aegyptium, aut poſt Atlantem; ut quidam ferunt, geſtatorem, baiulum, tibicinem illum ac deſtinam caeli*. Scio eleganter poſſe retineri priorem lectionem, *nutantis dextera terrae*; quia potentiſſimi, fidiſſimique principum virorum clientes, *dexterae* dicuntur apud Senecam lib.V., ut puto, de Benefic., quia illa melior, utiliorque corporis humani pars. Mart. lib.XI. epigr.70:

Lydia dicebar domino fidiſſima dextra.

Papin. lib.V. Silv.1:

... *Vidi omni te pridem in flore nitentem,*
Vidi alte propius, propiuſque accedere dextrae;

ut e contra direptores cenſus *ſiniſtrae*. Valer. Catull. epig.45:

Porci & Socration duae ſiniſtrae
Piſonis,

quia ſiniſtra apta furtis. Ovid. lib.XIII. fab.1. *na-*

taeque ad furta ſiniſtrae. Plaut. Perſa act.2. ſc.2. Catull. ep.12.&29.v.16., qui locus eget correctione:

Quid eſt? an haec ſiniſtra liberalitas.

Sic Codices Lugdunenſes, Pariſienſes, & alii, adeoque etiam Baſileenſis Tuſcanellae editio. Achill. Statius legit *quid eſt? abit*. Ioſeph. Scalig. *alit*, al. *alius*; aut, *quid eſt, ai*; ſed veriſſime Alciatus parerg. lib.1I. c.7:

Quid eſt aliud? ſiniſtra liberalitas.

22. *Meritis & nomine Magnus*. Marcellin. Comes Chronico Indict. 10: *Hypatius Pompeius, & Probus, genere conſobrini, Divi Anaſtaſii nepotes*. Et innominatus Chronographus, *Pompeium* conſulem facit Avieno collega, ſub Anaſtaſio principe. Ex quibus certum eſt etiam hoc aevo illuſtre fuiſſe Pompeiorum ſtemma, cuius familiae gentilitium cognomentum fuit, *Magnus*. Sveton. Calig. c.35: *Vetera familiarum inſignia nobiliſſimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Cn. Pompeio ſtirpis antiquae Magni cognomen*. Scio eruditiſſimum Savaronem, Magnum hunc vocare gentilem Magni Felicis, ad quem eſt carmen 9. Sidonii, ſed Pompeiae gentis cognomen hoc non legi.

23. *Rationibus*. Sumptus annui reipubl. olim a Conſule, poſita in foro haſta, componebantur. Ovid. lib.1V. de Ponto eleg.5. Mutato ſtatu, id ipſorum Caeſarum erat munus, hinc imperium depoſiturus Auguſtus, *rationarium* reddit. Sveton. c.28. Poſtea cura ea ad procuratores Caeſaris devoluta. Ael. Lamprid. in Alexandro: *Rectores provinciis dare, vel praepoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare*. Ὑπεύθυνοι, quaſi reddendis rationibus obnoxii dicuntur, ut loquar cum Imperatore L.1V. C. de Cler. & Epiſcop. Hos Conſtantinus inſtituit, & negotiis fiſcalibus praeeſſe voluit, ſeu criminis illa, ſeu rei pecuniariae. Martian. IC. lib.VIII. C. ad leg. Iul. maieſt. Iul. Capitol. in Maximino. Sunt ergo rationales principum, qui privatam ſubſtantiam gubernant. Caſſiodor. lib.VI. epiſt.8. *& rationes Belgicas procurare*. Plin. lib. VII. c. 16. fine. Iuven. ſat. 6. *gravis eſt rationibus*; & vet. Scholiaſt. ad illud ibidem. *Longi relegit tranſverſa diurni*. Auſon. parental. carm. 24:

Scrinia praefecti meritus, rationibus inde
Praepoſitus Libycis.

Nomen novum, res antiquiſſima, ut dixi. Marmor vetus:

D. M

ABASCANTIO . AVG. LIB. AEDITVO . AEDIS . NEPTVNI . QVAE . EST . IN . CIRCO . FLAMINIO . FLAVIVS . ASCANTVS . ET . PALLANS . CAES. N. SER. ADIVTOR . A . RATIONIBVS . PATRI . PIISSIMO . FEC.

Forte hic Pallas eſt, de quo Satyrici, Hiſtorici, & Plinius Iunior non citra indignationem lib.VIII. epiſt.6. Erant & *rationales privatorum*, quos cum *ſecretariis* confundit Sareſbērienſis Policrat. lib.III. c.12., de quibus hoc tantum nota, rationes tum ab iis redditas, ſi domini tabulas deleviſſent, & ſubſcripſiſſent. Scaevola IC. lib.XL. ff. de ſtatu lib. Omittam Apuleium Apolog. 2.

25. *Petri*. Vir eloquens, & rebus verſatiſſimus, ad Theodatum a Iuſtiniano legatus, anno a Partu ſalutifero, ut quibuſdam placet, DXXXVI. Procop. belli Gothici lib.I. Nec dubium quin idem ſit, cuius meminit Caſſiodorus lib.X. epiſt. 19., & ep.24. Antholog. lib. IV. c.12 ep.7., & alibi ſaepe.

26. *Theodorus*. Ita reſtitui, cum antea eſſet *Theodolus*, qui tamen nuſquam, quod ſciam, legitur in hiſtoricis huius aevi; at *Theodorum* cognomento *ſilentiarum decurionem palatii* invenio, & XXVII. anno Iuſtiniani ab eodem ad quintam Synodum cum libello miſſum. Res ergo, & aetas mihi perſuadent.

27. *Secreta*. Hic Demetrius forte ille, qui a Iuſtiniano ad Iohannem Papam legatus, & Palatinae aulae ſecretarius, ſive λογοθέτης, aut quaeſtor. Quis poſt magnum Marcilium dicat? quem conſule ad Titum Svetonii. Adi & Sareſber. lib.III. c.12. Curopolat. πρωτασηκρῆτις πρῶτος τῶν κριτῶν λέγεται, *primus a ſecretis primus iudicum appellatur*, tractum nomen *a ſecretis*, id eſt *quilibet ſeceſſus reconditus*. Phaed. 1I. fab.49. & fab.82. vel *intima conclavia*, ubi de rebus maximis, remotis arbitris, deliberabatur, Zenon. Aug. lib.XIII. c. de teſtib., & *ſecretaria iudicia* apud IC. paſſim, & *iudices ſecretarii* lib.III. c. ubi ſenat., & clariſs. civil., vel crim. conv., & l. ult. c. de offic. diverſ. iudic. Eleganter a Conſtantino dictum, *non ſit venale iudicis velum, non ingreſſus redempti, non infame licitationibus ſecretarium*. Lib.I. c. Theodoſ. de offic. rect. provinc. alii notarunt.

Ibid. *Aulae*. Lacuna hic fuerat unius folii, ad quam explendam Erichtho manes Corippi exciter, aut quaelibet Theſſala.

35. *Purpureas*. Pulchras. Maro 1. Aeneid. *lumenque iuventae Purpureum*. Servius citat Horatium lib.1V. od.1. *purpureis ales coloribus*, & apud eumdem lib. 1I. od. 5. *autumnus purpureo varius colore*. Inſignis pulchritudo puellaris purpurae collatus. Stat. lib.1I. Silv.1. *purpureo fuſus corpore candor*; quia inter pannos purpura ſpectatiſſima, ex Homero, & aliis dixi ad Claudiani illud lib.I. de raptu:

. . . *Niveos infecit purpura vultus.*

41. *Amabilis*. Iungat princeps terrorem amori, hic diſciplinam, is mutuum a civibus amorem creat. Ovid. lib.VII. Metamorph. de Medea:

. . . *Ipſum timor auget amorem.*

Claudian. de 4. Hon. Conſulatu:

. . . *Mixto reverentia fidit amori.*

Et de nuptiis Honorii, & Mariae:

. . . *Diligimus pariter, pariterque timemus,*
Ipſe metus te noſter amat.

Denique lib.1I. de laud. Stilich., ubi plura:

Quanto frenet metuendus amore.

49. *La-*

49. *Lacrimas*. In Homero vituperavit Plato, quod heroës flentes aliquando inducat, ille enim ducem, principemque exigit, qui ſit ἀπαθὴς, ſine *affectuum ſtimulis*, quod placuiſſe video Stoicis apud Senecam ſaepe; at longe id ab humanitatis legibus remotum, nam ut lib.I. Aeneid. Maro:

Sunt lacrimae rerum, & mentem mortalia tangunt.

Alexander viſis quatuor militibus Graecorum foede mutilatis flevit, Curt. lib. V., & poenitentia ſuorum lib. X., & in funere Clyti lib. VIII., & Iulius Caeſar. Sveton. c.33., & Titus Auguſtus Paullus Diacon. lib.IX., & Aeneas. Virgil. lib.V:

Et conſanguineo lacrimas commendat Aceſtae.

Et Iulius lib.IX. Aeneid:

Sic ait illacrimans.

Claudian. lib.II. in Ruffin., ubi varie diſcernit ſuper hac re:

Galeaſque ſolutis — Humectant lacrimis.

52. *Curas*. In priore editione admonuit Aſſagius in manuſcripto fuiſſe, *ſudores ſuſcipe rerum*; quod tolerari poſſet, ex Horatio lib.I. od. 15. *ſudor* enim *difficilis labor*. Stat. lib.VII. Thebaid. *ſudata ſub Haemo praelia*. Claudian. de III. Hon. Conſulatu:

. . . *Quem merui te non ſudante triumphum.*

ſic enim recte in manuſcripto meo Codice legitur, quo utor beneficio & dono maximi Bongarſii; quam lectionem admittit editio Plantiniana poſterior, licet in editione priori Delrii ſit, *ſuadente*, quod recipit Gryphii Codex, & Venetus ante centum & quadraginta annos excuſus. Neque tamen diſplicet, *curas nunc*. Infra lib.II. num. 6:

Et patrium diadema dedit, curaſque regendi
Impoſuit rerum genitor.

lib. III. num. 4., & alibi:

Invigilant animi, quibus eſt pia cura regendi.

Claudian. de III. Conſul. Honorii, *patrium orbem curis aequalibus regere*, dixit. Idem l.II. in Ruffin:

Non pudet Auſonias curas, & iura regentem.

Sic enim legit doctiſſimus Furnerius, & in Pariſina ſic excuſum, licet manuſcriptus meus Codex, & Venetus antiquiſſimus, *currus* habeant, recto etiam ſenſu, nam Praefecti Praetorio curru vehebantur, ut ibi multis oſtendi.

57. *Omina*. Sic repoſui: ante erat *omnia*, idemque mendum in innumeris erat poëtis. Franc. Modius obſervat. Valer. Flac. lib.VII. Argon:

Sola fui, triſtes thalamos, infeſtaque cerno
Omnia, lege *omina*.

Corruptus & Claudian. de VI. Honor. Conſulatu in principio, *certius omina ſurgunt*, ſic enim & Venetus Codex, & Gryphii, & manuſcriptus meus; & lib.II. de raptu:

Omnia perpetuo genitalia foedere ſancit:

lege *omina*, ut ipſe explicat lib. II. in Ruffinum *thalamis proprium genialibus omen*, & de laudib. Serenae, quem librum Codex meus manu exaratus, non Claudiano, ſed Gyraldo cuidam tribuit, ibi ergo:

Omina non audet genitrix tam magna fateri.

Omen nuptiale, res trita, & obvia. Stat. lib.I. Sil.2:

. . . *Etiam ſocialia praeſto — Omina.*

60. *Prae*. Recte, *per ſe*, lege, id eſt nullo impellente, Iuven. ſat.10. Horat. lib.III. od.4:

Vis conſilii expers mole ruit ſua.

61. *Enſe*. Priſca rep. in ſuppliciis capitalibus non enſis, ſed ſecuris, ſub Imperatoribus gladius introductus, critici omnes noſtri aevi. Claudian. de bello Gildon:

Tertia iam cervix ſolito mucrone rotetur.

Et de IV. Honor. Conſulatu:

. . . *Gladiis ſubmittunt colla paratis.*

Et poſt eodem Panegyrico:

. . . *Non imminet enſis.*

Et lib.I. in Ruffin., ubi multa mihi dicta ex IC., & aliis:

. . . *Pro ſaevior enſe — Parcendi rabies.*

69. *Catenis*. Limina aedium Imperialium cancellis claudebantur, nota res. Sidon. Apollin. lib.I. epiſt.2. *incluſa velis* (limina), *excluſa cancellis* interpres doctiſſimus: quo refero illud Iuliani Principis εἰς κάγκελον οἰκίας, in cancellos domus:

Ἢν κλείσῃς μ' ἀνέῳγα, κἢν οἴξῃς κλείομαι,
Τοῖος ἐὼν, τηρεῖν σὸν δόμον οὐ δύναμαι.
Si claudas me, aperiat: & ſi aperias, claudat;
Talis cum ſim cuſtodire tuam domum non poſſim.

Sed de catenis, quibus oſtia muniebantur, non memini me quicquam legiſſe, niſi forte ianitores catenatos hoc loco intelligamus. Sveton. de clar. rhet. c.3. *dicitur ſerviiſſe, atque oſtiarius veteri more in catenas fuiſſe*. Budaeus lib.IV. c.3., & critici ad Petron. Claudian. 3. de raptu, *domus excubiis incuſtodita remotis*. Tibull. lib.I. eleg.6., Ovid. lib.I. Amor. eleg.6., Caſſiodor. lib.XI. ep.40., Afranius apud Nonium:

Titinnire impedimenta ianitoris audio.

Ibid. De ianitoribus catenatis expoſui, ſed perperam: nam ſerae antiquorum penſiles erant tranſmiſſis catenis, quas poſti inſerebant, ut dum ianuae eſſent aperiendae, e catenis, quibus inhaerebant, ſerae eximerentur, longe alio ritu quam iam fiat, nam ſerae priſcorum exemptiles, noſtrae fixae. Turneb. lib.XIX. c. 7. Ovid:

Tota patet dempta ianua noſtra ſera.

Et lib. I. Faſtor:

Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempſerat oppoſitas invidioſa ſeras.

Idem lib.I. Amor. eleg.6. Non. in *patibulum*. Petron. Satyr: *Dum loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit, recluſaeque ſubito fores*. Et ad illam conſuetudinem alluſit, ut puto, Propert. lib. IV. eleg. 12:

Et iaceat tacita lapſa catena ſera.

70. *Cuſtos*. Sen. lib. In ſap. non cad. iniur. c.14: *Sapiens non accedet ad fores, quas durus ianitor obſidet*. Virgil. lib.XI. Aeneid:

. . . *Fi-*

. . . *Fiduſque ad limina cuſtos.*

Non in atrio ille, ſed in veſtibulo. Iul. Pollux lib.I. c.8. Ovid. 1. Faſtor:

Utque ſedens veſter primi prope limina tecti
Ianitor egreſſus introituſque videt.

Dicam infra. Locus eſt elegans de importuno ianitore apud Heliodorum Aethiopic. lib. VIII., ubi Bagoas Euphratem καταλαβὼν ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἀφύπνισέ τε καὶ θορυβούμενον, καὶ τίς οὗτος βοῶντα κατεσίλλε, Βαγώας, ἐγὼ λέγων, *cum deprehendiſſet in lecto, excitavit de ſomno, & tumultuantem, & quis eſt? clamantem, compeſcuit Bagoas, ego ſum, dicens.*

76. *Surge.* Deerat hic verbum, nam ſic legebatur, *ſurge Calinicus ait*: ſupplevi addendo, *agedum.*

78. *Felix.* Callinicus idem ſonat, ac ſi dicas *pulchram victoriam*, atque inde, inquit poëta, *auſpicium* Iuſtino *felix*; eſt enim Callinicus, hymnus victoriae, ut apud Latinos, *Io paean, Io triumphe*, Athen. Dipnoſophiſt. lib.XIV. c.12., idque praeſertim in honorem Herculis. Iul. Pollux lib.IV. c.14. Euripid. in Hercule furente, ut obſervat doctiſſimus Muretus var. lect. lib.III. c.11:

Τὸν Καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμαζον.

Callinicum cum diis egit; & milites Iuſtinianum Καλλίνικον vocarunt, Procop. belli Perſ. lib.II. Sumebantur ante auguria in ſucceſſione regnorum a nominibus. Victor in Theodoſio; vide & Svetonium Auguſto c.96. Non deſunt viri, qui putent hunc Callinicum eumdem eſſe cum *Calonino*, quem Nanium principem appellat Diaconus lib.XVI. in Iuſtiniano. Adamus Abrenethens collega, & civis meus ſuaviſſimus, olimque periculorum particeps, iam Medicinae doctor, & praepoſitus Gymnaſio Monſpelienſuum, cenſebat, cum nulla eſſet, aut rara apud Hiſtoricos mentio Callinici, eumdem eſſe cum *Calogenito* apud Caſſiodorum lib. X. epiſt.8., & certe mire omnia conveniunt. At ego invenio apud Leontium ſcholaſticum epigramma de imagine Callinici cubicularii:

Κάλλει μὲν νικᾷς κραδίης τόσον ὅσσον ὀπωπῆς,
Τῆς γὰρ ἐπωνυμίης ἄξια πάντα φέρεις.
Decore vincis cordis tantum, quantum frontis,
Nam cognomento omnia digna fers.

Meminit noſter infra num.8.; & lib.IV. n.5:

. . . *Senio fulgens Calinicus honoro.*

84. *Miniſter.* Aſſentior legentibus apud Svetonium Aug. c.2. *avus eius municipalibus miniſteriis*, (olim magiſteriis) *contentus.* Valer. lib. VII. c.3. tit.9. Apul. lib.IX: *Immiſſis itaque lictoribus, ceteriſque publicis miniſteriis angulatim cuncta perluſtrare iubent*; & lib.X: *Donec iuſſu magiſtratuum miniſteria publica annulum ferreum conferunt.* Sen. Octav. dixi infra:

Malus eſt miniſter regii imperii, metus.

95. *Aurati.* Luxuria inſana bracteis aureis aedium faſtigia integebat. Propert. lib. III. eleg. 1:

Quod non Taenariis domus eſt mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes.

Petron. Arbiter in civili:

Aedificant auro, ſedeſque ad ſidera mittunt.

97. Nulla erat huc uſque numerorum diſcretio, argumento liquido multa intercidiſſe.

98. *Aperto.* Sic lib.II. num.3. *divalia tecta ſubibat.* Interior quaedam aedificiorum pars ſubdivalis erat, ſed cave cum *atrio* confundas, aut cum *impluvio*, cum M. Varro 4. de ling. Lat. diſtinguat. Adde quod *atrium* (Gell. lib XVI. c.5.) prima domus pars, *impluvium* vero, aut ſubdivalis ille locus in meditullio aedium. Clare Maro. 6. Aeneid:

Aedibus in mediis, nudoque ſub aetheris axe
Ingens ara fuit.

Feſt. *Genus aedificii ante aedem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit.* Quod intellige ratione porticuum, tres enim porticus extrinſecus ei adhaerebant, inter quas impluvium. Iſidor. lib.XV. c.3., ut omittam in atrio fieri ignem ſolitum, unde *fumoſas imagines* interpretatur recte Britannicus ad ſat.8. Iuven. ſordidas fumo, igne in atrio extincto. Quis autem vidit ignem ſub dio quotidie fieri, niſi ut leones terreantur? Quid quod in atrio *expreſſi cera maiorum vultus*, ut loquitur Plinius, quos liberi, & aperti caeli iniuriae exponere, quam ridiculum! Auſon. in Moſella:

I nunc, & phrygiis ſola conſere laevia cruſtis
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.

L. Apul. lib.V. Metamorph: *Summa laquearia citro & ebore curioſe cavata ſubeunt aureae columnae.* Neque dicas alas tectas per laqueata atria intelligi, nam praeterquam quod nullum adfertur exemplum, M. Cicero ſtat contra, de Praetura urbana: *Conſiderat templum, videt undique tectum pulcherrime laqueatum.* Plura diſquiſivi ad illud Claudiani lib.II. in Ruffin:

. . . *Purpureis effulta columnis — Atria.*

Adde & velis tegi ſolita atria in laetitia. Infra lib. III. num.6.

108. *Refluas.* Virgil. 4. Georg. v.262. *Refluentibus undis*, at dictio elegans, *refluus*; uſurpat Claudianus lib. I. in Ruffin. *refluis incertius undis*, ſic enim legitur in editionibus Plantiniana, & Gryphiana, ex membranis Pulmanni, licet Codex meus exaratus calamo, Venetus, & Delrii *flavis* legant; at ſine controverſia eſt de 3. Honorii Conſul:

Tethyos alternae refluas calcavit arenas.

Et numero ſequenti infra, *refluus amnis.*

111. *Gemini.* Expreſſum a Claudiano lib. I. de raptu:

. . . *Geminoque facis commercia mundo.*

122. *Premens digito.* Indicem, ſive δεικτικὸν intelligi, quem digitum ſilentium imperantes ori admovebant veteres, idemque dicitur à nonnullis, *ſalutaris*, quod rem ſaluti maxime conduci-

ducibilem, ſilentium denotaret. Lilius Giraldus dialog.2.; quo ſenſu Iuven. ſat.1:

Cum venit contra, digito compeſce labellum.

Praeſides taciturnitatis Dii, apud Aegyptios Harpocrates, apud Romanos Angerona, *ſimulacra ore obſignato habebant*. Plin. lib.III. c.5., & ex eo Solinus Polyhiſtor. c.1. Ovid. lib.X. Metam:

Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet.

Auſon. epiſt.25. ad Paullinum:

Aut tua Sigalion Aegyptius oſcula ſignet.

Mos indicendi ſilentii optime ab Apuleio exprimitur lib.I. Mileſ: *Digitum pollici proximum ori admovens, & in ſtuporem attonitus, tace, tace, inquit.* Simpliciter dixit Martian. Capella lib.1I. de nupt. philol., & Mercurii: *Digito ſalutari ſilentium commonebat.* Vide Iulium Pollucem lib.1I. c.4. n.32.

Ibid. *Dextra.* Imitatus eſt Lucanum lib.I. Pharſaliae, ubi Caeſar .... *tumultum*

Compoſuit vultu, dextraque ſilentia fecit.

Ex eodem Perſ. ſat.4:

Fert animus calidae feciſſe ſilentia turbae
Maieſtate manus.

Ael. Spartian. in Iuliano Aug: *Manu eos ſemper placare cuperet.* Locus eſt elegans apud Heliodorum Aethiopicon lib. X: Καὶ ὅτι κηρύκων σιγὴν ἐπιταττόντων ἐπαΐοντας; ὅτι τὸ φίλημα τοῦ Τεράχου σφοδρῶς ἐκφαίνοντας, τὴν χεῖρα προτείνας, καὶ κατασείων, πρὸς ἡσυχίαν τὸ κλυδώνιον τοῦ δήμου κατέστελλε. *Et neque praecones ſilentium audientes imperantes, manu protenſa ſilentium denuncians, commotionem vulgi in tranquillitatem compoſuit.* Auguſtus *vultu manuque indecoras adulationes repreſſit.* Sveton. c.53. Iuppiter apud Ovid. lib.I. Metamorph:

... Voce manuque — Murmura compreſſit.

Stat. lib.I. Thebaid: *Veniam donec pater ipſe ſedendi*
Tranquilla iubet eſſe manu.

Dixi ad illud de bello Gildon. apud Claudian:

... Sacrum dextra ſedare tumultum.

Adde principibus ſtatuas equeſtres, pedeſtreſque, ſed maxime equeſtres, dextra protenſa erigi ſolitas, ad imperium ſignandum, ut olim Romae memini videre. Serv. ad illud 8. Aeneid:

Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

De Domitiani equeſtri ſtatua Papin. lib.I. Sil.1:

Dextra vetat pugnas.

124. *Aggere.* Agger eſt moles aquae obiecta ad prohibendum fluviorum mariſve egreſſum; ex IC., & aliis docuit eruditiſſimus Savaro ad Sidonium ſuum lib.I. ep.5., & ad carm.2. Adde Caſſiodorum lib.IX. epiſt.6., & poëtas, Claudianum de 6. Hon. Conſul:

Excipiunt arcus, operoſaque ſemita ductis
Molibus.

Ovid. lib.III. de Arte:

Nec quia caeruleae mole fugantur aquae.

Lucan. lib.II: — *ſed molibus undas,*

Obſtruit, & latum deiectis rupibus aequor.

Valer. Flacc. Argonaut. 1:

... Longo moles non pervia ponto.

137. *Cura.* Iuſtinianus dedit palatii curam nepoti Iuſtino, qui ideo *Curopalates* dictus. Diacon. lib.XVI. Cedrenus, & alii. At eo ſummum adepto imperium, Baduarius gener, vel Biduarius, ut dicam, id muneris ſortitus. Infra lib.II. n.7:

Diſpoſitorque novus ſacrae Baduarius aulae,
Succeſſor ſoceri, vocitatus cura palatii.

Id officii diu ante haec tempora. Sidon. Apollin. carm.23. Savaro ibi:

Intra aulam ſoceri mei expetitus,
Curam cum moderatus es palatii.

Huius munus erat, ut *aurea virga decoratus, inter obſequia numeroſa; ante pedes regios primus incederet.* Caſſiodor. lib.VII. epiſt.5., & apud illum *cura palatii*, ut hic; ego vero, cum & carminis lex non obſtet, & vocabulum hoc aevi, quo iſta ſcribebantur, ſit uſitatiſſimum, putavi legendum:

... Vocitatus Curopalates.

Et ſane quem Zonaras κουροπαλάτην tom.III. in Iuſtino, in Leone Iſauro, & in Stauratio appellat, *curam palatii* vocat Ammianus lib.XXXI., ut certum ſit idem eſſe. Notat maximus Briſſonius, & monuit me vir acerrimi iudicii, & multiſciae in graecis, latiniſque lectionis, Fr. Sizaeus Santo, *curam palatii* nominari ab Honorio Aug. l. VII. C. de comit. & trib. ſcholar. l.XII.

141. *Te ſine.* Formula frequens notata Savaroni maximo ad Sidonii ſui carmen 7. Adde Q. Curtium lib VII: *Multa ſine rege proſpere, rex ſine illo* (Parmenione) *nihil magnae rei greſſerat.* Maecen. Cilnii:

...... Nihil ſine illo,
Laetum mens mea iam putabat eſſe.

Valer. Flacc. lib.VIII:

... Tetigiſſent littora patris — Te ſine.

Claudian. de 3. Hon. Conſulatu:

... Quid enim per praelia geſſi — Te ſine?

144. *Petivit.* Imitatus eſt Theodoſium Auguſtum ibidem loci, moriturum:

Me vero quoniam caeleſtis regia poſcit,
Tu curis ſuccede meis.

149. *Lumen.* Pro principatu, aut qualibet eminentia. Gudelina Theodorae Auguſtae, *quia vos abunde fulgetis* (Caſſiodor. lib.X. epiſt.21.) *nobis libenter de proprio ſplendore impertiamini, cum damnum non eſt lumini alteri de ſua claritate largiri.* Infra lib.III. num.2. *lumenque ſecundum ... Hanc dicunt.* Claudian. in Praefat. ad Conſul. Manlii in Codice Veneto antiquiſſimo:

Lumina Romani, maieſtatemque Senatus.

At in Ms. meo, Plantin., Gryphian., Collin., & aliis omnibus, *culmina* habetur. Auctor conſolationis ad Liviam:

Non eadem vulguſque decent, & lumina rerum.

Stat. lib.V. Sil.2:

Obſcurum proavis, nec priſcae lucis egentem.

Thaeetetus vetus poëta:

Τοῦτον Ἰταλικὸν τομικὸς φάος εἶπεν ἰδέσθαι
Ῥώμη, καὶ Βαρόν.

Hunc

Hunc Iulianum legum ſcientiae lumen dixere videntes

Roma, & Beroë.

154. *Orabat*. In antiquo Codice erat, *ornabat*, male; nam preces Senatus ad eum delatas ſignificat. Imitatus Statium lib.IV. Sil.2:

... Precibuſque Senatus — Permittes hunc ſaepe diem.

159. *Verbaque narrantis tacite firmabat amici*. Apud Graecos ἱστορεῖν eſt *narrare*, & hiſtoriam vocavit Theophilus πεζὸν λόγον *pedeſtrem orationem*. Adi Horat. lib.II. od.12. Marcilium in Comment. ad lib.IV. Inſtitut. Imperial. tit. 4. §. 1. *Narrantis* igitur, id eſt loquentis. Ovid. 1. epiſt. heroid:

Narrantis coniux pendet ab ore viri.

162. *Pectus*. Sic repoſui, cum inſtar monſtri legeretur *fletuſque*; quod ſi non placet *pectus lacrimis madere*, lege *vultus*; lib.IX. Aeneid:

... Vultum lacrimis, atque ora rigabat.

172. *Regalia*. In comitatu funebri nec annulos, nec purpuram, nec ulla omnino inſignia publica geſtabant. Tacit. lib. III. Annal. in funere Germanici: *Collucentes per campum Martium faces, Magiſtratus ſine inſignibus, miles cum armis*; atque hoc eſt *publicum funus*, nempe cum publicus eſt omnium luctus. Flor. epitom. lib.CXIX., & Livius ipſe 3. dec. lib.X. in fine. Egregie, nec minus docte diſputat M. Vertran. Maurus. Auctor conſolationis ad Liviam:

Luctus ut in Druſo publicus ille fuit.

Explicat poſtea eum luctum:

Iura ſilent, maeſtaeque tacent ſine vindice leges:
Conſpicitur toto purpura nulla foro.

173. *Proſtrata*. Allabi genibus, pedes amplecti miſerorum eſſe, tritum eſt. Tibull. lib. I. eleg.9. Numero ſuperiore, *dabat oſcula plantis*. Maſſilienſium hic mos, Caeſar. lib. II. de bello Gallico: & Perſarum, Curt. lib.IV. de Darii matre, & uxore: & Graecorum, Ovid. epiſt.3:

Et iacet ante tuos Graecia maeſta pedes.

Poenitentiae indicium id. Plin. Iunior lib. IX. epiſt.21. Denique ſalutantes Principes oſculabantur pedes. Iul. Capitolin. Maximin: *Dii prohibeant, ut pedibus meis ferat oſculum quiſquam ingenuorum*. Mart. lib.X. epigr. 72:

Pictorum ſola baſia te regum.

Apud Romanos, qui in gratiam rediiſſent, pedes oſculabantur.. Sen. lib.II. de benefic. c.12. Uſitatiſſimum hoc Byzantii: nam Imperator Conſtantinopolitanus habebat calceos εἰς τὰ περιπάτους, καὶ τὰς προσκύνησεις, inquit Curopalates, id eſt, *ad ambulationem, & adorationem.*

181. *Urbis*. Infra hoc libro num.14., & lib.III. num. 2. *ſpes urbis & orbis*. Imitatus Ovidium 1. Faſtor:

Romanae ſpatium eſt urbis & orbis idem.

Et lib.I. de Arte:

... Ingens orbis in urbe fuit.

Claudian. lib. II. de laud. Stilich. in principio: *qualibus orbem moribus frenet*, ſic enim legitur in Ms. Bongarſiano, & Veneto Codice vetuſtiſs., in aliis Plantin., Gryph., Delrii, *urbem* pari ſenſu.

185. *Regnantibus*. Non exſcribo mythologos de aetatum differentiis differentes; notum enim eſt, bonorum principum imperia aurea cenſeri, malorum ferrea. Infra lib.III. num.2. Claudian. lib.II. de laud. Stilic. in fine:

En cui diſtulimus melioris ſaecla metalli.

Sen. Apocolocynt. de Nerone:

Aurea formoſo deſcendunt ſaecula filo.

Hi quidem de bonis Principibus; de malis, Tiberio, innominatus Poëta apud Svetonium c.59:

Aurea Saturni mutaſti ſaecula, Caeſar,
Incolumi nam te, ferrea ſemper erunt.

Domitiano, Iuvenal. Sat.13:

Nunc aetas agitur, peioraque ſaecula ferri
Temporibus.

Quae diſtinctio metallorum naturam exprimit: Artemidor. lib.I. c.52: Τὸ δὲ εἰς σίδηρον μεταβάλλειν συμφορὰς ἀτλήτους σημαίνει, σιδηρέους γὰρ λέγομεν τοὺς πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας. *In ferrum permutari, calamitates intolerabiles deſignat, ferreos enim vocamus, qui multa mala tolerant.* Adi Heſiodum, & Ovidium 1. Metam.

195. *Movet*. Sic iuſſi excudi, cum antea eſſet, *monet*.

198. *Gallorum*. *Nocturnarum horarum vocaliſſima avis gallus*. Suid. in ἐγρήγορσις. Achmes Oneirocrit. c.294., Artemidor. lib.II. c.47., Tull. Orat. pro L. Murena: *Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat*. M. Varro περὶ ἐγκωμίων: *Ille ales, qui ſuſcitabat harum Muſarum ſcriptores, an hic quia (legere malim qui) gregem rabularum*. *Avis lucis* Martiali eſt lib.XIV. epigr. ult., *excubitor* Virgilio in Moreto: & tempus illud *gallicinium*, Iſidor. lib.V. c.30. Licet ad ſenſum vulgarem hic cantus gallorum accommodari poſſit, tamen puto alludi ad augurium, quod optimum ab hac ave deſumi conſtat, & videtur id velle, *acuta voce favorem*. Sic Themiſtocli in Xerxem ducenti certa victoria denunciata, Tull. lib. II. de Divinat.: & Baeotiis in Lacedaemonios tendentibus, Plin. lib.X. c.21. Eſt & aliud genus aruſpicinae ex gallis deſumptae, Saresber. Policrat. lib. I. c.13. ex Svetonio Tiber. c.14.; & non omittam infortunatiſſima auſpicia a gallinae cantu duci, Terent. Phormione act.4. ſc.4., ubi Geta prodigia nuptias impedientia recenſet. Riſum movet mihi Donatus:

Anguis per impluvium decidit de tegulis,
Gallina cecinit.

Ad quem ritum L. Apul. lib. IX. Mileſiar: *Gallina per mediam curſitans aream clamore genuino, velut ovum parere geſtiens, perſonabat*, & ſtatim pernicies familiae ſecuta eſt. Clemens Alexandrin., Stromat. lib. VII.

202. *Excubiae primum*. Publica urbis cuſtodia nocturna arcendo incendio olim excubiae (ἡμεροβίγλιον Curopal.) dicta, Paullus IC. lib. I. ff. de

ff. de offic. Praef. Virgil. IX. Aeneid. *vigilum excubiis obſidere portas*. Imago eius rei in Svetonii Auguſto c.23., Artemid. lib. III. c.62., at mali Principes miniſterio militum tyrannidem uſurpantes, ſuos ſatellites hoc nomine vocarunt, unde Caſſiodoro lib. XI. epiſt.19. *tyrannorum excubiae*. Claudian. de IV. Hon. Conſul:

Non ſic excubiae, nec circumſtantia pila,
Quam tutatur amor.

Foribus Principum praefixae illae, ut privatorum ianitores. Idem lib.II. de laud. Stilich:

... Quae veſtibulo foribuſque potentum
Excubat.

Dixi ad illud lib. III. de raptu:

Ut domus excubiis incuſtodita remotis.

Propert. lib.IV. eleg.1. Infra lib. III. num.4:

Ingens excubitus divina palatia ſervans.

Adde excubias nocturnas in ſacris Graecis ſolemnes, cuius rei auctor Anacharſis apud Herodotum Melpomene, & Romanis, Valer. lib.I. c.2. tit.1., quo ſenſu accipio illud Valerii Flacci lib.III. Argonaut:

Linquit & undantes menſas, infectaque pernox
Sacra Medon.

203. *Intrantibus*. Expreſſum ex illo Claudiani lib.II. de raptu:

Dominis intrantibus ingens — Aſſurgit Phlegethon.

204. *Vallant*. Callidum hoc Liviae conſilium. Tacit. lib.I. Annal: *Acribus cuſtodiis domum, & vias ſepſerat, laetique interdum nuntii vulgabantur, donec proviſis, quae tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem eadem fama tulit.*

210. *Datum*. Sic legi poteſt, vel *dari*, quod melius, nam in membrana erat, *dare*.

211. *Atque*. Repoſui ſic, cum, *at*, antea eſſet; neque ſane video, cur queratur Aſſagrius tamquam de turbato verſuum horum ordine, cum mihi, ut diſtinxi, ſenſus ſit manifeſtus, & legitima cohaeſio.

212. *Arcem*. Exprimit officium, nam Iuſtinus Tiberium Thracem excubitorum comitem fecit, & nomine Caeſaris extulit, ſibique heredem deſtinavit. Suidas. Id factum IX. anno imperii Iuſtini, Paul. Diac. lib.XVI.: alii contendunt, anno XIII. Cauſſa communicati cum eo imperii, quod Iuſtinus in gravem morbum incidiſſet, Evagr. lib.V. c.11., & Hormiſda Perſarum rex Arimardanem ducem Romanam regionem praedari iuſſiſſet. Vide infra lib.IV. num. ult. Regnavit autem Tiberius ſolus annis VI., menſibus decem, diebus octo, vel, ut alii volunt, annis VII., aut annis tantum IV. Vide hiſtoricos.

219. *Iuvenis*. Legebatur, *hic eſt iuvenis*, ſed legendum, *Hinc eſt quod iuvenis*, aut *Hinc etiam iuvenis*.

224. *Vocans*. Non placet, & forte eſt, ut poſſit legi, *notans*, *volens*, *videns*.

226. *Feretro*. Sandapilis olim efferebantur damnati. Mart. lib. VIII. epigr. 75., lib.X. ep. 5. Sveton. Domitiano c. 17. *corpus populari ſandapila per veſpillones exportatum*. Fulgent. ad Chalcid. *Loculum* vocat, *non in quo nobilium corpora ſed in quo plebeiorum, & damnatorum cadavera portabantur*: Feretrum, principum, civiumque quod ſupra capita feratur. Iſidor. lib.XX. c.11., Lucan. lib.VIII:

Ut Romana ſuum geſtent pia colla parentem.

Stat. lib. II. Sil.1. *puerile feretrum produxi*. Et 6. Thebaid: *Puerile feretrum — Texitur.*

237. *Compoſitum*. Verbum ſolemne funeri. 2. Aeneid. *poſitum corpus*. De collocatione hac cadaverum, lumen ſume a duplici eruditionis ſole, Iuſto Lipſio Elect. lib. I. c.6., Theodoro Marcilio ad Perſ. ſat.3. *compoſitus lecto*.

242. *Purpurea*. Tegi ſolita cadavera notum, Virgil. lib.IX. Aeneid: *Vulnera lavi — Veſte tegens*; At Imperatores, ut vivi erant ornati, ita mortui eumdem habitum ſervabant. Paullo ante, *ſervant inſignia vitae*. Purpuram cadaveris ornamentum fuiſſe Stat. lib. II. Sil.1. oſtendit:

... Purpureo triſtis rogus aggere crevit.

Etiam heroicis temporibus, apud Homerum XXIV. Iliad. Troades

Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν.
Purpureis peplis obtegentes mollibus.

Stat. 6. Thebaid: *Tyrioque attollitur oſtro molle ſupercilium*. Claudian. lib.II. in Ruffin., ubi multa mihi dicta:

Et qui Sidonio velari credidit oſtro.

Sic omnes Codices: at in Ms. meo: *Qui ſe Sidonio velandum credidit oſtro*. Flac. lib. III:

Collocat Aeſonides, celſoque reponit in oſtro.

Purpura una cum cadavere comburebatur. Valer. lib.V. c.5. tit. ult: *Pretioſa veſte opertum rogo impoſuit*. T. Liv. 4. dec. lib.IV: *Purpura viri utantur, nec ut vivi tantum habeant inſigne, ſed ut cum eo crementur mortui*. Adi Svetonium Iulio c. 84., & Propert. lib.IV. eleg.7. Stat. VI. Thebaid:

... Crepitant gemmae, atque immane liqueſcit
Argentum, & pictis exſudat veſtibus aurum.

252. *Cunctos*. In antiquo Codice, *tantos*. Aſſagrius *cunctos* vult, nam *tantos* dixiſſe barbarum: ſed non video, cur debeat a recepta lectione recedi, maxime cum latinum ſit *tantos linquis alumnos*; & Corippus eamdem formulam uſurpet lib.II. num.2: *populos mihi credere tantos*.

254. *Avares*. *Arabes* erat excuſum antea, nullo ſenſu; neque enim ullum Arabiae a Iuſtino indictum bellum, ſed *Avares* ſuperatos oſtendam lib. III.

Ibid. *Gepides*. Male antea & hic & in Praefatione, *Gypides*, legebatur. Vide quae mihi ad illum locum ſunt dicta.

272. *Conſors*. Sophia uxor Iuſtini, Theodorae Aug. neptis. Haec & latino vocabulo Sapientia a Corippo ſaepe appellatur lib.I. n.1., & 15., lib.IV. n.4. coronata haec una cum marito, & inaugurata, ideo conſors Imperii lib. II. num.2:

Ipſa etiam ſummi cuſtos Sapientia regni.

Imitatus Claud. lib.III. de laud. Stil:

Conſors imperii virgo.

Et num. 8:

Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors.

Vel ſimpliciter *conſors* eſt *uxor*; Iul. Firmic. lib.III. c. 8. *Sed hi mulieres ſtupratas ſortientur uxorem.* L. Apul. lib.IX. *peſſimam ſortitus coniugem*. Caſſiod. lib.VIII. epiſt.9: *Iunctus Amalo generi nobiliſſima tibi facta conſortia*; & apud Plautum in prologo Caſinae, comoedia Clerumeni, ſeu Sortientes vocatur, quod in ea Chalinus ſervus, & Olympio villicus ſortiuntur, cuius futura ſit uxor. Helena Paridi apud Ovidium in epiſt:

Sed ſine, quam tribuit ſortem Fortuna, tueri.

Sen. Octavia, ſi modo ille auctor, act. 2:

Sortita fratris, more Iunonis, thorum.

Ne quis putet tantum poëticas, aut abuſivas loquendi formulas, ſciat tiro ſic loqui IC. Ulpian. lib.II. de officio Conſulis, *huiuſmodi conditionis uxorem ſortiturus ſit*. Idem, *Senatorum filiae* (lib.VIII. ff. de Senat.) *quae viros clariſſimos ſortitae ſunt*. Sed quis ille ſit in manu conveniendi modus, fateor me neſcire, agerem gratias exponenti. Illud Svetonii Tiber. c.35. *uxorem pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet.*

277. *Iuſtinianorum ſeries ubi tota laborum*. Trabeam conſularem deſcribit, in qua maiorum effigies acu pictae, Auſon. Gratiar. act: *Palmatam tibi miſi, in qua divus parens Conſtantius intextus eſt, haec plane, haec eſt picta, ut dicitur, veſtis non magis auro ſuo, quam tuis verbis*. Et poſt: *Conſtantius in argumento veſtis intexitur, Gratianus in muneris honore ſentitur*. Claudian. lib.II. de laud. Stil:

. . . . Gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas, inſigne Minervae
Spirat opus, rutilis hic pingitur aula columnis,
Et ſacri Mariae partus Lucina dolores
Solatur.

Omnia mire huc quadrant. Vide locum. Auro igitur intexto hiſtorica rerum ſeries exprimebatur, ad modum picturae; inde veſtis ea *toga picta* vocata. T. Liv. 1. Dec. lib.X: *Cui deorum hominumve indignum videri poteſt, quos vos ſella curuli, toga praetexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali honoratis, pontificalia ornamenta adiicere?* Feſt. lib.XIV. in *picta*. Ovid. lib. II. Ponto el. 1:

Claraque ſumpturum pictas inſignia veſtes.

Auſon. Ed. II. IV. protrept. ad nepotem:

Ut trabeam, pictamque togam, mea praemia, Conſul
Induerer.

Lucan. lib. IX. Civilium:

. . . Pictaſque togas, velamina ſummo
Ter conſpecta Iovi.

Turnebus putat lib.V. c.9. idem eſſe tunicam palmatam, & togam pictam: quod non admitto. Florus lib.I. c.5. utramque veſtem inter ornamenta triumphalia, ut diſtinctam ponit, & Verrius apud Plinium lib.XXXIII. c.3. Iul. Capitol. Gordianis: *Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam habuit*. T. Liv. III. Dec. lib.X: *Maſiniſſam aurea corona, aurea patera, ſella curuli & ſcipione eburneo, toga picta, & tunica palmata donat*. Si plura cupis, lege Macrobium lib.I. Saturnal. c.9., Flav. Vopiſcum Aureliano, Martialem lib.VII. epigr.1., Sidonium carm.5., & alios. *Clavata* haec eadem, ſive clavis erat distincta aureis, argenteiſque, Feſtus loco citato, & lib. III. in *Clavata*. Ulpian. IC. lib.XXIII. ff. de auro, & argento legatis. Iuvenal. ſat.X:

. . . Offendere tot caligatos
Millia clavorum.

Qui locus hactenus criticis inanimadverſus, inſigniter reſtitui poteſt ope manuſcripti antiquiſſimi, in quo clare ſic concipiebatur:

. . . Offendere tot caligas, tot
Millia clavorum.

Recte procul dubio: prior lectio phraſi graeca, placuit magis claro viro Iohan. Cordano IC., & ſodali mihi unice dilecto.

278. *Auro*. Legebatur ante, *necto auro*, nullo ſenſu. Puto legi poſſet *nexo auro*, id eſt *intexto*, aurum enim admiſceri ſolitum imperatoriis trabeis multis oſtendi ad illud Claudian., quae non hic exſcribenda:

. . . . Graves auro trabeas.

281. *Acu*. Notum ex Plinio, Iſidoro, & aliis, *Phrygiones*, dictos *omnes* qui acu pingerent, quod prima eius rei illis debeatur inventio. Titinnius Barbato:

Phrygio fui primo, beneque id opus ſcivi,
Reliqui acus, aciaſque hero, atque herae noſtrae.

Valer. Flac. Argonaut. lib. I:

Illic ſervati genitoris conſcia ſacra
Preſſit acu.

Lucan. lib. X:

Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Solvit.

287. *Fruges*. Alimenta urbi Romae ex Africa convecta. Ael. Spart. in Peſcen: *Ne Africam occuparet, & fame populum Romanum perurgeret; & videbatur id facere poſſe per Libyam. Aegyptumque vicinas Africae*. Prudent. lib. II. in Symmach:

Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tibris
Mittere triticeos in paſtum plebis acervos.

Egregia I. Lipſ. ad 2. Annal. Claudian. de laud. Serenae:

. . . Phariae ſegetes, & Punica meſſis
Caſtrorum devota cibo.

Diſcuſſa tum aliis, tum mihi, ut ſpero, ad illud de bello Gildon.

Stabat certa ſalus, Memphis ſi forte negaſſet,
Penſabam Pharium Getulis meſſibus annum.

Ibid. Pinxerat, inquit, Africam ſuppeditantem annonam, & victoriam, ſuperato Gelimere, offerentem: idem enim laurum ferre, atque triumphari. Viris magnis placuit haec ſententia, ſunt tamen Graeculi quidam, & anſeres ſtrepentes inter olores, qui ſolo contradicendi ſtudio,

pagi-

paginas in contrarium ſuffarciant. At veritas hiſce teſtimoniis convincitur, Taciti Annal. I. *adſequi nomen imperatorium, & deportare lauream poſſet*, id eſt triumphare; ut maximus Lipſius interpretatur, ex Plinio, Seneca, Obſequente, & Pacato. Adde praeter Ovidium lib. IV. Triſt. eleg. 2., Martialem lib. II. epig. 2., Stat. lib. IV. Sil. 1:

Nondum gremio Iovis Indica laurus,
Nondum Arabes Sereſque rogant

M. Lucan. lib. VIII:

... *Aut ſacras poſcunt Capitolia laurus.*

Sil. Italic. lib. XV. Punicor:

. . . . *Dabit ille coronam*
In gremio Iovis exciſis deponere Poenis.

Itaque India tentanda Domitiano, oriens Pompeio, Africa a Scipione domita nomen triumphi non meruere. At Svetonius Nerone c. 13. ait: *Eum ob adventum Teridatis in urbem, Imperatorem ſalutatum, lauream in Capitolium latam: & nemo ſanus eum triumphaſſe dixerit propterea.* Non igitur ſanus ipſe Tranquillus, qui ibidem ſubdit: *Eum caeruli apud roſtra ſediſſe triumphantis habitu.* Certe ergo, ut triumphus non fuerit, triumphum videri volebat Nero. Dixi multa ad illud Claudiani de bello Gildon:

Auctoremque ſui praecoenit laurea belli.

288. *Brachia.* Statuam Romae, qualis poni ſolebat, deſcribit; erat enim clypeo, haſta, & galea inſignis, & aperto, diſcinctoque ſinu, *quaſi mater liberos vocans ad alimenta praebenda.* Caſſiodor. lib. II. epiſt. 1. Sidon. Apollin. carm. 2:

Sederat exerto bellatrix pectore Roma.

Plura egregius Savaro.

298. *Pennis.* Famae datas a poëtis alas notius eſt, quam ut explicari debeat, tamen apponam illuſtrium quaedam loca auctorum. Ammian. Marcellin. lib. XVIII. *Credimus (neque enim dubium eſt) per aërios tramites Famam praepetem volitare.* Omitto Virgil. IV. Aeneid., Claud. de bello Getico:

Famaque nigrantes ſuccincta pavoribus alas.

Lib. II. de laud. Stilich:

... *Fama loquacibus alis — pervolat Oceanum.*

Et de Manlii Conſul:

... *Celeri iam fama volatu.*

Valer. Flac. lib. V:

Fama per extremos quin iam volat improba manes.

Papin. lib. V. Thebaid:

Fama recens geminos alis complexa tumultus.

Et lib. II:

... *Totis perfundit moenia pennis.*

Sil. Ital. lib. VI:

Interea pavidas perfuſa cruoribus alas,
Vera ac ficta ſimul ſpargebat Fama per urbem.

Mart. lib. X. epigr. 3:

Quos Rumor alba gemmeus vehit penna.

Id datum celeritati admirandae, quae interdum contingit in rebus denunciandis. Ovid. lib. VI. Faſtor:

Rumor, ut eſt velox, agitatis pervolat alis.

Sed quid tam multis, inquies, opus, in re tam facili, & omnibus obvia? Ego volui delectum tironem facere, dum eminentiores videret eamdem rem dicere; interea corrige Lucilium, cuius verſus apud Nonium foede corruptus:

. . . . *Sicubi ad aures*
Fama tuam pugnam claram allatam dicaſſet.

Sic indubie legendum:

. . . . *Sicubi ad aures*
Fama tuam pugnam claram alata dicaſſet.

306. *Moras.* Imitatus eſt Virgil. IV. Aeneid:

Caſtigantque moras, opere omnis ſemita fervet.

313. *Serpit.* Ex Virgilio hoc expreſſum etiam lib. XII. Aeneid:

... *Serpitque per agmina murmur.*

314. Neſcio, cur hic debeat deſcribi Circus, & Circenſes celebrari lib. II. Suſpicor turbatum opus, nec ſuo loco ſingula eſſe, ſed tamen nihil mutare volui, contra fidem Codicis, quem ſequebar.

316. *Equos.* Suidas, ἀςέρων τὸ τέθριππον, *ſtellarum quadriga.* Id eſt currus ſolis; & ſol Pindaro Olym. od. 7. ἀρχὸς ἵππων, *dux equorum.* Claudian. lib. I. de laud. Stilich: *Tuis & ſolis equis.* Sed qui ſint, vix conſtat. Homerus facit tres, niſi falſus Codex Hygini, quorum nomina, *Abrax*, *Aſte*, *Therbeeo.* Eumelus Corinthius duos mares ſtatuit, *Eoum*, quaſi matutinum, *Aethiopem*, quaſi flammeum, qui coquat fruges: duas feminas, *Brontem*, quae tonitrua procreat, *Steropem*, quae fulgura. Hygin. in fab. c. 183. Aliis numerantur totidem, ſed diſpari nomine, pari effectu: *Erythreus*, quaſi rubens, quod ſol matutinus rubicundo fit lumine, *Actaeon*, quaſi ſplendens, *Lampos*, quod fulgeat, ubi ad umbilicum diei contrarium aſcenderit circulum, *Philogeus*, quod terram amet; Fulgent. lib. I. c. 11. Notiſſimi ſunt verſus Ovidiani lib. II. Metamorph:

Interea volucres Pyrôus, Eous, & Aethon
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Implevere ſuis.

317. *Quatuor.* Quadriga ſoli ſacra, ob quadripartitas temporum differentias, vel quadruplicem diei horarum effectum, Fulgent. loco laudato. Et quia Circenſes imago ſolis, quatuor equis in iis certatum, res nota. Serv. ad III. Georg:

Quadriiugos agitabo ad flumina currus.

319. *Colores.* Caſſiodor. lib. III. epiſt. 51: *Colores in vicem temporum quadrifariam funduntur, praſinus virenti verno, venetus nubilae hiemi, roſeus aeſtati flammeae, albus pruinoſo autumno dicatus eſt: ſic factum, ut naturae myſteria* (non miniſteria) *ſpectaculorum compoſita imaginatione luderentur.* Solin. c. 47: *Quidam equi cantibus tibiarum, quidam ſaltationibus, quidam facibus accenſis, quidam colorum varietate ad curſum provocantur.* Chriſtodor. Theban: Χρώμασι καὶ πέπλοις συμμετέβαλλε τύχας. *Coloribus, & pannis commutavit fortunam.* Sidon. Apollin. carm. 23.

(ut omittam inſcriptiones infinitas. Mart. lib. x. epigr. 48:)

. . . . Micant colores
Albus, vel venetus, virens, rubenſque.

Ovid. lib. III. Amor. el. 2:

Et volat admiſſis diſcolor agmen equis.

Atque haec quidem prima inſtitutio, nam ſub Domitiano pannus aureus, & purpureus additi. Svet. c. 7.

320. *Studia*. Male ante *ſtadia*. Lib. II. num. 8. *Studiorum gaudia ſurgunt*. Num. 9. *Studiorum iurgia ceſſent*. Sponſiones in Circo, ideo favor in hanc, aut illam factionem pronus. Plin. lib. IX. epiſt. 6: *Favent panno, pannum amant, & ſi in ipſo curſu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur ſtudium, favorque tranſibit*. Ovid. lib. I. de Arte:

. . . Quiſquis erit, cui favet illa, fave.

Lib. III. Amor. eleg. 2:

Favimus ignavo.

Sil. Ital. lib. XVI. Punic:

Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri.

Virgil. lib. V. Aeneid:

. . . Studiiſque faventum — Conſonat omne nemus.

Claudian. de VI. Honor. Conſul:

. . . Flagrat ſtudiis concordia vulgi.

Antiqua inſcriptio, Anticheti aurigae monimentum:

Faviſti vivo forſitan ipſe mihi.

Et Fuſci aurigae vetus item marmor:

Factionis venetae Fuſco ſacravimus aram
De noſtro, certe ſtudioſi, & bene amantes.

326. *Ferrugine dives & oſtro*. Virgil. lib. IX. Aeneid. *ferrugine clarus Ibera*. Servius vult eſſe *purpuram Hiſpanicam*; ex eo Iſidor. lib. XIX. c. 28. Nonius ex Virgilio, & Plauto *colorem ferreum*. Papin. lib. I. Theb:

Ferrugineam frontem diſcriminat anguis.

Prudent. Pſychomachia, pugna luxuriae, & ſobrietatis:

Ferrugineo vernantes flore coronas.

Claudian. lib. II. de raptu:

Tum ferrugineo lacrimas deterſit amictu.

330. *Circulus*. Vel a *circuitu*, Caſſiodor. loco citato: vel a *Circe* venefica, quae prima patri ſuo ſoli ludicrum hoc certamen excogitavit. Iſidor. lib. XVIII. c. 28. Nonius vult omnem ambitum, & gyrum eſſe circum; denique Varro lib. IV. de ling. lat., quod circum ſpectaculis aedificaretur. Claud. de VI. Conſul. Hon:

Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

Sive quod circum metas pompa fereretur, hoc eſt imagines deorum, ut alibi oſtenſum.

332. *Geminas metas*. Non putem, nam unde dimittebantur quadrigae, carcer: quo tendebant, meta dicebatur, de qua re pleni ſunt libri, qui conſulantur.

334. *Referam*. Lacuna hic erat aſteriſcis notata, ſupplevi ſic:

Cecropidem referam.

Ratio manifeſta eſt, nam Cecrops primus Athenienſium rex, cui Cranaus ſucceſſit, qui ab Amphyctione regno vi expulſus, quartus deinde rex Erichthonius. Pauſan. Attic. Hic Vulcano, & Minerva genitus, ſeu verius in terram effuſo a Vulcano ſemine. Eurip. Ione. Iulian. princeps μήτηρ νόσφι τόκων, νύμφη νόσφι γάμων. *Mater ſine liberis, ſponſa ſine nuptiis*. Educatus clam a Minerva in ciſta, pedes habuit ſerpentinos, ut retulit Hyginus Aſtron. poët. in *Auriga*; ut non putem male legi hic poſſe:

Anguipedem referam.

Ut prima lectio regem fuiſſe ſignificet, altera educationis admoneat. Ille vero, *ad pedum deformitatem velandam, primus quadrigam invenit*. Plin. lib. VII. c. 56., & ex eo Iſidor. lib. XVIII. c. 34., Virgil. lib. III. Geog:

Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus
Iungere equos.

335. *Pelopem*. Pleni ſunt fabuloſiſſimi Graecorum Commentarii. Adde non Pelopem ſecundum iunxiſſe equos, ſed in honorem Pelopis Herculem. Stat. lib. VI. Thebaid:

Hunc pias Alcides Pelopi certavit honorem.

341. *Virgine*. Sacrae litterae, doctores, poëtae Chriſtiani, Claudian. epigr., qui verſus meliores ſunt, quam ut ab alio componi potuerint, fruſtraque Damaſo, aut Claudiano Mamerco tribuuntur:

Virginei tumuere ſinus, innuptaque mater
Arcano ſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum.

Et epigr. ſequenti, quod abeſt a meo manuſcripto, ſed tamen eius eſt:

Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti
Iuſſit inire vias.

344. *Circenſia*. Non tantum Romae circus, ſed & novae Romae, quae Byzantium, ſeu Conſtantinopolis dicta. Diacon. lib. XVI: *Venit Conſtantinopolim, & ingreſſus eſt hippodromum*. Ammian. Marcellin. lib. XIV: *Ingreſſus* (Gallus Imperator) *Conſtantinopolim, tamquam de rebus proſperis, & ſecuris, editis equeſtribus ludis, capiti Coracis aurigae impoſuit coronam, ut victoris*. Libro XXII. num. 4: *Mamertino ludos edente circenſes, manumittendis ex more inductis, per admiſſionum proximum ipſe lege agi dixerat*. Huius circi forma, ſitus, obeliſci deſcribuntur ab Honuphrio Panvinio de Circenſibus c. 27. Vide Anthologiam lib. IV. c. 4. epigr. 2., c. 5. epigr. 54., & in limine lib. V. Alibi etiam invenio circos, ut Mediolani. Auſon. urbi. 4:

Amplificata loci ſpecies, populique voluptas
Circus, & incluſi moles cuneata theatri.

346. *Dant*. Sic in excuſo legitur, ſed depravatiſſime:

Dant agmina plauſus, vox omnibus una.

Reponendum:

Agmina dant plauſus alacres, vox omnibus una.

Imita-

Imitatus eſt Martialem Spectac. epig. 3:

Vox diverſa ſonat, populorum eſt vox tamen una.

350. *Buſto*. Plin. lib.x. c.2: *Prodidit Manilius ſeneſcentem caſia, ſurculiſque thuris conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuper emori, ex oſſibus deinde e medullis eius naſci primum ceu vermiculum, inde fieri pullum*. Artemidor. lib.IV. c.49. Oneiroc: Καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ συνθέμενος ἐκ κασίας τε καὶ σμύρνης πυρὰν ἀποθνήσκει. *Et ipſa ſibi faciens ex caſia, & myrrha rogum, emoritur*. Feſt. Avien. deſcript. orbis:

Ales amica Deo largum congeſſit amomum.

Sidon. Apollin. carm.9:

Indo cinnamon ex rogo petitum,

Quo Phoenix iuveneſcit occidendo.

Verane ſit illa vulgi ſententia, diſſerui multis ad illud Claud. in Phoenice:

Et cumulum texens pretioſa fronde Sabaeum
Componit, buſtumque ſibi.

361. *Elementa*. Multa etiam de famulatu elementorum principibus, ad illud de III. Honorii Conſul. . . . . *Cui militat aether:*

Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Stat. lib.IV. Sil.1. Ianus ad Domitianum:

Ipſa meae tepeant tibi ſidera brumae.

364. *Gaudere*. Hic lacuna erat, ſupplevi hoc pacto, manifeſta ratione;

Ipſum quinetiam functi gaudere putares.

IN LIBRUM SECUNDUM CORIPPI

COMMENTARIUS ET CONIECTURAE.

Verſ.2. D*ominus*. Sic vocati Imperatores, quamquam primo nomen illud inviſum reiecerit poſt Auguſtum Tiberius, & Domitianus modo delatum cupidiſſime exceperit, modo recuſaverit. Papin. lib.I. Sil. ult:

Et dulci dominum favore clamant:
Hoc ſolum vetuit licere Caeſar.

Multa ad Symmachi epiſtolas obſervat loca vir eruditus Fr. Iuretus. Claudian. ſaepe, unum locum referam, qui eget correctione, in Praefat. ad lib.II. in Eutrop:

Indomitos vanas luget abiſſe minas.

Reponendum, *in dominos*, ut intelligatur Arcadius, ex fide Codicis mei manuſcripti caſtigatiſſimi, & Veneti antiquiſſimi. Porro Corippus ſemper domini appellationem pro Imperatore uſurpat. Paneg. Anaſt. num.2. lib.I. num.10. n. 12., lib.II. num.7., lib.III. num.7., lib.IV. num.2. Sic *dominus* apud Caſſiodorum, & *δέσποινα* apud Oppianum limine Cynegeticon pro Auguſta.

4. *Oratibus*. Antea iam dixit lib.I. num.9:

Sceptra recuſabat lacrimans.

Svet. Tiber. c.24: *Principatum quamvis neque occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt ut & ſpecie dominationis aſſumpta, diu tamen recuſavit impudentiſſimo animo*; eademque calliditas Tacito lib. I. Annal: *Feſſus clamore omnium, exſpectatione ſingulorum flexit paullatim, non ut fateretur ſuſcipi a ſe imperium, ſed ut negare, & rogari deſineret*. De Auguſto Ovid:

. . . . *Qui ſaepe rogatus*
Frena recuſati coeperit imperii.

De Stilichone lib. III. *de laud. ipſius* Claudian:

. . . . *Ultro ſe purpura ſupplex*
Obtulit, & meruit toties regnare rogatus.

Legebatur in antiquo Codice, *magnis hortantibus auctus*, pro quo legi poſſet *magnis oratibus actus*, ut explicatum, aut, quod vicinius eſt, *hortatibus*.

9. *Ceras*. Iſidor. lib. VII. c.12: *Ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis*: quando evangelium legendum eſt, aut ſacrificium offerendum, tunc enim luminaria accenduntur, *non ad fugandas tenebras dum ſol eodem tempore rutilet, ſed ad ſignum laetitiae demonſtrandae*. Antiquiſſimus ergo cereorum uſus in divinis ſacrificiis. Infra num.2:

Oblatis ceris altam remeavit in aulam.

Lib. IV. num.4:

Obtulit & ceras, ſed mitis voce petivit.

14. *Veſtivit*. Q. Curt. lib. VI: *Gignendaeque herbae non alius aptior, quicquid alluit, floribus veſtiens*. Plin. lib. VIII. epiſt.8: *Ripae fraxino multa, multa populo veſtiuntur*. Lib. II. epiſt.17: *Hortum morus, & ficus frequens veſtit*. Claud. de bello Getico:

Protinus, umbroſa veſtit qua littus oliva
Larius.

Congeſſi multa ad illud lib.I. de raptu:

Veſtit iter comitata ſeges.

Adde innominatum poëtam, apud Cicer:

Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier.

Malim *conveſtier*.

18. *Radiis*. Manifeſta imitatione a Sedulio concivi meo deſumptum, ille enim in invocatione:

Qui ſolem radiis, & lunam cornibus imples,
Inque diem, ac noctem lucem metiris utramque.

22. *Rectum*. Sen. de vita beata c.32: *Nec erexit* (Deus) *tantummodo hominem, ſed etiam ut ab ortu ſidera in occaſum labentia proſequi poſſet, & vultum ſuum circumferre cum toto, ſublime fecit illi caput*. Notiſſimi illi ex 1. Metamorph. verſus:

Os homini ſublime dedit, caelumque tueri
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Sil. Italic. lib.XV:

Nonne vides, hominum ut celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumque genus, &c.

33. *Genus*. Mendum indubie, lege, *gens*.

34. *Non quae*. Male ſic legitur: ſic melius, *& quae non*: aut ſic, *& numquam iuſſa*: denique ſic, *& non permiſſa videri*. Elige tu lector.

39. *Poſſe*.

39. *Poſſe*. Imitatur Lucanum lib. I:

Iuſſa ſequi tam velle mihi, quam poſſe neceſſe eſt.

43. *Genitus*. Concipiebatur in veteri exemplari, *genitoque*, ſed male, meo iudicio, nam Trinitatem precibus Iuſtini annuiſſe vult, bene ergo *Parens*, *Genitus*, *& Spiritus Sanctus*, ob Pelagianam haereſim, quae contra maieſtatem Sacroſanctae Trinitatis commenta impia tunc excogitarat.

48. *Matris*. Sophia Auguſta orat B. Mariam Virginem Deiparam, *quae omnes naturae curſus in Domino noſtro Ieſu Chriſto complevit* (verba D. Fulgentii) *ut omnibus ad ſe confugientibus feminis ſubveniret*. Nec mirere templum ei Byzantii ſtructum, cum totam urbem eius protectioni, auſpiciiſque conſecrarit Conſtantinus Auguſtus. Zonar. tom. III. Annal., & illo aevo Apoſtolis dicatas Eccleſias prodat Euſeb. lib. IV. cap. 59., & Martyribus D. Auguſtin. lib. I. Civit. Dei c. 1.

72. *Proles*. Quae ſit haec non comperi, nam nulli Iuſtino liberi, niſi uxor Biduarii infra: nullus Imperii heres. Forte proles aliqua adoptiva.

73. *Plenam*. Imitatur Claudian. Epithal. Hon., & Mar:

Haec modo creſcenti, plenae par altera lunae.

78. *Matris*. In arboribus mares eſſe, & feminas paſſim apud Plinium eſt legere, & viri docti notarunt ex Luciano, & Philoſtrato; quod vero, *veluti mulieres, ad partus certos habeant dies*, eſt ex Varrone *Rei Ruſt.* lib. I. c. 44. Bene ergo *matrem* dixit Virgil. lib. II. Georg:

. . . . . . *Veluti Parnaſſia laurus*

Parva ſub ingenti matris ſe protegit umbra.

Ex quo Claudian. in epithal. Hon., & Mariae:

. . . *Ceu forte minor ſub matre virenti — Laurus.*

80. *Novis*. Turbare legebatur, *Aequiparet novis*, contra ſenſum, & carminis leges.

88. Habuit hunc verſum ante oculos e Claudiano lib. II. de raptu:

Parthica. quae tantis variantur cingula gemmis

Regales iunctura ſinus.

Inter ornamenta regia, ſive Imperii inſignia erat *baltheus*, quem alii vocant *cingulum militare*, quod infra hic eleganter deſcribitur:

Nobilibus gemmis, & collo lucidus auro

Baltheus.

Et lib. IV. num. 3:

Auro lucebant cingula mundo.

Aurum hoc, & geminae in baltheo militari *bullae* dictae Virgilio ad finem lib. XII. Aeneid. Duplex eius uſus, ad ornatum, tutelamque, Perſ. ſat. 4: *Lato baltheus auro protegit*. Valer. Flacc. ad finem lib. V. Argonaut: *Quem baltheus aſper ſubligat*. Hinc *aurati*, *& conſtellati* dicuntur Pollioni in Gallienis, & Papinio initio VI. Thebaid. *cinctus ſonantes*. Sen. Herc. fur. act. 2. choro:

Aurato religans ilia baltheo.

Notum ex IC. militaria privilegia per cingulum notari, exauctorationem per cinguli ademptionem. Claudian. lib. II. in Eutrop:

Militiam nullam, nec prima ſuperbus

Cingula dignari.

Idem in ſatisfactione ad Hadrianum Praefectum Praetorio:

Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis.

Id eſt detrahe mihi cingulum, & ius militandi ignominioſa miſſione exauctorato. Adde in cingulo geſtatos enſes, Iohan. Saresbrienſ. lib. VI. c. 13. *honorem gladii in militari cingulo fruſtra portat*. Sidon. Apollin. carm. 2:

. . . . . . *Bullis hoſtilibus aſper*

Applicat a laeva ſurgentem baltheus enſem.

93. *Aethra*. Erat in vetuſto Codice *aethere*, mendum librarii.

94. *Viſo*. Hoc quoque corruptum erat, & *viſu* legebatur: pari inſcitia, *diem*; & illud depravatum, bene reſtitutum *die* pro *diem*.

97. *Gradiuntur*. Viderat Aſſagrius in manuſcripto exemplari, *gradantur*, ille reſtituit, *gradiuntur*, nullo, ut puto, ſenſu; quis enim umquam audivit *gradum in luminibus*? reponi poſſet, *gratantur*, niſi idem eſſet *gratari*, ac *gradari*; veteres quippe uſurpabant *d*, pro *t*, quod ab erudito viro Iohanne Meurſio obſervatum video: ut e contra *t*, in *d* mutatur, Ioſ. Scal. ad Feſtum.

104. *Surae*. Antiqua calceamenta ſuras uſque pertingebant, res nota ſatis, ſed tamen citabo nobiliſſimos auctores. Virgil. lib. I. Aeneid., unde haec ſumpta videntur:

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Calphurnius Flaccus ecloga 1:

Purpureo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Livius Andronicus, qui primus, teſte Cicerone, fabulam Romae exhibuit, apud Terentianum Maurum:

Et iam purpureo ſuras include cothurno,

Preſſaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra,

Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.

Horat. lib. I. ſat. 6:

. . . *Nigris medium impediit crus pellibus.*

Sidon. Apoll. in carm. 2:

. . . . *Concurrentibus anſis*

Vinclorum pandas texunt per crura catenas.

105. *Vinclis*. Subere ſublevatis cothurnis, anſae quaedam per crus tendebantur, ut firmius haererent, Sidon. Idem lib. VIII. epiſt. 11:

. . . . *Atque vinculorum*

Concurrentibus anſulis, reflexa

Ad crus per cameram catena ſurgat.

Ovid. lib. III. Metamorph:

Vincla duae pedibus demunt.

Manil. lib. IV:

Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.

Feſt. lib. I: *Amenta, quibus vinciuntur ſolearum lora*. Scholiaſtes vetus Iuvenalis ad Sat. 5: *Calcearii cum feſtinant, & anſas caligarum praetereunt nonnullas*. Tibull. lib. I. eleg. 5., 6., & 8., Ovid. lib. II. Faſtor: *Vincula ſcindebant pedes*, & lib. III. Faſtor: *Vincula plantae*,

plantae, & lib.v. Faſtor: *Pedes nulla habent vincula*, ut anſae, vincula, & lora eadem ſint. De magico ſacri ritu Flac. lib. III. Argonaut. ex IV. Aeneidos Maronianae:

Ducit & ad fluvios, & vincula ſolvere monſtrat
Prima pedum.

Denique Petronius Satyr: *Atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum reſolvit, ac trahit.*

111. *Solis*. Principum calcei diſtinguebantur ab aliis pretio, & colore, nomine, & forte materia, nam hic *molliſſima tergora*. De pretio certum, nam in Caeſarum ſoleis gemmae ſculptae optimorum artificum manibus, de Carino notat Fl. Vopiſcus, de Heliogabalo Iul. Capitolinus, de Diocletiano Eutropius, de Caligula, qui primus, ut puto, id geſtaminis inter Romanos uſurpavit, Plinius, & Svetonius loquuntur. Color muliebrium calceorum albus, Apul. lib.VII. Mileſ., ut & venalium ſervorum, Plinio, Iuvenale, aliis: Senatorum nigri, Horat. ſupra, Iuven. ſat.7:

Appoſitam nigrae lunam ſubtexit alutae.

Auguſtorum calceamenta Byzantii purpurea, proprie *campagi* dicebantur. Iul. Capitol. Maxim. Iun: *Calceamentum eius, id eſt campagum regium quidam poſuerunt*. Trebell. Pollio Gallien. *Caligas gemmatas annexuit, cum campagos reticulos appellaret*. Idem valent Zancae, ſeu *Tzancae*, ut ex Cod. Theodoſ. notat Iac. Cuiac. lib.XXI. c.28. obſervat. Curopal. Tzaggia vocat, in quibus lapilli, & margaritae, & alio loco τζάγκαι uſurpat, dictionem eſſe Turcicam vult Iunius, atque his ſoli Imperatores utebantur.

117. *Fuſa*. Imitatur Claudian. lib. II. de raptu:

Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu,
Poplite fuſa tenus.

120. Dixi ſupra, poſitas principibus pedeſtres, & clypeatas, equeſtreſque ſtatuas exſerta dextera, ad auctoritatem, & imperium ſignificandum. Ritus principium a familia Cethegorum, quibus familiare ſic incedere. Lucanus lib.II:

... Exſertique manus veſana Cethegi.

Sil. Italic. lib. VIII:

Ipſe humero exſertus gentili more parentum.

122. *Fibula*. Fibulas gemmis diſtinctas geſtabant principes, & exemplum apud Vopiſcum in Carino. Aurelianus (refert idem) *conceſſit militibus fibularum aurearum uſum*: & verius ornant, quam veſtiunt, Plin. lib.XXXIII. c.1., Mart., Iuven., Virgil. paſſim. Ulpian. IC. libro XLIV. ad Sabinum exſtat Conſtitutio Leonis Aug: *Fibulis in chlamydibus his quoque utantur* (privati), *quae ſolae auro, & arte pretioſae ſunt*.

124. *Ravenna*. Principum aula Ravennae erat, tum quia magna illa, & populoſa urbs illo ſaeculo, tum quod praeſidiis navalibus apta. Vide Caſſiod. lib.x. epiſt.15., Savaro ad Sidonium Apollinarem. Primam producit, cum alii corripiant. Mart. lib. III. epigr. 56., & alibi ſaepe, Claudian. de VI. Hon. Conſul:

... Antiquae muros egreſſa Ravennae.

Sed nomina propria pro lubitu corripiuntur, producunturve. Serv. ad illud x. Aeneid:

... Nova gaudia Cydon.

125. *Beliſarius*. Omnium ducum hic maximus, quos aetas illa tulit. In nummo inſcripto: *Beliſarius Romanorum decus*, Cedren. Nam Iuſtiniani auſpiciis in Africa Vandalos vi domuit, in Oriente Perſas, in Italia Gothos, ſed ingratus Princeps, eruit benemerito duci oculos, qui in tuguriolo prope urbem, quod reliquum erat vitae ſtipem emendicando tranſegit, cuius has accepi voces, *date obolum Beliſario, quem fortuna fefellit*. Alii ſic, *quem invidia, non culpa coecavit*. Haec Crinitus, Pontanus, Volaterranus, alii, ſed contra Andr. Alciat. parerg. lib.IV. c.24.

133. *Auguſti*. In veteri Codice exaratum fuerat, *Auguſtum*: repoſuerat Aſſagrius, *Auguſti*, prior tamen lectio melior. Ael. Lamprid. Severo: *Auguſtus primus eſt huius imperii auctor, in eius nomen* (ſic legit Faber Semeſtr. lib. I. c.14. cum antea *omnes* legeretur), *veluti quadam adoptione, iure hereditario ſuccedimus*: de qua re abunde, ut ſpero, dictum ad illud de VI. Conſul. Hon:

... Et in nomen Romanis rebus adoptans.

Confirmatur haec lectio lib. I. num.8:

... Cape dona Dei, ſceptriſque paternis
Utere, & Auguſtum, quod deſuit, accipe nomen.

Porro haec ſolemnia ſunt conſecrationis verba: *Ego tibi confero Imperium*; reſpondebat Imperator: *Ego te Tribunum conſtituo.*

135. *Armatus*. Tribuni dum crearentur pugione donabantur, Praefecti gladio ad poteſtatem in facinoroſos animadvertendi ſignificandam, Turn. lib.XII. c.6., Mart. lib.XIV. epigr.32:

Militiae decus hoc, & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere docta latus.

Inaugurato Imperatore hi donabantur armis. Sidon. Apoll. carm.5., idque coram Senatu, evaginatis:

. . . . Cui, teſte Senatu,
Ipſe etiam ſtrictum commiſerat Ulpius enſem.

Papin. lib.V. Sil. 2:

Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.

Vetus lapis:

PVBLIO . MAECIO . MEMMIO . FVRIO . BALBVRIO . CAECILIANO . PLACIDO . C. V. PRAEFECTO . ANNONAE . VRBIS . SACRAE . CVM . IVRE . GLADII.

137. *Clypeo*. Antiqua, & frequens conſuetudo, nuper creatum Imperatorem ſcuto impoſitum humeris erigere, & elevare, ut vulgus militum conſpicue videre poſſet. Nicet. Choniat. de Alexio Emmanuelis filio, Zonar. in Iuſtiniano, Ammian. Marcell. libro XX: *Impoſitus* (Iulianus a Gallicanis militibus) *ſcuto pedeſtri, & ſublatius eminens, populo ſilente Auguſtus renuntiatus, iubebatur diadema proferre*. Exemplum apud Nicephorum lib.IV. principio. Corrigendus Caſſiodor. lib.x. epiſt.31: *Indicamus*

camus parentes noſtros Gothos inter procinctuales gladios, more maiorum, ſcuto (non ut legitur in vulgaris Codicibus, *ſcutorum*) *ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe, Deo praeſtante, dignitatem*. Tacit. lib. IV. Hiſt: *Impoſitus ſcuto more gentis* (Caninefatum), *& ſuſtinentium humeris vibratus, dux eligitur*.

138. *Lecti*. Sunt candidati Caeſaris, quibus cura elevandi novum Imperatorem, humeriſque geſtandi, qui mos non alio eget interprete, quam Claudiano, cuius hi ſunt e VI. Conſulatu Honorii verſus, praeter inſcriptiones ab Honuphrio Panvinio citatas:

Atque inter niveas alte veherere cohortes,
Subnixiſque ſimul pubes electa lacertis,
Sidereum geſtaret onus.

Infra lib. IV. num. 3: *Electi iuvenes*.
Animadverſum aliis, ſed non ideo mihi omittendum, qui Corippum in manus tironum dare conſtitui. Iul. Capitol. Gordian: *Propere ventum ad oppidum Tyſdrum, inventuſque ſenex venerabilis, poſt iuriſdictionem iacens in lectulo, qui circumfuſus purpura humi ſe abiecit, ac retrectans, elevatus, & Imperatorem ſe appellare paſſus eſt*. Idem Maximo, & Balbino: *Inter haec Gordianus Caeſar ſublatus a militibus Imperator eſt appellatus*. Claudian. de IV. Honor. Conſul.

At mox cum ſolita miles te voce levaſſet.

Corrige, me duce, *ſolito miles te more*, nam elevare Principem voce, eſt fauſto clamore tantum proſequi, quod ritum ſolemnem non penitus explicat. Curopalates: Νέος βασιλεὺς ἐπὶ σκουταρίου καθεσθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος. *Novus Imperator ſcuto inſidens in altum extollitur*.

140. *Littera*. Ab elementis primis nominum augures captabant imperiorum omina; nam oraculum cum Valenti ſucceſſurum praedixit, cuius nomen & ϑ, ε, ο, & δ inciperet, unde Theodorus elatus regnum affectavit, ſed *ſceleſtae cupidinis ſupplicia perſolvit*, ut loquitur P. Victor in Theodoſio: & vetus illud Carthagine dictum, *Gamma perſequebatur Beta, nunc Beta Gamma*, id eſt, Genſericus Bonifacium, nunc Beliſarius Gelimerem. Paul. Diacon. lib. XVI. Littera ergo hic ſignificata eſt I, nam tres continua ſerie Imperatores ſunt Iuſtinus, Iuſtinianus, & Iuſtinus hic noſter. Pulchre lib. I. num. 19:

Sic decus imperii ſanctum, ſic Iota reſurgens,
Exortum de fine ſuo, ſeniumque reponens
Nominis.

143. *Iuge*. Similis numerus in invoc. Sedulii:

Semper principium, ſceptrum iuge, gloria conſors.

160. *Summus*. Iohannes Pontifex cognomento Scholaſticus in epigraphe numeris praefixa inveniebatur, ſed contradicit hiſtoria; nam conſecratum Iuſtinum ab Eutychio Patriarcha conſtat ex Diacono, & aliis, niſi memoria lapſum dicamus, nam Eutychio in Patriarchatu ſucceſſit. Zonar.

163. *Sancire*. Non eſt latinum, quare cenſeo legendum, *vincire*, aperto ſenſu. Claudian. de nupt. Hon., & Mar.

Quod gener eſt invicte tuus, vincire corona.

164. *Feliciter*. Deerat reliquum huius verſus, ego ſupplevi ſic: *Imponens apici, feliciter, inſonat omnes*; aut: *hoc domino, inquit*. *Feliciter*, autem, recepta formula dictum, Suet. Domit. c. 13: *Acclamari epulari die in amphitheatro libenter audiit: domino, & dominae feliciter*. Iuven. ſat. 2:

Signatae tabulae; dictum: feliciter.

Dixi, *omnes*, ut omnium ordinum in creando Imperatore conſenſus ſignaretur, nam facto SC. clamabatur, *omnes*. Fl. Vopiſc. Tacito: *Facta concione a Metio Nicomacho Senatore, clamatum clare, omnes, omnes*. Idem in Probo: *Decerno igitur P.C. vobis omnibus concinentibus nomen Caeſareum, nomen Auguſtum; poſt haec acclamatum: omnes, omnes*. Lamprid. Commodo: *Omnes cenſemus unco trahendum*. Aut certe ſic, *feliciter hoc domino, inquit*, ex Suet. ſupra.

166. *Aequor*. In vetuſto Codice, *aequor*, erat, aliis placuit *aether* reſtitui nulla neceſſitate, cum conſtet ex ſitu Conſtantinopolis poſſe, *aequor* legi. Supra lib. I. num. 7:

... *Pars proſpicit una — Immenſum pelagus*.

170. *Diſcrimine*, perperam legebatur: repone, *diſcrimina*. Auctor elegiae de Philomela, e quo hic locus depromptus:

Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille.

licet antiqua lectio ferri poteſt.

176. *Crucis*. Antiqua fidelium conſuetudo, ſigno venerandae, & ſalutiferae ſe crucis munire. Lactant. lib IV. c. 26: *Signum ſanguinis, id eſt crucis, quae ſanguinem fudit, in ſua fronte conſcripſerunt*. D. Hieron. epitaph. Paullae: *Cum os, ſtomachumque ſignaret, & matris dolorem, crucis niteretur impreſſione lenire*. Infinita ſunt apud Scriptores eccleſiaſticos exempla virtutis Sanctae Crucis; D. Auguſtin. Civit. Dei lib. XXII. c. 8.; Iohan. Sareſber. Policrat. lib. II. c. 1. Id ex inſtitutione Apoſtolica factum auctor eſt Tertullianus lib. de Corona militis. Aurel. Prudent. Cathemer. hymno ante ſomnum:

Frontem, locumque cordis
Crucis figura ſignet.

Alcimus Avitus lib. V:

Sic nos, Chriſte, tuum ſalvet ſuper omnia ſignum
Frontibus impreſſum.

Infra hoc libro num 8:

Egreditur cum luce ſua, frontemque ſerenam
Armavit, ſancti faciens ſignacula ligni.

Sed de eius cultu dixi ad lib. I. in Ruffin: *Veneranda ſalutat — Vexilla*.

178. *Orans*. Sic in manuſcripto Codice: *Ore pio haec orans ſic ait*, male: lege, *haec orans dixit*.

180. *Regendi*. Sic repoſitum, cum antea eſſet, *regenti*.

183. *Suſci-*

183. *Suſcipimus*. Idem mendum irrepſerat in Praefationem num. 3. *ſuſcipiens cornua lunae*, utrobique lege, *ſuſpicimus*.

184. *Probante*. Male in manuſcripto, *probate*.

185. *Certas*. Lacuna hic erat, impleſſem hoc modo:

Et rerum certas animo moderante figuras.

Vel ex ſe ipſo ... *Habitu diſtante figuras*; aut, *Moderatur mente figuras*, niſi putaſſem ſenſum imperfectum, & aliquid deeſſe. Utinam mihi contingeret quilibet Codex e ſitu antiquitatis erutus, cuius opera fidenter auctorem integritati ſuae reſtituerem.

189. *Imperet*. Sic in impreſſo libro lectum, *caput imperet, atque regantur*; in margine tamen notatum, *ipſa reganti*, quare cenſeo ſic legendum, interpungendumque:

Omnibus ut membris caput imperet, ipſa regenti
Coniuncta eſt capiti ſapientia.

190. *Arcem*. Quibuſdam placuit caput dignitatem habere, cui alia membra parere debeant, Plato in Timaeo. Ob id illuſtres quidam philoſophi animae ſedem in illo poſuerunt, Hierophilus, Straton, alii, referente Plutarcho, ut quod in urbibus arx munita, id in humano corpore anima, unde in omnes partes genitalis vigor exeat. Claudian. de IV. Hon. Conſul:

Hanc (mentem) *ſumma capitis fundavit in arce,*
Mandatricem operum, proſpecturamque labori.

200. *Sedens*. Hic etiam tineae dictionem arroſerant; ego putavi reponendum, *Sede ſedens una*. Iul. Hygin. Aſtron. poëtic: *Caſſiopea ſedens in ſeliquaſtro collocata eſt; cuius ſedilis & ipſius Caſſiopeiae pedes poſiti ſunt in ipſa circuli circunductione, qui arcticus vocatur*, ubi ſedere in ſeliquaſtro idem eſt atque in ſede, nam *ſeliquaſtrum* ſedile eſt Feſto, & M. Varroni lib. IV. de ling. lat.

206. *Diſponere*. Vetus illa reip. forma, omnia Senatus auctoritate agi, huius auſpiciis bella geri, foedera iniri. Svet. Tiber. c.30., Saluſtius Criſpus monet Liviam apud Cornel. Tacitum lib. I. Ann: *Ne Tiberius potentiam dominandi reſolveret, cuncta ad Senatum vocando*. Saresber. lib.V. cap.9: *Patres Conſcripti appellati, qui alios ſapientia, aetate, & affectu paterno praecedebant, penes iſtos conſiliorum erat auctoritas, & omnium publice gerendorum*. Quid poëtas citem? Lucan. lib. V. unde haec ſunt ſumpta:

Cunctaque iuſſuri primum hoc decernite Patres.

Et lib. I:

Conſulibus fugiens mandat decreta Senatus.

Claudian. lib.I. de laud. Stilich., & alibi ſaepe, ut oſtendi:

Neglectum Stilicho tot iam per ſaecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent praelia Patres.

218. *Pedes*. Totum hunc locum habes eleganter diſcuſſum apud Iohan. Saresber. Policrat. lib.VI. c.20: *Pedes, qui humiliora exercent officia, quorum obſequio reipublicae membra per terram gradiuntur*. Porro pedum nomine ſervi intelligendi. Art. lib. I. c.50.

228. *Nec*. *Qui nec*, bene *quin nec*.

230. *Cenſura*. Conferatur haec inſtitutio reipublicae, cum principe, quem Theodoſius format apud Claudianum de IV. Hon. Conſul. multa enim inde mutuata.

243. *Rivis*. Imitatus eſt Horatium lib.I. od.7:

Mobilibus pomaria rivis.

250. *Ventris habere locum*. Fiſcum imperatorium comparat ventri humano, (ut Menenius apud Halicarnaſſ. lib.VI. ad finem, Senatum ventri eidem, ἔοικέ τῷ ἀνθρωπείῳ σώματι πόλις, *ſimilis videtur humano corpori civitas, &c.* quem locum debeo eruditiſſimo viro, & amiciſſimo Iohanni Cordano IC.), quia ut inde derivatur alimentum in omnes corporis partes, quo ſingula membra vegerentur, ita regum opes ſubſidio eſſe debent civibus inopia laborantibus. Traianus Auguſtus dicebat, *fiſcum lieni ſimilem, quod eo creſcente artus reliqui tabeſcerent*. Aurel. Victor in Iuliano notat Coraſius. Claudian. de IV. Hon. Conſ:

Non tua privatis creſcunt aeraria damnis.

Ubi aerarium, quod totius eſt civitatis poſuit pro fiſco, qui veluti privatum Caeſaris eſt patrimonium. Alciat. emblem. 146:

Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re
Hoc Caeſar fiſcum dixerit eſſe ſuum.
Fiſco aucto, reliqui tabeſcunt corporis artus,
Fiſco aucto, arguitur civica pauperies.

Adi ad Commentaria eruditiſſimi ſenis Claudii Minois.

251. *Alit*. Menenius apud T. Livium 1. dec. lib. II: *Ventris haud ſegne miniſterium, nec magis ali quam alere, reddentem in omnes partes corporis hunc, quo vivimus, vigemuſque diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem*. Ὑπογάστριον, inquit Artemidor. lib.I. c.45., τὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν σημαίνειν νομιστέον. *Imus venter corporis ſubſtantiam ſignificare exiſtimandum eſt*. Paria invenies apud Achmetem Oneirocrit. c.78., & 79.

252. *Robore*. Bene repoſitum, pro *arbore*.

255. *Levamen*. Sic Aſſagrius voluit excudi, cum in exemplari reperiſſet, *libamen*; ego puto legendum, *litamen*.

263. *Factum*. Lectum, *ob ſenium factum, actumve*, addendum, *eſt*, ut poſſit carminis ratio conſtare.

281. Conſules iureiurando adacti nihil ſe, quod non eſſet e publico bono acturos, faſces ſumebant pro roſtris. Plin. Iunior. in panegyr. Traiani: *In roſtris ſimili religione legibus te ſubieciſti, iuraſti in legem attendentibus diis*. Et poſt pauca: *Toties procedere in roſtra, hic ſuſcipere, hic deponere magiſtratus quam dignum te fuit?* Inde in forum, ac mox in Capitolium Senatu praeeunte ibatur. Claudian. paneg. de Conſ. Olybrii, & Probini:

Unanimes fratres iunctos praeeunte Senatu
Ire forum.

 Et

Et de VI. Hon. Conſul. *deſuetaque cingit*. Infra lib. IV. num. 3:

Regius auratis fora faſcibus Ulpia lictor.
Inceſſit laetus praeclara in veſte Senatus.

Quorum quidem nonnulla animadverſa ſunt a viris doctis, omnia a nullo, quod ſciam. Itaque ſacris peractis Senatus ducebat domum Conſules. Ovid. lib. IV. de Ponto eleg. 4:

Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

283. *Marcellus*. Non eſt is, qui cum Albanio inſidias Iuſtiniano Imperatori eſt molitus, & coniuratione detecta, gladio incumbens, inconſultae temeritatis poenas a ſe morte exegit, ut narrat Diaconus, ſed alius, cuius mentio nulla apud hiſtoricos eius ſaeculi, quod ſciam, & tamen cum Iuſtini fratrem facit Corippus.

284. *Baduarius*. Gener Iuſtini fuit *Baduarius*, *Badoarius*, vel aliis *Biduarius*, quem octavo imperii anno pugnis caeſum a cubiculariis Senatui exhibuit, cuius rei indignitate (erat enim Comes imperialium ſtabulorum) mota Sophia flexit Iuſtinum ad poenitentiam; qui in ſtabulo commiſſa ſupplicibus verbis deprecatus eſt, Biduariumque convivio adhibuit. Haec Diaconus: ſunt qui referunt biennio poſt haec in expeditionem contra Langobardos miſſum, acie victum vitam finiiſſe. Vide lib. I.

292. *Aſpicit*. Papin. lib. IX. Thebaid:

... Et adſtatas ortum iubar inficit herbas.

294. Lucernam ſignum Circenſium vult fuiſſe, idque ex more recepto, quod mihi fateor nuſquam lectum, quod ſciam. Nam *lineam* a Praetore extenſam indicendorum ludorum notam patet, ut & *mappam*. De linea Martial. lib. VIII. epigr. 78:

Omnis habet ſua dona dies, nec linea dives
Ceſſat, & in populos multa rapina cadit.

Huc trahunt illud Ovidii lib. I. de Arte:

Et bene te cogit, ſi nolit, linea iungi.

Et lib. III. Amor. eleg. 2:

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea iungi.

Servius ad lib. V. Aeneid. v. 316: *Regulam aut ſignum de creta factum exponit*. Alii: *Longum ſedendi ordinem, non ſignum commiſſionis*. Rodigin. lib. V. c. 14. De mappa quis poſt tot doctos dicat? tu tiro adi ad Novellam Iuſtiniani 105. Turnebum lib. XVIII. c. 33. dictionem punicae eſſe originis, ideoque ſerius in urbem invectam diſces ex Quintiliano lib. I. c. 5. mos ſub Nerone introductus, Caſſiodor. lib. III. ep. 51. Mittebatur mappa haec a Praetore, Septim. Tertullian. lib. de ſpectac. c. 16., Martial. lib. XII. epigr. 29:

Praetor cretatam cum vellet mittere mappam,
Praetori mappam ſurripit Hermogenes.

Iuvenal. ſat. 11:

Interea Megaleſiacae ſpectacula mappae.

Nec tantum a Praetore mittebatur mappa, ſed interdum etiam a Dictatore T. Liv. 1. dec. LVIII: *Praetore gravi morbo detento, Dictator in Megaleſiacis ludis mappam miſit*. Et a Liberto, Sveton. in Nerone c. 22: *Aliquo Liberto mittente mappam, unde Magiſtratus ſolent*. Denique a Conſule, Cedrenus, vetus ſcholiaſtes Iuvenalis ad illud ſat. 10:

In tunica Iovis.

Mappam, inquit, mittentem in circo Conſulem deſcribit poëta, nam tunicam Iovis togam palmatam dixit. Eius uſus non tantum ad ſignandas munerum commiſſiones, ſed etiam ad feras incitandas, & ad iram provocandas, Sen. lib. III. de ira c. 39: *Urſos, leoneſque mappa proritat*. Certum itaque illud, mappam ſive a Praetore, ſeu a Dictatore, vel Conſule, aut denique ab aliquo e famulitio mitteretur, ſignum fuiſſe ludorum Romae, ut & lucernam Byzantii, ſed teſtem adhuc quaero.

296. *Herilem*. Infra lib. 4. in fin. diu nulla in ſpectaculis diſcretio, ſed promiſcue vulgus cum Senatu, iiſdem gradibus ſedens ſpectabat. Diſcreti poſtea ab optimatibus plebei, & data ordinibus ſua dignitas, P. Scipionis Africani maioris Conſulatu ſecundo, ſeptimo anno poſt ſecundum bellum Punicum, Tull. Corneliana. Valer. Max. lib. II. c. 1. *Sedes* porro *herilis*, locus eſt ſoli Caeſari conceſſus, *Podium* appellat Svetonius in Nerone c. 12., Ael. Spartian. in Severo. Iuven. ſat. 2., ut taceam Vitruvium:

Omnibus ad podium ſpectantibus.

301. *Salutato*. Turpiſſimum adulandi genus, principes viros ſe ad plebeiae multitudinis venerationem dimittere: & vix ſcio, an ante Neronem a quoquam principum factitatum: is enim *flexus genu* (Tacit. lib. XVI. Annal.) *& caetum illum manu veneratus, ſententias opperiebatur ficto pavore*. Claudian. de VI. Hon. Conſul:

. . . . . . Quantamque rependit
Maieſtas alterna vicem cum regia, circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

Quod quidam ibi ex Svetonii Claudio c. 12. adfert, *Spectacula edentes voce ac manu veneratus eſt*, ad magiſtratus non ad plebem ſpectat, ideoque male eo trahitur.

310. *Partes*. Studiorum factiones oppoſitae, de quibus dixi ad lib. I. num. 17:

Studia in contraria partes.

Infra lib. IV. num. 1:

Tum partes munire ſuas.

314. *Dextras*. Hic lacuna erat, ſic lege mecum:

Emittunt dextras pariter, pariterque remittunt.

Nam hic infra eodem pacto:

... Accedunt pariter, pariterque recedunt.

lib. III. num. 5:

Aſtabant celſi pariter, pariterque nitebant.

Ex Claudian. Epithal. Hon., & Mar:

... Diligimus pariter, pariterque timemus.

317. *Modulos*. Sic excuſum bene, cum in exemplari eſſet:

Diſponunt cantus, & modum cantibus addunt.

326. Cla-

326. *Clamoſi*. Imitatur Auſonium in epitaphio equi admirabilis:

Phoſphore clamoſi pannoſa per aequora circi.

Mart. ante utrumque lib.x. epigr.53:

. . . . *Clamoſi gloria circi.*

Iuven. ſat.10: *Clamoſo inſiſtere circo.*

336. *Caedes*. Videtur prohibere gladiaturam, ſublatam iam quidem antea multis conſtitutionibus, a Claudio. Svet. c.21. a Nerone, Tacit. lib.XIII. Annal. a Nerva, Zonar. tom.II. Annal., quod *miſerum eſſet humanis carnibus alvos ferarum expleri* (verba Salviani Maſſilienſis lib. VI.) *& cum circumſtantium laetitia comedi homines*, ſed regnante Honorio, cum putaretur clades imminere reip. ob neglectas religiones, revocata cruenta gladiatorum commiſſio, quod dolet lib. II. in Symmachum Prudentius:

Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari,
Nullus in urbe cadat, cuius ſit poena voluptas.

Denique Conſtantinus Aug. lata lege gladiatorum crudeles conflictus penitus ſuſtulit lib. XI. C. de glad. penit. toll.

347. *Eſte*. In impreſſo Codice, *eſtote*, ſed male, non enim patitur lex carminis.

359. *Undique*. Sic in exemplari erat male.

Per laetos, ingens fremit undique murmur.

360. *Caveae*. Hunc locum laudavit Iul. Bulengerus, vir maximus non minus in ſacris quam humanioribus litteris. Is ergo lib. I. de theatro c.51. adducit e Claudiano de VI. Honor. Conſul. hos verſus:

Conſenſuque caveae ſublatus in aethera vallis
Plebis adoratae reboat fragor.

Et ſic vult legi:

Conſenſu caveae ſublatus in aethera clamor.

Sed pace tanti viri liceat mihi auctorem meum aſſerere: non ea eſt poëtae mens (ut omittam Ms. meum, & omnes excuſos contradicere) qui vult, magnos populi plauſus oppoſitae vallis obiectu reddi maiores, id autem bene per vallem ſignificatum. Plin. lib. II. c.44., & lib.XXXVI. c.15., deinde ipſe reclamat Claudianus, cuius haec ſunt e lib. II. de laud. Stilich:

. . . *Quoties vallis tibi Martia ducet*
Nomen Aventino, Pallantaeoque receſſu.

Et eſt e Lucano lib. IV:

Cava regni vires in valle retentat.

Denique Circo Romano propinqua vallis, docuit me Ovid. lib. II. Faſtor:

Quaque iacent valles maxime Circe tuae.

Ut ſileam apud Claudianum de Circenſibus agi, in Circo autem nullae caveae, illo aevo, ſed in amphitheatro. Caſſiodor. lib. IV. epiſt.51.

368. *Syngrapha*. Exhauſit fiſcum ante obitum Iuſtinianus, & multo aeri alieno ſe obſtrinxit, dum eſſet ſupra modum avarus. Suid. in *δάνειος*, & hiſtorici, vide argumentum operis. Supra hoc lib. n.7:

Plurima ſunt vivo nimium neglecta parente,
Unde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus.

Porro ſyngraphum, ceu χειρόγραφον, private cautio manu alicuius ſcripta, debiti index, Aſcon. Paedian. in II. Verr., & ipſe Cicer. lib. I. in Academic., an in commentariolis, & chirographis, & libellis acta Caeſaris firma erunt? Auſon. Conſulatu: *Debere te dicis, cui? quando? quo nomine? lege ſyngrapham, nomina creditorem.* Eleganter tranſtulit. Symmach. lib. IV. epiſt.64: *Fides amicitiae ſyngrapham non requirit.* Vide Sveton. in Auguſto c.64. Hinc Ulpian. IC. lib. XLI. ad Sabinum, *inanis* chirographi meminit. Iuven. ſat. XVI:

Vana ſupervacui curans chirographa ligni.

Quam ſatyram fruſtra ſunt, qui eripiant Iuvenali auctori ſuo, nam eius eſſe docet auctoritate ſua Servius ad illud II. Aeneid:

. . . *Omnes uno ordine habetis Achivos.*

372. *Fiſco*. De fiſco multa ſupra num.7. ille principis, ut aerarium reip. Plin. Iun. paneg. Traian: *Non eadem ſeveritate fiſcum, qua aerarium cohibes, immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Poſt eum Ael. Spartian. in Hadriano: *Damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma in aerario publico recepta.* Bene ille apud Diaconum lib. XI: *Quidam improbas exactiones deteſtans dicebat fiſcum eſſe lienem, quod eo creſcente, reliqui artus tabeſcant.* Creſcebat autem ex *addictione bonorum proſcriptorum*. Caſſiod. lib. IV. c.32. de aviditate Domitiani, Iuvenal. ſat.2:

Quicquid conſpicuum, pulchrumque ex aequore toto
Res fiſci eſt ubicumque natat.

Tamen apud auctores bonos confunduntur. Locus elegans apud Symmachum lib. X. epiſt. 54: *Fiſcus bonorum principum non ſacerdotum damnis, ſed hoſtium ſpoliis augeatur.* Dixit ad Conſul. Manlii Claudianus: *Abdactoque hominum cumulans aeraria cenſu.*

376. *Diurnae*. In ſingulos dies frumentum ſuppeditabatur plebi, dum annona incipiebat deficere, nulli quod ſciam obſervatum. Claudian. de bello Gildon. Roma fame laborans:

. . . . *Gaudetque diurnos*
Ut famulae praebere cibos.

Alias in menſes fiebat frumentatio, ut obſervant docti.

382. *Eſt*. Liberalis in principio principatus fuit Iuſtinus, nam omnia debita a Iuſtiniano contracta creditoribus exſolvit, ſtatim atque adeptus eſt imperium. Supra num.7. hoc libro:

Unde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus,
Reddere quae miſeris moti pietate paramus.

Nec vero omiſerim nobile factum Sophiae Auguſtae, quae tertio Iuſtini anno, accerſitis pecuniarum venditoribus, & notariis, deferri *cautiones debitorum, & breves*, iuſſit, & praebuit eas debitoribus & reddidit dominis Paul. Diacon.; niſi forte, quod hiſtorici in tertium annum Iuſtini, hic in principio ponit, & quod illi Sophiae, hic ipſi Iuſtino adſcribit, quod non eſt omnino alienum.

by Google

385. *Libris*. Calendaria vocant libros, in quibus accepti expenſique continetur ratio. Sen. lib I. de benef. c.2: *Nemo beneficis in calendario ſcribit, nec avarus exactor ad horam, & diem debitorem appellat*. Lib. VII. num. 10: *Quid foenus, & calendarium, & uſura, niſi humanae cupiditatis extra naturam quaeſita nomina*? Epiſt.88: *Quis magnus liber calendarii evolvitur*. Qui locus mire huc convenit; aliis notatum, ſed non ideo ſilendum. Tertullian. lib. de habitu muliebri in fine: *Graciles aurium cutes calendarium expendunt*. Scaevola IC. lib. VI. digeſtorum: *Inſtrumenta calendarii, & nummos reliquit*. Ratio, quod calendis feneratores, & collybiſtae exigerent foenora, ponerentque pecunias. Ovidius lib.1I. de remed. Amor., Martial., & Horatii interpretes ad Epod. od. 2. At vero liber, in quo expenſi diurni, acceptique ratio deſcripta, ephemeris. Prop. lib. III. eleg.22:

Me miſerum, hic aliquis rationem ſcribit avari
Et ponit duras inter ephemeridas.

Ovid. lib.I. Amor. el. 12:

Inter ephemeridas melius, tabulisque iacerent,
In quibus elapſas fleret avarus opes.

389. *Cauta*. Saresber. lib. III. c.12. Policrat: *Rerum privatarum participationem, & calculi cautiones*. Eſt autem *cautum*, ſyngrapha, qua debitor ſe pecuniam creditori exſolviſſe oſtendit, a Conſtantino Aug., & Caſſiodoro. Lib.XII. ep.8. *apocha*, a Diocletiano, & Maximiano Augg. pecuniae ſolutae profeſſio, denique a Iuſtiniano *ſecuritas* vocatur lib. XVII. C. *ſi certum petatur*. Lucillius poëta: Φαῖδρος ἔγραψε, λαβὼν εἰκονικὴν ἀποχὴν. *Phaedrus ſcripſit, ſumens imaginariam apocham*.

396. *Lancem*. Ad antiquum ritum reſpicit, nam olim non munerabatur, ſed pendebatur pecunia, Feſt. lib.XIV: *Pendere poenas, ſolvere ſignificat, eo quod aere gravi uterentur Romani, penſo eo, non numerato debitum ſolvebant*. Plin. lib.XXXIII. c.1: *Non amplius quam mille pondo auri*, Plut. in Camillo. Flor. lib.I. c.13: *Mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, idque ipſum per inſolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbe victis increparent*. Sil. Italic. lib.I:

Hic galeae Senonum, penſatique improbus auri
Arbiter enſis ineſt.

Et lib.IV:

Penſantes aurum Celtas umbone ferebat.

Ad lancem ergo, & ſtateram exigebantur pecuniae debitae, multa ad illud lib.I. in Eutrop. Claudian:

... *In geminas nutat provincia lances*.

Priſcian. lib.VI., Horat. lib.1I. epiſt.2: *Quod quis libra mercatus, & aere eſt*. Sulpirvia in Satyra: *Tectina Galli fugere relicta*. Eadem locutio apud Iuvenalem ſat.6: *Lance beata Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro*. Qui plura cupis vide doctiſſimum Hotmanum de pondere pecuniarum diſſerentem lib.IV. Antiquitatum Rom.

397. *Sinibus*. Sen. lib.1I. ben. c.16: *Eſt tamen aliquis minor, quam ut in ſinum eius condenda ſit civitas*, quod modeſtiae, & gravitatis eſt. L. Apul. lib.VIII. Aſin: *Stipes aereas, imo vero & argenteas, multis certatim offerentibus, ſinu recepere patulo*. Laxus igitur erat togae ſinus, quo expanſo dona condebautur. Rutil. Numat. Itiner. lib.I:

Impleat Auguſtos barbara praeda ſinus.

Stat. lib.I. Silv. ult:

Deſunt qui rapiant, ſinuſque pleni
Gaudent dum nova lucra comparantur.

Mart. lib.VIII. epigr.78:

Nunc implere ſinus ſecuros gaudet.

Lib.IV. num.1. infra:

Et donis aptare ſinus.

Et num.3: ... *Palmaſque, ſinuſque parabat*.

399. *Pater*. Exiſtimo legendum, *patre*, ut velit eum praeferre Iuſtiniano munificentia. Erat enim ille avarus. Evagrius, alii, & dixi ſupra.

400. *Habendi*. Mens habendi, avaritiae votum, eleganter.

401. *Debita*. Hic erat lacuna, explevi, *privato cum debita*.

402. *Servis*. Loquendi formula affectata Corippo, inquit Aſſagrius, at nec uſus latinitatis id fert, nec ſcriptura negat reſtitui, facile enim fuit librario vel imperito, vel feſtinanti, *ſervis*, pro *ſervos* ſcribere. Itaque ſic lege, *ſervos miſeratus egenos*, & illum locum lib. III. num. 7. ſic interpunge, & corrige mecum:

. . . . . *Servis miſeratus, egenis*
Et profugis quod dona dedit.

409. *Pudorem*. Imitatus eſt Claudian. de III. Hon. Conſul:

Quanti tum iuvenes, quantae ſprevere pudorem,
Spectandi ſtudio matres.

413. *Caram*. Mos Latinorum ſcriptorum dictiones graecas in ſuum idioma transferre, latiniſque elementis ſcribere, ex Plinio notat Muretus *probata*, & ex Cicerone, & Virgilio *Acta* lib.I. c.3. Ex hoc genere eſt *Cara*, nam κάρα apud Dores eſt caput ut κάρα Aeolibus, pro toto vultu uſurpatum. Henr. Stephan. ad Euripid.

415. *Vincula*. Pene erat, ut hunc locum, de manumiſſione interpretatus fuiſſem; ſolemne enim poſt munera prima novorum Conſulum ſervos manumittere, quod fuſiſſime a me dictum ad illud Claudiani de IV. Hon. Conſul:

. . . . . *Deductum vindice morem*
Lex celebrat, famuluſque iugo laxatus herili
Ducitur . . . .

Quod huc quadrare non poteſt, nam & nuptae maritos, & matres natos ab eo petunt. Cum inter ſervos non matrimonia, ſed conſortia eſſent, deinde additur, *a crimine ſolvit*. Suſpicor ergo ſolitos Imperatores, cum principatum inirent, captivos & carceribus libertos dimiſiſſe, praeſertim quos reatus criminis detinebat. Sidon. Apollin. carm. 2. in fine:

Captivos vincture noves, abſolve vetuſtos.

425. *Deus*. Priſca adulatio, & foeda ſub Imperatoribus nata, eos deos vocare, divinisque aſficere honoribus, quos vix invenies (de primis loquor) qui reiecerit, illud in Domitiano impium, *quod epiſtolam formalem dictans incoeperit, dominus, & deus noſter ſic fieri iubet*. Svet. c. 13. Mart. omnibus pene paginis lib. IX. epig. 95., lib. VIII. epigr. 2., lib. V. epigr. 8:

Edictum domini deique noſtri.

Quod falſe carpit Iuvenalis ſat. 4:

... Cum laudatur diis aequa poteſtas.

Diſſimili tempore Claudian. ad Honor. Aug. praefat. de III. Conſul:

Audet magna ſuo mittere Roma deo.

Sen. de tranquill. c. 14: *Tumulus, in quo Caeſari deo noſtro fiebat quotidianum ſacrum*. Simili modo Horat. lib. IV. od. 15. de Auguſto:

Et ſigna noſtro reſtituit Iovi.

Aras enim, templa, flamines habebant Imperatores mortui, notum omnibus.

IN LIBRUM TERTIUM CORIPPI

COMMENTARIUS ET CONIECTURAE.

Verſ. 1. A*Uguſti*. Sic curavi excudendum, cum in omnibus hactenus impreſſis haberetur, *Auguſtus*: male, nam Virgil. VII. Aeneid:

... Auguſta ad moenia regis, &

Tectum auguſtum ingens, centum ſublime columnis.

Servius docet: *Auguſtum locum eſſe augurio conſecratum, in quo poterat haberi Senatus*. Svet. Aug. c. 7. Vetus Poëta apud Tacitum, ut puto, de German. morib:

Auguriis patrum, & priſca formidine ſacrum.

Sil. Ital. lib. I:

Concilium vocat Auguſtum, caſtaque beatos
Paupertate patres.

Dixi ad Conſul. VI. Hon. Claudian:

Collecti trabeatus adit delubra Senatus.

3. *Grata*. Antea, *rata*, erat male.

6. *Fuit*. Lacuna hic erat, ſupplevi: *Ante foras iam pompa fuit*. Tacito lib. III. Annal: *Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent*. At correctio eſt ex Claudian. epithal. Hon., & Mar:

Ante fores iam pompa ſonat, pilentaque ſacram
Praeradiant ductura nurum.

7. *Longis*. Hoc ex Virgil. II. Aen: *Porticibus longis fugit*.

10. *Ceris*. Cereis imaginibus. Plin. lib. XXXV. c. 2: *Aliter apud maiores in atriis erant, expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quae comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat, familiae eius qui umquam fuerat populus*. Quid attinet exſcribere Senecam, Iuvenalem, Ovidium, & alios a vulgo criticorum citatos in hanc rem? Hoc tantum addo, quod neceſſarium huic loco, diligenter aſſervatas ab atrienſibus imagines, & velis intectas ad comitatum funebrem productas, praeter Plinium citatum, Tacitus lib. III. Annal. in funere Germanici: *Circumfuſas lectulo Claudiorum, Iuliorumque imagines*. Stat. lib. VI. Thebaid., quem auctorem animus mihi olim illuſtrare, neque enim ullus magis mihi arridet, & habeo, quae non ſunt luce indigna forte:

Arma etiam & veterum exuvias circumdat avorum,
Gloria mixta malis.

Cadaver deinde rogo imponebatur, urebaturque cum lectulo, imagines ad atria deferebantur,

12. *Laetam*. Sic reſtitui, cum *lectam* eſſet antea male.

13. *Stamina*. Purpurea ſtragula. Sic ego reſtitui, cum in priori editione, *ſtramina*, legeretur, quod quam ſit abſurdum in principis funere, quis non videt? Adi ad lib. I. num. 13.

14. *Romana*. *Humana* antea fuerat lectum male. Virgil. lib. VIII. Aeneid:

Romana potentia caelo — Aequavit.

15. *Nereus*. Confer. totum hunc de gemmis locum, cum Claudiano de IV. Conſ. Hon:

Et variis ſpirat Nereia baca figuris, &c.

Non *bacca*, ut antea in omnibus excuſis legebatur, ibi docui fuſe, ex aliis ſcriptoribus. Licet Ms. meus contradicat, & Venetus antiquiſs.

Ibid. *Indica*. Plin. lib. XXXVII. c. 13: *Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus, & Ganges, terrarum autem omnium maxime India*. Nobiliſſimae autem gemmae, quas Indica regio fert *Adamas, Lychnites, Beryllus, Chryſoberyllis, Chryſopraſos, Hyacinthus*. Solin. c. 55. Priſcian. in perieg:

Haec eadem gemmis nimium decoratur boneſtis.

Claud. ſupra:

... Aſperat Indus — Velamenta lapis.

Adde & in tentoriis militaribus gemmas. Claudian. lib. I. de laud. Stilich:

Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus.

17. *Cleopatra*. Nota hiſtoria ex Plutarcho in Antonio. Ingens apparatus gemmarum eſt ex Lucano lib. X. petendus:

Plena maris rubri ſpoliis, colloque comiſque
Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat.

Nobilis illa ſponſio de duobus unionibus, quorum unum exſorpſit pretio centies ſeſtertium, alterum etiam aceto maceratum conſumptura, niſi Plancus iudex obſtitiſſet. Saresber. lib. VIII. c. 7., Macrobius Satur. lib. III. c. 17. fine, & ille ex Plinio lib. IX. c. 35., ut non omittam diſſentire ab iis Catullum epigr. 27:

Ducenties comeſſet aut tricenties.

18. *Et rupto*. Super hiſtoria variatum, Caeſar lib. III. civilium c. 19. bello expulſam a Ptolemaeo fra-

fratre ſcribit, conſentiente Plutarcho in Caeſare, qui addit a Photino regia eiectam. Sunt quibus placeat non modo a regno fugatam, ſed & in carcerem detruſam, inde corruptis cuſtodibus evaſiſſe. Lucan. lib.x. unde haec petiit Corippus:

... Cum ſe parva Cleopatra biremi
Corrupto cuſtode Phari laxarat catenas.

Qui plura cupis, lege Sidonium carm.5., Sveton. in Iul. c.35., Strab. lib.XII., Saresber. lib. III. c.10., Paul. Oroſ. lib. VI. c.14., & poëtas paſſim. Et de cuſtodia egregie multa Lipſius ad lib. III. Annal. Tacit.

19. *Fulgura*. Deſignat, ut puto *ceraunion* gemmamque ſpecies eſt Iaſpidis, Plin. lib.XXXVII. c.9: *Fulgorem inquit, ſiderum rapiens*, bene ad hunc locum, ſic dicta quod cum fulminibus cadat, ut & Brontia, fulgur enim eſt fulmen, Suid. in κεραυνός. Iſidor. lib.XVI. c.13. duo ponit cerauniorum genera, unum quem *Carmania* mittit, cryſtallini ſimilem, ſi ſub dio ponatur, fulgorem (Plinium, ut ſolet transſcribit) rapit ſidereum, alterum Hiſpania, in Luſitanis littoribus gigni; inde lux Claudiano lib. de laud. Serenae, quem librum Ms. meus Giraldo cuidam attribuit:

. . . . . Pyreneiſque ſub antris
Ignes fulmineis legere ceraunia nymphae.

Lib. III. num.7. infra, de corona gemmis diſtincta:

Caeſareumque caput diademate fulgure ſacro.

27. *Melior*. Ovid. lib.XV. Met. fab. ult. *vinci gaudet ab illo*. Symm. lib.IV. epiſt.20: *Eloquentiſſimus iuvenis, ut fando comperi, proximis facundiae calcibus urget parentem. O te beatum, amice, ſi vinceris*, non ut in vulgatis *viceris*, quae enim gloria filium a patre ſuperari? at magna e contra. Plin. lib. IV. ep. 15: *Aſinius Baſſus iuvenis (neſcio an dicam quod me pater & ſentire, & dicere cupit, adoleſcentis verecundia vetat) ipſo patre melior*. Paul. Diacon. lib.IX: *Incredibile eſt quantum, quem imitabatur patrem* (Veſpaſianum) *anteierit*. Nemeſian. Cyneget:

Nec taceam primum, quae nuper bella ſub arcto
Felici Carine manu confeceris, ipſo
Pene prior genitore deo.

Sid. Apoll. lib.VII. ep.9., Claud. de IV.Hon. Conſul. ad Teodoſium Aug., ubi multa:

Aſpice, completur votum, iam natus adaequat
Te meritis, & quod magis eſt optabile, vincit.

29. *Frigida*. Quia aliud genus oſculorum, dum moriturus ultimam agebat animam, Serv. ad IV. Aeneid. verſ. 685. Ovid:

Non ſuper incubui, non oſcula frigida carpſi.

Stat. lib.XII. Thebaid:

... Ignem miſerae poſt ultima quaerunt — oſcula.

Putabant tali officio aut obeuntis retineri poſſe animam, vel in ſuum pectus transfundi. Tull. VII. in Verrem actione: *Matres extremo amplexu liberorum excluſae, nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret*. Auctor conſolat. ad Liv:

Non animam appoſito fugientem excepit hiatu.

Ovid. lib. III. de Arte in Cephali fabula:

Excipitur miſeri ſpiritus ore viri.

35. *Nulla*: Miſerrime hic verſus truncabatur, ſic in exemplari, quo ſum uſus, conceptus:

Nos, cui nullus, ait ſalve, pater.

Reſtitui hoc pacto:

Nos queis nulla ſalus ſine te.

36. *Vale*. Clariſs. Briſſonius, & alii, formulares in funeribus notarunt eſſe has voces. *Salve, vale*, Artemid. lib.I. c.85., lib.XI. Aeneid. verſ.97., Donat. Grammat. in Andriam act.4. ſc.2., Serv. ad lib. III. Aeneid:

. . . . . Supremum voce ciemus.

39. *Ceras*. Faces funebres tam frequenter nominant auctores, ut nefas ſit de ea re quidquam dicere. Quod cereae fuerint, non legi, niſi hic, nam Seneca clare docet, *pueros ad cereos, viros, ſive adultos ad faces efferri ſolitos*. Lipſius obſervat, tu vide Senec. epiſt. 123. de brevit. vitae c. ult. de tranquill. animi c.11. Hinc conſtat antiquum fuiſſe in Eccleſia ritum, quem hodie etiamnum ſervant, comitari funera accenſis facibus, diſtinctis ordinibus eccleſiaſticis, praeeunte Sacerdotum choro, puerisque phonaſcis. Theologos non exſcribo.

52. *Cogit*. Solin. c.16: *Manifeſtum eſt in ſeptentrionalem plagam hieme grues frequentiſſimas convolare*. Tull. lib.II. de nat. deor: *Grues calidiora loca petentes, maria tranſmittunt*. Homer. lib. III. Iliad:

... Χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
Κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

... Frigus effugerunt & ingentem imbrem,
Cum clangore volant ad oceani fluenta.

Sed propius ad mentem noſtri poëtae Virgil. lib.VI. Aeneid:

Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus,
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Apud Homerum, grues fugiunt imbrem, apud Maronem, hiems fugat grues, ut hic cogit. Homero tamen concors Sen. Oedipo act.3:

... Gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hiemes ales.

Et Lucan. lib.VII:

... Quae Nilo mutare ſoletis — Threicias hiemes.

Paſſim talia apud poëtas, & multa notata a me ad Claudian. de bello Gildon:

Ingenti clangore grues aeſtiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.

Hoc tantum addo, volatu per diſciplinam obſervato effingere in aëre quaſdam litterarum notas, Solin., & Claudian. ſupra, Caſſiodor. lib. VIII. epiſt.12: *Litteras ex gruum volatu collegiſſe Mercurius fertur*. Iul. Hygin. fab. c.277., Lucan. 5:

. . . . Primoque volatu
Effingunt varias caſu monſtrante figuras.

Ibid. *Coactae*. *Coactis*, fuerat in editione, cum vidiſſet in manuſcripto, *coactae*, bene, & aperto ſenſu, ſi ſic legatur:

Aſpe-

Aſpera cogit hiems glacie, nivibuſque, coactae
Innumerae glomerantur aves.

Ut ſit hiems aſpera glacie, & coactae aves glomerentur.

61. *Pius. Prius*, puto melius, id eſt antequam obiret, nam monimenta ſibi vivi ſtruebant. Svet. in Auguſto c.100., Sen. de brevit. vitae c. ult: *Diſponunt etiam quae ultra vitam ſunt, moles ſepulcrorum.*

63. *Coronatis*. In publica, privataque laetitia velabant fores coronis, & poſtes ſertis. Iuven. ſat.6:

. . . . *Necte coronam*
Poſtibus, & denſos per limina tende corymbos;

Id ramis protenſis fiebat. Idem ſat. eadem:

Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.

Claudian. lib.1I. de raptu, ubi plura:

Pars aulaea tenent, alii praetexere ramis
Limina.

Et in epigr. de magnete:

. . . *Feſta frondentia myrto — Limina cinguntur.*

64. *Honos*. Hemiſtichium hoc ex Claudiano eſt lib.1I. de raptu; *lyrae* bene ſic reſtitutum, antea peſſime legebatur.

Organa, plectrum, lyra, & totam inſonuere per urbem.

73. *Convicia*. In manuſcripto Codice legerat Aſſagrius, *convicia*, expunxerat, reponens, *convivia*, ſed peſſime, nam optime huic loco convicia quadrant. Quintilian. lib.I. c.3: *Gaudemus ſi quid dixerint (pueri ingenui) licentius, verba ne Alexandrinis permittenda delitiis oſcula, ac riſu excipimus*. Stat. lib.v. Sil. ult:

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delitias, doctumve ſui convicia Nili
Infantem, linguaque ſimul, ſalibuſque protervum.

Convicia igitur puto eſſe *ſales compoſitos, & verba meditatam laſcivulam ſonantia*, quae intereſſe conviviis Romanis ſolita quis neſcit? ex Syria quippe, & Aegypto pueri, e Gadibus puellae accitae, *quae molliores ſupra naturam, canora dulcedine, & ſaltationis lubrico* (Macrob. lib.1I. c.1.) *exercerent philoſophantes*. Dixi abunde, ut ſpero ad Claudian. ad illud lib.1I. de laud. Stilic:

Non pueri laſciva ſonant.

74. *Diſcurſus*. Prius *diſcuſſus*, male.

77. *Formae*. Imitatur Claudian. l.1I. in Ruffin:

Rurſus ad humanae revocat primordia formae.

87. *Epulas*. Hoc e Papinio expreſſum lib.1I. Thebaid:

Poſtquam regales epulas, & gaudia vulgi
Biſſeni clauſere dies.

88. *Sarepta*. Plin. lib.v. c.19., Sidon. Apollin. carm.17: *Quaeque Sareptano palmite miſſa bibas*, male *Seraptano*, legebatur.

Ibid. *Gaza*. Strabo. lib.xi., ſed nihil de vino, aut viribus, nec Curt. lib.iv., at eſt Iſidori lib.xx. c.3., Caſſiod. lib.xii. epiſt.12.

89. *Aſcalon*. Oppidum Syriae. Mela lib. I. c.11. nihil de vite.

90. *Africa*. Plin. lib.xiv. c.1: *Stat provinciarum aliquarum per ſe vitis ſine pedamento, artus ſuos in ſe colligens, & brevitate craſſitudinem paſcens: vetant hoc alibi venti, ut in Africa.*

91. *Cypros*. Plin. lib.xiv. c.7.

94. *Ibalia*. Corrige *Oebalia*, claro ſenſu.

95. *Vitans*. Simulavit Ulyſſes inſaniam, ne ad bellum Troianum iret. Iul. Hyg. c.95., Ovid. lib.xiii. Metamorph:

. . . . . *Detrectavitque furore*
Militiam ficto.

Sed quas ille ſuis manibus plantarit vites, non legi quod ſciam, niſi nobiliſſimum, Homero celebratum vinum Maroneum accipiamus. Athen. lib. I. c.30., Plin. lib.xiv. c.5. Papin:

Maronaeo foedatus lumina Baccho.

96. *Quaeque*. Expungendum, *que*, Virgil. lib.1I. Georg:

Quae Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.

Sil. lib. vii:

Methymna ferax Latiis ceſſura falernis.

Modius ep.31. legit *ferox*, & *lacubus*. Horat. lib.1I. ſat.8., Mart. lib.viii. epigr.51., Callimach. epig.20.

97. *Falerno*. Error inſignis, nam neque hoc aevi vinum Falernum in uſu, quod multis antea ſaeculis iam defecerat, nec veriſimile ex Italia tanto tractu comportatum Byzantium vinum, notum enim in Gaurano prope Neapolim monte Falernum gigni. Praeter geographos Sil. Ital. lib.vii. plene fabulam de Falerno narrat, atque illi quidem primum decus, primumque pretium. 2. Georg:

Nec cellis ideo contende falernis.

M. Varro rei ruſt. lib.I. c.2: *Quod far conferatur Campano, quod triticum Appulo, quod vinum Falerno, quod oleum Venafro*. Mart. lib.v. epigr.65., Ovid. lib.iv. de Ponto eleg.2., & alii paſſim, & mentio eius apud Labeonem IC. lib.xvii. ff. de ann. legat., ſed tamen quia non convenit in hunc locum, cenſui legendum, *lyaeo*.

99. *Alba*. Quaedam enim vina alba, quaedam nigra, quaedam flava, Athen. lib.I. c.30.

100. *Riſatica*. Quod hoc genus vini, ego fateor me ignorare. Nam nec Plinius, qui Italica, & tranſmarina vina ſigillatim numerat, nec Virgilius, nec Macrob. lib. iiI. Saturn. c. ult., qui ſuſceperant recenſionem vitium ex profeſſo, atque utinam mihi, aut tempus, aut libri ad manum eſſent, ſed ſpero futurum, ut aliquis magnus in doctorum choro, a me relicta ſit explicaturus. Et certe fieri non poteſt, ut non ſit mendum: viderat in manuſcripto Codice Aſſagrius:

Fuſca dabant fulvoris Attica vina metallo.

Et ſic putavit legendum, non male:

Attica fuſca dabant fulgenti vina metallo.

Claro ſenſu, ſed nimia tranſpoſitione verborum, & ut

& ut apparet, alienum a ſcriptura auctoris: ego putem ſic poſſe legi:

Fuſca dabant fulvo ſimul Attica vina metallo.

108. *Cerſura*. Cenſorum erat munus conviviorum luxuriam reprimere, notum quippe eſt toties ſublata ſplendida convivia legibus, *Orchia*, *Fannia*, *Didia*, *Licinia*, & *Cornelia*, aliiſque in morum utilem diſciplinam latis. Gell. lib.II. c.24., Macrob. lib. II. c.13., alii.

111. *Fercula*. Numerus Auſonianus epigr.8:

Fercula gemmatis cum poneret horrida vaſis.

112. *Grandia*. Legebatur prius *plus gravia*, contra carminis rationem, ſignificat autem *Chryſendeta*, id eſt *gemmas auro inſertas*, ut notat Turnebus, Tull. VI. Verr., Plinius ſaepe, Mart. lib.XI. epigr. 12:

Te potare decet gemma.

Duplex eorum uſus, aut enim in poculis gemmae celatae, aut in lancibus. De poculis alii docuerunt, adde Virgilium II. Georg:

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

De paropſidibus Mart. lib.II. epigr.43:

Innumeri tibi flava tegunt Chryſendeta mulli.

Et lib.XIV. epigr.97., qui locus appoſitus eſt:

Grandia ne viola parvo chryſendeta mullo.

119. *Poſt mortem*. Plin: *Cuius magnitudini ne illud quidem obſtat, quod noſtro ſaeculo natus ſit*. Ovid. lib.IV. de Ponto eleg.16: *Fama maior poſt cineres*. Mart. lib.V. epigr.10: *Poſt fata venit gloria*. Invidia viventium gloriae detrahit, mors nomen conciliat. Horat. lib.II epiſt.1:

Miraturque nihil niſi quod Libitina ſacravit.

122. Et hoc Virgilianum eſt II. Aeneid:

Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi.

Id eſt *Aſiatico*, *Phrygio*, ut interpretantur viri docti, Horat. lib.II. od 4. *barbarae turmae*, pro Troianis. Ovid. lib. VI. Metamorph. fab. 1. de Arachne textrice:

Stamina barbarica ſuſpendit candida tela.

Scio apud Feſtum lib. II. opponi *barbaros ſolis Graecis*, quod dixit etiam Plutarch. in Coriol., Diomed. Grammaticus apud Gyraldum dial. 4., ſupra in praefat. num.4. *barbara regna*, & lib.I. num.1. *barbara bella*, & num.15. *barbaricas phalanges*.

124. *Quarto*. Beliſarius quarto Iuſtiniani Conſulatu, qui in ſeptimum annum imperii ipſius incidit, Gilimere ſtrato, recepta Carthagine, Africam Vandalis ademptam reſtituit Romanae ditioni. Iohan. Zonar. tom. III. Annal. Chronolog., alii aliter, ſat ſcio.

125. *Terret*. Peſſime, ſic reſtitui *tereret*, aperto ſenſu, nam triumphantes curru Capitolium aſcendebant. Caeſar de Gallis triumphans *aſcendit* (Svet. c.37.) *Capitolium ad lumina*. Lucan. lib.VIII:

... *Nec ter Capitolia curru — Invectus.*

lib.IX. idem: ... *Quam ter Capitolia curru - Scandere.* Sidon. Apollin. carm.5:

Et regum aſpicient Capitolia fulva catenas.

Apollon. Collatinus de excidio Hieroſolym. lib.II:

. . . . . . *Capitolia ſcandes*

Victor, & Auguſtum nomen, ſedemque tenebis.

Claudian. de VI. Hon. Conſul., & alibi ſaepe:

Iamque parabantur pompae ſimulacra futurae

Tarpeio ſpectanda Iovi.

136. *Alto*. Virgil. lib.II. Aeneid:

... *Toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.*

137. Deſcribit conclave imperatorium, Papinio II. Thebaid. *concilii penetrale*, infra num.6. *ſanctumque intrare cubile*; purpureis aulaeis ornabatur, & ob id Graecis πορφύρα, Latinis *purpura* dicebatur. Claudian. de III. Hon. Conſul.

Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.

Et de IV. Hon. Conſul:

Patrio felix adoleſcis in oſtro.

Et de nuptiis Honorii, & Mariae:

Natus in oſtro — Parvus Honoriades:

Ex quibus patet Auguſtas puerperas in illo enixas. Hic etiam genialis Caeſarum lectus, hic cum coniugibus cubabant. Idem de bello Gildon:

Tyrio qua fuſus Honorius oſtro

Carpebat teneros Maria cum coniuge ſomnos.

145. *Miracula*. Sic vocat frequenter res ſplendidas, magnificeque paratas lib.II. num.4:

Narrabunt populi miracula veſtra futuri.

Supra hoc lib. num.2:

Quis numerare poteſt tantae miracula pompae?

Infra num.7:

Ceteraque egregiae ſpectant miracula pompae.

Quae ut multa alia deſumpta a Claudiano de IV. Conſul. Hon:

... *Quos habitus, quantae miracula pompae — Vidimus.*

Et de Conſulatu Manlii, & alibi:

. . . . . . *Miracula plebi colligite.*

Iulian. Θαῦμα φέρων πάντεσσι. *Miraculum attulit omnibus*; in Anthologia.

147. *Sanctum*. Hoc ex Ovidio lib. I. Triſt. eleg.7., aliter legit Sareſberienſis:

Illud amicitiae ſanctum, & venerabile nomen.

156. *Favebat*. Non patitur lex verſus *fiebat*, legi, quare aut reponendum, *fremebat*, aut melius *favebat*, formula notiſſima.

158. *Schola*. Quod Propertius vocat *gymnaſium*, id ſcriptores Iuridici *ſcholam*. Caſſiodor. lib.V. epiſt.23: *Schola martia mittat examina. pugnaturus ludo, qui ſe exercere conſuevit in otio*. Hinc undecim ſcholas militum numerat Iuſtinianus lib. XXXIV. C. *de locat.* Scholae autem Palatinae fit mentio a Iuſtino Aug. lib.XIII. C. de Iudiciis: *Duarum librarum auri poena afficere, per ſcholam Palatinam exigenda*. Suſpicor tamen ſubeſſe mendum, ut lib.IV. num.2: *Per ſcholas, turmaſque vocant*. Sed ſaepe leges carminis violat.

160. *Decanorum*. Non ſunt hic decani illi, quos pontificum ius agnoſcit, ſed qui humandis cadaveribus praeerant, quos Latini quidem *Libitinarios*, Graeci νεκροθάπτας vocant, de quibus eſt

eſt tit.27. lib.XII. Cod. & Conſtitutio Theodoſii, & Valentiniani Augg. l.9. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Ibid. *Curſorum*. Hi ſunt forte, quos Latini ſcriptores vocant *viatores*, qui magiſtratibus ad officia praeſto erant, nam numerata officia hic aulae Conſtantinopolitanae differunt ab occidentalibus, nomine omnia, quaedam re ipſa.

Ibid. *Agentum*. Schola agentium in rebus ſignificatur. Thomas Patricius agens in rebus, V. Synod. act.7. Frequens mentio in iure, lib.XII. Cod. tit. 20., & l. 3. C. de offic. militarium Iudicum. Ammian. lib.XVI: *At Imperator, rapere, inquit, ſciunt agentes in rebus, non accipere.*

169. *Latus*. Magna inter doctos diſſenſio, de modo geſtandi gladios ſuos, nam Homer. lib.II. Iliad:

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.

Circum humeros iecit gladium argenteis clavis diſtinctum.

Concors Virgilius lib.VIII. Aeneid:

Tum lateri, atque humeris Tegeaeum ſubligat enſem.

& lib.IX. Aeneid:

... Humero ſimul exſuit enſem — Auratum.

Tamen exiſtimo Romanos ad latus, ut nunc fit, enſes geſtaſſe, non a collo, aut humero ſuſpenſos, ut heroico aevo. De ſtatua equeſtri Domitiani principis Papin. lib.I. Sil.1:

It tergo demiſſa chlamys, latus enſe quieto
Securum.

Dixit maximus Lipſius, & ego poſt illum, multa in utramque partem ad illud Claudian. lib. II. de laudib. Stilichon:

Geſtatoſque patri ſcapulis radiantibus enſes.

Licet alii malint legere, *capulis*, contra fidem Ms. mei, & Veneti antiquiſs.

171. *Extantis*. Lege, *extantes*.

176. *Capita*. Hic verſus male affectus, licet ex Virgilio lib.IX. Aeneid:

Conſurgunt geminae quercus, intonſaque caelo
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.

179. *Pares*. Locus hic, auſim iurare, corruptus eſt, & tranſpoſitus, ego tamen mederi non poſſum, niſi ad arboris referamus aetatem.

202. *Pennis*. Victoriam depingebant virginis alatae habitu, quare ab Horatio lib.1. epiſt.18., & Claudiano III. Conſul. Honor. *velox* dicitur. Lampr. Severo: *Pater eadem nocte in ſomnis vidit alis ſe Romanae Victoriae, quae eſt in Senatu, ad caelum vehi*. Trimatius ab Hygino reprehenſus, quod lib.II. Iliados, ut refert Gellius lib.VI. c.6. dixiſſet:

Dum dat vincenti praepes Victoria palmam.

Ex quo Auſon. Edill. 8:

Hoc mihi praepetibus Victoria nuntiet alis.

Ad celeritatem eventuum ſignificandam talis ei pictura adſcripta, & ſic in Curia ſtabat Romae, ut ex relatione Q. Symmachi diſcimus. Sic in aedibus privatis: diſco ex L. Apuleio Mileſ. lib. II: *Atria longe pulcherrima, columnis quadrifariam per ſingulos angulos ſtantibus, attollebant ſtatuas Palmaris Deae. Facies quaqua pinnis explicitis ſine greſſu pilae volubilis, inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes, nec ut maneant, inhaerent, & iam volare creduntur*. Quas ille pinnas explicitas, Ovid. lib.III. Amor. eleg. 2. ſparſas vocat:

Prima loco fertur ſparſis Victoria pennis.

Apud poëtas dicitur dubiis pennis inter utramque partem volare. Apollon. Collat. lib. III. excid. Hieroſolym:

Romanae plauſit volitans Victoria claſſi.

Pindar. Pyth. od.9:

Πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο νίκας.

Multas vero antea alas accepit victoriae.

Habitus autem illi, & color candidus. Sil. Ital. l.XV:

... Niveis Victoria concolor alis.

Elegans eſt Pompei epigramma:

Ῥώμη παμβασίλεια τεὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται·
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

Roma omnium Regina tua gloria numquam interibit,
Victoria enim te fugere ſine alis non poteſt:

Multa dixi ad VI. Conſul. Honor. Adfuit, inquit, Victoria,

. . . . . : Quae divite penna
Patricii reverenda fovet ſacraria caetus.

Lib. III. de laudib. Stilich:

... Cum totis exſurgens ardua pennis
Ipſa duci ſacras Victoria panderet aedes.

Illud vero non omiſerim olim globo inſidentem depingi ſine alis ſolitam, alaſque ipſius ſtatuae addidiſſe patrem Bubali, & Athenidis. Sunt qui ad Pergamenum Caryſtium hoc referant, alii ad Aglaophontem pictorem. Scholiaſt. Ariſtoph. *in Avibus*, ad haec:

Αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν.

Statim Victoria volavit aureis alis.

204. Pavimenta a Graecis ad Romanos fluxerunt, Iſidor. lib.XIV. c.8; dicta, quod *paviantur*, id eſt caedantur, Idem lib. XIX. c. 10. *Depavire* enim eſt *caedere*, Feſtus. Lucret. lib.XII:

Bibulam pavit aequor arenam.

Conficiebantur ex marmore Numidico inſigni artificio polito, M. Varro apud Feſtum lib. XIV.; aut ex teſtis fractis, & calce addita, Plin. lib.XXXV. c.12. Elaborabantur arte, picturae ratione. Idem lib XXXVI. c.25: Καλεῖτο δ' ἂν τὸ μὲν ὑπὸ τὼ πόδας ἔδαφος, τὸ δ' ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὄροφος, inquit Pollux lib.I. c.8: *Vocatur, quod ſub pedibus eſt, pavimentum, quod ſupra caput, faſtigium*. Lege Senecam lib.II. controverſ.1. Criticos ad Nonium in *vermiculatus*, Svetonium Iulio c.46. Interpretes Horatianos ad lib.II. od.14., denique Lucilium a Plinio loco nominato citatum, & Tullio in orat. perf., & lib.III. de orat:

Quam lepide lexeis compoſtae, ut teſſerulae omnes,
Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato.

207 *Vela*. Non ſunt domorum ornamenta privatarum, quae nunc tapetes appellamus, ſed Principum cubiculorum velamenta. Sidon. Apollin. lib.I.

lib. I. epiſt. 2. Theodorici regis: *Limina incluſa velis, excluſa cancellis*. Alii obſervarunt. Dum vero volebat Princeps admittere clientes ad ſalutandum, velo dimoto prodibat, aut illi ſubibant. Ael. Lamprid. Severo: *Salutaretur quaſi unus de Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis, aut ſolis iis, qui miniſtri ad fores fuerant, cum antea ſalutare Principem non liceret, quod eos videre non poterat*. Infra num. 7:

Verum ut contracto patuerunt intima velo
Oſtia, & aurati micuerunt atria tecti.

Ibid. *Cuſtodes*. Ο' προκαθήμενος τῦ βεστιαρίου, *procubitor veſtibuli*, Curopalates. Virgil. lib. IX. Aeneid. *Fiduſque ad limina cuſtos*. Aut miniſtri ad fores, ut ait Lampridius, aut admiſſionales. Vide Senec. lib. VI. de benef. c. 33. & 34. Hinc officium admiſſionis, Sveton. Veſpaſ. c. 14. Num. ſeq. *Imperat admitti*.

209. *Condenſi*. Sic antea concipiebatur: *Condenſi numeris faſtu*; & Aſſagrius viderat in manuſcripto, *Condenſi in numeris*: ego lego, *Condenſati humeris*.

211. *Adytis*. Bene ſic reſtitutum, cum antea legeretur, *atitis*.

212. Ammian. lib. XV: *Conſiſtorium eſt, in quo legatos, & quoſcumque ſe adeuntes Princeps admittit, & audit, & de cauſſis cognoſcit, inquirentibus, & diſpicientibus Conſiſtorianis*. Suidas συνέδριον exponit. Inde *Comites Conſiſtoriani* Honorio, & Arcadio Augg. lib. I. C. de Comit. Conſiſt., & *conſiſtorium imperatorium ingredi*, lib. ult. C. de diverſ. Iudic. offic. Auſon. in gratiar. act: *In illa ſede, ut ex more loquimur, conſiſtorii, ut ego ſentio, ſacrarii tui*. *Conſiſtoria antiqua*, Caſſiodor. lib. V. epiſt. 41: *Donator glorioſus aulici conſiſtorii*, idem lib. VI. form. 6. Eſt praeterea conſiſtorium locus cubiculariorum, Sidon. Apollin. lib. II. epiſt. 2.

217. *Epulis*. Comites domeſticos deſcribit; quorum mentio paſſim in iure. Valentinian., & Martian. Augg. l. 10. C. de metatis: *Comites domeſticorum, & protectorum, & ſacrarum largitionum, & rerum privatarum*. Et ſchola domeſticorum, l. 3. C. de Senat. Et eſt formula apud Caſſiodorum lib. VIII. epiſt. 12. Suidas, alii.

218. *Sanctum*. Praepoſitum ſacri cubiculi notat, ſive eum, qui gynaeciae praeerat, Ammian. IC. paſſim l. 6. tit. 8. Cod. Theodoſ., & Caſſiodorus; & ad illud Claudiani lib. I. in Eutrop. multa dixi, ex Heliodoro, & aliis:

Aurum, veſtes, arcana tueri
Mens inſida vetat.

221. *Narſes*. Eunuchus hic primum Cubicularius, deinde Exarchus Italiae ſub Iuſtiniano factus, ut narrat Paul. Diacon. lib. IV. Infra num. ult:

Adſtabat Narſes, ſedemque ornabat herilem.

Vetus inſcriptio digniſſima hic inſeri:

IMPERANTE. DN. PIISSIMO. AC. TRIVMPHALI. IVSTINIANO. PP. AVG. ANNO. XXXVIII. NARSES. VIR. GLORIOSISSIMVS. EX. PRAEPOSITO. SACRI. PALATII. EX. COS. ATQVE. PATRICIVS. POST. VICTORIAM. GOTHICAM. IPSIS. ET. EORVM. REGIBVS. CELERITATE. MIRABILI. CONFLICTV. PVBLICO. SVPERATIS. ATQVE. PROSTRATIS. LIBERTATE. VRBIS. ROMAE. AC. TOTIVS. ITALIAE. RESTITVTA. PONTEM. VIAE. SALARIAE. VSQVE. AD. AQVAM. A. NEFANDISSIMO. TOTILA. TYRANNO. DESTRVCTVM. PVRGATO. FLVMINIS. ALVEO. IN. MELIOREM. STATVM. QVAM. QVONDAM. FVERAT. REFORMAVIT.

Ab altera parte pontis, hi verſus ſunt:

Quam bene curbati directa eſt ſemita pontis,
Atque interruptum continuatur iter.
Calcamus rapidas ſubiecti gurgitis undas,
Et libet iratae cernere murmur aquae.
Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites,
Et Narſen reſonans plauſus ubique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum flectere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

230. *Igne*. In manuſcripto erat Codice, *ignem*, quare legi poteſt:

Vicinoque die, clarum denuntiat ignem.

231. *Conſcendit*. Sic innumeris locis hiſtorici, & poëtae eius aevi, ut notetur ſuggeſtum Imperatoris altum ſupra ceteram multitudinem. Claud. lib. II. in Ruff: *Scandat ſublime tribunal*; & lib. I. in Eutrop: *Scandit ſublime tribunal*; lib. II. de laud. Stilich: *Conſcendentemque tribunal ... Proſequar*. Sidon. Apollin. carm. 7: *Petimus, conſcende tribunal*. Supra lib. I. num. 10: *Solium conſcende paternum*; lib. II. num. 2: *Soliumque aſcendere patris*; & num. 7:

Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum.

238. *Immenſaque*. Indubie error librarii culpa admiſſus, Sic lege:

Ingreſſus primos, atque immenſa atria.

240. *Splendentia*. Bene antea, *miratur pubes*, dictum, nam apud Livium: *Volſci ſenſere ante oculos* (1. dec. lib. II.) *micare gladios, turbati vertunt terga*. Heliodor. lib. IX: Ἀργυρέοις τε καὶ ἐπιχρύσοις τοῖς ὅπλοις τὸ πεδίον καταστράπτων. *Argenteis, & aureis armis campum quaſi fulgore illuſtrans*. M. Varro: Περὶ τύχης. *Tela dextra vibrant, ruſſatia emicant, atque inſignibus Martis torques aureus, & ſcuta caelata Hibero argento gravi crebra fulgent*. Accius epinauſimache:

A claſſe ad urbem tendunt, neque quiſquam poteſt
Fulgentium armûm ardorem armatus obtui.

Heſiod. Clypeo:

Τεύχεσι λαμπομένους σέλας ὡς πυρὸς αἰθομένοιο.
Armis fulgentes velut fulgor ignis ardentis.

Neque quicquam frequentius in deſcriptione exercituum hoc armorum, haſtarum, clypeorumque nitore, Claudian. lib. II. in Ruff. de exercitu Stilichonis:

Implet Theſſaliam ferri nitor.

& poſt:

Hic ultrix acies ornata fulgida ferri.

Et de III. Honor. Conſul:

. . . . *Perſtringit abacto*

Lux

Lux oculos, nudique leges mavortia ferri
Ingeminat ſplendore diem.

Lucan. lib I:

Ardenteſque acies percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis.

Lib. IV. infra num. 3:

Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.

241. *Criſtaſque*. In manuſcripto, ut ait Aſſagrius, *criptaſque*. Bene reſtitutum, *criſtaſque*. Maximus Lipſius in militia Romana. Claudian. de IV. Honor. Conſul:

... *Rutilus criſtis, & caſſide maior.*

242. *Lanceas*. Mendum eſt, ſed cui ego medelam adhibere non poſſum: forte eſt ſynaereſis, quae raro hoc modo contingit.

253. *Caveam*. Turbata haec omnia antea, & ſic concepta, *amant caneant*.

Ibid. *Turbatque*. Recte correctum, *caveam turbaſque*, manifeſto ſenſu, nam cavea locus feras ſpectaculo deſtinatas aſſervandi. Stat. lib II. Sil. 5:

... *Stat cardine aperto — Infelix cavea.*

lib. I. ſil. ult. (omitto libros de ea re compoſitos:)

Ecce autem caveas ſubit per omnes.

254. Mos hic receptus in ſpectaculis ludicris, ut beſtiae introductae in arenam cernuae procumberent, & Principes adorarent. Doctiſſimus mortalium Marcilius ad librum ſpectaculorum Martial. ep. 17:

Quod pius, & ſupplex elephas te, Caeſar, adorat.

259. *Adfixus*. Solebant legati, praeſertim cum quippiam impetrare vellent, in terram cernui ſe abiicere: docet T. Tivius I. Dec. lib. IX: *Eo anno a frequentibus Samnitium populis de foedere renovando cum legati Senatum humi ſtrati moviſſent, reiecti ad populum haudquaquam tam efficaces habuere preces.* Saguntini apud Silium lib. I:

Affigunt proni ſquallentia corpora terrae.

Nec barbarorum is ad Romanos euntium mos, ſed Romanorum etiam ad alios. Diac. lib. XVI: *Introductus legatus Romanorum, cum adoraviſſet* (Archetam regem Aethiopum) *iuſſus eſt erigi.* Sed haec lapſis temporibus.

262. *Capillis*. T. Liv. I. Dec. lib. III: *Stant paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum caeleſtium, finemque peſtis expoſcunt.* Arnob. lib. I: *Deorum ante ora proſtrati limina ipſa contererent oſculis.* Lucan. lib. I I:

Hae lacrimis ſparſere deos, hae corpora duro
Affixere ſolo, laceraſque in limine ſacro
Attonitae fudere comas.

Stat. lib. V. Sil. I:

Illacrimat, ſignatque fores, & pectore tergit
Limina,

ſic enim lego ex Codice Argentoratenſi: in aliis legebatur male, *pectore terget lumina*. Idem lib. IX:

... *Gelidas verrentem crinibus aras.*

Sil. Ital. lib. VI. v. 560:

Aſt aliae, laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deum.

Claudian. de laud. Serenae, ubi plura:

... *Supplice crine — Verris humum.*

271. *Avarum*. Avares, ſeu ut alii malunt, *Abares*, (Suidas Anthol. lib. 4. c. 4. epig. 15: Ἀβάρων στρατὸς, *Abarum exercitus*; male Hunnorum vertit Brodaeus). Populi ſunt e Scytharum genere, quos Hamaxobios Plinius, Ptolemaeus, alii vocant. Ita ſentit Evagrius hiſtor. Eccleſiaſt. lib. V. c. 2. Alii Gothos, Hypogothos, Gepides, & Vandalos eoſdem eſſe populos, ex Gepidum deinde genere, Langobardos, & Avares diviſos, qui ſub Theodoſio Iuniore Danubium tranſeuntes in Pannonia conſedere. Paul. Diacon. lib. XIV. Idem tamen in Heraclio lib. XVIII. Hunnos facit. Hi trigeſimo primo anno imperii Iuſtiniani Byzantium ingreſſi ſunt, hoc eſt ſeptennio ante mortem ipſius: quarto deinde anno Iuſtini per Tiberium, qui poſtea imperavit, in Thracia victi, & triumphati: IX. anno vicerunt Romanos, Evagr. lib. V. c. 10. Supra in Praefat:

Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.

lib. I. num. 14:

En Avares, Francique truces, Gepideſque, Getaeque.

Eos autem, ut profugos, & extorres ſedibus, inſectatur infra Iuſtinus:

Effera gens Avarum proprias defendere terras
Non potuit, ſedeſque ſuas fugitiva reliquit.

Ibid. *Cagan*. Non memini me legere quis hic Cagan, niſi quod Corippus regem nominet Avarum. Infra:

... *Signa meis Cagan contraria ſignis*
Ferre parat?

Et iterum: ... *Caganque timeri — Se putat?*

Ibid. Nulla huius, quod ſciam, apud Latinos mentio, frequens apud Graecos, qui tamen *Chaganum* non Caganum appellant: indicavit mihi vir in omni litteraturae politioris genere verſatiſſimus Franc. Sizaeus Santo. Photius Biblioth. in excerptis hiſtoriarum Theophylacti Simocattae lib. I: *Miſſi legati Romanorum Elpidius, & Commentiolus ad Abarorum Chaganum, qui, quod liberius apud Barbaros loquutus eſſet Commentiolus, contumelioſe excepti fuerunt. Vertente anno rurſus Elpidius ad Chaganum in legationem profectus, viginti ſe millia quotannis additurum pollicetur.* Menander Protector in hiſtor. pag. 95. inſignem de eo refert hiſtoriam: Κατεθρασύνετο γὰρ Ῥωμαίων ὁ παρὰ τοῖς Οὔννοις λεγόμενος Χαγάνος. Φήμη δέ τις αὐτὸν, &c.; quem locum vertit idem Franc. Sizaeus: *Inſoleſcebat enim adverſus Romanos ille, qui apud Hunnos vocatur Chaganus; fama autem quaedam ad ipſum pervenerat antequam pacem rumperet, animalia quaedam corporis mole conſpicienda Romae ali, quocirca Mauricium Imperatorem rogavit, ut eorum aſpectu ſibi frui liceret; Imperator autem eius cupiditati ſtatim morem gerens, maximam, quae apud ſe aleretur, belluam ad Chaganum miſit, qua viſa Indica bellua elephante, confeſtim theatrum dimiſit, & eam ad Imperatorem remitti iuſſit, ſive obſtupefactus, ſive aſper-*

aſpernatus id quod ceteris erat miraculo, mihi non conſtat, neque enim ſilui ſem. Photius Abarorum, Menander Hunnorum regem facit; quia ut toties dixi, Abari, ſeu Avares ab Hunnis oriundi; unde tolles mendum ex Adone Viennenſe Chronico, aetate VI. ann. ſalut. DCCCLXVI: *Avarum, id eſt Chunorum regnum*, lege *Hunnorum*.

275. *Siccare*. Alludit ad numeroſum Perſarum exercitum, qui duce Xerxe Graeciam invaſit, a quo ſiccati amnes Scamander, Onochomus in Theſſalia, Simois in Phrygia, Chydorus in Boeotia, Lyſus in Thracia, Herodot. lib. VII.; Diodor. Sicul. lib.XI. epotos quidem fluvios ait, ſed non nominat. Iuven. ſat.10:

... Epotaque flumina Medo — Prandente.

Sidon. Apollin. carm.9:

Atque hinc fluminibus ſatis profundis
Confeſtim ebibitis, adhuc ſitiſſe.

Auſon. *Urbibus*. Burdegala:

Hunc cuperes rex Mede tuis coniungere caſtris,
Flumina conſumpto cum defecere meatu.

Claudian. lib.II. in Ruff.

Narratur rapuiſſe vagos exercitus amnes.

& lib.I. de laudib. Stilich:

Arebant tantis epoti millibus amnes.

276. *Plene*. Legi poſſet bene, meo iudicio. *potu.*

278. *Manus*. Ex Claudiano lib.I. de raptu:

... Genibusque ſuas cum ſupplice fletu
Admovere manus.

Ritus notiſſimus. Sveton. Tiber. c.20., & 24., Claudio c.44., T. Liv. 3. Dec. lib.X: *Si genua, ſi victricem attingere manum dexteram, precor quaeſoque hanc veniam ſupplici des.* Valer. lib.III. c.8. de Ephilate, lib.V. c.1. de L. Paullo, alii paſſim. Virgil. lib.X. Aeneid:

Et genua amplexus affatur talia ſupplex.

Homer. lib.I. Iliad. v.407., & lib.VI:

Ἔπειτα λαβὼν ἐλίσσετο γούνων.
Deinde amplexus genua ſupplex oravit.

Hinc veteribus exiſtimatum ſedem miſericordiae genibus ineſſe, quod Plinio viſum lib.XI. c.45., Plaut. Trucul. ſc. *Egone tibi*:

. . . . . . Per tua obſecro
Genua, ut tu iſtud inſipienter factum ſapienter feras.

279. *Fieret*. Legi poſſet, & puto melius, *ni faceret*. 1. Aeneid: *Ni faciat maria ac terras.*

Ibid. *Fruſtra*. Diverſa erat in margine lectio, ſic:

Ne forte excelſis fruſtra.

Ibid. *Babylonia*. Quam aliis *Babylon*, illi *Babylonia*, & Caſſiod. lib.VII. epiſt.15.

280. *Cincta*. Priſcian. in periegeſi:

Ad partes Auſtri Babylon, quam moenibus olim
Mirandis poſuit, firmiſque Semiramis urbem.

Feſt. Avien. deſcript. orb. terrae:

Hanc priſca Semiramis urbem — Vallavit muris.

Hygin. fab.233., Mart. lib.IX. epigr.77., Propert. lib.III. eleg.10., Q. Curt. lib.V., & dicam ad Claudianum lib.II. in Eutrop:

... Centum portis Babylona ſuperbam.

Et de Conſul. Olyb., & Probini:

Noſtra Semiramiae timeant inſignia turres.

Ibid. *Humeris*. Aliter in margine legebatur ſic:

... Dominoſque Avares nunc patria ferret;

vel hoc pacto:

... Didicit dominos patientia ferre.

282. *Nives*. In eodem Codice, diverſitas lectionis haec erat:

Hibernos curſus quando refrenat.

284. *Extenſos*. Aliter etiam hic verſus legebatur:

Vidimus & tectus vitrea teſtudine pontes.

287. *Concreta*. Melius indubie, *cum cruſta*.

290. *Area*. In manuſcripto, *aurea*.

291. *Cryſtalli*. Poll. lib.II. c.4. κρυσταλλοειδὴς pro oculi parte, Ms. κρύσταλλος ſemper Euſtathio placet, & Polluci lib.V. c.18. contra etymologiam, & uſum, nam in Ms. meo Claudiano cryſtallus ſemper, & alibi. Solin. c.20: *Putant glaciem coire, & in cryſtallum corporari. ſed fruſtra; dat Europa, dat & Aſia, ſed pretioſiſſimum Scythia edit.* Plin. lib.XXXVII. c.2: *Contraria huic cauſſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto, non alibi certe reperitur, quam ubi maxime hibernae nives rigent, glaciemque eſſe certum eſt.* Ariſtot. apud A. Gellium lib.XIX. c.5., & favet huic ſententiae Sen. lib. III. nat. quaeſt. c.25. Indubie haec pars ex formula SC. eſt maior. Stat. lib. I. Sil.2:

Raraque longaevis nivibus cryſtalla gelari.

Feſt. Avien. deſcript. orbis:

Hic dites venae niveum gignunt cryſtallum.

Priſcian. perieg:

Illius fluvii rigidas prope frigore ripas
Invenies lapidem cryſtalli.

Sidon. Apollin. carm.11., & Claudianus epigrammatis videantur, Martialis, & alii.

294. *Hebrum*. *Imbrum*, aut, quod carminis ratio non capit, *Imonem*, legebatur: reſtitui *Hebrum*, quia ſupra, *Hebrum ſiccare lacu* dixerat.

Ibid. In priore editione fuerat *calcavimus Imorem*, repoſueram *Hebrum*, claro ſenſu; at iam diſtinguo ſic, & lego:

Cornipedum liquidos ſeu terruit ungula campos,
Inſanum volvens ſtrepitum, calcavimus Immon.

Immos enim campus eſt apud Cedrenum; aut certe, *calcavimus Imbron, aut Imbrum*. Plin. lib.IV. c.12: *Samothrace ab Imbro 32., a Lemno 22. mill. paſſuum.* Pompon. Mela lib.II. c.7: *In Aegeo mari prope Thraciam Samothrace, Thaſos, Imbros.* Eſt ergo inſula, & urbs, Strabo lib.X; quam Pelaſgi condidere ex Anticlide, Idem lib.V. Apud Theophraſtum *Umbros* legitur, *Imbrus* Stephan. de urbibus. Hom. Iliad. lib.XIV. v.281., & lib.XIII. v.33., & lib.XXIV. v.78., Dionyſ. Perieg. v.524:

Ἴμβρος Θρηϊκίη τε Σάμος Κορυβάντιον ἄστυ.
Imbros Thraciaque Samos Corybantica civitas.

Meminit & Val. Flacc. Setin. Argonaut. lib.II:

... Iam quas praeviderat arces
Navita condebat, proraeque acceſſerat Imbros.

Pri-

Priſcian. perieg:

Fertilis atque Thaſos, ſimul Imbros.

300. *Iſtri*. In manuſcripto erat, *aſtri*.

307. *Tranſmittite*. Malim, *tranſmittito*.

311. *Legatis*. Sacroſanctum erat legati munus, ut quae vellent oratores miſſi, dicere poſſent, neque eos violare iure gentium licebat, ut a IC. definitum eſt. Stat. lib. II. Thebaid:

... Sanctum populis per ſaecula nomen
Legatum inſidiis, tacitoque invadere ferro - Parat...

314. *Locis*. In antiquo Codice, *locos*, male.

323. *Ignarus*. In margine, *ignaris*, melius, meo iudicio.

326. *Ludo*. Formula loquendi uſu receptiſſima. Sidon. Apollin. carm. 5: *Clypeoſque rotare: ludus*, doctiſſimus interpres. Ovid. lib. IV. de Ponto el. 8:

Quodque aliis opus eſt, hoc tibi luſus erit.

Flacc. Argonaut. lib. III:

Ludus & ille deo.

Horat. lib. II. ſat. 2:

Ludus erat culpa potare magiſtra.

Feſt. Avien. deſcript. orbis:

Inque procelloſos lembum convertere fluctus
Ludum habet.

Claudian. lib. I. in Ruffin: *Fratreſque necare — Ludus.* De III. Honor. Conſul: *Ludus erat pharetras hoſti ereptas tractare*. Lib. de laud. Serenae: *Tibi pagina vatum ludus erant*.

342. *Fulmine*. Ex hiſtoria petitum: nam Hannibal urbem obſidens, foeda fuit abactus tempeſtate, inde poëtae finxerunt deos armatos in tutelam urbis ſtetiſſe. Aurel. Prudent. lib. II. in Symmachum:

Hannibalem Iovis imperio, Martiſque repulſum,
Cum ſuper e celſo pugnarent numina ſaxo.

Idem Hannibal apud ſuos. Sil. Ital. lib. XVII:

. . . . . . Fulmina contra
Et nimbos, tonitruſque, ac ſummi numinis iras
Cum ſtarem.

Iuppiter ad Romam. Sidon. Apollin. carm. 7:

Cum caſtra tuis iam proxima muris
Starent, Collina fulmen pro turre cucurrit.

Claudian. de bello Getico:

... Iactata procul dicuntur in hoſtem
Fulmina, divinique volant pro moenibus ignes.

344. *Noſtros*. Aliter in margine: *Sub noſtris humiles, fractiſque triumphis*, melius ut puto.

350. *Gratis*. Aliter, *grati*, ſed prior lectio melior.

354. *Numeros*. Militares copias dictas poſteriori aevo numeros notat Lipſius de militia Rom. lib. IV. c. 2. ex Lampridio in Macrino, Suet. Veſpaſ. c. 6., Ulpian. L. 2. ff. de his qui not. infam., Menander IC: *Voluntario milite numeri ſupplentur*, l. IV. ff. de re milit., Plin. lib. X. epiſt. 38. Corrige Tacitum in Agric: *Tranſacta aeſtas, ſparſi per provinciam muneri*, leg. *numeri*. Unde Tribunatus numerorum l. ult. C. de teſt. milit., Sozomen. lib. I: *Romanorum cohortes, quae nunc numeri dicuntur*. Suidas: Στῖφος, πληθυστρατευμάτων φάλαγγες, νούμεροι. Hinc putat vir cultiſſimus Philippus Rubenius in Electis ſuis lib. II. c. 33. legendum ſic Claudianum lib. de bello Gildonico, reclamante Ms. meo, & Codicibus hactenus excuſis:

Aſt ego quae terras numeris, pontumque ſubegi.

Nam alibi idem: *Regnorum tractat numeros*. Legebatur, *humeris*. Sed dabit veniam vir clariſſimus, ſi ab eo diſcedam. Humeri ergo ibi ſunt Senatores, & optimates, quorum conſiliis ſuperatus orbis, caput Imperatores, pedes agricolae, manus legionarii, ut a Saresberienſi eleganter dictum. Dixi multis ibi. Hic ſupra:

Dominos humeris iam ferre parata.

Iuſtinus ad Senatum ſupra lib. II. num. 7:

Vos eſtis pectus, vos brachia verticis huius,
Quorum conſiliis, quorumque laboribus uſa
Publica res domuit gentes.

365. *Populos*. In margine, *populum*, pari ſenſu.

368. *Regem*. *Rerum*, aliter.

369. *Omnium*. *Omnibus* legi debuit.

371. *Doniſque*. Aliter: *Donis, humileſque in honore*.

372. *Suas*. Aliter: *Quiſque ſuam menſuret opem.*

373. *Spe*. Lucanum imitatur lib. VII:

Haec eſt illa dies, cuius ſpe movimus arma.

374. *Divino*. Error procul dubio, puto reſtituendum:

Divinos ſibi nec plus conſulat.

384. *Qua*. Expunge, & lege, *ſub quo*.

385. *Alamannica*. Germani priſci nomen amiſerunt, & Gothis, Hunnis, Alanis, & Vandalis Europam depopulantibus in *Alamannorum* nomen tranſierunt, ex Arnobio, Salviano, Sidonio Apollinare, & aliis, ad Claudian. lib. I. de laud. Stilich:

... Iungique tuis Alemania ſignis.

Et de IV. Hon. Conſul:

Imploratque tuum ſupplex Alemania nomen.

Et puto primum eſſe Ammianum Marcellinum, qui hoc nominis uſurpet.

390. *Scultor*. *Scaldor*, ſed quis ſit is quaeratur.

393. *Optamus*. *Obſtamus*, puto melius.

IN LIBRUM QUARTUM CORIPPI

COMMENTARIUS ET CONIECTURAE.

Verſ.4. L*Egum*. Praefectus urbis iudiciis praeerat. Caſſiodor. lib.IV. epiſt.41., lib.I. epiſt.31: *Moverit ſe a Praefecto urbis legibus audiendum, ut pro facti qualitate diſcuſſam excipiat promulgatam iure ſententiam*. Iuven. ſat.4. de Pegaſo:

Interpres legum ſanctiſſimus.

Papin. lib.I. Sil.4. de Rutilio Gallico:

... Legeſque ubicumque togatae,
Quae tua longinquis implorant iura querelis.

10. *Trabeatus*. Veſtis Conſulum *trabea*. Claudian. lib.I. in Ruffin:

Poſt trabeas exſul.

Et Imperatorum. Idem de VI. Hon. Conſul., ubi multa dixi:

Collecti trabeatus adit delubra Senatus.

12. *Sparſurus*. Alludit ad Senecam lib.II. de benef. c.16: *Ut congiaria tua urbes ſint, quas quanto maioris animi fuit non capere, quam ſpargere?* Stat. lib.I. Sil. ult:

Dives ſparſio quos agit tumultus.

Martial. lib.VIII. epigr.78. Dixi ad Claudian. de VI. Honor. Conſul.

Ditandas ad dona tribus.

15. *Miſſilia*. Vocat Pomponius IC. l. 8. ff. de contrah. empt., & Caius IC. l.9. ff. de acq. rer. dom.

22. *Conciſor*. Infra hic: *Caeduntur robora ligni*. Ulpian. l.53. ff. de leg.3: *Sed utrum ita demum, ſi conciſum ſit* (lignum), *& an ſi non ſit?* Caſſiodor. lib.V. epiſt.18: *Artificibus abſcindendi ligna ſit permiſſa licentia*. Et epiſt.20: *Ligna ſilveſtria iubemus caedi*. Stat. lib.I. Sil.1: *Caeſis decrevit frondibus Ida*. Ovid. epiſt. Paridis ad Helenam:

Troiae caeduntur phrygia pineta ſecuri.

Petron. Arbiter. Satyr:

. . . . Caeſi vertices
Idae trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora.

Claudian. lib.I. in Eutrop:

Caedere ligna culinae.

Sed in tironum gratiam adſcribam locum ex Ennio lib.VI. Annalium, ut appareat, quam ſtudioſe eum poſteriores poëtae ſequantur:

Incedunt arbuſta per alta, ſecuribu' caedunt,
Percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
Fraxinu' frangitur, atque abies conſternitur alta.
Pinus proceras pervertunt: omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſilvai frondoſai.

Deſignantur ergo *lignarii*, ſic enim vocat Palladius Rutilius lib.I. rei ruſt. c.6. Iſidorus interpretatur *ligni opifices*, lib.XIX. c.19: *Sive illi tigna dolent, ſive aedificent*, ut loquitur Paullus IC. l. CCXXXV. ff. de verbor. ſignificat. Proprie tamen hoc loco deſignantur, ut puto: Ξυλίνων ὑλῶν οἱ ἐργάται, ὑλοτόμοι, καὶ δρυτόμοι, καὶ ὑλαγωγοί, ut inquit Iul. Pollux Onom. lib.VII. c.25: *Lignearum materiarum operarii, ligniſecae, calones, & ligni vectores*. Ligna itaque in triplicem uſum, aut in lignario aſſervata ad uſum ignis quotidiani, Martial. lib.XIII. epigr.15. aut ad ſacrificia allata (noti apud Graecos lignarii, qui ligna aris imponerent adolendis ſacris, Pauſan. lib. prior. Eliacor.) aut denique ſtruendae ſcenae, & pegmati parabantur. Dixi, ut ſpero, abunde ad Claudian. de Conſul. Manlii Theodori:

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis.

Quo admoneor, ut alium ex eodem locum emendem, nam ibidem, nullo ſenſu legitur, *puer augmentatus in artem emicet*. Ms. meus clare, *puer auctoratus*, quod antea vir magnus ſola coniectura docuerat. Sen. Apocolocynt: *Eum dedi larvis, & proximo munere inter nos, & auctoratus ferulis vapulare placet*. Et epiſt.37: *Eadem honeſtiſſimi illius, & huius turpiſſimi auctoramenti verba ſunt uri, virgis, ferroque necari*. Sveton. in Tiber. c.7: *Rudiariis quibuſdam revocatis auctoramento centum millium*. Plin. lib. XXXVI. c.15: *Gladiatorum ſpectacula edebat* (C. Curio) *ipſum magis auctoratum populum Romanum circumferens*. Tull. lib.I. de offic: *Eſt in illis ipſa merces auctoramentum ſervitutis*. Plin. lib.XIV. c.1: *Ut vindemiator auctoratus rogum, ac tumulum excipiat*. Apul. lib.II. Mileſ: *Hic auctoratus*, inquit, *ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceſſit*. Lib.IX: *Exſecrando metallo pudicitiam ſuam protinus auctorata eſt*. Et lib.I. Apolog: *Ob mercedem, & auctoramenta impudentiae deprehenſa haberi*. Vide viros doctos in Petronium. Huc refert Muretus illud Horat. lib.II. ſat.7:

Quid refert uri, virgis, ferroque necari
Auctoratus eas.

28. *Apium*. *Apum* erat in priori editione male.

38. *Fraxinus*. Qui vis naturas arborum hic expreſſas legere, adi Virgilium lib.II. Georg. lib.VI. & XI. Aeneid., Claudianum lib.II. de raptu, Statium lib.VI. Thebaid., Silium Italicum lib.X. in funere Paulli Aemilii, quorum collatione tiro proficies.

48. *Serrae*. Serra a *ſtridore*, Iſidor. lib.XIX. c.19. Uſum Daedalus excogitavit, Plin. lib.VII. c.56. ducto exemplo a triſſagine herba, Idem lib.XXIV. c.15. Aut Talus Daedali ſororis filius, Diodor. Sicul. lib.V. Denique ſunt qui ad Perdicem referant inventionem, Iul. Hygin. fab. c.274. Ovid. lib.VIII. Metam. fab.3:

Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerrae repperit uſum.

Inter-

Interpretes Virgilii ad illud 1. Georg:

Tum ferri rigor, atque argutae lamina ſerrae.

Uſus eius in ſuppliciis, Sveton. in Calig. c.27., & in ſecandis veſtibus, Martial. lib.XIV. epig.143:

Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

51. *Mille*. Tot enim naves duxit Agamemnon. Praeter hiſtoricos & Homerum, Sen. Agamemn. act.3. ſc.1:

Aurata primas prora ſignavit vias,
Aperitque curſus, mille quos ſecant rates;

Virgil. lib.II. Aeneid:

Non anni domuere decem, non mille carinae.

Statiana Thetis lib.I. Achilleid:

... Video iam mille carinis — Ionium, Aegaeumque premi.

68. *Turmas*. Diviſum a plebe Senatum in ſpectaculis, equitique ſuum ordinem conceſſum monui ſupra; nunc autem quod plebi ſecundum turmas, hoc eſt tribus, diſtincta fuerint ſedilia, non legi, nec puto verum. Non loquor de campo, aut ſeptis, in quibus certum eſt populum in tribus diviſum, ut facilius ſuffragia ferri poſſent, at in ludis non eadem ratio.

69. *Palmas*. Aviditas rapiendi congiaria exprimitur. Ammian. lib.XVI: *Non, ut moris eſt, expanſa chlamyde, ſed cavata manu ſuſcepit, at Imperator, rapere, inquit, non accipere ſciant agentes in rebus*. Notat Caſſelius vir eruditus. Sveton. in Auguſto c.91: *Stipem quotannis die certo emendicabat a populo cavam manum aſſes porrigentibus praebens*. Avarus ille paſtor apud Virgilium ecl.1. queritur *manum numquam redire domum gravem aere*. Tibul. lib.II. el.4:

Illa cava pretium flagitat uſque manu.

Infra hic num.2:

Praetendunt dextras, & praemia ſumunt.

Et num.3. *Palmaſque* ad rapiendum, *ſinuſque* ad recondendum, *parabat*. Habeo multa dicta ad Claudian. lib.II. in Ruffin:

Dextera quinetiam ludo conceſſa vagatur
Aera petens.

73. *Imber*. *Nimbus ſparſionis*. Martial. lib.VIII. epig.78., Stat. lib.I. Sil. ult:

Dum noſtri Iovis hi ferantur imbres.

82. *Seria*. Formula recepta. Plin. lib.II. ep.13: *Cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui*. Idem lib.IV. ep.17: *Nihil a me ille ſecretum, non ioculare, non ſerium, non triſte, non laetum*. Caſſiodor. lib.VIII. ep.10., Claudian. lib.II. de laud. Stilich:

Seria quiſque iocis nulla formidine miſcet.

Male meo iudicio legebatur *feria*, contra carminis, & grammaticae regulas.

86. *Honorum*. Vetus Codex *honorat*.

88. *Arcus*. Supra, *arcus replere*. In victoriae monimentum arcus triumphales erigebantur, & certe XIV. arcus, ex P. Victorio, & aliis hiſtoricis, in urbe enumerat Honuphrius. Infra hoc libro num.3:

Perque arcus vicoſque omnes.

Martialis (quem cognomento Coquum vocat Iohan. Sareſber. lib. VIII. c.13. citans nomine Coqui epigramma (quod eſt 56. lib.IV.) lib.VIII. epigr. 64:

Stat ſacer edomitis hoſtibus arcus ovans.

Sveton. in Domit. c.13. A nominibus triumphantium dicti illi, Claudian. de VI. Hon. Conſul:

Nominis arcum — Iam molita tui.

Depingebantur in his captivi. Vetus ſcholiaſt. Iuvenal. ad illud ſat.10:

... Summo triſtis captivus in arcu.

Et ſpoliis hoſtilibus exuviiſque ornabantur. Claudian. lib.III. de laudib. Stilichonis:

Indutoſque arcus ſpoliis.

Et de VI. Conſul. Hon:

Spoliiſque micantes — Innumeros arcus.

89. *Patebat*. In antiquo Codice erat, *patere* male, ut opinor.

100. *Gaudente*. Male olim legebatur, *gaudente populo*.

102. Repone pro *ipſo*, *ipſi*, ut lex grammaticae conſtet. Supra lib.III. num.5:

... Imitatur olympum — Officiis Auguſta domus.

Et num.7:

Et credunt aliud Romana palatia caelum.

Forte reſpexit ad illud Claudiani lib.III. de laud. Stilich:

. . . . . . Quae luce metalli
Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris,
Et ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi.

Quamquam Corippus de officiis, Claudianus de aedificiis agat.

103. *Dona*. Caſſiodor. lib.VI. epiſt.7: *Calendis Ianuariis affatim dona largimur, & laetitia publica militia tua eſt*. Q. Symmach. lib.X. epiſt. 20: *Calendas anni auſpices, quibus menſium recurſus aperitur, impertiendis ſtrenis dicavit antiquitas*. Sed non tantum clientes patronis offerebant, ſed cives univerſi Auguſtis (docet Svetonius in Auguſto c.57. Martialis paſſim) & hi civibus. Auſon. epiſt.2:

Auguſtae ſanctum munus habere manus.

Supra lib.II. num 9:

Dona Calendarum properant vicina mearum.

105. *Sportis*. Sportula congiarium pauperiorum, nam ſportis pecunia diſtribuenda imponebatur. Martial. lib.I. epigr.81., lib.III. epig.50., lib.VIII. epig.50., & omnibus pene paginis, Iuvenal. ſat.1., 3., & 10., Plaut. Curcul., & Menaechm. Vide interpretes Tranquilli in Domit. c.7. Dividebantur ſportulae ad ſonum tubae convocatis clientibus. Iuven. ſat.1:

... Iubet a praecone vocari
Omnes Troiugenas.

Triplex uſus, aut in publicis ſolemnitatibus, puta in ludis, aut Conſulatu, aut inauguratione Principum. Claudian. de VI. Hon. Conſul:

. . . . . . Praelarga vocavit
Ditandas ad dona tribus.

Aut in nuptiis, Symmach. lib.IV. epiſt.14: *Honor ſportulae ſuſcipiendae culmini tuo & more, & amore ſolvendus eſt*; & epiſt. 55., lib. IX. epiſt. 91., & 102. Ammian. lib.XIV: *Cum intervallata temporibus convivia longa, & noxia coeperint apparari, vel diſtributio ſolemnium ſportularum anxia deliberatione tractatur*. Vide ſupra num.1. hoc libro:

Et donis aptare ſinus.

Scio nomine ſportulae pecunias illas intelligi, quae iudicibus, aut exſecutoribus litium dantur, cuius mentio in Iure paſſim; omitto hiſtoricos. Leo, & Anthemius Augg. lib.XXXIII. §.1. C. de Epiſc., & Cler. l. ult. C. de re milit. lib.XII. idemque Graecis πρυτανεῖα vocatur, ut docet Suidas, & ex eo Cael. Rodig. lib.XII. c.21., & lib.XXVII. c.24. Ea deponebatur a reo, & accuſatore multae nomine, quae, ſi victus eſſet, ad temp. redibat, decima eius parte iudicibus numerata.

110. *Figuris*. Prima pecunia, ut ſonat nomen, & grammatici docent, pecudum impreſſa effigie ſignabatur, deinde Deorum vultibus, Plin., & Ovidius 1. Faſtor. Ultimo Imperatores ſuo nomine, geſtiſque numiſmata percutiebant. Caſſiod. lib. VII. epiſt.32: *Monetae debet integritas quaeri, ubi & vultus noſter imprimitur, & generalis utilitas invenitur*. Lib.VI. epiſt.7: *Ut imago Principum ſubiectos videretur paſcere per commercium*. Locus eſt inſignis Claudiani lib.1I. in Ruffin. de ſtatim denuntiando Caeſare Ruffino:

Inſcribi propriis aurum fatale figuris.

Ibid. Dixi vultu Imperatorio ſignari ſolitos nummos; at apud Graecos alia ratio, imo & Romanos prima republica. Ariſtoteles certe lib.VI. polit. χαρακτῆρα vocat nummi, ut hic *titulos figuraſque*; & figurae nomine intelligi debent effigies auctoris, nomen, inſcriptio, & ſignum, ſeu nota victoriam aliquam deſignans; effigies autem, ut dixi, vultus erat Impp. Rom., qui monetam cudi iubebant ſtatim atque imperium adepti eſſent. Treb. Pollio in Trebelliano lib.I. C. de vet. num. poteſt., Cedren. de Niceph. Phoca, Ammian. lib.XXVI: *Aureos ſcilicet nummos in vultum novi principis, aliaque ad illecebras aptantes*. Caſſiod. lib.VI. form.7. Neque vero auctoritas pecuniae a ſolo pondere, ſed a vultu Imperatorio, qui ſi abſuiſſet, uſus interdicebatur, l. 102. ff. de ſolut., l. 24. ff. de pign. act. Nec tantum Romae id, ſed in provinciis; quare ut mirum illud refert Procopius lib. III. de bello Goth: *Quod Franci, non ut alii populi, Romani Imperatoris imagine, ſed ſua impreſſa nummos ſignent*. Lege Cornelia ob id cautum, ne quis privatus pecuniam cuderet, Ulpian. IC. l. 9. ff. ad l. Corn. de falſ., & viris doctis memini notatum ex Paullo ſent. 5. tit.25., quo forte illud Perſii refer ſat.5:

Et veri ſpeciem dignoſcere calles,
Ne qua ſub aerato mendoſum tinniat auro.

Aurum Perſius, noſter *argentum* hic. Pollio in Victoria Tyranna: *Cuſi ſunt eius nummi aerei, aurei, & argentei*. Prima itaque moneta aerea erat, ſucceſſit argentea, aureaque; Grammatici, Macrob. lib.I., Saturn. c.7., Ovid. 1. Faſtor:

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt.

Triplex materies pecuniae ex Pomponio l. 2. §. *deinde* ff. de orig. Iur. colligitur. Tull. lib. III. de leg: *Minores magiſtratus aes: argentum, aurum, publice ſignanto*. L. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. Liquet ergo nec ferreos nummos fuiſſe ullos, nec ſtanneos, nec plumbeos; licet de ultimis Martial. lib.I. epigr.100:

Conſtemus tibi plumbea ſelibra.

Et lib.X. epigr.74:

Centum merebor plumbeos die toto.

M. Plaut. Caſin. a ſc. *Omnibus*:

Cui homini hodie peculi nummus non eſt, niſi plumbeus.

Non ut legit maximus Hotmanus, *non eſt, niſi plumbeus*, vult enim ei vilem aliquem nummum ſupereſſe, qualis eſt plumbeus, nihil praeterea. Idem in Moſtell. ſc. *Illi Bucidae*:

Tace ſis faber, qui cudere ſoles plumbeos
Nummos.

Et in Trinum. ſc. *Huic ego*:

. . . . . . *Eine aurum crederem?*
Cui ſi capitis res ſiet, nummum numquam credam plumbeum.

116. *Lumen*. Ammian. lib.XVI: *Inſidebat aureo ſolus ipſe carpento, fulgenti claritudine lapidum variorum*. Supra lib. III. num.1. vide:

Sed lumen non ignis erat.

123. *Tapetibus*. Tapetes in uſu heroicis temporibus, Homerus paſſim; & iam a Romanis recepti, Ulpian. IC. lib.XII. ff. de Inſtr. leg: *Voluptatis gratia ſunt ſpecularia, & vela*. Iuven. ſat. 9. citatus a Saresber. lib.III. c.12., & alii:

Vela tegant rimas, iunge oſtia.

Idem ſat.6:

Pendentia linquit — Vela domus.

127. *Gabinos*. Res nota: a Romulo Reges, & Conſules togam cingebant, ut in laevum humerum laciniae pars reiiceretur. Claudian. de III. Honor. Conſul: *Cinctuſque imitata Gabinos*.

Et de IV. Honor. Conſul:

More Gabino — Diſcolor incedat legio.

De VI. Honor. Conſul: *Habituque Gabino*.

Serv. ad VII. Aeneid., Iſidor. lib.XIX. c.24. alii:

131. *Adoravit*. Foedus adulandi ritus. Tacitus, Svetonius, alii. Lib.1I. num.7. infra (modus adorandi apud Heliodorum lib. IX.) in fine:

Pronus adoravit, laudans pia dicta Senatus.

136. *Opimi*. Nomen opimum eſt Conſulatus; reparavit autem Conſulatum Iuſtinus, quia poſt Baſilium Iuniorem uſque ad eum nulli Byzantii Conſules. Itaque Orientale imperium ſine Conſulatu XXV. annis, ut probat eleganter Honuphrius in Faſtis. Supra lib.1I. num.9:

. . . . *Nomenque negatum*
Conſulibus, Conſul poſt tempora cuncta novabo.

141. *No-*

141. *Nova*. Notius eſt, quam ut dici debeat, Conſtantinopolim in Romae nomen migraſſe, ita tamen ut nova Roma diceretur, lib.IV. C. de oper. public. Notat Savaro ad Sidon. ſuum, carm. 2: *Orbis Roma tui*. Claudian. lib.II. in Ruffin:

Urbs etiam magnae quae dicitur aemula Romae.

Et de bello Gildon. Roma loquitur:

Cum ſubiit par Roma mihi, diviſaque ſumpſit
Aequales aurora togas.

Supra lib.I. num. 15., & 18. fin., lib.III. num.5. principio & hoc numero, & lib.IV. v.101: *Nova Roma nitebat*. Antholog. lib.IV. c.4. epigr. 16: Βυζαντίας Ῥώμη, & c.2. epig.9. vocatur.

142. *Albo*. Λεύκωμα τῶν βουλευόντων Dioni lib.LV. *Album Senatorum* Tacito lib.IV. Annal. Lipſ. ibi. Erat tabula albis lineis notata, in qua Senatorum nomina ſecundum ordinem ſcribebantur: paſſim in iure, & apud hiſtoricos. Sedul. lib.I. in fine:

. . . . . . *Alboque beati*
Ordinis extremus conſcribi in ſaecula civis.

148. *Connectant*. Sic antea excudebatur, ego certiſſima coniectura repoſui, *convectant*, nam ſupra hoc numero:

Convectant rutilum ſportiſque capacibus aurum.

Et lib.I. num.7:

Omnia vectantes gemini commercia mundi.

Virgil. IV. Aeneid: *Praedamque per herbas . . . Convectant*. Et lib.VII., & IX: *Convectare iuvat praedas*. Papin. lib.I. Thebaid:

. . . *Quid ſi Tyriae, Phrygiaeve ſub unum*
Convectentur opes.

Deſinant critici turbare, quorum quidam legunt, *connectantur*, alii *convertantur*, nonnulli denique *converrantur*, ut reſpexerit ad illud Horatii lib.I. od.1:

Quicquid de Libycis verritur areis.

151. *Primordia fertilis anni*. Confer hunc locum cum Claudiani libro II. de raptu. Primordia autem ſunt primitiae, quae diis offerebantur, Caſſiod. hiſt. trip. lib.VI. c.29. Exemplum habes in Eumeo Homerico lib.XIV. Odyſſ., & in Diana ſuccenſente Oenaeo, quod agri primitias ſibi non dedicaſſet, IX. Iliad. Apollini autem debebantur, Pauſan. lib.X., Plin. lib.XVIII. c.2.: qui ritus ſolemnis Hyperboreis, Solin. c.26. Ovid. de Nuce:

Tunc domini memores ſertis ornare ſolebant
Agricolae, fructu proveniente, deos.

Ibid. *Fertilis anni* dixit ex Tibullo lib.IV. ad Meſſalam:

. . . *Oriente die duce fertilis anni.*

153. *Donaria*. Non placet Servii mens ad lib.III. Georg. v.534. volentis donaria eſſe locum, in quo donaria aſſervantur, nam Imperator definit. quae *ad miniſterium Dei dedicata ſunt*, §.8. Inſtit. de rer. diviſ., & Theophilus vertit δῶρα. Caſſiod. lib.IX. epiſt.15. adeatur. Cebes ἀναθήματα in tabula ſua vocat. Erant ergo munera diis oblata, & templis affixa. Infra num.4: *Deniſque ornavit, & auxit*. Lib.IX. Aeneid. v.407. Horat. lib.I. od.5: *Caſus effinxit in auro*, VI. Aeneid., & diſerte Tibull. lib.I. eleg.3:

Nunc, Dea, nunc ſuccurre mihi, nam poſſe mederi
Fixa docet templis multa tabella tuis.

Addo, Ducum defunctorum arma Diis appenſa. Parthenopeus moriens apud Papinium lib. IX. Thebaid. fine, iubet *ſua arma ſuſpendi Dianae*.

154. *Oratorum*. Invectus mos ſub Auguſtis, quoties inirent Conſulatum adeſſe panegyriſtes, *ut quando tutum non eſſet ſilentium*, ut ait Plinius, *fictae laudes extorquerentur*. Notat Savaro.

160. *Reponunt*. A re ferraria ducta vox. Sen. epiſt.82: *Ergo nec quod debet creditori ſuo reponere quiſquam ſcit alius, quam ſapiens*. Oppoſita ſunt inter ſe auditorem eſſe, & reponere, Horat. lib.I. epiſt.1. *ſcriptorum auditor*; & de Arte poëtica, *reponis Achillem*. Sen. Rhetor lib.IX. controv.2: *Initio, contumeliae cauſſa, a deridentibus diſcipuli latronis auditores vocabantur, deinde in uſu verbum eſſe coepit, & promiſcue poni pro diſcipulo auditor*. Iuven. ſat.1:

Semper ego auditor tantum? numquamne reponam?

Martial. Coquus lib.XII. epigr.18:

Et totum mihi nunc repono, quicquid
Terdenos vigilaveram per annos.

Supra lib.III. num.4:

. . . *Quibus haec verbis, qua laude reponat?*

186. *Officiis*. Miniſtri aulae Conſtantinopolitanae ſic vocantur, de quibus eſt liber Georgii Codini, quem alii Curopalatem volunt dici. Supra lib.III. num.6., & 7. poſt principium, lib.IV. num.2., & alibi ſaepe. Rutil. lib.I. Itin., & alii paſſim.

Officiis regerem cum regia iura miniſter.

188. *Per ſcholas, turmaſque vocans*. Aliquoties haec dictio apud Corippum corrupta, ſive inſcitia linguae Graecae, ſeu licentia poëtis uſurpata, ſive denique operarum incuria. At facile hic poſſet ſic legi:

Perque ſcholas turmaſque vocans.

Supra lib.III. num.5.

Acciti proceres omnes, ſcholaque palati eſt.

Tu ſi videtur, repone, & ſic lege:

Acciti proceres omnes, ſcholaque alta palati.

Auſon. profeſſ. carm.17., & 19. protrept. ad Nepotem eidill. 32: *Graio ſchola nomine dicta eſt*. Martial. lib.I. epig. 36., lib.II. epig.64., lib. III. epig.20., & alii paſſim. Vide notata ad lib. III. num.5., & adde locum Claudiani de VI. Honor. Conſul:

Hic & belligeros exercuit area luſus.

204. *Pulſantque balatibus auras*. Error indubie, librarii an Corippi? ſed facilis reſtitutio, ſic enim lege:

. . . *Pulſant balatibus auras.*

208. *Syrica*. Sic legebatur. Aſſagrius cenſuit reponendum *ſerica*, quod mihi non placet; itaque retinui antiquam lectionem. Locus eſt

elegans apud Salvianum Maſſil. de Iudic. & provident. lib.IV: *Ut de alio hominum genere non dicam, conſideremus ſolas negotiatorum, & Syricorum omnium turbas, qui maiorem ferme civitatum univerſarum partem occupaverunt*; ita quos Latini *Syros*, poſterius aevum *Syricos* dixit, indeque *Syrica* pro *Syriaca*.

216. *Suſpiciunt*. Erat antea *ſuſcipiunt*.

234. *Togis*. Togam omnium ordinum, omnis ſexus Romae fuiſſe geſtamen, quis neſcit? addo tantum Conſtantinopolim etiam translatam, Claudian. de bello Gildon:

Cum ſubito par Roma mihi, diviſaque ſumpſit
Aequales aurora togas.

Rara de toga invenies apud Suidam in τήβεννος.

240. *Tegebat*. Formula recepta. Curt. lib.VIII. *Vivunt, ſtant in acie, te clypeis ſuis protegunt*. Lib.IX. ipſe Alexander: *Me periculis obtulerim, qui ſaepe aciem clypeo texi*. Turpil. Demiurgo:

Quia non minus res hominem, quam ſcutum tegit.

Vetus Comicus apud Cariſium lib.IV. forte Pacuvius:

Vidi tegentem clypeo claſſem Doricam.

Claudian. de bello Get:

... *Patrem clypeis defendite Tibrim*.

Et de bello Gildon:

Clypeis tectos, galeiſque micantes.

De laud. Stilich. lib. III. *Protegis hanc clypeo*. Infra hic num.5: *Terga tegens Domini*.

241. *Protectorum*. Hinc protegentes armis latera Principis ſtipatores dicti protectores l. 9. C. Theod. de protect., & domeſt., l.6. C. de advoc. diverſ. iudic., Caſſiod. lib.XI. epiſt.31. Multa ſuper hac re communicavit mecum amiciſſimus Marcilius, quae nihil neceſſe hic inferi. Mentio l.10. C. de metatis; & alibi. Lib.III. num.4:

Et protectorum numerus mandante magiſtro.

258. *Garrula*. Ob loquacitatem illius avis ingratam, inſuavemque. Homer. lib. XXI. Odyſſ. Sic exemplum illuſtre eius rei apud Plutarchum lib. de vindictae divinae tarditate, de Beſſo quodam parricida. Minos ad Alciati embl.70., Auſon. Ephem: *Strepit lectis vigilax hirundo*. Martial. lib.I. epig. 54: *Multiſona fervet ſacer Attide lucus*.

Ibid. *Feneſtras*, quia αὐτὴ ἡ χελιδὼν ὁμωρόφιος ἡμῖν διαιτᾶται, ait Artemid. lib.II. Oneirocrit. c.71: *Ipſa hirundo ſub eodem tecto nobiſcum manet*. Virgil. lib.IV. Georg:

. . . . *Ante*
Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.

Erat inter ſymbola Pythagorae, ut refert D. Hieronymus: *Sub eodem tecto hirundinem ne habeto*; quia ut hirundines aeſtivo tempore adſunt, hieme decedunt, ita amici ſimulati contubernium ſervant quamdiu res in tranquillo ſunt, vertunt terga, ſi quid turbetur. Auctor ad Herennium. Denique Oppiani Cilicis locus eſt de amore eius in fetus, lib.I. Halieutic: Ἠὲ καὶ εἰαρινῇσι χελιδόσιν ἐγγὺς ἵκωνται μυρομέναις ἃ τέκνα. *Vel etiam in vernas hirundines prope incidit lugentes ſuos pullos*; *Vernas*, quod eius adventus ver ſignet. Suid. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, *una hirundo ver non facit*. Vide eumdem in νέα χελιδὼν, *nova hirundo*, & adagiorum collectores; quo ſenſu dixit Claudianus lib.I. in Eutrop. *brumalem hirundinem*, ut opponeret *vernae*:

Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.

Plin. lib.X. c.24. vult: *In vicinos montium receſſus abire, ibique deliteſcere tota hieme nudas implumeſque*. Martial. lib.V. epig.68:

Hibernos peterent ſolito cum more receſſus
Attides, in nidis una remanſit avis.

260. *Flagitant*. Non patitur ratio carminis, lege *rogitantque*, aut aliquid ſimile. Totus hic locus expreſſus eſt a Iulio Montano (de quo, ut puto, Ovidius lib. IV. de Ponto eleg. 16.) *noto amicitia Tiberii, & frigore*. Habes fragmentum apud Senecam epiſt.122:

. . . . *Iam triſtis hirundo*
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore miniſtrat.

Plin. lib.X. c.35: *In fetu ſumma aequitate alternant* (noſter *diſtribuit eſcas*) *cibum*. Iuven. ſat.10:

Hiat tantum, ſeu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna.

Quae ex illis mutuatus videtur Oppian. Cilix lib. III. Halieutic: Ἀπτῆσιν φέρει βόσιν ὀρταλίχοισι μήτηρ, εἰαρινὴ ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις. *Implumibus fert pullis pabulum mater verna Zephyri nuntia avis*.

271. *Arcem*. De huius templi ſtructura, aliorumque a Iuſtiniano ſuſceptorum, Zonar., Procopius, & alii.

274. *Myſterium*. Contra leges proſodiae: ſic *idolum*, *eremus*, *eccleſia*, aliaque innumera apud Prudentium, & alios.

290. *Inde*. *Ibi* fuerat in editione priore, repoſui *inde*.

304. *Omni*. In margine fuerat *pneumaque*, contra regulas originis, & uſus dictionis, retinendum *omnique*.

321. *Fidem*. In initio principatus ſui, ut ſupra admonui, Iuſtinus pietati deditus, & tunc videtur hoc opus ſcriptum; at poſtea Pelagianam amplexus haereſim iuri Eccleſiaſtico non mediocriter derogavit, ut nonnullis viſum.

331. *Sine ſemine*. Allecti erant ergo, qui non ſunt, ut ait Perſius, *patricius ſanguis*; ſed in patricios cooptati. Sueton. Tiber. c.1., Corn. Tacit. lib.XI. Annal: *Iiſdem diebus in numerum patriciorum adſcivit Caeſar vetuſtiſſimum quemque e Senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Iunius Brutus minorum gentium appellaverant, exhauſtis etiam quas Dictator Caeſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Senia ſublegere*. Clarum ergo, vetuſtae ſtirpis Senatores *conſcriptos* dici; alios *allectos*, non quidem in ius civitatis, quo quid abſurdius? ſed in Senatum, ut aſſentiar viro erudi-

eruditiſſimo legenti apud Svetonium Aug. c. 2: *Ea gens inter minores gentes allecta*, claro ſenſu, ut dixi. Antea male, *Romanas gentes*. Supra hoc libro num. 2:

Inde Senatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina, Conſcripti Patres.

333. *Pater Imperii*. Iuſtinian. Inſtit. lib. I. tit. 12. §. 4: *Quis patiatur imperatoriam celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?* Idem l. v. C. de Conſul: *Ne videantur, qui a nobis loco patris honorantur, alieno iuri eſſe ſubiecti*: deſignantur patriciatus honore ſublimes, *qui patres principis* dicuntur, Niceph. Eccleſ. Hiſtor. lib. XIII. c. 1. Adi Marcilium incomparabilem loco inſtitut. citato. Recte ergo patricius Luitprando exponitur πατὴρ βασιλέως, *pater imperatoris*; & Suidae πατρίκιος πατὴρ τοῦ κοινοῦ, *patricius pater reipublicae*. Noſter hic *Imperii pater*. Idem Suidas in Antiocho praepoſito, Cedren. in Baſilio Macedone, Caſſiodor. lib. VI. formula 2., Procop. lib. I. de bello Vandal. Claudian. lib. II. in Eutropium Eunuchum:

... Praeſidium legum genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur curia patrem.

Coniungebatur, ut Meurſio notatum, hoc nomen cum nomine regio. Chron. Laurishamenſe: *Otto, Dei gratia, Rex Francorum, ac Longobardorum, ac Patricius Romanorum*. Originem ritus a Conſtantino Magno accipiunt ex Zoſimo lib. II., ſed ſub Tiberio invenio, Iuvenal. de Seiano ſat. 10:

. . . . Tutor haberi
Principis Auguſta Caprearum in rupe latentis.

334. *Gaza*. Contra regulas grammaticae. Forte ſic uſurpatur barbara dictio a Barbaro, & Africano homine. Significatur autem μέγας σακελλάριος, *magnus ſacellarius*, non quidem is qui hominibus Deo dicatis praeeſt, ſed qui rerum ſacrarum, locive habet curam; idemque eſt σκευοφύλαξ Curopalati *utenſilium cuſtos*. Igitur ſaccellaria eſt procuratio hominum, ſacellum locorum, Nicet. Choniates lib. II.

344. *Regnum*. Sic reſtitui, *regnum ut velit ille ſubire*, cum eſſet nullo ſenſu, & contra legem verſus, *videlicet ille ſubire*.

347. *Amando*. Sic reſtitui, erat antea *amans*.

350. *Sanguine terras*. Quid ſit *dare terras iuſtas ſuo ſanguine* non legi, quare puto reponendum *poenas*, ſic enim conſtat ſenſus, & imitatio erit Virgiliana lib. X. Aeneid:

Teucriſque pio det ſanguine poenas.

Et lib. XI. Aeneid:

Tros Italuſve mihi pariter det ſanguine poenas.

353. *Seponens*. Ex coniectura ſupplevi lacunam hanc: erat enim *S* cum aſteriſco.

354. *Carnivoras*. Adeo truncatus hic verſus erat, ut difficile ſit ſenſum ullum reperire; poteſt tamen ſic legi:

Carnivoras animas ut mortis poena ſequatur.

362. *Poena timetur*. Viri boni declinant vitia, ſequunturque virtutem, ſolo ipſius amore ducti, nec ullo praemio allecti, & mali poenarum terrore cohibentur. Supra lib. I. num. 1:

Afficietque viros legum pius enſis iniquos.

Horat. lib. I. epiſt. 16:

Tu nihil admittes in te formidine poenae.

368. *Aſſtabat Narſes*. Hiſtoriam ſupra explicui lib. III. num. 6. Reſtat nunc locum inſigniter corruptum in Adonis Viennenſis Chronico, aetate ſexta, reſtituere. *Narciſſus*, inquit, *patritius Totilam Gothorum regem in Italia ſuperavit, & occidit*. Reſcribe, *Narſes patritius*. Adde ad ea, quae dixi, Agathiam lib. I., Victorem in Iuſtino, ſeu verius Epitomaſtem, Diacon. lib. XVI. in Iuſtiniano, Ottonem Friſingenſem lib. V. c. 5., in quorum omnium Codicibus *Narſes patricius* in hac hiſtoria legitur. De Narciſſo nihil, quem conſtat Claudio ab epiſtolis fuiſſe, Sveton. c. 28., & in Vitellio c. 2. fin. Veſpaſ. c. 4., Plin. lib. XXXV. c. 18., & lib. XXXIII. c. 10. Innominatus Scholiaſtes ad Iuvenal. ſat. 14. v. 329: *Narciſſus libertus Claudii potentiſſimus, idemque ditiſſimus eunuchus*: Sen. Praefat. lib. IV. nat. quaeſtion: *Meſſala, & Narciſſus diu publici hoſtes*. Dixi ex multis aliis ad illud Claudiani lib. I. in Eutrop:

... Iam Chryſogonis tua, Brute, poteſtas,
Narciſſiſque datur.

370. *Parius*. Parium lapidem, ſive marmor non facile perſuaſerim mihi auro includi ſolitum, niſi forte columnas e marmore bracteatas intelligamus, quod ſatis familiare, ſed non convenit huic loco, nam annulum inſigni gemma ornatum videtur deſcribere. Cenſui igitur reſcribendum, *Pharius lapis enitet auro*; quia in Aegypto ſmaragdi naſcuntur, Solin. c. 19., Plin. lib. XXXVII. c. 5., & alii; & opali, eiuſdem libri c. 6. licet ſciam Iſidorum lib. XVI. c. 12. dixiſſe in ſola India opalum naſci. Pharius lapis igitur erit ſmaragdus, aut opalus palae incluſus; aut certe Aegyptillam gemmam nigram, quam ſola Aegyptus parturit, Iſid. lib. XVI. c. 11. intelligere poſſumus. Supra lib. III. num. 1:

Et quas Memphitica Caeſar perduxit ab aula.

Ibid. *Auro*. Imitatur Virgilium lib. I. Aeneid:

. . . . Aut ubi flavo
Argentum, Pariuſve lapis circumdatur auro.

Levi haec calamo abſoluta citius, quam inchoata, in quibus, ut hirundo Byziam (Plin. lib. X. c. 24.) ocioſam verborum pompam declinavi. Ob id nullus mihi metus ne Antiphontis (Sen. lib. II. declamat. 1.) aut Seviani (Sen. lib. V. controv. 1.) aut Didymi (Quintil. lib. I. c. 8.) hoc habeatur opus, niſi forte a Porcello (Sen. Suaſor. 2.) cui ego ſuadeam cucurbitas pingere potius, quam cum doctis altercari. Certe *nullus cortinipotens*, ait Lucilius,

Cum dominam contigerit, mihi ancillas dedignabitur.

Alios nihil moror, nec tanti haec fateor, ut debeam vereri invidiam.

GASPARIS BARTHII
IN CORIPPUM
EMENDATIONES ET NOTAE
EX EIUS ADVERSARIORUM LIBRIS COLLECTAE.

IN FRAGMENTUM SEU PRAEFATIONEM.

F*Ragmenti* nomine libellis Corippi *de laudibus Iuſtini Minoris* praemittitur hoc Carmen, quod non tam alieni operis eſt Fragmentum, quam iſtius *Praefatio*.

Verſ. 2. *Sub pedibus dedit eſſe tuis*. In Ms. fuit *ſub ſedibus*, quod ita mutaſſe fatetur Aſſagrius Ruizius. At nobis, neſcio an prorſus male, altius aliquid latere videtur, quod librarius ineruditus non intellexerit. Scripſit Corippus:

Sub ſedes dedit eſſe tuas,

loquitur enim de iamdudum fati benevolentia ſubdito Imperio Iuſtino ſuo. Eruditior ſane ſcriptura. Et quid veniſſet in mentem librario *pedibus ſedes* ſubſtituere, ſi faciliorem vocem in libro inveniſſet? Alluſiſſe vero more ſuo, Corippus videtur dictum S. Scripturae in Pſalmis: *Sede ad dextram meam donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*. Quod ab aeterno rege ſcite ad Imp. ſuum traduxerit.

4. *Colubrimodis*. Ille, qui cincinnatos in morem ſpirarum videtur capere, quia Germaniae populis comae ornatus talis inter ornamenta pulchritudinis non videt, horrorem, non formae commendationem, Poëtam quaerere.

Ibid. *Avares*, quorum deſcriptio apud elegantem ultimi Latini aevi vatem Corippum, *Ungari* non ſine ratione videntur a Gothofrido Viterbienſi Chronologo appellari. In quam rem praeſens venies, ſi Theophylactum Simocatam hiſtoria Mauritii legeris. Eiuſdem rei aſſertor nobis eſt quoque Meginfredus, qui ante annos ſexcentos hiſtoriam Emmerami ſcripſit. Verba eius ſunt: *Inter anguſtias diſceptantis conſcientiae perlatum eſt ad eum, Avares, quos aliis nominibus Hunos, & Ungros appellamus, Pannoniae incolatu idololatriae ſqualere veterno, & in luce multarum id locorum gentium hanc ſolam veritatis diem non habere*. Idem ſentit Iuvencus Caedius Calanus: *Hunni, qui & Avares, nunc autem Ungari, in ultima Moeotide habitaverunt*. Eamdem gentem *Chazaros* quoque vocatam diſcas ex parte IV. Annalium Michaëlis Glycae.

Item. De gente Avarum lege Simocatam, Diaconum, alios hiſtoricos; nec inepta notavit Aſſagrius.

Ibid. *Dira* legendum non *dura*; ad diram enim Furiarum effigiem, capillis ex ceraſtis factis, alludit.

5. *Aſperrima bellis*. Eſt Maronianum, ut alia innumera.

6. Diſtingue: *Imperio ſubiecta tuo: ſervire parata*.

7. Morem ipſum venerationis iſtum notavit noſter etiam libro III. in deſcriptione Avaricae legationis. Alioquin erat & Romanorum. Lucanus libro VII. v. 371:

Credite grandaevum, vetitumque aetate, Senatum
Arma ſequi, ſacros pedibus proſternere canos.

Quod de *aula* ait, repetitum libro III:

... Longiſque implent ſpacioſa capillis
Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam.

8. Monemus, *exorat* non id, quod vulgo ſolet, ſonare, ſed quod valet alias *vehementer orat*. Gildas Invectiva: *Quis eorum pro peccatis populi exorans imo de pectore clamavit ut Moſes*. Apud Svetonium, & Apuleium notat appendice ad huius Apologiam Scipio Gentilis vir erudítiſſimus.

10. *Quae toties victos numeret per proelia Francos*. Haec ſcriptura ex cerebro Aſſagrii nata eſt, quam omnino incogitanter alii receperunt. Ms. liber habuit:

Qui totiens victor numeret per proelia Francos.

Quod omnino τῷ κοινῷ eſt; niſi quod *numeres* legendum. Eſt enim allocutio Iuſtini, ut conſtat ex τοῦ *tuorum*, quod ſequitur. Eſt vero elegantiſſima inſinuatio crebritatis victoriae, qua domitis Francis comparat Herculi Iuſtinum; quaſi centicipitem aliquam belluam Francos dicat. Claudianus ad Herculem:

Tergeminique ducis numeroſos deiicis artus,
Et toties uno victor ab hoſte redis:

quem haud dubie aſpexit Corippus. Eſt igitur haec vera ſcriptura, de qua paullo magis ſollicitos eſſe decebat Commentariorum ſcriptores.

Item ibid. Aſſagrii coniectura hic pro auctoris verbis legitur. In vetuſtiſſimo Codice legebatur:

Qui totiens victor numeret per proelia Francos.

Ego vero, quod ille vult, minime porro de Avarum gente, ſed de Romanorum victoriis ſermonem eſſe arbitror, qui Getas, Francos, Gepidas, Langobardos mutuis caedibus, ſuiſque virtutibus attriviſſe dicuntur. Tu veterem lectionem Corippo reſtitue, addita nota interrogandi; ita ta-

tamen, ut ex rei veritate *victos*, non *victor* legendum arbitreris, hac facie:

Quis totiens victos numeret per proelia Francos?
Edomitoſque Getas? captos, ſtratoſque tyrannos?

Haec vera interpretatio eſt horum verſuum omnium.

11. *Edomitus*. Non prorſus ſubiectum victoriae denotat. Sic de iiſdem lib. III:

Sub quo Wandalici ceciderunt ſtrage tyranni,
Edomitique Getae, pubes Alamanis, Franci.

Ita, more Virgilii, & aliorum ſummatum, ſe ipſum hic quoque Poëta aemulatur.

12. Gepidas, & Langobardos mutua feritate cecidiſſe factum eſt cum Langobardi, Gepidis impares, Romanos auxilio ſumpſerunt, quam hiſtoriam habes apud Procopium de bello Gothorum libro III.

15. Perpetua Claudiani imitatio in hoc Poëta eſt. Ut mox adſcribit *Fortunae Iuſtini* rem proſpere ab eo geſtam, Claudianus:

. . . . *Pugnaſtis uterque*
Tu fatis, Genitorque manu, te propter & Alpes
Invadi faciles &c.

III. Conſ. Honor. Ubi vide a nobis notata.

16. *Tum* pro *cum*, ſcribendum puto.

18. Supplendum *una*; nam diverſorum coniunctiones elegantem *unitatis* appellationem faciunt. In ea coniectura nobiſcum concurrerunt Caeſar Baronius, & Elias Purſchius.

19. Sonus carminis elegans. In illo *Solum excellentem* Maroni debetur. *Cygnum excellentem &c.*

21. *Vigilantia*. Imperatricis nomen: alludit ſimul virtutem ignaviae contrariam; ea enim & illo ſaeculo vigilantia cenſebatur. Gennadius de Dogmatis cap. 21: *Libertati arbitrii ſui commiſſus eſt homo ſtatim in prima mundi conditione, ut ſalva, vigilantia mentis adnitente, etiam in praecepti cuſtodia perſeveraret*. Sic nomine Sophiae Auguſtae cenſetur ſapientia ſimul, nam ea Imperatrix cum Domino ſuo ſimul imperare viriliter cenſebatur. Unde & tam apud illam, quam Dominum accuſatum Narſetem legimus. Adrevaldus de miraculis Benedicti cap. 5: *Idem Narſes patricius cum a Romanis apud Iuſtinum Auguſtum, eiuſque coniugem Sophiam inſimularetur oppreſſionis provincialium &c.* Et certe mira conſonantia nominum in familia Imperatoria tum fuit, nec abludentibus virtutibus. Iuſtinum quidem a Iuſtitia, Sophiam a Sapientia laudat etiam Venantius Fortunatus eiuſdem aevi ſcriptor Elegia *de Cruce* ad Radegundam Reginam miſſa. Inſigniter vero Glycas Annal. IV.

Item ib. Eleganter *Vigilantiam* ambigua voce, & virtutem Imperatore dignam, & matrem Iuſtini ſimul infert. Eadem conſilii mater eſt, & principis. Vigilantiam conſiliario neceſſariam inſinuat ſummus Poëta: Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Eamdem, ut virtutem, & matrem ſuam ſimul in oculis merito Iuſtinus geſtat. *In oculis gerere* proverbium alibi multis illuſtravimus.

25. *Fraena regendorum retines firmiſſima Regum*. Recte hanc lectionem aſſeruit Aſſagrius, cum in libro eſſet *retinens*. *Retinere* pro *tenere*, infra ad librum II. notabimus.

26. *Movetur* valet *vivit*. Lucanus:

Iuppiter eſt quodcumque vides, quodcumque moveris.

28. Scribendum puto *Romanum Numen*. Tanta, ait, veneratio eſt inſtar numinis alicuius habentis Imperatoris noſtri, ut ametur pro iuſto, & legitimo Principe ubique; victas gentes amare Iuſtinum ait.

29. *Subque pio Domino*: Eſt illud Claudiani, qui talium Poëtarum perpetuus pater eſt:

Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit
Servitium; nuſquam libertas gratior exſtat,
Quam ſub Rege pio.

Ab eodem eſt, quod mox de Perſis dicturus, quod & Sidonius prius uſurpavit. Bene vero ſequentia ab Aſſagrio emendata ſunt.

33. *Urgetur terrore tuo*. Eleganter: *ex te orto*. Alius dixiſſet *tui*. Sic lib. I. v. 417:

Omnibus haec ſit laeta dies, tua gaudia, princeps,
Nullus agat triſtis &c;

hoc eſt, quorum cauſſa tu es. Sic Optatus Afer lib. IV: *Nullus veſtrum eſt, qui non convicia noſtra ſuis tractatibus miſceat*. Auſonius Periocha Iliad. I: *Thetis ad caelum lacrimas, & contumeliam filii miſerata proficiſcitur*. Hoc eſt a vobis impacta nobis. Claudianus Epithalam. Palladii:

Mala legit donum Veneris;

cum Venus dono acceperit a Paride. Ita *benignitatem ſuam*, in ſe collatam, dixit Symmachus lib. X. epiſt. 30. Sic *iniuriam Agamemnonis* pro ab eo Achilli illatam habes apud Auſonium Praef. Periocharum Iliadis.

35. *Quid Lybicas gentes, quid Syrtica proelia dicam*
Iam libris completa meis; maiora canendi
Tempus adeſt &c.

Manifeſto docet ad ſequentes libros hoc carmen Praefationis loco pertinere.

45. *Ad medicum veni*. Scribendum opinor *ad medicum venio*. Iam enim deprecatur Imperatoriam pietatem.

Ibid. *Peſtem*, peſtilentiam dicit; quam vocem eo ſignificatu male damnat Giſanius verſu ultimo.

49. Ioſ. Scaligerum, ſummum ſine controverſia in his litteris virum, *porgo* ſcribendum putaſſe nobis Elias Purſchius olim ſignificavit adhuc ephebis. Bene ſane. Munera enim velut Deo ſe offerre autumat: carmina vero, quia paupertate preſſus aliud nihil habeat. Ea ſententia huic loco aptiſſima ſit. Sed τὸ *ſemper* in vulgata lectione, & praeſentia precum facit, ut mendum aliud latere putem: & polliceri potius

Corip-

Corippum pro medicina carminum munus, quam exſolvere; cum inepte poſcat beneficium, qui ſimul illud ſe ſemper compenſare alio iactet. Scribe:

Grates ſemper agam, & pro munere carmina paſcam.

Si voti mei compos ero, haeque preces non irritae cadent, ſemper Imperatorias laudes canam, & votiva carmina, inſtar alicuius victimae gratitudini deſtinatae, paſcam. Elegantiſſima translatio ab iis, qui aegroti vovebant Diis donaria, medicinam malorum adeptis, exſolvenda; non percepta a librariis non abſurde videtur has turbas feciſſe. Si cui tamen ſcitius quam verius haec videntur concepta, per nos non ſtabit quominus ſuo ſenſu quilibet utatur. Putſchio viſum eſt melius legi poſſe:

... Pro carmine munera poſco.

Quod tamen durius, & perſonae pauperrimi hominis minus aptum videtur, cui blandiri, non poſcere velut debitum, Fortuna dictat. De votis, & votivis, vide Theſaurum Formularum eruditiſſimi Briſſonii, ne nos ea quis poſcat.

IN PANEGYRICUM

IN LAUDEM ANASTASII.

ID carmen, ut volunt, Panegyricum, revera eſt dedicatio ſequentium librorum *de laudibus Iuſtini*. *Panegyricum* neutro genere inſcribi in membranis non eſt abſurdum, quod vir eruditus Dempſterus videri voluit; *adiective* enim capiendum, & intelligendum *Carmen*, vel tale quid. Sic ſub nomine falſo Lucani inſcribitur Panegyricum ad Piſonem. Sane adiective cepiſſe priſcos teſtis locuples Auſonius Parental:

Sive panegyricos placeat contendere libros.

Verſ. 1. *Silva* inordinatam & minus diſtinctam quamdam copiam denotat. Locus Corippi ex Theocriti Idyllio in laudes Ptolemaei traductus videtur, is enim ſe ſe lignatori comparat in ſilvam denſam eunti, cui ſatis ubique materiae.

4. Scribendum arbitror *parvis maiora*: generaliter enim iam loquitur, mox ſpeciatim de ſe ipſo.

5. *Menſuram*. Modum notat. Sic aliquoties in libellis ipſis locutus eſt Horatius:

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt;

quod alludit.

Ibid. Abundantes, & effluentes laudes ſatis indecore *transfuſas* dixit, menſuram ſtatuens velut rebus fluxis. Et in talibus caret hoc genus iudicio, ubi acumina translationum etiam a futilibus rebus affectat.

6. Uſus eſt participii ex ſacris Litteris petitus, vel de graeciſmo. Sed phraſis ſacra in hoc auctore ſingulis paginis apparet.

8. Ex illo Maronis eſt:

... Nemorumque Iovi, quae maxima frondet
Aeſculus.

10. *Sine tempore*. Eſt *citra ordinem* temporum, extra autumnitatem.

12. *Sidera caeli*, etiam ſacrarum Litterarum eſt phraſis.

14. Comparatio iſthaec univerſa ex ſacris Litteris eſt, ubi Omnipotens florenti vineae, aut horto uberi & riguo ſaepe ſuum populum comparat.

20. *Herus* pro Imperatore; exemplo Auſonii de Probo: *Exceptis tribus, Herus herorum maximus*. Ita legendum apud Auſonium; heroëm enim ſimul & herum, tribus exceptis, maximum dicit. Quod vulgo eſt receptum, & doctis probatum ſane abnorme eſt, utcumque excuſetur; nec Auſonii.

Ibid. *Fons omnia ditans*. Ex Pſalmis eſt tranſumptum.

23. Recte Elias Putſchius, quem ſua laude minime defraudabimus, ſuſpicatus eſt haec eſſe corrupta. Nam cum iam dixerit fontem eſſe Imp. Iuſtinum, Anaſtaſium arborem, hic duarum perſonarum deſcriptiones in una perperam confunduntur. Scribendum putavit Putſchius: *Tu pabula praebe*, quae ſententia veriſſima eſt; ſcriptura vero ſic concipienda: *Tu pabula praebeas*. Error manifeſto a contractione ſyllabarum veniens librario impoſuit. Sed Corippo illud convenire docet ſimilis locus lib. II. v. 252:

Horreſcunt lanceas, ſaevaſque inſtare ſecures.

Recte vero τὸ *pabula* adſeruit Ruizius ex veſtigiis vetuſtioris ſcripturae, cum eadem vox reperiatur in Pſalmo XXIII., quem ad verbum hoc loci Corippus expreſſit. Laudes Quaeſtoris, quae ſequuntur, piiſſimae ſunt, & quarum ſingula verba ex ſacris Litteris illuſtrari poſſint, quod non monuit interpres de lectionis veritate ubique nimium ſecurus.

24. *Amoena*, ſubſtantiva vi, ſunt loca amoenitate laudabilia. Horat. lib. I. epiſt:

... Nam quae deſerta, & inhoſpita Teſquae
Credis, amoena vocat mecum qui ſentit.

Symmach. lib. I. epiſt. 5.

34. *Sapientia*, maiuſcula littera conſcribenda. Alluditur enim ſimul ad nomen Imperatricis, & ipſam ſapientiam.

38. *In te oculos, atque ora ferunt*. Ad verbum ex Elegia Ovidii ad Liviam:

In te oculos, aureſque trabis, tua facta notamus.

Ovidii dico, quod validas rationes arbitrer, quibus iſti aſſeruit Ioh. Paſſeratius. invalidas quae eripiunt, invalidiſſimas quae Pedoni adſcribunt. Tamen nobis iucundum hoc nomen, & facile eo utimur.

42. Su-

41. Supra de ſe ad Iuſtinum : *Feſſis Muſis*.

43. Ut ſupra Sapientiae, ſic iſthic Vigilantiae nomen ſcribendum, negligente licet Scholiaſte.

44. *Sacri apices*. Notiſſima appellatio Imperatoriarum litterarum eſt, ut & *Sanctio*. Nactus vero ab Imp. litteras, exſequendas hoc carmine Quaeſtori offert.

47. Quomodo ſub nomine *rivuli* geſtat Principis officium? Vellem explicaſſent iſta interpretes. Sed nihili res eſt : ſi enim Principis officium geſtat, Principis ſub nomine geſtat, non Quaeſtoris. At officium Principis hic beneficium capi debet, ad quod penitus adipiſcendum auctoritate Quaeſtoris opus habebat. Itaque iam ſub nomine huius ſe guſtare ſuavitatem Regiae opis dicit. Nihil certius quam ſcribendum : *Sub cuius nomine guſto*. Impetrarat enim iam Regias litteras, quas hic offert Anaſtaſio, ut docent praecedentia. Eleganter vero ex ſuo more dixit *guſto*, cum plenus fructus beneficii nondum adveniſſet. Et ita Imperatores, aliive Principes guſtaſſe Imperium dicuntur, qui brevi tempore poſſederunt.

48. De officio in palatio iſthinc coniectato non accedimus doctiſſimo Dempſtero. Bona vero ſimplicitas in huius Poëtae ſtilo mihi potior eſt aliorum eius aevi ſemibarbaris adfectationibus granditatis, & eruditarum translationum, quae uno ſaepe verbo corrumpunt univerſam velut ſtudioſe narrationem.

IN LIBRUM PRIMUM CORIPPI

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ. 1. CONcinnius legas, *non rerum motibus*. Putſchius voluit : *Imperium, culmen rerum*, nobis invitis. *Culmen* enim, ſumma Imperii, ſolemniter Poëtis uſurpatum. Lucanus lib. VIII:

... Illum ſummo de culmine rerum
Morte petit.

Claudianus :

... Ad culmina rerum
Iniuſtos creviſſe queror.

Sidonius :

Excipit hunc reducem duplicati culmen honoris.

Ibid. *Non ullis motibus rerum*, h. e. ſine bello, aut concuſſione, dicit Iuſtinum ſucceſſiſſe Avunculo. Victor Tunnenſis in Chronico : *Iuſtinus iunior Vigilantiae ſororis Iuſtiniani filius, patre Dulciſſimo natus, cum tranquillitate populi magna Imperii ſumit ſceptra*. Sic in laudibus aliorum Principum ſucceſſio ſine tumultu recenſetur vel primo loco. Claudianus lib. I. de laudibus Stilichonis :

Nil ibi Barbariae motus, nil turbida rupto
Ordine tentavit novitas, tantoque remoto
Principe, mutatas orbis non ſenſit habenas.

Calpurnius Ecloga prima :

Scilicet ipſe Deus Romanae pondera molis
Fortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis,
Ut neque tranſlati ſonitu fragor intonet orbis,
Nec prius ex meritis defunctos Roma Penateis
Sentiat Occaſus niſi cum reſpexerit Ortus.

2. *Sumtum* ad vim pertinet : *Sumere* enim eſt *capere*. Appuleius lib. II: *Cum quemquam conſpexerit ſpecioſae formae iuvenem venuſtate eius ſumitur, & illico in eum & oculum, & animum detorquet*.

Ibid. Commentarii ſcriptor non nimis bene *petitum*, latiniore, & utiliore illo *potitum* eiecto, repoſitum voluit. Nos vulgatum melius ſequimur. Non enim tam de petito, quam de adepto, & potito loquitur, cum de re praeſenti ſit ſermo, non dudum praeterlapſa.

3. *Aſpicio meliore*, eſt illud maximi vatis :

... Melioribus ire per altum
Auſpiciis.

Ibid. *Nullus*. Melius dixiſſet *nemo*. Sic infra : *Quos nullus vicerat armis*.

4. *Piorum*, ad conſecrationem Iuſtiniani pertinet. Auſonius Panegyrico : *Piiſſimo : huius vero laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt pater divinis honoribus conſecratus, inſtar filii ad Imperium frater adſcitus, a contumelia belli patruus vindicatus, ad praefecturae collegium filius cum patre coniunctus*. Ita *quod in ſanguine* iunctis bene fit, Pietatis nomine cenſetur.

5. *Utile ſervis Eſſe reor mentem Dominis aptare*; Ut velut ex mente domini pendeant. Hoc ſignificat aptandi verbo : eſtque ductum e ſacris litteris; ubi oculi ſervi ad manus domini, *oculi ancillae ad herae nutum aptati* dicuntur, quibus ſuam in Deum obſervantiam Regius Propheta conformat. Talis eſt fictitia Artotrogi in Pyrgopolynicem obſervantia, qui quod volebat, hoc ſic praevoluiſſe antea paraſitus videri cupiebat. Diſtinctio vero tollenda hoc modo :

... Mentem dominis aptare fidelem
Officio quocumque datur : praecommodo linguam,
Vos divae date verba.

Bis vulgo peccatur iſthic, nec mutavit quicquam.

7. *Et quae vigilantia*. Dextre ita Aſſagrius, cum in Ms. reperiſſet *atque*.

9. Alludit ad Deum ipſum, cuius Sapientia dicitur Chriſtus omnia regens a Salomone, de quo vide Phoebadii librum contra Arianos. Sic *Sapientiam* pro Deo dixit Alcimus Avitus lib. I:

Temperat humentem conſperſo pulvere limum,
Moliturque novum dives Sapientia corpus.

11. *Sufficere* eſt ſuggerere. Virgil: *Suffice tela mihi*. Sed potius ſufficere ſibi pro Muſis ait divas ſuas.

Ibid. *Monere* eſt *docere*, ſaepe a Poëtis ita poſitum. Virgilius lib. VII:

Tu vatem, tu diva mone : dicam horrida bella.

Vale-

Valerius Flaccus lib.I:

Phoebe mone, ſi Cumaeae mihi conſcia vatis
Stat caſta Cortina domo.

Sic *monitor* praeceptorem, aut alioquin adiutorem notat. Papinius Silvis:

Quippe te fido monitore noſtrae
Thebais multa cruciata lima
Tentat audaci fide Mantuanae
Gaudia famae.

12. *Manum porrigere* ab iis ductum, qui naufragi ad littus expulſi, data manu extrahuntur. Inſtar proverbii habet, ad varia ab auctoribus traductum.

Item. *Dextram porrigere* pro opem praebere. Sic Fragmento:

... Senio dextram, pie, porrige feſſo.

Oppianus Cyneget. I:

Δεξιτερὴν ὀρέξαις πανίλαον, ὀλβοδότειραν.

Item. Porrigere alicui dextram eſt ope ſua ſublevare preſſum infortunio. Fauſtus Reienſis ad Leontium Papam: *Communem cauſſam hoc loco agitis, ſi ei, quem opinioni veſtrae imparem cernitis, manum ſuffragii porrigatis.* Henricus Monachus Praefatione lib. IV:

Iamque patentem
Porge manum trepido,
Auſim ſcandere tecum
Quamvis torva pericula.

Arator ad Florianum:

Porrige de placito ſaepe favore manum.

Gunterus libro primo:

Porrectaque manu magno ſub faſce labantem,
Oppreſſumque metu, ſiquidem potes, erige vatem.

Petrus Pictavienſis Panegyrico:

More ſuo ſacram dignatus tendere dextram,
Serve meus, dicas, accede.

Eſt ductum ab iis, qui in turba manus iungunt, ut eam penetrent. Theocritus *Adoniazuſis*.

13. *Magni mihi cauſſa laboris — Surgit.* Maronianum eſt. Idem lib. VII: *Maior rerum mihi naſcitur ordo.* Sic *naſci libros* dicit Plinius lib. VIII. epiſt. 4.

14. *Brachia tendere* eſt ſupplicantis. Ovidius libro II. de Ponto:

Ad vatem vates orantia brachia tendo,
Terra ſit exſiliis ut tua fida meis.

15. Nihil certius, quam legi oportere *amans Dominos*. Domini ſunt Iuſtinus, & Sophia, quorum amans Quaeſtor ad eoſdem ire compellit. Sic infra v. 22:

... Meritis, & nomine Magnus
Mente placens Dominis.

Et v. 82:

Orbis in Auguſtam Dominos ut duceret aulam.

16. *Pars magna* ex illo Maronis eſt:

Et quorum pars magna fui.

17. *Compoſitor morum* Cenſorem deſignat.

Ibid. Iuris *Sacerdos* haud dubie ex recentium, tum a compoſitione Pandectarum primo titulo derivatum. Verba omnibus in promptu adſcribere ſuperſedebo. Cur vero deeſſe aliquid putaret Aſſagrius, qui morem inferioris aevi Poëtarum penitius perſpectum non habebat, cauſſa non erat. Qui, cum ad hoc prooemium Dracontium, & Eugenium a ſe editos memorat, facit inſigniter nos dolere fatum horum locorum, ad quae ab Hiſpania libri nulli fere veniunt.

18. De *deſtina* primus, puto, idem Aſſagrius, ex Pereſii monitu, ad hunc locum docuit ex Braulione, cui alii Arnobium addidere. Exſtat & in Gloſſario.

Item ibid. De *deſtina* apud Corippum ſatis nos, & eruditi ad alios, & hunc ipſum Corippum. Par *deſtinae* eſt verbum *incuba* apud Vitruvium libro VI. cap. 11., ſive mavis *incumbam*, cui incumbunt fornices, aut aliae partes aedificiorum. *Deſtinam* quidem apud eumdem Vitruvium libro V. cap. 12. recte habent membranae Philandri; at non ſatis bene ille *vincula* expoſuit. Contrarium puto. Poteſt & idem eſſe terminum *ſubcumbum* in fragmentis Latinis de Terminis. Quo loco tamen, cum Termini effigies cymbam referat, ſuſpicer *ſubcymbum* legendum. Non obſtante quod parum Latina aut elegans vox ſit, ſatisfaciente, quod τέχνικα inveniatur. Faciunt huc & *Attinae* lapides ad ſuſtinendam maceriam interpoſiti, ab attinendo dicti. Unde *Attinae* maceriae lapide lapidem ſuſtinente congeſtae, apud Siculum Flaccum.

21. *Vicit conſiliis.* Hoc eſt ſagacitate, prudentia. Sidonius:

... Stupuit primis ſe Parthus in annis
Conſilium non ferre ſenis.

Arnobius lib. VII: *Ubi Bos aliquis Iovem alloquitur, an quod animal vile ſum, nec rationis, nec conſilii particeps, quemadmodum pronunciant iſti, qui ſe homines dicunt.* Aurel. Victor in Originibus Rom: *Tanta uſque id tempus antiquorum hominum traditur fuiſſe ſimplicitas, ut venientes ad ſe advenas, qui modo conſilio, & ſapientia praediti ad inſtruendam vitam, formandoſque mores aliquid conferrent, caelo, & terra editos crederent.*

22. Laeſa eſt diſtinctio. Scribe:

Nec non magnanimus, meritis, & nomine Magnus.

Commentator haec talia neglexit.

23. *Sacrae Rationes* ſunt Imperatorii reditus. Sic quicquid ad Principem facit, *ſacrum* cenſetur. *Sacra aula* v. 27., *Divini pedes* v. 37., *Sanctus* ipſe v. 38., *Divalis origo* v. 42., *Divini honores* v. 47., & mille talia in toto hoc Poëmate.

24. *Rectorum Latii diſcuſſor providus orbis.* Eo namque tempore Occidentem moderaturi Praefecti Conſtantinopoli ſubmittebantur. Eorum curam tum Magno iſti commendatam dicit Corippus. *Orbis Latius* quaſi ſigillaris, & ab Oriente diviſus; Claudiani exemplo de concordia inter fratres Arcadium, & Honorium:

Conſpirant gemini fratris communibus orbes.

Ibid. *Diſcuſſor* Corippo deſignat Cenſorem, Quaeſto-

Quaeſtorem: Gloſſarium vetus: *Diſcuſſor*, λογοθέτης. Aliud: λογοθέτης. *Ratiocinator*, *Diſcuſſor*, *Diſputator*. Sic diſcutere eſt examinare, redigere in ordinem, illuſtrare. Prudentius Praef. Cathem:

. . . . . . Hymnis continuet dies,
Nec nox ulla vacet quin Dominum canat,
Pugnet contra haereſes, Catholicam diſcutiat Fidem.

26. *Theodulus* ſcribendum, non *Theodolus*. Niſi verius tamen *Theodorus*, quod interpreti viſum, cui quo magis aſſentiar, facit Iohannes Biclarienſis in Chronico, quod cum Victore Tunnunenſe edidit Caniſius, qui III. anno Iuſtini, Praefectum Mauritaniae Theodorum a Mauris caeſum notat.

* * * In Lacuna, quae hic eſt, deſunt omnium deſcriptiones, quae praeceſſerant Imperium Iuſtini, & mortem Iuſtiniani, ut facile apparet ex ſomnio ipſo, cuius manca narratio reſtat. Ineptum ergo quod cenſuit Elias Putſchius inſeri debere Fragmentum, quod libellis praemittitur, cum in eo de ſtrage Gepidarum fiat mentio, quae facta toto quinquennio poſt Iuſtini inaugurationem, ut notavit etiam Aſſagrius: Iohannes tamen Biclarienſis in ſextum demum annum locat. Aſſagrio non poſſumus non dare teſtimonium boni iudicii, quod certe e ſingulis paginis apparet. Utinam Dracontius quoque eius, & Eugenius, qui Dracontii Epitomem fecit, in manus noſtras veniſſent.

29. *Quies* ſomnus eſt. Claudianus:

Omnia, quae ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.

30. Elegans graeciſmus eſt: *Sopor venerat ſigna oſtentare*. Cuius exempla plurima aliis Collectaneis produximus. Vide Animadverſ. ad Claudianum *bello Gildonico*.

Ibid. *Bonorum* eſt felicium: Sic *Bona Fortuna* omnibus ſcriptoribus; ſic *Bona Victoria* noſtro dicitur infra:

Quod primum ad limen bona tum Victoria venit.

32. *Plena quies* eſt iam perfecta, nactaque florem ſuum, ut imitatione aliarum linguarum loquuntur Germani. Priapaeorum auctor:

. . . . . . Adeo mea plena libido
Ut Nymphas omneis interiiſſe putem.

Dracontius Hexaëmero:

Sed quo plenus Amor toto de corde veniret,
Noſcere in uxoris voluit ſua membra maritum.

Ibid. *Laxaverat artus*. Maronianum lib.V:

Vix primos inopina quies laxaverat artus.

Prudentius:

Blandus ſopor viciſſim
Feſſos relaxat artus.

33. *Virgo*, quam velut conſpiciendam proponit Corippus, eſt *Pietas*, ut clarum ex ſeqq. Virginali vero idolo fingebantur omnes virtutes. Ovid. lib.III. de Arte:

Ipſa quoque & cultu eſt, & nomine Femina virtus.

Itaque depictas proponit Prudentius Pſychomachia, quod carmen eximium eſt inter omnia antiquitatis monumenta. Reliquus iſte verſus maioris Poëtae eſt.

34. *Aſpectu clemens*. Par eſt illi apud Papinium:

Diſcitur ex vultu quantum tu mitior.

Elegantes vero, & appoſiti ſunt iſti verſus; nam in vultu placidum, in habitu laetum, in inceſſu pudicum aliquid feſtum, & Virginem ſimul, & Virtutem, & Deam referunt.

Ibid. *Laetus* inceſſus medius inter faſtuoſum, & mollem, aut delicatum: clementiae cum quadam hilaritate.

35. *Purpureas*. Florentes, & coloris gratiſſimi; purpureum enim ſcriptoribus quicquid coloris egregii, & accepti. Sic *Coma Niſi* purpurea ab Ovidio celebratur. Vide Commentatorem priſcum Horatii lib.II. od.5. Sic oculi purpurei apud Valerium Flaccum lib.III:

. . . En frigidus Orbes
Purpureos iam ſomnus obit.

Lumen purpureum apud Maronem libro VI:

Largior hic campis aër, & lumine veſtit
Purpureo.

De Campis Elyſiis. *Purpurei Soles* apud eumdem in Ceiri. *Purpurei olores* Horat. lib.IV. od.1. *Purpurea nix*, Pedo, ut volunt, Albinovan. *Mare purpureum* Euripid. Troadd., quod expreſſit Furius apud Gellium lib.XVIII., & Solin. in Fragmento Pontici. *Flamma purpurea* eidem Tragico eadem Tragoedia.

Ibid. *Velata comas*. Ex priſco more virginum, qui velato capite incedebant, id quod hodie quoque Turci obſervant. Columella lib.X: *Virgineas adoperta genas Roſa*. Claudianus Panegyr. Manlii de Iuſticia:

. . . Frontem limbo velata pudicam.

Germanicus Aſteriaco Virginis, Iſidorus orig. XIX. cap.31., Arnobius lib.II., Iuvenalis ſat. VII.

Ibid. *Oculis benigna*. Cui benevolentia ex ipſis elucebat oculis; teſtatum eſt enim vultum indicia mentis prae ſe ferre. Achilles Tatius lib.VI: Ὁ γὰρ νοῦς οὐ μοι δοκεῖ λελέχθαι καλῶς, εἶναι ἄγαλμα τὸ σῶμα πᾶν. Φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ τῷ προσώπῳ. Praecipue vero ex oculis. Vide ad Claudiani Epithalam. Honor. Maligni oculi, qui venenum quoddam malivolentiae prae ſe ferunt. Gratius Cynegetico v. 406:

Ac ſic affectus oculique venena maligni
Vicit tutela pax impetrata Deorum.

61. *Afficiet*, hoc eſt ad extrema uſque, ſummamque inicam rediget, ut prae ceteris preſſi ſint, & non audeant malas ſuas artes exercere. Ita *afficere* eſt conſummare, quod verbum videtur animo habuiſſe Creſconius noſter. Pietatis autem erat non plane conficere, ſed ad extrema redigere, ut verti ad bonam frugem poſſent. Gellius lib.III. cap. 16: *Affecta enim, ſicut M. Cicero, & veterum elegantiſſimi locuti ſunt, ea proprie*

dicebantur; quae non ad finem ipſum, ſed proxime finem progreſſa, deductave erant. Corippus tamen vulgatam ſcripturae interpretationem potius quam illum antiquitatis uſum ſequutus videtur.

81. *Bona Victoria*. Graecam imitationem habet hic verſus, quo Καλὴ νίκη redditur, nam καλὸν, & ἀγαθὸν ſynonima ſunt ei linguae. *Bona* vero favens eſt, & commoda, proſpera, atque utilis, ut *Bona Iuno* apud Horatium. Facit apprime huc quod laudatiſſimo illo Gloſſario Καλλίνικος *invictiſſimus* exponitur.

83. Corippus libro I. de laudibus Iuſtini, *Calinicum* ad fores cubiculi venientem facit, qui de Imperio nuntium ferat. Verum eſſe Calinicum tum in officiis Aulicis fuiſſe non nego, at eo Poëta alluſit, quod ad ingreſſum Imperii ea voce ſolitum Conſtantinopoli novo Principi acclamari. Georgius Cedrenus de Nicephoro Phoca: Ταῦτα δὲ ποιοῦντες ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πόλεως ἔιτε ταῖς ἀγοραῖς ἔιτε τοῖς στενωποῖς Νικηφόρον ἀνευφήμουν Καλλίνικον. Non opus ergo, ut de eo nomine tam ſollicitus ſit doctiſſimus Dempſterus, qui fuerit Calinicus, cum Poëtae liberum tale quid fingere licet, ut dixi, exque ſequentibus patet, ſit Aulici alicuius nomen.

86. Ita diſtinctio collocanda eſt, ut ſententia verbis conveniat:

Tu quoque cum Dominis, quoniam ſic mente fideli
Vixiſti, vivesque tuis, mercede laborum
Aeternam famam, laudemque, ac nomen habebis.

Nam de ſuorum carminum praeconio loquitur, quo aeternitatem ſimul cum Imperatoribus ſpondet Callinico, exemplo Maronis:

... Si quid mea carmina poſſunt
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo.

87. *Mercede* eſt *pro mercede* eius vicem.

90. *Stridenti cardine portam*. Exemplum imitatur Heroicorum aedificiorum, quibus alieni plerumque a Poëtis cardines ſubſtruuntur. Virgilius Ceiri:

Marmoreo aeratus ſtridens in limine cardo.

Lucretius lib. II:

Aeraque, quae clauſtris reſtantia vociferantur.

98. Mendum ſupereſt, quod non animadverſum mirari velis. Unica litterula mutata legas:

. . . . . . *Ut aperto libera caelo*.

Non minus ait luce metalli radiare, quam ſi fulgore ſolis illuſtraretur. Sic aemulam caeleſti lucem metalli dicit Claudianus, qui omnium talium Poëtarum Maro eſt, de Roma lib. II. Stiliconiarum:

. . . . . *Luce metalli*
Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris.

Poſſit tamen alia quapiam interpretatione etiam quod vulgatum eſt tolerari, ſi *libera* ... *non indigens* exponatur, quae, ſatis per ſe ſplendida, non indigeat luce caeleſti. Sic Tibullus de Aegypto: *Arida nec pluvia ſupplicat herba Iovi*; Quam camdem, pari ſenſu, non indigam, & ſecuram caeli Claudianus idem dictitat; & *nihil caelo debere*, Plinius Paneg. v. 98.

99. *Conſpicuo vitrei ſplendens fulgore metalli*. Chryſtallum intelligit, ut metallorum nomine omnes gemmae cenſeri poſſint, aut pretioſi aliqui lapides. Vide quae notat ad Agrimenſorum collectionem doctiſſimus vir Nicolaus Rigaltius. Saxum, gemmam, lapidem, ſilicem chryſtallum vocat Claudianus.

100. Cum de rebus caeleſtibus ad humana comparatis loquuntur ſcriptores, ſolent, irae Numinum ſcilicet avertendae cauſſa, adiicere *ſi fas eſt*, aut tale quid. Ovidius Metam. I:

Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,
Non timeam magni dixiſſe palatia caeli.

Naevius Epitaphio ſuo apud Gellium lib. I. c. 24:

Immortales mortales ſi foret fas flere
Flerent Divae Camoenae Naevium poëtam.

Virgilius Ceiri:

... Magno intexens, ſi fas eſt dicere, peplo
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

101. Quae domeſticum nimirum ſuum ſplendorem ſecum habitantem ſemper habet.

104. Brachia ſunt curvaturae, & flexiones portuum. Avienus ora maritima.

Sinuentque late, ut tuta portus, brachia.

106. Hoc eſt *ſtationi*. Venantius Fortunatus huic Poëtae aequalis tempore, ſed ſtilo longe minor, lib. II:

Carcere, caede, fame, vinclis, ſite, frigore, flammis.

Lib. III:

Reſtinguunt avidam dulce liquore ſitim.

Lib. II:

Sanguinis in hoc Chriſti dulce liquore lavet.

Idem lib. VIII:

Moſes ante alios Dux, mare teſte, viros.

Idem eodem:

Quos gladii, ſaxiſque, fame, ſite, frigore, flammis &c.

111. *Gemini Mundi*. Aſiam, & Europam. Sic Avienus luculento carmine Periegeſi:

Una Aſia inclinans geminis ſe cornibus urget
Deſuper, ac rupti divortia continet Orbis.

Idem pariter tres terras vocat Aſiam, Africam, Europam:

Terrarumque trium modus eſt Mare.

Porro ſitum Conſtantinopolis, huic Corippi loco velut neceſſarium, petere debes ex Epitoma Xiphilini lib. LXXIV. Dionis Caſſii.

Item ibid. Proprie *commercia*, nam disiunctas gentes docuerunt iungere merces, ut ait Priſcianus, qui utique eſt auctor Dionyſianae interpretationis praecipue ſi membranis auctoribus niti velis obnixius. Manilius:

Fecit & ignotis iter commercia terris.

116. Omnium affectuum vehementior aſſultus oculos deprimit. Unde apud Alcimum Avitum minime contemnendum Poëtam: *Oculos attolle*

tolle iacenteis ; eſt, animum perculſum erige. Sic de pudibunda Hero Muſaeus:

Παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπήν.

Coluthus paris fere genii Poëta:

... Ἠδ' ἐρόεσσαν ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπὴν·
Δηρὸν ἀμηχανέουσα, καὶ οὐκ ἠμείβετο Νύμφη.

Ovidius:

Erubui, gremioque pudor deiecit ocellos.

De ira Statius Thebaide IV:

Ille ad humum pallens, unde & furibunda Cupido
Nate tibi &c.

Achilles Tatius lib. V: Ἰδὼν οὖν καὶ γνωρίσας ἔφριξα, καὶ ἔβλεπεν εἰς γῆν ὡς ἐληλεγμένος. Ita Callimachus ad male ſibi conſcios, & profanos de Calatho Cereris:

Τὸν καλάθω κατιόντα χαμαὶ θασεῖσθε βέβηλοι.

Ipſum Amorem, qui commune quoddam confluvium affectuum, fictum fuiſſe ab antiquis luminibus terra defixis diſcas ex Bionis Smyrnaei Idyllio III. Vatum etiam eum habitum exemplo docuit Eunapius Sardianus. *Demiſſum vultum*, ut modeſtiae perpetuum ſignum, inter requiſita virginitatis conquirit Chryſoſtomus Commentario de Virginitate.

117. Virgilianum:

... *Caſuque animum concuſſus amici*;

hoc eſt, obitu, morte. Silius lib. IV:

Urna reducebat miſerandos annua caſus.

118. Elegans eſt: *Verbiſque in ſede relictis*. Interrumpunt enim ſermocinationem, & velut inibi relinquentes abſcedunt. Videtur quaedam in prima Iliade tranſtuliſſe, ibi enim pariter venienti Iovi Dii obviam procedunt.

123. Ori unius digiti impreſſio ſilentii ſervandi erat indicium. Vide eruditiſſimum Dempſterum. Auguſtinus lib. XVIII. de Civit. Dei: *In omnibus fere templis, ubi colebantur Iſis, & Serapis, erat etiam ſimulacrum, quod, digito labiis impreſſo, admonere videretur, ut ſilentium fieret*. Mos eorum, qui concionaturi erant. Divus Lucas lib. II. qui eſt de Act. Apoſtol. cap. 12., 13., & 21.

124. Quae ſequitur comparatio non eſt indigna quovis bono Poëta: verſus optimi; & habet ſane non pauca Corippus bona, & aequalibus ſuis meliora.

128. Forte, *perit impetus*. Non tamen opus mutatione puto, par enim etiam in illo ſenſus. Sic Claudianus:

. . . . . . *Vaneſcit inanis*
Impetus, & fractae redeunt in caſtra procellae.

130. Maroniana imitatio eſt. Sed melius, mea opinione legetur: *Patri dum vita manebat*.

133. Laeſa eſt diſtinctiuncula, quam doctiſſimus interpres poterat corrigere. Scribe:

Auguſtum, Iuſtine, genus: te principe dignum.

Eſtque ex illo ſextae Aeneidos:

Auguſtus Caeſar, Divûm genus.

140. Una littera mutanda etiam eſt, ut ſententia fiat elegantior:

. . . . *Nil ille peregit*
Te ſine, magnanimus ſeu fortis bella moveret,
Foedera ſeu pacis cum victis victor iniret.

Scriptum aſſeverare auſim a Corippo:

Magna nimis, ſeu fortis bella moveret.

Armis enim fortibus fortes oppugnaſſe ait, animo retinens, & exprimens Maronis verſum de Romanis:

Tu regere imperiis populos, Romane, memento,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Pariter idem expreſſit Claudianus lib. II. Stilichonis:

Obvia proſternas, proſtrataque more leonum
Deſpicias, alacres audent cum ſternere tauros;
Tranſiliunt humiles praedas: hac ipſe magiſtrâ
Des veniam victis.

Nec minus Rutilius de reditu ſuo ad Romam:

Hinc tibi certandi bona, parcendique lubido
Quos timuit ſuperat, quos ſuperavit amat.

Error autem in Corippum inde veniſſe videtur, quod τὸ *magnanimi* non fuerit intellectum; non enim tam fortem virtute, quam confidentia quadam vecordem notat, cum videri velint ſcriptores Romani urbem illam gentium dominam non ſine ſcelere, aut infamia ab exteris gentibus bello tentari; cuius rei non eſt infrequens mentio apud Claudianum, qui plerorumque poſt Poëtarum pater eſt. Sic eadem voce non in bonam partem uſus eſt Petrus Pictavienſis ſcriptor ingenio bono:

Non poterunt ultra ſub ovini velleris umbra
Horrida magnanimi verba latere lupi.

143. *Plenus dierum* a Corippo ex ſacris litteris ducitur. Quibus conſonat hac in re Lucretius lib. III:

Cur non ut plenus vitae conviva recedis?

148. *Te iura vocant, te ſuſtinet aula*. *Suſtinet* eſt exſpectat, ſperat, praeſtolatur. Tertullianus cap. 6. contra Iudaeos: *Regni aeterni aeternus dominator quaerendum, an venerit, nec ne? Et ſi iam venit, ſerviendum eſt illi: ſi necdum venit, ſuſtinendus eſt, dummodo ſit manifeſtus adventus eius*. Hieronymus ad Marcellam: *Menſuram caritas non habet, & impatientia neſcit modum, & deſiderium non ſuſtinet.*

Ibid. *Aula* eſt Imperium Romanum. Auſonius:

Primus Romanam pateſecit Iulius aulam.

Corippus hoc libro:

Nec mutans Dominos Romana videbitur aula.

150. *In te ſpes noſtra reſurgit*. Similiter ſupra elatum eſt:

Succeſſorque boni, recidivaque gloria Petri.

157. *Creverat, orabat Dominos*. Emaculandum: *Creber adorabat Dominum*. Oſculum pedum ex faſtu Orientalium Regum, barbaraque ſuperbia venit, nam iam dum Perſis rerum potientibus non fuiſſe ignotum docemur a Xenophonte Paedia VII.

158. *Divinis* dixit; quia alioquin Deorum ſtatuis is honos habebatur. Prudentius:

Auguſtum caput ante pedes curvare Minervae
Fictilis, & ſoleas Iunoni lambere, plantis
Herculis advolvi.

Idem:

Cernuaque ora ſenex barbatus, & oſcula figit
Cruribus aenipedum, ſi fas eſt dicere, equorum.

162. Dempſterus, & Ruizius *pectuſque* maluerunt. Cum vero ſedeat in toro Iuſtinus, ego arbitrer conſultius *lectuſque viri* ſcribendum, quoniam propius hoc etiam eſt ad ſcripturam veterem. Sic fletu lectum ſe ſuum madefacere ait David Rex Pſalmo VI., ad quem reſpexiſſe Chriſtianus Vates videtur.

166. Demenda eſt diſtinctio interrogatoria, iam enim tempus adeſſe ait Iuſtinus, ut triſtetur. Eſtque alluſio ad nomen Principis a Iuſtitia; qualem in ſingulis nominibus captat Corippus, exemplo Interpretum Sacri Inſtrumenti, qui adeo huic rei ſtuduerunt, ut ineptias etiam non raro admiſcuerint pluſquam ineptas, ut videre potes vel ex ſolis Collectaneis in Epiſtolas Paulli, quae Sedulio Scoto adſcribuntur. Scilicet ea tum temporis recondita eruditio habebatur. Sed, ut verum fatear, totus hic verſus animo meo νόθος, ſine quo optima eſt ſententia. Et Monachi exſcriptores ad oſtendendam eruditionem in talibus gloſſarum ſuarum ſemper fuerunt liberaliores.

Item ib. Quaeſo, quid eſt dicere Iuſtinum *triſtem eſſe per orbem*? Nimirum duo poſtrema verba inepti tibicines verſum ſuſtinent; praecipue, cum eadem vox ſequentem quoque claudat. Fuit, cum ſuſpicarer ſollemnem ſcripturae contractionem contemeraſſe aliquid, & *pre* antiquitus ſcriptum, & mox *orbum*. Hoc modo:

Quando Iuſtinum triſtem decet eſſe patre orbum
Flere libet.

Sic v. 124. in exemplari priſco *pr* pro *pater* offendit, & notavit idem Ruizius.

174. *Miſereri* cum dandi caſu Chriſtiani ſcriptores iungunt non illibentes. Cyprianus ad Demetrianum ex Propheta: *Nolite miſereri ſenioribus, atque iuvenibus: & virgines, & mulieres, & parvulos interficite, ut deleantur.* Chromatius in cap. V. Matthaei: *Beati miſericordes, quoniam ipſis miſerebitur Deus.* Petrus Pictavenſis Panegyrico Mauritii:

Certabat pietas fervens in pectore ſancto
Aut bona dando bonis, aut miſerendo reis.

Abſolute quidem eodem verbo uſus eſt Ennius Annal. V: *Cogebant hoſtes lacrimantes, ut miſererent.*

181. Sermo Iuſtiniani ipſe late recenſetur lib. IV. v. 336.

193. Ita hos verſiculos legendos exiſtimamus:

Divitis animis dolor ille parentis inerrat,
Ante pios oculos mitis verſatur imago,
Illa movet mentes, &c.

205. *Contrarius* hoſtilem notat. Virgilius:

Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis.

209. Non erat Deus, cum diceret. Quare *Iam-Deus* coniungenda ſunt, qui iam caelo receptus eſt, hoc eſt, Iuſtinianus.

213. Tiberium quod laudat Corippus, veritatem non nugas dicit: formam in eo, & virtutem iunctim commendat Evagrius. Vide & Theophilactum, & Menandri Protectoris reliquias. Pietatis ergo celebratur a Chronologo Weingartenſi, quem edidit Henricus Caniſius.

219. *Tota virtute.* Omnibus viribus. Gruterus Ligurini lib. I: *Tota virtute reniti.*

220. Quod dixit *animam* pro Dominis *praebere*, eſt origine Graecum. Solon., Homerus Iliad.

224. *Diſcreta ratio*, eſt ſapiens, cauta, bona conſilio. Sic infra v. 301:

Almaque diſcreto placuit concordia vulgo.

Servant hanc vim huius vocis omnes linguae a Latina deſcendentes. Sed ex Graecia oriunda videtur, nam ἀκρίτοι λόγοι, idem quod indiſcreti ſonant. Homero Iliade III.

Ibid. *Vocans properare*, graeciſmus eſt, quem malo exemplo commutat Ruizius. Sic Corippus ipſe v. 29. hoc libro:

Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum
Venerat iſte viro.

Pariter autem vocandi verbo uſus Lucretius: *Et ſedare ſitim fontes, fluviique vocabant.*

237. Non dubito Iuſtiniani nomen gloſſema marginale eſſe, intruſum textui pro alio, quod explicabat.

249. Imitatio eſt Virgilii:

Corpus ubi exanimum poſiti Pallantis Acetes
Servabat ſenior.

252. Iterum peccavit Ruizius. Non enim decebat *tantos* genuinam lectionem in *cunctos* commutare. Valet enim illud *tot*, ut nullibi non apud ſcriptores aevi cadentis.

263. *Omnia terrificat rigidus vigor.* Hoc eſt alacritas ſtricta, & iuſta. Nam ita τὸ *vigor* perquam frequenter uſurpatur. *Vigor* Iuſtitiae apud Iuſtinianum l. 12., Qui potiores in pignore: *Vigor iuris* Diocletianus l. 14. de Poſtliminio, & mille talia.

274. Claudianus:

. . . . . . *Nec plus ſermone morabor.*

278. Vidi qui *cocto* mallet, ut lib. II. v. 114:

Nobilibus gemmis & cocto lucidus auro
Baltheus.

Sed nulla mutatione opus. Cum *necto* auro frequenter veteres in veſtimenta abuſi. Virgilius:

Et tunicam, molli mater quam neverat auro.

Conſuetique erant verſus, & talia veſtimentis indere, ut ex Auſonio, aliiſque notum.

283. *Ea corpora.* Ita legendum ex libro ſcripto Ruizii, nam quod *ceu* pro *ea* legit opus non eſt.

290. *Altricem* Imperii appellat *Romam*. Id videtur Rutilio deberi, ſic enim ille:

Aeter-

Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,
Altricemque ſuam fertilis Orbis alat.

Corippiana ceteroquin ex Claudiano ſunt.

301. *Famae* multas linguas adſcribit exemplo Virgilii:

Tot linguae, totidem ora ſonant.

Et Valerius Flaccus lib. II:

. . . . . *Motis quatit oppida linguis.*

302. Acutum eſt, *ſomnum ſe fugere*; & apud Avienum Periegeſi:

. . . . . *Procul ſe*
Inclinat rupes ſeſe;

quaſi procul abiens a corpore ſuo.

314. *Solis honore novi*. In honorem ſolis. Sic Epigramma vetus in Circum, quod Corippo conſonum:

Gratia magna quibus crevit honore Deum.

317. *Tempora quatuor anni*. Idem Epigramma:

Tempora cornipedes referunt, elementa colores,
Auriga, ut Phoebus, quattuor aptet equos.

Ita apud illum ignotum ſcriptorem legendum. De ratione vero Circi vide aliquot capita Iſidori lib. XVIII. Originum.

322. Legendum exiſtimo:

Nam viridis veris campus ceu concolor herbis.

Veris campus, ut mox aeſtatis, autumni.

Item ibid. *Veris* pro *vernis* recte nos reſtituiſſe arguit ſententia.

323. Hic verſus melius fortaſſis abſit. Tamen legi poteſt: *Pingit oliva*. Oliva videlicet pingit, ut campus veris ſit concolor frondibus, & herbis. Interpres magna ſecuritate omnia tranſmiſit, vir cetera eruditiſſimus.

Item ibid. Hic verſus abeſſe poteſt optime licet voluerimus ipſi aliquando emendatione ſubvenire. *Oliva* enim partes ſuas infra in *Autumni* habet, & ſciolus putavit opus eſſe altero verſu, cum videret ceteras anni partes duobus abſolvi. Sed ſine illo ſententia optima eſt, & neſcio an ſapiat auctorem aliis; mihi certe adulterium olet. Habuit autem eius auctor animo duos colores, album olivae frondium, ceterarum viridem, de quorum utroque non invenuſte Petrus Mauricius lib. IV. epiſt. 23:

Pulchrior in ſilvis nuſquam frondeſcit oliva,
Dum candore ſuo deprimit omne virens.

At Corippus hiemi candorem infra merito melius aſſignat.

324. Ms. *Roſeus aeſtatis*, quod non bene tranſpoſuit Ruizius. Nam *roſeum* prima extenta Poëtae Chriſtiani non raro uſurpant. Prudentius:

Luſerat & minio roſeam ſaniem.

Eos imitatus non ſine maiorum exemplo in hoc eſt Iul. Scaliger. Nec opus erat *ruſſeolam* reponere Giſelino.

326. Interpres non docet nos quid ſit *ventus autumni*. Nec immerito, ut ego exiſtimo, non enim de ventis, aut eorum pictura hic ſermo eſt, ſed de anni partibus, quae quibus ventis aſſignentur erat docendum, & quid ventis in Circo pingendis. Nos dum erudiamur plenius ſcribendum ſuſpicabimur:

Autumni cinctus ferrugine dives, & oſtro.

Veſtem namque aeſtatis modo deſcripſit; *Divitem* vero ob pretium ingens purpurae appellavit. Claudianus:

Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

329. Legendum videtur:

Albicolor viridi ſociae coniungitur ima.

Ima pars albi coloris, quippe hiemem referens, viridi ſociam ſe dat. Viridis ſocia eſt veris pars ſumma, alba hiemis ima, quae duae in rotunda, aut ovali forma coniunguntur duabus extremitatibus.

334. Lacuna ſic optime expleatur:

Quid referam Oenomaum.

Nam *Cecropiden* nimis generale eſt, & longius petitum, quod placuit eruditiſſimo Dempſtero. *Oenomaum* quidem voluit & Savaronius vir in talibus ſcriptoribus plurimae lectionis, ſed *τὸ quid* etiam neceſſarium eſt, nam cur minus ambages nectat cauſſam ponere Corippus voluit. *Oenomai* praeter alios mentio eſt apud Nonnum lib. XIX., XX., & XXXVII. v 344.

340. *Sed factor ſolis poſtquam ſub ſole videri*
Se voluit . . . . . .

Prudentium eſt imitatus:

Illa miniſtranti regimen ſolemne dierum
Haudquaquam ſoli datur a factore poteſtas.

346. *Vox omnibus una*. Martialis:

Vox diverſa ſonat, populorum eſt vox tamen una,
Cum verus patriae diceris eſſe pater.

348. *Expoſitos*, poſitos ſonat, ut expoſitio togae eſt poſitio apud Tertullianum *de Pallio* cap. 5. Exprimitur autem Claudiani Phoenix, qui Poëtarum omnium ſequentium, in argumento quidem non penitus ſancto, pater perhiberi poteſt.

353. Pulchre *Iota reſurgens*, & illa Phoenicis ſimilitudo perquam apposita eſt. A Iuſtiniano etenim obeunte ſurrogatur Imperio Iuſtinus, ut novellus Phoenix e ſenio confecti cinere, ultimis reliquiis, renaſcitur, ſic ille ex conſilio ſive ultima voluntate iam terra cedentis.

355. *Rectum* nomen congrue dicit, ex omnibus enim litteris *Iota* ſolum erectum, & nullo niſi ſuo pede niſum eſt, & *Rectum*, ſive *Iuſtitiam* praeterea notat. Haec talia Corippo ingenium non defuiſſe docent, & genus dicendi non eſt adeo turpe, ſiquidem cum eiuſdem aevi aliis componere volueris.

Item. Diſtinctio corrupta eſt. Lege:

. . . . . . *Iuſtino in principe vivit*
Iuſtinianus apex: Domini ſic vulgus amore
Undique conveniens laetarum more volucrum.

Sciendum vero in voce *Iuſtinianus* graecum accentum naturae vocis praeponere exemplo aevi ſui Corippum noſtrum. Sic in Epigrammate Pandectis praefixo: *Βίβλον*.

IN

IN LIBRUM SECUNDUM CORIPPI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.1. PErſimilis eſt illi, qui exſtat apud Dracontium Hexaëmero:

Roſida purpureum ſpargens Aurora ruborem
Ducit ubique diem.

2. *Iubere*, cum dandi caſu ex Cicerone imitatum eſt, ne quis barbarius arbitretur. Ita quoque poſuerunt Prudentius, Victor, Iuvencus, Arator.

4. *Actus*. Ex illo Claudiani eſt:

... Quo tandem trabeas actore rogantes
Induerit.

Ex quo vel ſolo patet Ruizium hoc loco nihil mutare debuiſſe. Sic Ovidius Epiſtola Helenae:

. . . . Acceptiſſima ſemper
Munera ſunt, actor quae pretioſa facit.

Alioqui *Actor* procurator. Gloſſae Baſilicorum ἄκτωρ προκουράτωρ. Gregorius Turonenſis lib. IX. cap. 38., apud quem *actu agere* eſt iudicio experiri. *Actor villae* pro procuratore apud Anſegiſum lib. IV. Capitul. cap. 41.

9. Antiquiſſimus mos pietatis, obſervantem animum oblatione cerei teſtari. Prudentius:

O res digna, Deus, quam tibi roſcidae
Noctis principio rex tuus offerat
Lucem, qua tribuis nil pretioſius.

Ungi autem conſueverant ante oblationem tales cerei. Idem Prudentius:

Lumen, quod famulans offero, ſuſcipe
Tinctum pacifici chriſmatis unguine.

Sic infra verſu 71. pari religione Regina cereos conſecrat.

11. *Verbum* ſignificat λόγον, Dei Filium, phraſi ſacra, tamen non inuſitata etiam bene Latinis. Auſonius:

Ipſe opifex rerum, rebus cauſſa ipſa creandis,
Ipſe Dei verbum, verbum Deus.

16. Lege *firmatrix*. Alludit enim verba ſacra: *Firmavit verbo oris ſui caelos*. Et *formare* praeceſſit iam v. 12., ſequiturque continuo v. 20. Haec autem Iuſtini oratio ex Pſalmis prorſus expreſſa eſt.

22. Erectio vultus in homine, argumentum vetuſtiſſimum, & celebratiſſimum eſt divinitatis; quod leges apud Senecam de Vita beata cap. 33., Xenophontem Memorab. lib I., Salluſtium Prooemio Catilinae, Iunilium in Geneſim, Claudium Taurinenſem apud Ionam Aurelium lib. I. de cultu Imaginum, Minutium Octavio, Manilium lib. IV., Claudianum III. de Raptu, Ovidium Metamorph. I., Silium Italicum libro XV., Lactantium de ira Dei cap. 7., Boëthium de Conſolat. lib. V. cap. 5., Alcimum Avitum lib. I., Marium Victorem Prologo, Hilarium Geneſi, Ruſticum Elpidium, alios.

23. Falſus non eſt affinitate herbae Corippus, quare ſcripſiſſe autumandus *ſacro ſpiramine limum*, facili ſane lapſu librarii. In eadem re Alcimus Avitus, cuius ipſa verba expreſſit Creſconius noſter:

Temperat humentem conſperſo pulvere limum.

Idem:

Vertitur in carnem limus.

Spiramen ſpiritum ſonat. Ennius Annal. VI:

Sulfureas poſuit ſpiramina naris ad undas.

Uſi in eadem re Alcimus, Prudentius, Iuvencus.

24. Alcimus:

Tunc vero cunctis coſtarum ex oſſibus unam
Subducit laevo lateri, carnemque reponit.

25. *Facto* eſt, condito. Idem Alcimus Avitus:

Praecellis factis, factorem pronus adora.

Facturam appellat Dracontius.

26. Omnia divino iuſſu homini ſubdita ex his Alcimi traduxit:

Haec quae mundani quondam pulcherrima cultus
Incrementa vides, ornatum extenſa per orbem,
Solus habe, ſoluſque prior dominare per orbem.

29. Imago Dei in homine nec gentilibus ignota. Sybilla:

Ἄνθρωποι θεόπλαστοι ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφήν.

Manilius:

Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine parva.

Ovidius:

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

32. Recte legit Dempſterus:

. . . . . . Cui flectitur uni
Omne genu;

cui merito omnes adſentientur.

34. Fruſtra turbant interpretes; nec enim *iuſſa*, ſed *iuſta* arbitror ſcripſiſſe Corippum. Alioquin cur ordinem intricaſſet, quo licebat uti plano, atque facili? Eſtque Graecanicum ἅ τι ὁρᾶν οὐκ ἔστι θέμις, exemplo omnium Poëtarum. Sic Horatius:

Quicquid corrigere eſt nefas.

Hoc eſt, quae corrigi non poſſunt. Quae non dantur viſibus noſtris, aetherea, aeterna dicit Paullinus:

Namque caduca patent, noſtris aeterna negantur
Viſibus.

39. *Velle*, voluntas. Perſius:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Silius libro VIII:

Velle, ac nolle ambobus idem.

Martian. Capella:

. . . . . . Semper ab omni
Velle cupis ſocium.

Item ibid. *Poſſe*, poteſtatem ſonat. Auſonius:

Bene poſſe adſit, tranquilla poteſtas.

40. Ex

40. Ex illo Prudentii:

. . . Frangit Deus omne ſuperbum.

Alcimus libro V:

. . . Irridente Deo, qui deſpicit omnem
Conatum, rigido minitantem vana tumore.

43. Verum eſt quod & Dempſterus vidit, Trinitatem hic percenſeri. *Genitus* enim Filium, & quidem Deum Filium ſignificat. Sic infra:

Quos tibi, quos Genito dignos ſolvemus honores
Pro tantis, benedicta, bonis?

Prudentius:

Per Chriſtum genitum, ſancte Pater, tuum.

Venantius:

Humano generi genuit quos Heva dolores
Curavit genitus, Virgo Maria, tuus.

Hymnus vetus in Zenonem Veronenſem:

Gloriam Patri reſonemus omnes,
Et tibi Chriſte, genito ſuperni,
Cum quibus Sanctus ſimul, & creator
Spiritus exſtat.

44. Quid eſt illud *regnator*? ea vox mendoſa cum ſit, omnia intricat. Scribendum una littera minus, *regnato*. *Vox illa arcana Dei*, ea eſt, quam mox dicit. Sanctus Spiritus inquit, *Regnato*; ita a tota Trinitate firmatum eſt Iuſtino Imperium. Ita clareſcunt, quae nemo hactenus percepit.

46. Lege: *Non fierent.*

51. Sic crebrius Chriſtiana antiquitas. Claudianus Epigrammatis:

Nate tuae matriſque parens.

Damaſus, ut volunt, Elogiis:

. . . . . . Innuptaque mater
Arcano ſtupuit compleri viſcera partu
Auctorem paritura ſuum.

Venantius:

Portans fabricata fabrum, atque humana Tonantem,
Virgula radicem, facta creantis opem.

53. *Speciale*, aevo iſto & auctoribus huius generis, ſingulare, eximium, velut ſine exemplo, ſignificat, ut alibi. Paneg. in Anaſt. v.37:

. . . . . . Miſeri ſpecialiter Afri
In te oculos, atque ora ferunt.

Ruricius libro III. epiſt.32., 33., 34., 35., & 39. Ita innumeris locis Ivonis epiſtolae, Petri item Cluniacenſis, Goffridi Vindocinenſis, & aliorum.

54. Diſtinctionem in Corippo ita corrige:

Vera parens, & virgo manens: ſine ſemine patris,
Quam Deus elegit matrem ſibi: Credula &c.

55. *Credula* eſt *credens*, *fidens*, ut perſaepe in Poëtis Chriſtianis.

60. *Servi forma* eſt ex Hymno Ambroſii, qui ex B. Paullo tranſtulit:

Beatus auctor ſaeculi
Servile corpus induit &c.

61. Scribendum: *Pro tantis (benedicta) bonis*, parentheſi enim incluſa vox alludit hymnum Eliſabethae, & Angelicam quoque ſalutationem. Eſt vero genius huius eo aevo non contemnendi ſcriptoris ob id amandus, quod ſui quam ſimillimus ubique eſt, more; vel natura potius, ſummorum auctorum aemulus.

67. *Diſpoſitis*, hoc eſt *conſiliis*, monitionibus, coeptis. Sic lib. I. v.142. ex veteri libro optime reſtituit Ruizius Aſſagrius: *Diſpoſitu nam Caeſar eras.*

69. *Tutamen*, tutelam ſignificat. *Tutaculum* vocat Prudentius lib. II. in Symmachum:

Quin & corporibus verſat mens viva regendis
Summum conſilium, fida ut tutacula nudis,
Invalidiſque paret, metuenda pericula vitet.

70. *Verbis clementibus*. Hoc eſt ſubmiſſis, tacitis; ne pompae gratia, aut oſtentandae pietatis oraſſe videatur iuxta praeceptum Domini, Matth. 6: Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου πρόσευξαι τῷ πατρί σου ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Sed *clementia* verba hîc potius *pia* ſonant, ut ſupra v. 57. vice verſa *pietatem* pro clementia poſuit: *O pietas miranda Dei*. Et Dracontius:

Magna Dei Pietas, ſemper qui temperat iram.

71. Oblatio cereorum ſacrificii genus erat apud veteres. Sic ante orationem de eodem iam Principe dixit v.9:

. . . . . . Cereſque micantes
Obtulit, & ſupplex lacrimis ita fatur obortis.

72. *It ſacrum comitata latus pulcherrima proles*. Emphaſim quamdam vox haec habet, ut apud Maronem:

Ipſa tenens pateram dextra pulcherrima Dido
Candentis vaccae media inter cornua fudit.

Clarum vero hinc Iuſtino filiam fuiſſe etiam praeter eam, quae Baduario nupta fuit. Unde errat Zonaras tom. III., cui ἀμοιρῶν γονῆς οἰκείας Iuſtinus dicitur: ut & eum ſequens Conſtantinus Manaſſes. Baduarium vero generum Iuſtini facit & Victor Tunnonenſis in Chronico, ſeu potius Iohannes Biclarenſis, qui Victorem ſupplevit. Pietatem Sophiae Auguſtae multis laudat Venantius Fortunatus eodem aevo ſcribens, cui cum omnia proſpera voveat data quidem opera, non tamen uſpiam ſobolis ipſius mentionem ullam facit.

73. *Lunam*, matrem dicit. Et eſt imitatio Claudiani, qui omnium talium Poëtarum pater:

. . . . . . Nunc ora puellae,
Nunc flavam nigro miratur vertice matrem,
Haec nova creſcenti, plenae par altera lunae.

76. *Igne micant oculi*. Vel praecipuum hoc in laudatiſſima forma. Dio Chryſoſtomus: Γυναῖκα εὔμορφον λάμποντα ἔχουσαν ὀφθαλμόν. Heliodorus libro III: Καὶ ὅπως ἔχουσα πλέον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σέλας, ἢ τῶν δᾴδων ἀπηύγαζεν. Anacreon in pictura formoſiſſima pueri:

Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον.

Theocritus in Dyſerote: Ὄσσων λίπαρον σέλας. Ariſtaenetus lib. I. ep. 10: Ἄμφω δὲ λαμπροῖς ὄμμασιν

αἴθοι

οἷα ἀστέρες ἀπαυγοῦντες, ἀλλήλοις φαιδρότερον τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαΐης. Hinc Sulpicius Severus ad exprimendam formoſiorem, oculos ſolos meliores nominavit lib. I. Sacrae Hiſtoriae: *Erant Laban duae filiae Lia, & Rachel, ſed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuiſſe traditur.*

78. Sequens in Corippo ſimilitudo, ſeu comparatio itidem eſt a Claudiano:

... Ceu forte minor ſub matre virenti
Laurus, & ingentes ramos, olimque futuras
Promittit iam parva comas.

80. Adſcititiis nihil opus eſt. In Manuſcripto fuit:

Aequiperat novis maternae frondibus umbrae.

Adiice litterulam *a aequiperata*, rem ipſam habebis. Voluit autem hoc verſu exprimere illud Claudiani auctoris ſui: *Promittit iam parva comas.*

Ibid. *Novis* illud ex ſuperiori eiuſdem loco alludit:

Haec nova creſcenti plenae par altera lunae.

Arbor autem nova, recens florida, ſignificatur firma, non laeſa tempeſtate, aut alio aliquo vitio. Horatius:

Quam nova collibus arbor inhaeret.

84. *Divalis tecta.* Imperatoria. Supra lib. I. v. 42: *divalis origo.* Imperatores Valentinianus, & Theodoſius lib. x. Cod. tit. XXVIII. cap. 7: *Nulique licere deinceps contra divalia ſtatuta ſuas relevare poſſeſſiones.*

85. *Turbae.* Vulgus omnis generis, phraſi ſacrorum Evangeliorum. Iuvencus lib. II:

. . . . . *Cum turbis anxius ille*
In mare velivolum celſam deducere iuſſu
Diſcipulis puppim.

Eodem:

... Domum repetit ſero, turbaſque relinquit.

Et eſt is Poëta omnium ſcriptorum ſimpliciſſimus, tamen qui plus in ſinu gerat, quam fronte polliceatur, ut ex noſtris ad eum notis patebit.

88. Iterum Claudianum ſuum exprimit lib. II. de laudibus Stilichonis:

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aſpera, gemmataſque togas, virideſque ſmaragdis
Loricas, galeaſque renidentes hyacinthis.

Talem autem veſtem talarem ingentibus ſpatiis circumcinctam gemmis, & auro intertextam in Theodori Laſcaris, Michaëlis, & Andronici Palaeologorum picturis conſpicere poſſumus, beneficio doctiſſimorum hominum, qui Nicephorum Gregoram nobis ediderunt.

Item. *Cingula* nominat, quod in iis maxima cura fuerit veterum. Nam & qui alioquin nulli omnino cultui ſtudebant, immo averſabantur velut omnem, *cingula* tamen ornatiora habebant. Hieronymus epiſtola de veſtitu Sacerdotum ad Fabiolam: *Tertium genus eſt veſtimenti, quod illi appellant Abnet, nos cingulum, baltheum, vel zonam poſſumus dicere, Babylonii novo vocabulo hemethanin vocant: diverſa vocabula ponimus, ne quis erret in nomine. Hoc cingulum in ſimilitudine pellis colubri, qua exuit ſenectutem, ſic in rotundum textum eſt, ut marſupium longius putes. Textum eſt autem ſubtegmine cocci, purpurae, hyacinthi, & ſtamine biſſino, ob decorem, & fortitudinem, atque ita polymitha arte diſtinctum, ut diverſos flores, & gemmas artificis manu non textas, ſed additas arbitreris.* Vides, ex aetate, illa morum ſerietate, divinum ſenem verſicolorem cingulorum ornatum non abnuere. Mutata autem forma horum magnopere fuit ſequentibus temporibus (hoc enim, quod in dictis iconibus Imperatores laevo lacerto gerunt, cingulum utique eſt) ut & diadematum; cum enim faſcia eſſet illa olim, coepit penſilis ordo margaritarum, aliarumque gemmarum a capite ſummo ad humeros uſque fieri; ut vides in iiſdem picturis.

91. *Lumen*, hoc eſt ſolem reddidit velut clariorem, diemque magis illuſtrem. Sed ex v. 103. quod ſolis dieique diximus, potius cereorum, faciumque lumen fuit. *Regalia* autem membra, venuſta, magnifica, inſignia dixit: Πρῶτον γὰρ εἶδος ἄξιον τυραννίδος, ut ait Euripides. Nam vultus, & aſpectus Regum, regalem etiam maieſtatem praeſefert. Nonnus lib. III:

. . . . . Ἀριφραδέων γὰρ ἀνάκτων
Αὐτόματοι κήρυκες ἀναυδέες εἰσὶν ὀπωπαί.

94. *Ardentes radios.* Quia *ardentior* ſol per nubes terras illuſtrat. Sic Plutarchus amicitiam odiis exorientem ardentiorem dicit, non ſecus ac ſolem trans nubes aeſtuantiorem. *Iubar* autem ſolem deſignat. Virgilius:

It portis iubare exorto delecta iuventus.

95. *Omnia viſo Congaudent elementa die.* Haec interpolatio eſt Michaëlis Aſſagrii, qui edito hoc Poëta omnem ſibi poſteritatem devinxit. In manu exarato libro fuit:

. . . . *Omnia viſu*
Congaudent elementa diem:

ex quo coniecit quondam Elias Putſchius *viſum congaudent elementa diem.* Sane potius credibile unam litteram defuiſſe in ſcripto Codice, quam duas mutatas fuiſſe. *Congaudent* omnia *elementa viſum diem* pulchre expreſſit quod ait Claudianus:

... Riſitque tuo natura ſereno.

Sic ipſemet lib. IV. v. 96. Corippus:

. . . . . . *Iubar axe ſereno*
Emicuit, votiſque pie ſeſe obtulit orbi
Laetificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux auxerat (ita legendum) *altera lucem*
Cum terris gaudente polo.

Quo poſtrema ipſa ſua haec verba expreſſit auctor non obſcuri in tanta nocte temporum ingenii. Quod quidem de poëtica nocte dictum volo, nam alioquin & eo aevo, & poſtea Chriſtiani Doctores tanta eloquentia, tantoque ingenio, licet pauci, fuerunt tamen, ut cum priorum non paucis, contendere dubia victoria poſſint. Dixit autem

tem *congaudere diem*, ut alii gaudere gaudium. Iuvencus lib.I:

Gaudia magna Magi gaudent, ſiduſque ſalutant.

97. *Ipſaque conſpectis gradiuntur lumina terris.* Haec eiuſdem Aſlagrii coniectanea interpolatio eſt, cum in unico illo exemplari repperiſſet *gradantur*. Non inepte exinde idem Elias Putſchius *gratantur* concinnavit. Nam de gaudio elementorum locutus, bene ſubicit gratationem luminum caeleſtium, cum mutuo gaudio blandius omnia ſeſe aſpiciant, & congratulatione velut viciſſim data, & accepta exſultent.

98. Exclamatio ob praeſentiam exſpectatarum rerum exſultantis. Martialis:

Haec eſt illa dies, magni quae conſcia partus
Lucanum populis, & tibi, Polla, dedit.

Caeſar apud Lucanum libro VII:

Haec eſt illa dies mihi, quam Rubiconis ad undam
Promiſſam memini.

Et eſt exclamatio rei inſignis viſae, quae eluceat ceteris. Claudianus:

Stet licet in populo, clamet quicumque videbit
Hic ille eſt Stilicho.

100. *Egreditur tunicaque Pius.* Grandiuſcula littera velut cognomen hoc Iuſtino datum exprimi iuſſi. Tam enim Pius fuit, ut de eo ſcribere non vereatur Venantius Fortunatus:

Conſtantinum vir, Helenam pia femina reddis.

Ita enim ſcribendum, in ſupplemento Poëmatum eius ſcriptoris, Elegia, qua nomine Rhadegundis Reginae Chriſto devotae gratias agit Iuſtino, & Sophiae de miſſis ſacrae Crucis aſſulis quibuſdam.

101. Veſtem candido ſerico, intextis auro, & gemmis, ſimul auricolorem, & albam nominat. Nam in materiem albam intextum erat aurum, ut ſcribit de ſolis purpureo pallio Martianus Capella: *Pallium coccineum, ſed auro plurimo rutilatum.* Haec ideo annotamus, ne quis diverſitate colorum ad corrigendum aliquid moveatur.

104. *Reſonant.* Sonum hunc ab igne mutuum ſumpſit Corippus. Ignis enim maxime florens, ac radians crepitare auditur. Cum autem igni ſimilem ſplendore veſtem Iuſtini fecerit, iam cruralibus indumentis aliud ignis proprium tribuit, ſonum nimirum. Pari omnino figura locutus Iuvencus noſter libro IV:

Sidera iam luci concedunt, & rapidus ſol
Progreditur, radiis terras crepitantibus implens.

Quem locum, inſulſi, incogitanteſque ſunt, qui mutant. Etſi enim nemo umquam crepitantem ſolem audiverit, quia tamen praecellentiſſimus ignis eſt, Poëta hoc iure ſuo illi tribuit, quod flammae floreſcentis proprium eſt. Sic avium volatum crepitare aiunt alii Poëtae, cum plerarumque non audiatur. Dracontius:

Exſilit inde volans gens plumea laeta per auras,
Aëra concutiens pennis crepitante volatu.

Iuvenci autem verſiculus crebra iteratione radentis velut litterae, etiam ſono flammam crepitantem expreſſit.

Item. *Purpureo cothurno.* Ruber color etiam in crepidis inter Imperatoria inſignia. Nicephorus Gregoras lib.III: Ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μήτηρ Εἰρήνη, ἡ πρώτη τῶν θυγατέρων ἦν Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως· ὃς ἐπειδὴ γονῆς ἄρρενος αὐτὸς οὐκ εὐμοίρει ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προστετάχει, ἵν' ὦσιν αὐτή τε καὶ ὁ ταύτῃ συζευχθησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχοι. Ex cuius ſequentibus verbis Deſpotarum tantum coniugibus hoc integrum fuiſſe habitu uti ſimul, & eos tum temporis fuiſſe ſuſpiceris Deſpotas, quos ſuperior aetas Caeſares dixerat, nimirum ſucceſſores deſignatos Imperialis dignitatis.

Item ib. Regum, & Heroum calceamenta antiquitus erant cothurni. Id vero indumentum eleganter deſcribit Sidonius ad Anthemium.

105. *Cruraque.* Notandum eſt, Michaëlem Aſſagrium impudentiuſcule feciſſe, quod ſuam nobis ſeptem integrorum verſuum correctionem obtruſit, veteri lectione Codicis, quem unum, ſolumque exſtare hactenus non ignorabat, diſſimulata; cum ſe eos corruptiſſimos inveniſſe fateatur. Itaque quaecumque in obſcurorum eorum explicatione dicemus, ob oculos tamen ſemper nobis obverſabitur potius nos Ruizii alicuius, quam eius ſcriptoris ſermoni operam dare, quem pro aevo & copia ad eruditionem perfectam neceſſaria magnopere amamus. Sane dupliciter Ruizius peccavit, ordinem enim verſuum luxavit, & puſillo mendo non animadverſo, hiantem difficilemque ſententiam concinnavit. Quis enim, quaeſo, tam negator erit, qui non aſſentiatur nobis hoc ordine conceptos eſſe a Corippo verſiculos?

Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quae vellera fuco,
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris, tactu molliſſima, plantis,
Quis ſolet edomitos victor calcare tyrannos
Romanus Princeps, & Barbara colla domare,
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus regum cruor.

Quae difficilis, impeditaque erat, ſic meridiclarior ſententia habetur. Scripſit vero *quis*, duabus ſyllabis in unam contractis, quod non potuit animadvertere editor Hiſpanus. Sic cauſſam aſſignat cur & pedibus conveniat Romani Principis cruoris color. Erat tum apud Graecos Imperatores moris, hoſtem non prius edomitum putare, quam cum pedibus eius collo impreſſis Romanus Princeps triumphum ſolemnem de eo peregiſſet. Eum morem habes in eiuſdem huius Iuſtini Hiſtoria cognatum ſuum eodem nomine tollentis, cuius & interemti caput cum Sophia coniuge conculcavit, apud Nicephorum Calliſtum lib.XVII. cap.34. a quo ſcriptore de hoc Principe alia omnia narrantur,

tur, quam & a Corippo noſtro, & aliis antiquioribus. Nos vero fabuloſis narrationibus addictiorem Calliſtum illum honore praefato ſeponimus.

Item. *Inducere artus* induere poſuit etiam ſupra:

Egreditur, tunicaque Pius inducitur artus.

106. Rarior apud auctores Parthicorum vellerum mentio. Lynces autem puto intelligi, quarum pellibus inducta fuerit purpura. Lynces Aſſyrias ei uſui adhuc hodie commendatas docent eximii viri, & primatibus omnis aevi accenſendi Augerii Busbequii Epiſtolae. Eiuſdem pretii puto habitas Arabicorum murium pelles, de quibus Paullinus Iunior in Euchariſtico:

Cultior utque mihi veſtis foret, & nova ſaepe,
Quaeque Arabi muris leni fragraret odore.

Invenio Arabas pellibus molliendis ſingulare artificium habuiſſe. Auctor libri de re Militari: *Vitulinis pellibus Arabica arte mollitis, eſt enim apud eos praecipua confectionis cura; propter aquam de puteis follibus hauriendam.* Ultimo aevo Phoenicum pelles in vita Caroli Magni celebrat Sangallenſis Monachus. Italica vero tinctura nobiliſſima. Horatius:

Lana Tarentino violas imitata colore.

Paullinus ad Nicetam:

Appulis ſed te via prima terris
Te vehat longo ſpatioſa plano,
Qua Canuſino medicata fulgent
Vellera fuco.

Inde Campana periſtomata puto laudata Plauto *Pſeudolo*.

108. *Collo* faſtus omnis ſignificatur, cum re. vera illud calcarent victores. Alibi:

. . . . . . Properatque ſuperbum
Inclinare caput, ſubiectaque ponere colla.

109. *Quia* contraxit antiquitatis purioris imitatione, ut ſaepius elegantiſſimus ſcriptor, cuius ingenium & eloquentiae nitor in re difficili admirabiles ſunt. Terentianus Maurus, ut in Praefat:

Sic noſtrum ſenium quoque
Quia iam dicere grandia
Maturum ingenium negat.

Et in libro:

Non ſemper videas ſpondaeum poſſe creari
Quia mutas ita coniungi natura recuſat.

Idem:

Quia variis pedibus loquimur ſermone ſoluta.

Iterum:

Nec modo quia verbo finem facit, unde putata.

Denuo:

Conſona quia vis eſt illis nunc libera.

Poſt:

Quia ſermo ipſe manet, nulloque eſt fine reciſus.

Et alio loco:

Quia nec producta eſt, geminat nec conſona vires.

Et hoc non dubito quin offenderit Aſſagrius, cum verſus perverſiſſime ſcriptos a ſe in ordinem, ſi diis placet, redactos iactat.

110. *Pro ſacris plantis*. Imperatorio, ut dixi, calceatu. Nicetas Choniates in Iohanne Comneno: Ἀμέλει τοὶ καὶ χῦτον ἐπικρίνας καταλεῖψειν τῆς βασιλείας διάδοχον ἐρυθρῷ τε οἱ πεδίλω μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἰδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. Georgius Cedrenus in Michaële Rancabo: Πρὸς τὸν Λέοντα τῆς βασιλείας ἐπαγόμενον ἐξέπεμψε σύμβολα, τὸ διάδημα, τὴν ἁλουργίδα, καὶ τὰ κοκκοβαφῆ πέδιλα.

113. *Myſterium certa rerum*. Quod in ſyllabam peccat non ſine ſua ratione facit. Nam vox illa dudum latinitate recepta erat, nec iam originem ſuam ſpectabat, uſu Chriſtianae Poëſeos alio flectente. Per *res* rerum argumenta indicantur. Iulianus IC. cap.11. ad L.Aquiliam: *Multa autem Iure civili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt*. Claudianus:

Quamquam nullis mihi cognita rebus
Fabula vix tanto riſit de crimine rumor.

115. *Baltheus effulgens*. Fulgorem balthei ſumſit a Marone mutuum:

. . . Infelix humero cum apparuit alto
Baltheus, & notis fulſerunt cingula bullis.

Eſt vero *Baltheus* tam muliebre, quam virile geſtamen, ut vides apud Iuvenalem ſat.VI., niſi tamen ille locus aliter capiendus:

Baltheus, & manicae, & criſtae, cruriſque ſiniſtri
Dimidium tegmen.

Certe gloſſam huc facientem ad muliebria indumenta veterem reperi.

Item ib. *Heriles*. Imperatorios. *Herus* enim Princeps. Auſonius epiſt.16:

Exceptis tribus, Herus heroum maximus.

Hoc eſt Theodoſio, Valentiniano, & Arcadio, quibus tum ſimul principantibus, ſcribit etiam ſic Symmachus lib.X. epiſtolarum.

120. *Vincebat lumina*. Diem nimirum, *ſolaria lumina*. Sic ſupra v.91.

122. In veſtitu Imperatorio *fibula* pretioſiſſima ponitur. Spartianus in Hadriano: *Cum veſtem humillimam frequenter acciperet, ſine auro baltheum ſumeret, ſine gemma fibulam ſtringeret*. Trebellius Pollio Galienis: *Cum chlamyde purpurea, gemmatiſque fibulis Romae viſus eſt*. Ex quo apparet; tum pro nota ſuperbioris cultus ſumptum; poſteriora autem ſaecula omnem in talibus diſciplinam perturbarunt.

130. Perſarum moribus inter inſignia regia erat torques aureus. Aemilius Probus in Datame: *Ornavit etiam torque, atque armillis aureis, ceteroque regio cultu, ipſe agreſti, duplicique amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam*. Is tranſivit ad Principes Conſtantinopolitanos, luxu, & mollitia omnibus Aſiae Regibus non inferiores.

Item ibid. *Armati* nomen videtur eſſe proprium viri cuiuſpiam, uti apparet ex eo, quod ſubditur v. 133:

Felix Armatus, primus qui verba loquentis
Audiit. . . . . . .

Cum

Cum tamen nomen ſit inuſitatius, praecipue illo aevo, & pro homine ſimpliciter armis induto non poſuerit Corippus, ſuſpicatus aliquando ſum vitioſam ſcripturam ex abbreviatione in manuſcripto Codice expreſſiſſe Michaëlem Aſſagrium, & ſcribendum *Martinum*. Eum autem Martinum eſſe ſuſpicor, qui ex Tribuno iſto poſtea factus fuerit Patricius, & copiarum, licet aequo timidior, dux; cuius meminit Iohannes Zonaras in Vita Iuſtini Iunioris. In qua coniectura magis etiam confirmor, cum Nicephorum Calliſtum lib.XVII. cap.37., & 38. eum hominem Martianum nominare video; quod utique nomen corruptum eſt apud Corippum ex abbreviationis contractione (licet enim ſolemnibus verbis de his talibus loqui) ignorantibus librariis, vel & inſcio editore, accentum in hoc genere non derivationem ſequi Poëtas aevi inclinantis; qua de re non repeto quae in Prolegomenis ad Claudianum puer notavi. Itaque vix dubito utroque loco *Martiani* nomen eſſe reſtituendum.

135. *Felix*. Iam novum Numen erat nimirum Iuſtinus, poſtquam Auguſti nomen acceperat; itaque vocem divinam audiiſſe primus creditur Armatus iſte. Sic libro primo dixit *novum Numen condere*, quod eſt novum facere Principem.

136. *Lecti iuvenes*. Proceri, decori. Virgilius:

Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Auſonius Perioch. Odyſs.XXIV: *Mirati lectorum iuvenum cum grege denſitatem uno agmine commeantem, cauſſas interitionis accipiunt*. Et bene *lecti* correxit Aſſagrius, nam aetate, habituque pares ad talia legebantur. Hinc Corippus lib.IV. v.229:

Submittunt humeros, & loris fortibus aptant
Electi iuvenes, aetas quibus omnibus una,
Par habitus, par forma fuit, veſtiſque rubebat
Concolor, atque auro lucebant cingula mundo.

143. *Tempus iuge*. Perperam ſyllabam corripit; ſed exempla in omni genere Chriſtianorum Poëtarum.

Ibid. *Poteſtas* Italico idiotiſmo hodie Magiſtratum, ſive Magiſtrum ſonat. Id bono ex uſu latinitatis eſt ſumptum. Sic enim Petronius ad Fortunam:

Rerum humanarum, divinarumque poteſtas
Sors, cui nulla placet nimium ſecura poteſtas.

Nec mutandum in iis verſibus quicquam. Sic Priſcianus Medicus lib.II. c.29: *Stomachus omnium membrorum ſortitus eſt dominium, reliquorum ſibimet famulantium poteſtas virium, quibus aut deficitur, aut recte valetur*.

148. *Princeps fortiſſimus*. Zonaras: Ἰουστῖνος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ἰλλυριὸς κουροπαλάτης πρὸ τῆς βασιλείας τετίμητο, καὶ ἦν τὴν φύσιν εἰς ἅπαντα δεξιὸς τὴν γνώμην δὲ μεγαλόψυχος, καὶ εὐσεβής.

152. *Menſuram*. Capacitatem. Sic in Fragmento ad Anaſtaſium:

Menſuram transfuſa meam.

155. *Rependis*. Ob verſum: valet *perpendis*. Claudianus Panegyrico Mallii:

. . . . . . *Qui facta rependens*
Conſilio punire poteſt.

160. *Pontificum ſummus*. Ineptit veterum argumentorum marginalium auctor, qui ad Romanum Pontificem refert, omnino vero bene Aſſagrius, qui ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. Ab hoc enim coronam ſumebant Imperatores Graeci. Nicephorus Gregoras libro III. non paullo melior ſcriptor cognomine illo ſuo: Ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων καθεσθεὶς ἐπ' ἀσπίδος, κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος· ἤδη δὲ αὐτὸν καὶ διὰ πατριαρχικῆς χειρὸς τὸ βασιλικὸν ἀναδήσασθαι στέφος, ἀλλ' ἦν τηνικαῦτα ὁ πατριαρχικὸς θρόνος ὠρφανισμένος τοῦ διευθύνοντος, ἐπεὶ πρὸ βραχέος ἔφθη γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων ὁ πατριάρχης Γερμανός, ἀνὴρ συνετός, καὶ ἀρετῇ, καὶ λόγῳ τὸν βίον κοσμήσας. Quo loco eruditiſſimus Wolfius non ſatis bene *ſedentem in clypeo* vertit, nam ſtans illo elevabatur Imperator, ut expreſſe ſcribit Corippus v.139. Ungebantur vero etiam Imperatores Graeci ab illo eodem Praeſule, quod ſummi honoris eorum fuiſſe apparet ex eo, quod libro II. idem Gregoras ſcribit Iuſtinianum Archiepiſcopo patriae ſuae pleraque maxima tribuiſſe. De Michaële: Αὐτίκα δὲ καὶ βασιλείας ἑαυτοῦ περιτίθησιν ὄνομα, καὶ χρίεται βασιλικῶς παρὰ τοῦ τηνικαῦτα τὴν τῆς Βουλγαρίας ἀρχιεπισκοπὴν διευθύνοντος· πλείστοις τε γὰρ ἄλλοις αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκ παλαιοῦ τετίμηκεν Ἰουστινιανὸς, ἑαυτοῦ γεγονυῖαν πατρίδα, καὶ προσέτι ὀνόματι Ἰουστινιανῇ· καὶ δὴ καὶ αὐτονομεῖσθαι ταύτην εἰς τὸ διηνεκὲς προσετετάχει, πλὴν οὐχ ὥστε καὶ βασιλέας χρίειν Ῥωμαίων. τοῦτο γὰρ ἄλλοις ἐφεῖται παρὰ τῶν νόμων. Illi alii, alii non ſunt a Patriarchis, quos diximus, Conſtantinopolitanis. Ita enim idem auctor ſcribit libro III. initio: Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πατριάρχου χρισθεὶς καὶ τὸ στέφος ἀναδησάμενος πρὸς ἐκστρατείαν παρεσκευάζετο.

163. *Auguſtum ſancire caput*. *Sancire* nihil aliud eſt, quam firmare, confirmare, teſtatum facere. Ut apud Silium Italicum *dicto ocyus acer Intorto ſancit iaculo*. Poëtis autem Chriſtianis ſanctificare, ut Corippo hic. Sedulius lib.IV:

. . . . . *Nam corporis, atque*
Sanguinis ille ſui poſtquam duo munera ſanxit,
Atque cibum, potumque dedit,

hoc eſt, conſecravit. Nec vero quicquam Corippus melius dicere potuit, cum eo modo velut ſanctum, ſacrumque, & inviolatum reddatur caput Principis. Ita Maro de Iove:

Audiat hoc genitor, qui foedera fulmine ſancit.

166. *Clamores creſcunt, clamoribus aſſonat aequor*. Ita manuſcriptum exemplar. Nec mutandum, cum non abſit longe pelagus. Vid. ſup. lib.I. v.103. de domo Iuſtini. Non vero in publico, ſed in ſua domo ſumpſit Auguſtalem habitum Iuſtinus, & ita ornatus ſolemnia peracturus repente in Hippodromo comparuit, ut ſcribit Nicephorus Calliſtus lib.XVII. c.33.

172. *Regnate pares*. Ad vota coniugibus voveri ſolita pertinet. *Paritate* enim Concordia intelligitur. Calpurnius:

Eſte pares, & ob hoc concordes vivite, nam vos
Et decor, & cantus, & amor ſociavit & aetas.

De paritate autem quaerenda in coniugio pulchre Aeſchylus Prometheo:

Η' σοφὸς ἦ σοφὸς ἦν
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε,
Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν
Ἀριστεύει μακρῷ· καὶ μήτε τῶν πλούτῳ
Διαθρυπτομένων, μήτε τῶν
Γέννᾳ μεγαλυνομένων ὄντα χερνήταν
Ἐραστεῦσαι γάμων.

174. *Tandemque quievit*. Pulchre lenitudinem conſidentis clamoris indicavit, non enim ſubito tanti vulgi adclamatio conticeſcit. Et multa talia in Corippo curam, quam pro eo aevo, feliciorem referentia. Sic ſcitiſſime talem *tumultum* inſtar conſidentis, ventorum animabus, ut Arnobius loquitur, ſenſim expirantibus, pelagi referre cecinit Claudianus noſter.

175. *Coronatus ſolium conſcendit avitum*. Ex adoptione verum eſt, non natura. Iuſtinianus enim ἄτεκνος quoad prolem maſculam fuit, nec vero tum ulla filiarum ſucceſſio, niſi per adoptionem aut generorum, aut eorum ſobolis. *Avitum* vero ſolium illud dicere poterat, non vero paternum, niſi iterum per adoptionem; ut infra v. 302. *Sedes* autem illa Imperatorum Graecorum etiam in Palatio altior erat aliis ſedilibus, ne comprimi, aut moleſtari concurſu poſſet Imperator, de quo more ſedendi ex Cedreno, & Gregora alibi plura adnotavimus.

178. Non eſt recipienda lectio, quam Ruizius ingerit *ore pio haec orans ait*, utpote verſui contraria, ut non reperta in membranis, ut ab ipſo interpolata, voce nota non genuina effarcta. In quam poſteriorem culpam venit etiam Dempſterus cum ſuo *dixit*. Sed traiectiuncula adhibita, vetus lectio ſervanda erit hoc pacto:

Orans haec ait ore pio, ſuper omnia regnans.

Quam neutrum interpretem, hunc vero etiam tantae eruditionis virum, vidiſſe mirari ſubit.

180. *Curaſque regerti*. Ita fuit in unico illo exemplari, quod fuit penes Aſſagrium, qui *regendi* de ſua liberalitate ſuppoſuit. Ego, quamvis hoc blandiatur, tamen contra fidem membranarum non receperim, utcumque laudet auctor paterque. Alluditur enim regimine curarum ad officium *Curopalatae*, quod habuit ante principatum Iuſtiniani obitu delatum Iuſtinus noſter. Zonaras: Ἰουστῖνος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ἰλλυριὸς κουροπαλάτης πρὸ τῆς βασιλείας τετίμητο. Cedrenus: Ἰουστῖνος ὁ ὀρθόδοξος ὁ Θρᾷξ. Ubi Curopalaten addit interpres, quam vocem male omiſſam in Graeco Cedreni textu exiſtimo. Vide Nicephorum Calliſtum libro XVII. cap. 33.

183. Optime Aſſagrium reponere puto, *regemque tremendum Suſpicimus*.

Item ibid. Legendum, *grates agimus, grato ſque fatemur*, non duplici loco τὸ *grates* ponentes.

184. *Ipſius eſt quodcumque ſumus*. Lucani eſt:

Iuppiter eſt quodcumque vides, quodcumque movemur.

Similia apud Aratum principio Phaenomenon, Paullinum epiſtola III. ad Auſonium, Arnobium libro I., & alios.

184. *Ratione probante*. Ab Aſſagrio eodem manavit; nam in Ms. fuit *ratione probate*. At ego iſtud magis pro Corippo eſſe arbitror, quem ſuſpicor ſententiam ſuam ita concepiſſe:

Ipſius eſt quodcumque ſumus, ratione probare,
Et rerum certas licet enarrare figuras.

Eſt quidem in lacunis talibus ſcriptis Codicibus opus, ſed tamen tale quid exigunt univerſa omnia quae ſequuntur. Pietatis vero merito ſtudioſum, & gnarum facit Iuſtinum ſuum Corippus, cum idem illi teſtimonium detur ab omnibus ſcriptoribus, licet Cedrenus, & Nicephorus alioquin illum vituperent. Nos cum talia legimus, deploramus interdum, aut miſeremur ſtatum ſummorum Principum, quorum res geſtae non aliter a nobis, quam per Monachorum manus leguntur traditae. Ita fit, ut, uti quiſque in hoc genus hominum affectus fuerit, ita poſteritas eum aeſtimare nunc cogatur. Lacuna vero hoc loci maior eſſe videtur, quam unius hemiſtichii, ut cenſent viri docti.

187. Ptolemaeus: Ἀρχὴ πάντων τῶν ἐν ἡμῖν μορίων ἡ κεφαλή. Capitis autem huius nomine ſeipſum cenſet Iuſtinus, Sapientiae, & Vigilantiae nominibus mox coniugem, & matrem, quarum vocabula artificioſe in ipſas rationes intexit, ut non fortuna, ſed merito videantur adeptae Imperium.

189. *Atque regantur*. Audax Aſſagrius pro *atque* nobis coniectavit *ipſa*. At mihi dubium non eſt, ſcribendum:

Omnibus ut membris caput imperet, utque regantur
Coniuncta eſt capiti Sapientia.

Quam lectionem excogitavit olim amicus noſter optimus, & eruditiſſimus vir Gothofredus Iungermannus.

191. *Retinens*. Tenens exponendum. Ut apud Catullum de Minerva:

... Divus retinens in ſummis urbibus arces.

Sed diſtinguendum apud Corippum:

. . . . . . Sapientia: Corporis arcem
Quae retinens, oculis ſpeculetur membra ſerenis.

Arcem capitis multorum egregiorum auctorum imitatione dixit, de quibus ad Claudianum. Optime autem huc faciunt verba Minutii Felicis Octavio: *Oculi in ſummo, velut in ſpecula, conſtituti, omnes ceteri ſenſus quaſi in arce conſtituti.*

192. Ut

192. *Ut* pro *et* repone hoc rerum ordine:
Ut, quoſcumque videt Vigilanti lumine ſollers
Peſte laboranteis ſubiecti corporis artus,
Sanet, & infeſtos pellat medicamine morbos.
Vigilanti, maiuſcula initiali littera ſcribendum; alludit enim nomen Vigilantiae Imperatricis.

193. *Peſtis*. Quemvis morbum ſonat, nec tamen non etiam peſtilentiam Latinis, ut peccet hoc negans Obertus Giſanius. Comparatio autem Corippi ſatis elegans, ſed ille nimis laxam facit, ut tota haec oratio eo vitio eſt diſtenta. Sed hoc aevi potius, quam Corippi eſt. Pari laxitate diſiungit Iuſtini ad Avarum legatos ſequentibus libris, quae alioqui & ſatis arguta, & non indiſerta eſt.

196. *Quod fas eſt dicere*. Malum omen cavet cautione hac addita, quod veteres noſtros ſolentes feciſſe una voce *Praefiſcini*, omnibus iam notum eſſe exiſtimo. Ominis vero non boni ſuſpicio in eo eſt, quod ait *compoſitum eſſe* imperium. Natura enim duce dicitur, omnem compoſitionem reſolutionem praeponere, & metuere, Romanum autem Imperium, perpetuo cognomine, velut aeternum, ab omnibus aevi illius, ſuperiorumque ſcriptoribus dictum, ut mille locis Codicum Iuſtinianaei, & Theodoſiani vel ſolorum firmare licet. Metus itaque erat ex ſuperſtitione publica, ne, compoſitione partium memorata, epitheton illud perpetuum mendacii alligare vellet. Quam autem ominoſorum vocabulorum haec cautio, etiam bene Chriſtiano aevo, fuerit religioſe obſervata, alibi exemplis a nobis agetur. Ab hac cautione mox etiam ſubdit, *ſolidati corporis*, partes nimirum in unum iam ſolidum concreviſſe autumans, nec metuendam ſolutionem. Eruditiſſimus olim amicus noſter *ſolida vi* legendum cenſet. Nobis piaculum in mutatione eſſe videtur, quamvis ita loquatur Ennius:
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.
Sed illud nihil ad hunc locum.

200. Maxime congrua eſt coniectura Aſſagrii legentis:
Sede ſedens una.
Idem commentum ſibi & Dempſterus vindicat; gaudemus de concurſu, vel concinentia potius iudiciorum.

202. *Vos eſtis pectus, vos brachia verticis huius.* A rebus ſcilicet geſtis, aut gerendis. Sic *dexterae* Principum dicuntur miniſtri praeſtantiſſimi. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis:
Regis eras genus Etruſci, tu Caeſaris almi
Dextera, Romanae tu vigil urbis eras.
Sic ad primum Officiorum Angliae Iohannes Saresberienſis:
Anglorum Regis dextera firma boni.
Pectus cum eos vocat, vim conſiliorum Senatus intelligit, *brachia*, robur rerum gerendarum, atque bellicum.

211. *Miracula*. Res aſpectu mirandae. *Pulchri* epitheto etymon mundi alludit. Alcimus Avitus:
Tum Pater omnipotens aeterno lumine laetum
Contulit ad terras, ſublimi ex aethere, vultum
Illuſtrans quodcumque videt; placet ipſa tuenti
Artifici factura ſuo, laudatque creator.
Diſpoſitum, pulchro quem ſtruxerat ordine, mundum.
Vide ſcriptores ad Alexandrum, Appuleium, & Plinium lib. II.

214. Exprimit ſeipſum ſupra ex lib. I. v. 183:
. . . . . *Pro te Deus omnia fecit,*
Quae voluit fieri; ſolium conſcende paternum.

217. Imitatio eſt Martialis *Spectaculis*:
Cum verus patriae diceris eſſe pater.
Item ib. *Diſponere*, ſolemne regendi verbum illo aevo. Sic *diſpoſitorem* moderatorem alibi dicit. *Diſpoſitiones*, Imperatoriae ordinationes, Anaſtaſius Imp. cap. ult. C. de Fructibus, & Litium expenſis.

221. Alluſit ad fabulam caeci claudum portantis, qui ipſi qua eumdum commonſtraret. Vide Auſonii Epigramma CXXIV. translatum ex Philippo, & Platone Poëtis Graecis non adeo antiquis.

223. *Interiora*. Ad longinquitatem protenſi viſus pertinet. Tamen amici olim coniectura non diſplicet, *inferiora*. Sic enim ſupra dixit v. 193:
. . . *Quoſcumque videt ſubiecti corporis artus.*

224. *Ante pedes planate vias*. Ex Evangelio, cuius & phraſim retinuit. Sic infra eodem verbo uſus v. 329. Qui commentarium ſcribat plerarumque apud hunc ſcriptorem locutionum exempla e ſacris litteris producere poſſit.

228. *Quin nec cauſſa rei*. Mendum eſt, quod non erat Aſſagrii exſtirpare. Tu emacula:
Quin & cauda rei cultu eſt ornanda diurno,
Nullus vile putet, quod novit corporis eſſe.
Uſque adeo, inquit, pedibus ſuus honor non eſt negandus, ut & ſi qua eſt rebus propoſitis cauda non ſit negligenda, licet viliſſimum corporis membrum, & tamen membrum. Supra enim dixit:
Non minor eſt membris cura impendenda minutis.
Per *caudam* vero, ſive poſtremam corporis partem, utique intelligit Corippus ſervos, domeſticos, qui officiis in familia minus honeſtis erant deſtinati, quorum quidem per ſingula miniſteria nomina, & velut officia erant diviſa. *Diurnum cultum* autem huius caudae dicit, quia diurni cibi ſervis in menſem dabantur, qui *demenſi* nomine cenſentur a ſcriptoribus. Vide quae ſcribimus ad Claudianum bello Gildonico v. 71. Et haec emendatio veriſſima eſt, quales non paucae nobis in hunc ultimum vatem Romanum excogitatae.

231. *Priventur caedes populorum*. Verbum *priventur* minus uſitate uſurpatum eſt. Hoc enim vult, exſtirpentur, compeſcantur, contrahantur. Nec eſt quod quis de lectionis veritate dubitet, ſic enim etiam v. 336:

. . . *Nul-*

... Nullus ſua gaudia turbet,
Priventur caedes, ſtudiorum iurgia ceſſent.

Hoc eſt in ordinem velut redigantur, quorum alioquin licentia erat hactenus intolerabilis.

232. Ad uſuras referendum puto, quas immaniter tum vexaſſe populum alibi Corippus noſter teſtatur. Sed & *uſus rei* pro re ipſa dicitur a bonis ſcriptoribus. Horatius lib. III. carm. 1:

Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſidere clarior
Delevit uſus.

234. *Colla ſuperborum confringite: culpa nocentes Puniat ipſa ſuos.* Quod in omnibus bene conſtitutis Imperiis certum eſſe debet. Cum enim peccat quis, poenae certus eſt. Sic *culpa ipſa punit nocentem*. Par ſenſus eſt in illo libri I. v. 60.

Quiſquis erit veſtrae per ſe cadet invidus aulae;

ſuo nimirum ſcelere ipſum ulciſcente.

238. Ut ſupra in ſervis, aut talibus *cultum diurnum* pro vita diurna dixit, ita modo de ruſticis:

Agricolae ſua rura colunt, cultuque diurno
Implorant fructus.

Sic *vitam diurnam*, quo in diem opus quiſque habet. Infra v. 376.

Vix nobis vitae conſtant alimenta diurnae.

240. *Bonos* colonos dicit, quod innocentiſſimum genus vitae agricultura aeſtimatum ſit fere ſemper. Sic apud veteres Romanos, qui maxime laudabatur bonus vir, *bonus agricola, bonuſque colonus dicebatur*, ut tradit M. Cato initio *de re ruſtica*. Et apud Ariſtotelem lib. VI. Politicor: Βέλτιστος δῆμος ὁ γεωργικός. Verſus autem iſti Corippi divini ſunt, & quovis maximo vate digni.

244. *Novit culta ſuos tellus ditare colonos.* Quod ſenſum terrae adſcribit, quae culta reſpondeat velut grato animo cultori, alludere videtur dialogiſmum perelegantem ruris cum colono apud Septimium Serenum, qui opuſcula ruris conſcripſit, ubi ait:

Inquit amicus ager Domino;
Si bene mi facias, memini.

Sic *gratus ager* nominatur a Martiali lib. X. Epigramma 47:

Non ingratus ager, focus perennis.

Contra *mendax fundus*, qui plus pollicetur quam praeſtat, apud Horatium lib. III. carm. 1.

245. Diſtinctio ſequentibus apud Corippum nihili eſt vulgo. Sic ordinanda:

Sic bene promeritos donis reſpublica ditat,
Terra velut pinguis, cuius ſpes magna: Senatus
Hic floret virtute, fide, gravitate, rigore.

Sed tamen & Senatus ſpes magna Reipublicae dici poteſt.

252. *Tenuantur robore membra.* Sic reſtituit Aſſagrius, cum in Ms. inveniſſet: *Tenuantur ab ore membra*. Nihil certius hac reſtitutione Aſſagrii, & fruſtra laborabunt, qui aliam lectionem quaerent.

254. *Omnibus ſufficiunt ſacrati commoda fiſci.* Mirum quo viderint interpretes Lucilianam hanc Synalaepham hic tolerantes. Nam ut elidatur S Corippo exempla petenda erunt ab Lucretii, aut ad ſummum Ciceronis aevo. Non enim puto poſt illum quemquam Poëtam tale quid ſibi indulſiſſe. Scribendum vero citra controverſiam:

Omnia ſufficiunt ſacrati commoda fiſci.

Manifeſto enim captat colluſionem contrariorum, cum ſupra dixiſſet *omnia deficiunt*, nunc opponit *omnia ſufficiunt*.

256. *Tutetur fiſcus iuſtorum nemine laeſo.* Τὸ tutetur παθητικῶς accipiendum eſt. Ne deſit ſua fiſco tutela quatenus id fieri poteſt ſine ullius laeſione non merentis, improborum enim alia ratio eſt. Ea ſententia eſt etiam infra v. 262. Verbo *tutandi* ita uſus Claudianus, quem ſaepiſſime Corippus exprimit, lib. II. de laudibus Stilichonis:

... Natos dederat quos ille monendos,
Tutandoſque tibi.

Tuendi Varro lib. III. de re ruſtica cap. 1: *Non ſine cauſſa maiores noſtri ex urbe in agris redigebant ſuos cives, quod & in pace a Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur.*

263. *Factum, actumve.* Sic editum e membranis. Dempſterus intruſo *eſt* facile fulcit carmen. Sed quale tandem diſcrimen habebimus inter facere, & agere? praeſertim ut argumentum hoc poſcit. Mea opinio eſt, cum ſubiiciat multa ſub Iuſtiniano non ſolum omiſſa, multa ſed etiam non recte acta (quia curam is nulli rei impendere, iam ſenio velut frigidus, poterat) & non ita ut tactus fuerit bonae in commune bonum voluntatis ſcopus; tale quid hic ſcriptum a Corippo, quale utrumque delineare poſſit, ſic fuerit:

Quod minus ob ſenium factum, tactumve parentis.

Tangi enim dicitur, cuius petitus finis obtingit alicui. Gratius in Cynegetico:

... Tum parteis quiſque ſecutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.

Et ita nunc opinamur. Non enim demit etiam iam frigido, ut ait, Iuſtiniano bonam voluntatem erga Rempublicam. Eodem facit verbum *correctum*, quod ſequens verſus habet.

267. *In caelum mens omnis erat.* Ut optimi ſcriptores, non ſecundum canonas locum uſui τῷ *in* praefigentes, illud uſurpant. Vide quae notant doctiſſimi viri Giſanius indice Lucretiano, Meurſius, & alii ad Plautum, Auſonius Popma ad Catonem, & nos denique multis ad Apuleium.

274. Hoc eſt, iuſtitia, legum beneficiis. Et hoc ideo dicit Iuſtinus *iure frui*, ne ſe & fiſci ſui auctoritatem legum ordinationibus eximere velle videatur. Sic alii probi Principes, quamvis ſolutos ſe legibus ſcirent, ſecundum leges tamen vivendum ſibi arbitrabantur.

283. *Fratris in obſequium.* Non legitur in ullis veterum monumentis *Iuſtino fuiſſe fratrem*, cum aliae

aliae eius minus arctae neceſſitudines notatae ſint. Quare ſuſpicor *fratris in obſequium* ad curam, amoremque Principis novi velut fraternum, potius quam ſanguinem referendum eſſe. Notiſſimum qui arctiſſime amantur, & amant, germano fraternoque amore ſe diligere invicem dici. Quod ſi hoc commentum minus placet, per fratres duarum ſororum hic mariti intelligi poſſunt, Imperator nimirum novus, & iſte Marcellus. Poteſt vero & Baduarii frater fuiſſe Marcellus iſte. Sed certi nihil ſcimus.

284. *Baduarius*. Nomen corruptus ex *Bandario* videtur. Sic enim eumdem virum appellat Iohannes Biclarienſis in Chronico anno X. Iuſtini: *Bandarius gener Iuſtini Principis a Longobardis proelio vincitur, & non multo poſt vitae finem accipit*. Eſtque nomen, ut pleraque eius aevi omnia, a dignitate deductum, nam Βάνδον vexillum eſt, de quo vide notata eruditiſſimis viris Iohanni Meurſio in Lexico Graecobarbaro, & Fr. Lindebrogio ad Paullum Warnefridum.

291. *Pallere ſidera* eleganter dixit, quae comparata cum clarioribus minus lucida videntur. Sic Varro Atacinus, modo is ſit, de luna:

. . . . . . Cum videre caſſo
Palleſcat teres umbra rotae.

Et eodem, *tabere eum fulgorem* dicit:

Purpureumque iubar nivei cur tabeat oris.

294. *Signa dedit curſor poſita de more lucerna*. Non eſt quod novum morem hunc quaerant viri doctiſſimi. Ignem Imperatoribus Romanis praeferri ſuetum, notiſſimum, & illuſtravit eum morem multis doctiſſimus Lipſius Commentario ad Tacitum. *Lucernam* autem eum ignem vocat propter verſum Corippus, quia clauſum fuiſſe ſuſpicamur, fax certe non fuit, vel quia ut lampadem, ita & lucernam hoc genus ſcriptores, omnem ignem appellant. Lampadem autem praelatam Imperatoribus docet Antoninus Imperator, a Lipſio dicto Commentario productus. Ex Corippo inſuper notandus is mos, quod lampadem illam depoſuerit eo loco curſor, quo Imperator conſeſſurus erat. Meminit huius lampadis Imperatoribus Conſtantinopolitanis praeferri ſolitae etiam Codinus, & eam duabus corollis cingi ſolitam tradit Theodorus Balſamon, ut notat cum nonnullis aliis Iulius Caeſar Bulengerus lib. II. de Imperatore cap. 30.

295. *Iucunda*. Hoc eſt *hilaria*, *iocabunda*, *laeta*. Iucundari enim hoc genus ſcriptoribus valet laetum, hilaremque eſſe, & ita in voces pares ei affectui erumpere. Pacianus Paraenetico: *Triſtitia iucunditate, aſperitas lenitate emendatae proficiunt*. Eulogius lib. I. Memorialis Sanctorum: *Ergo libet mihi, fratres, paullulum iucundantis more loqui vobiſcum, & pro caritate verboſum, quem ex dilectione Chriſti cernitis in laudibus verſari ſanctorum.*

299. *Egreditur cum luce ſua*. Elegantiſſimum. *Dies* enim clarior fieri videtur exortu velut Principis. Sic Claudianus de Stilichone:

. . . . . . Sideris inſtar
Emicuit Stilichonis apex.

Sic Livius *exoriri equites auxiliares afflictis*, dixit libro XXIX. Sic enim ut caeleſtis aliquis fulgor in Principis adventu ſuſpicitur. Papinius ſilv. IV. Conſulatu XVII. Domitiani:

... Inſignemque aperit Germanicus annum,
Atque oritur cum ſole novo, cum grandibus aſtris,
Clarius ipſe nitens, & primo maior Eoa.

Mamertinus Panegyrico Maximiani: *Trabeae veſtrae & faſceis Conſulares, & ſellae curules, & haec obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens veſtrorum ſunt ornamenta meritorum*. Qui de diademate gemmato loquitur. Sic de divino quodam fulgore Henrici IV. Imperatoris, qui bellum eius Saxonicum deſcripſit, Auctor incertus libro III:

Rex cunctas acies excellens vertice celſo,
Alto fertur equo, mediis in millibus exſtans,
Arma nitent aurata, nitentibus addita membris.
Emicat e cunctis, rutilans ut Lucifer, aſtris.

Suam autem lucem dixit, ne confundantur cum ſolari. Sic infra verſu 335:

... Nullus ſua gaudia turbet.

Quae omnibus quodam eius diei privilegio peculiariter debebantur.

300. Signum ſanctae Crucis intelligit, quo munire velut ſeſe in aërem ante ſe figurato vetus Eccleſiae mos erat. Prudentius Cathem. V:

Fac cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem, locumque cordis
Crucis figura ſignet.

Athanaſius contra gentes initio: Πᾶσα δαιμόνων φαντασία τῷ σημείῳ τούτῳ καταλύεται.

303. *Sedemque paternam Conſtructam plumis, pulchriſque tapetibus altam*. Pulvinaria veterum, ut nunc etiamnum noſtra, plumis avium, tapetibus inductis, erant effulta. *Altam*, ad maieſtatem pertinet. Et ſic infra locutus:

Auratis gradibus, ſacriſque tapetibus altam
Conſcendit Princeps trabea ſuccinctus avita.

In altitudine autem talium ſoliorum mira monſtra faciebant Graeci, gens colendis Imperatoribus ſuis ineptiſſima, & deponendis leviſſima, & crudeliſſima. Quo referendum illud, quod Luithprandus Ticinenſis in hiſtoria Europaea deſcribit, quo, nullo homine viſo qui thronum elevaret, ſubito Imperator cum ſua ſibi ſella ad uſque altiſſimi laquearis confinia elevatus videbatur. *Plumea* autem tomenta, & alia eo genere confecta tam veteribus erant frequentia, ut *plumariorum* peculiare nomen ſit artificum, qui plumariis operibus conficiendis victitabant, de quibus non ſatis pro re commode ſentire videtur Nicolaus Fullerius, vir eximie doctus, lib. I. Miſcellan.

Miſcellan. cap.20. Non enim tam ad artificium ſolum, quam & ad materiam artificio iunctam ſpectat haec appellatio. De artificio quidem *Publius* clare apud Petronium:

Tuo palato clauſus pavo paſcitur,
Plumato amictus aulaeo Babylonica.

De materia Seneca epiſtola 91: *Avium plumae in uſum veſtis conſervantur*; quem laudavit inibi etiam olim amicus noſter Iohan. Wowerius.

306. *Cenſores* non legebantur apud Romanos, niſi homines gravitate conſpicui, unde *cenſuram* gravitatem morum dicebant. Quare his verſibus exprimere voluit, quam ſummi ſcriptores in Heroibus priſcarum aetatum deſiderant, ſerietatem hilarem, imperantem cum alacri, & laeta quadam gravitate, cum gravi, & obſervanda comitate. Sic de Stilichone ſuo Claudianus noſter:

Non odium terrore moves, nec frena reſolvit
Gratia, diligimus pariter, pariterque timemus.

317. In plauſibus, & acclamationibus, quae in theatris dabantur Principibus, certi moduli ſervabantur, & formulae illae velut ad numeros dabantur. Et reſpondebant ſibi invicem oppoſita vulgi agmina. Idem Corippus:

Iuſtino vitam tercentum vocibus optant,
Auguſtae totidem Sophiae plebs tota reclamat.

Et iterum v.213:

. . . . . . *Studiorum gaudia ſurgunt,*
Alterniſque ſibi reſpondent omnia dictis;

ubi ſtudiorum gaudia dixit, ut infra v.336:

. . . . . . *Studiorum iurgia ceſſent.*

314. *Emittunt dextras pariter .... remittunt.* Lacuna repetita voce *pariter* explenda eſt. Sic Virgilius:

... *Cedebant pariter, pariterque ruebant.*

Corippus ipſemet infra lib.III. v.170:

Aſſtabant celſi pariter, pariterque nitebant.

Qua reſtitutione ſocios, & velut conſcios habemus primum Eliam Putſchium, cuius notulae variantium, aut mutatarum lectionum a Gothofredo Iungermanno ad nos venerunt, deinde Thomam Dempſterum Commentario ad hunc locum, Theodorum Marcilium ad Perſium, Hadrianum Behotium Apophoret. lib.III. c.4. *Emiſſio* autem, ſive *ſubrectio* illa dextrarum, quam mox *denſam undam manicis albentibus*, appellat, ſignum favoris, ſignum dati, & probati imperii eſt, ut notamus ad Claudianum, & ita auctor ſuo aevo optimus Witechindus Corbienſis lib.II. de rebus Saxonicis: *En*, inquit, *adduco vobis a Deo electum, & a Domino rerum Henrico olim deſignatum, nunc vero a cunctis Principibus Regem factum Oddonem; ſi vobis iſta electio placet, dextris in caelum levatis ſignificate. Ad haec omnis populus dextras in excelſum levans cum clamore valido imprecati ſunt proſpera novo Duci.* Elegantiſſime autem iactationem manuum illam per cuneos adſcendentem fluctibus comparavit, ut iam diximus:

316. Legendum *ut veniunt*, uti cohaereant dicenda dictis.

317. *Diſponunt cantus, modulos & vocibus addunt.* Ita reſtituit lectionem priſcam & modum Michaël Aſſagrius, non ſine Corippiano quodam genio; nec contradicimus, quamvis poſſit ingenioſius aliquid excogitari. In Ms. erat: *& modum. Motum* forte malis, ut ad numeroſos illos plauſus etiam ſurrexiſſe dexteras dicat. Uſque adeo autem modulati illi plauſus erant, ut integros verſus pronunciarint laeti, & faventes illi Quirites, qualis eſt a Tertulliano memoratus:

De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Quod autem de motu dixi, pulchre firmat mox de omnibus membris dicens:

Nunc ſimul erectis, pronis nunc ardua membris
Dant capita.

Quem morem ſolemnem fuiſſe teſtimonio eſt omnium par motus, quem ſubiungit:

... *Accedunt pariter, pariterque recedunt;*

quibus verbis in ſimilitudine ab undis ſumpta permanet Corippus, ut & iis verbis:

Fertque, refertque globum moles condenſa virorum.

321. Subiiciuntur duae comparationes ſane ſuaviter prolatae, modo verba duo utramque non paullum adtaminarent: nimirum: . . . . .

Exaltata cacumina

pro erectis, & vento ſublevatis. Et deinde v. 329:

Manſuetis planatur aquis;

quibus infelicitatem ſaeculi, non auctorem imputes.

331. Diſtinctionis ordo cum paulla mutatione ita concinnandus:

. . . . *Tunc ſolis honore*
Omnia clara ſilent tranquillis aequora ripis:
Ut clamor magnus populi, ſtrepituſque quievit,
Divinus princeps, auguſta voce perorans,
Haec plebi mandata dedit.

336. *Privari* eſt *tolli*. De quo alibi. *Studiorum iurgia* eſt traiectio vicinarum dictionum; nam *iurgiorum ſtudia* dicendum erat. Ut ſupra *ſtudiorum gaudia ſurgunt*, gaudiorum itidem ſtudia.

341. .... *Non patitur ſeclorum ſecta meorum*
Iniuſtos ſaevire diu.

Secta eſt inſtitutio, mores. Quod poſterius a Claudiano eſt in IV. Conſul. Hon.

342. *Mores componere* eſt tranquille, & placide vivere, ſine querela. Hieronymus in hiſtoria Iohannis Monachi: *Vitia, & paſſiones reſecent ex animo ſuo, moreſque componant.*

345. *Iuſtitiam facere* eſt Bibliorum phraſis.

347. *Corripiet ſonteis iuris vigor.* Male reponere volunt *iuris rigor*. *Vigor* enim tantumdem fere valet. Eſt enim *vigor* ſtabilis quaedam animi excellentia, recto ordine incedens, nil timens, nulli blandiens, unde ad alia transfertur. Claudianus:

. . . . *Mens circumflua luxu*
Noverat intactum vitiis ſervare vigorem.

Legum

Legum autem, ſeu iuris vigor ſaepius legitur in Codice Iuſtinianaeo, quem tum recens promulgatum in multis ſequitur Corippus noſter.

349. Inepta eſt ſcriptura. Quid enim illud *iubeo* ſibi vult? parari videlicet, frequentari, coli, exſpectari. Nugae, & tenebrae. Repone ex ductu ſimilium litterarum:

Non ſolum optati tribuo ſpectacula circi.

Quanta autem Quiritum etiam Graecorum, ut a Sidonio vocantur, in ſpectaculis flagitandis inſania fuerit, ut ego arbitror, toti Imperio Orientis exitialis, non eſt hic opus diſſeri.

352. Pertinet ad reſtitutionem Conſularis officii, quia Iuſtino Imperium ineunte, XXVI. annis, a Conſulatu nimirum Baſilii V. C., vacaverat is Magiſtratus in Oriente, quem reſtituit quidem Iuſtinus aliquo modo, ſed eius tamen temporis hiſtoriae non iam per Conſules annos numerant, ut in Iuſtiniani rebus fecit etiamnum Victor Tunnunenſis, ſed per annos Principum, ut Iohannes Biclarenſis Victoris ſuppletor. Quod autem inter populi beneficia recenſet Iuſtinus Conſulatus reſtitutionem, propter *dona* illa *Calendarum* ſuarum dicit, nam immanis pretii ſparſiones in vulgum impendebantur, quibus patrimonia praeditium civium exhauriebantur, unde inſanis illis ſumtibus interdixerunt quandoque Principes, ut Valentinianus, & Martianus cap.2. de Coſs. lib.XII. Cod. Iuſtin. Iuſtinianus vero interdictionem eam ſuſtulit Novella CV.

359. Mancus eſt verſus, ſed reſtituendum exiſtimo:

Per laetos, ingens fremit undique, & undique murmur;

quae coniectatio etiam Eliae Putſchii fuit. Dempſterus aliter.

360. *Cavos plauſus* a forma, & perpetuo epitheto theatri dixit, nec opus ullis ambagibus.

378. *Parvi cibi* tenues ſunt, pauci. Vide quae lib. XXXVII. ſupra ad Caelium Aurelianum notavimus.

383. Elegantiſſime: nec locum elegantiorem in toto Corippo exſtare exiſtimo. Primum enim quam pulchre *heres ſubſtitiſſe* illi dicitur, cui proximus erat, & mox ſucceſſurus? Deinde *vivus heres*, quaſi genuinus, & is, quem Iuriſconſulti noſtri *ſuum* (vide Coraſium Miſcellan. lib.III. c.16.) vocant, licet Poëta latius hoc ſumſerit in hoc Principe. Talis nimirum, qui non aliunde aſcitus, ſed ad eam hereditatem natus ſit; ut *vivi* lapides, *viva* unda, & mille talia a Poëtis elegantia pene non effabili dicuntur, de quibus multis ſecunda recenſione Claudiani. Vulgo minus haec intellecta docet diſtinctio corrupta; at mirum eruditiſſimum virum Thomam Dempſterum tam nobili loco nihil plane notaſſe.

Item. Celebrat Iuſtini laudabiliſſimum facinus, ſyngraphas collectas aboleviſſe, populoque debita remiſiſſe. Id vero mulieri divinae ipſius coniugi tribuit Iohannes Zonaras Annal. 1.I: Αὐτὴ ἡ βασιλὶς Σοφία, ἀκριβωσαμένη πάντας τοὺς δανειστὰς, καὶ ὅσα τινὲς αὐτοῖς ὤφειλον, εἴτε δι' ἐγγράφων, ἢ καὶ δι' ἐνεχύρων, κατέλαβε μὲν αὐτοῖς τὰ δάνεια οἴκοθεν, ἔλαβε δὲ τὰ ἐνέχυρα, καὶ τὰ ἔγγραφα, καὶ τὰ μὲν ἐνέχυρα τοῖς δεσπόταις ἀπέδωκε, τὰ δ' ἔγγραφα ἐξηφάνισεν. Et meminit Conſtantinus quoque Manaſſes, nec omiſit memorare Michaël Glycas. Quod non debebat omittere Commentarium ſcribens eruditiſſimus Dempſterus. Aliud ſimile exemplum habes apud res geſtas Gregentii a Palladio Alexandrino deſcriptas, de Rege converſo ad Chriſtum: Καὶ τὴν πᾶσαν ἄδικον συγγραφὴν κατασπῶν καὶ πᾶσαν πονηρὰν ψῆφον ἀναιρῶν.

389. *Cauta* ſunt cautiones, ſyngrapha ſcripta de eo, quod creditum erat. *Recauta* dicebant alii, ut notavit Iohannes Meurſius vir optimus, & eruditiſſimus in Gloſſario. Non ſemper autem Romanis moribus tales cautiones exigebantur, cum Polybius ſcribat ſua aetate iuramento contractus tranſigi conſueviſſe; & plus in una tali ſponſione hominis Latini momenti fuiſſe, quam in multis Graecorum autographis.

395. *Hinc chartas flammis ſubigunt.* Pulchre dictum. Ex magnis enim acervis parvi admodum fiunt. Et ita τὸ ſubigere mille locis uſurpant ſcriptores.

397. *Quaeſtus* cenſum ſonat, pecuniam, aurum. Niſi illud ad uſurarum quantitatem referendum dicas. Sed ita auctor vetus Vitae B. Froberti: *Quaeſtum copioſum, ſervorum, ancillarum acquirens.*

399. Scribendum cum Ruizio: *Inventus patre eſt.*

400. Τὸ *mentem* non eſt extra ſuſpicionem. Niſi quod *mentem habendi* barbariſmo quopiam pro avaritia dixerit, cum totam illa mentem occupare ſoleat. Vide Iohannem Caſſianum lib.VII. Inſtitutionum cap.7., Proſperum de vita contemplativa cap.15., Paullinum Natali 10. Felicis, & alios.

402. *Miſerari alicui*, phraſis Corippiana. Sic ſcriptor Periocharum vetus, & ipſemet fortaſſe Corippus, hoc libro cap.8. *Quibus ille miſeratus debitum perſolvit avunculi.*

404. Exempta periodo ſic legendum:

Priſcorum hoc uno vicit novus omnia facto
Facta prius, princeps: quamvis meliora ſequantur,
Hoc primum tamen omen erat.

409. Gnome elegans:

. . . . . . *Neſcit ſervare pudorem*
Rebus in afflictis ingens dolor.

Similis illi:

. . . . . . *Extrema pericula ſemper*
Dant veniam culpae.

410. *Afflictae* res, miſerae, adverſae: ut ſupra v.377. Calpurnius:

. . . . . . *Legemque priorem*
Reddet, & afflictum melior Deus auferet aevum.

413. *Cara*, caput, vultus. Quia in Graecia ſcribebat Corippus, Graeco vocabulo maluit uti, cum nullo omnino negotio ſcribere potuiſſet *verendum caput*. Patet autem hinc communi uſu loquentium etiam *caram* uſurpatam; ut *teſta* hodie apud Gallos, & Italos idem notat, quia teſta a Medicis, & Poëtis dictum cavum, convexumque os, quo cerebrum continetur, & ita Prudentius in Romano:

Comam, cutemque verticis revulſerat
A fronte tortor, nuda teſta ut tegmine
Cervicem ad uſque dehoneſtaret caput.

Sic legendum apud Gulielmum Britonem lib.VII. Philippidos, in ſumma, & miſerabiliſſima fame:

Vidimus inter eos quemdam, miſerabile viſu,
Qui caram perſtabat adhuc portare caninam.

Niſi ibi tamen melior vulgata lectio, *coram*. *Core* enim interpretatur calvitium, ſive calvaria, ut ſcribit in farragine gloſſariorum Papias.

417. . . . *Tua gaudia, princeps,*
Nullus agat triſtis.

Eleganter, quaſi, quae tu mundo confers, tibi debita. Claudianus ad Honorium:

. . . *Riſitque tuo Natura ſereno*

Corippus Fragmento v. 33: *Urgetur terrore tuo.*

422. *Solvi cunctos a crimine iuſſit*
More Dei; Deus eſt, cui verbo competit uno
Iuſtificare malos, mediaque a morte levare.

Vides quantopere etiam Chriſtianis Principibus *Deitas illa* affectata arriſerit. Non audet Corippus aperte Deum dicere Iuſtinum, quia Chriſtiana lex aliud ſuadebat: non audet abſtinere ab omnibus dato honore. Itaque & vocat Deum, & ſe Chriſtianae legi excuſat. Sic in *Iuſtiniani reſcriptis* nihil niſi divina omnia, omnia *ſancta*, omnia ſacra, ad nauſeam uſque & taedium legentis. Sic *Barbarae*, & immanes nationes Reges ſuos, cum alia Numina non haberent, Deos cenſebant, ut de Hunnis ſcribit Priſcus Rhetor in Legationibus, aut Dei filios, ut de Tauneſtanis Theophylactus Simocatta lib.VII. Hiſtoriarum cap.9.

IN LIBRUM TERTIUM CORIPPI

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.1. AUguſtus. Melior ſonus *Auguſti*, ſed talibus id aevum ignoſcendum. Memorabile autem, & ſummum Elogium, quod huic Iuſtino dedit poſteritas, δικαιότατον illum velut cognominando; quod nomen non aliunde, quam ab iis geſtis accepiſſe videtur, quibus ſecundum librum clauſit Corippus: quod nimirum Iuſtiniani avunculi debita ſolvit, immenſam auri vim impendens, quod ſane non quivis Imperator feciſſet, cum potior fiſci cauſſa viſa fuiſſet. Sic vero de eo Codinus in Commentario παρεκβολ. πατρ. Κωνσταντ. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Ἰουστινιανοῦ ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ Κουροπαλάτων, ὁ δικαιότατος.

6. *Ante fores iam pompa fuit*. Ita dextre explevit lacunam Thomas Dempſterus, & ante eum coniectaverat Elias Putſchius.

7. *Porticibus longis*. Horum enim pretium in longitudine. Virgilius Aeneide II:

Porticibus longis fugit, ac vacua atria luſtrat.

Plautus Moſtellaria.

11. *Patrum ſic more parata*. Secundum avitos ritus. Pompam *funebrem* imaginum deſcribit pulchre Polybius libro, qui nunc ſextus. Recte expoſuit haec verba auctor Periocharum marginalium.

12. *Latam aulam* reponunt Ruizius, & Dempſterus: me invito, *laeta* enim ante hoc eſt. Auro, & argento, & marmore, aliiſque ornamentis conſpicua fuerat aula, hoc autem miniſterio illa eadem triſteſcit. Sed mirum quid viſum fuerit doctiſſimis hominibus ita prorſus ſine nota tranſire τὸ *feriebat*. An *triſte miniſterium feriebat in latam aulam*, clamorem flentium famulorum, quem dixit per omnem aulam auditum, deſignat? Poterat tale quid exaudiri, ſi praecedentibus, ubi de luctu miniſtrorum, inſertus legeretur hic verſus, vel iſto loco de tali aliquo ſermo eſſet. Scribendum exiſtimem:

Triſte miniſterium laetam fervebat in aulam.

Τὸ *in* vocula non ſecundum canonas paedotribarum poſita corrumpendo loco fuiſſe videtur. *Fervere* autem miniſterium, ad diligentiam, & laborem famulorum pertinet. Sic Maro de apibus:

Fervet opus, fragrantque thymo redolentia mella.

Et de exercitu Claudianus:

Fervet triſtatis exercitus undique turmis.

Petronius, Specimine Belli Civilis:

. . . . *Totaſque per Alpes*
Fervere Germano perfuſas ſanguine turmas.

Sed cum penitius inſpicies, totum hunc verſum ſuperfluere videbis; ut in hoc auctore alii ſunt, & nos alibi indicavimus.

13. *Alta ſuperpoſitis radiabant ſtramina gemmis,*
Tempore quas priſco Romana potentia cepit.

Stramina ſunt taperia inſtrata, aut ſubſtrata. Quod non cepit doctiſſimus Dempſterus, ideoque *flamina* repoſuit. Male. Sed gemmae ſunt lapides precioſi, etiam marmora melioris adſpectus. Verum verius de tapetis inſtratis funeri, & reliquae pompae loqui Corippum. Gemmae autem, quas viridem Nereum miſiſſe dicit, margaritae ſunt. Claudianus:

Et variis vivat Nereia bacca figuris.

Texe-

Texebantur enim margaritae eo ordine, ut vultus figuraſque viventium referrent.

18. . . . . . *Cum vincula fratris*
Frangeret, & rupto pallens cuſtode veniret.

Pulchre cuſtodem pro cuſtodia dixit de Cleopatra Corippus. Sed *ruptum cuſtodem* barbariſmo ſolemni pro corrupto poſuit. Exprimit enim, & ſequitur haec Lucani lib.X:

. . . *Cum ſe parva Cleopatra biremi,*
Corrupto cuſtode Phari laxare catenas,
Intulit Aemathiis, ignaro Caeſare, tectis.

19. *Fulgura* ſunt ictus velut quidam, & radii gemmarum. Claudianus:

. . . *Amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus*
Temperat arcanis Hyacinthi caerula flammis.

Sed quid ſibi vult illud *cernebant* in Corippo? Qui me audiet, *certabant* reponet. Ita ſane elegantiſſime dixerit, ut fulgor gemmarum invicem velut pugnaverit alio alium ſupervenire contendente. Poëtice ſane, & pervenuſte. Memini ſuperioribus Commentariis ad Propertium quaedam notare paris elegantiae. Quod ſi omnino nihil mutandum cenſebis, uti & reipſa nihil omnino puto, *cernebant* frigidum erit, niſi eadem huius *certabant* poteſtate id exaudies. Cernere enim erudito Romano uſu idem eſt quod certare, a quo & hoc ductum.

20. De luce feriente laquearia imitatio eſt Maronis. His autem verſibus inſeri non incommode poterat, qui ſupra a nobis exploſus eſt. Scribe:

Thura Sabaea cremant, fragrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balſama ſucco.
Triſte miniſterium laetam feriebat in aulam.
Centum aliae ſpecies, unguentaque mira feruntur
Tempus in aeternum ſacrum ſervantia corpus.

Ferire in aulam barbariſmus eſt, cum idiotiſmo etiam Germanico egregie conſonans. Tranſpoſitiones autem huius generis in priſcorum auctorum libris a nobis reperiri mirificum non eſt; cum enim non raro Codices ipſi non in longas, ut hodie ubique mos eſt, ſed in admodum breves membranas, latiſſimas vero, & ſaepe non omnibus locis pari paritate exſcriberentur carmina, facillime unius paginae inceptor verſus potuit in alterius latus tranſire, aut notula quadam inſignitus locum ſuum demonſtrare non poſſidere: notulis autem illis eraſis, aut longo tempore conſumptis, in alienum contubernium facile una linea correpſit. Nec ego facile, etiam caſtigatiſſimum vulgo habitum auctorem quempiam reperiri exiſtimo, qui prorſus hac labe careat; in aliis vero integrae periodi eadem hac occaſione corruptae offenduntur.

22. *Fragrantia* mella recte flagrantibus ſubſtituerunt doctiſſimi Elias Putſchius, & Euſtathius Swartius ex illo Maroniano:

. . . *Redolentque thymo fragrantia mella.*

24. *Species*. Externae fruges, aromata, aut alioquin ſingularia condimenta. Caeſarius Arelatenſis Homilia 38: *Videte, fratres, quam cares nos Dominus habuit, non auro, non argento, non ſpeciebus, ſed de ſuo ſancto ſanguine nos redemit.* Theodorus Priſcianus lib. III. cap. 6: *Frequenter ita rebus geſtis, vi & vapore adhibitarum ſpecierum haemorrhagiae provenerunt.*

26. Nullis coniecturis opus hoc verſu. Eſt imitatio Maroniana Aeneid. V:

Ergo agite, & cuncti laetum celebremus honorem.

27. *Auguſto melior Iuſtinus Caeſare Princeps.* Non Iuſtinianum, quod viſum Dempſtero, ut eius notae arguunt, Principem dicit; ſed ipſum Auguſtum, a quo ceteri hoc honoris nomen obtinuerunt. Auguſti vero memorabilis pietas in exſequenda morte Iul. Caeſaris, ut & inferiis ei procurandis, fuit, cuius mentio apud Claudianum quoque.

28. Non comminiſcor quid ſibi τὸ *prius* velit. Nec enim ullo modo eius praeſentia opus eſt, aut quicquam, quo id referatur, ſupereſt. Sed legendum arbitramur:

Ut Pius ingrediens corpus miſerabile vidit.

Pius enim ſive in loco, ſive extra locum, epitheton Heroum veterum eſt, quos imitatur hoc loco noſter Corippus; cui quidem nullum aeque convenit tamen, maxima enim pietas curare defunctos. Prudentius hymno exſequiali:

Haec provida Chriſticolarum
Pietas ſtudet, utpote credens
Fore protinus omnia viva,
Quae nunc gelidus ſopor urget.

Et ſic de ſuo hoc Iuſtino alibi. V.61. hoc libro de Iuſtiniano:

Quod Pius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.

Exempla aliorum ubivis in promptu.

32. Contaminatos eſſe hos verſus res ipſa teſtimonium dicit. Nam expletiones interpretis nihil moror hoc loco, ſunt enim nimium confidentes. Certum autem, idque caeco patere poteſt, commendare Corippi ore Iuſtinum caeleſtem vitam, ſpernere eius comparatione iſtam caducam, & tranſituram. Illud vero non vidit hactenus quiſpiam, ſolem caeleſtem illum in hac comparatione dicere Deum ipſum, verum nimirum vitae ſolem. At ubi hoc conſtiterit, ut conſtare lectori debet? Inducemus illum nullo negocio, ut voculam *nos* ſequenti verſu etiam corruptam dicat, aut conſentiat dicentibus. Scribe:

Et frueris meliore die, ſub lumine ſolis,
Nox cui nulla fuit.

Nec vero inuſitatum vel ſacris litteris, vel aliis piis ſcriptoribus ſolem dicere Deum. Sacra loca cuivis in promptu. Boëthius Conſol. lib. V. cap. 2:

Uno mentis cernit in ictu,
Quae ſint, quae fuerint, veniantque,
Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere ſolem.

Digitized by Google

Gaudentius Tractatione I: *Oportebat enim ſolem iuſtitiae Chriſtum, & Iudaeorum caliginem, & rigorem Gentilium, ante ardorem futuri iudicii, placido reſurrectionis ſuae lumine dimovere*. Tichonius regula 7: *Sic & Dominus Deus noſter Ieſus Chriſtus ſol aeternus partem ſuam percurrit, unde & meridianum vocat*. Drogo de ſacramento paſſionis lib. I: *Beatus autem, qui vigilat ad monumentum tuum, & cuſtodit te, & luctatur mane cum Angelo reſurrectionis, nec dimittit eum, donec audiat aliquid de nomine eius, quod eſt mirabile, ut & nomen Iacob commutetur in Iſrael, & tranſmiſſo amne doloris ſtatim oriatur ei ſol iuſtitiae*. Idiota lib. I. de Amore Divino: *O Domine Ieſu Chriſte ſol, unde fluunt radii amoris, quanta inſania plenus eſt ille, qui ſolummodo ſeipſum amat!* Martianus Capella per ſolem illum diei illuminatorem, alterum verum ſolem innuens:

Quem vocitant ſolem Latii, quod ſolus honore
Poſt Patrem ſit lucis apex.

Iuſtinus Confeſſione de Trinitate: Οὕτω μοι νόει τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον πᾶσι μὲν ἐπίσης κατ' οὐσίαν ὄντι δὲ θεὸν ὄντα. Pariterque alii infiniti.

33. *Suvit* antiqua ſcriptura *ſubit* valet.

Ibid. *Laetus abis* Claudiani eſt, ubi ait Theodoſius, in *Gildonico*:

. . . . . . *Cum divus abirem,*
Res incompoſitas, fateor, tumidaſque reliqui.

Ibid. *Poſito corpore*. Maronianum eſt: de angue Georg. III:

Cum poſitis novus exſuviis, viridique iuventa
Volvitur.

34. *Frueris meliore die*. Seneca Conſolatione ad Polybium reſpicitur: *Fruitur nunc aperto, & libero caelo; ex humili, atque depreſſo in eum emicuit locum, qui ſolutas vinculis animas beato ſinu recipit*. *Mundum piorum* elegantiſſimis, & neſcio quomodo mirifice animum afficientibus verſiculis notat Nemeſianus Ecloga I:

Quem nunc emeritae permenſum tempora vitae
Secreti pars oris habet, munduſque piorum.

Quamquam ſcriptus liber *priorum* ibi referat, ut melioris ſaeculi illos Patres dicat, qui aureo tempore vixiſſe a Poëtis dicuntur. *Frui* autem ad intemerabilem uſum beatae, leniſque vitae pertinet; nam voluptas, & iucunditas quaepiam eo verbo invehitur. Manilius libro I:

Aethereos vivunt annos, mundoque fruuntur.

Ibid. *Meliore die* Elyſios campos intelligit, aut reſpicit Poëtarum, quibus ſol clarior illucere dicitur. Claudianus de Raptu lib. II:

Amiſſum ne crede diem, ſunt altera nobis
Sidera; ſunt orbes alii, lumenque videbis
Purius, Elyſiumque magis mirabere ſolem.

Et ſolem ibi perpetuum ſine ſucceſſione noctis lucere innuit Corippus, imitatus Valerium Flaccum libro I. Argonauticon:

. . . Donec ſilvas, & amoena piorum
Deveniunt, campoſque, ubi ſol, totumque per annum
Durat aprica dies, thiaſique, chorique virorum.

Claudiani locum adſcripſi non ut publice ille nunc, ſed ut in manuſcripto Codice legitur, quem nos collatum cum aliis ad ſecundam editionem examinavimus.

35. Ad veterum conclamationem reſpiciunt *ſalve*, & *vale*. Virgilius lib. II:

. . . Salve aeternum mihi, maxime Palla,
Aeternumque vale,

Quod vero ait idem:

Aeternumque vale,

in Corippo non paganice intelligendum eſt, ut in omnem aeternitatem ſeipſum non reviſurum dicat filius Iuſtinus, ſed vitam ſuam cum hac voce complectitur; quali ſignificatione etiam Ethnicos ſapientiores in conclamatione carorum accepiſſe, aliorum interpretatio nos accurate inſpicientes edocet. Cum enim alii dicunt defunctis *aeternum valeas*, alii *longum* dixerunt, eadem utrique poteſtate. Bion epitaphio Adonidis:

Φεύγεις μακρὸν, Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα.

Ubi certe in omnem aeternitatem ipſi commanendum erat. Sic *diu* eadem vi uſurpavit Papinius, grandis eruditionum pater, Thebaid. III:

Ite diu fratreis, indiſcretique ſupremis
Ignibus, & caros urna confundite manes.

Hoc eſt aeternum fratres. Pari ratione *antiquum* pro aeterno Chriſtiani ſcriptores noſtri ponunt. Hilarius in Geneſi:

. . . . *Ipſe perennis*
Spiritus, antiquo vivens per ſaecula motu.

37. *Sublime*, ſublimiter denotat, & eſt uſu praeclarorum auctorum receptum. Virgilius ecl. II:

Cantantes ſublime ferant ad ſidera cygni.

Lucretius lib. III:

Nocturnaſque faces caeli, ſublime volanteis.

Prudentius in Romano:

. . . . *Praecipit*
Sublime tollant, & manu pulſent nateis.

Recte autem *nutu* dixit ſatis doctus Poëta; magnorum enim Principum etiam *nutus* imperia ſunt, & obſecundant illis ſubditi, ſi qui ſunt boni animi. Ennodius Panegyrico Theodorici: *Metuebat parentes exercitus, quem meminiſſe originis ſuae admonebat honor alienus, nam ire ad nutum ſuum legiones, & remeare pavore algidus imperabat.*

44. *Funduntur lacrimae ritu nivis*. Eo pertinet, quod omnia copioſe ingruentia nivis appellatione cenſeant auctores. Severus Enteleichius:

Quam denſis fluitant velleribus nives,
Tam crebrae pecudum neces.

45. *Imbre madebant Cunctorum veſtes*. Ad morem veterum reſpicit lacrimas veſtibus excipientium, ut ingens flumen earum videretur. Meminit ſupra Corippus; & ſunt exempla in Ovidio, & Propertio.

Item. *Proprioque in fonte natabant*. Elegantiſſimum. Ut Cor. Severus, ſive alius quis Aethnae auctor:

. . . Ipſe ſuo flueret Bacchus pede.

46. *Ma-*

46. *Madentes oculi vultuſque, ſinuſque rigabant.* Turpe mendum, quod licet contra verſum non eſſet, cum rerum tamen natura ipſa pugnaret; ſi enim nihil aliud, quam maduiſſent oculi, impoſſibile fuiſſet, alias res ut poſſent rigare. Sed extra controverſiam eſt ſcribendum:

Mananteis oculi.

Nec animadverterunt tamen mendum tam craſſum, qui cum & alios Poëtas commentariis exornare voluerunt.

47. *Matres*, feminae aetatis provectioris, quales praeerant fere planctibus. Prudentius hymno exſequiali longe illo dulciſſimo:

Iam maeſta quieſce querela,
Lacrimas ſuſpendite matres.

Crinis etiam ſolutio luctus indicium. Commentator Germanici in Caſſiopea, *unde & illam diſſolutis crinibus propter luctum ire aſſerunt.* Cebes in Tabula: Ἡ τὰς θρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, καλεῖται ὀδύνη.

49. Ob iniuriam facile inferendam a turba, in magnis quibuſque pompis femineus ſexus ſpectatum deſtinabatur in altiores aedium partes. Martialis lib. x. epigrammate 6:

. . . . *Et omnis*
Florebat Latia culta feneſtra nuru.

Claudianus in VI. Conſulatum Honorii:

. . . . *Nudare videres*
Ima viris, altas effulgere matribus aedes.

52. Cum in manuſcripto exemplari reperiſſet Michaël Ruizius Aſſagrius de avibus Iſtrum linquentibus:

. . . *Glacie, nivibuſque coactae*
Innumerae glomerantur aves:

male, mea ſententia, correxit *coactis*; cum Poëta ſignificare voluerit undique ex ea regione vi tempeſtatis coactas aves conveniſſe, uno omnium conſilio hibernare incipientem earum terrarum aërem deſerere. Innuit autem potiſſimum grues, imitatione Lucani, & Claudiani, quorum poſtremus priorem ſecutus eſt in multis, ipſe vero omnia ſequentia ſaecula traxit in ſuam aemulationem.

55. *Tranſitus ob cauſſam multi pia thura cremabant.* Quia tranſiturum illac erat funus Imperatorium, incendebant odores per vicos. Eſt vero Σφάλμα ποιητικὸν auctoris in ſyllabae modulo; quamquam illa aetas talia neglexerit, ut vides apud Fortunatum, qui in Occidente ad eamdem Imperatricem ſcribebat, quam Corippus multis huius Poëmatis locis commendabat in Oriente. Pariter & utroque antiquior Sedulius lib. I:

Rettulimus Sancti coniuncto Spiritus actu.

Iterum:

Dicemus Sancti coniuncto Spiritus actu.

Et libro III:

. . . . *Nec origine carnis*
Germanum geſtare odium, ſed Spiritus igne
Flagranteis, abolere doli monumenta vetuſti.

Cremari autem appoſite thuri applicatur; quin ſonum velut eius dum conflagrat, exprimit Virgilius:

. . . . . . *Congeſta cremantur*
Thurea dona.

59. *Apoſtolici* nomine omne, quod egregium eſt inter ſacra, honoratur, ut Apoſtolicum vocat templum Conſtantinopolitanum, quod alioquin S. Sophiae dicatum erat, Corippus.

63. *Sacra moenia* ſunt aedes ſacrae, templa. Sed quomodo *tectis*? Lege: *Coronatis textis*, hoc eſt *textilibus coronis*. Et hic ſutilium florum copiam indicavit, ſubiicit mox ſolutorum.

64. *Nemus refertum* frugibus ſunt rami arborum cum ipſis fructibus avulſi, ut ſtudium honoris Iuſtino certatim collati indicet plenius. Notandum tempus anni, quo Iuſtinianus vivis exceſſit. Nemora ſunt arbores. Lucanus lib. III:

Procumbunt nemora, & ſpoliantur robore ſilvae.

66. *Et arundine limina comunt.* Quamvis grandiore herba, frutici, quam plantae ſimiliore. Alioquin fateor, quem cultum arundo poſtibus dederit, me ignorare, niſi arundinem κατ' ἐξοχὴν nobiliorem aliquam cannam tum ad talia uſurpari ſuetam, capias.

67. *Feſtaque per cunctos tendunt velamina vicos.* *Tapetia* intelligit talibus pompis praetendi ſolita. Pacatus Panegyrico: *Quid portas virentibus ſertis coronatas, quid aulaeis undanteis plateas, accenſiſque funalibus auctum diem referam?*

68. Ad geminationem praeconiorum alludit, quae frequentabatur adeo, ut numeratores non defuerint, qui recenſerent quoties quaeque acclamatio honori Principis data repeteretur, ut exempla in Hiſtoria Auguſta apparent non pauca. Alioquin concinnius legatur:

Ludere tunc iuvenes, & luſibus addere laudes.

Vir doctiſſimus, & ſingulari induſtria Thomas Dempſterus, quem honoris, & amoris gratia toties laudo, qui videlicet in illuſtratione huius Poëtae, & Claudiani etiam mecum eodem animo concurrit, plane intacta haec reliquit.

69. Virgilianum eſt lib. III. Georgicorum:

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

Ne quis putet de nihilo eſſe. *Reponere* autem illud ſublationem, & reſtitutionem crurum denotat. Ut *removere* fila apud Venantium Fortunatum, quae pulſa repulſantur.

73. *Convivia mille.* Ita edidit Aſſagrius. At in ſcripto Codice fuit *convicia mille*: quod Dempſterus bene defendit. *Conviciorum* enim vox latius patet, quam vulgo norunt, etiam ad res non illaetabiles. Manifeſte etiam iocularia ſcommata hac cenſentur, quae libertatis cuiuſdam novae hilaritate ſibi plebs indulgebat, Iuſtino hoc ad principatum evecto. Et ita perſpicue proprietatis Latinae ſcriptor optimus Apuleius libro IV: *Ili, ſimili lavacro refecti, inter foros ſo-*

ciorum

Digitized by Google

ciorum ſeſe reponunt ; nunc forte ducti miniſterium faciunt. Eſtur, ac potatur, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant, convitiis iocantur. Ita *honeſtiſſimum convitium* dixit Cicero XII. Familiarium, ut notat Iacobus Raevardus *Variorum* lib. I. cap. 3. Deinde & τὸ *mille* ſane melius convitiis, quam conviviis convenit; cum plures unum faciant convivium, unus autem plura convicia.

76. Ignaviam ultimorum Iuſtiniani temporum indicat, cum ait populum cenſuiſſe ſeſe poſt ſenium tum iuveneſcere. Magna tranquillitate populi Imperium ſumpſiſſe Iuſtinum ſcribit Victor Tunnunenſis: *Iuſtinus Iunior Vigilantiae ſororis Iuſtiniani Auguſti filius, patre Dulciſſimo natus, cum tranquillitate populi magna, imperii ſumit ſceptra.*

79. *Spes Urbis, & Orbis.* Urbem & Orbem Romana ambitione iungit, velut horum fatum inſeparabile, & idem Imperium foret. Ovidius:

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,
Romanae ſpatium eſt Urbis & Orbis idem.

Rutilius ad Romam:

Urbem feciſti, quod prius Orbis erat.

Quo nihil ambitioſius, & eruditius pariter dici poterat.

80. Pro *addita*, *addite* ſcribendum cenſemus. Vulgo nec ſcriptura, nec diſtinctio ſana eſt: utramque vitioſam reliquit Dempſterus. Illud *decus addite*, velut difficilioris, ut Grammatici loquuntur, conſtructionis, impoſuit exſcriptoribus. Eſt ex illo Virgilii lib. VIII:

Salve vera Iovis proles, decus addite divis.

81. *Retro principes* ſunt praedeceſſores, ut aliis vocantur. Ambroſius: *A pluribus retro principibus inhibita, interdictaque.*

88. Vina iungit Sareptena, & Gazetica pariter Sidonius ad Ommatium, quod epigramma a Iacobo Sirmondo nomine Martini Dumienſis editum eſt:

Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quaeque Sarepteno palmite miſſa bibas.

89. Aſcalon Graecam urbem vocat Corippus, quod illa, ut & Ioppe, prius Graecos dicatur habuiſſe colonos. Aſcalum, & Tantalum fratres fuiſſe ex Xantho ſcribit Stephanus περὶ πόλεων, quem vide. Cetera ſunt proclivia.

91. *Cypron candidam* dixit ob amabilitatem, qua Veneri eadem inſula dedicata. *Candida* enim Latinis florens, nitidum, oppoſitum omni triſtifico, & abſono. Unde *Candor* etiam animi virtus. Alanus Commentario III. in Prophetiam Merlini: *Candidi enim in ſcripturis tam ſaecularibus, quam divinis vocantur homines benigni, & modeſti, atque in omni morum manſuetudine, & honeſtate conſpicui.* Silius Italicus lib. XV:

Decurrent albaſque dies, horaeque ſerenae.

Sedulius libro III. Mirabilium Dei:

. . . . *Mox, agmine verſo*
Deponens trepidum, recidivo tramite, luctum,
Candida felicem revocavit pompa parentem.

Idem libro IV. eiuſdem operis:

Cunctaque diſpenſans cuſtodibus igne minaci
Venerat in forma Chriſtum quaerentibus alba.

Luculenta, & pura quaevis veteribus alba. Scholiaſtes Aeſchyli: Ἀργὴν τὴν βοῦν καλεῖ· ἢ διὰ τὸ τοῖς θεοῖς δεῖ τὰς βοῦς θύεσθαι, ἢ διὰ τὸ ταύτην εἶναι λευκήν· τὰ γὰρ λευκὰ καὶ καθαρὰ, καὶ φωτεινὰ, καὶ ἀργὰ ἐστι. Marius Victor lib. II. in Geneſim:

Sic olim ante ſui praeſenſit candidus Abel
Invidiam fratris.

Alcimus Avitus libro II:

Tunc mens intactos ſervabat candida viſus.

Idem libro VI. ad Fuſcinam ſororem:

. . . *Nec enim ulli candida virtus*
Invidet, invidiae quamquam eſt ſubiecta malignae.

Arator lib. I. Hiſt. Apoſtolicae:

. . . . . . *Nivei mentitus honorem*
Callis ad excelſi pergit veſtigia Regis.

93. Cum vinum pretioſiſſimum, & antiquitatis maximae indicare vult, hyperbole poëtica dicit plantatum Ulyſſi.

94. In Michaëlis Ruizii Aſſagrii libro, qui unicus ille fuit, hic verſus hunc in modum concinnatus fuit:

Parces ubi balia lacertia lumina ſervans.

Qui in margine, ab alia manu ita correctus apparuit:

Arce ſub Acilia Lernaeia lumina ſervans.

Quae correctio nullius momenti eſt, uti nec illa etiam, quam ex vulgata Ruizii commentus eſt Dempſterus. Cum enim Ibalia illa arx nullius pretii ſit, nec ad ullam hiſtoriam alludat, nequaquam poterit magnifieri ea lectio, quae ex vitioſa ſervata exſculpta eſt. Sequendi omnino ſunt ductus manuſcriptae lectionis, quae procul dubio veritati propior eſt, quam correctiones ex ea natae, & longius etiam recedentes ab hiſtoria, quae ineſſe debet. Longum enim quaeſieris, priuſquam in rebus Ulyſſis arcem Ibaliam, aut Oebaliam inveneris, in gratiam quidem Aſſagrii, qui vitioſam lectionem vitioſius correxit, ex qua correctione poſtmodum alia monſtra nata ſunt. Nos initialis litterae auctoritate ſervata, quae nequaquam facile de *P* in *A* tranſvenire potuit, aliam lectionem & litteris, & hiſtoriae convenientem ſumus commenti, quae utique iſta eſt:

Pace ſub Iliaca Laërtia limina ſervans.

Ithacenſia vina laudat, & recenſet Corippus, (quam inſulam a fertilitate commendat Homerus) cum ait, *nondum ad Iliacum bellum profectus foret Ulyſſes, originem huic vino eius plantatio dedit, qui Ithacam ſuam vineis opplevit.* Ante tempora belli Troiani vacabat Ulyſſi talia facere, & limina domus ſuae ſervare. *Servare domum*, eſt recte ſuis rebus praeeſſe, bonum patremfamilias eſſe,

eſſe, ut in veteri Inſcriptione de femina honeſta, & frugi:

Heic eſt ſepulcrum haud pulcrum pulcrai feminae,
Nomen parentes nominarunt Claudiam.
Sermone lepido, dum autem inceſſu commodo,
Domum ſervavit, lanam fecit, dixi, abi.

Eſtque fictio poëtica, & elegans, data occaſione, Herois quondam tanti cultura commendari vina eius inſulae, quae alioquin non nobiliſſima, Ulyſſis tamen nomine talibus accenſentur. Pomponius Mela lib. II. cap. 6: *Sane Zacynthos, Dulichium, & inter non ignobiles Ulyſſis nomine Ithaca maxime illuſtris;* Praecipue apud Poëtam, cui eam ſacram fecit πολυτιμοτάτη inter omnia Graeca operis, Ulyſſeae nimirum Homericae, gloria. Haec utique veriſimillima eſt loci huius lectio, ſi non vera ipſa, a qua procul ſunt commenta ceterorum. Argutari quis, otio inepte abutens, ut ſunt ingenia hominum nihil non audentium, poſſit alia de *Ibana*, quo nomine Cretenſibus vinum dictum notat Heſychius; ſed non eſt aliunde accerſenda explicatio, quae domi ſubnaſcitur. Confirmat autem emendationem noſtram maxime verſus ſequens:

Nondum Troiani vitans diſcrimina belli.

95. Pulchre de ſimulata inſania Ulyſſis notat Dempſterus. Omnino enim corſum alludit Corippus.

97. Non tenuit Dempſterus eam notandi dexteritatem, cum Lyaeum Falerno ſubſtituere nititur; ignarus ſcilicet Falernum omne generoſius vinum Poëtis dici, licet minime in agro Falerno natum. Neque vidit homo doctus, & perſpicax ſequenti verſu eamdem vocem repeti. De Falerni mutatione a tranſvectione longinqua Conſtantinopolim inſuper habendum eſt: nam ea ratione omnibus etiam Ciſalpinis Falernum pro generoſo vino uſurpare interdictum foret.

100. *Riſattica*. Scribendum *chryſattica*, & eruditiſſimo Dempſtero ſcrupulus eximendus, qui nuſquam hoc genus vini obſervatum queritur. In Gloſſario Graecolatino legis Χρυσαττικὸν, *chryſatticum*. Quod ſane de hoc intelligendum. Alexander Trallianus lib. XI. de medicamento ex myuro herba: Καὶ δίδου μετὰ οἰνομέλιτος ἢ Χρυσαττικοῦ καλοῦ. Unde dulciſſimum vini genus fuiſſe diſcas. Plinius Valerianus libro V. cap. 8: *Vinum autem bonum eſt dare chryſatticum, & hoc modice*. Idem cap. 9: *Vinum ſi voluerint bibere chryſatticum, iis dabis*. Puto miſturam fuiſſe.

101. Ingenue agit Dempſterus, cum vina Riſattica non noſſe ſeſe confitetur: nos ſuperioribus commentariis ex auctoribus fide dignis *chryſatticum* vinum celebre inter nobilia fuiſſe demonſtravimus. Nihili ſunt coniecturae Aſſagrii, & Dempſteri. Fuiſſe vinum admodum dulce didicimus ex Alexandro Tralliano, qui mulſo illud aequale praeſcribit lib. XI: Τὸ δὲ τῆς μυούρου βοτάνης· ἴσον, ἀφρικοῦ, μυούρου ἀνὰ οὐγ. α. ἡ δόσις γρ. δʹ, κατὰ δέ ἐστιν μιγνύσθω γρ. α. εὐφορβίου· καὶ δίδου μετὰ οἰνομέλιτος, ἢ χρυσαττικοῦ καλοῦ. Gloſſarium vetus χρυσαττικὸν *chryſatticum*. Unde diſcas etiam Latinis non alio nomine uſitatum fuiſſe. Mentio eiuſdem apud Plinium quoque Valerianum, Medicum parum vulgo cognitum, ut notavimus ad eum. Erat ergo hoc vinum & guſtu, & effectu mulſo par, colore autem fuſcum.

102. Scribendum *Gargiſaei*. De urbe Γάργη, & populo Γαργαρεῖς Stephanus περὶ πόλεων. Nos autem attendere debemus vinum hoc alibi nominatum non eſſe, cum conſtet ea regione nobile naſci, & Poëta hoc loco cum vulgo loquatur, cui utique eo tempore commendatum fuit hoc vinum, licet non fuerit vel antea, vel poſt magnopere frequentatum. Ipſe mox fatetur non poſſe ſe omnia recenſere, quae undecumque in gratiam novorum Principum fuerunt convecta.

103. *Parturire* ποιητικῶς eſt *parere*. Sidonius:

Coſtum malobatrum, myrrhas, opobalſama, thura
Parturiunt campi.

110. *Potumque parum ſapientia quaerit*. Non multum de eo ſollicita eſt. Fruſtra laborant viri docti in huius correctione. Alludit autem vetuſtiſſimam ſapientiam, ſecundum naturam vivere pro unica regula habentem, cui eo modo nulla de potu ſollicitudo eſt, quippe quem ubique ſuppeditet natura.

111. *Aurea fercula* etiam auro inſtructa. Ut apud Auſonium de Agathocle:

Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul.

Quo tamen loco *horrida* malunt, quia ex Samiis coenare conſueverat Rex figulo patre prognatus.

112. Illud *gravis* non mutandum, ſed transferendum ſaltim, & in locum τοῦ *plus* reducendum. Lege: *gravia plus*. *P*, & *L* enim huic generi etiam Poëtarum faciunt poſitionem. Dracontius:

Et nimis ambroſia plorant virgulta per agros.

114. Diſtinctio contaminata eſt. Scribendum primum citra omnem controverſiam:

Gaudebantque ſui genitoris imagine viſa
Felices geniti: Veras ibi cernere poſſis.

Geniti ſunt filii: quo nomine accedunt merito Iuſtiniano Iuſtinus, & Sophia. Eam vocem in hoc Poëta aliquoties tenebras miras feciſſe notavimus iam plus ſemel.

118. Quid eſt *addendi vita*? Mirum mihi quid egerint, aut quo viderint viri docti Corippi commentarios profeſſi, dum ne una quidem voce tam abſona loca enarrare, vel aliis ſaltim enarranda addicere, quae eorum in talibus ſit auctoritas, dignati ſunt. Error ex abbreviatione oriundus eſt. Scribe:

Ars, & materies animas ſimul addere poſſint,
Addendi veniam niſi tu, Natura, negaſſes.

Tam apta materies, tam artificioſa ars, tam convenerant eaedem concinne, ut, ſi per naturam licuiſſet, etiam ſpiritum operibus dediſſent. Sic in arti-

in artificioſiſſimis operibus ὑπερβολικῶς etiam ſpiritum apparere dicunt. Plinius Caecilius lib. III. epiſt. 6. de ſigno Corinthio a ſe empto: *Effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, nervi, venae, rugae etiam, ut ſpirantis, apparent.* Claudianus Bello Getico:

Raptaque flagranti ſpirantia ſigna Corintho.

119. Gnome, quo ſuam operam ſupra omnia talia opera Principibus aeternitati dandis commendat. Pulchre Avienus in Periegeſi Dionyſiana:

. . . . . . *Muſis intermina vita*
Permanet, & memori laus ſemper pullulat aevo.

Propertius lib. III:

At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo
Excidit, ingenio ſtat ſine morte decus.

124. Pulchre Conſulem pro Conſulatu Iuſtiniani dixit. Quartum autem Conſule Iuſtiniano Beliſarius Africam, devictis Vandalis, recepit poſtquam immanis illa gens totos XCVII. annos eam tenuerat. Triumphus actus nobiliſſimus, Gelimere Rege Conſtantinopolim ducto. Vide Victorem Tunnunenſem, Cedrenum, alios.

126. *Fabulam menſae* fuiſſe ait Iuſtino, & Sophiae res geſtas Iuſtiniani, alludens morem Romanum, qui ſcripta auctorum, & hiſtorias conſueverant ſuper menſam audire. De Homeri, & Virgilii Poëmatis notum eſt ex Perſio, & Iuvenali. De Cicerone, & Publio apud Petronium Arbitrum exempla ſunt. Alia apud ſcriptores hiſtoriae Auguſtae, etiam Caroli Magni.

129. Frequens illa bonis ſcriptoribus locutio, viros celebris famae poſt obitum vivere in oribus virorum; hoc eſt in cordatorum hominum laudibus perpetuo eos commemorantium. Ennius:

Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum
Faxit. Cur? volito vivus per ora virûm.

Ovidius Epilogo Tranſmutationum:

Quaque patet domitis Romana potentia terris
Ore legar populi.

Propertius lib. II:

Unde meus veniat mollis in ora liber.

Idem lib. III:

Crede mihi, magnos aequarunt iſta Camillos
Indicia, & venies tu quoque in ora virûm.

Virgil. lib. III. Georgicor:

. . . . . . *Qua me quoque poſſim*
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

130. *Deceſſor* eſt praeceſſor, qui iſti velut loco deceſſerit.

141. *Cauſſae mundi* ſunt negotia.

146. *Reponere* eſt recitare, iterare. De quo multis ad principium primae apud Iuvenalem ſatyrae.

NICO-

NICOLAI RITTERSHUSII
ET PARENTIS SUI
CUNRADI IC.
IN CORIPPI AFRICANI GRAMMATICI
QUATUOR LIBROS
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS
EMENDATIONES ET ADNOTATIONES.

IN FRAGMENTUM SEU PRAEFATIONEM.

Verſ.4. *ILla colubrimodis Avarum gens dura capillis*. Vid. infr. in fin. lib. III. *Colubrimodos capillos*, eleganter dixit hic, *contortos*, & *complicatos colubrinum in modum*. CUNRADI R.

18. *Victores victique una famulantur in aula*. Ita explevi lacunam huius verſus: poſſis etiam pro *una*, legere *tua*.

21. *Mater conſiliis placidis Vigilantia veſtris Semper ineſt oculis*. Aliquoties Corippus delitias facit in nominibus Vigilantiae, & Sapientiae tamquam bene ominatis, & auſpicatis. Vide infra lib. IV. v.182:

. . . . Vigilantia noctis
Hoc meruit, cariſque favens Sapientia Muſis.

Harum illa fuit mater Iuſtini, Iuſtiniani ſoror: iſta uxor, eademque Theodorae filia. Eleganter autem hic *Vigilantiam* matrem conſilii vocat, & infra huius libri v.55. *rerum cuſtodem*. Quibus ex locis inter ſe collatis hunc ſententioſum conficiemus verſiculum:

Mater conſilii, cuſtos Vigilantia rerum.

Notum eſt illud Hiſtorici: *Vigilando, agendo, res Romana crevit*. Eaſdem velut Divas ad carmen ſubminiſtrandum invocat non minus quam Deiparam Virginem, initio libri I. Sic & in Iuſtini nomine, quod a Iuſtitia, ſeu Iuſto derivat, felix omen ineſſe vult.

26. *Nominibus tribus his regitur*. Forte an Corippus ſcripſerat *Numinibus*. Intelligit autem Vigilantiam, Sophiam, & Iuſtitiam, quibus omnia gubernari veriſſime dicit. Nota res eſt, ut ſoleant Poëtae ex virtutibus facere numina, & deas.

29. *Subque pio domino cuncti bene vivere quaerunt*. Finis enim iuſti imperii eſt ſubiectorum ſalus. Propria definitio principatus eſt, *tutela generis humani*, ut egregie ſcribit Cuiac. ad cap 4. *Cum dilecta, extr. de confirm. util., vel inutil.* Saepe quoque hanc ſententiam repetit. Ammian. Marcell: *Nihil aliud eſſe imperium, niſi curam ſalutis alienae: finem iuſti imperii utilitatem, & commodum, & ſalutem obedientium aeſtimari, ut ſapientes docent, ac definiunt*. Vide lib. XXV., XXIX.; & XXX. Eadem eſt ſententia Ciceronis, quam ſaepe inculcat, maxime vero lib. VIII. ad Attic. ep. 11., & lib. V. de Republ. Vide etiam epiſt. I. ad Quinctum fratrem. *Quin ego, ſi fas piumque mortalibus exiſtimare caeleſtia, nullam maiorem crediderim eſſe Principum felicitatem, quam feciſſe felices, & interceſſiſſe inopiae, & viciſſe fortunam, & dediſſe homini novum fatum*: ut inquit Lat. Pacat. Drepan. Panegyrico ad Theodoſium.

30. *Ille etiam, Solis, qui ſe ſubiactat amicum*. Perſam [illegible]. *Mithra* enim Perſae *Solem* vocitantes, pro Deo colebant. Vid. Gyrald. hiſtor. Deor. ſyntagm. VII. pag. 223.

31. *Suſpiciens minuentis cornua lunae*. *Minuentis*, id eſt, quae minuitur, decreſcit, deficit. Sic infra lib. IV. v.91: *anni in ſe volventis veſtigia* dixit. Sic *augentia* dicunt Poëtae, pro *iis, quae augentur*. Exempla conſimilia apud Lucretium. Porro venerationem lunae a Perſis & Turcae mutuati ſunt, quam etiam in ſuis praeferunt inſignibus.

33. *Urgetur terrore tuo*. Placet conſtans orthographia veterum verbi *urgeo* cum littera *u*, *urgueo*, quam etiam Ruizius in ſuo Ms. hic legiſſe teſtatur.

36. *Iam libris completa meis*. Innuit auctor ſe plures libros ſcripſiſſe de bello Africano Iuſtiniani, & poſt deinde Iuſtini auſpiciis geſto.

37. *Senio dextram, pie, porrige, feſſo*. Sic infra v.48: *Feſſae miſerere ſenectae*. Utrobique ſignificat Corippus ſe iſta iam ſenem ſcripſiſſe, & quidem calamitoſum, exſutum fortunis ſuis, & vulnera paſſum. Levationem igitur, & medicinam implorat tum Imperatoris, tum Anaſtaſii Quaeſtoris, ſive, ut nos hodie loquimur, Cancellarii Imperialis.

42. *Vincere fortunam plus eſt, quam vincere bella*. Ciceronis eſt ſententia in Orat. pro M. Marcello.

45. *Ad medicum, verbo peſtem qui ſummovet uno*. Talis revera caeleſtis ille archiater Chriſtus.

48. *Pro munere carmina poſco*. Immo *pro carmine munera*. Erratum librarii, ut videtur.

IN PANEGYRICUM
IN LAUDEM ANASTASII.

Verſ.7. S*Tat fertilis arbor*. Iconem iſtam expreſſiſſe videtur Poëta ex Prophetia Danielis cap.4. Prolapſam huiuſmodi arborem deſcribit infr. lib.I. v.228. in mentione mortis Iuſtiniani.

15. *Si fas componere magnis parva datur*. Virgiliana ὑποθεραπεία, ecl.I. v.24:

Sic parvis componere magna ſolebam.

20. *Communis benefactor herus*. Sic infra lib.I. v.213: *Maximus orbis communis benefactor*; & lib.II. v.145. Elegantiſſima periphraſis Principis, qua is ſui officii admonetur. Huc pertinet illud Salvatoris noſtri, apud Lucam cap.22. §.25: Οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν (τῶν ἐθνῶν) εὐεργέται καλοῦνται.

27. *Principis auſpicio leges, & iura gubernans*. Praeclaris verſibus deſcribit officium Cancellarii Principis, qui initio libri I. dicitur etiam: *Compoſitor morum iuris, legumque, & cuſtos Iuſtitiae*. Vid. Briſſon. Select. antiquit.

29. *Munera temnis*. Ut quae etiam ſapientum oculos excaecare ſoleant, teſte Sapiente: qua etiam de cauſſa vetat illa accipere. Et ſaluberrime conſtitutum eſt, litem perdere etiam eum, qui iudici quid dederit, ut ſecundum ſe, quamvis in bona cauſſa, pronuntiaret: nam hunc quoque crimen contrahere, & iudicem corrumpere videri tradit Ulpian. in l.II. §. ult. D. de condict. ob turp. cauſſ.

32. *Geminoque ornavit honore*. Et Quaeſtoris ſcilicet, & Magiſtri. Utroque munere Tribonianus quoque apud Iuſtinianum functus erat.

34. *Sapientia regnat*. Alludit ad nomen Sophiae, coniugis Iuſtini Imp.

45. *Sanctio*. Lex eſt, & ius ipſum poſtulat, ut mei curam tamquam ſervi veſtri ſuſcipiatis.

IN LIBRUM PRIMUM
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.1. N*On ambitione potitum*. Malim, *petitum*, niſi forte *potitum* παθητικῶς ſcripſit Poëta, ut ſolemus etiam *adeptum* uſurpare.

6. *Mentem dominis aptare fidelem Officio quocumque datur*. Peccabat hic diſtinctio, quam ſic reſtitui.

11. *Quaeque latebant*. Id eſt *quaecumque*.

17. *Compoſitor morum, iuris, legumque ſacerdos*. Nota titulos Anaſtaſii Quaeſtoris Iuſtini II. Imp., cuius laudibus carmen praecedens dicatum fuit. Sic *Iuſtitiae ſacerdotes Imperatores ſalutat* Symmachus lib.X. epiſt.54. Sic & Ulpian. Iuriſconſultos *ſacerdotes iuſtitiae* vocat l.I. D. de iuſt., & iur. Sic Quinctilian. lib.XI. I. O. cap.1. Servium Sulpitium *iuris antiſtitem* appellat: & Gellius lib.XIII. N. A. cap.4. *iudicem*.

18. *Deſtina*, verbum rarius, nihil aliud quam *fulcrum* ſignificat. Abſque Braulione in vita Iſidori, & monſtratore Perezio, iam hic pro *deſtina*, *dextera* legeretur, beneficio Ruizii, qui locum omnino vitioſum eſſe credebat, ut ipſe ingenue fatetur. Sed meminiſſe debemus etiam Atlantem tibicinem, & *deſtinam* caeli elegantiſſime vocari ab Arnobio lib.II. adverſ. gent. Horum igitur imitatione & nobis *deſtina* regni nutantis venuſte dicetur vel Rex, vel Conſiliarius regius, qui auctoritate, ſapientia, conſilio, ac robore regnum labaſcens ſtaruminat, fulcit, ac ſuſtentat, ne corruat.

21. *Vicit conſiliis, quos nullus vicerat armis*. Nimirum multo praeſtat, ac ſatius eſt, conſilio, quam armis bellum conficere: non modo, quod maiorem mereantur laudem vires animi, quam corporis, (ut ad Oppianum docui;) ſed etiam, quod plurium ſaluti mortalium illa, quam haec ratione, conſulatur.

23. *Sacris rationibus aptus*. *Rationalis*, qui rationes exigit a rectoribus totius Imperii.

26. *Theodulus*. Legebatur antea *Theodolus*.

30. *Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum Venerat ille*. *Amat* enim *benignitas Numinis, ſeu quod merentur homines, ſeu quod tangitur eorum affectatione his quoque artibus prodere, quae impendent*, ut ex Herodotea ſententia ſcribit Amm. Marcell. lib.XXI. Vide Caſp. Peucerum, & Ioach. Camerar. de divinat. poſt Ciceronem, & Artemidorum.

41. *Terribilis Princeps, & amabilis omnibus idem*. Utrumque in Principe coniungi oportet: alterum ſine altero aut exoſum, aut contemtum reddit, & peſſumdat. Pertinet huc epigramma Graecum incerti auctoris εἰς ἄρχοντα, quod ex lib.IV. Antholog. tit.4. εἰς εἰκόνας βασιλέων operae pretium erit cum noſtra interpretatione huc adſcribere:

Μῖξον μειλιχίῃ βαιὸν φόβον· ἔστι καὶ αὐτὴ
Βομβήτειρα μέλισσα κορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ·
Οὐ γὰρ ἄτερ μάστιγος ἐθύνεται ἵππος ἀγήνωρ,
Οὐδὲ σύων ἀγέλη ὑποπείθεται ἀνδρὶ νομῆϊ,
Πρὶν καὶ ἐεργδέκτοιο καλαύροπος ἦχον ἀκούσῃ.

Hoc eſt:

Fac aliquis blandis permixtus moribus ut ſit
Terror. Apes etiam ſpiclis armantur acutis,
Nec vim fortis equi ſine flagris flectere poſſis:

Nec

Nec grex porcorum pecoris parere magiſtro
Suſtinet ante gravis ſcuticae quam perſtrepat ictus.

48. *Firmavit avunculus*. Sic infra v. 146:
In tua iura ſuum tranſmiſit avunculus orbem.
Et v. 179:
. . . . *Ipſe tenere*
Sceptra tuus moriens te iuſſit avunculus ore.
Iuſtinianus Imperii ſucceſſorem ſibi deſignarat Iuſtinum, ſororis ſuae Vigilantiae, & Dulciſſimi filium, quem adoptaverat ſibi in locum filii, ſicut ipſe antea a Iuſtino I. adoptatus fuerat.

50. *Vivit pater aethere, vivit, & fruitur &c.* Sic reſtituenda fuit diſtinctio.

53. *Eſt virtus*. Legebatur vitioſe *&*.

59. *Miratus*. Legebatur *miratur*.

60. *Per ſe*. Legebatur *prae ſe*.

61. *Viros legum — iniquos*. Similiter illi dictum, *iuris religioſus*, vel *religioſiſſimus*, quae eſt laus Imperatoris Marci apud Papinianum lib.LXVII. §. ult. D. de legat. 2., & Iuſtinianum in prooem. Inſtitut.

66. *Dixerat haec virgo*. Pietas. Nam quod Mariam adſcripſerant, non probo.

76. *Surge, eia, Calinicus ait*. Interpoſui τὸ *eia*, qua ſine claudicabat verſus.

78. *Auſpicium felix illo de nomine cepit*. Calinici nempe, quo bona victoria ſignificaretur, ut mox ſequitur. Verſus autem cauſſa Calinicum dicit pro Callinico; nam ſic Graeci conſtanter καλλίνικος, non καλίνικος. Notum ex antiquitate, ſolitos boni ominis cauſſa, citationem nominum ordiri ab iis, quae bene auſpicata eſſent. Ita nimirum undequaque omina colligebant. Porro hunc Callinicum iam ſenem fuiſſe, & patricium ſeu patrem Principis, conſtat ex fine libri IV:
Patricius, ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater imperii meruit iam factus haberi.
Ubi de hac dignitate pauca notabo. Illud hic inſuper operae pretium fuerit obſervare, in fauſtis acclamationibus, & gratulationibus Imperatores a populo ſalutatos, atque appellatos fuiſſe καλλινίκους. Hinc veteres gloſſae: *Invictiſſimus* καλλίνικος; & Archilochus: Καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ ἡράκλεις. Quo reſpexit opinor Suidas: καλλίνικος ὁ ἡρακλῆς. Idemque epitheton eidem Herculi tribuitur in vetere epigrammate, quod domui ſuae quidam praeſcripſerat.
Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος ἡρακλῆς
Ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.
Deum nempe tutelarem praeſcribebant averruncatorem illum malorum totius orbis, ne quid mali ſua limina intraret. Cum autem herum illius domus hominem improbum eſſe conſtaret, feſtive illum luſit Diogenes Cynicus: *Quomodo ergo*, inquit, *fas erit dominum ingredi ſuam domum, ſi nihil mali intrare debet.* Exſtat apud Theodoretum Oratione de Providentia.

85. *Licet haec Deus omnia fecit*. Sic infra v.182:
. . . . . . *Pro te Deus omnia fecit,*
Quae fieri voluit.

91. *Viſa*. Somnium illud, de quo ſupra. Mox v.114. vocat *oſtenſa*.

94. *Ut*. Legebatur *&*.

98. *Luce ſua radians*. Manaſſes in Annal. *Quam ſplendidus, ac magnificus fuerit, indicio eſt aurea domus in regia, Gratiarum elegantia fulgoris, & omni ex parte quaſi radians.*

120. *Cur triſtes, Iuſtinus ait? Pater inclitus orbis*. Sic v.167:
. . . *Patrem res publica perdit & orbis.*
Illuſtris laus Principis, dici *patrem orbis*. Sic Horatius: *Pater urbium ſubſcribi ſtatuis*. Sic Auguſtus. *Pater patriae dictus*, &, quod maius ac glorioſius eſt, libera adhuc Republica, Cicero. Notus in hanc rem Iuvenalis verſus. Quem quidem titulum, *Patris patriae*, Traianus pro ſua modeſtia recuſavit, tributum ſibi a Senatu: unde ei *ſoli omnium contigit, ut pater patriae eſſet, antequam fieret*: ut argute de eo dicit Plinius in Paneg. in quo idem venuſte Imperatorem, nunc vocat *parentem generis humani*, nunc *publicum parentem*, nunc *communem* omnium parentem. Seneca de clement. cap.14: *Patrem quidem patriae appellamus Principem, ut ſciat datam ſibi poteſtatem patriam, quae eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos ponens.*

123. *Dextraque ſilentia fecit*. Mos priſcus Oratorum, ut orationes habituri quaſſata manu ſibi facerent ad populum audientiam. Sic infra lib.II. v.325:
Inde dato populi fecere ſilentia ſigno.
Sic ſaepe in Actis Apoſtolicis de Paullo, ut cap.13. v.16: Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν; ut cap.19. v.33. de Alexandro: Κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ; ut cap.21. v.40. de Paullo: Ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε &c. Item cap. 26. v. 1: Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα.

133. *Auguſtum, Iuſtine, genus, te Principe dignum*. Sic diſtinxi, cum eſſet antea: *Genus te Principe dignum.*

137. *Ordine pro rerum vocitatus cura palati*. *Curopalatem* vocant recentiores hiſtorici Graecorum. Apud Photium biblioth. nullius maior gloria quam *Curopalatae*. *Curapalatam* ante pedes regios primum inceſſiſſe inter numeroſa obſequia, virga aurea decoratum, refert Caſſiodorus lib.VII. Variar. Dicebantur etiam μέγας δομέστικος, ut oſtendit Codinus in ſua *cura & regeſto palatii*. Apud Francogallos Praefecti palatii, & maiores domus vocabantur.

139. *Regni ſumma*. Dixi de huiuſmodi formulis ad Symmachum. Tale eſt, quod dicit infra lib. III. v.318:
. . . . . *Ignavae mentis deformia.*

 140. *Nil*

140. *Nil ille peregit te ſine*. Elegans formula, qua & alii uſi auctores. Q. Curt. lib. VII. cap.2. n.33. de Parmenione, & Alexandro: *Multa ſine rege proſpere; rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat*.

143. *Plenuſque dierum*. Sic in ſacris litteris ſaepe ſenes *ſaturi dierum* dicuntur. Praeclare Varro περὶ γήρας apud Nonium: *Sic invitata matura anima corporeum corticem facile relinquit*.

145. *Suſcipe gaudens*. Ita repoſui pro *ſuſpice*, quae duo ſibi ſaepe invicem obrepſerunt perperam, tam in aliis ſcriptoribus, quam in ipſo Corippo.

158. *Plurima divinis ſupplex dabat oſcula plantis*. Perſarum hic mos fuit, ſuorum regum (quos *Magos* vocabant) pedibus advolvi pronos, & oſcula figere: quam προσκύνησιν, Seneca *Perſicam ſervitutem* vocat lib.II. de benefic. cap.12., & lib.III. de ira cap.17. Vide Bar. Briſon. de regio Perſarum principatu. Ab his poſtea ad alios quoque manavit idem ritus oſculandi pedes. Hinc Caeſar gratias agenti Pompeio pro donata ſibi vita, ſiniſtrum pedem ad oſculandum porrexit, ut eſt apud Senec. d. loco. Caligula autem, & Diocletianus etiam edicto ſanxerunt, ut omnes ſine diſcrimine generis, proſtrati, pedes ſibi exoſcularentur. Quanto humanius Traianus, qui huiuſmodi ſibi honores deferri paſſus non eſt: *Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis; nec oſculum manu reddis*, inquit de eo Plinius Panegyr. cap.24. v.2. Quanto item humanius Petrus Apoſtolus, cui cum ſe Cornelius Centurio, ſupplex, ac venerabundus ad pedes abieciſſet: *Surge*, inquit, *ego quoque homo ſum*. Actor. 10. v. 26.

169. *Amavit? Et tamen innocuo plures voluere nocere*. Sic diſtinxi, & interrogationis notam, alieno loco poſitam poſt *nocere*, tranſtuli in anteriorem. Nota elegans antitheton, *innocuo nocere*. Bis nocet, peccatque, quiſque innocuo nocet viro. Sic Iuſtinianus ipſe in oratione ad Calinicum, quam morti vicinus habuit, infra lib.IV. v. 348. ſignificat, ſe habuiſſe aemulos, & nocendi cupidos:

. . . . . . *Qui nocuere, nocebit*.

171. *Non caret invidia regni locus*. Ἐπίφθονον ἡ βασιλεία.

179. *Non ſit amor patriae patrio minor*. Sed potius maior: cum *omnes omnium caritates una complectatur patria*, teſte Cicerone de Offic. lib. I. cap.17: *Et plurima beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, cui maior quam parenti debetur gratia*, ut idem ſcribit in I. de rep. Idemque ad Att. lib.IX. ep.77. *patriam* vocat *antiquiſſimam, & ſanctiſſimam parentem*. Et Philippica V: *An poteſt cognatio propior eſſe quam patria. in qua etiam parentes continentur?* Varro quoque in L. Maenia ait, *culpam eſſe in eo, qui patriam, maiorem parentem, exſtinguit*. Ambobus praeivit Plato, cuius haec ſunt in Critone: Ὅτι μητρός τε καὶ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων προγόνων ἁπάντων τιμιώτερον ἐστὶ πατρὶς, καὶ σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον, καὶ ἐν μείζονι μοίρᾳ καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι, καὶ σέβεσθαι δεῖ, καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ πατέρα κ.τ.λ. Hinc apud Romanos, ſi filius patrem, qui ad patriam delendam veniſſet, occidiſſet, non ſolum ſcelere vacabat, verum etiam praemio dignus iudicabatur: & occiſus ob hanc cauſſam non lugebatur, teſte Marcello in l. XXXV. minime ff. de relig., & ſumt. fun.

209. *Dixerat ore*. Ut ſupra v. 180:

. . . . . . *Iuſſit avunculus ore*.

Παρέλκον etiam Virgilio uſurpatum.

211. *Atque*. Antea legebatur *at*.

213. *Tiberius, domini ſemper cui maxima cura Utilitatis erat*. Vid. Evagr. lib.V. cap.17., Paull. Diacon. lib. XVIII.

215. *Communis benefactor*. Id eſt Princeps εὐεργέτης, ut infra lib.II. v.145.

242. *Purpureaque in veſte iacens*. Cadavera, poſtquam eluta erant, veſtiebantur. Paullus in lib. XIX. ff. de in rem verſo: *Filiusfamilias togam emit; mortuo deinde eo, pater ignorans & putans ſuam eſſe, dedicavit eam in funus eius*. Ubi *togam in funus alicuius dedicare*, nihil aliud eſt, *quam in il dare, ut ea mortuus involvatur*. Vid. Kirchmann. de funerib. Rom. lib.I. cap.10., Iohan. Meurſ. de funere cap. 4., & Iohan. Gutherium de iure manium.

243. *Credere quod poſſes*. Legebatur antea *poſſis*.

247. *Et tutum*. Sic repoſui pro *totum*.

250. *Lux urbis, & orbis*. Sic lib. III. v.79:

. . . . . . *Spes urbis, & orbis*

vocatur Iuſtinus, ut hic Iuſtinianus.

252. *Cognatos, famulos, & tantos linquis alumnos*. Nihil opus mutatione Ruizii, qui legit *cunctos*. Aut retinendum *tantos*, id eſt, *tot alumnos*, ut infra lib II. v.368. *tantis* pro *tot charis*: Aut, ſi quid omnino mutandum, malim *caros*.

278. *Nexo auro*. Sic reſtitui pro *necto*.

283. *Omnis ut aſpiciens ceu corpora vera putaret*. Neque hic neceſſe erat pro *ea*, reponere *ceu*.

288. *Addidit antiquam tendentem brachia Romam*. Seniorem & πρεσβυτέραν vocat Iuſtinianus, Nov. CXXXI. cap.1., & alibi. Item Nov. IX. in pr. *anteriorem Romam*, cui oppoſita *Roma nova, Conſtantinopolis*, ſaepiſſime huic ipſi Corippo nominata. Cur ergo *aeterna urbs* aliis illa dicta, ſi ſenium patitur, ut humana omnia orta occidunt?

289. *Exſerto & nudam geſtantem pectore mammam*. Pingebatur antiquitus *Roma, exſerto pectore*. Sic Symmach. lib. II. ep. 7: *Exſerto, & pleno ubere Roma ſuſceperat*. Caſſiodor. lib. II. ep.1: *Ut alumnos proprios ad ubera ſua Roma recolli-*

colli-

colligat. Sidon. carm. V. 131 *Sederat exſerto bellatrix pectore Roma Criſtatum* (forte *criſpatum*) *turrita caput*.

290. *Altricem imperii, libertatiſque parentem.* Claudian. Panegyr. III. Stilichonis:

Haec eſt in gremium victos quae ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit
Matris, non dominae ritu, civeſque vocavit
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Prudentius lib. II. v. 610., & ſeqq:

Vivitur omnigenis in partibus: haut ſecus ac ſi
Cives congenitos concludat moenibus unis
Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.

302. *Somnus, ea veniente, fugit.* Pro *ſe*, repoſui *ea*, ſcilicet *fama*.

315. *Quatuor eſſe ſolis equos.* Ut quatuor horae, ſeu tempora ſunt, ita equos totidem ſoli tribuebant, veluti patri, & vectori horarum. Nomina his impoſuerunt Graeci fabulatores, iſta: *Pyroeis*, *Eous*, *Aethon*, & *Phlegon*. Vid. Ovid. lib. II. Metamorph. v. 153.

348. *Phoenix innovat artus.* Ut ex phoenice vetulo exuſto, novus renaſcitur, ita ex Iuſtiniano Iuſtinus. Hoc nomen rectum vocat, quod primitivum grammatici: unde productum, ſeu derivatum Iuſtinianus. De *iota reſurgente* dicit v. 352: *Hanc litteram rectam & ſtabilem tribus nominibus ſacratam*, ſcribit infra lib. II. v. 141., videlicet Iuſtini Maioris, Iuſtiniani, & Iuſtini Minoris, quibus omnibus initialis eſt.

349. *A buſto recidiva.* Malim, *redivivo*.

350. *Soliſque volucrem.* *Phoenix*, ales ſoli ſacer, credebatur. Sic & Claudianus Panegyr. II. in Stilichonem: *Ut ſolis mirentur avem*. Sidonio quoque *phoenix* eſt *Phoebeius avis*, carm. VIII. v. 355. Confer utriuſque Poëtae locum illuſtrem ad hanc noſtri Corippi comparationem. Sed ne quis miraculoſam hanc reparationem, ſeu metamorphoſin phoenicis fabuloſam exiſtimet, facit graviſſimus hiſtoricus Cornel. Tacit. lib. VI. Annal. cap. 28: *Paullo Fabio, L. Vitellio Coſs. poſt longum ſaeculorum ambitum, avis phoenix in Aegyptum venit; praebuitque materiem doctiſſimis indigenarum, & Graecorum, multa ſuper eo miraculo diſſerendi. De quibus congruunt, & plura ambigua, ſed cognitu non abſurda, promere libet: Sacrum ſoli id animal, & ore, ac diſtinctu pinnarum a ceteris avibus diverſum, conſentiunt qui formam eius definiere. De numero annorum varia traduntur; maxime vulgatum, quingentorum ſpatium. Sunt, qui adſeverent, mille quadringentos ſexaginta. Unum in terris, prioreſque alites Seſoſtride primum, poſt Amaſide dominantibus, dein Ptolemaeo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in civitatem, cui Heliopolis nomen, advolaviſſe, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obſcura: inter Ptolemaeum, ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. Unde nonnulli falſum hunc phoenicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque uſurpaviſſe ex his, quae vetus memoria firmavit. Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem affundere, ex qua fetum oriri; & primam adulto curam ſepeliendi patris, neque id temere; ſed ſublato myrrhae pondere, tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui ſit, ſubire patrium corpus, in quo ſolis aram perferre, atque adolere; haec incerta, & fabuloſis aucta. Ceterum aſpici aliquando in Aegypto eam volucrem non ambigitur.*

357. *Vincas Iuſtine.* Nota fauſtas acclamationes Imperatoribus fieri ſolitas. Sic infra lib. II. v. 168:

Iuſtino vitam tercentum vocibus optant.

Et v. 308:

. . . . *Aurea plebes*
Tempora Principibus centenis vocibus optant:
Iuſtino vitam partes utraeque reclamant.

Tale eſt illud votum: *De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos*; cuius meminit Tertullianus Apologetico. Exempla plurima acclamationum eiuſmodi ſuppeditant hiſtoriae Auguſtae ſcriptores, quos incredibili diligentia, dexteritateque illuſtratos dedit Iſaacus Caſaubonus.

363. *Ipſum quin etiam exanimum gaudere.* Sic explendam hanc lacunam putavi.

364. *In Angelica mutatum morte figura.* Malim, *in Angelicam figuram*.

366. *Poſuiſſe.* Malim; *impoſuiſſe*.

IN LIBRUM SECUNDUM

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ. 2. D*ominiſque iubebat.* Malim *dominoſque*, quamvis & *iubere alicui* reperiatur. Intelligit autem dominos Iuſtinum, & Sophiam, Auguſtum, & Auguſtam.

5. *Non primum imperii regalia ſigna recepit, Ni ſacrata prius.* Non dubito, quin Corippus ſcripſerit, vel certe ſcribere debuerit:

Non prius imperii regalia ſigna recepit,
Quam ſacrata prius, &c.

9. *Ceraſque micantes obtulit.* Sic infra v. 71: *oblatis ceris*; & lib. IV. v. 317. *obtulit & ceras*. Cereorum oblatio ſacrificii genus erat apud veteres, eorum etiam uſus vetuſtiſſimus in proceſſionibus, quae ſaepe antelucanae erant, ut neceſſarius eſſet uſus luminum.

13. *Cuius ſtelliferum.* Opera creationis luculentis verſibus hic canuntur.

21. *Produxit pronis animalia cetera membris,*

Solum hominem rectum. Manifeſta imitatio Ovidii lib. I. Metamorph. v.84. . & ſeqq:

Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram;
Os homini ſublime dedit : caelumque tueri
Iuſſit , & erectos ad ſidera tollere vultus .

23. *Limum* . Sic repoſui carminis lege poſcente , cum antea legeretur *lutum* .

28. *Perſolvet* . Legebatur antea nullo ſenſu *perſolvi* .

33. *Omne genu* . Ita ſcripſi , pro *omne genus* , πᾶν γόνυ , non πᾶν γένος .

34. *Et non permiſſa videri* . Felix emendatio Ruizii , cum legeretur hic prius , *& non quae iuſſa* ? opponit Poëta ὁρατὰ καὶ ἀόρατα , omniaque pariter Dei oculis patere ait .

39. *Tu ſubiicis hoſtes* . Sumſit ex Pſal. CXLV.

45. *Vox arcana Dei geſtis fit nota peractis* . Sic Ammianus Marcellinus lib. III: *Nam & oracula dubia legimus , quae non niſi caſus diſcrevere poſtremi* . Idque mox tribus declarat exemplis . Sic noſter Corippus infra lib. IV. verſ. 274. , & ſeqq:

Ingens myſterium , magna quod mole latebat ,
Perfectum patefecit opus : via lucida noſtris
Nunc facta eſt oculis .

Sic prophetarum quoque vaticinia a poſteriori potius , quam a priori intelliguntur .

52. *Virgo Creatoris genitrix* . Nota invocationem Mariae , Iuſtiniani aevo iam tum receptam .

74. *Aequiparans* . Et v.80. *Aequiparatque* . Sic ſemper in Ms. Ruizii legebatur *aequiperare* , (quod equidem credo veriſſimum , cum & ipſe in aliis Mſs. auctoribus ita conſtanter legerim , & in vet. gloſſ. ſit *aequiperas* ἐξισοῖς) Cur hanc veterum orthographiam mutavit ?

100. *Pios induitur artus* . Legebatur antea *pius* , manifeſto errore .

104. *Purpureo ſurae &c. Purpura* non niſi Regum , & Imperatorum geſtamen erat . Privato , abſque indultu Principis , eam habere licebat nemini : eiuſque rei delatores , & accuſatores erant : quod & Chryſoſtomus ſatis indicat homil. II. in 2. ad Timoth. Sic Lactantius lib. IV. cap. 7. n. 6. ſcribit : *Romanis indumentum purpurae inſigne eſſe regiae dignitatis aſſumtae* . Imperatores tamen , (ut innuebam) iſtud honoris privilegium quibuſdam interdum indulſiſſe , cum aliunde conſtat , tum ex hoc Chryſoſtomi loco didicimus , qui eſt homil. V. in 1. ad Theſſal: Εἰπὲ γάρ μοι , εἴτις ἁλουργίδος ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ μυρίας ἑτέρας τιμῆς , καὶ κελευσθεὶς ἀξίως ζῆν τῆς τιμῆς , ἀπελθὼν τινὶ προσφθαρείη γυναικὶ , τίνα ὕβρισεν ; ἐκείνην , ἢ τὸν βασιλέα τὸν δεδωκότα ; ὕβρισεν μὲν κἀκείνην , ἀλλ' οὐχ ὁμοίως . Facit huc , quod apud Tertullianum lib. de idololatria cap. 18. legimus : *Purpura tantum honoris nomine conferebatur his , qui familiaritatem Regum merebantur . Unde & purpurati Regum vocabantur a purpura : ſicut apud nos a toga candida candidati .* Eodem refero dictum Chriſti , Matth. XI. 8: Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν ; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον ; ἰδοὺ , οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν . Adi & l. pen. , atque ult. C. de veſtib. holoſeric. Sed & *calcei rubri* , & *rubricatis pellibus* , quas *zanchas Parthicas* vocat Trebellius in Gallieno , ſolis Imperatoribus , praeſertim iis , qui Conſtantinopoli ſederunt , ſacrati erant . Vide Caſaubon. in hiſtor. Auguſtae ſcriptores pag. 598.

113. *Myſterium* . Sinc infra lib. IV. v. 274:

Ingens myſterium , magna quod mole latebat .

Ne quem offendat huius verbi ſyllaba contra proſodiam Graecam correpta ; ſciendum , ſacros Poëtas fere omnes de induſtria ſolere hoc factitare , ut ſyllabas , quae apud Graecos longae ſunt , ipſi breves faciant in huiuſmodi nominibus , quae a Graecis mutuati ſunt . Exempla multa , tum apud alios paſſim obvia ſunt , tum apud Prudentium , ubi & Victoris Giſelini eruditiſſima ſcholia hoc ipſum admonent .

137. *Clypeis ſublimibus* . Sic reſtitui pro *ſublimius* . Obſervandus hic priſcus mos , & ritus inaugurandi Principem , quod videlicet in clypeo erectus ſtans ſublimis per quatuor lectos iuvenes attollebatur . Mos iſte Germanis etiam fuit teſte Corn. Tacito lib. IV. hiſt. cap. 15. n. 4. de Caninefatibus loquens : *Impoſituſque ſcuto , more gentis , & ſuſtinentium humeris vibratus , dux deligitur* . Apud Caſſiodorum var. lib. X. Gothorum R: *Indicamus , parentes noſtros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum ſcuto ſuppoſito , regalem nobis contuliſſe , praeſtante Deo , dignitatem , ut honorem arma darent , cui opinionem bella pepererant* . De Chlodovaeo Francorum Rege electo , Gregor. Turonen. hiſtor. lib. II. cap. 40: *At illi iſta audientes , plaudentes tam palmis , quam vocibus , eum clypeo evectum , ſuper ſe Regem conſtituunt* . Hunc morem Romani quoque milites a Germanis didicerunt , unde illud Herodiani lib. VIII. cap. 8. n. 15: Ἀράμενοι δὲ τὸν Γορδιανὸν , Καίσαρα ὄντα , αὐτοκράτορά τε ἀναγορεύσαντες . *Sublatum in ſublimi Gordianum Caeſarem , Imperatorem declarantes* . Sed & in Graecia idem mos obſervatus . De Hypatio ſeditioſe contra Iuſtinianum electo , ſcribit Zonaras in vita Iuſtiniani : Καὶ ἀσπίδα αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες , ἀναγορεύουσι βασιλέα . Et Curopalates de officiis aulae : Ὁ νέος βασιλεὺς ἐπὶ σκουταρίου κατατεθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος . Nicephorus Gregoras de Theodoro Ducae filio : Ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον βασιλεὺς παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων , κατατεθεὶς ἐπ' ἀσπίδος κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος . *Appellatus poſtea Imperator eſt a volentibus ſubditis omnibus , impoſitus ſcuto , more hac in re recepto* . De ſolemni levatione Imperatorum , vide Pith. adverſ. lib. II. cap. 3. , ad Sidon. Apoll. carm. VII. v. 571.

158. *Lux operum aeterno lucet ſplendore bonorum* . Sic Pindar. Iſthm. IV: Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον

φωνᾶεν

φωνᾶεν ἕρπει ὥς τις οὐ εἴποι τι· καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόντον βέβακεν, ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί. Quae poſtrema quinque verba nullo negotio tranſpoſita, hunc nobis verſum iambicum ſuppeditabunt:

Ἄσβεστος αἰεὶ ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν.

Qui Latinus talis eſſe poſſit:

Operum bonorum lumen extingui nequit:

vel, *inextinctum manet*.

163. *Summoque coronam Imponens capiti, feliciter accipe, dixit*. Sic explevi hunc hiatum, & diſtinxi: poſſis etiam, *feliciter acclamavit*. De hac formula acclamandi recordor aliqua dixiſſe in notis ad Phaedrum, atque ad Guntherum.

178. *Ore pio haec orans ait*. Reſcribe *inquit*, exigente carminis lege.

184. *Ipſius eſt, quodcumque ſumus*. Sic Paullus Apoſtolus I. Cor. XV. 10: *Gratia Dei ſum, quod ſum*. Et idem pro concione in Actis cap. XVII. 28. ait: *In ipſo vivimus, movemur, & ſumus*.

185. *Et rerum certas nobis praebente figuras*. Sic fortaſſis licebit complere hoc carmen. Illud autem mox ſequens: *Componens hominem natus*, ita reſtituo:

Componens hominem naturae foedere iuſſit.

Et mox, *atque regantur*, lego, ac diſtinguo, *utque regantur*.

190. *Corporis arcem*. Sic Q. Serenus Sammonicus:

Principio celſa de corporis arce loquamur.

Et Manilius:

. . . . . . *Stetit unus in arcem*
Erectus capitis.

Vide notas meas ad Serenum. Pulcherrime autem fabricam corporis humani accommodat ad reipubl., atque imperii ordinem, & gubernationem, imitatus magnos auctores. Nota loca Livii, & Apoſtoli Paulli.

198. *Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors*. Etiam hic delitias facit ambiguitate nominis *Sapientiae*, quod & proprium, & appellativum eſt.

231. *Priventur caedes*. Verſus uno tantum verbo mutatus repetitur infra v. 337:

Priventur caedes, ſtudiorum iurgia ceſſent.

Mire autem dictum, *priventur*, pro *auferantur*, *tollantur de medio*.

233. *Subiectis parcite noſtris, Colla ſuperborum confringite*. Alludit ad Virgilianum verſum 853. lib. VI. Aeneid:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

234. *Culpa nocentes puniat ipſa ſuos*. Nam regula eſt iuris, *peccata ſuos tenere auctores oportet, nec ulterius extendi metum, quam reperiatur delictum*; l. XXII. Sancimus, C. de poen., l. XXVI. crimen, ff. eod. tit.

245. *Sic bene promeritos donis reſpublica ditat*. Ita reſtitui, cum antea legeretur *pro meritis*.

249. *Fiſcum ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur*. Elegantiſſima comparatio, qua & Hadrianus Pontifex uſus eſt apud Iohannem Sariſberienſem lib. VI. Policratici cap. 24., ubi ſe de ſiniſtris rumoribus, qui de rapacitate aulae Romanae iam tum paſſim ſpargebantur, excuſat. *Stomachus*, inquit, *licet vorax ſit, & avidus alieni, non ſibi tamen petit, ſed aliis membris, quae, eo exinanito, nequeunt ſuſtentari. Tale eſt, ſi attendas recte, in corpore reipublicae, ubi, licet plurimum appetat magiſtratus, non tam ſibi, quam aliis coacervat. Si enim exinanitus fuerit, nihil eſt, quod membris valeat impartiri. Nam ſtomachi in corpore, & Principis in republica, idem officium eſt, ſecundum illud Q. Sereni:*

Qui ſtomachum dominum totius corporis eſſe
Contendunt, vera niti ratione videntur.

254. *Omnia ſufficiunt*. Legebatur prius, *omnibus ſufficiunt*.

263. *Factumve, actumve*. Legebatur, *factum actumve*.

267. *In caelo*. Legebatur *in caelum*.

268. *Hanc mundi faciem tranſiſſe*. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, inquit Paullus I. Cor. VII. 31., ad quem locum Corippus hic procul dubio reſpexit. Inde ſymbolum nobis delegimus: *Figura mundi praeterit*.

273. *Nec laedi quemquam ſinimus ſub nomine fiſci*. Sic Traianus, optimus Princeps, cum procuratore fiſci ſui pari libertate litigari voluit, qua cum adverſario quovis privato; adeo *numquam mala cauſſa eſt fiſci*, niſi *ſub bono Principe*, ut argute ait Plinius in Panegyrico cap. 36. n. 4., Eſtque memorabilis eiuſdem Principis vox, fiſcum lieni ſimilem eſſe, quo nimium creſcente, ceteri artus contabeſcant.

314. *Emittunt dextras pariter, pariterque remittunt*. Significat eas, quas Graeci χειροτονίας vocant. Mutilarat nobis hunc verſum librarius eadem occaſione, qua & alios, quum putaret perperam iterari eamdem vocem. Sic ſupra v. 201: *ſede ſedens una*, omiſerat librarius τὸ *ſede*; ſic v. 359: *Itque tumultus Per laetos ingens, ingens fremit undique murmur*; ubi τὸ *ingens*, ſemel tantum poſitum erat cum detrimento verſus.

337. *Promitto*. Fortaſſe haud inepte, *permitto*.

341. *Non patitur ſaeclorum ſecta meorum*. Sic ſaepe in reſcriptis ſuis Imperatores in Cod. *Secta meorum temporum non patitur*. Item *diſciplina meorum temporum &c.* Vide exempla collecta diligenter a Fr. Iureto in notis ad Symmachum. Plura quoque attuli in Comment. ad lib. X. epiſtol. Plinii, & Traiani pag. 350.; quibus adde ea, quae notavit Gruter. diſcurſ. II. in Tac. part. I. pag. 16.

345. *Iuſtitiam quicumque facit, fora nulla timebit*. *Iuſto* enim *non eſt lex poſita*, inquit Paullus I. Timoth. I. 9. Hinc & Sophocles: Σὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν. *Cauſſa in bona fidente ani-*

animo eſſe condecet. Similia apud Plautum Amphit. act. II. ſc.2: *Quae non deliquit, decet audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & proterve loqui*. Et Pſeud. act. I. ſc.5., & Phaedrus lib. IV. fab. 25. v. 18., & ſeqq:

Excedit animus, quem propoſuit terminum;
Sed difficulter continetur ſpiritus,
Integritatis qui ſincerae conſcius,
A noxiorum premitur inſolentiis.

347. *Eſte quieti*. Legebatur vitioſe *eſtote*.

359. Rationem emendati, vel potius ſuppleti verſus reddidi ſupra ad v.314.

361. *Spoliant ſubſellia*. Scilicet corporibus ſuis; id eſt, nuda relinquunt. Eadem fere dictum ratione, qua ſupra v.232., & v. 337. *privari caedes*, dixit.

363. *Chartis implevit arenam*. *Chartas* intellige vel *libellos ſupplices*, vel potius *ſyngraphas*, quas v. 390. vocat *cauta*; id eſt, cautiones, ſeu chyrographa, quae Iuſtinianus ſuis creditoribus dederat. Reliquit enim moriens magnum aes alienum, quod initio ſtatim imperii ſui diſſolvit Iuſtinus, combuſtis in omnium conſpectu ſyngraphis.

369. *Nos noſtra iubenti credidimus Domino*. Nimirum, iubet rogando quum rogat potentior; quamvis alioquin ut ceteri contractus, ita & mutui, conſenſu conſtet, ſitque voluntarius. *Credendi* verbum, hic de *mutuo* uſurpari, manifeſtum eſt, ut quum dicimus *creditae pecuniae actionem*, ſignificat eam, quae de mutuo datur.

371. *Veſtrum eſt, quod mundus habet*? Siquidem verum eſt. *Imperatorem mundi eſſe dominum*, de quo noſtri diſputant ad l. ἀξίωσις IX. ff. ad l. Rhod. de iact., & l. bene a Zenone C. de quadr. praeſcript. Vide & Senecam lib. VII. de benefic. cap.4., & 5: *Iure civili*, inquit, *omnia Regis ſunt. Et tamen illa, quorum ad Regem pertinet univerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt: ut unaquaeque res habet poſſeſſorem ſuum. Itaque dare Regi & domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus: nec donare illi de ſuo dicimur. Ad Reges enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Sub optimo Rege omnia Rex imperio poſſidet, ſinguli dominio.*

373. *Unde tributa tuis ſuccedunt annua rebus, Deficiet ſi noſtra manus?* Subiecti nimis preſſi, gravati, atque exhauſti, non ſufficiunt tandem tributis pendendis. *Novis indictionibus preſſi, ad vetera tributa deficiunt*, inquit Plinius Panegyr. ad Traianum cap.29. v.4. Hinc de ſui aevi Gallia Sidonius carminum V:

Gallia continuis quamquam ſit laſſa tributis.

Vide & Salvianum de gubernat. Dei lib. V., & Savaron. ad Sidon. lib. V. ep.17. Quare callidiſſimus Princeps Tiberius recte aiebat: *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere*; ſemperque laudati ſunt Principes, qui tributa minuerint, ut Gratianus Imp., de quo Auſonius in gratiarum actione; ut Valens, de quo Themiſtius Euphradas Oratione de pace; ut Iulianus, qui ipſe de ſe in Miſogone teſtatur, *ſe quinctam* partem Antiochenſibus remiſiſſe.

380. *Se pietate ſubegit legibus ultro ſuis*. Exemplum hoc pertinet ad l. IV. C. de legib., & l. Princeps ff. eod. l. XXIII. ex imperfecto, D. de leg. III., l. III. C. teſtam. §. ult. Inſt. quibus mod. teſtam. inf. Adde, quod in contractibus Princeps eodem, quo privati, iure uti debeat.

389. *Cauta recepit*. *Cauta*, vocat ſyngraphas, ſeu obligationes, ſeu inſtrumenta, quae uſitatius *cautiones*. *Recauta* ſunt apochae, quibus cautiones vacuantur, ut S. Auguſtini faciam mea. Vide Cuiacium in expoſit. Nov. CXXX., ubi & Suidam allegat. *Cauta* & *cautiones*, ut pacta & pactiones, conventa & conventiones, idem. Vocantur *cauta*, etiam ſecuritates. Exempla collegit Savaro ad Sidon. lib. V. ep. 13. De ſuſcepta vet. interp. Nov. LXXII.

398. *Elatiſque oculis*. Id eſt *ſublatis*, ſcilicet in caelum; alias *elati oculi*, ſunt ſuperbi.

400. *Mentem calcavit habendi*. Rectius dixiſſet *cupiditatem*, vel *amorem habendi*, quam mentem, ſi verſus paſſus fuiſſet. Significat autem θυμὸν κρέττονα τῶν κτεάνων, ut ait Pindarus. Praeclare Horatius lib. I. ep.10. v.47., & ſeq:

Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique,
Tortum digna ſequi potius, quam ducere, funem.

401. *Publica privato dum debita redderet auro.* Sic implevi verſum, in quo deerat particula *dum*.

409. *Neſcit ſervare pudorem Rebus in afflictis ingens dolor*. Sic & *nimiae laetitiae decoris ſunt, & gravitatis immemores*, ut ait Mamertinus Panegyrico in Iulianum cap.29. num.2.

413. *Caeſaris ante caram*. Recte explicat Ruizius: quibus adde haec ex Feſti decurtatore Paullo: *Caput ex Graeco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt*. Sic σχῆμα Graecorum apud Latinos in ſchema migravit.

421. *Solvi cunctos a crimine iuſſit*. Solius enim Imperatoris eſt, capitalis criminis gratiam alicui facere, & vitam donare. Eiuſdem quoque eſt, reſtituere famam, quae vita comparari ſolet, & pari cum ea paſſu ambulare dicitur. Vide Caſſiod. III. var., & Symm. III. epiſt.

IN

IN LIBRUM TERTIUM
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ. 6. *Ante fores iam turba fuit*. Sic reſtitui, quum antea hinc abeſſet *turba*.

12. *Triſte miniſterium*. Virgilianum hoc eſt lib.VII. Aen. v.19: *Foeda miniſteria*.

13. *Stramina*. Sic veſtes *ſtragulas* appellat, ne quis ſtramina ex culmis ruſticorum hic exaudiat.

22. *Thura Sabaea cremant*. Et mox v.25: *Sacrum ſervantia corpus*. Sic Aurelius Prudentius Clemens cathemerin. X. v.51., & ſeq:

Aſperſaque myrrha Sabaeo
Corpus medicamine ſervat.

Plura de unguentis, & aliis rebus ad arcendam putrefactionem cadaveribus adhiberi ſolitis, diligenter adnotavit Iohannes Kirchmannus lib. I. de funerib. Romanor. cap.8.

27. *Auguſto melior*. Acclamabant Principibus novis: *Felicior Auguſto, melior ſis Traiano*. Vide Iohan. Sariſberien. lib.V. policrat. cap.8., & quae notavi ad lib. III. Guntheri cap.2.

31. *Nos flemus triſtes*. Simili antitheto uſus eſt Carolus M. in epitaphiis verſibus, quibus decoravit Rolandum, ſororis ſuae filium:

Tu patriam repetis, triſti nos orbe relinquis:
Te tenet aula nitens, nos lacrimoſa dies.

39. *Maeſtaque funereas accendunt agmina ceras*. Notiſſimus veterum Paganorum mos, efferre mortuos cum facibus cereis; hinc etiam *funus*, a funibus, ſeu funalibus accenſis dictum volunt grammatici Donatus, Servius, Iſidorus. Eumdem morem etiam Eccleſia retinuit, hac ſignificatione, quaſi defuncti tamquam athletae quidam deducantur facibus accenſis, & praeportatis, ut devicto ſaeculo ad ſupremum illum βραβευτὴν, ac deſignatorem pergant, coronas, ac praemia pugnarum ſtrenue pugnatarum percepturi. Docet me hanc ſignificationem S. Chryſoſtomus homil.IV. ad Hebr: Εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; οὐχ' ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς προπέμπομεν. Alluſit ad eumdem morem & Alcimus Avitus lib.V:

Nulla vacans a morte domus, dum lumine multo
Tota curatur populoſum funus in urbe.

42. *Levitarum venerabilis ordo*. Iſidorus lib.VII. etym.12: *Levitae*, inquit, *ex nomine auctoris vocati: de Levi enim Levitae exorti ſunt, a quibus in templo Dei myſtici ſacramenti myſteria explebantur*. Hi graece *Diaconi*, latine *Miniſtri* dicuntur: quia, ſicut in *Sacerdote conſecratio*, ita in *Diacono miniſterii diſpenſatio* habetur.

43. *Virgineus tonat inde chorus*. Τῶν γυναικῶν τῆς κλίνης ἡγουμένων καὶ ψαλλουσῶν, Iuſtinianus quoque (cuius hic exſequiae ducuntur) meminit Nov. LIX. Sed cur *hymnos*, & *pſalmodias* funeribus Chriſtiani, ut hodieque facimus, accinebant? Nimirum, ut gratias Deo agerent, quod eum, qui e vita exceſſit, iam a laboribus liberarit, quod metu mortis exemtum, ſecum habeat immarcibili ornaturus corona. Docuit nos hoc quoque, ut multa alia, S. Chryſoſtom. homil.IV. ad Hebr: Εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν Θεὸν δοξάζομεν καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα, ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν, ὅτι τῆς δειλίας ἐκβαλὼν ἔχει παρ' ἑαυτῷ; οὐ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; ταῦτα γὰρ πάντα χαιρόντων ἐστί. Nec dubitat ſanctus, & graviſſimus Orator affirmare, Deum ipſum iſtiuſmodi quaſi munimenta humanorum animorum exſtruxiſſe (hoc enim eſt ἐπιτειχίσαι, quo verbo Chryſoſtomus utitur) ad perverſam illam conſuetudinem plangendi, & mortuos inſolabiliter lugendi evertendam. Plura vide apud Kirchman. lib.II. de funeribus Roman. cap. 6.

44. *Funduntur lacrimae ritu nivis*. Sic infra lib.IV. v.12: *more nivis*. Homerus χιὼν ὥς.

46. *Manantes oculi*. Legebatur perperam *madentes*. Sed nemo non videt rectum eſſe *manantes*; quod Kirchmannus quoque agnoſcit lib. II. cap.11., ubi hunc locum allegat.

55. *Tranſitus ob cauſſam*. Impegit Poëta in regulam proſodiae corripiendo ultimam ſyllabam *tranſitus*. Sic alibi primam in *flagitant* brevem facit ἀλόγως.

61. *Pius ipſe*. Intelligit Imperatorem Iuſtinianum, q. d: Ὁ μακαρίτης· ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως. ut Imperator de retro Principibus loqui amat in Novellis. Quare non probo coniecturam Ruizii, legere volentis *prius* pro *pius*.

80. *Romani iubar imperii, decus addite cunctis Retro Principibus*. Sic reſtitui lectionem, & diſtinctionem huius loci, qui ab utraque prius vitioſus erat. *Retro Principes*, ſaepe etiam a Iuſtiniano, aliiſque paſſim in libris *Iuris civilis* dicuntur *anteriores*, οἱ ἔμπροσθεν, οἱ πάλαι βασιλεῖς. Sic *retro Principum diſpoſitiones*, & *retro latae ſanctiones*, & *a multis retro ſaeculis*, & *retro familiaritas*, *retro iuvenes*, *&c.* Eſt enim manifeſte graeciſſans ellipſis.

88. *Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat*. *Sarephtha*, *Saraphta*, *Saraſa*, promiſcue haec urbs Phoenices deſignatur. Vino fuit nobilis, inde dicit Alexander Trallianus lib.I. c.13: Καὶ ὀλίγον οἶνον . . . καὶ μάλιστα τὸν ὑδατώδη, οἷός ἐστιν ὁ Κνίδιος, καὶ ὁ Σάμιος, καὶ ὁ Σεραφθῖνος, *& vinum exiguarum virium, & potiſſimum aquoſum, quale eſt Cnidium, Samium, & Serephtinum*. Contra Fulgentius lib. II. Mythologicon, ubi de Dionyſio: *Indos vero viciſſe, quod haec gens valde ſit vino dedita, duobus ſcilicet modis, ſive quia fervor ſolis eos faciat potatores, ſive quia ibi ſit Seraptenum vinum, vel Meriotanum, cuius vini tanta vir-*

 tus

tus eſt, quod vix quamlibet ebrioſus ſextarium toto menſe bibat, &c.

94. *Limina ſervans.* Legebatur male *lumina.*

119. *Ingeniis hominum poſt mortem vivere fama.* Legebatur antea *famam.* Imitatur verſum vulgo notum:

Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.

Quam ſententiam pluribus expolivit Ovidius, nec non Cicero in ea pro *Archia*, & magnifice de ſuis carminibus Horatius:

Exegi monumentum aere perennius.

lib. III. od. 30.

125. *Terreret Capitolia.* Legebatur vitioſe una littera minus *terret.*

126. *Fabula.* Sermo, confabulatio.

127. *Nomen honorum.* Honoratum. Sic alibi Corippus dixit *honoram lucem*; & lib. IV. v. 86: *Quidquid latet, exſtat honorum*; & v. 332: *ſenio honoro.*

130. *Deceſſorem.* Anteceſſorem in imperio, cui mox opponit ſucceſſorem. Gloſs. vetus *deceſſor*, προεστάμενος, & altero Gloſſar. προηγησάμενος, *anteceſſor, deceſſor, praeceſſor. Deceſſores.* διακάτοχοι. malim διάδοχοι, ut in eodem Gloſſario *deceſſiones*, διαδοχαί. Nam διακάτοχος in altero veteri Gloſs. vertitur *poſſeſſor, detentator, retentator*; & διακατοχή, *poſſeſſio*; & διακατέχω, *obtineo, poſſideo, retineo, detento.*

138. *Sed non in ſegnes ſolverunt pectora ſomnos, Invigilant animi.* Manifeſta imitatio Homeri: cuius haec ſunt Iliad. II:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Hoc eſt:

Tota nocte virum regem dormire pudendum eſt,
Cui populi, cuius commiſſa negotia curae
Maxima ſunt.

Vel:

Nec decet, integras ſomno traducere noctes,
Quem moles premit imperii, populiſque ſalus cui
Eſt curae cordique ſui.

148. *Noſtrae Sapientia linguae.* Rurſus ad nomen Imperatricis Sophiae alludit, ut ſaepe ſupra.

152. *Placido verno. Vernum*, ſubſtantive dixit pro *verno tempore*, ſeu *vere.*

158. *Scholaque ipſa palati eſt.* Scholam palatii vocat totum coetum officia aulica adminiſtrantium, ut infra quoque v. 188. lib. IV. Saepe uſurpatur hoc verbum in poſterioribus libris Codicis Iuſtiniani. Interpoſui autem hic τὸ *ipſa*, quod cum detrimento verſus aberat.

160. *In rebus agentum. Agentes in rebus* dicebantur & *magiſteriani*; quod ex Novellis recte notavit Cuiac. ad tit. XX. lib. XII. Cod. Adde auctoritatem vet. Gloſſarii, ubi bis legas, *agens in rebus*, μαγιστριανός; & fortaſſis reſcribendum μαγιστεριανός, una ſyllaba auctius. Sic Novella LXXXVI. Iulianus *magiſterianum* peritiſſime interpretatur, *agentem in rebus*, probante ibidem Cuiacio in fine expoſitionis ſuae. De officio eorum vide d. t. C., & tit. ſeq. *de Principibus agentium in rebus.* De hoc genere hominum ſcitum eſt illud Iuliani Imperatoris: *Rapere non accipere ſciunt agentes in rebus*; quod apophthegma ille protuliſſe dicitur, inductis quadam ſolemnitate agentibus in rebus in conſiſtorium, ut aurum acciperent, quum vidiſſet quemdam ex eorum conſortio, non ut moris erat expanſa chlamyde; ſed utraque manu cavata ſuſcepiſſe. Vid. Amm. Marcell. lib. X.

162. *Mandante magiſtro.* Is erat, ad quem diſciplina morum in palatio pertinebat, quaſi iudicem, & magiſtrum officiorum aulicorum, quales ſunt *cubicularii* lib. III. C. de praepoſ. ſacr. cub. *Caſtrenſiani*, & *Miniſteriani* l. III., & IV. C. & miniſt. *Silentiarii* l. IV. C. de ſilent. *Decani* l. II. C. de dec., qui omnes obſequio, & miniſterio Principis dediti erant. Denique *magiſter officiorum*, eſt magiſter τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, vel ut Theocritus ait, ἡγούμενος τῶν βασιλείων. Vide Cuiac. in patat. C. ad tit. de offic. mag. off. Huic ſimilem arbitratur eum, qui in Galliis *Prevoſt de l'hoſtel*, h. e. quem vulgo *praefectum aulae*, den E ſmeuter, appellitamus.

163. *Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum. Officia* & hic, & infra lib. III. v. 265., lib. IV. v. 104., & v. 236., aliquoties poſuit per tropum metonymiae, pro *ipſis hominibus officiariis*, ſeu *officia gerentibus.* Sic *cuſtodiam* iureconſulti ſaepe vocant ipſum hominem, qui in cuſtodia, ſive vinculis habetur l. XXVIII. §. in exſulibus, ff. de poena l. XII. de cuſt., & exhib. reor. alibi. Sic mox v. 165. *ingens excubitus*, & lib. IV. v. 241. dicuntur multi excubitores.

271. *Exſtantes.* Legebatur male *extantis.*

176. *Vertice ſidera pulſant.* Sic Boethius proſ. I. de philoſophia inquit, *vertice pulſat caelum.* Uterque imitatione Horatii lib. I. od. 1. v. 36:

Sublimi feriam ſidera vertice.

177. *Et laeva, dextraque acies adſtare videres. Laevaque dextraque*, in Ms. ſuo ſe legiſſe teſtatur Ruizius. Cur igitur mutavit *&* *laeva*? *Quia*, inquit, *perverſe, ita fuit.* Cor Ariſtarchi! An non multa ſimilia apud praecipuos Poëtarum legerat?

186. *Omnia ſuccumbunt flammis melioribus aſtra.* Melioribus, praeſtantioribus τοῖς κρείττοσι. Elegantiſſime ſolem facit regem aſtrorum, qui omnia alia aſtra ſimul & obſcuret, & paſcat ſua luce.

208. *Indignis intrare volentibus.* Τὸ *intrare*, bis ſumendum: *volentibus intrare, ſed dignis intrare.*

214. *Caſtrorum turba virorum. Eunuchos* ſignificat, etiam illis verbis, quae proxime ſequuntur, *Illis ſumma fides, &c.*

221. *Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes agmina.* Eiuſdem προσωπογραφίαν pulchram vide & infra lib. IV. v. 366. Imitatur autem hic Virgilianum illud: *Et toto vertice ſupra eſt.*

238. *Im-*

238. *Immenſaque atria luſtrans*. De induſtria noluit abſorbere, aut elidere vocalem *e* ante *a*, perinde, ut infra lib. IV. v.28: *more apum*. Similia exempla olim obſervavi apud Q. Serenum Sammonicum.

242. *Lanceas*. Nota συνίζησιν.

244. *Aliud caelum*. Ἄλλον ἢ ἕτερον οὐρανὸν, id eſt *caelo ſimile*. Sic ἄλλος ἡρακλῆς dicitur, qui Herculi ſimilis eſt robore. Sic alia ad eamdem faciem dicta paſſim reperias.

262. *Longiſque implent ſpatioſa capillis atria*. *Capillis*, quos ſupra Fragmenti v. 4. *colubrimodos* vocabat.

274. *Cuius Threicium potis eſt exercitus Hebrum Exhauſto ſiccare lacu*, &c. Significat barbarus legatus, Regem ſuum maximas ductare copias. Sic Xerxis copiis potantibus amnis Chidorus non ſuppetiit, ſed defecit, ut ſcribit in Polymnia Herodotus. Ad quem reſpiciens Iuſtinus lib. II. cap. 10. num. 18., & ſeqq: *Iam Xerxes ſeptingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis; ut non immerito proditum ſit, flumina ab exercitu eius ſiccata, Graeciamque omnem vix capere exercitum eius potuiſſe*. Sic & *iumenta eius, quum aquarentur, lacum, qui in circuitu triginta quaſi ſtadia habebat, exſiccarunt*; eodem teſte Herodoto. Nota hic exemplum θρασυλογίας, iactantiae, & magniloquentiae.

277. *Genibuſque minantis Admovere manus, pacem & meruere precando*. Deerat τὸ *&*, quod repoſui. Ritus ſupplicum tangere genua, velut miſericordiae ſacra. Sic Tacit. lib. XV. Annal. cap. 71. n. I. de Nerone: *genua ipſius advolvi*. Plinius lib. II. hiſt. nat. cap. 45: *Hominis genibus quaedam & religio ineſt obſervatione gentium; haec ſupplices attingunt, ad haec manus tendunt; haec ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis vitalitas. Namque in ipſa genu utriuſque commiſſura dextra laevaque a priore parte gemina quaedam baccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu vinculis ſpiritus fugit*, &c.

282. *Curſus qua frenat aquarum*. Sic Virgil. IV. Georg. v. 135., & ſeq.

... Quum triſtis hiems etiam nunc frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum.

284. *Extenſos vitrea teſtudine poſtes*. Al. *Et tectos vitrea teſtudine pontes*.

287. *Concreta tegebant*. Al. *Cum cruſta tegebat*.

295. *Ivimus in fluctu*. Prius erat *fluctus*.

303. *Annua ſolatia*. Sic vocat munera ſolemnia, quae infr. v. 350. *proviſa*, vulgo *proviſiones* dicuntur; vocat etiam v. 347. *pacta*, & v. 349. *dona*. *Solatia* in hac ſignificatione non raro reperias etiam in Iure noſtro, ut in L. XIII. §. I. comm. praed., ubi Alciat. *ſalarium* legendum putat, a quo ſignificationum differentia nos cogit diſſentire; & pro alimentis, & ſalariis etiam uſurpari obſervatum a viris eruditis in Cod. Theod. tit. de navicular. l. XXXII. *ſolatiis pro mercedula praeſtitis*; ita legendum quoque in L. VI. C eod. t. *ſolatia annonarum* in l. un. C. de annon. & capit. Ita legendum quoque eſt in L. VI. C. de navicul. lib. XI. ſecundum veteres ſcriptos Codd., & Cod. Theodoſ. in l. XXXII. eod. tit.

304. *Sanctus quae praebuit ille, Vos etiam praebere decet*. Geminum plane in modum Romani apud Guntherum lib. III. v. 351., munera poſcunt Imp. Fridericum I:

Largaque Romanae perſolvas munera plebi.

Quibus ille non minus maſcule, atque animoſe reſpondit, quam hic Iuſtinus Avarum legato.

311. *Quantum eſt legatis conceſſa licentia*. Officium legati eſt, non abuti ſua licentia, quaſi idcirco ſibi, quidquid libeat, etiam liceat, deceatve, quia iure gentium ſit ἱερὸς καὶ ἄσυλος. Vid. Alber. Gentilis *de legationibus*.

317. *Ventoſis inflata ſuperbia verbis*. Sic Plinius in Panegyrico de Aegyptiis plane geminum in modum cap. XXXI. 2: *Superbiebat ventoſa, & inſolens natio*, &c.

318. *Ignavae mentis deformia*. Id eſt, deformitatem, ac turpitudinem prodit animi faſtuoſa oratio tua. Oraculum enim eſt illud Iſocraticum: Τὸ ἕτοιμον εἰς λόγους, ἀργὸν εἰς τὰς πράξεις, uti & illud Terentianum Heaut. II. IV. 5: *Mihi quale ingenium haberes, indicio fuit oratio*.

334. *Bellum non ingerit ultro: Suſcipit illatum*. Sic paullo ante v. 330: *Pacem diligimus, numquam fera bella timemus*. Et Plinius ad Traianum cap. XVI. I: *Sed tanto magis praedicanda eſt moderatio tua, quod, innutritus bellicis laudibus, pacem amas; nec, quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuae die dicata Capitolino Iovi laurus, idcirco ex occaſione omni quaeris triumphos. Non times bella; nec provocas*. Unde hunc aliquando verſum feci:

Nec provocanda, nec timenda bella ſunt bono duci.

374. *Divino ſibimet plus conſulat*. Malim: *Et Domino ſibi ne plus conſulat*.

385. *Pubes Alamannica*. Addenda copula, & legendum *pubeſque*.

398. *Sperate*. Pro *timete*; ut apud Virgil. I. Aeneid. 547:

At ſperate deos memores fandi, atque nefandi.

IN LIBRUM QUARTUM
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ. 11. *Divitias vulgo ſolemni munere donans.* Sic infra v.71., & ſeqq:

Et donis aptare ſinus, quae plurima conſul
In plebes miſſurus erat.

Significat *miſſilia*, in vulgus a novo Conſule ſparſa, quae elegantiſſime *aureum imbrem* vocat infra v.72., & ſeq.

43. *Natabile.* Malim *natatile.*

63. *Motuſque faventis Ferre queant populi*: & mox: *Manibuſque favere.* Theatrorum, ac circi verba ſunt *favere*, & *favor*, quae non ſignificant tacitam benevolentiam, ſed eam, quae voce, acclamationibus, ac geſtu, & applauſu exprimeretur, εὐφημίαν, ἐπιβοᾶν, quod late probat Iſ. Caſaubonus in not. ad Fl. Vopiſcum p.525., ubi etiam hunc ipſum laudat Corippi locum.

82. *Quos illic ludos, quae ſeria vulgus habebat.* *Seria*, legebatur *feria*; ſed opponit Corippus ludos, & ſeria, in quae duo tota hominum vita diſtinguitur.

84. *Mille voluptatum ſpecies.* Voluptates ſaepe abſolute dici ludos, & ſpectacula, notarunt iam pridem doctiſſimi viri. Vid. Iſ. Caſauboni not. in Treb.Pollion., & Fr. Iuret. miſcell. in Symmach. lib. II. ep. 46., ubi multorum locis auctorum hoc ipſum confirmat. Iis & hic addi poteſt Corippi verſus, & Iuſtiniani Novell. CV. de Conſulibus, ubi ait: Τὰς θέας πρὸς ψυχαγωγίαν ἄγειν τοῦ δήμου, καὶ ταύτας ὁρίζεσθαι εἴς τε ἱπποδρομίαν, εἴς τε τὰς τῶν θηρίων θέας τε καὶ ἀμοιβὰς, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς τε καὶ θυμέλης ἡδυπαθείας. Quid tamen de iſtiuſmodi voluptatibus ſpectaculorum ſit ſentiendum, & quam pernicioſae fuerint bonis moribus, & quam opportunae corrumpendis animis, videri poteſt apud Tertullianum, Chryſoſtomum, Salvianum, aliosque Eccleſiae doctores. Vide ſacras noſtras lectiones.

85. *Ut plus mirentur, obumbrant: quod vulgo eſt, vile eſt.* Praeclara ſententia, oraculi inſtar habens, quam vulgus ita effert: *quod rarum eſt, carum eſt: viléſcit quotidianum.* Huc & ſententia pertinet P. Syri Mimi:

Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.

Et Plutarchus ait: Ἐξευτελίζει τὴν τοῦ θείου σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια. Contra vero ἀγνωσία σεμνότης ἐστὶ τῶν τελετῶν. Sacrorum dignitatem, ac venerationem tuetur *ignoratio*, ut eſt apud Syneſium. Hinc & *myſteria* ipſa nomen acceperunt, παρὰ τὸ μύειν, a *claudendo, tegendo, occultando.* Quo refero inſignem locum Varronis citatum ab Auguſtino lib.I.I. de C. D. cap.31: *Multa ſunt vera, quae non modo vulgo ſcire non eſt utile, ſed etiam tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populum expedit.* Et ideo Graeci τελετὰς, *ac myſteria taciturnitate, parietibuſque clauſerunt.*

91. *In ſe volventis veſtigia flexerat anni.* Alluſit ad verſ.402. Virgil. II. Georg:

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Simul & illud ex I. Aeneid. v. 238. imitatur: *Olim volventibus annis.*

94. *Menſum.* Pro *menſium*, dixi olim in exercitationibus Auſonianis.

96. *Et finit ſine fine dies.* Ὀξύμωρον, cuius exempla ad Oppianum quondam notavi.

101. *Certabantque ipſi iucunda palatia caelo.* Legebatur *ipſo*.

103. *Dona Calendarum.* *Strenas*, de quarum origine, & etymo vid. Symmachum lib. X. epiſt. 28.

142. *Senatorum ſacro citantur ab albo Nomina, Conſcripti Patres, qua voce citati.* Malim *qui.* Nota, quod de albo Senatorum, & citatione nominum ait Poëta: quod licet addas iis, quae de albo Senatorum, & Iudicum, atque Decurionum obſervavit D. Gothofredus, ad tit. ff. de albo ſcribendo. *Album* in veteri Gloſſ. vertitur λεύκωμα.

148. *Convectant.* Legebatur *connectant.*

153. *Nectunt.* Ita reſtitui pro *nectant.*

166. *Divina referre Nec virtus hominum, nec ſenſus ſufficit ullus.* Sic ſupra v.143. lib.III:

Admiranda magis, quam connumeranda fateri
Humanum decet ingenium. Quis carmine digno
Tot divinarum miracula pandere rerum
Sufficiat?

Nazarius Panegyrico ad Conſtantin. Auguſtum cap.5: *Exiſtimare de Principibus nemini fas eſt. nam & in veſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta veneratio, & ſi qui mentem propius adiecerunt,* (ita lego partim ex Ms., partim ex coniectura, alias *adegerunt*), *quod oculis in ſolem ſe contendentibus evenit, praeſtricta acie videndi facultate caruerunt.* Similes apud Salomonem multae ſunt ſententiae. Boëthius conſolat. philoſoph. lib.V. proſ.6: Ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὡς πάντ' ἀγορεύειν. *Neque enim fas eſt homini cunctas Divini operis machinas vel ingenio comprehendere, vel explicare ſermone*: quamquam Boëthius de Dei rebus; at Corippus, de Principis loquitur. Sed & Principem in terris conſtat eſſe quamdam imaginem *Deitatis*, ut recte, & ſacris quoque litteris convenienter, ſcribit Iohan. Sareſberienſis lib. VI. cap. 25. Sic Plinius Panegyrico ad Traianum cap.80. n.5., & 6: *Ipſe mundi parens ... te dedit, qui erga omne hominum genus vice ſua fungereris.* Et notiſſima eſt Dei vox in Pſalmo LXXXII. comm.6., ſic Principes alloquentis: *Ego dixi, vos dii eſtis.*

184. *Littera rerum Pars magna eſt.* Quo melius

lius haec de litterarum eruditionis praeſtantia, utilitateque a quovis intelligantur, operae pretium erit, illuſtrem ea de re locum ex libro XII. Bibliothecae Diodori Siculi evolvere, ubi legem quamdam Charondae, quam is de litterarum ſtudiis tulit, egregiis depraedicat, & extollit verbis: Ἔγραψεν οὖν καὶ ἕτερον νόμον ἀπὸ τούτου κρείττονα ...... καὶ δημοσίας ἐπιμελείας τε καὶ δαπάνης ἠξίωσε. Addit deinde, quum anteriores legislatores medicis corporum ſtipendia ex publico conſtituerint, Charondam tanto meliori iure haec decreviſſe litterarum doctoribus: Ὅσῳ (ſic lego, non ut vulgo ὅτι) οἱ μὲν τὰ σώματα θεραπείας ἠξίωσαν, ὁ δὲ τὰς ψυχὰς, τὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε· κἀκείνων μὲν τῶν ἰατρῶν εὐχόμεθα μηδέποτε χρείαν ἔχειν. Τοῖς δὲ παιδείας διδασκάλοις ἐπιθυμοῦμεν ἅπαντα τὸν χρόνον συνδιατρίβειν.

188. *Perque ſcholas*. Legebatur *per ſcholas*.

212. *Penduntque*. Legebatur *pendentque*.

237. *Sectis*. Forte, *lectis*.

244. *Ornatus trabea*. Sic ſupra v. 124: *trabea ſuccinctus*, vel uno verbo *trabeatus*, quo utitur initio huius libri IV. v. 10:

Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula:

& infra v. 31., & ſeq:

. . . *Trabeatus ab aula Egrediens*.

245. *Ore, humeriſque potens*. Placet coniectura Ruizii *patens*: ut ſit *exſtans*, *prominens*, *ſublimior ceteris*.

264. *Sanxerat Auguſtui Sophiae cognomine templum, Romanum princeps quum Iuſtinianus haberet Imperium*. Duo praeſtantiſſima pacis opera reliquit Iuſtinianus, quibus ſui nominis memoriam toti poſteritati commendavit. Unum eſt *templum* Sophiae, quod Chriſto aeterni Patris coaeternae Sapientiae dedicavit: Alterum eſt *Corpus iuris*, cuius pulcherrimam partem, videlicet *Pandectas*, ipſe ſanctiſſimum templum Iuſtitiae appellat. Horum operum talem quondam inſtitui comparationem, & celebrationem:

Iuſtitiae, Sophiaeque olim auguſtiſſima templa
Sunt ſtructa auſpiciis, Iuſtiniane, tuis.
Illud iuris amor, legum & ſtudioſa voluntas,
O Aſtraea, tibi, filia cara Iovis:
Hoc tibi ſacravit, Patris Sapientia, Chriſte,
In cultus pietas officioſa tuos.
Materies illi leges ac ſcita fuerunt
Prudentum, & Latiis Caeſaribus placita:
Materiem lapides huic & caementa dederunt
Argentum, & gemmae, & fulva metalla, ſuam.
Haec educta fuit fabris ad ſidera moles:
Organa quis ſerrae, malleus, atque manus.
Illa Triboniano erecta eſt ſtructura magiſtro:
Ingenium & calamus malleus huius erat.
Barbara detinet hoc iam gens Muhametica captum,
Et miſere ſpurcat foeda ſuperſtitio.
Illud deſuetumque diu, tenebriſque ſepultum,
In lucem Saxo protulit, atque forum.
Tempore iam ex illo redivivi gloria Iuris
Romulei in terris, & ſuper aſtra volat:
Muneribuſque aras onerantes templa frequentant
Haec, quos ſol oriens occiduuſque videt.
Dic, utrum melior templum fortuna ſequatur:
Anne ſacrum Sophiae, Iuſtitiae anne ſacrum?
Scilicet ingenii monimenta perennia durant;
Sed quod opus manus haec condidit, illa ruit.
Nominis, o bone Chriſte, tui conſurgito vindex,
Et Sophiae ſanum redde age Chriſticolis.

290. *Inde probatur*. Sic reſtitui pro *ibi*. Error natus ex notis *i* utrumque ſaepe librariis eſt, & *ibi*, & *inde*.

293. *Indiviſa manens Patris Genitique poteſtas*. Praeclara Chriſtianae, & orthodoxae fidei confeſſio, compluribus verſibus expoſita, ad normam Symboli Nicaeni, & Chalcedonenſis.

331. *Patres ſine ſemine facti*. Et mox:

Patricius . . . .
Qui pater imperii meruit iam factus haberi.

Nota ex iure noſtro res, patriciatus dignitas, quae erat perpetua, qua ratione & ſumma dicitur a Iuſtiniano in §. *Filiusfamilias*. Inſtit. quib. mod. iuſ. par. pot. ſolv. Dicebantur autem patricii parentes Principis; ut in 4. Antholog. t. 4. de Aureliano legimus: Ὃν ξιφίπαρχον καὶ πατέρα βασιλῆες ἑὸν καλέσαντο μέγιστοι. Et eodem libro tit. 28. de Agamemnone:

Ἀμμώνιος, ὃς βασιλῆος ἔην πατήρ.

Sic & patres ſine ſemine factos dicere poſſis, qui nullis licet procreatis, ſuſceptiſque liberis, iura trium natorum, indulgentia Imperiali conſequebantur: de quibus dixi non nihil ad Plinii ac Traiani epiſtolas amoebaeas lib. X. ep. 95., & 96. pag. 298.

341. *Quum carne relicta*. Sic reſtitui pro *dum carne relicta*.

344. *Nolit licet ille ſubire*. Legebatur *videlicet ille*: peccabat etiam diſtinctio, quam ſimul reſtitui.

347. *Amans*. Forte *amabit*.

350. *Suo dent ſanguine poenas*. Legebatur nullo ſenſu *terras*.

353. *Suſpectum ſibi quidquid erat*. Ita ſupplevi hanc lacunam, poſcente ſententia. Pro *ſic*, malim, *ſed punit*.

355. *Cruciant*. Difficile eſt, huic loco Aeſculapium eſſe. Ex parte ſic forſitan ſanabimus:

. . . . *Cruciantia tantum*
Praeteritura pati, haut ſatis eſt: aeterna tremiſcunt
Supplicia: inſlictas, &c.

359. *Paucorum multis proſunt exempla malorum*. Cyprianus ſerm. V. de lapſis: *Plectuntur interim quidam, quo ceteri corrigantur. Exempla ſunt omnium tormenta paucorum*. Atque hinc eſt, quod a Graecis poenae dicuntur παραδείγματα: quia propter exemplum infliguntur, ut ceteri a maleficiis deterreantur.

360. *Quo-*

360. *Quorum poſt mortem noſtrae monumenta perhorrent, Et damnant leges*. Significat eos, quorum memoria poſt mortem damnatur, de quibus vide §. *per contrarium*. Inſt. de her. quae ab int. defer., & l.v. ſi quis. C. ad L. Iul. maieſt.

363. *Legislatores ſtatuit Deus ipſe per orbem*. Hinc Ioſaphatus Rex ad Iudices, quos conſtituebat, 2. Paral. XIX. 6: *Iudicia Domini exercetis*; & leges ipſae δῶρον καὶ εὕρημα Θεῶν dicuntur.

372. *Mitis ſic gratior ore*. Malim, *miti ſic gratior ore*.

375. *Implebat &c*. Adde *actus*, & verſum impleveris.

377. *Tranquillus al*... Cuiuſvis eſt, ſupplere *alumnus*. Quid autem hic in fine, & in reliquo hoc poëmate (quod integrius ad nos pervenire potuiſſe, optabile cum primis erat) paſſim deſit, dicat Apollo.

CORNELII VALERII VONCK
ANIMADVERSIONES
IN CORIPPUM AFRICANUM

Ex eius Specimine Critico edito Traiecti ad Rhenum an. 1744., & duobus Libris Lectionum Latinarum editis Traiecti Viltorum 1745.

EST ſane Corippus Africanus, qui ſub Iuſtino Secundo floruit, excellentis ſpiritus Poëta, & ſupra aetatem doctus, neque dubium eſt, quin, ſi felicius incidiſſet aevum, inter maximos vates fuiſſet numerandus. Sed nunc praeclaram illam, & divitem venam ſaeculi ad barbariem vergentis, corrupit genius, cuius veſtigia, ut egregii operis totidem naevos, paſſim oſtentat. Saepius tamen generoſi oloris inſtar altius adſurgit, & lectores ſuos in ſtuporem abripit, talia tunc temporis ſcribi potuiſſe. Quid! inſpiciamus Poëtas illos, qui a Conſtantino, & ſub Theodoſiis, ac poſtea floruerunt, vulgoque Chriſtiani audiunt. Mera ibi barbaries, ſi Sedulium, Paullinum, & paucos forte alios exceperis. Corippus quanto iis ſerior, tanto elegantior. Optandum profecto, ut ſcripta eius ad nos integra perveniſſent. Sed & magna eorum parte deſtituimur, & quibus etiam per vetuſtatem invidam in hunc diem ſupereſſe licuit, lacera, & trunca adparent, Deiphobo Virgiliano pene componenda. Adde, plurimis in locis tam turpiter, ac ſupine ſe dediſſe librarios, ut coniunctis quaſi mentibus in miſeri auctoris perniciem iuraſſe videantur. Nec potuit efficere excellentium virorum induſtria, ut omnibus hiſce medicinam facerent, neque aliis poſt meſſem ipſorum reſtaret ſpicilegium. Quod ſi vero tanta ingenia ſibi haud indecorum iudicaverint laboranti Corippo, ut praeſto erat, opem ferre, quid ni ego, puſilli iudicii, & aetatis homuncio, a me non alienum ducam, ut poſitis paulliſper elegantioribus, ad Muſas aliquantum quidem horridiores, nec plane tamen incultas, divertam, modulumque meum ad exornandas eas conferam? Bene alibi Barthius, de hoc ipſo Corippo agens: *Iuvat*, inquit, *ultimos Romanae eloquentiae conatus non adſpernari, etſi vulgo minus nobiles habeantur.*

Sin vero hiſce obſervationibus noſtris occurrant quaedam, a Ritterhuſio, aut alio quopiam iam praecepta, eadem illis adſcribi vehementer cupio; neque enim, praeter Ruizii editionem principem, & Dempſteri, aliam videre contigit, quas & ipſas, ut plurima, debeo humanitati V. C. Petri Weſſelingii. Non itaque mihi fraudi eſſe voluerim, ſi qui ante nos noſtra forte dixerint, ut Donatus inquiebat. Sed &, quem laudabam modo, Barthius in *Adverſariorum* libris, Corippum plurimis locis aut illuſtrarat, aut emendarat, quae omnia huc repetere inanis duxi operae. Nullas porro lacunas, aut defecta loca ſupplere aggreſſus ſum. Nihil enim incertius, & arbitrarium magis ſemper credidi, quam veterum auctorum ſcriptis verba, ubi deeſſe videbantur, infarcire, quum forte milia talia noſtrum excogitare poſſit ingenium, quorum ne unum ipſis in mentem venerit. Docuit ſane experientia, coniecturas eiuſmodi nimium quantum eſſe lubricas, ſique Codices ſcriptos conſulas, evidenter adparere falſas. Quod & dudum viri docti obſervarunt. Ab iis itaque (uno forte loco excepto, qui perſpicuus erat) abſtinui, voces tantum corruptas, ſiquidem mihi tales viderentur, ſanare, aut verſibus ordine minus recto collocatis tranſpoſitione, novave interpunctione mederi inſtitui, nonnulla etiam a criſi minus neceſſaria vindicare. Quod ut nobis ſucceſſerit, iudicent alii. Sed in rem praeſentem veniamus.

IN FRAGMENTUM
ANIMADVERSIONES.

PRaemittitur Corippi libris Fragmentum, quod non tam particulam alieni operis, quam Praefationem Librorum de laudibus Iuſtini Minoris cenſet Barthius lib. XXV. cap. 3.

Verſ. 18. Quum vox deſideraretur, τὸ *ſacra* de ſuo addidit Dempſterus. Sed & victores hic cum victis parum decore compoſuiſſe merito Corippus videri poſſet. Malim idcirco:

. . . . *Nunc Marte peracto*
Victores victi veſtra famulantur in aula.

Sic lib. I. in laud. Iuſtiniani v. 141:

Foedera ſeu pacis cum VICTIS VICTOR *iniret:*

Satis alioqui tute, quod inſeruerat Dempſterus, *ſacra* retineri poteſt, nam & ſic paſſim loquitur noſter.

IN PANEGYRICUM
AD ANASTASIUM.

Verſ. 45. T*ibi ſanctio veſtrum*. Lege *tibi ſaucia veſtrum*, ut *ſaucia* ad *cauſſam* referatur, quod ſuadent, quae ſequuntur:

. . . . *Feſſae miſerere ſenectae,*
Vulneribuſque meis ſolita pietate medere.

Sic in Praefat. v. 43:

Nudatus propriis, & vulnera plurima paſſus
Ad medicum veni.

IN LIBRUM PRIMUM
DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.57. Sine dubio reponendum, *aut credas omnia fingi*, adſtipulante illuſtri Heinſio ad Sabin. epiſt. 3. v. 82. Verum de crebra hac permutatione conf. Carrionem in Val. Flaccum lib. I. v.231., & Ioſ. Mercer. ad Ariſtaenetum lib. I. epiſt. 3.

58. Quum omnia, tum hic, tum in ſequentibus, futuri temporis memorentur geſta, & praeterea laboret metrum, malim omnino:

Fortia virtutum mirabitur acta tuarum.

60. Recte pro *prae ſe*, quod olim legebatur, Dempſterus reſtituit *per ſe*, id eſt ſua ſponte, idque iam Ruizius in margine notarat. Eadem locutio reddenda Curtio l.iv. c.4. §.5: *Neptunum occupati maris vindicem arripuiſſe belluam, ac molem brevi profecto ruituram*. Lege mecum *brevi per ſe corruituram*. Etenim *profecto* turpiter languet.

61. Pro *afficietque*, lege *affligetque*. Iuſtinianus Proëm. inſtit. princ: *Imperatoriam maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam* LEGIBUS *oportet eſſe* ARMATAM. Sane & noſter verſu ſequenti addit:

Barbara Romanos augebunt bella triumphos,
Regnaque ſub veſtris venient fortiſſima plantis.

68. *Concita pulſu*. Lege *concita paſſu*.

89. *Mora nulla Dei*. Nullus hic *Deo* locus. Forte per compendium ſcripturae irrepſit vitium, & legendum:

Fit iuſſis mora nulla, domus mox clauſtra reſolvens.

102. *& ſeqq.* Imitatus in his eſt Virgilium lib. I. Aeneid. v. 163., & ſeqq.

110. *Fretum*. Forte ex ſaeculi ſui genio ſcripſerit Poëta: *Undivagum ſpectare ferum*; ut *ferum undivagum* dixerit pro *feras undivagas*. Dubitat quidem V. C. Petr. Burmannus, an *ferae* de belluis marinis recte dicantur, & nondum didiciſſe ſe ingenue fatetur ad illa Lucani lib.I. v.412:

Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet,
Deſtituatque ferens.

Sic tamen plus ſemel Ovidius belluam marinam, a qua devoranda ad ſcopulum alligata erat Andromeda, & quam Perſeus confixit, *feram* appellavit. Lib. IV. Metam. v.706., 712., & 718. Pedo Albinov. in fragm. de Navigat. German. v. 1011

Seque feris credunt per inertia fata marinis.

Ceterum in Lucani loco, quod obiter addere liceat, pro *ferens* legerim *furens*, ſic ut ad pelagus referatur. Inſpice quae antecedunt, & idem ſenties, opinor: Paſſim voces hae confunduntur. *Furere* autem ſicut & *inſanire* dici pelagus, ubi ventis agitatur, quis ignorat?

Item. In Spec. Critico tentabam, *undivagum ſpectare ferum*; & ſic ſane *fluctivagam praedam* Sedulius dixit lib.v. v.395. *Feras* autem vocari belluas marinas praeter Ovidii, & Pedonis Albinovani loca, docet etiam Claudianus de nupt. Honor., & Mar. v. 160:

Nec non & variis vectae Nereides ibant,
Audito rumore, feris.

Sedulius lib. I. v.178. de Iona, quem cetus devoraverat: *tutuſque in ventre ferino*; ubi vide Cellarium. Vel ſic tamen nihil nunc in Corippo mutari velim, ſic enim & lib. II. v.327:

Fluctivagum pelagus, quod tempeſtate movetur.

Althelmus de laude Virg. ſub init:

Sic quoque fluctivagi refrenas caerula ponti.

Et v. 1082:

Turgida fluctivagis ſopivit caerula campis.

Fortunatus de vita Martini lib.IV. v.1:

Poſt mare fluctivagum repetens ad littora portum.

115. *Penſare curas*, hic eſt curas aequare, parili ſollicitudine adfici, quod Virgilius *reſpondere curis* lib. VI. Aeneid. v. 474:

. . . . . . *Coniux ubi priſtinus illi*
Reſpondet curis, aequatque Sichaeus amorem.

138. In his, & quae ſequuntur aliis, liquide Corippum expreſſit cultiſſimus aevi ſui Poëta Guntherus in Ligurino lib. I. v. 265:

Quem ſibi, dum ſupra frueretur luce ſuperſtes,
Rex patruus dignum gaudebat habere nepotem,
Multaque cognati mandare negotia regni
Sueverat, & ſocium ſummis adſciſcere rebus.

Confer, ſi lubet, apud utrumque reliqua. Nam haec ulterius exſequi nunc non vacat.

162. Dempſterus ſe repoſuiſſe ait *pectus*, quum antea inſtar monſtri *fletus* legeretur, quod ſi non placeat, ſcribi poſſe *vultus*. Sed dudum Ruizius in margine editionis ſuae notarat: forte *pectus*, aut *vultus*. Ultimum id firmatur ex lib. I. Aeneid. v. 469:

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

180. Lege: *ſceptra ſuo*.

181. *Urbis, & orbis*. Solent ita de Roma, aut Conſtantinopoli, Urbibus Regiis, loquentes, illis *orbem*, tamquam pediſſequum adiungere. Sic v. 248. *lux urbis, & orbis*. Lib. III. v. 79. *ſpes urbis, & orbis*. Rutil. lib. I. Itiner. v.65:

Dumque offers victis propriis conſortia iuris,
Urbem fecisti, quod prius orbis erat.

Sed ibi malim:

Orbis feciſti, quod prius urbis erat.

208. *Nam quis*. A Corippo, ni fallor, venerat, *neu quis*. Semper τὸ *nam* antecedentium rationem innuit, hic vero, ut prioribus cohaereat, nec Lynceus forte viderit. Ego certe ſtuporem meum lubens profiteor.

219. Le-

219. Legendum, inquit Dempſterus, *Hinc eſt quod Iuvenis*, aut, *Hinc etiam Iuvenis*. Sed & utrumque hoc iam praeceperat Ruizius in margine editionis ſuae. Ceterum, parum quidem intereſt, malim tamen, *nota virtute laborans*.

224. *Diſcreta ratione vocans*. Ruizius in margine ad *vocans* adnotat: forte *notans*, aut *volens*, *videns*. Quae fideliter ſatis ſua fecit Dempſterus, quando ſcribit: *Non placet, & forte eſt. ut poſſit legi, notans, volens, videns*. Sed nec tot coniecturis opus eſt. Senſus conſtat, dum recte hoc pacto inſtituatur conſtructio. *Hic vocans famulos fideles, urgebat properare primordia proſpera regni bene ſuſcepti ratione diſcreta, & iubebat parare cuncta*. Confuſior paullo verborum eſt ſtructura, at Corippo talis haud inſolens.

243. In hoc verſu ſenſum deſidero. Legendum forte:

Credere quod poſſis non durum vivere corpus.

Id eſt, corpus non durum, ſeu rigidum (uti mortuorum eſſe ſolet) quod poſſis credere vitali adhuc aura frui.

252. Lege *tantas* pro *tot*. Ruizius perperam mutat. Claud. lib.I. de laud. Stilich. v.170:

Arebant tantis epoti millibus amnes.

278. Lege *neto auro*, quemadmodum coniecisse video Heinſium ad Ovid. in Ibin. v.74.

308. *Dilecti numen ſtruerent*. Quid haec ſibi velint, non capio. An legendum? *Dilecti tumulum ſtruerent*, aut *Dilecti lumen ſtruerent*, ut indicentur faces ſepulcrales, in funeribus & ſacris adhiberi ſolitae iam veteribus olim Chriſtianis. Sic infra lib.III. v.39:

Maeſtaque funereas accendunt agmina ceras.

Ubi vide Dempſterum. Forte quis dixerit huc pertinere Minucii locum in Octavio cap.38: *Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi, aut non ſentienti* PACEM*, aut non ſentienti coronam: cum & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus. At enim nos exſequias adornamus eadem tranquillitate, qua vivimus, nec adnectimus areſcentem coronam*. Atque ita vel hinc conſtaret, antiquis olim Chriſtianis (eorum namque hic cauſſam agit Octavius adverſus Caecilium) morem hunc plane fuiſſe incognitum, qui tamen apud ſequiores deinceps adeo invaluit. Sed quia cum in ſequentibus, tum etiam in iis, quae praeceſſerunt, nulla prorſus *facium* occurrit mentio, at unica de coronatione mortuorum, a Chriſtianis negligi ſolita, Gentilibus contra ſuperſtitioſiſſime obſervata, malim omnino legere: *Quemadmodum tribuatis exanimi, aut ſentienti pacem, aut non ſentienti, coronam*. Idque pene flagitare videntur quae continenter addit, *cum beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus*. Quibus ex verbis manifeſtum eſt, in ſuperioribus eum beatum & non beatum, vel ſentientem pacem ac non ſentientem ſibi oppoſuiſſe. Et haec hactenus. Nunc ad Corippum redeo.

320. *Stadia in contraria*. Dempſterus legit *ſtudia*. Firmat Virgilius lib. II. Aeneid. v.39:

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Et Statius lib.V. Theb. v. 148:

Nec varius fremor, aut ſtudia in contraria rapti
Diſſenſus, ut plebe ſolet.

322. Senſus nullus eſt. Evadet, ſi ſic diſtinxeris:

Nam viridis vernis campus ſeu concolor herbis,
Pinguis oliva comis, luxu nemus omne vireſcit
Aeſtatis, roſeus rubra ſic veſte refulgens.

326. Lege: *Autumni tempus*.

334. . . . *Referam*. Sic trunce editur. Scaliger, ut ſuppleret, legit *Orſilochum referam*. Dempſterus *Cecropidem*. Neutrum probat vir doctus ad Marmora Oxonienſ. pag. 167., & mavult *Heniochum referam*. Savaro *Oenomaum* hic invenit in not. ad Sidon. carm. 23. pag.198. probante cl. Perizonio ad Aelian. Var. Hiſt. lib.III. cap.38. in fin. Nullum ego definio, nec poſſum; neſcio enim quid ſcripſerit Auctor.

IN LIBRUM SECUNDUM

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.12. CUM prius reſcribere vellem *formator & altor*, aut *ſervator & auctor*, mox me retinuit Althelmus, qui Corippum aemulatus fuit.

16. *Formatrix*, lege *ornatrix*. Iterum habet v.20:

Formavit varias, habitu diſtante, figuras.

Quae crebra verbi *formare* repetitio informis eſt, nec toleranda.

18. *Ornavit*. Lege *armavit*.

23. Ritterſhuſius, propter metrum, emendat *limum*. Quod firmat Claudian. Mamert. contra Poëtas vanos v. 42:

Formatumque hominem limo, & ſpiramine ſacro
Afflatum referens.

Althelmus in Carmine v. 396:

Edidit affatim ſacro ſpiramine plenus.

28. Lege *perſolvet*.

34. *Et quae non iuſſa*. Ruizius, & Dempſterus hic varie emendant, aut *& non permiſſa*, vel *quae non iuſſa*, aut *numquam iuſſa*. Quum tamen nulla harum lectionum potior ſit vulgata, qua nihil melius: Et dicit: quae vident homines, & quae a te iuſſa ſunt non videri, ſeu mortales tu videre noluiſti, ſunt ante oculos tuos clara, famulantur tibi, adorant te. Non autem ſenſus elegantia in hoc Poeta ubique adeo eſt expendenda, licet heic loci ſatis quidem conſtet.

43. Dempſterus in veteri exemplari legi refert

fert *genito*. Quod cur adeo ſpernat, non video: quid enim notius inter Chriſtianos ab omni aevo, quam Chriſtum in caelis fidelium cauſſam agere, proque iis apud Patrem ſuum precibus intercedere? Placuere itaque preces Iuſtini Deo Patri; & Filio pro eo deprecanti adnuit. Forte & ſic legi poſſet:

. . . . Placuere Parenti
Orantis pia verba viri, gemituſque; precanti
Adnuit.

Neque enim Chriſtiani, ubi de divinis Perſonis loquuntur, trium ſemper mentionem faciunt. Sed vel Patris & Filii, vel Spiritus ac Patris, aut Filii Spirituſque.

94. *Omnia viſo*. Sic Ruizius Aſſagrius, & poſt eum Dempſterus repoſuere, quum legeretur *viſu*, & *diem*. Sed haud dubie ſcripſerat Corippus:

. . . . Omnia viſam
Congaudent elementa diem.

Lineola, quae loco litterae *m* ſuper *u* fuerat exarata, a ſequenti librario neglecta eſt, ut id fieri frequenter adſolet, & plures notarunt alii, ac quis neſcit?

97. *Gradiuntur*. Ruizio haec parum placet lectio, pro qua reponit *gradantur*. Dempſterus ſcribi poſſe ait *gratantur*, quod & in mentem venerat Ruizio, ſed ſibi minime placere addiderat. Sic legendum exiſtimo:

Ipſaque conſpectis radiantur lumina terris.

Dixerat nube diſcuſſa ubique iubar radios ſpargere, ſolum nitere, ſegetes vernare, & gramina creſcere. Addit nunc, ipſa ſolis lumina, ubi terras conſpexerint ſplendentes, adeo magis adhuc radiari, & clariorem inde lucem exoriri. Ceterum vir doctus ad marginem libri ſui, cuius mihi copiam fecit celeb. Wielingius, notarat in Ms. eſſe *gradantur*, id quod Ruizius voluerat, additque legendum *gratantur*. Goetzius inquit: *Fortaſſe rectius Numina, pro lumina*. Quid audio? *Gradiuntur Numina conſpectis terris*. Huc augures! Haruſpices!

100. Lege, *tunicaque pios*. Sic metrum flagitat, & ſaepe noſter.

106. *Pelles Parthicae*, quas noſter *Parthica terga* adpellitat, memorantur quoque in l.16. §.7. D. de public. & vectig: *Pelles Parthicae, ebur, ferrum Indicum*. Quamvis quidam Codices pro *Parthica* hic ſcriptum habeant *Baumeſtiae*, referente Pio Ant. Bartolino Adnot. in Leges cap. 65. (Gruter. lamp. tom. I. ſyll. 3.)

107. Lege, *quis ſolet*, id eſt *quibus*. Firmant quae ſequuntur:

Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus regum cruor.

Sed & ſic legebatur in Ms. viri docti, quem laudabam, ut nihil adeo dubitandum.

114. An melius forte? *Et coctlo lucidus oſtro*. Ut Virgilius, quem imitatur ſaepius, *& coctlo murice tinctum*. Sed non opus, & magis eſt, ut vulgatam praeferam, quamvis *lucidus* recte vocetur is, qui purpura eſt indutus, quo modo & *lumen* de purpureo colore, ac purpura dicitur. Vid. Salmaſ. ad Tertull. Pall. c. 1. pag. 96. Ramireſ. Pentecontarch. c. 2. fin.

137. Ut ſenſus evadat, lege *clypei*, & ſic quoque coniecerat vir doctus.

163. *Sancire* hic non eſt latinum, ait Dempſterus, quare mallet *vincire*. Sed *ſancire* longe magis emphaticum, notat enim inaugurare, ſanctum & ab aliorum violatione immune reddere, conſecrare. Sic *ſancire templum* dixit noſter lib. IV. v. 284:

Sanxerat Auguſtus Sophiae cognomine templum.

178. *Ore pio ſic orans ait*. Cum lectionem hanc ſalva caeſura haud conſtare animadverteret Ruizius, pro *ſic* reponebat *haec*. Sed adhucdum remanebat vitium in *ait*, cuius primam corripi oportuerat. Dempſterus legit *ore pio haec orans dixit*. Optime in Ms. viri docti: *Ore pio ſic orſus ait*.

180. *Regendi*. Sic Ruizius, & Dempſterus repoſuere pro *regenti*, quod etiam praeferebat Ms. viri docti. Utrumque non male, & ſuum habet ſenſum.

201. Huc fere pertinent verba Arcadii, & Honorii in l. 5. princ. Cod. ad leg. Iul. Maieſt: *Senatorum etiam, nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt*. Et hoc quoque, uti alia plura, ex Corippo imitatus eſt Gunther. Ligurini lib. V. v. 48., & ſeq.

243. Magis puto ex genio Corippi, *ſic bene promeritos*.

252. *Robore*. Sic repoſuit Ruizius pro *ab ore*, quod in exemplari erat, ut exhibet quoque Ms. viri docti.

254. Metrum & ſenſus flagitat ut legamus:

Omnibus officiunt ſacrati commoda fiſci.

263. Repetitio illa verborum *factum actumve* ſententiam miſere languere efficit, ſed nec metrum conſtat. Lege:

Quod minus ob ſenium factum, aetatemve parentis.

314. Supplet Barthius l. 43. adverſ. C. 18. *pariter pariterque*, cum Putſchio, ac Dempſtero; & ſic legendum notarat vir doctus in marg. libri ſui. Ceterum non raro contingere, ut voces, quae geminandae fuerant, ſemel dumtaxat a librariis ponerentur, dudum monuit Muretus l. VI. var. lect. c. 14.

317. *Diſponunt cantus, modulos & cantibus addunt*. Sic reſtituiſſe lectionem priſcam, & modum Michaëlem Aſſagrium non ſine Corippiano quodam genio ait Barthius d. l., quamvis fortaſſe *motum* legi poſſit. In exemplari Th. Dempſteri erat: *Diſponunt cantus & modum cantibus addunt*. Et ita quoque Ms. viri docti.

341. Sic ſaepe loquuntur Imperatores in utroque Codice. Vid. Briſſon. de verbor. ſignif. edit. noviſſ., & Rittershuſ. ad Plin. lib. III. epiſt. 98.

379. Lege *flere diu tantos*, pro *tot*, ut lib. I. v. 252.

404. *Facta prius*. Lege, *pius*.

IN

IN LIBRUM TERTIUM

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.18. BArthius hic *ruptum* exponit *corruptum*. Sed revera *cuſtos* pro *cuſtodia* ponitur, quam perrupiſſe Cleopatram ait, idque firmat quod anteceſſerat & *vincula fratris* FRANGERET. Parili modo optimos quoſque loqui, dubitabit arbitror nemo.

28. Barth. *ut pius*. At quid opus? An non primus omnium ingrediebatur Iuſtinus? Sic puto.

63. Lege *texit*. Statius, quem aliquoties imitatur noſter, VI. Thebaid. v. 366:

Dumque chelyn lauro, textumque illuſtre coronae
Subligat.

68. Barth. l. 46. c.15. malebat & *luſibus addere laudes*. Non male. Alioquin edita firmatur ex l.IV. v.164:

Tum phaleris phaleras, & laudibus addere laudes.

Et l.IV. v. 275: *Et voces vocibus addunt*. Atque ita paſſim.

73. Recte Dempſterus tuetur *convicia*. Nam quemlibet plurium concentum *convicium* indicat. Conf. Commentat. ad Phaedr. l.I. fab.6.

94. Pro *Ibalia* Dempſterus correxit *Oebalia*. Sed & pro *lumina* legendum videtur *limina*. Paſſim haec confunduntur. Vid. Virgil. II.Aeneid. v. 567:

. . . . . . *Cum limina Veſtae*
Servantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida adſpicio.

Ubi quidam *lumina*. L.III. Cod. ſentent. reſc. non poſſe: *Sed eos, qui talia reſcripta meruerunt, etiam lumine Iudiciorum expelli*. Al. *limine*. Quid ni melius? At haec diutius perſequi infiniti foret operis.

106. Mallem, *parcus*, ni ſic loqui amaret noſter. Supra l.1I. v.376: *Parvoſque cibos ſub nocte reponit*. Et alibi. Sed & antiquiores parili modo locutos fuiſſe patet ex iis, quae notant Burmann. ad Lucan. l.1I. v. 128. Cort. ad Plin. lib. VIII. epiſt. 14. §. 14.

110. Ruizius, & Dempſterus emendant, *potuſque*. Tu diſtingue:

. . . . . . *Praeſumere parcius eſcas*:
Iure facit, potumque; parum ſapientia quaerit.

112. Quum prima in *gravia* corripiatur, Dempſterus malebat *praegrandia*, meliore ſane metro, ſenſu tamen parum adpoſito. Ego *plus gravia* retinuerim, qui ſic cenſeo cum celeb. Burmanno ad Calpurn. ecl.3. v.69: *Si qua forte, ſine ſuſpicione corrupti a librariis loci, talia occurrunt, toleranda, ſed ubi alia & ſincerior lectio eſt, non obtrudenda*. Quod ſi vir magnus de elegantioribus ita iudicaverit; quid ni & nobis idem de Corippo dicere liceat? Poëta quidem pro ſaeculo, quo vivebat, ſatis gravi, ſed quem tamen aetatis ſuae genius haud parum corrupit: Nec itaque magno adeo opere caeſuram ſemper curaſſe videri poteſt, ut & adſtruunt loca plurima, quae omnia librariis tribuere ego ſane non auſim, maxime ubi lectio ingenioſior occurrat, quam ut a rudi ſciolo profecta videatur. Confer ipſum Dempſter. ad lib. III. v.148.

117. Lege, *poſſent*; ſic ſenſus exigit.

119. Lege, *fama*.

156. Senſus ac metrum *ſtebat* reſpuit. Ruizius, & ex eo Dempſterus, reponebant *favebat*, aut *fremebat*. Legendum, ut arbitror, *votiſque ſuis nova Roma nitebat*. Firmat lib.IV. v.101:

Sol radians, & Conſul ovans, nova Roma nitebat.

217. Mirum, nec Ruizium, aut Dempſterum voluiſſe, *epulis onerare ſuperbis*. Nam & obvia eſt emendatio, & amat hoc verbum noſter.

242. Hoc loco fruſtra emendationem tentat Dempſterus.

258. Ultimus editor (Goetzius) ſubſtituit ὁ ἄνω, *ter facie ſuſpexit Avar*. At ſi Menandri excerpta conſuluiſſet, facili negotio potuiſſet animadvertere, nomen Avaris latere, qui legationis princeps ad Iuſtinum miſſus fuerat; atque adeo ſcribendum *Tergitius*, vel *Targitius ſuſpexit Avar*. Vide Menandrum.

IN LIBRUM QUARTUM

DE LAUDIBUS IUSTINI AUGUSTI MINORIS.

Verſ.14. TUrbatiſſimus ſenſus; ſic lego:

. . . *Studio ruit agmen emendi*
Robora ſilvarum: tunc plauſtra gementia ducunt
Magnis ponderibus, tractu ſtridente rotarum
Explicitae molis. Liquidiſſime.

23. *Congeminant*, lege *congeminat*, ut ad conciſorem referatur. Sin malis ad arbores, repone, *crebriſque ſecuribus ictae Congeminant*.

40. Duplex *que* peſſime hic inſeritur. Lege: *Iliciaeque trabes fortes, & pallida buxus*.

47. *Tonat aethere pulſans Malleus*. Muncker. ad Hygin. fab.64. emendat *aethera*, recte, ut puto.

78. *Partes quique ſuas*. Melius haud dubie *partes quiſque ſuas*. Nec forte ſic ſcripſerit auctor.

97. Lege, *votiſque pium ſe ſe obtulit orbi*: aut, *pie ſeſe obtulit orbis*.

128. Nullum hercule ſenſum extorquere valeo, qui meus forte ſtupor eſt! Nec ſuccurrit quidpiam, cui merito adquieſcas. An denuo in metrum peccarit Corippus, & legendum: *Cuius & amiciens radiabat purpura gemmis*? Ut verum fatear, non puto. Ampliandum itaque.

137. Malim legere *reddunt*. Alterum nimiam barbariem redolet, & ab aetate Corippi magis ſemotum.

139. Poſt *tecum* tollenda interpunctio. Sic conſtiterit ſententia.

143. Lege, *Conſcripti Patres qua voce citati Adcedunt*; ſublata diſtinctione.

146. *Conſulis, & Mundi Domini*. Sic Antoninus apud Voluſ. Moecianum LIX. D. de lege Rhodia: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. *Ego quidem Mundi Dominus*. Ubi tamen fuit, qui mundum ſive ornatum muliebrem intelligeret. Belliſſime profecto!

153. Lege *vectant*. Iacobus Philippus Tomaſinus de Donariis cap. 1. citat:

Et ſua placandis nectunt donaria Diis.

Quod videtur ἁμάρτημα μνημονικόν.

171. Non concoquo. Lege: *Sic quos ille rigat* (aut *riget*) *fontes*.

237. Ruizius in margine adſcripſerat: forte *tectis*. Sed *ſectis* eſt, divitis, certo ordine, & numero precedentibus.

268., & 269. Lege *duxit*, & *ſint*.

294. Senſus eſt perturbatior. Paullum mutata lectione ſic tranſpoſuerim:

Spiritus & Sanctus ſubſiſtit, numine fulget,
Tres ſunt perſonae, ſubſtantia creditur una,
Utque Pater Deus eſt &c.

300. Lege:

Sponte ſua verus factorque, & conditor orbis
Factus homo eſt.

Etenim *verum hominem*, opponit *vero Deo*. Quam autem τὸ *venit* hic miſerum languet!

304. Lege, *hominique profecto Conſimilis*. Ex compendio ſcripturae error obvius. Supra ſimiliter *verum hominem* Chriſtum dixerat, neque deſtitiſſe tamen *verum Deum* eſſe, v. 300. dummodo & ille locus recte legatur. Ceterum Corippum imitatus fuit Guntherus lib. V. Ligur. v. 154:

Inſtabat veneranda dies, qua Chriſtus in una
Aequalis Deitate Patri, ſine temporis ortu
Natus ab aeterno, ſub tempore temporis auctor
Caelitus infuſa voluit de Virgine naſci.

Vide quae apud eum ſequuntur, quaeque praeceſſerunt in Corippo, adparebit clare. Confer, ſi lubet, Venant. Fortunatum de partu Virg. v. 37., & ſeqq.

309. *Honori*. Malim *honore*.

350. Lege, *dent ſanguine poenas*, aut, *udaſque ſuo dent ſanguine terras*.

367. Lege: *Adſpectu mitis, iuncta gravitate benignus*. Sic ſupra locutus erat plus ſemel.

EDITORIS
IN TEXTUM EMENDATUM
CARMINUM FL. CRESCONII CORIPPI
ADNOTATIONES.

IN FRAGMENTUM SEU PRAEFATIONEM.

Verſ.3. H*Oſtileſque manus decreſcere fecit.*] Per mutua nimirum praelia, quae inter ſe miſcuerunt, quod enucleatius Poëta exponit v. 12., & ſeqq. Martialis lib.VII. ep.53. v.6:

Decrevere greges, cum cadit agna frequens.

4. Henricus Valeſius hunc verſum allegans in notis in Excerpta Conſtantini Porphyrogeniti de Legationibus ſcribit; *nexa capillis*, quam lectionem fortaſſe ſuffecit, quia Auctor Miſcellae cap. 16. narrat conſueviſſe Abaros comas faſciis vincire. At ea lectio nimis longe à Ms. Cod. recedit. Lege indubius *dira*. Sic a Claudiano Megaerae *dirum os* tribuitur lib.I. in Ruf. v.35., & Plutoni *dirae inclementia formae* lib.I. de Raptu v. 82.

10. Reſtituta hiſce verſibus interpunctione mirifice conſtat Poëtae ſententia, & elegantia.

12. Egregie fallitur Ruizius adſerens hunc locum haud reſpicere mutuam inter Langobardos, & Gepidas ſtragem ſub Iuſtiniano M. factam, ſed quae anno ſexto Imp. Iuſtini contigit. Corippus de Iuſtiniano manifeſto hic loquitur, nec dubitare licet, quod haec ſcripſerit multo ante annum ſextum imperii Iuſtini. Vid. Monitum.

15. *Domini.*] Nempe Iuſtiniani M., qui factus ſenex barbaras gentes Imperii Romani inimicas ut deſtrueret, inter ſe potius committere ſtuduit, quam ſuis copiis oppugnare. Conſule Menandrum in Excerptis, & Agathiam lib. V. Hinc autem Corippus ſubdit, *milite tuto*. Agathias notat Imperii Romani copias, quae olim 645. militum millibus conſtabant, redactas fuiſſe tunc temporis vix ad 150. millia.

16. Reſtitui *tunc*, quod eleganter adverſatur τὸ *nunc* ſequentis verſus.

18. Supplevi *tua*, haec enim vox prae ceteris, quas alii ſuppoſuerunt, accommodatior videtur.

26. *Numinibus.*] Multo magis poëtice, & multo aptius ad illud quod ſequitur: *quodcumque movetur*, quod quidem expreſſum eſt ex illo Lucani lib.IX. v. 500:

Iuppiter eſt, quodcumque vides, quocumque moveris.

27. Apposite, *certatim*; quamvis enim Iuſtinus audierit Legatos Abarum ſeptima imperii ſui die, lib.III. v.151. praevenerant tamen eos Turcae; ob quam cauſſam Iuſtinum eorum poſtulata reiciſſe narrat Theophanes Byzantius apud Photium Cod. LXIV. Vid. inf. lib. III. v. 360.

30. Perſas intellige, & praecipue legationem ab eis Iuſtino miſſam per legatum dignitate Ziſchum, cui, dum iter ageret, defuncto ſuffecerunt quemdam Mebodem. De hac legatione pluribus Menander in Excerptis.

35. Inepte hos verſus interpretatur Barthius; quos ut recte intelligas, ſcias oportet Corippum aliud etiam Poëmation edidiſſe inſcriptum *De Bellis Lybicis* ſub Iuſtiniano M. geſtis. Rittershuſius addit, *& poſt ſub Iuſtini auſpiciis*, ſed falſo. Vid. Monitum.

36. *Iam.*] Ante annos, puta, plus minus triginta. Vid. Monitum.

48. Lege *agam*, quod exigit ſententiae concinnitas. Porro reſtitui *porto*, & quidem indubius. Sic Virg. Aen. XI. v.333. Oratores Latinorum ad Aeneam miſſos dicit:

Munera portantes aurique eboriſque talenta.

IN CARMEN PANEGYRICUM
IN LAUDEM ANASTASII.

OCulos iniice in notam a Ruizio ex Ms. deſcriptam, & ad marginem appoſitam. Parcant mihi eius manes; ſatis hinc patet, quanti valeret in legendis, corrigendiſque Codicibus Mſs. Magno ſane ingenii acumine haud opus erat, ut legeret *tropicis*, ſuppleret *verſibus*. Itaque vetus Scholiaſtes adnotaverat hoc Carmen ex verſibus *tropicis*, hoc eſt *figurativis* conſtare, & quidem appoſite, quia in eo Imp. Iuſtinus, & Anaſtaſius Quaeſtor commendantur ſub imaginibus ille fontis, hic arboris. Neque inſolens eſt vox *tropicis* ἀπὸ τῦ τρόπου. Audi Gellium lib. XIII. cap.23: *Eſt tamen nonnuſquam invenire ita ſcripſiſſe quoſdam non ignobiles ſcriptores, ut aut temere, aut incurioſe praedam pro manubiis, & manubias pro praeda poſuerint, aut tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint.* S. Athanaſius in ep. ad Serapionem *tropicos* appellat, qui blaſpheme Spiritum Sanctum

inter

inter res creatas numerabant; quia nimirum *varios tropos in pravis ſuis interpretationibus ſe excogitare dicerent*, ut loquitur veteris Scholiaſtae nota apud nuperos Operum S. Athanaſii editores tom.I. par. 2. pag.659. Hinc Pneumatomachis *Tropicorum* nomen tribuitur etiam in *Sermone contra omnes haereſes*, ex S. Athanaſii ſcriptis magna ex parte compoſito ab anonymo ſequioris aevi ſcriptore.

Verſ.4. *Parvus*.] Barthius mallet *parvis*. Sed Ruizii lectionem immutandam non eſſe cenſeo. Hor lib.IV. od. 2:

. . . . . . *Operoſa parvus*
Carmina fingo.

Porro ne adſentior quidem Barthio dicenti hoc carmen eſſe *dedicationem* ſequentium librorum de laudibus Iuſtini. Si commendationem dicas, non abnuo.

5. *Transfuſa*.] Similiter apud Plinium lib.XII. cap.17. §.39. *cupreſſo fuſae*. hoc eſt expaſſae.

23. Edidi *praebeas* Barthium ſecutus. Sed neque diſplicet lectio, *tu pocula praebens*, quam Ruizius in Ms. Cod. ſuffectam ab antiqua manu invenit. Erat Anaſtaſius, qui Auguſtas opes diſpenſabat, ideoque Auguſtae beneficentiae aquis pocula infundebat, unde hae traherentur. Quod ſi malles *pocula* accipere pro eo quod bibitur, haud inepte Corippus dixiſſet: *Tu qui Auguſtas aquas putandas praebes, da ut ipſe etiam de illis bibam*.

25. Imitatur Virgilium Georg. IV. v.46:
Iamque miniſtrantem platanum potantibus umbras.

44. *Sacri apices*, ut ſentio, appellantur hic a Corippo ipſi hi libri a ſe conſcripti, utpote qui de Iuſtini laudibus agerent, eidemque Iuſtino eſſent dicati; quicquid enim ad Imperatores pertinebat, *ſacrum* dicebatur.

45. Vox *ſanctio* hic mihi idem ſonat ac *dedicatio*. Sic Statius lib.III. ſilv.3. v.215. ſcripſit *carmina* alicui *ſancire* pro nuncupare, dedicare, conſecrare. Eodem ſenſu idem Corippus uſurpat *ſanxere* lib.I. v.316., *ſancire* lib.II. v.162., *ſanxerat* lib.IV. v. 264.

47. *Rivulum* mihi videtur dicere ſuos ipſos de laudibus Imp. Iuſtini libros.

Ibid. *Sub cuius nomine*.] Hoc eſt, cuius auctoritate, ſeu conſilio, aut ſi mavis, quo patrono. Vid. inf. lib. I. v. 15.

Ibid. *Geſto*.] Virgil. Aen.I. v.319: *Virginis os, habitumque gerens*. Et lib.II. v.89: *Et nos aliquando nomenque decuſque Geſſimus &c.*

48. *Principis officium*.] Gerens nimirum perſonam *Poëtae*, ſeu Panegyriſtae Principis Auguſti Imp. Iuſtini. In hanc ſententiam facile mecum ibis, ſi conferas v. 7. lib. I. Claudianus in Praefat. Epithalamii Palladii, & Celerinae:

Carmen amor generi, ſoceri reverentia poſcit,
Officio vatis, militis obſequio.

IN LIBRUM PRIMUM CORIPPI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUG. MINORIS.

Verſ.1. EQuidem malim cum Putſchio legere:

Imperium, culmen rerum, non motibus ullis,
Non armis ſumtum, non ambitione potitum;

quamvis aliter Barthius ſenſerit, & in textu aliter poſuerim plus aequo verecundus in corrigenda Ruizii editione. Enimvero poëmation maiori quadam maieſtate ſic incipit, ut Poëtae ſequioris aevi curare ſolebant fumum ex fulgore, non ex fumo dare lucem cogitantes. Notes autem volo eleganter Corippum primo generatim *motus* nominare, deinde vero eos diſtinguere in militares, & civiles, quia alterutra pluribus fuit via, qua ad Imperium evecti ſunt. Contra Iuſtinus tanta tranquillitate populi evectus eſt, ut Victori Tunnunenſi notatu digna viſa fuerit.

15. *Urget amans Dominos*.] Ruizius edidit *Dominus*; & dubius haeret an ſit Iuſtinus, an vero Anaſtaſius. Reſtitui *Dominos*, *Iuſtinum* intelligens, & eius uxorem *Sophiam*. Porro ſcite Corippus amori Anaſtaſii in Principes tribuit, quod ipſi auctor fuerit, ut Iuſtini laudes carmine celebraret; & ſic in Paneg. v.31. de Anaſtaſio ait:

. . . . . *Quem Chriſti munere fidum*
Cognovit Princeps.

18. Praeter Braulionem, & Arnobium ab aliis citatos utitur voce *deſtina* S. Fulgentius de coniugali debito §. 11: *Parieti inclinato, & maceriae impulſae non neglexit Doctor egregius conſolationis deſtinam, Chriſto in ſe loquente, ſupponere*.

22. *Magnus*.] Huius nominis Dux equitum ſub Iuſtiniano M. ſaepe laudatur a Procopio de bello Gothico.

25. Hunc verſum ab eo, qui ſequitur, puncto interiecto, quod apponendum erat in fine proximi ſuperioris verſus, perperam typographus disiunxit. Nemo alius eſt *ſucceſſor*, *redivivaque gloria Petri*, quam Theodorus, cuius nomen a Ruizio corruptum reſtitui ex Menandro in Excerptis. Porro Menander non modo certiores nos facit fuiſſe illum Petri filium, ſed etiam fuiſſe ſub Iuſtino magiſtrum officiorum; agens enim de legatis a Tiberio Iuſtini ſucceſſore ad conſtituendam cum legatis Perſarum Regis Choſroae pacem miſſis, haec habet: *Fuerunt, qui miſſi ſunt a Romanis, Theodorus Petri filius, qui prius quidem magiſter officiorum fuerat, tum vero Comes erat largitionum &c.*

Ibid. *Redivivaque*.] In Mſs.paſſim confunduntur voces *redivivus*, & *recidivus*. Vid. infra ad v.350.

35. Pur-

35. *Purpureas velata comas.*] Iulia Imp. Caeſaris Auguſti uxor ſub imaginibus *Salutis*, *Iuſtitiae*, & *Pietatis* in numiſmatibus repraeſentatur, & ſolummodo in iis, quibus inſcribitur *Pietas*, viſitur *velata comas*.

36. *Pietatis imago.*] Pietatem Corippus inducit, quia Iuſtinus initio Imperii ſui ea potiſſimum virtute inſignem ſe oſtendit.

38. Scripſi *ſancto diademate*, ſed forte melius ſcripſiſſem *ſanctum caput*. Lib.II. v.165., ubi re ipſa factum deſcribitur, quod hic factum fingitur per viſum; ſic ait:

. . . . . *Sacro diademate iuſſit*
Auguſtum ſancire caput.

43. *Secundis.*] Nempe *partibus*, quas Iuſtini erat agere accipiendo Imperium; primas enim egerat Iuſtinianus, qui moriens eum ſibi in Imperio ſucceſſorem elegerat. *Secundarum*, ac *tertiarum* dicebantur actores illi, qui ſecundum, tertiumque in agendo locum obtinebant. Vide Plinium lib.VII. cap.12. ſeu §.10., & Val. Max. lib. IX. cap.14.

52. Cum in Ms. Cod. viſum ſit Ruizio librarium ſcripſiſſe *ſudores nunc*; fortaſſis ſi legas *modo curas*, veſtigiis Ms. Cod. inhaerebis magis.

57. Scripſi *omnia*; ut indubius legiſſe videtur Ruizius in Ms., aptam enim loco ſententiam ea vox conficit. Alii ſuffecere *omina*. At ſi opus foret, malim *ſomnia*. Saepe quidem in Codd. τὸ *omnia* pro *omina* irrepſiſſe non pernego, ſed ſaepe etiam in Mſs. Codd. occurrit, ut ſi qua vox deſinat in littera, per quam incipit ſubſequens, ea littera non duplicetur; & certe aptius *ſomnia* cum verbo *fingi* coniunges. Virgil. ecl.VIII. v. 108:

Credimus? An, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

59. *Miratus.*] Horatius lib.IV. od.9. v.15:

. . . *Et aurum veſtibus illitum*
Mirata, regaleſque cultus,
Et comites, Helene Lacaena.

61. Alludit ea, quae latius leges lib. IV. v.48., & ſeqq., & quae pluribus exponere ſtudui in Monito.

77. Mecum ſi legas *Dominis* reſtitues profecto Corippo, quam eleganter exprimere intendit, cuſtodis promptiſſimam ſolicitudinem nunciandi Iuſtino, & Sophiae Callinici ad fores intempeſtivum adventum. Hinc v.89. inquit: *Fit iuſſis mora nulla Dei. Dei*, qua religione paullo ante v.85. dixerat: *Licet haec Deus omnia fecit*; Et v. 52: *cape dona Dei*.

Ibid. Male locata eſt interpunctio. In fine huius verſus unicum punctum apponas oportet; & duo puncta in fine verſus proxime ſequentis.

98. Vide notas Barthii.

102. Suburbanum palatium in Haereo a Iuſtiniano exſtructum, ac deinceps a Iuſtino, & Sophia eius uxore novis acceſſionibus auctum, exornatumque, cuius frequens mentio eſt apud Scriptores Byzantinos, Corippus deſcribit, cuius hos verſus mirifice illuſtrant, quae de eodem palatio narrat Procopius de Aedif. lib.I. cap.11.

118. *Intolerabile* viſum eſt, narrante Svetonio in Iul. cap.78., quod Iulius Caeſar Senatum exceperit ſedens pro aede Veneris genitricis. Contra vero Tiberius, teſte Dione lib.LVII. § 11. Magiſtratus ſemper, ac ſi in Democratia, honorabat, Conſulibus etiam aſſurgens, quibus ſolitum quoque *decedere de via*, addit Svetonius in Tib. cap.31.

133. *Te Principe dignum.*] Hoc eſt *Principatu*, ut infra lib.III. v.124: *quarto Conſule*; ſeu mavis, dignum ut te Princeps in ſucceſſorem eligeret.

134. Recte *diſpoſitu*; quod ſi malles legere *diſpoſitus*, ſic infra v.260:

. . . . . *Iam ſigna, duceſque*
Diſpoſiti.

157. Barthius hunc verſum mirifice reſtituit.

158. Id obſequii genus Iuſtinianum, ac Theodoram eius uxorem exigere conſueviſſe notat Procopius Hiſt. Arcan. cap.29.

160. *Sorte.*] Sic infra v.273: *humanam ſortem*. hoc eſt fatalem neceſſitatem; & v.307: *ſorti ſenioris ademti*; & lib.IV. v.345: *ſorte mea triſtis*. Virg. Aen. lib.II. v.555:

Haec finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit.

162. Legendum eſſe *vultuſque*, comprobat Virgilius Aen. I. v.469., & Barthium in Barthio quaero aliter ſentientem; videtur enim haud animadvertiſſe ad ſuperiorem v.119.

166. Barthius hunc verſum modo ſubintroductum, modo immutandum cenſuit. At temere illud ſibi finxit, & hoc alterum exſequutus eſt minus feliciter. Multo rectius a me reſtitutum eſſe confido.

196. Alludere videtur Trinitatis myſterium non ineleganter quidem, ſed minus religioſe. Quid ſimile habes apud Auſonium Edyllio I.

252. Incaute typographus ſuppoſitam a Ruizio vocem *cunctos*, in textu etiam emendato poſuit. Lege *tantos* ſecundum lectionem, quam in Cod. Ms. Ruizius invenerat. Significat autem *tot*, ut apud Valer. Flaccum lib.V. v. 635:

. . . *Quid tantae coeunt in praelia gentes?*

Et eadem voce pro *tot* utitur Corippus aliis etiam in locis.

262. Forte reponendum *tremiſcant*; ſic enim ſermonem compleret elegans apoſtrophe multo ſignificantiorem, ac gravem emphaſim continens.

308. Locum uſquedum a nemine apte emendatum, explicatumque ob oculos habes. Liquent omnia, ſi ad conventum procerum referas τὸ *quo*, & legas, *Delectum numen ſtruerent*. Scias autem oportet ex Feſto, quod *ſtruere antiqui dicebant* *pro*

pro adiicere, *augere*; qua ſignificatione uſurpat Perſius ſat. 2. v.44:

Rem ſtruere exoptas caeſo bove.

314. Barthius in hos verſus multa diſſerit, ſed aqua haeret, ut aiunt; egregieque fallitur Dempſterus in dubium revocans, an ſuo loco Circi deſcriptio hic inſerta fuerit a veteri librario, cum ludi Circenſes celebrentur lib.II. Optime hic Circum Corippus deſcribit, ut locum deſignet, quo ſtatim ac rumor increbuit novum a Senatu Imperatorem electum fuiſſe, populus univerſus properavit, ut eum ſalutaret; in Circo enim primum, mos erat, ut novus Princeps ſe ſpectandum praeberet.

320. *Partes*.] Hoc eſt *factiones*; ſic lib. 1I. v. 310.

322. Lego *verni* hoc eſt temporis, ſeu mavis Corippus *verni* pro *veris* uſurpavit, qua ratione *verno* pro *vere* uſurpat infra lib.III. v.152., nec ſemel ita etiam loquitur Plinius lib.II. cap.3., & 5., necnon lib.XIX. cap.5.

Ibid. Scripſi *ruſſeus*, & aeque bene ſcripſiſſem *roſſeus*, necnon etiam, ſecundum Ms. Cod. Ruizii, *roſeus*, prima producta. Adi notas Barthii; ſed luculentius rem pertractat Salmaſius ad Aelium Lampridium in vita Antonini Diadumeni, ubi hiſce Corippi verſibus recitatis ſubdit: *En tibi* roſeus *prima producta. Qui nobis illam Corippi editionem adornavit, dum putat roſeum eſſe a roſa, perperam ſtructuram verſus mutavit, & poſuit*: Aeſtatis roſeus. *Iſidorus de equis*: Color hic praecipue ſpectandus, badius, aureus, roſeus, myrteus, cervinus, gilvus, glaucus, &c., *ubi* roſeus *eſt* ruſſeus. *Idem de coloribus Circi*: Circa cauſſas quoque elementorum item Gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roſeos ſoli, id eſt igni, albos aëri, praſinos terrae, venetos mari. *Quis non videt* roſeos *eſſe* roſſeos, *vel* ruſſeos? *Graeci, cum ſcriptum paſſim invenirent ruſeum, ipſi quoque ῥούσιον dixerunt non ῥόσσιον. Gloſſae*: ῥούσιον φάρος, vexillum; *vexilla enim coloris erant ruſſei, vel flammei, unde & flammulae dicebantur vulgo, nam* flammulum & flammeum, *ut* ruſſeum & ruſſulum. Flammeum, vexillum *Ammiano Marcellino*. *Eaedem Gloſſae*: πυῤῥὸς, ruſeus, robricus, rufus. *Poëtae Graeci infimi aevi* ruſſatam *factionem*, ῥούσιον *appellant*. Lib.V. epigrammatum εἰς Ἰουλιανὸν ἡνίοχον ῥουσίου:

Ἕλκων, μεθέλκων ῥουσίου τὰς ἡνίας·
Ἰουλιανὸς οὗτος ἅρμα ῥουσίου
Ἔχων ἐνίκα τῶν ἐναντίων δρόμους.

Sic roſeus, *vel* ruſeus, *ut tunc ſcribebant* eſt ῥούσιος, *veteribus* ruſſeus.

324. Mirum plane eſt neminem animadvertiſſe legendum hic eſſe *Venetus*, qui color adnotante Vegetio lib.IV. de re milit. cap.54. marinis fluctibus erat ſimilis, & idcirco *caeruleus* quoque dicebatur, & *Thalaſſicus* ex Graeca voce θάλασσα *mare*.

Ibid. *Ferrugine dives & oſtro*.] Imitatur Virg. Aen. XI. v.772:

... *Ferrugine clarus & oſtro*,

hoc eſt, oſtro coloris ferruginei, qui idem eſt ac color *caeruleus*, ut conſtat ex Plauto Mil.IV. 4. 43: *Palliolum habeas ferrugineum, nam his color thalaſſicus eſt*.

327. Bulengerus hunc citans Corippi pro *una* legit *urna*, nullam huius lectionis adferens rationem, at profecto acute alludens adhibitam in Circenſibus ſortitionem tum locorum, tum quadrigarum, de qua idem Bulengerus cap.13.

328., & 329. Hiſce duobus verſibus ſuo in loco, unde dimoti fuerant, reſtitutis, omnia bene conveniunt. Itaque notat Corippus inſtitutas primum fuiſſe quatuor Circi factiones ad quatuor anni tempora deſignanda, deinceps vero, quia albata, & viridis factio in unam coaluerunt, coniunxerunt ſe in unam & aliae duae; & hinc duae ſolummodo ſuperfuerunt factiones, quae aeſtatem cum autumno, & hiemem cum vere ſignificabant, Praſina nimirum & Veneta, quae reliquis duabus praeſtantiores ſemper fuerant, quia modo uni, modo alteri addicti fuerunt Imperatores, ut Praſinae Caligula, Nero, Verus, Commodus, Avitus, Venetae Vitellius, Caracalla, Iuſtinianus. Nec repures, quod reliquae duae omnino extinctae fuerint, manſerunt enim etiam illae, ſed obſcurius, veluti harum pediſſequae, quibuſcum coniungebantur, ut plures evincunt ſequioris temporis auctoritates, quas vide apud Bulengerum de Circo Romano, & ludis Circenſibus cap.49.

334. Lacunam ſupplevi adiiciens: *Heniochum haud referam*. Virgil. Georg. lib.III. v.113. cecinit:

Primus Erichthonius currus & quattuor auſus
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Hic translatus inde eſt inter caeleſtes imagines ſub nomine Heniochi; Heniochus enim quaſi ἡνίαν ἔχων *habenas tenens*. Manilius lib.I. v.362:

Heniochus, ſtudio mundum, & nomen adeptus,
Quem primum curru volitantem Iuppiter alto
Quadriiugis conſpexit equis, caeloque ſacravit.

At Eratoſthenes Cyrenaeus in Cataſteriſmis cap.13. Heniochum fuiſſe Erichthonii aurigam ex Euripide narrat.

335. Hunc verſum foede corruptum reſtitui medicinam praeſtante Cicerone lib.1I. Tuſc. § 67., ubi ſic loquitur: *Vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te, &, quo velis, perferent*. In arca Cypſeli equi Pelopis cum Oenomao decertantis cum alis caelati viſebantur teſte Pauſania Eliac.I. §.17., & Palaephatus de incredibilibus hiſtoriis cap.30. fabellam ſic explicat: *Pelopem veniſſe in Piſſam memorant, cum uxorem peteret filiam Oenomai Hippodamiam. Ego vero eadem de Pelope dico, atque dixi de Pegaſo. Si enim ſciviſſet Oenomaus alatos eſſe Pelopis equos, utique non permiſiſſet, ut currum*

ipſius filia conſcenderet. Cenſendum itaque, navigio adveniſſe Pelopa, in quo depicti erant equi alati, atque eo, rapta puella, fuga ſeſe ſubduxiſſe. Hinc fabulae origo.

336. *Alter.*] Forte legendum eſt potius, *illo*, nempe Oenomao ſocero.

344. Circum Conſtantinopoli inchoavit Imp. Severus, Conſtantinus perfecit, & exornavit. Eius ichnographiam Panvinius lib. I. de ludis Circenſibus aere inciſam exhibet, *ex antiqua*, ut ſcribit, *Conſtantinopolis topographia, quae paulo antequam urbs in Turcarum poteſtatem veniſſet facta fuit*, excerptam, quae recuſa praeſto eſt quoque apud Bandurium.

350. *Redivivus.*] In Mſs. Codd. paſſim hae voces confunduntur *redivivus*, & *recidivus*, etſi inter eas, docente Chariſio, hoc intereſt, quod *rediviva* dicuntur quae poſt interitum, *recidiva* quae poſt caſum reſtituuntur; aliis vero *recidiva* ſunt caſui priſtino obnoxia. Itaque certior, & loco aptior vox *redivivus*.

353. Malim diſtinguere: *ſanctum ſit Iota*.

355. Alemannus in cap.6. Hiſt. Arcanae hinc colligit, quod Iuſtinianus conſueverit nomen ſuum unica littera *I* notare. An ſatis probabiliter ſenſerit, non iudico.

363. Lacunam ſupplendam eſſe voce *exanimum*, ſuadet ſuperior v. 249:

Cara per exanimum circumdans brachia corpus.

IN LIBRUM SECUNDUM CORIPPI

DE LAUDIBUS IUSTINI AUG. MINORIS.

Verſ.34. E*T quae non iuſta videri.*] Secutus ſum emendationem Barthii. *Non iuſta*, hoc eſt *non aequa* viribus potentiae viſivae, ſeu quae nemo poteſt *oculorum ſubdere viſui*, ut phraſi utar Lucretii lib.V. v.102.

44. Hunc verſum mirifice reſtituit Barthius.

46. Lege potius, *Non fierent*.

70. *Verbis clementibus.*] Laberius Mimographus in Prologo apud Macrobium Saturn. lib.II. cap.7. Iul. Caeſarem indicans:

Ecce in ſenecta ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio.

72. Quod ſuperiores Corippi illuſtratores latuit, filia Iuſtini dicebatur *Arabia*. Anonymus Antiquitatum Conſtantinopolitanarum Auctor, qui ſub Alexio Comneno vixit, & a Bandurio editus eſt, recenſet lib.I. ſtatuas ſuper Milliarium poſitas, & has inter memorat: *Sophiae uxoris Iuſtini, Arabiae filiae eorum, ac eorumdem neptis Helenae*; quas ſtatuas ex alio incerto Auctore *Enarrationum Chronographicarum* apud eumdem Bandurium, *auro obductas fuiſſe* diſcimus. Praeterea idem ille Anonymus lib.III. deſcribens Portum Sophianum quatuor in eius medio fuiſſe ſtatuas teſtatur totidem columnis ſuperimpoſitas, *Sophiae*, *Arabiae eius filiae*, *Iuſtini*, *& Narſae Patricii*, *& Praepoſiti*, *ſtructurae praefecti*.

89. Corrigenda eſt interpunctio ſecundum Barthium.

105. Hos verſus a Ruizio turbatos, atque corruptos ita Barthius diſpoſuit, atque perpolivit; ſed v.109. pro *quia* ſufficere malim *queis*, ſeu *quis*, hoc eſt *plantis*; & ſententiam puncto concludere in fine v.110. Vonckius quoque ex cuiuſdam docti viri iudicio reſtituendum cenſuit *queis*, quam lectionem ſequitur Chriſtophorus Saxius *in Dypthicon Magni Conſulis*, ſed quia neuter verſuum oeconomiam a Ruizio interpolatam correxit, ineptam Corippo ſententiam affinxerunt, quaſi diceret Romanum Principem conſueviſſe *calcare cruribus* edomitos tyrannos. Contra vero, verſibus in ſuo ordine reſtitutis, eleganter Corippus dicit Romanum Principem conſueviſſe calcare pedibus tyrannos, ut etiam in Fragm. v. 2., & lib.I. v.63., & v.286.

106. *Parthica tergora.*] Sunt pelles Parthicae, quarum frequens mentio apud veteres, & in Codice, qui eas curabant, Parthicarii dicuntur.

111. Fl. Vopiſcus in vita Aureliani ſcribit eum tuliſſe viris omnibus *calceos mulleos*, ex quo Salmaſius colligit non ante Aurelianum proprios tantum fuiſſe Imperatorum calceos rubros; quos cenſet dictos eſſe *mulleos* a piſce huius nominis. Enimvero Oppianus lib. I. Halieut. v. 130. roſei coloris hunc piſcem facit; & Seneca lib.III. Natur. Quaeſt. cap. 18: *Nihil eſt*, inquit, *mullo expirante formoſius. Ipſa colluctatione animam agenti, rubor primum, deinde pallor ſuffunditur*. Praetera ſi Feſtum audis *mulleis calceis Reges Albanorum primi uſi ſunt*; & Dio lib. XLIII. §. 43. tradens Iul. Caeſarem calceamentis uti interdum conſueviſſe more Regum, qui Albae regnarunt, quod ipſos genere contingeret propter Iulium, ſcribit, quod calceamentis altioribus & rubri coloris καὶ ἐρυθροχίᾳ utebatur.

114. *Cocto lucidus auro.*] Malim, *facto*, hoc eſt elaborato. Virgil. Aen. X. v. 527:

. . . . . *Sunt auri pondera facti,*
Infectique mihi &c.

Eſt igitur aurum factum, aurum non rude, ſed elaboratum, ex quo nimirum aliquid factum ſit. Ulpian. l. Cum aurum. D. de aur. & arg. legat: *Cum aurum vel argentum legatum eſt, quidquid auri argentique relictum eſt legato continetur, ſi factum, ſive infectum ſit.*

130. *Armati.*] Ex ſequenti v. 135. videri po-

poteſt proprium eſſe cuiuſdam viri nomen; & hoc inuſitatum non fuiſſe, probant Faſti Conſulares, ubi annus ſal. 476. notatur Conſulibus *Fl. Armatio*, & *Fl. Baſiliſco*, & an. 477. *Poſt Conſulatum Baſiliſci II. & Armati*, qui interfectus eſt iuſſu Imp. Zenonis. Vid. Evagrium lib.III. cap.24. Verum mihi potius videtur Corippus generica *armati* voce eſſe uſus ad deſignandum unum ex militibus candidatis corporis Principis protectoribus, (qui aureo torque inſigniti erant) ſubitaneo impetu, & inopinato Iuſtini collo torquem impoſuiſſe ſuum, non ſecus ac *Maurus quidam nomine abſtractum ſibi torquem, quo, ut Draconarius, utebatur, capiti Iuliani confidenter impoſuit*, dum Iulianus cognomento Apoſtata ſalutaretur Imperator, narrante Ammian. Marcellin. lib. XX. Hanc mihi ſuſpicionem auget, ac fere ſuadet hiſtoria inaugurationis Anaſtaſii Dicori apud Conſtantinum Porphyrogennitum *de ceremoniis Aulae Byzant.* lib. I. cap. 92., ubi pariter legitur quod ſublato Anaſtaſio in ſcuto aſcendit Campiductor Lancearіorum, & impoſuit eius capiti torquem ſuum ſibi abſtractum.

131. Ruizii lectionem in textu intactam reliqui, ſed corruptam puto; quid enim eſt Armatum ter collo novi Imperatoris torquem impoſuiſſe? Si quid audere licet, legerem:

Quod faciens, terno dextram pro munere tendens,

quia mos erat, ut novi Imperatores certa nummorum aureorum ſumma milites donarent, quae ab Ammian. Marcell. *ob nuncupationem Auguſtam debita* dicitur; & quam trium aureorum fuiſſe colligo ex Imp. Macrini concione ad milites, poſtquam eius filium Diadumenum ei in Imperio conſortem acclamarunt, & nominarunt Antoninum; ſic enim in ea Macrinus loquitur: *Habete igitur, commilitones, pro Imperio aureos tres, pro Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas*. Vid. Aelium Lampridium in vita Antonini Diadumeni.

137. *Clypei.*] Andreas Goëtzius (& hoc unice profert in ſua Corippi editione ſcitu dignum) adnotat, quod Chriſtianus Gotlibius Schwarzius in ſua *de antiquo ritu elevandi Principes inaugurandos, & de quibuſdam ſacris formulis, & elevandi caeremoniis* Altorfii 1730. §.8. pag.19. hanc certiſſimam lectionem propoſuit animadvertens voci *clypei* ex ſequenti voce *ſublimius* litteram *s* male allitam fuiſſe. Enimvero Corippus loquitur *de ingenti orbe unius clypei*, cuius amplitudinem confirmat v.148:

Adſtitit in clypeo Princeps fortiſſimus illo.

164. Iam antea invaluerat, ut novi Imperatoris coronarentur, quod conſtat ex libris Conſtant. Porphyr. *de ceremoniis Aulae Byzantinae*.

188. Lacunam ſupplevi ex coniectura Ritterſhuſii; nec diſpliceret ſufficere *fecit* pro *iuſſit*.

246. Barthius ita diſtinguebat, ut verba *cuius ſpes magna* ad pinguem terram referrentur, ſed mihi arridet magis referre ad Rempublicam.

160. *Pontificum ſummus.*] Orientalium nimirum, quos inter iam eminebat Patriarcha Conſtantinopolitanus. Tunc autem hanc dignitatem gerebat Ioh. Scholaſticus, qui eam vivente legitimo Patriarcha S.Eutychio mox invaſerat; & quia facilis Iuſtino coronam ſtatim impoſuit ita eum ſibi devinxit, ut ad mortem uſque, quae contigit an. Imperii Iuſtini XII., in dignitate manſerit. Quinetiam cum Anaſtaſius Epiſc. Antiochiae in reſponſione ſua ad Synodicas litteras Ioh. Alexandrini, a Ioh. Scholaſtico ordinati, tum Ordinatum, tum Ordinatorem perſtrinxiſſet, e ſede ſua ob hanc cauſſam deiectus eſt a Iuſtino, teſte Theophane in Chronico.

161. *Benedixit.*] Benedicebat Patriarcha novum Imperatorem manus ei imponens. Ita Patriarcha Epiphanius Iuſtinianum M. inauguravit, ut in vita S. Sabae Archimandritae narrat Cyrillus eius diſcipulus.

163. Marcianus fuit Imperatorum primus, quem certo novimus ex teſtimonio Theophanis, coronatum fuiſſe a Patriarcha Conſtantinopolitano.

166. Lego *aether*. Barthius ut probet legendum eſſe *aequor*, citat v. 103. lib. I., ſed fruſtra; neque enim in domo ſua, ſed in regia arce Imperatorias veſtes Iuſtinus induit.

170. Imitatur Virgil. Aen. VI. v.646.

178. Ruizius in Cod. ſe legiſſe dicit: *Ore pio ſic orans ait*. Error ſeu librarii in ſcribendo, ſeu Ruizii in legendo exſtat in voce *orans*. Lege *orſus*, & in reliquis Ms. Codicem ſequere.

185. Supplevi, *poſuit Deus ipſe figuras*, Corippum ipſum imitans in Paneg. v.16. Vide etiam in hoc libro v.20., & v.154.

189. Dele punctum in fine huius verſus, ſcribendum eſt enim, ut Barthius bene monuit:

. . . . . . Utque regantur
Coniuncta eſt capiti ſapientia, &c.

228. *Quin & cauſſa rei.*] Viſus eſt mihi Barthius nimis acute hunc verſum corrigere voluiſſe. *Cauſſam rei* dici plebes puto, quia,

Magnis officiis, ſummiſque laboribus aptas,

ex quibus officiis, & laboribus publica, privataque res pendet. *Ut igitur in ſeminibus cauſſa eſt arborum, & ſtirpium; ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti*; ſcribit Cicero II. Philipp. En quo ſenſu accipienda videtur vox *cauſſa*. Dicit autem Corippus v.216. *plebes* in plurali numero non ſecus ac Columella, S. Auguſtinus, aliique ſequioris aevi ſcriptores; & manifeſto eam partem populi intelligit, quae a Patribus diſtinguitur, & quae in varios ordines, & claſſes diviſa, atque diſpoſita Reipublicae inſervit.

266. Pe-

266. Pene ſtolidam Iuſtiniani M. ſenectutem a Corippo in ſanctimoniae ſtudium *frigide* verſam cenſet Alemannus in notis ad cap.8. Hiſt. Arcanae; quod tamen multo frigidius a docto viro notatum eſſe crediderim.

283. Aſſagrii lectionem intactam reliqui, ſed ſi fas eſt, malim legere per ſynaereſim *Marcianus*, quem Iuſtinus Orientis Ducem renunciavit, & quem Imperatoris ἐξάδελφον, ideſt conſobrinum vocat Theophanes Byzantius apud Photium, de familia Imperatoria Theophilactus Simocatta, Iuſtino genere coniunctum Evagrius. Martinus nominatur in Chronico Theophanis tum Graeco, tum in Latinum verſo ab Anaſtaſio Bibliothecario; qua de re eodem nomine potuit etiam, ſi mavis, a Corippo appellari. Hinc autem intelliges quoque cur hic in comitatu novi Imperatoris primus recenſeatur, poſtpoſito etiam Baduario, qui novi Imperatoris erat gener, & mox factus Curopalata. Theophanes cuiuſdam Marcelli meminit, quem Iuſtinianus copiarum ductorem in Perſas miſit an. 561.

284. *Baduarius.*] Al. *Biduarius. Bidurius &c.* cuius nominis Magiſter militum in Scythia Iuſtiniani an. XII. memoratur a Theophane, & Iuſtini an. VIII. quidam Comes ſtabuli Imperatorii, qui ab eodem Theophane Iuſtini frater appellari videtur. Verum Baduarium, cuius hic meminit Corippus, ab utroque diſtinguunt tum viridis aetas, tum dignitas Curopalatae. A Iuſtino cum exercitu miſſus contra Langobardos, ab his victus eſt, & non multo poſt obiit an. 576.

285. *Soceri.*] Hoc eſt, ipſius Imp. Iuſtini, cuius filiam Arabiam Baduarius iam in uxorem acceperat.

294. Lege indubius *lacerna*, & nota plane ſuam verſiculo reſtitutam interpunctionem, qua turbata, nemo uſque dum eum recte interpretatus eſt. Reiſchius in notis ad Conſt.Porphyrog. admonet de eo agere Eſchembach. Diſs. Academ. pag.598., ſed haſce Diſſertationes cum non viderim neſcio quid vir eruditus meditatus fuerit, certus tamen adfirmo, ſi qua alia ad eum explicandum inſtitit via; cum ceteris aberraſſe. Itaque nullatenus Curſor, ſed populus in Circo collectus *lacernam* poſuit, cuius moris teſtem habeo Svetonium in Claud. cap.6., ubi ut comprobet Tiberio Claudio Druſo Caeſari numquam aut officium hominum, aut reverentiam publicam defuiſſe, etiamſi ad otium conceſſiſſet, & ebrietatis, & aleae quoque infamiam ſubiret, Svetonius hoc memorat: *Quod Ordo equeſter ſpectaculis advenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebat.* Utrumque morem tum aſſurgendi, tum deponendi lacernas, ut nunc pileum, indicat Corippus; & quia hanc alteram honoris ſpeciem Ferrarius *de re vest.* II. 1. 39. ab uno Svetonio ſibi indicatam dicit, en modo Corippum habes huius moris alium teſtem.

Ibid. Haud moror dicere quale veſtimentum eſſet *lacerna*, ſed quia pluviae, ac frigoris cauſſa, praeſertim in theatro, ac ludorum ſpectaculis lacernam ſuperinduere Romani conſuevere, animadvertas velim Corippum rem enarrare, quae facta eſt menſe Novembri.

314. Sic recte Barthius lacunam explevit. Statius II. Achill. v.156: *Thyrſos pariterque levant, pariterque remittunt.*

325. Nempe a Silentiariis, quos Agathias lib. V. appellat τοὺς ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς, *praeſides ſilentii, quod circa Imperatorem obſervari debet.*

330. Diſtingue:

. . . . Tuae ſolis honore
Omnia clara, ſilent &c.

Sic lib.IV. v.254. de ſole:

. . . Mundumque illuminat omnem
Lucis honore ſuae.

Et v. 289:

. . . . Maieſtatis honore
Plus templum terroris habet.

359. Sic lacunam ſupplebat Rittersh. duplicans vocem *ingens.* Meurſius in Crit. Arnob. lib.IV. cap.15. ſupplendum cenſuit: *fremit undique, & undique murmur:* Utrumque probabile.

375. Du-Freſnius Conſt. Chriſt. lib.II. p.154. hunc verſum Corippi allegat, ubi agit de loco, in quo Imperatorum bona patrimonialia recondebantur, & quem ἰδικόν vocabant. Enimvero *privatum* abſolute pro re privata Principis uſurpat L. V. Cod. Theod. de *exact.*, ſed mihi videtur Corippus uti hic voce *privata* non ſecus ac ſuperius v.157. ad deſignanda cuiuſvis privata bona, quae omnia eſſe tamen Principis ad aſſentationem dicit.

379. Malim me legiſſe cum Vonckio, *tantas.*

401. Sic lacunam ſupplendam fore Iohan. Meurſius etiam cenſuit loc. cit.

406. Caſaubonus ad Svetonium in Auguſto cap.32. notavit hunc verſum falſiſſimum eſſe niſi *mollius commoda interpretatione* accipiatur; quod quidem conſtat ex Svetonio loc. cit., ex Dione lib. LIII. p. 497., ex legibus Theodoſii, Valentiniani, Arcadii, & Honorii in Cod. Theodoſ. relatis, ex Spartiano in Hadriano, ex Vopiſco de Aureliano, & ex ſecundo Auſonii Panegyr. ad Gratianum. Si vero Conſtantinum Manaſſem audias, ſuggeſſit hanc Iuſtino liberalitatem uxor Sophia.

IN LIBRUM TERTIUM CORIPPI
DE LAUDIBUS IUSTINI AUG. MINORIS.

Verſ.6. Rittershuſio adſentior ſupplenti *turba*, ſed reſtituo *ruit*. Sic inferius lib.IV. v. 14:

. . . . *Studio ruit agmen emendi*.

Et hac voce ad ſignificandum multitudinis feſtinantis concurſum ſaepe utitur Virgilius. Aen.II. v. 64:

. . . . . *Troiana iuventus*
Circumfuſa ruit,

Et Georg.IV. v.185. de apibus:

Mane ruunt portis.

Claudianus de IV. Conſul. Honorii v. 623:

Auſi Danubium quondam tranare Gothunni
In lintres fregere nemus, cum mille ruebant
Per ſluvium plenae cuneis immanibus alni.

18. Graeciſmum reſtitui, quo Corippus utitur etiam lib. I. v. 30., & v. 224. Itaque nulla in eo barbaries, ſed manifeſta imitatio Lucani lib.X. v. 56.

28. Secutus ſum Barthium, qui ſufficiebat τὸ *pius*, pro *prius*, at haec quoque lectio improbari nequit.

32. Horum verſuum mirificam reſtitutionem Barthio debes.

59. Barthius ad hunc locum hiſtoriae minus peritum ſe prodit. Conſtantinus M. praeter aedem Sophianam templum etiam SS. Apoſtolorum condidit, quod non ſecus ac aedem Sophianam Iuſtinianus M. renovavit. In hoc autem templo illis ſolummodo, qui de Auguſta erant familia, ſepeliri fas erat. Vide Procopium lib.I. de Aedificiis. Itaque ibidem depoſitus eſt Iuſtinianus.

60. Iuſtiniani ſepulcrum uſque ad Latinorum invaſionem ſtetit, & Nicetas Choniates *de Statuis Conſt.* narrat, Latinos, apertis Impp. ſepulcris poſitis in Heroo ad magnum diſcipulorum Chriſti templum, noctu omnia diripuiſſe, & Iuſtiniani cadaver inviolatum tunc eſſe repertum. Vid. Bandurium Imp. Orient. tom.I. lib.VI. pag.107.

61. Hinc creditum eſt Iuſtiniani ſepulcrum ex auro fuiſſe; ſed hoc, quod minus veriſimile videri poſſet, falſum etiam eſſe conſtat ex manifeſto Conſtantini Porphyrogenneti teſtimonio de caeremoniis Aulae Byzantinae, ubi lib.II. cap.42. inſcripto *de ſepulcris Impp.*, *quae ſunt in templo SS. Apoſtolorum*, notat Sarcophagum, in quo iacebat corpus Iuſtiniani M., fuiſſe *ex marmore peregrino rari & miri coloris, qui medius fere ſit inter colorem Bithynii, & Chalcedonici marmoris, ſimilis marmori Oſtritae*. Itaque in hoc Corippi verſu Ruizium male legiſſe ſuſpicor *conſtruxerat*, & potius legendum eſſe *conſtrinxerat*, vel quia ſerras ex auro appoſuerit, ſic enim Cicero pro Sext.16. ſcripſit, *conſtringi catenis*, *conſtringi laqueis*, vel quia adiecerit aliqua ex auro, vel ex metallo aurato ornamenta, qua ſignificatione utitur voce *conſtringo* Martialis lib. XI. ep. 57: *Conſtringatque tuos purpura texta toros*; hoc eſt *cooperiat*.

63. Non ſolum privatorum domus, ſed etiam urbis, & arcis ſacra moenia ornata ſunt coronis. Sic videntur ornata cuiuſdam urbis moenia in veteri ara, quae adſervatur in Muſeo Capitolino. Vid. Monumentorum huius Muſei editionem tom. IV. tab. 66.

96. Lege: *Quae Methymnaeis*, oſcitanter enim recudit typographus vitioſam Ruizii lectionem. Erat autem Methymna civitas in Lesbo inſula, *habens pretioſiſſimum vinum*, ut notat Servius ad illud Virgilii Georg. II. v. 90:

Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.

Ibid. Forte, adiecto finali puncto in fine proximi ſuperioris verſus, rectius hos ita legas:

Quae Methymnaeis expreſſit cultor ab uvis
Pocula! Quae vitreo flagrabant plena Falerno!

Et bene *flagrabant*, Falernum enim *ardens* dicitur ab Hor. lib. II. Carm. 11. 19.

102. Barthius legendum cenſet: *Gargiſaei* ab urbe Γάργα, quam memorat Stephanus, ſed notat nuſquam alibi hoc vinum nominatum eſſe. Fortaſſe legendum eſt cum diaereſi *Gaurani* a *Gauro* Campaniae monte Maſſicis & Surrentinis propinquo; celebre enim apud veteres *Gauranum* vinum. Vid. Plin. lib.XIV., Athen. lib.I., & eius meminit Statius Silv. lib. III. carm.1:

Spectat ab Icario nemoroſus palmite Gaurus.

Et carm. 5:

. . . *Bacchei vineta madentia Gauri*.

105. Virgil. Aen. VI. v. 605:

. . . *Epulaeque ante ora paratae*
Regifico luxu.

112. *Pondus grave*.] Ruizii lectionem excuſant Barthius, & Vonckius. Non abnuam; ſed etiam haec mea lectio probabilis, & plane elegantior. Hor. epod. 4. 17:

Quid attinet tot ora navium gravi
Roſtrata duci pondere.

119. Cum ſaeculi aurei ſcriptores *vivere vitam*, *vivere aetatem* dixerint, haereo an hic corrigere oporteat *fama*.

121. *Ipſe triumphorum*.] Iuſtinianus, qui de nomine ſuo dici curavit tot urbes, & oppida, & libros, & ſcholares, & magiſtratus, & militum ordines, & ipſum quoque, quo utebatur, diadema, quinetiam vel ipſam primam ſui nominis litteram, haud mirum eſt quod etiam in patinis, poculiſque, ac vaſis Palatii effigiem ſuam, & res a ſe bene geſtas caelandas curaverit.

149. Dempſterus in ſua *de Corippo coniectura* inepte hinc coniectatur Corippum dedicaſſe hos libros Sophiae Auguſtae. Corippus non agit hic de libris ſuis, ſed de curis pro bono Imperii regimine, ad quas ſtatim, ac conſummatum eſt convivium, animum appellere una cum coniuge Iuſtinus ſategit. Suſcepta autem conſilia Sophiae Auguſtae, eius nomini perpetuo alludens, ſacrat Corippus; atque adeo ei *ſacra* dicit, utpote plena ſapientiae, & *admiranda magis*, quam *commemoranda*. Itaque legebam *ſacra*, hoc eſt *conſecrata*; etſi aeque bene legi poſſe puto, *ſacro*, hoc eſt *dedico*, iam enim non ſemel Iuſtini ſapientiam ex ea laudavit, ut in Fragm. v. 23., & in Paneg. v. 34., & lib. I. v. 9., 56., 291. &c., & hinc occaſionem carpit expoſtulandi mutuum eius patrocinium.

162. Singula officia Palatina habebant Primates, & Principes ſuos, ſed praeterea univerſis praeerat *Magiſter*. Vetus Inſcriptio apud Grut. CCCCVI. 1: FL. EVGENIO V. C. EX. PRAEFECTO PRAETORIO CONSVLI ORDINARIO DESIGNATO MAGISTRO OFFICIORVM OMNIVM. Et qui hunc magiſtratum gerebat ex alio lapide apud Grut. p. DXCIX. 6. videtur etiam dictus *Princeps Officiorum Imperialium*: NERITO . DIVI . CLAVDI . PRINCIPI OFFICII IMPER.

177. In Ms. *Laevaque, dextraque*, quam elegantiorem lectionem fruſtra ſollicitavit Ruizius, & ipſe oſcitanter reſtituere praetermiſi.

196. *Cymbius*.] Acta apocrypha, ſed antiqua S. Torpetis inter Acta SS. tom. 4. Maii pag. 9: *Tunc aedificavit Eccleſiam mirae magnitudinis fundatam cancellis, & cymbio aureo fulgentem*. Itaque cymbius eſt fornix cymbae formam referens.

217. *Superbire*.] Certa emendatio ex Virg. Georg. I. v. 378.

221. *Narſes*.] Vide ad v. 368. lib. IV.

236. *Quos*.] Forte, *qui*.

237. *Admitti*.] Valeſius hos verſus citans in ſuis ad Menandrum notis hic legit *acciri*.

258. *Targites*.] Tribus in locis *Excerpta* Menandri de Legatis Avarum ad Iuſtinum agunt, ſed poſteriores duo ad unam eamdemque alteram legationem manifeſto pertinent. Corippus celebrat primam, de qua in primo Excerpto, ubi licet cetera fuſius enarrentur, praetermiſſum eſt tamen Legati Avarum nomen, quod lateret omnino, niſi conſtaret ex duobus aliis alterius legationis Excerptis, in quorum uno haec leguntur: *Venit denuo Targitius, ut legatione fungeretur apud Imperatorem. Eadem vero dixit Imperatori, & audivit ab Imperatore, quae antea Imperatori dixerat, & quae a ſe dictis ab Imperatore reſponſa tulerat*. Igitur primam etiam legationem, quam celebrat Corippus, egit aeque ac alteram Avar nomine *Targitius* Ταργίτιος, ſeu ut in tertio Menandri Excerpto legitur, *Targites* Ταργίτης; & hinc habes unde in hoc Corippi verſu reſtituerim *Targites*, expuncta monſtroſa Ruizii lectione *Ter gazis*, in qua nullus erat ſenſus.

271. Menander in *Excerptis* tum Legati Avarum ad Iuſtinum Orationem recitat, tum Iuſtini reſponſa, & omnino conveniunt cum ſententiis, quas Corippus poëtice hic exprimit. Porro Elias Venetus in ſua Carminum Sidonii Apollinaris editione Lugduni 1552. nonnulla adiecit pag. 355. aliorum Poëtarum Carmina ex Cod. Santonenſi deſcripta, & in eo ac ſi eſſent Sidonii Apollinaris collecta, inter quae leguntur verſus XVIII. huius orationis Legati Avarum ad Iuſtinum ſub hoc titulo: *Epiſtola Regis Avarum ad Imperatorem Romanum*.

272. In Cod. Santonenſi, *ſtravi, ſubegi &c.*, quia ipſius Regis epiſtola fingitur.

274. In eodem Cod. *fortis exercitus*, & deinde v. 276. *nondum potuit*.

278. In eodem Cod. *& meruere*, ut in textu correxi.

279. In eod. Cod. *Ne forte excelſis fruſtra &c.*

280. In eodem Cod. *Cincta foret. Didicit Dominos patientia ferre*.

282. In eod. Cod. *Hibernos curſus quando &c.*

286. In eod. Cod. *Calcanteſque nives, vel ſtratae marmora terrae*.

287. Hanc lectionem praetuli, quam Elias Venetus in Cod. Santonenſi, & Ruizius in Cod. Ovetenſis Eccleſiae invenerunt, ſic enim pariter Virgil. de Scythiae regione loquens Georg. III. v. 360:

Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae.

Ubi Servius: h. e. *aquae currentes repente congelaſcunt*.

294. In Cod. viſum eſt Ruizio fuiſſe ſcriptum *Imorem*, & in margine notat: Al. *Imbrum*, vel *Ebrum*. Dempſtero placuit legere *Ebrum*, quia etiam ſupra v. 274. eiuſdem mentio eſt fluminis; at Codicis veſtigiis preſſius mihi videor inſiſtere legens *Imaum*, montem ultra quem Scytharum gentes locat Plinius lib. VI. cap. 17.

304. *Sancte*.] Hoc eſt, firmiter, & quaſi ex ſanctione foederis. Ulp. in L. *Sacra loca* 9. §. *de diviſione rerum*: *Dicimus ſancta, quae nec ſacra, nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata*.

325. Aſconius in Divin. Ciceronis: *Omnem ſcholam ludum dixere Romani*.

326. *Studium*.] Nempe, ad delectationem, qua ſignificatione ſaepe utuntur voce *ſtudium* Terentius, & Cicero.

350. *Proviſa*.] Meurſius legendum cenſuit *promiſſa*.

359. *Super eſt*.] *Super* pro *inſuper*. Ita Virg. I. Aen. v. 71., & lib. XI. v. 226.

390. Legationem Turcorum ad Iuſtinum indicat, quae cauſſa fuit, ob quam Abarorum amicitiam repulit. Rei teſtem habes Theophanem Byzantium apud Photium Cod. LXIV. haec ſcribentem:

bentem : *In Oriente ad Tanaim Turci degant, qui Maſſagetae antiquitus dicti, a Perſis ſua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempeſtate hac Legatos cum muneribus ad Iuſtinum Imperatorem legarunt, ne Abaros reciperet obſecrantes. Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiae, atque humanitatis genere complexus domum remiſit. Cumque Abari mox acceſſiſſent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem, pactaſque conditiones, repulſam tulerunt.*

Ibid. *Sultan.*] Sic legendum puto, aut *Soltan*, *Soldan*; quae vox *Regem Regum* interpretantur Nicephorus Bryennius, & Scylitzes. Porro hinc novum habes exemplum, quo falſitatis arguuntur, qui Turcos ſummum ſuum Ducem ſic appellare coepiſſe ſaec. XI. arbitrati ſunt. Critici iam animadverterant hanc vocem in Conſt. Porphyr. lib.I. de Them. cap.11., & praeterea Iuſtiniano aequalis Perſarum Rex Choſroës F. Kabadis inventus fuerat *Aſſoltan* dictus in argenteo eius nummo Arabicis litteris inſcripto. Vid. Du-Cangium in Hiſt. S. Ludovici Francorum Regis par. 2. diſſert. 16.

405. Hiſce igitur tribus libris Corippus ſibi propoſuerat ea ſolum dicere, quae facta fuerunt a die 14. Novembris ann. 565., qua Iuſtinianus obiit, ad Kalendas Ianuarias, quibus Iuſtinus, vel ipſa eadem die, vel poſtridie obitus Iuſtiniani Imperator ſalutatus, Conſulatum iniit. Quoniam vero quae intermedio eo tempore a Iuſtino diſpoſita ſunt, ſecundum ordinem temporum, quibus deinceps feliciter geſta fuerunt, celebraturum ſe fore Corippus promittit, equidem puto non uno, qui ſequitur, quarto libro, ſed quibuſdam aliis conceptum opus clauſiſſe. Verum edax rerum tempus non modo reliquos furatum eſt nobis libros, ſed etiam quarti libri complementum.

IN LIBRUM QUARTUM CORIPPI

DE LAUDIBUS IUSTINI AUG. MINORIS.

Verſ.11. RESTITUI *τὸ vulgus*, & interpunctionem, ut concinnior ſit Poëtae ſententia. *Solemne* autem munus appellat nummorum in vulgus ſparſionem, quia is ſemper fuerat novorum Conſulum mos, ſi quoſdam excipias, qui ſecuti ſunt Conſtitutionem Imp. Marciani omnem omnino ſparſionem vetantem, quae Aſporatio, & Herculiano Coſs. lata eſt; & quam minus iam religioſe ſervatam Iuſtinianus M. omnino abrogavit.

17. *Explicitae moles.*] Hoc eſt diſpoſitae ad commodum artificum. Hirtius de bello Alexand. cap.14. de navibus: *Inter has ſpatium quadringentorum paſſuum reliquit, quod ſatis eſſe ad explicandas naves videbatur.* Lucanus lib. VI. v.9. de copiis militaribus:

. . . . . . Tum collibus omnes
Explicuit turmas.

21. *Sedit.*] Hoc eſt fixum eſt. Florus lib.IV. 2: *Egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cuius in ſcuto centum atque viginti tela ſedere.*

28. Scripſi *apium*, etſi legi poſſe *apum* non pernego.

29. Si placet magis ſequi editionem Ruizii ex Ms. Cod. expreſſam, lege *captas*, hoc eſt aëris verni temperie allectas. Verum vehementer ſuſpicabar ne Ruizius debuiſſet potius in Cod. legere, *aethere in alto*, qua phraſi Corippus imitabatur Virgilium loquentem de apibus Georg. lib.IV. v.78., eius enim verſus in hac comparatione videtur ob oculos habuiſſe.

33. Virg. Georg. IV. v.42:

Saepe etiam effoſſis, ſi vera eſt fama, latebris
Sub terra fovere larem, penituſque repertae
Pumicibus cavis, exeſaeque arboris antro.

Porro haereo dubius an ſatius fuiſſet reſtituere *fingunt*, qua voce de hoc apum opere loquentes utuntur Virgilius ib. v.57., Cicero de Off. I. 157., Plinius 1I. 5.

40. Reſtitui *fortiſque*, eſt enim buxus tum ligni duritia, tum pallore commendabilis. Vid. Plinium XVI. 16.

67. Salmaſius ad Fl. Vopiſcum de Aureliano concepiſſe animo videtur fabricam, huic a Corippo deſcriptae ſimilem, ſtetiſſe olim perpetuam in foro Conſtantinopolitano, ut ibi plebs in ſuis arcubus ac ſeptis ſtans, & per gradus, atque ordines diviſa annonam civicam acciperet.

85. Varro *Eumenidibus* apud Nonium XVII: *Hoſpes quid miras?*

90. Kal. Ianuarias deſcribit. Certant autem Critici in ſtabilienda Imperii, & Conſulatus Iuſtini Aug. Minoris chronologia ob varietatem chronologicarum notarum, quibus utuntur Graeci, Latinique veteres Hiſtorici, & quas tum in lapidibus, tum in codicibus animadverterunt, volenteſque omnia curioſiores componere haud defuit, qui ſibi fingeret novam epocham ab eius poteſtate ſeu Caeſaris, ſeu Curopalatae, & qui primo Conſulatum iniiſſe cum exiſtimaverit Kal. Ianuariis an. 567., iterumque an. 568., ſed haec figmenta locupletiſſimus, certiſſimuſque teſtis diſcutit Corippus noſter, ex quo conſtat Iuſtinum numquam Caeſarem fuiſſe, & Curopalatae munus aulicam fuiſſe dignitatem non Imperii, & Iuſtinum ſucceſſiſſe Iuſtiniano ex S. C. Mirifice auctor Periocharum lib. I. Periocha IV: *Iuſtiniani obitum artificioſe Poëta introducit, ut ex Conſultu Senatus Iuſtinum avunculo condignis laudibus commendatum ſucceſſiſſe doceat.* Praeterea cum Poëta lib.I. Iuſtinum

num etiam inducat prima ipſa Imperii ſui die promittentem populo reparaturum ſe fore Conſulatum, & mandantem ut omnia ad pompam illico pararent; nullus profecto reſtat ambigendi locus quin Conſul proceſſerit Kalendis proximi Ianuarii, incipientibus annum 566., cum Imperium Iuſtinus ſuſceperit ipſa die 14. Novembris anni 565., qua Iuſtinianum obiiſſe compertum eſt. Quod ſi quaedam repertae ſunt chartae, lapideſque, ubi modo indictionis nota, modo annorum Imperii, ſeu Conſulatus Iuſtini numeri non bene convenire videntur, equidem cenſeo non licere ex his, quae vel ob deſcriptorum, vel ob quadratariorum, librariorumve aut inſcitiam, aut oſcitantiam incerta ſunt, fidem certis, auctoritatemque derogare. Vide Philippum a Turre Epiſc. Adrienſem in Diſſertatione Apologetica *de Nummo Anniae Fauſtinae* pag. 109., & ſeqq. Porro obiter hoc quoque adnotabo Iuſtinum renovaſſe Conſulatum, cum iam ab annis XXV. nullus Conſul deſignatus fuiſſet, & a privatis ad Imperatores translatum reddidiſſe perpetuum, & ſine collega; praetereaque conſtituiſſe videtur, ut in Actis publicis ab illo non minus, quam ab Imperio anni dinumerarentur, hinc enim ea ratione dinumeratos deinceps annos comperimus uſque ad Conſtantinum Pogonatum.

99. *Auxerat.*] Hanc vocem hic reſtituere oportere Barthius ad v. 95. lib. II. iam notaverat.

102. *Ipſi.*] Sic Virg. ecl. V. v. 8:

Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.

109. Chriſtophorus Saxius in ſuis ad Diptychon Magni Conſulis animadverſionibus pag. 36. dubitat an hic verſus intelligendus ſit de vaſis, ſeu teſſeris argenteis anaglyptici operis, an de nummis Imperatorum vultu, ac titulis ſignatis, & probabilius cenſet, quod vaſa cuiuſque generis ex argento facta, donariaque maioris ponderis ſignificet. Aſt mihi utrumque ſignificare videtur.

113. *Utraque.*] Auri nimirum, & argenti.

Ibid. Profuſam Iuſtini Conſulatum ineuntis liberalitatem teſtatur Theophanes: *Conſulum more*, inquit, *munus dedit Iuſtinus*, *multaſque pecunias*, *quibus etiam nunc plures ditati*, *ſparſit in populum.*

114. In ſecunda parte Tomi ſecundi Theſauri veterum Diptychorum a Gorio collecti videſis Tabulas X., & XI., quae duas repraeſentant tabellas eburneas, primam Florentiae in Muſeo Riccardiano, alteram Pariſiis in Muſeo Regio exſtantes (manifeſto tamen inter Diptycha non adnumerandas, ut ſculpturarum prominentia, & utriuſque limbus, ſeu margo demonſtrant) in quarum una Iuſtiniani M., in altera Iuſtini Minoris imaginem expreſſam eſſe Gorius coniicit. Cum utraque tabula ſit anepigraphica, quem Auguſtum repraeſentent divinare non auſim, indubium tamen cenſeo duos repraeſentare ex Auguſtis Byzantinis; & utriuſque Auguſti veſtimenta, ſella, thronus, & ſacri adyti, in quo alter ſedens, alter quaſi proceſſum facere incipiens conſiſtunt, forma, tholus, vela, columnae, aliaque ornamenta, mirifice reſpondent hiſce Corippi noſtri verſibus, & iis, quae exaggerat lib. II. v. 100. &c., & lib. III. v. 194., & 255. &c.

120. Imitatur Corippus, atque adeo vincit quoque Ovid. II. Metam. v. 2. dicentem:

. . . . . *Flammaſque imitante pyropo.*

128. In proximo ſuperiore verſu, *cinctuſque*, & in hoc, *Hidaſpeis* certus reſtitui ex Claudiano, quem Corippus imitatur de III. Conſ. Honorii v. 3:

Feſtior annus eat, cinctuſque imitata Gabinos
Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

136. Hos verſus ita rectius diſtingue:

Et rerum manifeſta ſalus. Reparator opimi
Nominis, antiquis redeunt nova ſaecula faſtis.

Dicit autem nomen Conſulatus *opimum*, quia novi Conſules publicas facere ſolebant largitiones. *Opime* pro *abundanter* uſurpat Plautus Bacch. III. 1. 6. Apud Horatium IV. 4. 51. habes: *Triumphus opimus.* Dicuntur *opima*, inquit Feſtus, *magnifica*, *& ampla.*

137. Caſaubonus hos verſus Corippi allegat ad illuſtrandum Svetonium, ubi in Aug. cap. 10. narrat fuiſſe *qui ſuaderet*, *ut omne tempus a primo die natali uſque ad exitum eius* (Auguſti iam vita functi) *ſaeculum Auguſtum appellaretur*, *& ita in Faſtos referretur*: quibus nimirum bonorum Principum adſcribebantur nomina, & de quibus nomina tyrannorum delebantur, ſuffecto in eis titulo ἈΝΑΡΧΙ'Α. Sed hic Corippum alludere puto ad reparatam a Iuſtino Conſulum ſeriem iamdiu interruptam, a quibus faſti notabantur; & quorum nominibus annos diſtinguere adeo communis, & conſtans mos fuit, ut Iulianus Orat. III. Conſulatum vocet ἐπώνυμον τοῦ ἔτους ἀρχήν.

138. Nempe Iuſtinus Conſulatu reſtituto ab eo Imperii ſui annos numerari voluit, Auguſti exemplo, cuius Imperii epocha vulgatior incipit a VII. eius Conſulatu, quando ex S. C. firmatum eſt ei ſummum Imperium, & cognomen Auguſti accepit. Hinc Cenſorinus de die natali cap. 21. adnotat quod annus diei, quem celebrat, erat *eorum*, *qui vocantur Auguſtorum*, CCLXV. *perinde ex Kal. Ian. quamvis ex ante diem* XVII. *Kal. Febr. Imp. Caeſar*, *D. F.*, *ſententia L. Munatii Planci*, *a Senatu*, *ceteriſque civibus Auguſtus appellatus eſt*, *ſe* VII. *& M. Vipſanio Agrippa* III. *Coſſ.* In editis Cenſorini legitur: XVI. *Kal. Februarii*, ſed mendoſe; ut conſtat ex mox reperto, & a me illuſtrato marmoreo Kalendario Praeneſtino a Verrio Flacco deſcripto.

139. & 140. Fortaſſe rectius:

. . . . . . *Tua gaudia tecum*
Hinc veſter primus feliciter exigat annus.

Virgilius Aen. I. v. 70. de Nympha Deiopea in uxorem Aeolo promiſſa a Iunone:

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

141. Vo-

141. Vota *plura*, hoc eſt, quotannis & diu, nec non *quinquennalia*, decennalia, vicennalia, tricennalia vota, ut habes in nummis, & ſaxis antiquis.

153. Vonckius mallet *vectant*, quo cum ſentire non auſim, quia iam paullo ſuperius v.148. eadem vox exſtat *convectant*.

154. Indicat Orationes Panegyricas ſolitas fieri tum Graeco, tum Latino ſermone.

160. *Reponunt*.] Hoc eſt iterum, iterumque celebrant. Vid. Hor. in Arte v.123., & 190. Huic autem verſui, ut ſaepe alibi, ſenſum, & elegantiam interpunctione reſtitui.

164. *Phalerata dicta* apud Terentium Phorm. III. 2. 15. Donatus interpretatur *honeſta*, *atque ornata*.

171. Reſtitui *ſed*, ut ſententiae vis exigit.

172. Correxi *quum*, & nova interpunctione locum diſtinxi, ex qua ſuus prodit ſenſus; attamen v. 175. adhuc diſplicet τὸ *quos*, & legendum crediderim *aſt*. Vox *ovantes* idem ſonat ac *laetantes*, & reſpicit laudatores, non dominos.

184. Scribe:

Doctior & Princeps novit &c.

204. *Pulſantque*.] Ex textu Ruizii in noſtrum quoque mendoſa haec lectio irrepſit. Lege *pulſant*.

214. *Procedere* proprie dicebantur Magiſtratus, & praeſertim Conſules. Hinc nummus aureus rariſſimus Conſtantini Magni ad ann. pertinens CCCXX., quo Conſtantinus Magnus una cum altero filio Conſtantino Iun. Conſul. VI. proceſſit: FELIX PROCESSVS COS. VI. AVG. N. Et in nummo Maxentii, quem primus edidit Spanhemius: FEL PROCESS CONSVL AVG, & in alio apud Bandurium p.149: FELIX PROCESS CONSVLAT AVG N. Vide Spanhemium Diſs.12. §.5.

257. Correxi *videnda*, ut conſtet Corippi ſententia, qui, ut metro inſerviat, implicate interdum loquitur, & obſcurus fit. Itaque hirundo ex Virg. Georg. IV. v. 307. *garrula* dicitur; quia ad nidum, quem tectorum tignis ſuſpendere ſolet, garriens redit ſic ſtudens audiri, & circum volitans ſtudet etiam videri a pullis ſuis, ut in occurſum veniant ad ſumendum cibum.

260. *Flagitantque cibos*. Cum in Poëtis ſequioris aevi non inſolens ſit invenire immutatam ſyllabarum quantitatem verebar ſufficere, ſuadente Dempſtero, *rogitantque*. Modo vero reſtituendum puto, *flagrantque cibo*, quod maximam cibi aviditatem eleganter exprimit. Sic per translationem *flagrare libidinibus* ſcripſit Svet. de cl. Gr. 23.

264. *Sanxerat*.] Celeber eſt hic locus apud criticos ad comprobandum uſum verbi *ſancire* pro conſecrare, & ipſe etiam ſuperius ad hoc citavi, ſed fortaſſis fruſtra. Cum poſtea ſit vox *dicarat*, legendum hic eſſe crediderim *ſarſerat*, hoc eſt refecerat. Audi Feſtum: *Sarcire eſt integrum facere*. Ulp. L.1. D. *de rivis* §.6: *Verbo reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, aedificare, item advehere, apportareque ea, quae ad eam rem opus eſſent, continentur*. Et ſane *Sophiae cognomine templum* Iuſtinianus M. non primus condidit, ſed iam conditum a Conſtantino M., & a Conſtantio perfectum, & a Theodoſio iuniore inſtauratum, cum in ſeditione Victoriatorum conflagraſſet, in auguſtiorem formam renovavit. Corippus igitur ſemper idem ad nomen uxoris Iuſtini alludit, & fingit praenunciatum, praefiguratumque fuiſſe Iuſtini, & uxoris Sophiae Imperium in eo quod Iuſtiniano M., & Theodora eiuſdem uxore imperantibus refectum fuerat Sophiae cognomine templum, & condita arx Sophiana.

266. *Volens*.] Ita reſtitui tum metri cauſſa, tum quia Poëta exprimere intendit Iuſtinianum conſulto voluiſſe eo Sophiae cognomine Chriſtum intelligi, qui eſt Patris ſapientia.

268. Reſtitui *duxit*, manifeſto enim loquitur de Iuſtiniano. Τὸ *ante* ſequentis verſus reſpicit verba, *Auſpiciis ſacrare piis*. Demum, *arcana futurorum bonorum*, dici puto, quae obſcure oſtentant, ſeu praefigurant bona futura.

283. Si fides Anonymo, Imp. Iuſtinianus, abſoluto Sophiae templo, exclamavit prae gaudio exſultans: ΣΟΛΟΜΩΝ ΝΕΝΙΚΙΚΑ ΣΕ *vici te Salomon*; praetereaque e regione eiuſdem templi Salomonis ſtatuam poſuit illud contemplantis, & genas ſibi carpentis quaſi doleret ſe eſſe ſuperatum.

287. *Et Sophianarum &c.* hoc eſt aedium, de quibus ſaepe loquuntur veteres Byzantinarum rerum ſcriptores, ſed ſatis erit hic Zonarae locum deſcribere Annal. lib. XIV. cap.10. de Iuſtino: Ἦν δὲ τούτῳ γαμετὴ Σοφία, ἣν καὶ Αὐγοῦσταν ἔστεψεν, ἧς ὀνόματι καὶ τὸν λιμένα τῶν Σοφιῶν ᾠκοδόμησε, καὶ βασίλεια πρὸ τῆς πόλεως, Σοφιανὰ δ' ἐκείνην καὶ τὸν τόπον καὶ ταῦτα κατονομάσας, ἐν οἷς καὶ ἐπίγραμμα παρὰ Ἀγαθίου ἐγένετο τόδε.

Ὁππόθι τεμνομένης χθονὸς ἄνδιχα πόντον ἀνοίγει
  Πλαγκτὸς ἁλικλύστων πορθμὸς ἐπ' ἠιόνων,
Χρύσεα συλλέκτρῳ τάδ' ἀνάκτορα θῆκεν Ἀνάσσῃ
  Τῇ πολυκυδίστῃ θεῖος ἄναξ Σοφίῃ·
Ἄξιον, ὦ Ῥώμη, μεγαλοκρατὲς ἀντία σεῖο
  Κάλλος ἀπ' Εὐρώπης δέρκεαι εἰς Ἀσίην.

Uxorem Sophiam Auguſtali corona ornavit, eiuſque nomine Portum Sophianum extruxit. & Regiam, ante urbem; quam ipſam, vicinaque loca, eius gratia, Sophiana nominavit. Et hoc Agathiae epigramma eſt inſcriptum:

Qua ſecta tellure via eſt patefacta minanti
  Oceano, & portum verberat unda fremens,
Aurea Rex Sophiae conſorti haec atria fecit,
  Aequandumque polis marmore ſurgit opus.
Maxima Roma oculos vertens contra Aſida terram
  Iam ſpectacla tuo nomine digna vides.

288. Maluiſſem legere, ut Ms. Cod. veſtigiis preſſius inhaererem: *Principis haec atque aula Dei*; aut forte rectius: *Principis aedes, aula Dei*.

290. Meur-

290. Meurſius loc. cit. hunc verſum in editione Ruizii luxatum eſſe cenſet, & legit, *ibi namque probatur*.

292. Reſtituta interpunctione omnia clarent.

295. *Nomina fulgent*.] Quia nimirum ipſa nomina oſtentant Divinarum Perſonarum inter ſe diſtinctionem, ac relationem in unitate ſubſtantiae. Paterculus lib. XIV. cap. 1. de coloniis militaribus a Silla, Iul. Caeſare, Triumviris, & Auguſto deductis, quae Sillanae, Iuliae, Triumvirales, & Auguſtae nuncupabantur: *Militarium*, inquit, *& cauſſae, & auctores, & ipſarum praefulgent nomina*. A Theologis vero diſces Divinarum Perſonarum Filii, & Spiritus Sancti emanationes, ſeu proceſſiones ex Patre, ἐκφάνσεις *effulgentias* plerumque Eccleſiae Graecae Doctores appellaſſe; & docente S. Athanaſio in libro de Decretis Synodi Nicenae: *Nullum videtur eſſe aptius, ac ſolis, & ſplendoris exemplum ad explicandam Dei Perſonarum pluralitatem in unitate, quia lux ante ſplendorem non exſiſtit, nec ſplendor a luce ſeparari poteſt*; ſemper licet neceſſe ſit omnem corpoream cogitationem a Divina generatione arcere, cum plane nequeant comparari humana divinis.

300. Τὸ *venit*, quod iudice Vonckio languet, multam mihi videtur habere vim. *Sponte venit*, nam *oblatus eſt*, *quia ipſe voluit*. Iſ. LIII. 7. Confer Ioh. II. 20. Ad Gal. II. 20. Ad Hebr. X. 7. &c.

304. S. Hilarius lib. III. de Trinitate §. 23: *Deo ſimile aliquid eſſe, niſi quod ex ſe erit, non poteſt*. S. Aug. lib. I. contra Maximinum: *Verus Dei Filius, & unius cum Patre ſubſtantiae eſt, quia verus Filius eſt, & per omnia eſt Patri ſimilis, quia Dei Filius eſt*.

Ibid. Meam emendationem libens revoco. Lege cum Vonckio *hominique*.

309. *Honoris*.] Emendationem hanc meam comprobant alia Corippi loca, ſic enim lib. I. v. 127. *nomen honorum*, & lib. III. v. 332. *ſento honoro*.

347. *Amantes*.] Mancam vocem ita ſuppleverat etiam Schwartzius, notante Goëtzio. Alii ſupplevere *amando*; al. *amabit*.

348. Nota huic verſui, & ſequentibus reſtitutam lectionem, & ſuam ſententiae elegantiam. Lib. I. eadem paucioribus Corippus innuit vv. 60., & 61. V. Monitum.

353. Hunc, & tres proximos verſus hiantes ſuppleviſſe mihi videor niſi certius, certe ſaltem rectius, quam ceteri, tum ſi ſententiarum convenientiam, & elegantiam; tum etiam ſi Ms. Cod. veſtigia, quae Ruizius praeſtat, conſideres.

366. *Enſipotens*.] Nempe *Protoſpatharius*.

367. Inſertam textui emendationem retracto, & lego:

Aſpectu, mentis nec non gravitate, benignus.

Lucanus in Paneg. ad Piſonem v. 88:

Sed ſuper iſta movet plenus gravitate ſerena
Vultus, & inſigni praeſtringit imagine viſus.

368. Notes velim cum Pagio ad ann. 567. tres Narſetes imperante Iuſtino inclaruiſſe. De duobus loquitur Procopius lib. I. de bello Gothico cap. 13. Horum primus ſpado, ſacrarum largitionum Comes, cum Praefectus Italiae eſſet, Sophiae Aug. minis perterritus, Langobardos, ut in Italiam venirent, invitavit. Hic neque forma, & ore inſignis erat, nec iuvenis, ſed ſenex tum cum Iuſtinus imperium ſuſcepit. Alter ab Armeniis Perſis ad Romanos, teſte Procopio, transfugerat cum Aratio fratre, & periit bello Perſico ſub eodem Iuſtino, ut idem Procopius lib. I. de bello Perſico cap. 25. teſtatur. Iuvenis, & forma ſpectabilis Narſes, de quo hic loquitur Corippus, ille eſt, de quo Theophanes ad an. XVI. Iuſtini ſcribit: *Hoc anno Narſes Cubicularius, & Protoſpatharius, qui Iuſtino adeo carus fuit, ut eius gratia ludibriis reſpergeretur, domum Narſetis conſtruxit, & Catharorum Monaſterium*. Hic ſub Mauricio Perſis tanto terrori fuit, ut Perſarum infantes audito Narſetis nomine tremerent. Vide plura apud Theophylactum in Hiſtoria Mauriciana.

370. Virgilium imitatur Aen. I. v. 596:

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, pariuſve lapis circumdatur auro.

Quo in loco Virgilius ebur, argentum, pariumque lapidem inducit, quibus circum addatur aurum, ut exprimat Venerem matrem Aeneae filio, natura ſua pulchro, novam pulchritudinem addidiſſe, ut gratior Didoni appareret. At Corippus achatem pro argento inducit, & hinc puto coniunxiſſe aliam ſimilem gemmam, non parium lapidem. Suffeci *Pyrous*, quaſi generice indicare voluerit gemmam flammas afflantem, qualem ſupra v. 120. pyropum dixit. Unus ex gente Amorum *Pyrois* dictus ἀπὸ τοῦ πυρὸς occurrit apud Claudianum in Epithal. Palladii, & Celerinae. Quid non potuit idipſum audere Corippus, ut ſplendentem gemmam indicaret?

F I N I S.

Dele notam appoſitam lib.I. v.102., & hanc aliam v. 104. appone.

Videtur hic mihi deſcribi Portus primum Hormiſdae, aut Iuliani, deinde vero Sophianus, ac deinceps aliis etiam nominibus appellatus, qui in veteri novae Romae deſcriptione in Regione III. ſtatuitur. Ibi Palatium fuiſſe Sophiae nondum Auguſtae adfirmare videtur Codinus, & Theophanes narrat Sophiana ad eum Portum Palatia fuiſſe a Iuſtino Aug. exſtructa, quia, cum eſſet Curopalata, Iuſtus eius filius ex Sophia in aede S.Michaëli ſacra ibidem ſita ſepultus fuerat. Corippi verſus conveniunt cum epigrammate in Palatia Sophiana, quod Mariani Scholaſtici nomine inſcriptum exſtat in Anthologia, apud Zonaram vero nomine Agathiae. Quam igitur cum Procopio, ubi de Heraeo Palatio loquitur lib. I. de Aedif. cap.XI. convenientiam alucinatus fueram, retracto, quia Heraeum Palatium in littore Aſiatico ſitum fuiſſe conſtat ex Nicephoro CP., & Corippus nullo pacto indicat, quod Iuſtinus, & Sophia ad Imperium vocati, e domo ſua egreſſi, ut in Aulam irent, transfretaverint, ſed ſolum inquit v. 190:

Incedunt media ſecuram nocte per urbem.

Adde notam hanc ad v. 332. eiuſdem lib. I.

Ex Virg. Aen. V. v. 154:

. . . Poſt hos aequo diſcrimine Priſtis,
Centaurusque locum tendunt ſuperare priorem.

Notes autem velim Corippum metas dicere aequo inter ſe diſcrimine diſtantes, quia ſecundum quaſdam architectonicas rationes illud ſtatuebatur, ne tumultuoſus fieret equorum curſus, ſi brevius foret, & ſi longius, ne equi nimium defatigarentur, & ne aliqua in parte Circi ſpectatores oculis ſequi nequirent aurigas, quibus ſtudia in contraria ſciſſi favebant.

Errata quaedam typographica exciderunt : Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum; *& doctus, ac benevolus Lector facile ea corriget, facile excuſabit.*

MONITUM

In duas ſequentes doctorum Virorum Epiſtolas de Diſticho Saracenico Theodoſii Diaconi.

IN adnotatione ad verſ. 77. Acroaſis II. Poëmatis Theodoſii Diaconi περὶ τῆς Κρήτης ἁλώσεως *de Cretae expugnatione* pag. 383. ſpes facta eſt, forte aliquid emerſurum, quod Saracenico Diſticho, ibidem Graecis elementis exarato, lucem aliquam affunderet, quodque ad calcem locum habiturum inſuper receptum eſt. Res ceſſit ex voto. En ergo Epiſtolae binae, quarum una auctorem habet Iohan. Bernardum De-Roſſi in Parmenſi Academia Linguarum exoticarum Profeſſorem longe celeberrimum, altera vero Auguſtinum Antonium Georgium Eremitarum Auguſtinenſium Procuratorem generalem, virum doctrina, eruditione, & praeclaris in Urbe muneribus, ſupra id, quod dici poteſt, ſpectatiſſimum. Uterque latentem ſenſum quoquomodo elicere & ingenii ſolertia, & eruditionum copia, diverſa licet ratione, enititur. Integrum tamen erit unicuique, cui magis placebit inhaerere, quod per nos, & per ipſos ingenuos auctores facile licebit.

IOHAN-

IOHANNIS BERNARDI DEROSSI

PUBLICI LINGUAR. ORIENTALIUM PROFESSORIS AC VICEPRAESIDIS THEOL. FACULTATIS IN REG. PARMENSI ACADEMIA

IN SARACENICUM
THEODOSII DIACONI
DISTICHON
EPISTOLA

AD CLARISSIMUM

IOHANNEM CHRISTOPHORUM AMADUTIUM.

QUID ſibi velint ſignificentque bini illi Saracenici Theodoſii verſus, qui in eius poëmate de Cretae expugnatione occurrunt, enixe a me petis, doctiſſime Amaduti. In eius, inquam, poëmate quod iſthic in celeberrimo hoc Propagandae Fidei Typographeo Vir ſummus, magnique iampridem nominis Petrus Franciſcus Fogginius edere aggreditur, eruditis ſpectatiſſimi ex fratre nepotis obſervationibus illuſtratum. Si quid eſt in me ad id praeſtandum quod poſtulas, facultatis, enitar certe ut tuae, tantorumque virorum exſpectationi reſpondeam, non nimia licentia ductus, leviſſimaque fide, ut feciſſe videntur nonnulli, qui in difficillimis, atque intricatioribus monumentis explanandis, in quibus חושך שפתיו משכיל אין דעתו is plerumque ſcientia praeditus eſt, qui labia ſua cohibet, & tacet, ut appoſite aſſerit Aben Ezra, non conjectari ſibi videbantur, ſed certo iudicio ratiocinari. Plaudant ſibi feliciſſimi hi interpretes, quibus datum eſt omnia ſcire, ignorare nihil, abſtruſiora quaeque ac reconditiora ſtatim primo intuitu intelligere, primaque fronte evolvere, etiam ductus ipſos inſignificantiores. Ego vero difficultatem ſemper ſenſi, & multa in hoc ipſo Diſticho ineſſe fateor, quae planae illius explanationi adverſantur. Cuius enim aetatis ſunt iſthaec Saracenorum verba? Saeculi x. Cuius linguae? Arabicae. A quibus probata? A vulgo. Quibus litteris conſignata? Alienis. A quo? A Graeco ſcriptore linguae, ut puto, Saracenicae ignaro. Quis porro neſcit quam inſignem in linguis mutationem afferat longa aetas, ut in characterum forma, ita in ipſa verborum inflexione, ac pronunciatione? Quantum temporum conſuetudini inſerviat idiomatum orthographia, vel ex ipſa tua hac Capitolii columna magnus olim polygraphus Waltonus conſtare autumabat, memoriae Duilii Romani quondam Conſulis dicata, cuius verba, etſi vix CL. annos Ciceronis aetatem ſuperent, mirum tamen in modum in inflexione a Ciceronianis diſcrepant. Arabica autem lingua, quidquid contra dicat ac demonſtrare conetur Sobenſis in libro quem patrio ſermone inſcripſit [illegible], eſt linguarum omnium quotquot exſtant, copioſiſſima. Immenſae ſunt radices, immenſi radicum ac derivatorum nominum ſignificatus, ut imperfecta plane habenda ſint abſolutiora ipſa Giggeii, Golii, Caſtellii lexica. Golianum porro ipſum excipiendum non eſſe quod copia, elegantia, ac raritate ceteris quammaxime praeſtat, vel ex ipſis mſs. notis, atque appendice luculentiſſime conſtat, quibus clariſſimus Auctor exemplar ſuum inſtruxerat, Maio olim ab Uffenbachio commodatum, ut patet ex epiſtolari eiuſdem commercio.

Quum in litterarum autem ſono, ac pronunciatione, praeclare inquit commemoratus Waltonus, non leviter erratum ſit, praeſertim a vulgo, inde facile mutantur vocabula. A mala enim pronunciatione fit mala ſcriptio, & mala ſcriptio errorem poſteris tradit. Quod tum potiſſimum eveniat neceſſe eſt, cum vocabula ipſa non propriis, ac ſuis, ſed alienis litteris, alienoque charactere conſignantur. Poenos nonnullos verſus latinis litteris retulit Plautus, quibus latinam eamque accuratam interpretationem ſubiunxit. Incredibile dictu eſt quot in eis extricandis labores inſumpſerint Petitus, Grotius, Salmaſius, Bochartus, totque alii doctiſſimi viri, qui Plautina inſuper verſione adiuvabantur. Quam varia adhuc eſt Bocharti lectio, quam reliquis omnibus praetuliſſe videntur eruditi! *Ny thalonim*, ſcripſit Plautus. *Na eth elionim*, legit Bochartus. Ille *valont uth*, hic *vehelionoth*. Alter *ſi corathiſima con ſith*, alter vero *ſucorath iſnecun zoth*. Negari ſane nequit intricatiora reddi vocabula in alienas litteras translata, m[illegible]

ac

ac variis ob id ſenſibus, interdum etiam contrariis, ſubiici. Non aliunde profecto diſcrimina, quae inter Graecam Bibliorum verſionem, & Hebraicum textum intercedunt, recentiſſime repetit Gerhardus Tychſen in Tentamine de variis Mſs. Codicum Hebraicorum generibus paucis abhinc annis Roſtochii vulgato, contendens in opere hoc ſingulari quidem eruditione, ſed ſingularibus etiam opinionibus, ac paradoxis refertiſſimo, Graecos interpretes ex Hebraicis Codicibus Graecis litteris conſcriptis ſuam interpretationem confeciſſe. Etenim quum Hebraica vocabula Graecis litteris exarata ad plures revocàri radices poſſint, atque ambigua ſint, eam hinc lectionem germani huius ſcriptoris ſententia ſaepe verterunt interpretes illi, quae ab Hebraica diſſentit. Quae quidem ambiguitas augetur adhuc quammaxime, ſi ſcriptor imperitus ſit, qui litteras perfecte non referat, accurateque diſtinguat.

Sed ne videar haec dicere, ut enarrationem ipſam effugiam, propius ad verſus ipſos accedamus, qui ſunt ordine LXXVII., ac LXXVIII. ſecundae Acroaſis. Deſcribens itaque Theodoſius Cretae expugnationem, narrat Nicephorum Graeci exercitus urbem obſidentis imperatorem fundis caeſorum hoſtium iuſſiſſe iaci capita telorum inſtar, ut tenuis latitudo aetheris barbarorum caede inquinata hilareſceret, populuſque peccator cognoſceret etiam propria membra ipſis eſſe ad poenam. Dum ergo has haberet carnes civitas, ſubdit Poëta coniunctos genere τῇ βοῇ τῶν βαρβάρων, ſuo videlicet barbaro idiomate ita clamaſſe:

> Σὰϊφ ἐχημὰτ ἰχαρὸπ καὶ τὴν ῥάσαν
> Σερμὰτ μιδ᾽νὴν καὶ χαὰτ ἰκφησάν.

Fieri ſane non potuit, quin inaudita illa, atque inexſpectata Nicephori crudelitas obſeſſorum animos ad iram, ac furorem vehementer commoverit, ut proinde verba haec a coniunctis caeſorum expreſſa nonniſi indignationis verba eſſe videantur, ac minarum adverſus immanem ducem. Quid enim aliud clamaſſe illos putemus teterrima propinquorum caede, triſtiſſimaque obtruncatorum eorumdem capitum praeſentia commotos? Naturalem hunc, praecipuumque animi motum, quem in coniunctis excitare debuit atrox facinus, optime nobis referunt commemorata verba ad ſuas quaeque radices revocata. Σὰϊφ puto eſſe participium radicis ساف, quae *enſe*, vel *gladio percutere*, & *interimere* denotat; unde سايف *gladio feriens*, *interimens*. Ἐχημὰτ videtur eſſe Arabum احمه, vel حامة, quod *propinquos* deſignat; ἰχαρὸπ vero futurum verbi, vel قرب quod *accedere*, vel حرب quod *pugnare* ſignificat, *in praelium deſcendere*, ſignificatione prorſus communi cum ceteris Orientis linguis, quae ſunt מתאחות ומתרכות cognatae ſcilicet, & affines inter ſe, ut verbis utar Rabbi Iehudae Levitae. رضن, quod eſt ipſiſſimum noſtrum ῥάσαν, Saracenis idem valet ac *firmavit*, *firmiorem*, *obſtinatiorem reddidit*; صرم vero, a quo σερμὰτ, *minutatim*, & *in partes conſcidit*. Μιδ᾽νὴν, ſeu مديني arabice *civem* potiſſimum deſignat; حاد a quo participium χαὰτ, *inſidiari*; نفس demum quod veriſimilius eſt noſtrum ἰκφησάν cum ſuffixo pronomine primae perſonae pluralis, *animam*, & *vitam*. Ut commode iam mihi videatur ſuis ſic litteris reſtitui poſſe, & explicari Theodoſii Diſtichon:

> سايف احمه يقرب (يحرب) رضن
> سارم مديني حاد بنفسنا ۞

> *Barbarus propinquorum interemptor accedat iam,*
> *in praelium deſcendat. Firmiores reddidit*
> *In partes ac minutatim conſcindens cives, vitaeque noſtrae inſidians.*

Pro maxima linguae copia, & amplitudine in alios ſenſus trahi poſſent haec verba, atque ita praeſertim interpretari, ut dolorem, poenam, animorum deiectionem, deſperationem ſignificent, ſi ἰχαρὸπ derivetur a verbo كرب, quod denotat *angere*, *in anguſtias coniicere*, *moerore afficere*, ῥάσαν vero, ſeu رضن, *vincendi* ſignificatione ſumatur. Cui ſane ſenſui illud favere videtur, quod Theodoſius praemittit, ita feciſſe Nicephorum, ut populus peccator cognoſceret etiam propria membra ipſis eſſe ad poenam, ut non aliter coniunctorum verba referre videatur, quam ut demonſtret ita revera eveniſſe, ut prudentiſſimus imperator cogitaverat. Sed veroſimilior mihi videtur prior interpretatio, cui multo maniſeſtius favet, quod auctor ſubdit, haec quidem patria voce ſtrepuiſſe, quum interim caedes a Nicephoro eſſet Cretenſibus illata. Quae aperte demonſtrant verba illa inutilem verborum, minarum, atque inſaevientium animorum ſtrepitum continuiſſe. Satis porro analoga eſt haec lectio; ſed ſi quid eſt, quod in ea videatur anomalum, atque hodiernae Arabum pronunciationi, & inflexioni adamuſſim non reſpondeat, id vel aetati, ut ſupra diximus, vel vulgo eam efferenti, vel ipſi demum ſcriptori tribuendum eſt. Haec habeo, clariſſime, meique amiciſſime Vir, quae feſtinanter, ut praecipis, infirmaque etiam valetudine eruditorum oculis ſubiiciam in illuſtrationem Saracenicorum Theodoſii verſuum, de quibus illud iam repetam, quod de lucubratiuncula mea in Phoeniciam quamdam inſcriptionem paucis abhinc annis ad te perſcripſi (*), tamdiu videlicet ea probari me velle, quamdiu eruditis, atque harum rerum ſcientiſſimis hominibus probabuntur, aut meliorem, ac veroſimiliorem ipſi interpretationem non ſuppeditent.

(*) *Vid. Ephemer. Litter. Roman. ann. 1774. n. XLVI. pag. 348., & ſeqq.*

VIRG

VIRO CLARISSIMO

IOHANNI BERNARDO DEROSSI

PUBLICO LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSORI AC VICEPRAESIDI THEOL. FACULTATIS IN REGIA PARMENSI ACADEMIA

AMICO OPTIMO ET OPTATISSIMO

F. AUGUSTINUS ANTONIUS GEORGIUS EREMITA AUGUSTINIANUS

Ἐν τῷ Χριστῷ Θεῷ εὐχαίρειν.

MAGNI ingenii tui, tuaeque peregrinae eruditionis opera toti iam orbi litterario cognita, meritiſque laudibus exornata mirum quantum, De-Roſſi praeſtantiſſime, me antea ſemper delectarint, hodieque magis delectent. Nec ullus dubito, quin in eorum cenſu propriam ſibi laudem vindicatura perpetuo ſit tua iſthaec ſingularis epiſtola, quam haud ita pridem in *Saracenicum Theodoſii Diaconi Diſtichon* ad πολυμαθέστατον Amadutium noſtrum ſummo ſtudio, elegantiaque ſcripſiſti. Ut enim tota eſt tam variis, pulchriſque Orientalis litteraturae luminibus mirifice colluſtrata, barbarici carminis argumentum latinis oculis, auribuſque gratum reddidit, & periucundum, dum quicquid in illo horriſoni, & abſtruſi aenigmatis ſpeciem praeſeferebat, luce ſua ſuſtulit, & novam veluti formam, claramque ei faciem induxit.

Quae vero obſervata a te ſunt de difficillimis, ac pene indiſſolubilibus nodis, quos incurrant neceſſe eſt quotquot propria cuiuſcumque gentis vocabula non modo alienis litteris, ſed & ab externis ipſis ſcriptoribus, rudibus praeſertim, parumve peritis, deſcripta interpretari ſuſceperint, tam multis graviſſimorum hominum auctoritatibus, & exemplis probari, confirmarique intelligo, ut ea in obſcuris hiſce exoticorum monumentorum vocibus, atque ſententiis perveſtigandis *axiomatum* loco deinceps haberi oportere exiſtimem.

Haec mihi in epiſtola tua meditanti in mentem venit Codex Syriacus, qui Romae inter Mſs. Angelicae Bibliothecae aſſervatur. Complectitur is Sancta quatuor Evangelia e Graeca in Syriacam linguam ſeptimo Eccleſiae ſaeculo ineunte converſa in urbe *Mabug*, alias *Hierapoli* nuncupata, tempore *Xenaiae*, quem novo *Philoxeni* nomine inſignitum Petrus Fullo eiuſdem civitatis Epiſcopum conſecravit, & Iacobitae omnes quaſi principem ſectae ſuae ducem, atque propagatorem honorant. Scriptus eſt στρογγύλοις, *eſtranghelis* ſcilicet, ut eos Syri appellant, characteribus, unaque opera collatus a Thoma Heracleenſi *Monophyſita*, & Germaniciae Epiſcopo an. Alexandri DCCCCXXVII. Aer. Chriſt. DCXVI. in *Anton*, ſive in *ſacro Antonianorum Monaſterio* magnae urbis Alexandriae. Non unica tamen, ſed gemina collatio ab eo inſtituta eſt. Nam Heracleenſis, ut ego arbitror, primum quidem *Philoxenianam* verſionem a ſimplici Syra diverſam cum duobus Syriacis, deinde vero cum tribus Graecis exemplaribus contulit, ut ita & Syriacum apographum ſuum, ubi opus eſſet, emendaret, & verſionem ipſam ad lucem Graeci textus, unde prodierat, recognoſceret, ac perluſtraret. Utriuſque collationis notae, & indicia certiſſima ſunt tum Syrae, tum Graecae voces: illae, quae ad menda, & ad variantes lectiones Syriacae verſionis ſpectant, iſtae, quae margini inſperſae translatas Syriacas quadantenus explicant, eaſque ad Graeci textus originem revocare videntur: ſed non parem in utraque peritiam Collator praeſetulit. Multa peccavit in Graeca. Neque enim Heracleenſis uti Syriacis ſic & Graiis litteris excultus, doctuſque erat. Tanta deinde vi rapiebatur ad ingenium, & morem ſequendum vernaculi ſermonis, ut in pluribus Graecis vocabulis adnotandis ea certe aut efferre, aut tranſcribere conſueverit non ad imitationem exemplarium Graecorum, ſed ad formam Syriacae locutionis. Iiſdem, ni forte luculentioribus, vitiis Amanuenſem, quo in tam arduae collationis opere Germaniciae Epiſcopus utebatur, laboraſſe perſuaſiſſimum mihi eſt. Nemini proinde mirum videri debet, ſi & ille dictando, & iſte ſcribendo Graecas voces plerumque vitiatas repraeſentarint. Verum nihil eſt, cur ego plura de huius noſtri Codicis ſcriptore, deque illius antiquitate, & praeſtantia dicam; nam alibi fortaſſe aptior ſe ſe mihi offeret de eo diſſerendi occaſio. Tu a me haec pauca tene, interea dum ego ad epiſtolam tuam redeo, a qua paullo longius diverteram.

Quid ergo eo verius, quidve certius, atque ſolidius dici, affirmarique poteſt, quam quod traditum abs te eſt de ſumme difficili, moleſta, & ea tamen fere ſemper coniecturali, incerta, & ambigua interpretatione peregrinorum nominum, quoties ea in conſpectum noſtrum quaſi muta, & involuta veniant non ex propriae, ſed ex alienae gentis audienda, cognoſcendaque ſignis? Id equidem vel ex hoc uno Codice, quem

quem tibi deſcribere coeperam, abunde mihi diſcere, & experiri licuit. Satis enim ſuperque ex eo intellexi quam facile fiat, ſaepeque contingat, ut ob eas, quas tu memoras cauſſas, alienae linguae voces, dum neque litteris ſuis, neque ab idoneis translatoribus, ſatiſque peritis librariis deſcribuntur, turpiter corrumpantur: corruptae vero, niſi ad earum ſignificationem, nativumque ſenſum vel coniiciendum, vel detegendum certa aliunde lux repetatur, variam plerumque, ambiguam, ineptam, pravam, abſurdam, aut fortaſſe etiam contrariam intelligentiam pariant. Ne vero longam tibi huiuſmodi depravationum, & erratorum ſeriem proponam, tu, quaeſo, nonnulla mecum exempla percurre, ut ex iis facilem de ceteris coniecturam capias.

Matthaei XIV. v. 35. Graecus textus habet περίχωρον. Syra ſimplex, ܦܢܝܬܐ ſic vulgo ab Orientalibus dicta, quod nomen non haberet paris ſignificationis, eamdem Graecam vocem vertit ܠܟܠܗܝܢ ܩܘܪܝܐ ܕܚܕܪܝܗܘܢ *ad omnes regiones, quae erant circa illos*: at verſio Philoxeniana ſuam fecit περίχωρον, tranſtulitque ܦܪܝܟܘܪܘܣ. Mox ſive Amanuenſis, ſive Collator ipſe Thomas Heracleenſis ad oram Codicis adnotavit ΠΟΡΑΧΡΑ picto P tum heic, tum alibi cum oculo ſemper inverſo. Ποραχρα interea nec Graeca, nec Syriaca, ſed monſtroſa vox eſt ineptiſſime ex utraque compacta.

Marci V. v. 28. e regione ipſius Syrae ܦܪܝܟܘܪܘܣ novo corruptionis genere in margine poſuit: ΠΟΡΑΧΩΡΑ. Et rurſus in eodem capite v. 55. O in H immutato ΠΗΡΑΧΩΡΑ fecit: Tandem paullo aliter Lucae IV. v. 14. H in I converſo ΠΙΡΑΧΩΡΑ.

Iohan. VI. v. 71., ubi Gr. legit ἰσκαριώτην, & Philoxeniana cum Syra ſimplici ܣܟܪܝܘܛܐ Codicis Collator ad marg. ſcripſit ΚΑΡΥΩΙΤΟΥ.

Matthaei XVII. v. 25. duo haec Graeca nomina τελη ἢ κῆνσον *tributum vel cenſum* in Syra ſimplici ܡܕܐܬܐ ܘܟܣܦ ܪܫܐ *tributum & argentum capitationis*, & in Philoxeniana ܡܕܐܬܐ ܐܘ ܩܢܣܘܢ reddidit: ΔΕCΚΩ & ΚΗΝΟΝ; quorum primum nec Syrum, nec Graecum eſt, licet fortaſſe ad oram Graeci exemplaris ab aliquo Syro illud adnotatum repererit; alterum vero κῆνσον ipſum graecum eſt ab Amanuenſi corruptum. Sic Lucae XII. v. 42. CΤΟΜΕΤΡΙ pro σιτομέτριον. Cap. XV. v. 13. in Philoxen. ܐܘܣܝܐ, ΤΗCΟΥCΑC pro τὴν οὐσίαν: cap. XIX. v. 4. ΧΑΡΚΑ pro χάρακα: Ioh. XIX. v. 39. ΜΙΓΜΑC ΜΥΡΟΝΗC ΚΑΛΟΗC pro μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης: Matth. XVI. v. 25. ΔΙΔΡΑΧΑCΑ pro δίδραχμα: Matth. XXVI. v. 16. ΝΥΚΑΙΡΙΑΝ pro εὐκαιρίαν: v. 23. ΕΝΤΩΤΡΥΒΝΑ pro ἐν τῷ τρυβλίῳ. Marc. VI. v. 49. ΑΝΕΧΕΝ pro ἀνέκραξαν: cap. VIII. v. 32. ΙΞΑΡΡΗCΙΑ pro παῤῥησία; & alia pro aliis ſcriba Syrus poſuit.

Ecce tibi, De-Roſſi ornatiſſime, ex antiqua Syria vir celebris, qui dum ſua ſuis, recte, dum ſua & Graeca graecis litteris vel dictat, vel ſcribit, male utraquae ſaepe dictat, & ſcribit. Hoc idem accidat neceſſe eſt iis maxime ſcriptoribus, qui alienae gentis nomina, & locutiones, eas praeſertim, quae parum cognitae fuerint, aliis, quam ſuis, characteribus repraeſentant.

Si tamen aut archetypa, aut ſincera *ecgrapha*, ad quae adulterinas, variataſque lectiones expendere quis poſſit, habeantur, quemadmodum mihi accidit in Evangelicis vocabulis Graeci textus a Syro adnotatore corruptis recognoſcendis, negotium tum quidem dabitur interpreti caſtigatori ſatis moleſtum, & laborioſum, ſed non ita arduum, abſtruſum, & implicatum, quin certam prorſus, laetamque ſpem afferat accuratae emendationis; unde nitida tandem genuinarum lectionum interpretatio obtineatur.

Ibi haeret aqua, ubi de reſtituendis, interpretandiſque lectionibus agitur, quae non eo modo nomine ſuſpectae ſunt, quod & alienis litteris, & ab auctore parum in iis perito prodierint, ſed ob id maxime quod aut in uno tantum, eoque incertae fidei *apographo* exſtent, aut ſi in pluribus, nullam inde paullo puriorem, certioremve lucem accipere queant.

In hoc plane vado, quemadmodum tute mones, ſe verſari intelligent eruditi, qui Saracenica verba in iambis Theodoſii Diaconi graecis litteris ſcripta ad priſtinam linguae ſuae formam revocare primum, quidve ea dein ſignificare velint, explicare tentarint. Tu vero pro ea, qua mire polles, Arabicae, Graecaeque linguae peritia ex hoc omni vado feliciter emerſiſti. Rem te, mehercule, dignam perfeciſti egregie. Hanc tibi laudem & ego in primis, & quotquot deinceps erunt boni & aequi rerum aeſtimatores tribuendam decernent.

Sed quando opinio, quam ego de ſingulari modeſtia tua gero, tanta eſt, ut certo confidam te non eſſe aegre laturum, ſi meum & ego commentariolum, qualecumque futurum illud ſit, in eoſdem Saracenicos Theodoſii verſus protulerim, audi, obſecro te, quid mihi de iis in mentem venerit divinare. Nam & ea fortaſſe audies, quae a teipſo poſtremo ſub epiſtolae tuae exitum adumbrata fuiſſe cognovi.

Quod accidere ſolet quum unius civitatis populi inopinatae, & ingentis calamitatis ictu undique oppreſſi, & conſternati, miris ſubito elatis clamoribus & vim praeſentis infortunii dolent, & metum explicant deterioris damni, extremique exitii; hoc ego accidiſſe puto in expugnatione metropolis Cretae a Theodoſio deſcripta. Iam barbari Saraceni muris civitatis, quam Cedrenus

χανδά-

χανδάκα, (quaſi arabice خندقا *foſſam, vallumque*) appellat, arcta obſidione incluſi totis octo diebus irruentem telorum imbrem magno cum detrimento ſubierant, gravioremque deinde cladem ex ſaxorum turbinibus, novique generis miſſilium iaculatione acceperant. Quamobrem, ut idem Poëta ſcribit vv. 56. 57. quum oppidani tantam inuſitatorum ſuppliciorum vim ferre non poſſent, mirum in modum territi, & exanimati ἠπόρων, quo ſe verterent, ignorabant. Accedit, quod & ii, qui frequenti numero in hoſtium copias impreſſionem facturi ex oppido eruperant, occiſi miſerrime iam perierant.

Ita ſe res Cretenſium Saracenorum ad octavum uſque diem habebant, quum repente ad immaniſſimae aerumnae culmen horridam humanorum capitum grandinem e caelo, ſaxorum loco, decidere mirantur omnes, & obſtupeſcunt attoniti. Erant enim caeſorum Mahumetanorum capita, quae abſciſſa cervicibus, & pilis infixa, fundis, atque tormentis maximis vi ſumma in civitatem omnem proiiciebantur. Hoc mactationis genus improbis Mahumetis cultoribus, Cretico, inhumano nempe more illatum, vocat Theodoſius ſupplicium ad ultionem, & poenam impiorum ab imperatore Nicephoro excogitatum. In hunc modum crania filiorum parentibus, & calvariae fratrum fratribus, propinquiſque viventibus letale iaculum, caedemque diram portentoſe ferebant. Quid multa? Ubique metus, ſtupor, & conſternatio, ubique horribilis putreſcentium capitum foetor, ubique imago mortis ante omnium oculos verſabatur. Tunc Saraceni, neſcio an omnes, ſed certe ξύνημμι τῷ γένει *coniuncti genere* barbaricos, quos Poëta narrat, intus in urbe edidere clamores. Non hos audivit Nicephorus, nec ullus Graecorum, qui foris erant operibus, atque laboribus obſidionis intenti. Quae peculiaria verba, aut quas proprie voces Barbari clamando protulerint, non aliunde, quam vel a captivis, confecto bello, vel ab exploratoribus ἐκ τῶν ἀκόσμως ἔνδον ἐγκεκλεισμένων, quorum meminit Acroaſis v. 134., reſciri potuit.

Quae quum ego conſidero in hanc ſuſpicionem venio, ut credam Saracenos ſuis hiſce clamoribus ſignificare voluiſſe eos animi motus, quos exprimit anguſtia, & deſperatio in extremum malorum adducta. Idque ex eventis, quae mox ſequuta ſunt, multo certius coniici poſſe opinor. Ut enim ſenex, & callidus Dux formidandam ſuorum ἐκφώνησιν intellexit, eos μελιῤῥύτοις λόγοις mellifluis ſermonibus erigere, & confirmare conatus eſt, quamquam οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησαν οἱ λόγοι nihil ei profuerint verba. Vidit namque oppidanos, militeſque omnes timidorum ſerpentum more in cavernas, & antra diffugere, ibique εἰς ὁδοὺς ἀπραγμοσύνης ὁμοῦ βαδίζειν, vilis inertiae vias pari gradu tenere. Sic δυσχερῶς ἐσφιγμένος ad incitas redactus Agarenorum Cretenſium Princeps, coacto ſeniorum concilio, inter gemitus, atque ſuſpiria de inſtaurando, ducendoque exercitu adverſus Graecos eum propoſuit, ſtatuitque militaris diſciplinae ordinem, cuius ſimilem *Neſtor argutus Piliorum Orator* ſuis dederat in bello contra Troianos apud Homerum Il. Δ. Atque ita, ut cecinit Theodoſius, ſenex *Ameras* dicendi ſuavitate Neſtore ipſo praeſtantior qua blandis, qua minacibus verbis, σταθεὶς παρέρμα τῆς κακῆς παρεγγύτης, *ſtans incitabat malos illos milites*.

Hanc omnem rerum, eventorumque ſeriem non poſſum non mente, animoque mecum ipſe crebro revolvere, dum ad Saracenicum Theodoſii Diſtichum quomodocumque demum interpretandum accedo. Sic igitur obſeſſos, & oppugnatos Mahumetanos ad immane illud, funeſtumque iactatorum capitum ſpectaculum, eodem ipſo Theodoſio teſte Acroaſi II. vv. 77. 78. τῇ βοῇ τῶν βαρβάρων clamaſſe intelligo:

Σὴπφ [1] ἐχιμάτ [2] ἰσχαρὸπ [3] καὶ τὴν ῥάσαν [4]
Σερμὲτ [5] μιδένη [6] καὶ χάετ [7] ἰπφησάνη [8]
Seeph, echimat, iſcharop, & raſan
Sermet, midene, & chaet ippheſane.

Verum antequam ad interpretationem deſcendo, duo eſſe video, quae a me in anteceſſum praemitti neceſſario debeant. Primum eſt, quod omnia Saracenicae exclamationis nomina in accuſandi caſu poſita a verbo ἔκραζον reguntur; unde ἔκραζον . . . τὴν ῥάσαν, inquit Theodoſius. At ea ego in primo, rectoque caſu, quemadmodum ex ore clamantium prodiiſſe puto, abſolute efferam, ut ita vim totam ἐκφωνήσεως exprimam. Nihil enim haec immutatio variat aut terminationem, aut ſenſum Arabicorum nominum. Alterum eſt, quod in ſua illa exclamatione Barbari Cretenſes voces fere omnes a ſe invicem ſeparatas protuliſſe videntur. In tota namque earum ſerie nullum veſtigium eſt particulae coniunctivae و, quam unus Theodoſius metri, ut ego ſuſpicor, neceſſitate, graece de ſuo addidit, interiecta καὶ in utroque verſu. Nunc audi quo pacto Saracenicam exclamationem arabice, & latine ſonuiſſe coniiciam:

[4] رعشن [3] اسكـ-حرب [2] اخوا-امات [1] سيف
Σεεφ, ἐχιμάτ, ἰσχαρὸπ, ῥάσαν
Gladius! Parricidium! Charop ſenex! tremens

[8] يفخـ-يصن [7] جيت [6] مدينة [5] صرمة
Σερμὲτ, μιδένη, χάετ, ἰπφησάνη
Deſperata. Civitas! ubique necat foetor corrupti cranii!

Iam,

[2] Vel ſi mavis اخود-امات; aut اخم-امات, & اخم-مات ἐχιμάτ.
[3] Idem erit عسا-حرب vel هما-حرب ſilente ا in عسا, & هما, ἰσχαρὸπ.
[8] Rectius fortaſſe ايف-يسن *ἰπφησάνη noxam adfert foetor, & corruptio* (ſive carnium, ſive craniorum.)

Iam, ni tibi moleſta nimium futura ſit, ſeſe iudicio tuo caſtiganda ſiſtet meae huius divinationis

Αἰτιολογία.

Atque ut a priori voce exordiar, quae سيف [1] eſt, eam Theodoſius Σίπφ graecis litteris retulit. Quod vero ſimplex φ, ſcripſerit πφ, id eum feciſſe puto, ad mitigandam aſpiratam φ, ut propius accedat ad ſonum Arabicae ف, qua, uti & Hebraica פ, iudice Hillero, Graeca lingua caret. Simile quiddam obſervat Cruſius Adnot. in lib. I. Hiſt. Polit. Turcogr. de littera B. *Scribitur*, inquit, *hodie a Graecis μπ pro littera latina* B, *tamquam medium inter β & π. τὸ μ autem minuit in pronunciando aliquid de impetu τῦ π ad naturam τῦ β adducens*. Sic rurſus Cruſio ipſo adnotante τὸ ντ *pro δ apud recentiores Graecos ponitur; littera ν, vim τῦ τ infringente*; eaque de cauſſa ἐγγόνη Neptis Imperatoris Manueli Palaeologi nata dicitur in laudata Hiſtoria ex antiquiſſima, nobiliſſimaque τῦ Ντόρια, Genuatium nempe Aurianorum familia, cui quantum ego debeam immenſum, & incredibile eſt. Idem praeſtitit Theodoſius in [8], quam ἰπφησάνη ſcribit pro ἰφησάνη. Accedit his, quod ex ipſa fortaſſe pronunciatione Poëta noſter intellexit ف in utraque voce affici nota *Teſchdid*, quae reſpondet *dages forti* Hebraeorum. Solent autem Graeci פ *dageſſatum* vertere in πφ. Sic Exod. II. v. 21: צִפֹּרָה *ſipporah*, σεπφώρα. Num. XXII. 2. צִפּוֹר *ſippor*, σεπφὼρ. 1. Paralip. II. 43. סַפִּיר *ſappir*, σάπφειρος; תַּפּוּחַ *thappuah*, Θαπφὺς convertunt. Hunc ita morem ſequutus Theodoſius tranſtulit duas illas Arabas voces σεὶπφ, & ἰπφησάνη. Verum & huc ea ſpectant, quae ante obſervabamus. Ceterum سيف Arab.; סיף Chald.; ܣܝܦܐ Syr. apud Caſtell., & in Syro-Philoxeniana laudati Cod. Angel. Biblioth. Matth. XXVI. v. 47., Marc. XIV. quemadmodum & in ſimplici v. 47. Iohan. XVIII. verſ. 11. *gladius*. Unde & Copt. ϯ-ⲥⲏϥⲓ, & Gr. ξίφος, *gladium* ſonat. Eamdem vocem eleganter adhibuit Huſſeinus Poëta celebris in verſibus, quos cecinit, ut narrat Elmacinus lib. II. Hiſt. Sarac. pag. 184., dum Bagdadi an. Chr. 921. ad ſupplicium duceretur. Thomas Erpenius in Latina verſione Elmacini سيف pronunciat, & ſcribit *Saiſ*, retento ſono *fatha* in س. Sed Graeci Arabicum *fatha* ſaepe reddunt ε, ι, α. Hinc Scriptores alii, inter quos cl. Deguignes tom. II. Hiſtor. Hunnor. lib. IX. part. II. les Turcs Ichſchidites, *Seif* pronunciant; iique *Seifeddoulet*, *gladium* ſcilicet *regiae ditionis* appellant, qui سيف الدولة *Saifuddaula* ab Erpenio vocatur. Ut enim ſcribit Elmacin. p. 211. cum Chalifa *Moſtaſis* يسمك سيفه *cognominavit gladium ſuum*. His adde, quod Erpenius ipſe *Seif* tranſtulit, ubi nomen commemorat سيف الدين *Seifedini* in laudata Hiſt. Elmac. ad an. Chr. MCVII. Porro ille idem eſt *Saifudaula*, ſive *Seifeddoulet*, qui *Aleppum* tenebat eo anno, quo a Nicephoro expugnatus eſt, quemadmodum narrant Byzantini ſcriptores, etſi cum χαβδὰν, vel χαμβδὰ, aut etiam χαμάδα appellent, quod filius Abdallae F. Hamadae eſſet. Nihil dicam de τροπικῇ huius vocis ſignificatione. Res enim notiſſima eſt, quam ut pluribus explicari debeat, apud Orientales populos *gladii* nomine bellum, cladem, caedem, & quaecumque inde teterrima damna, acerbiſſimaque mala oriuntur, communiter deſignari. Eo etiam uſi ſunt Saracenicarum hiſtor. ſcriptores ad quodvis inſtrumenti bellici genus indicandum. Hinc Elmacin. ad an. Chr. MC. *Franci*, inquit, *occuparunt Hiipham* بالسيف *gladio*: & rurſus ad an. MCIII. *Franci, & Genuenſes Hieroſolymam obſeſſam* بالسيف *gladio tandem expugnarunt*. Sed propria, vulgarique ſignificatione سيف *gladium* clamaſſe Cretenſes Barbaros oratio ab *Amera* in Concilio habita haud obſcure ſignificat. In ea enim ſic ille, teſte Theodoſio vv. 96. 97. deſcribit devaſtationem *Imperii ſui*:

Τίνος τὰ τέκνα τὴν τελευταίαν βλάβην
Ἐκ τῆς σπάθης ἔλαβον τῆς τεθηγμένης.
Cuius filii extremam noxam
Acceperunt ab acuto gladio.

اخوا-امات [2] vocem compoſitam puto ex اخوان, & امات, quod eſt fratribus, cognatis, atque propinquis necem, mortemque non modo naturalem, ſed & violentam inferre. Sic eſſet ſublato ن ex اخوان in compoſitionem cum امات adſcita, vox ipſa اخوا-امات eius admodum ſimilis, quam Graecis litteris Theodoſius ſcripſit ἴχαμαν. Quicquid diſcriminis apparet inter medias ει, & ا, و, facile evaneſcet, ſi وا ſcriptoris auribus inſonuerint ut ει, aut αι. Teſtis eſt enim Cruſius, ſaepe apud Graecos recentioris aevi confundi inter ſe ι, η, υ, ει, & οι; *nec hodie modo hanc orthographiam negligi, ſed in antiquis etiam manuſcriptis, quando Imperium Graecum adhuc ſtabat, conſpici*. In celeberrimo, omniumque antiquiſſimo U. T. Alexandrino Cod. inuſitatum hunc ſcribendi morem a legibus purae orthographiae alienum *Lamb. Boſius* imperitiae ſcriptoris, ſed *Breintengerus* Praef. in nov. edit. Tigurinis typis an. MDCCXXXII. evulgatam peculiari Alexandrinae linguae dialecto tribuendum iure decernit. Quod quidem & ego ex nonnullis in Copticam orthographiam inſtitutis obſervationibus ſuſpicatus fueram.

Eaque compoſiti nominis ratio veriſimilis peraeque, atque probabilis videri poterit, ſi pro اخوان, aut اخون, ut eſt apud Caſtellum, accipiatur اخوين ex p. 293. lib. III. Hiſtor. Sarac. Elma-

Elmacini ab Erpenio in latinum tranſlatae, & editae Lugduni Batavor. an. MDCXXV. Ut enim Arabica verſio LII. Macchab. T. IV. Polygl. Walt. p. 125. اخواه *fratres eius*, ita Elmacinus اخويه eliſo ن, non uno in loco ſcripſit. Sic اخوه-امات haberetur. Concurrente vero و *fatbato*, quod ſaepe in ore graio ſonat ut *ω*, aut *ω* mixtum, cum ſequentibus ة, & ا in compoſita اخوه-امات, haec eadem vox audiri, atque adeo etiam exprimi tamquam ἴχωμαι potuit.

Si quis autem اخوا-امات, vel اخوه-امات conſtruere velit cum سيف, nihil repugno. Tum quidem veluti ſponte ſua fluentem dabit priorem hanc exclamationis partem: *Gladius fratribus*, ſive cognatis, *caedem*, *mortemve intulit!* Sed grammaticam *ſyntaxim* adverſantem habebit, quae, hac data conſtructione, integrum اخوان, vel اخوين efferri poſtulat disiunctum ab امات, niſi ad hanc evitandam difficultatem, اخواد-امات quaſi *adiectivum* accipiat, ut سيف اخود-امات idem ſit ac *gladius fratricida*. At ego, qui totum id nominis pro *ſubſtantivo abſtracto* accipiendum exiſtimo in ἐκφωνήσεως morem, uti *ſolitarie* pronunciatum, *fratricidium*, ſive *parricidium*, (quemadmodum loqui amant Latini) ideſt conſanguineorum, propinquorumque caedem, *abſolute* interpretor.

Hactenus de compoſita voce iſta diſſerui, quatenus prior illius pars اخوا, vel اخوه eſt in numero plurium. Sequitur modo ut hanc ipſam conſiderem uti conflatam ex اخي in numero unius. Saepiſſime اخي in Arabica Scripturae S. verſione cum affixis conſtructum legitur, Gen. IV. v. 8. اخيه, v. 9. اخي, vv. 10. 11. اخيك, XXXVII. v. 26. اخينا, XLII. vv. 4. 5. اخيكم; & ita paſſim cum aliis. Sunt & nomina ex eo compoſita, ut אחירם Glaſſio interprete *frater excelſus* Num. XXVI. 38. Hebr. אחירע, Arab. اخيراع *fratris malum*, ex Onomaſtico Sac. Hilleri. Num. I. v. 15. אחימות, id eſt, ut idem Hillerus explicat, אחים אחות, eliſis את in אחות, Arab. اخيموت *fratres ſorores*. 1. Paralip. VI. 9. 10. אחישחר Arab. اخيشحار *frater aurorae*. Mitto cetera. Facilis eſt igitur compoſitio اخيامات ex اخي & امات ad *fratricidium* ſignificandum. Quod enim Theodoſius ἰχι pro اخي ſcripſerit, id pendet partim ex vario Saracenicae pronunciationis more, partim ex Graecarum aurium, linguarumque ingenio. Frequentia enim ſunt nomina, in quibus א Hebr., ܐ Syrum, & ا cum *fatha* Arabicum vertitur, ut iam antea monui, in ι, η, ι, & α mixtum cum ι. Hinc Paralip. I. cap. VI. v. 20. יחת, Arab. يحات Gr. textus reddit ἰὲθ, v. 76. قادس, Κιδὲς, v. 77. رامون, Ῥιμμών. Cap. VIII. v. 13. Hebr. גת, Arab. جات, Gr. Γὲθ, v. 15. עדר, Ar. عادر, Gr. Ἔερ, v. 37. אצל, Ar. اصل, Gr. Ἐσὴλ. Quid, quod Ἄφεσις, quae, teſte Dionyſio Perig., vocari ſic primum coeperat, Ἔφεσος deinde dicta eſt a Graecis? Idem eſt de *Acbatana* nuncupata *Ecbatana* apud Relandum. Theodoſius ipſe Acroaſi V. v. 23. Δελαμίτας appellat, quos alii *Dilemitas*, Erpenius vero cap. 19. lib. I. Sar. Hiſt. Elmacin. p. 191. *Dailamos* vocat. *Anno* (Hegirae) *CCCXV. coeperunt*, inquit, *innoteſcere* الديلم *Dailami*, *quorum primus Rex fuit quidam nomine Vaſiulanus F. Marzabani*, *cuius regni ſedes fuit Siarbiſtana in regionibus Perſarum*. Quae omnia eo ſpectant, ut intelligamus apud Graecos novum non eſſe, neque vero inuſitatum ι pro α, adeoque & ἴχι pro ἀχι اخي efferre. Mos iis praeterea antiquiſſimus eſt, ut י Hebraicum, & ي Arabicum vertant in η. Inde Ἐλιακὶμ pro Ἐλιακὶμ, & Ἀχὴμ, (quod *fratres* Hillerus exponit,) pro Ἀχὶμ, Syr. & Arab. اخيم habemus Matth. I. vv. 13. 14. Ubi denique in Graecis occurrit η, illud in cognatis Arabicis nominibus invenitur creberrime ſcriptum per ي ſimplex. Erpenius certe plerumque vertit in geminum latinum *ii*. Adde iam اخي-امات ſequentem امات, & ecce quo pacto fiet, ut in puncto compoſitionis coaleſcente ſono ſequentis ا cum ي antecedenti, integrum اخي-امات Graecis litteris ἰχημὰτ, continuo habeatur.

Quod ſi magis arrideat اخي-ممات quaſi conflatum ex اخي, & ممات, idem omnino erit. Nam in compoſitis, *ubi* duae litterae eiuſdem organi, atque naturae concurrant, earum altera, obſervante Hillero, plerumque eliditur: adeoque ex اخي & ممات emerget اخي-مات mors, atque caedes fratris, ideſt *parricidium*. Hoc vero nomen, quamquam in ſingulari numero poſitum videatur, eam tamen ſignificandi vim habet, quam habent *abſtracta* vocabula toti collectioni communia. Tale eſt רציח φόνος, *homicidium*, quod tamquam populare ſcelus, univerſaeque genti commune Hoſeas Propheta cap. 4. exprobrat Iudaeis: Macchab. I. cap. I. v. 25. φονοκτονία ab Antiocho eis illata in urbe Ieruſalem, & in omni Iſraëlitarum ditione: Ezechiel. XXI. v. 14. חֶרֶב חָלָל *gladius occiſi* pro *gladius occiſorum*, ſive *vulneratorum* apud LXX., ῥομφαία τραυματιῶν, & ne a Theodoſio diſcedam, talia ſunt etiam in eius Acroaſibus πατρικὴ φονουργία, σφαγὴ, Κρήτης ἅλωσις, aliaque id genus nomina pene innumera, de quibus plura dicere ſupervacaneum eſt.

اسك-حرب [3] ἰσχαρὸν. Et hoc ipſum nomen compoſitum ſuſpicor ex اسك *isk*, & حرب & *harob*,

& *barab*, quod eſt Graecis litteris χαρον: integrum vero Ισ-χαρὸπ. Sicuti Arabes non habent π Graecum, eiuſque loco utuntur ب, β, quod deinde efferunt ut π, ita Graeci non habent litteram, quae accurate reſpondeat Arabicae ح. Hanc perpetuo vertunt in χ. Eaque de cauſſa حلب *Haleb*, *Alepum* ſcilicet, Byzantinae Hiſtoriae ſcriptores, inter quos Poëta noſter Theodoſius, more ſuo ſcribunt, efferuntque χάλεπ. Itaque fit, ut in huius vocis compoſitione, coaleſcente ſono geminae ك, & ح in unum χ Graecum, non ισκ-χαρον, ſed Ισ-χαρον habeamus. Ceterum iure ne, an iniuria vocem hanc *ſenem*-*Charopum* interpreter, mox oſtendam.

اسكى *iski*, in Lexico Italo-Turcico صوز كتبى edito Romae an. MDCLXVII. *antiquum*, *vetuſtum*, atque adeo *ſenem* etiam deſignat. Nec quemquam moveat pronunciatio ا per ι in اسكى. Graeci enim ا non raro exprimunt ut ι. Arabes ipſi in eo nonnumquam variant أخشيد *Achsiid*, qui titulus eſt Farganorum Regum, quemadmodum *Caeſar* Romanorum, & *Choſroës* Perſarum, teſte Elmacino lib.III. Hiſt. Sarac. cap.4., per أ *ſathatum*, ut obſervat Deguignes lib.IX. v.2. Hiſtor. Hunnor. ad an. circiter DCCCLXXXII. aer. Chriſt. ſcribi hucuſque, & legi conſuevit, ſed monente Abulmahaſen, *Ikhſchid*, (ſive *Ichſiid*) efferri debet. Hoc idem cenſuerim ego de أسكى, quam veteri Turcarum, atque Saracenorum more *iski* pronunciatam coniicio. Eaque, ni fallor, cognata mihi videtur τῷ شيخ. Unde ab eodem Elmac. lib.III. Hiſt. Sar. c.4. *Romanus* Imperator Graecorum رومانش الشيخ *Romanus ſenex* appellatur. At شيخ per metatheſim eamdem eſſe dixerim ac يسخ, ut ſic etiam coniuncta cum حرب reddere poſſit Ισχαρον. Non omittam affines alias عشا *ſenio confectus*, هما *annoſus fuit*, *conſenuit*, uti & Chaldaicas אשא, & ששי apud Caſtellum *decrepitus*, *grandaevus*. Ex his enim omnibus qualiſcumque ſumatur, & iuxta compoſitorum legem coniungatur cum حرب, is in ισχαρον non invita ſe trahi patietur ad *ſenem* Charopum ſignificandum.

حرب vero, ſive Χαρὸπ vix ego dubito, quin κύριον proprium nomen ſit *Amerae* Cretenſium. Nam ſi aliud quiddam ea voce indicari contenderim, dicere cogar Theodoſium aut ignoraſſe, aut dedita opera reticere voluiſſe quid nominis gereret Dux ille Saracenorum. Χάρων Acroaſi III. v.133., Χαραμύντης Acroaſ. IV. v.33., & 120. commemoratur. Sed Cedrenus pag. 612. Κουρουπὰν *Kurupem* Cretenſem Principem a Nicephoro victum, profligatumque appellat; Κουρουπὰν ὄνομα λαβὼν αἰχμάλωτον, καὶ Ἀνεμᾶν τὸν μετ' αὐτὸν ἐν τῇ νήσῳ φερτεύοντα, καὶ τὴν νῆσον ὅλην δουλωσάμενος. *Curupem inſulae Ameram, & Anemam, cuius ſecundum Curupem ſumma erat poteſtas, vivos in ſuam poteſtatem redegit*. Et pag. 628. *Anemas* dicitur Cretenſium Amerae τοῦ βασιλέου, (mendoſe pro βασιλέως Regis, ut ex Scylitza colligitur,) υἱὸς Κουρουπᾶ *filius Curupa*. Simeon Magiſter, & Logotheta in Annalibus eumdem Κουρόπα *Curopa* dictum refert. An ergo unus erit Theodoſius, qui in *totis quinque Acroaſibus* ſuis ne ſemel quidem *Curopae* nomen indicare voluerit? Rem incredibilem! quam nemo mihi perſuaſerit umquam. Quid igitur? Huius certe nominis meminit Poëta noſter, ſed meminit in Saracenica illa exclamatione, ubi Barbari Cretenſes Χαρὸπ *Charop* vernaculo ſermone enunciant. Quod ſemel feciſſe ſat prorſus Theodoſio fuit.

De *Charopo* Symae Rege, parenteque *Nireos* mentionem fecit Homerus Iliad. II. v. 672. Νιρεὺς Ἀγλαΐης δ' υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος, *Nireus* nempe *Aglaies*, τοῦ Χαρόπου, *Charopi*, ut vetus Scholiaſtes monuit, *filius*. Alium rurſus ὁμώνυμον Heroa commemorat Iliad. V. v. 426:

... Ὁ δ' ἄρ' Ἱππασίδην Χάροπ' οὔτασε δουρὶ,
Αὐτοκασίγνητον εὐηγενέος Σώκοιο.
Hippaſidem vero Charopa (Ulyſſes) *vulneravit haſta*
Germanum fratrem generoſi Soci.

Χάροπος, certe nomen *proprium* eſt in citatis Homeri carminibus; nam Χαροπὸς ἐπίθετον, ut obſervat Euſtathius in Iliad. II. βαρυτονεῖται, *Charopòs*, *epitheton accentu gravi notatur*. Eadem tamen eſt utriuſque & origo, & ſignificatio multiplex. Χαροπὸς enim apud Heſychium exponitur περιχαρὴς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς, *mire laetus*, *caeſius*, *flavus*, *terribilis*. An Χάροπος Homericus ullam habeat cum Saracenico حرب Χάροπ affinitatem, nihil eſt cur ego quaerere velim. Sed ſi qua eſſet inter utrumque cognatio, in ea ſignificatione eſſet, quae virum denotat φοβερὸν terribilem, atque formidabilem. Et Arabice quidem حرب Exod.I. v.10. *bellum* ipſum, & teſte Caſtello, virum *fortem*, *audacem*, *ſtrenuum*, *militem*, *hoſtem*, *ira ferventem*, *praedatorem*, *bellatoremque* deſignat. Gladium, caedem, vaſtationemque dabit ſimile plane nomen ex Hebraica radice חרב, & Syr. ܚܪܒ derivatum. Nihilque ab Arabico differt Graecum Κουρουπὰ, ita a Cedreno pronunciatum, aut etiam Κουρόπα, quemadmodum a Simeone Logotheta effertur. Neque enim hoc unum exemplum eſt, quo nunc primum deprehendere nobis liceat Graecos vocalem α ſive Hebraicam, ſive Arabicam vertiſſe in ου, & ου viciſſim in α. Gen. XLVI. v.10. Σαὰρ habet Gr., Hebr. צֹחַר, Ar. صوهر: v.13. Gr. Σαμβρὰν, Hebr. שִׁמְרֹן, Ar. شمرون. Paralipom. lib.I. c.7. Gr. legit Ἀπφὶν, Σαπφὶν, Hebr. חֻפִּם שֻׁפִּם: Arab. جوفيم, شوفيم *dageſſata* lit. ف:

V. 7.

v. 17. Gr. Σωρὲξ, Hebr. שֹׁרֶשׁ, Arab. شارش :
v. 32. Gr. Σαμὴρ, Hebr. שׁוֹמֵר, Arab. سومير .
ὁ vero, aut ω graecum fere ſemper Arabes transferunt in و. Eadem permutatio vocalium multo frequentior occurrit apud profanarum hiſtoriarum Scriptores.

حزوب praeterea in numero plurium (nam ex eo etiam Orientales populi propria ſingularium perſonarum nomina quandoque ſumere ſolent) eſt حزوب *Hourouboni*, vel *Chourouboni* idem quod Graiis Χουρούπ-ιν, unde Χουρουπᾶ, Cedreni & Χουρόπα Simeonis Magiſtri; quorum fortaſſe aevo ſic Arabes exponebant τὸ Χάρον a Saracenis prolatum in Diſticho Theodoſii. Hinc ego vehementer dubito, ne ad verſus 133. 134. Acroaſis III:

Ὡς δ' ἐσχάτας εἶδεν ὁ στερρὸς Χάρων
Κρήτης Ἀμηρᾶς ἔνδοθεν πεφραγμένος,

pro Χάρων legendum ſit Χάρων, vel Χάρον. Quum enim Graecus, qui recens Theodoſii Poemation deſcripſit, non intellexiſſet quid eſſet Χάρον in Saracenica ἐκφώνησει Acroaſis II., ſatius, ut ego ſuſpicor, duxit pro ignota voce Χάρον ſubſtituere Χάρων, quod & ipſum eſt, Heſychio interprete, φοβερὸς *terribilis*, eiuſdem nempe ſignificationis cum Homerico Χαροπὸς, aut Χάροπες, quemadmodum in ſuperioribus paullo ante obſervabam. Inde dictus eſt Χάρων *Conſtantinus* inter Bardae milites princeps, quem Phocas, ut narrat Cedrenus pag. 670., occidit. Nec diverſum eſt alterum illud nomen χαραμούντης, quod ſemel & iterum in Acroaſi IV. Amerae Cretenſi tribuit Theodoſius citatis vv. 33., & 120:

Ὁ χαραμούντης, ὁ σφαγίσαυλος γέρων
Ὁ χαραμούντης ἐν χρόνοις ὁ δυσγέρων.

Satis iam dixi de recenti conſuetudine Graecorum, qui ad litteram β effingendam gemina μπ abutuntur; adeo proclive eis eſt β commutare in μ. Hanc eamdem commutationem in antiquiſſimis eorum ſcriptis interdum accidiſſe compertum eſt. Matth. I. v. 4. in Genealogia Ieſu Chriſti pro Ἀμιναδάβ legunt Ἀμιναδάμ vetuſtiſſimi Codices plures a Millio laudati, *ſcilicet*, ut Vir ille eruditiſſimus adnotat, *quod β affinem olim τῷ μ figuram obtineret propterea in Mſs. Codd. ſaepe invicem permutantur*. Eamque affinitatem facile quiſquam percipiet ſtatim atque in Montefalconiana Palaeographia ad cap. 10. lib. IV. pag. 336. contulerit formam ω litt. β cum formis ϐ, ϐ, & ω litt. μ. Quamquam iſtius mutuae commutationis cauſſam non tam ex figurae, quam ex ſimilis pronunciationis ambiguitate repetendam putarim. Nam 1. Paralipom. c. VII. v. 2. יִבְשָׂם Hebr. & Arab. يبشام *Ibſam*, vel *Ibeſam*, in quibus certe ב, & ب confundi nequeunt cum מ, & م, Graeci legunt Ἰεμασὰν, non Ἰεβασὰν. Ita & IV. Reg. XVIII. v. 18., & alibi vertunt Σωμνᾶς pro Σωβνᾶς, & Num. XXXIII. v. 21. Λεμνὰ pro Λεβνὰ.

In medium modo veniat χαραμούντης, & quoniam in eo β permutatam coniicio in μ, priſtina β in locum ſuum reſtituatur. Tum ſtatim fiet χαραβούντης, ſive Arabum more χαραπούντης, quod ex eadem radice, & eiuſdem ſignificationis eſt cum Χαρόπη, vel Χουρόπα, ſive Χουρουπᾶ Byzantinorum. Etenim χαραβούντης non aliud, mea quidem ſententia, eſſe poteſt quam حَرَبٌ Χαραβον, cum addita Graeca terminatione της, quaſi χαραβόν-της, ſive χαραβούν-της, unde χαραμούντης. Sic etiam eſt in lib. Eſther I. v. 10., & VII. v. 9. חַרְבוֹנָא, *Harbona* in Vulgata noſtra, Arab. حربونا *Charbona*, vel *Charbouna*, vir *bellicoſus*, atque *bellator*. Quod ſi graecum ad Theodoſii exemplum reddere quis velit, pronunciet *ſcevà* per ו, in חַרְבוֹנָא, (quemadmodum in בְּקַשּׁ fecerunt, ut mox vidimus, LXX.,) eique poſtremo addat graecam ipſam terminationem της, habebit e veſtigio χαραβούν-της per β, & χαραμούν-της per μ. Qui ergo in ſecunda, idem eſt & in Acroaſi IV. Cretenſium Ameras, imo & idem illius nomen eſt Χάρων, quod χαραμούντη Poëta Theodoſius graeca licentia fecit.

Neſcio, an idoneam, ſed certe non omnino improbabilem coniecturam, cauſſamve aliquam, cur ἴσ-χαρον in Saracenica *exclamatione* expoſuerim, *Senex Charopus*, me hactenus attuliſſe confido. Hanc enim interpretationem, niſi mea me vehementer fallit opinio, indicare fortaſſe voluit Theodoſius, qui ſimul atque Saracenorum Cretenſium *barbaricum* retulit ſtatim ſubiungit;

Ἦν οὖν ἐκείνων ὁ κρατῶν στρατηλάτης
Γέρων Ἀμηρᾶς, ὠχρὸς, ἔμπλεος πόνων,
Μικρὸς, φαλακρὸς, δεινόφρων, τὸν ἐκ Πύλου
Γέροντα νικῶν ἐν μελιρρύτοις λόγοις.
Erat certe eorum dux exercitus
Senex Ameras, pallidus, fractus laboribus,
Parvus, calvus, callidus, Pylium
Senem vincens mellifluis ſermonibus.

رعشان [4], ῥάσαν, *rhaſcan*. Quae quidem vox Graiis characteribus ſcripta etſi perfecte non attingat expreſſionem Arabicae, proximius tamen quo fieri poteſt, ad eam accedit. ر, quae non ſemper vertitur per aſpiratam ῥ *rh*, coniuncta in hac voce cum عَ ſequenti, ر *rha* efferri neceſſario debet. عَ enim fathatum, perinde atque ע *ah* Hebraicum, plerique pronunciant ut *ha*. Nullam deinde habent Graeci ſibillantis litterae formam, quae vim Arabicae ش *ſcin* exacte referre valeat, & ideo coactus fuit Theodoſius ῥάσαν exprimere per ſimplex σ. Vox originem ducit a رَعَشَ, & a principe fonte Hebraicae רַעַשׁ, quae *trepidationem*, *tremoremque* ſonat; unde fit رعشان *tremens*. In mentem mihi vene-

venerat tum hanc; tum ſequentem σερμὰν accipere, tamquam adiuncta duo, quae cum ἰσχαρὸν coniungi facillime poſſent. Sed ab hac cogitatione me revocavit Theodoſius ipſe, qui per interiectam particulam καὶ quaſi monere videtur, ut duo illa veluti attributa ad μεδὶνα magis quam ἰσχαρὸν referantur.

صرمة [5] σερμὰν *fermet* pro σερεμὰν *feremet*. Cruſius in adnotationibus ad Hiſt. Eccleſ. lib. II. Turcograeciae pag. 201. ex Georgievicio refert nomen *feremeth*, quod eſt *audax*, atque *velox*, a Turcis vulgo imponi ſervis, atque captivis. Inde ego ſuſpicari coeperam num forte per μετωνυμίαν Saraceni Cretenſes *feremet* uſurpantes, quaſi *captivam* ſuam illam deplorarint civitatem, quae tam arcta, ac vehementi obſidione, ut narrat Theodoſius, a Nicephoro conſtricta, & oppugnata eſſet. At re accuratius perpenſa, *feremet*, *deſperatam* expoſui. Viſa enim mihi eſt το: صرمة inter ceteras derivatas a صرم, Hebr. צרם apud Caſtellum. Poteram & *confractam*, aut *in anguſtias redactam* dicere. Nam id etiam Arabica vox ipſa deſignat.

مدينة [6], μεδὶνα, *civitas*. Vox eſt vulgatiſſima, in quam nulla cadere poteſt dubitatio.

حيث [7], χάιτ, *ubicumque* Caſtellus apertiſſime explicat. Hinc Exodi cap. X. verſ. 23: וּלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הָיָה אוֹר בְּמוֹשְׁבֹתָם: *ſed omnibus filiis Iſraël fuit lux in habitaculis ſuis*: τὸ בְּמוֹשְׁבֹתָם *in habitaculis ſuis*, حيث *ubicumque*, ut & Vulgata noſtra, vertit Arabs interpres: وحيث كان يسكن بنو اسرايل كان نور: *& ubicumque erant filii Iſraël, erat lux*. A reliquis exemplis, quae certe non deſunt, abſtineo. Quumque, ut iam antea ſemel & iterum animadvertimus, ſolemne ſit *Erpenio* reddere Arabicum ي, ut in هيفا *biiſa*, *Capha*, & alibi in Elmacini verſione per geminum *ii* Latinum, cui reſpondere videtur ι Graecum, حيث Theodoſius gentilibus litteris ſcripſit χάιτ.

يفخ-يسن [8], ἰαφησάν. Hoc etiam vocabulum compoſitum puto: & quidem ex يفخ, & يسن. At يفخ, quid? Illud idem ſcilicet, ut me docet Caſtellus, quod eſt βρέγμα, calva capitis, Heſychio, κρανίον, cranium, & κράνα, κεφαλὴ caput. يسن eadem eſt, Caſtello ipſo teſte, ac أسن. Iure proinde eam reddidit Theodoſius ησαν. Eſt enim يسن يسن, أسن, & أسن eadem ac ησαν; nam Graeci & ي, & و damma ſaepe vertunt per η. At vox ipſa aliud nihil ſonat, quam *rem corruptam ex maligno halitu, tetrove foetore deliquium, labem, noxamve adferre*.

Quod porro attinet ad quaeſitam integri vocabuli compoſitionem, ea ſtatim habebitur, ſi translato ſono vocalis *fatha* ʼ ex يفخ in ي ſequentis يسن, (ita poſtulante tum pronunciandi Arabum more, tum etiam compoſitorum indole, atque natura) fiat يفخ-يسن ἰαφ-ησαν, Latinis litteris *ipph-eſane*. Neque in φ deſiderabitur aſpirata خ, quae veluti *h* inſerta latet in φ.

Poſſet fortaſſe quis & ipſum يافوخ, eliſis وخ coniungere cum يسن, neque enim apud Hebraeos tantum, & Arabas, ſed apud ipſos quoque Graecos nomina habemus ſimili ratione compoſita, ut eſt illud Heſychii ἱπφαρμος, (Ἀρχὴ τις) quod Guietus ex ἵππος, & ἁρμόζω conflatum exiſtimat. Quod porro يفخ in ſingulari numero ad يفخ-يسن componendum adſciverim, nemini novum, & inuſitatum videri poterit. Heic enim *cranii* nomen ſedem, ut aiunt, *collectivi* tenet, quemadmodum, ne alia pene innumera adferam, illud eſt Hierem. XIX. v. 7: *Dabo* אֶת־נִבְלָתָם *cadaver eorum* pro *cadavera eorum*, *eſcam* לְעוֹף *volatili caeli*, וּלְבֶהֱמַת *& beſtiae terrae*. Ad ſummam, vix aliud quidquam exſpectari ex hac voce poterat, quam quod portendere videbantur corruptae obtruncatorum capitum carnes πλέρας; ut ait Theodoſius v. 75., μολυσμῶν, *inquinamentis*, *& ſordibus plenae*.

Non deerit, opinor, cui ſcrupulum iniicere queant compoſitae voces & ἰχμὰτ, & ἰσχαρὸν, & ἰαφησάν. Neque enim aut vulgus, aut ſcriptores Arabes eas in communi ſermone uſurpare conſueverunt. At is conſideret oportet verba, quae ex ore Saracenorum prodiere *ſoluta*, *compoſita* a Theodoſio *neceſſario* referri, ut, quae *ſoluta* iamborum modulis comprehendi ſe poſſe negant, *compoſita* eiuſdem metri legibus obſequantur. Atque hic eſto mei huius commentarioli finis.

Sic iam, Vir praeclariſſime, & tu, & ego ſymbolam ambo contulimus ad ſtudii, & obſervantiae noſtrae officium abſolvendum erga celeberrimum, doctiſſimumque Praeſulem, Vaticanae Biblioth. Praef., Petrum Franciſcum, eiuſque fratris filium, iuvenem eruditiſſimum, Nicolaum Canonicum Fogginium: ſed tu auream contuliſti, qualem ingenioſus Oedipus, magnuſque *Theſtorides* εὐεπτόλων ὀχ ἄελτος, ego vero plumbeam, qualem hebes Davus, ineptuſque Coniector conferre potuit. Age & tu me perge ingenuae benevolentiae, & caritatis tuae liberalitate complecti; nam ego totus tuus ſum, tuique nominis ſtudioſiſſimus. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google